mundum increatum aſſerunt. Nam quod ait multas à ſeculis exuſtiones fuiſſe, multa item diluvia, ex quibus noviſſimum Deucalionis tempore non admodum antiquum, maniſeſtè ſuis auditoribus, quantum in ſe eſt, perſuadere conatur mundum non eſt factum. Dicat ipſe qui fidem Chriſtianorum incuſat, quibus neceſſariis rationibus inductus eſt credere multas exuſtiones fuiſſe multáque diluvia, & omnium recentiſſimum Deucalioneum, exuſtionum verò eam quæ Phaethontis ætate accidit. Quòd ſi nos relegabit ad Platonis de his rebus Dialogos, dicemus nobis quoque licere credere, in Moſis pura piáque anima, celſiore creaturis omnibus, & à ſolo rerum conditore pendente, inhabitâſſe divinum ſpiritum, unde multò evidentiùs quàm Plato aliive inter Græcos barbaróſve ſapientes res divinas exhibuerit. Fortaſſe poſcet à nobis rationem hujus fidei: reddat ipſe prior eorum, quæ ſine ulla demonſtratione aſſeruit: tum nos quoque noſtra hæc ità ſe habere probabimus. Quamvìs imprudens in id Celſus incidit ut mundum eſſe nuperrimum & nondum ad milleſimum annum accedere atteſtaretur, faſſus etiam Græcos illa exiſtimare priſca, quæ antiquiora ſunt diluviis, & exuſtionibus memoriam ipſorum excedentibus. Sint autem Celſo tam crebræ et fabuloſæ conflagrationis & falſarum inundationũ inſtructores ex ſui ſententia ſapientiſſimi Ægyptii, quorum ſapientiæ veſtigia ſunt in adoratis ab eis animantibus, & in commentariis eorum, qui retruſiorẽ rationem reddunt hujuſmodi cultûs myſtici. Illi ſapientes habentur dum extollunt ſuam de animantibus Theologiam: qui verò Judæorum legi legiſlatoríque aſſentitur, ſi omnia referat ad univerſitatis creatorem ſolum Deum, judicio Celſi ejúſque ſimilium, habebitur indoctior eo, qui naturam divinam deducit non ſolùm in rationalia & mortalia animalia, verùm etiam in ea, quæ carent ratione; aſtruens fabuloſam illam animæ de corporibus in corpora demigrationem, quaſi ea per cæli convexa dilabens in brutas animantes mites & efferatiſſimas deſcenderet. Quin, etiamſi Ægyptii fabellas confingant, creduntur per ænigmata quædam & eorum arcana philoſophari: Moſes verò unius gentis res geſtas ſcribens, & leges ei relinquens, fabuloſus putatur, ac nè allegoriam quidem in ſuis ſcriptis admittere: ſic enim Celſo videtur & Epicureis. *Hanc, inquit, doctrinam [illegible] apud ſapientes gentes & eruditos viros [illegible], divi-*

Cum Celſus dicit Moſen [illegible] mundi [illegible]

num nomen Moſes conſecutus eſt. Ad hoc quoque reſpondendum eſt, ut ei concedatur Moſen audiiſſe doctrinam antiquiorem, quam mox Hebræis tradiderit: ſi falſam audiens & nihil ſapientiæ gravitatiſve habentem commendavit ſuis diſcipulis, meritò culpandus eſt: quòd ſi, ut tu ais, aſſenſit opinionibus ſapientibus & veris, eáſque ſuos docuit, quid reprehenſione dignum fecit? utinam & Epicurus, & hoc minùs impius erga providentiam Ariſtoteles, & Deum eſſe corporeum affirmantes Stoici, audiviſſent hanc doctrinam, nè repleretur mundus diſputationibus negantibus providentiam, aut ſcindentibus, & ſummum principem corruptibilem atque corporeum inducentibus, juxta quas etiam Deus Stoicis corporeus eſt & mutabilis, omniúmque alterationum capax, ut nihil eum corrumpi vetet ſi corruptorem habeat; & hoc uno nomine ſit felix, quòd eo careat. Ceterùm Judæorum Chriſtianorúmq; doctrina immutabilem & inalterabilem Deum ſervans, habetur pro impia, quia non ſectatur impietatem unà cum impiis, dicens in precibus ad Deum, *Tu autem idem es.* Deus quoque creditur verbum illud dixiſſe, *Non mutor.* Poſthæc circumciſionem pudendorum non reprehendens Celſus Judæis uſitatam, ait *eam mutuatos ab Ægyptiis*, malens Ægyptiis credere, quàm Moſi, qui refert primum mortalium circumciſum Abrahamum. Abrahami verò nomen non in ſolius Moſis ſcriptura legitur, cùm eum Deo reddit familiarem, verùm etiam multi ex iis, qui excantant dæmonia verbis ſuis inſerunt illud, *Deus Abrahami*, indicantes hoc nomine familiaritatem ejus cum Deo: quapropter aſſumunt verbum hoc, *Deus Abrahami*, etiamſi neſciant, quiſnam fuerit ille Abraham: idem dicendum de Iſaac & Jacob & Iſrael: quæ cùm ex confeſſo Hebræa ſint vocabula, frequenter ſunt interſperſa Ægyptiorum diſciplinis efficacioribus. Circumciſionis porrò rationem, quæ ab Abrahamo inventa per Jeſum eſt vetita, nolentem ejus uſum eſſe apud ſuos diſcipulos, non eſt propoſitum nunc exponere: neque enim hanc doctrinam præſens tempus poſtulat, ſed certamen cum Celſo, quod refellat ejus adverſùs Judæos calumnias, per quas faciliorem ſibi fore putat confutationem Chriſtianiſmi, ſi ejus initia ex falſa Judæorum religione manâſſe oſtenderit. Deinceps ſic Celſus loquitur; *Hi ducem ſuum Moſen ſecuti caprarii oviumque paſtores, ruſticanis*

"μόνιον ἔσχε Μωϋσῆς. Καὶ πρὸς τοῦτο δὲ λεκτέον, ἵν' αὐτῷ συγχωρηθῇ, Μωϋσέα ἀκηκοέναι ἀρχαιοτέρου λόγου, καὶ τοῦτον Ἑβραίοις παραδεδωκέναι· ὅτι εἰ μὲν ψευδοῦς λόγου ἀκούσας, καὶ μὴ σοφοῦ, μηδὲ σεμνοῦ, παρεδέξατο αὐτὸν καὶ παρέδωκε τοῖς ὑπ' αὐτόν, ἐγκλητέος ἐστίν· εἰ δ', ὡς σὺ φῄς, συγκατέθετο δόγμασι σοφοῖς καὶ ἀληθέσι, καὶ ἐπαίδευσε τοὺς οἰκείους δι' αὐτῶν, τί ποτε κατηγορίας ἄξιον πεποίηκεν; ὡς εἴθε καὶ ὁ Ἐπίκουρος, καὶ ὁ ἔλαττον αὐτοῦ εἰς τὴν πρόνοιαν ἀσεβῶν Ἀριστοτέλης, καὶ οἱ σῶμα εἰπόντες τὸν Θεὸν Στωϊκοί, τοῦ λόγου τούτου ἠκηκόεισαν· ἵνα μὴ πληρωθῇ ὁ κόσμος λόγου, ἀθετοῦντος πρόνοιαν, ἢ διακόπτοντος αὐτήν, ἢ ἀρχὴν φθαρτὴν εἰσάγοντος τὴν σωματικήν, καθ' ἣν καὶ ὁ Θεὸς τοῖς Στωϊκοῖς ἐστι σῶμα, οὐκ αἰδουμένοις λέγειν αὐτὸν τρεπτόν, καὶ δι' ὅλων ἀλλοιωτὸν καὶ μεταβλητόν, καὶ ἁπαξαπλῶς δυνάμενον φθαρῆναι, εἰ ἔχει τὸν φθείροντα· εὐτυχοῦντα δὲ μὴ φθαρῆναι, παρὰ τὸ μηδὲν εἶναι τὸ φθεῖρον αὐτόν. Ἀλλ' ὁ Ἰουδαίων καὶ Χριστιανῶν λόγος, ὁ τὸ ἄτρεπτον καὶ ἀναλλοίωτον τοῦ Θεοῦ τηρῶν, ἀσεβὴς εἶναι νενόμισται, ἐπεὶ μὴ συνασεβεῖ τοῖς ἀσεβῆ περὶ Θεοῦ φρονοῦσι, λέγων ἐν ταῖς πρὸς τὸ θεῖον εὐχαῖς· Σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ. πεπίστευται δὲ καὶ ὁ Θεὸς εἰρηκέναι τό, Οὐκ ἠλλοίωμαι. Μετὰ ταῦτα τὸ περιτέμνεσθαι τὰ αἰδοῖα μὴ διαβαλὼν ὁ Κέλσος ὑπὸ Ἰουδαίων γιγνόμενον, φησὶν "ἀπὸ Αἰγυπτίων αὐτὸ ἐληλυθέναι"· Αἰγυπτίοις μᾶλλον ἢ Μωϋσεῖ πιστεύσας, λέγοντι πρῶτον ἐν ἀνθρώποις περιτετμῆσθαι τὸν Ἀβραάμ. Τοῦ δ' Ἀβραὰμ τὸ ὄνομα οὐ Μωϋσῆς ἀναγράφει μόνος, οἰκειῶν αὐτὸν Θεῷ· ἀλλὰ γὰρ καὶ πολλοὶ τῶν ἐπαδόντων δαίμονας χρῶνται ἐν τοῖς λόγοις αὐτῶν τῷ, ὁ Θεὸς Ἀβραάμ· ποιοῦντες μὲν διὰ τὸ ὄνομα καὶ τὴν πρὸς τὸν δίκαιον τοῦ Θεοῦ οἰκειότητα· διὸ παραλαμβάνουσι τό, Θεὸς Ἀβραάμ, λέξιν, οὐκ ἐπιστάμενοι δὲ τίς ἐστιν ὁ Ἀβραάμ. Τὰ δ' αὐτὰ λεκτέον καὶ περὶ τοῦ Ἰσαάκ, καὶ περὶ τοῦ Ἰακώβ, καὶ περὶ τοῦ Ἰσραήλ· ἅτινα ὁμολογουμένως Ἑβραῖα ὄντα ὀνόματα, πολλαχοῦ τοῖς Αἰγυπτίοις ἐπαγγελλομένοις ἐνέργειάν τινα ἐνέσπαρται μαθήμασι. Τὸν δὲ λόγον τῆς περιτομῆς, ἀρξάμενον ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ καὶ κωλυθέντα ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ, μὴ βουλομένου τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς τὸ αὐτὸ ποιεῖν, οὐ πρόκειται νῦν ἑρμηνεύειν. Οὐ γὰρ τῆς περὶ τούτων διδασκαλίας ὁ παρὼν καιρός, ἀλλὰ ἀγῶνος καθαιροῦντος τὰ φερόμενα ὑπὸ Κέλσου κατὰ τοῦ Ἰουδαίων λόγου ἐγκλήματα, ὃς οἴεται ῥᾷον ψευδοποιήσειν τὸν Χριστιανισμόν, ἐὰν τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ἐν τοῖς Ἰουδαϊκοῖς οὔσης λόγοις κατηγορῶν παραστήσῃ κἀκεῖνον ψευδῆ. Ἑξῆς τούτοις φησὶν ὁ Κέλσος, "ὅτι τῷ ἡγησαμένῳ σφῶν ἑπόμενοι Μωϋσῇ αἰπόλοι καὶ ποιμένες, ἀγροίκοις ἀπάταις "ψυχα-

σημείωσαι πῶς εἰ Ἀριστοτέλης.

Pſal. 101. 28.
Malach. 3. 6.

Geneſ. 17. 28.

Sana Hebræorum ſententia de uno Deo: absurda Græcorum de pluribus opinio.

"ψυχαγωγηθέντες, ἕνα ἐνόμισαν εἶναι Θεόν· δεικνύτω τοίνυν, πῶς αἰπόλων καὶ ποιμένων ἀλόγως (ὡς οἴεται) ἀποστάντων τοῦ σέβειν Θεὸς, αὐτὸς δύναται παραστῆσαι τὸ πλῆθος τῶν καθ' Ἕλληνας Θεῶν, ἢ τοὺς λοιποὺς βαρβάρους. δεικνύτω τοίνυν ὑπόστασιν καὶ οὐσίαν Μνημοσύνης γεννώσης ἀπὸ Διὸς τὰς Μούσας· ἢ Θέμιδος τὰς Ὥρας· ἢ τὰς Χάριτας ἀεὶ γυμνὰς παραστησάτω δύνασθαι κατ' οὐσίαν ὑφεστηκέναι. ἀλλ' οὐ δυνήσεται τὰ Ἑλλήνων ἀναπλάσματα σωματοποιεῖσθαι δοκοῦντα, ἀπὸ τῶν πραγμάτων δεικνύναι Θεούς. τί γὰρ μᾶλλον οἱ Ἑλλήνων μῦθοι περὶ Θεῶν ἀληθεῖς, ἢ (φέρ' εἰπεῖν) οἱ Αἰγυπτίων, οὐκ εἰδότων τῇ σφῶν διαλέκτῳ Μνημοσύνην μητέρα Μουσῶν ἐννέα, οὐδὲ Θέμιν Ὡρῶν, οὐδὲ Εὐρυνόμην μίαν τῶν Χαρίτων, οὐδὲ τὰ λοιπὰ ὀνόματα αὐτῶν; πόσῳ οὖν ἐναργέστερον, καὶ πάντων τούτων τῶν ἀναπλασμάτων βέλτιον, τὸ, ἐκ τῶν ὁρωμένων πειθόμενον τοῖς κατὰ τὴν εὐταξίαν τοῦ κόσμου σέβειν τὸν δημιουργὸν αὐτοῦ, ἑνὸς ὄντος, ἕνα, καὶ συμπνέοντος αὐτοῦ ὅλου ἑαυτῷ· καὶ διὰ τοῦτο μὴ δυναμένου ὑπὸ πολλῶν δημιουργῶν γεγονέναι· ὡς οὐδ' ὑπὸ πολλῶν ψυχῶν συνέχεσθαι ὅλον τὸν οὐρανὸν κινούντων· ἀρκεῖ γὰρ μία * ἡ φέρουσα ὅλην τὴν ἀπλανῆ ἀπὸ ἀνατολῶν ἐπὶ δυσμὰς, καὶ ἐμπεριλαβοῦσα ἔνδον πάντα, ὧν χρείαν ἔχει ὁ κόσμος, τὰ μὴ αὐτοτελῆ. πάντα γὰρ μέρη κόσμου, οὐδὲν δὲ μέρος ὅλου Θεός. δεῖ γὰρ εἶναι τὸν Θεὸν μὴ ἀτελῆ, ὥσπερ ἐστὶ τὸ μέρος ἀτελές. * τάχα δὲ βαθύτερος λόγος δείξει, ὅτι κυρίως Θεὸς ὥσπερ οὐκ ἔστι μέρος, οὕτως οὐδὲ ὅλον, ἐπεὶ τὸ ὅλον ἐκ μερῶν ἐστι· καὶ οὐκ αἱρεῖ λόγος παραδέξασθαι τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν εἶναι ἐκ μερῶν, ὧν ἕκαστον οὐ δύναται * ὅπερ τὰ ἄλλα μέρη. Μετὰ ταῦτά φησιν, "Ὅτι οἱ αἰπόλοι καὶ ποιμένες ἕνα ἐνόμισαν Θεὸν, εἴτε Ὕψιστον, εἴτ' Ἀδωναῒ, εἴτ' Οὐράνιον, εἴτε Σαβαὼθ, εἴτε καὶ ὅπῃ καὶ ὅπως χαίρουσιν ὀνομάζοντες τόνδε τὸν κόσμον, καὶ πλέον οὐδὲν ἔγνωσαν." καὶ ἑξῆς δέ φησι, "μηδὲν διαφέρειν τῷ παρ' Ἕλλησι φερομένῳ ὀνόματι τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν καλεῖν ἢ Δία, ἢ τὸ δεῖνα (φέρ' εἰπεῖν) παρ' Ἰνδοῖς, ἢ τὸ δεῖνα παρ' Αἰγυπτίοις." Λεκτέον δὲ καὶ πρὸς τοῦτο, ὅτι ἐμπίπτει εἰς τὸ προκείμενον λόγος βαθὺς, καὶ ἀπόρρητος, ὁ περὶ φύσεως ὀνομάτων. πότερον, ὡς οἴεται Ἀριστοτέλης, θέσει εἰσὶ τὰ ὀνόματα; ἢ, ὡς νομίζουσιν οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς, φύσει, μιμουμένων τῶν πρώτων φωνῶν τὰ πράγματα, καθ' ὧν τὰ ὀνόματα, καθὸ καὶ στοιχεῖά τινα ἐτυμολογίας εἰσάγουσιν; ἢ, ὡς διδάσκει Ἐπίκουρος, (ἑτέρως ἢ ὡς οἴονται οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς) φύσει εἰσὶ τὰ

* ἡ φέρουσα.

* ταῦτα δὲ.

* ὥσπερ.

Irridet Judæos Celsus quod unum Deum colant et tamen variis nominibus pro Deo mundum agnoscant. 2° nihil referre quo nomine Deus appelletur.

[illegible] disputat. vid p. 261, 264

dolis decepti unum Deum eſſe crediderunt. Oſtendat igitur quomodo, cùm caprarum oviúmq; paſtores abſque ratione, ut ipſi videtur, defecerint à cultu multorum Deorum, approbare poſſit pluralitatem Græcorum aut barbaricorum numinum. Oſtendat ſubſtantiam & eſſentiam Mnemoſynes quæ ex Jove Muſas genuit, aut Themidis quæ Horas, aut Gratias ſemper nudas ſiſtat nobis in ſua eſſentia. Sed nunquam poterit Græcorum figmenta, quæ validiora fieri videntur, ex rebus ipſis Deos eſſe arguere. Quî enim veriores ſunt Græcorum fabulæ de Diis, quàm (verbi gratiâ) Ægyptiorum, qui in ſua lingua nullam nôrunt Mnemoſynem matrem novem Muſarum, nec Themin Horarum, nec Eurynomen unam Gratiarum, nec reliquarum nomina? Quantò igitur probabilius & omnibus figmentis potius, ut iis quæ videmus contentus quiſpiam acquieſcat tam optimæ mundi diſpoſitioni, & unius mundi unum opificem colat in unum cum ſuis partibus conſpirantis: unde liquet non potuiſſe eum creari à multis conditoribus, nec cœlum hoc totum poſſe moveri à multis animabus, una enim ſufficit, quæ orbem ἀπλανῆ (ut vocant) ab Oriente in Occidentem fert, continens intra ſe omnia, quibus mundus opus habet, quæ per ſe abſoluta non ſunt. Omnia enim partes mundi ſunt, Deus verò non eſt univerſitatis pars. Oportet enim Deum eſſe non imperfectum, ſicut pars imperfecta eſt. Forſan autem altior ratio patefecerit quemadmodum propriè Deus ùt pars minimè ſit, ità nec totum, quoniam id ex partibus conſtat: nec illud quidem ratio fatebitur, Deum, qui ſupra omnia ſit, ſic eſſe accipiendum tanquam ex partibus conſtet, quarum ſingulæ nequaquam id valent quod reliquæ omnes. Poſthæc ait, *Illos caprarum oviumque paſtores unum ſibi optâſſe Deum, ſive is ſit Altiſſimus, ſive Adonai, ſive Cœleſtis, ſive Sabaoth, ſive quocunq; tandem nomine illi gaudent appellare hunc mundum, præter quem nihil nôrint amplius:* ac deinceps addit, *non referre, etiam ſi vulgato hoc apud Græcos nomine rerum omnium Deus vocetur, Jupiter, aut quopiam alio, verbi gratiâ, Indis uſitato aut Ægyptiis.* Reſpondendum & ad hoc, præſentem diſputationem de natura nominum altiorem eſſe & reconditiorem: utrùm, ſicut placet Ariſtoteli, ex inſtituto impoſita ſint rebus vocabula? an, ut Stoici malunt, naturâ primis vocibus res ipſas, quibus ſunt nomina, imitantibus, quam ob cauſam etiam elementa quædam etymologiæ & notationis inducunt? an, ſicut Epicurus aliter docet quàm putent Stoici, naturâ quidem ſunt

ſunt nomina, ſed quatenus primi homines quaſdam voces de rebus ipſis temere ejectârunt? Si igitur potuerimus in hac diſſertatione proferre naturam nominum efficacium, quorum aliquot utuntur Ægyptiorum ſapientes, aut Perſarum magi doctiores, aut Indicorum philoſophorum vel Brachmanes vel Samanæi, atque ità ſingularum gentium: valuerimúſque declarare, quòd etiam magia quæ vocatur, non ut Epicurus & Ariſtoteles exiſtimant, res incongrua ſit: ſed ſicut ejus periti demonſtrant, conſtans quidem, ſed habens rationes paucis admodum cognitas: tum demum dicemus, nomen illud Sabaoth & Adonai, aliáque apud Hebræos cum magna veneratione tradita, non ſuper vulgaribus iſtis & creatis rebus eſſe impoſita, ſed occultam quandam continere Theologiam, quæ univerſitatis opifici congruat: quapropter nomina hæc efficacia ſunt, ſi pronuncientur quodam ipſis congruenti modo ac ordine. Alia quoque Ægyptiacâ linguâ prolata dæmonum nomina ſuam quandam vim habent, rurſúſque aliam alia linguæ Perſicæ: & ſic apud ſingulas gentes alias ad quoſdam aſſumuntur uſus. Atque ità invenietur, quemadmodum terreſtres genii ſortiti ſunt diverſa loca, ſic per ſingula propriis earum gentium illos appellari vocabulis. Ergò quiſquis ingenioſiùs vel modicam his rebus cogitationem impenderit, religioſè cavebit nè aliena rebus aptet nomina, nè quid tale ſibi accidat, quale his qui Dei nomen per errorem tribuunt materiæ inanimæ: aut boni appellationem primæ cauſæ debitam, virtutique & honeſto, transferunt in cæcas divitias, & in carnium, ſanguinis, oſſiúmque decentem proportionem, ſanitatémve aut proſperam habitudinem, vel eam quæ cenſetur generis nobilitas. Ac fortaſſe non minus periculum fuerit, nomen Dei aut boni deducere ad ea ad quæ non oportet, quàm in arcanis verbis permutare nomina, &, deteriora potioribus accommodare, potiora deterioribus. Non dico quòd ad Jovis mentionem confeſtim intelligitur Saturni & Opis filius, Junonis vir, Neptuni frater, Minervæ & Dianæ pater, filiæ ſuæ Proſerpinæ ſtuprator: aut Apollinis nomine auditur Latonæ Joviſque filius, Dianæ frater, Mercurii germanus eodem patre prognatus, & quæcunque alia produnt ſapientes illi Celſi dogmatum parentes, priſciq; Græcorum Theologi. Quâ enim ſorte Jovi obvenit ut ſic nominetur, nec aliter? útque pater ejus ſit Saturnus, Opis mater? idem cenſendum & de aliis qui ha-

ὀνόματα, ἀποῤῥηξάντων τῶν πρώτων ἀνθρώπων τινὰς φωνὰς κατὰ τῶν πραγμάτων; ἐὰν τοίνυν δυνηθῶμεν ἐν προηγουμένῳ λόγῳ παραστῆσαι φύσιν ὀνομάτων ἐνεργῶν, ὧν τισι χρῶνται Αἰγυπτίων οἱ σοφοὶ, ἢ τῶν παρὰ Πέρσαις Μάγων οἱ λόγιοι, ἢ τῶν παρ' Ἰνδοῖς φιλοσοφούντων Βραχμᾶνες, ἢ Σαμαναῖοι· καὶ οὕτω καθ' ἕκαστον τῶν ἐθνῶν· καὶ κατασκευάσαι οἷοί τε γενώμεθα, ὅτι καὶ ἡ καλουμένη μαγεία οὐχ, ὡς οἴονται οἱ ἀπὸ Ἐπικούρου καὶ Ἀριστοτέλους, πρᾶγμά ἐστιν ἀσύστατον πάντῃ, ἀλλ', ὡς οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ ἀποδεικνύουσι, συνεστὼς μὲν, λόγους δ' * ἔχειν σφόδρα ὀλίγοις γινωσκομένους· τότ' ἐροῦμεν, ὅτι τὸ μὲν Σαβαὼθ ὄνομα, καὶ τὸ Ἀδωναῒ, καὶ ἄλλα παρ' Ἑβραίοις μετὰ πολλῆς σεμνολογίας παραδιδόμενα, οὐκ ἐπὶ τῶν τυχόντων καὶ γενητῶν κεῖται πραγμάτων, ἀλλ' ἐπί τινος θεολογίας ἀποῤῥήτου, ἀναφερομένης εἰς τὸν τῶν ὅλων δημιουργόν. διὸ καὶ δύναται ταῦτα τὰ ὀνόματα, λεγόμενα μετά τινος τοῦ * συνήθους αὐτοῖς εἱρμοῦ. ἄλλα δὲ κατὰ Αἰγύπτιαν προφερόμενα φωνὴν, ἐπί τινων δαιμόνων τῶν τάδε μόνα δυναμένων, καὶ ἄλλα κατὰ τὴν Περσῶν διάλεκτον ἐπὶ ἄλλων δυνάμεων, καὶ οὕτω καθ' ἕκαστον τῶν ἐθνῶν εἰς χρείας τινὰς παραλαμβάνεσθαι· καὶ οὕτως εὑρεθήσεται τῶν ἐπὶ γῆς δαιμόνων, λαχόντων διαφόρους τόπους, φέρεσθαι τὰ ὀνόματα οἰκείως ταῖς κατὰ τόπον καὶ ἔθνος διαλέκτοις. ὁ τοίνυν μεγαλοφυέστερον κἂν ὀλίγην τούτων ἐπίνοιαν εἰληφὼς, * εὐλαβηθήσεται ἄλλα ἄλλοις ἐφαρμόζειν ὀνόματα πράγμασι, μή ποτε ὅμοιον πάθῃ τοῖς τὸ Θεὸς ὄνομα ἐσφαλμένως φέρουσιν ἐπὶ ὕλην ἄψυχον· ἢ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ προσηγορίαν κατασπῶσιν ἀπὸ τοῦ πρώτου αἰτίου, ἢ ἀπὸ τῆς ἀρετῆς καὶ τοῦ καλοῦ, ἐπὶ τὸν τυφλὸν πλοῦτον, καὶ ἐπὶ τὴν σαρκῶν καὶ αἱμάτων καὶ ὀστέων συμμετρίαν ἐν ὑγείᾳ καὶ εὐεξίᾳ, ἢ τὴν νομιζομένην εὐγένειαν. Καὶ τάχα οὐκ ἐλάττων ὁ κίνδυνος τῷ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ, ἢ τὸ ὄνομα τοῦ ἀγαθοῦ ἐφ' ἃ μὴ χρὴ κατάγοντι, ἤπερ τῷ τὰ κατά τινα ἀπόῤῥητον λόγον ὀνόματα ἐναλλάσσοντι, καὶ τὰ μὲν κατὰ τῶν ἐλαττόνων φέροντι ἐπὶ τὰ κρείττονα, τὰ δὲ κατὰ τῶν κρειττόνων ἐπὶ τὰ ἥττονα. καὶ οὐ λέγω ὅτι τῷ Διῒ εὐθέως συνεξακούεται ὁ Κρόνου καὶ Ῥέας υἱὸς, καὶ Ἥρας ἀνὴρ, καὶ Ποσειδῶνος ἀδελφὸς, καὶ Ἀθηνᾶς καὶ Ἀρτέμιδος πατὴρ, καὶ ὁ τῇ θυγατρὶ Περσεφόνῃ μιγείς· ἢ τῷ Ἀπόλλωνι συνεξακούεται ὁ Λητοῦς καὶ Διὸς υἱὸς, καὶ Ἀρτέμιδος ἀδελφὸς, καὶ Ἑρμοῦ ὁμοπάτριος ἀδελφός· καὶ ὅσα ἄλλα φέρουσιν οἱ σοφοὶ Κέλσου τῶν δογμάτων πατέρες, καὶ ἀρχαῖοι θεολόγοι Ἑλλήνων. τίς γὰρ ἡ ἀποκλήρωσις, κυρίως λεχθῆναι μὲν τὸν Δία; οὐχὶ δὲ καὶ τὸν πατέρα μὲν αὐτοῦ εἶναι Κρόνον, μητέρα δὲ Ῥέαν; τὸ δ' ὅμοιον ποιητέον καὶ ἐπὶ τῶν ἄλ-

* ἔχει.
* συνύφεις.
* εὐλαβήσεται.

λων ὀνομαζομένων Θεῶν. Τοῦτο δὲ τὸ ἔγκλημα οὐδαμῶς ἅπτεται τῶν κατά τινα ἀπόρρητον λόγον τὸ Σαβαὼθ ταττόντων ἐπὶ τοῦ Θεοῦ, ἢ τὸ Ἀδωναῒ, ἤ τι τῶν λοιπῶν ὀνομάτων. Ὅταν δὲ τὰ περὶ ὀνομάτων τις δύνηται τὰ ἐν ἀπορρήτοις φιλοσοφεῖν, πολλὰ ἂν εὕροι καὶ περὶ τῆς ἐπικλήσεως τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ· ὧν ὁ μέν τις Μιχαὴλ, ἕτερος δὲ Γαβριὴλ, καὶ ἄλλος Ῥαφαὴλ καλεῖται, φερωνύμως τοῖς πράγμασιν, ἃ διακονοῦνται κατὰ τὸ βούλημα τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἐν τῷ παντί. Τῆς δ' ὁμοίας ἔχεται περὶ ὀνομάτων φιλοσοφίας καὶ ὁ ἡμέτερος Ἰησοῦς, οὗ τὸ ὄνομα μυρίους ἤδη ἐναργῶς ἑώραται δαίμονας ἐξελάσαι ψυχῶν καὶ σωμάτων, ἐνεργῆσαν εἰς ἐκείνους ἀφ' ὧν ἀπηλάθησαν. Ἔτι δ' εἰς τὸν περὶ ὀνομάτων τόπον λεκτέον, ὅτι οἱ περὶ τὴν χρῆσιν τῶν ἐπῳδῶν δεινοὶ ἱστοροῦσιν, ὅτι τὴν αὐτὴν ἐπῳδὴν εἰπόντα μὲν τῇ οἰκείᾳ διαλέκτῳ, ἔστιν ἐνεργῆσαι ὅπερ ἐπαγγέλλεται ἡ ἐπῳδή· μεταβαλόντα δὲ εἰς ἄλλην ὁποιανδηποτοῦν φωνὴν, ἔστιν ἰδεῖν ἄτονον καὶ οὐδὲν δυναμένην. Οὕτως οὐ τὰ σημαινόμενα κατὰ τῶν πραγμάτων, ἀλλ' αἱ τῶν φωνῶν ποιότητες καὶ ἰδιότητες, ἔχουσί τι δυνατὸν ἐν αὐταῖς πρὸς τάδε τινὰ ἢ τάδε. Οὕτω δ' ἀπολογησόμεθα διὰ τῶν τοιούτων καὶ περὶ τοῦ μέχρι θανάτου ἀγωνίζεσθαι Χριστιανοὺς, ἵνα μὴ τὸν Δία Θεὸν ἀναγορεύσωσι, μηδ' ἄλλῃ διαλέκτῳ αὐτὸν ὀνομάσωσιν. Ἢ γὰρ ἀορίστως ὁμολογοῦσι τὸ κοινὸν ὄνομα, τὸ Θεὸς, ἢ καὶ μετὰ προσθήκης τῆς ὁ δημιουργὸς τῶν ὅλων, ὁ ποιητὴς οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁ καταπέμψας τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων τούσδε τινὰς τοὺς σοφούς· ὧν τῷ ὀνόματι ἐφαρμοζόμενον τὸ Θεὸς ὄνομα, δύναμίν τινα παρὰ ἀνθρώποις ἐπιτελεῖ. Πολλὰ δ' ἂν καὶ ἄλλα λέγοιτο εἰς τὸν περὶ ὀνομάτων τόπον, πρὸς τοὺς οἰομένους δεῖν ἀδιαφορεῖν περὶ τῆς χρήσεως αὐτῶν. Καὶ εἰ μὲν θαυμάζεται ὁ Πλάτων, εἰπὼν ἐν Φιλήβῳ, Τὸ δ' ἐμὸν δέος, ὦ Πρώταρχε, περὶ τὰ ὀνόματα τῶν Θεῶν οὐκ ὀλίγον· *ἐπεὶ Φίληβος Θεὸν τὴν ἡδονὴν εἶπεν ὁ προσδιαλεγόμενος τῷ Σωκράτει· πῶς οὐ μᾶλλον τῆς εὐλαβείας ἀποδεξόμεθα Χριστιανοὺς μηδὲν τῶν ἐν ταῖς μυθοποιίαις παραλαμβανομένων ὀνομάτων *προσάπτοντας τῷ τοῦ παντὸς δημιουργῷ; ἀλλὰ γὰρ τούτων ἐπὶ τοῦ παρόντος ἅλις. Ἴδωμεν δὲ τίνα τρόπον συκοφαντεῖ Ἰουδαίους ὁ πάντ' ἐπαγγελλόμενος εἰδέναι Κέλσος, λέγων «αὐτοὺς σέβειν ἀγγέλους, καὶ «γοητείᾳ προσκεῖσθαι, ἧς ὁ Μωϋσῆς αὐτοῖς «γέγονεν ἐξηγητής. Ποῦ γὰρ τῶν γραμμάτων Μωϋσέως εὗρε τὸν νομοθέτην παραδιδόντα σέβειν ἀγγέλους, λεγέτω ὁ ἐπαγγελλόμενος εἰδέναι τὰ Χριστιανῶν καὶ Ἰουδαίων. Πῶς δὲ καὶ γοητεία παρὰ τοῖς παραδεξαμένοις τὸν Μωϋσέως νόμον ἐστὶν, ἀνεγνωκόσι καὶ τό· Τοῖς ἐπαοιδοῖς οὐ προσκολληθήσεσθε, ἐκμιανθῆναι ἐν αὐτοῖς. Ἐπαγ-

* εἰ ἐπὶ Φιλήβου.

* προσαπτόντων.

[illegible] angelorum cultus & artium magicarum accuſat Celſus

[illegible] Moſes [illegible] incantatoribus [illegible]

Lev. 19.31.

bentur pro Diis: quod crimen temere imponendi vocabula non cadit in eos, qui occultâ quadam ratione Sabaoth ponunt pro Deo, aut Adonai, aut reliquorum nominum aliquod. Qui autem potuerit de nominum ſecreta ratione philoſophari, multa facilè inveniet & de appellationibus angelorum Dei, quorum alius Michael, alius Gabriel, alius Raphael nominatur, nomine quiſque convenienti ſuo miniſterio, ex voluntate Dei, qui univerſæ rerum naturæ præſidet. Ad hujuſmodi de nominibus philoſophiam pertinet noſter quoque Jeſus, cujus nominis efficaciâ jam innumeri dæmones conſpecti ſunt maniſeſtè fugati ex arreptorum corporibus & animis. His addendum quod affirmant incantandi periti, eandem incantationem pronunciatam linguâ ſuâ propriâ efficere quod pollicetur: ſin transferas eam in alias quaſcunque voces, evidenter vim ſuam perdere: adeò vis illa non in ſignificationibus rerum, ſed in ipſis vocum qualitatibus & proprietatibus ineſt, ad hæc vel illa efficax. Quâ ratione defendimus etiam Chriſtianos uſque ad mortẽ obſtinatos in certaminibus, nè Jovi nomen Dei tribuant, aut Deum alienâ linguâ nominent: aut enim indefinitè utuntur hoc communi nomine Deus, aut cum additamento, univerſorum conditor, cæli terræque creator, is miſit ad humanum genus ſapientes aliquot, quorum nomini adjunctum Dei nomen, vim quandam apud homines exerit mirificam. Hoc loco & alia multa dici poſſent de nominibus, contra eos qui putant nihil referre quomodo eis utamur. Nam ſi Plato eſt in admiratione quia ſcripſit in Philebo, *Mihi, Protarche, non mediocris religio eſt circa Deorum nomina, quoniam Philebus cum Socrate diſſerens voluptatem Deum vocaverat:* quantò magìs probanda eſt Chriſtianorum pietas, qui rem indignam cenſcent vocabulum aliquot Poetarum fabulis celebratum accommodare conditori rerum omnium? Verùm de his in præſentiarum ſatis jam dictum ſit. Nunc videamus quo pacto Celſus omnia ſe nôſſe profeſſus, calumniam ſtruat Judæis, dicens *eos venerationem & cultum exhibere angelis, & vacare damnatis maleficisque artibus, à Moſe præceptore acceptis.* Dicat iſte qui novit Judæorum & Chriſtianorum omnia: ubinàm invenit in Moſaicis literis à legiſlatore tradi cultum angelorum? aut quomodo maleficæ artes locum habent apud Moſis diſcipulos, qui legerunt in ejus lege; *Incantatoribus non adhærebitis, ne ab eis*

polluamini? Deindè pollicetur ſe oſtenſurum *quid Judæi per imperitiam decepti aberraverint.* Qui ſi deprehendiſſet eorum in agnoſcendo Jeſu Chriſto imperitiam, natam ex Prophetiarum neglectu, verè potuiſſet errorem gentis coarguere: nunc cùm nihil tale ne in mentem quidem ei venerit, qui non ſunt, errores Judæorum exiſtimat. Et pollicitus poſtea ſe dicturum de rebus Judaicis, primò loquitur de Servatore noſtro, ut duce generationis hujus, quà Chriſtiani reddimur, *quem ait ante valde paucos annos fuiſſe inſtitutorem hujus doctrinæ, à Chriſtianis Dei filium habitum.* De quo quantum ad hoc attinet, quòd *ante paucos annos eum exortum* ait, reſpondebimus; his ipſis annis quibus Jeſu placuit diſſeminare verbum ſuum, tantum effeciſſe, ut in multis hujus noſtri orbis regionibus mirificè affecerit non paucos Græcos & barbaros, ſapientes & inſenſatos, ità ut ad mortem uſque decertârint pro pietate Chriſtiana, ne illam abnegarent, id quod in nullo unquam alio dogmate factum narratur à ſcriptoribus; nec enim abſq; favore numinis fieri potuit. Equidem, non ut ad gratiam loquar, ſed experientiâ doctus, auſim affirmare, ne corpora quidem ægrotorum ſine ope divina reſtitui ſanitati priſtinæ: quòd ſi quis etiam animas liberaret à vitiorum colluvie, libidinibus, iniquitatibus, contemptu numinis, & experimentum hujus operis in centum (verbi gratiâ) hominibus daret: certè nemo hunc veriſimiliter diceret abſque divino auxilio centum illis indidiſſe rationes tam validas ad liberandum à tot vitiis. Hæc qui prudenter conſideraverit, aſſentiet nihil inter homines in melius inſtaurari abſque Deo; quantò magis qui in Chriſto fiduciam habet id demonſtrabit, ſi in vitas eorum qui ſe verbo dederunt inquirens, eorum priſtinam vivendi rationem cum ea conferat quam jam inſtituerunt, & animadvertat in quantis impuritatibus, in quantis iniquitatibus, & cupiditatibus fuerint ſinguli, priuſquam decepti, ut Celſus ejúſque ſimiles blaterant, recepiſſent hanc doctrinam pernicioſam, ut ipſis videtur, vitæ hominum? ex quo autem tempore verbum receperunt quantò æquiores ſint redditi, graviores, conſtantiores; adeò, ut quidam ex ipſis amore eximiæ puritatis, & quò caſtiores ad cultum divinum accederent, ne conceſſâ quidem & legitima utantur venere. Hæc qui ſecum reputaverit, intelliget Jeſum auſum majora humanis viribus, & quod aggreſſus eſt effeciſſe.

Ἐπαγγέλλεται δὲ διδάξειν ἑξῆς, "πῶς καὶ Ἰουδαῖοι "ὑπὸ ἀμαθίας ἐσφάλησαν ἐξαπατώμενοι. Καὶ εἰ μὲν ηὕρισκε τὴν περὶ Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ ἐν Ἰουδαίοις ἀμαθίαν μὴ κατακούσασι τῶν περὶ αὐτοῦ προφητειῶν, ἀληθῶς ἂν ἐδίδαξε πῶς ἐσφάλησαν Ἰουδαῖοι· νυνὶ δὲ ταῦτα οὐδὲ βουληθεὶς φαντασθῆναι, τὰ μὴ σφάλματα Ἰουδαίων, σφάλματα εἶναι ὑπολαμβάνει. Ἐπαγγειλάμενος δ' ὁ Κέλσος ὕστερον διδάξειν τὰ περὶ Ἰουδαίων· πρῶτον ποιεῖται τὸν λόγον περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ὡς γενομένου ἡγεμόνος τῇ καθὸ Χριστιανοί ἐσμεν γενέσει ἡμῶν, καί φησιν· "Αὐτὸν "πρὸ πάνυ ὀλίγων ἐτῶν τῆς διδασκαλίας "ταύτης καθηγήσασθαι, νομισθέντα ὑπὸ Χρι"στιανῶν υἱὸν εἶναι τοῦ Θεοῦ. Καὶ περὶ αὐτοῦ δὲ τούτου, τοῦ πρὸ ὀλίγων ἐτῶν γεγονέναι αὐτὸν, τοιαῦτα φήσομεν· ἆρα τὸ ἐν τούτοις τοῖς ἔτεσι βουληθέντα σπεῖραι τὸν ἑαυτοῦ λόγον καὶ διδασκαλίαν τὸν Ἰησοῦν, τοσοῦτον δεδυνῆσθαι, ὡς πολλαχοῦ τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης διατεθεῖσθαι πρὸς τὸν λόγον αὐτοῦ οὐκ ὀλίγους Ἕλληνας καὶ βαρβάρους, σοφοὺς καὶ ἀνοήτους, ὥστε μέχρι θανάτου ἀγωνίζεσθαι ὑπὲρ Χριστιανισμοῦ, ἵν' αὐτὸν μὴ ἐξομόσωνται, ὅπερ οὐδεὶς ὑπὲρ ἄλλου δόγματος ἱστόρηται ποιεῖν, ἀθεεὶ γεγένηται; ἐγὼ μὲν οὖν οὐ κολακεύων τὸν λόγον, ἀλλὰ πειρώμενος πεπειραμένως ἐξετάζειν τὰ πράγματα, φήσαιμι ἂν, ὅτι οὐδ' οἱ σώματα πολλὰ κάμνοντα θεραπεύοντες, ἀθεεὶ τυγχάνουσι τοῦ κατὰ τὴν ὑγίειαν τῶν σωμάτων τέλους· εἰ δὲ καὶ ψυχάς τις δύναιτο ἀπαλλάττειν τῆς κατὰ τὴν κακίαν χύσεως, καὶ ἀκολασταμάτων, καὶ ἀδικοπραγημάτων, καὶ τῆς περὶ τὸ θεῖον καταφρονήσεως, καὶ δεῖξιν διδοίη τοῦ τοιούτου ἔργου, βελτιωθέντας τὸν ἀριθμὸν ἑκατὸν (ἔστω γὰρ ἐπὶ τοσούτων ὁ λόγος)· οὐδὲ τοῦτον ἂν εὐλόγως φήσαι τις ἀθεεὶ λόγον τοσούτων κακῶν ἀπαλλακτικὸν ἐμπεποιηκέναι τοῖς ἑκατόν. Εἰ δ' ὁ εὐγνωμόνως ταῦτα κατανοῶν συγκαταθήσεται τῷ, μηδὲν κρεῖττον ἐν ἀνθρώποις γεγονέναι ἀθεεί· πόσῳ πλέον τὸ τοσοῦτον περὶ τοῦ Ἰησοῦ θαρρῶν ἀποφανεῖται, συνεξετάζων πολλῶν προσερχομένων αὐτοῦ τῷ λόγῳ ἀρχαιοτέρους βίους μεταγενεστέροις, καὶ κατανοῶν, ἐν ὅσαις μὲν ἀκολασίαις, ὅσαις δὲ ἀδικίαις καὶ πλεονεξίαις ἕκαστος τούτων ἦν, πρὶν, ὥς φησι Κέλσος* καὶ οἱ τὰ αὐτὰ αὐτῷ νομίζοντες, ἀπατηθῶσι, καὶ παραδέξωνται λόγον λυμαινόμενον, ὡς ἐκεῖνοι λέγουσι, τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον, καὶ ἐξ οὗ* δὴ παρειλήφασι τὸν λόγον, τίνα τρόπον γεγόνασιν ἐπιεικέστεροι καὶ σεμνότεροι καὶ εὐσταθέστεροι, ὥς τινας αὐτῶν διὰ τὸν ἔρωτα τῆς ὑπερβαλλούσης καθαρότητος, καὶ διὰ τὸ καθαρώτερον θρησκεύειν τὸ θεῖον, μηδὲ τῶν συγκεχωρημένων ὑπὸ τοῦ νόμου ἅπτεσθαι ἀφροδισίων· ἐξετάζων δέ τις τὰ πράγματα, ὄψεται ὅτι μεῖζον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐτόλμησεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ τολμήσας ἤνυσε.

* κἂν.

* δή.

Cels: urget Xtum paucos annos antea doctrinam [illegible] promulgaſſe

Respond: Orig: brevitatem temporis miraculum rei augere

Πάντων γὰρ ἀρχῆθεν ἀντιπραττόντων τῷ σπαρῆναι τὸν λόγον αὐτοῦ ἐπὶ τὴν ὅλην οἰκουμένην, τῶν τε κατὰ καιροὺς βασιλέων, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοὺς ἀρχιστρατήγων καὶ ἡγεμόνων, πάντων τε, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῶν ἡντινοῦν ἐξουσίαν ἐγκεχειρισμένων, ἔτι δὲ καὶ τῶν κατὰ πόλεις ἀρχόντων καὶ στρατιωτικῶν καὶ δήμων, ἐνίκησε, μὴ πεφυκὼς κωλύεσθαι, ὡς λόγος Θεοῦ, καὶ γενόμενος τοσούτων ἀνταγωνιστῶν ἰσχυρότερος, πάσης μὲν Ἑλλάδος, ἐπὶ πλεῖον δὲ τῆς βαρβάρου ἐκράτησε, καὶ μετεποίησε μυρίας ὅσας ψυχὰς ἐπὶ τὴν κατ' αὐτὸν θεοσέβειαν· ἀναγκαῖον δ' ἦν ἐν πλήθει κρατουμένων ὑπὸ τοῦ λόγου, ὧν * πολλαπλάσιοι οἱ ἰδιῶται καὶ ἀγροικότεροι τῶν ἐν λόγοις γεγυμνασμένων, πολλαπλασίους γενέσθαι τοὺς ἰδιώτας, καὶ ἀγροικοτέρους τῶν συνετωτέρων. ἀλλὰ μὴ βουληθεὶς ταῦτα ὁ Κέλσος κατανοῆσαι, τὴν τοῦ λόγου φιλανθρωπίαν, καὶ φθάνουσαν ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀνατολῆς ἡλίου, οἴεται εἶναι ἰδιωτικὴν, καὶ διὰ τὸ ἰδιωτικὸν, καὶ οὐδαμῶς ἐν λόγοις δυνατὸν, ἰδιωτῶν μόνον κρατῆσαι· καίτοι οὐδ' αὐτὸς ἰδιώτας μόνους φησὶν ὑπὸ τοῦ λόγου προσῆχθαι τῇ κατὰ Ἰησοῦν θεοσεβείᾳ· ὁμολογεῖ γὰρ καὶ μετρίους καὶ ἐπιεικεῖς, καὶ συνετούς τινας, καὶ ἐπ' ἀλληγορίαν ἑτοίμους εἶναι ἐν αὐτοῖς. Ἐπεὶ δὲ καὶ προσωποποιεῖ, τρόπον τινὰ μιμησάμενος ἐν ῥήτορος παιδίον εἰσαγόμενον, καὶ εἰσάγει Ἰουδαῖον πρὸς τὸν Ἰησοῦν λέγοντά τινα μειρακιωδῶς, καὶ οὐδὲν φιλοσόφου πολιᾶς ἄξιον· φέρε κατὰ δύναμιν καὶ ταῦτα ἐξετάσαντες * ἐξελέγξομεν, ὅτι οὐδὲ τὸ ἁρμόζον πάντῃ τῷ Ἰουδαίῳ πρόσωπον ἐν τοῖς λεγομένοις τετήρηκε. μετὰ ταῦτα προσωποποιεῖ Ἰουδαῖον αὐτῷ διαλεγόμενον τῷ Ἰησοῦ, καὶ ἐλέγχοντα αὐτὸν περὶ πολλῶν μὲν, ὡς οἴεται· πρῶτον δὲ, "ὡς πλασαμένου αὐτοῦ τὴν ἐκ παρθένου "γένεσιν· ὀνειδίζει δ' αὐτῷ καὶ ἐπὶ τῷ ἐκ κώ"μης αὐτὸν γεγονέναι Ἰουδαϊκῆς, καὶ ἀπὸ γυ"ναικὸς ἐγχωρίου καὶ πενιχρᾶς, καὶ χερνήτιδος. φησὶ δὲ "αὐτὴν καὶ ὑπὸ τοῦ γήμαντος, τέ"κτονος τὴν τέχνην ὄντος, ἐξεῶσθαι, ἐλεγ"χθεῖσαν ὡς μεμοιχευμένην. εἶτα λέγει, "ὡς ἐκβληθεῖσα ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς, καὶ πλα"νωμένη ἀτίμως σκότιον ἐγέννησε τὸν Ἰησοῦν. "καὶ ὅτι οὗτος διὰ πενίαν εἰς Αἴγυπτον * μι"σθαρνήσας, κἀκεῖ δυνάμεών τινων πειρα"θεὶς, ἐφ' αἷς Αἰγύπτιοι σεμνύνονται, ἐπα"νῆλθεν, ἐν ταῖς δυνάμεσι μέγα φρονῶν, καὶ "δι' αὐτὰς Θεὸν αὑτὸν ἀνηγόρευσε. Ταῦτα δὲ πάντα, τῷ μηδὲν δυναμένῳ ἀβασάνιστον ἐᾶν τῶν λεγομένων ὑπὸ τῶν ἀπιστούντων, ἀλλὰ τὴν ἀρχὴν τῶν πραγμάτων ἐξετάζοντι, δοκεῖ μοι συμπνεῖν τῷ ἄξιον γεγονέναι τῆς προφητείας περὶ τοῦ Θεοῦ υἱὸν εἶναι τὸν Ἰησοῦν. ἀνθρώποις μὲν γὰρ συμβάλλεται πρὸς τὸ γενέσθαι τινὰ αὐτὸν διάσημον καὶ ἔνδοξον, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ διαβόητον, γένος· ὅταν οἱ γονεῖς

Omnibus enim jam in ſe ab initio reſiſtentibus, quò minùs verbum ejus per totum orbem terrarum ſpargeretur, ſuæ quibusque ætatis regibus, eorúmque tam militaribus quàm civilibus magiſtratibus, denique omnibus quacunque poteſtate præditis, & oppidatim populorum præſidibus præfectiſq; præſidiorum; vicit Dei verbum, quod ſuâ naturâ opprimi ſe non patitur, invictúmque permanet: itaque tot adverſariis perdomitis Græciam totam ſubegit, majorémque partem barbariæ, traduxitque ad pietatem innumeras animas: neceſſe autem erat, quoniam ubique plures ſunt idiotæ quàm literati, in tanta multitudine manus verbo dantium longè plures eſſe illiteratos & ruſticos, quàm eruditione ſpectabiles. Celſus verò nolens conſiderare divini verbi benignitatem, non ſubtrahentem ſe ulli ſub Sole animæ, putat rem eſſe vulgarem & imperitorum hominum, quaſi rudis & nequaquam exculta doctrina ſolis plebeiis & rudibus perſuaſerit; quamvìs nè ipſe quidem ait ſolos idiotas verbo Jeſu ad religionem adductos: fatetur enim multos in eis eſſe modeſtos, temperatos, prudentes, & ad allegorias intelligendas idoneos. Sed cùm Judæi perſonam effingat, imitatus quodammodo Oratoriæ artis alumnum quempiam ut loquatur inductum, inducitque Judæum loquentem ad Jeſum puerilia quædam & indigna philoſophi canitie: age pro virili & his examinatis, coarguamus eum nè decorum quidem perſonæ ſervâſſe in Judæi ſermonibus. Facit enim jam Judæum differentem, reprehendentémque Jeſum multis, ut ipſi videtur, nominibus, & ante omnia, *quòd finxiſſet ſe natum è virgine:* exprobat etiam ei, *quòd è vico ſit ortus Judaico, & è fœmina indigenâ paupercula, victum parante operis manuariis, quam ait ejectam à marito fabro materiario, quaſi deprehenſam in adulterio:* deinde narrat, *à viro expulſam & ignominiosè vagabundam edidiſſe Jeſum partu clanculario, quódque is præ inopia mercede ſervire coactus in Ægypto, & ibi efficaces quaſdam artes doctus, quibus ſibi placent Ægyptii, reverſus ſit tantâ potentiâ tumidus, propter quam pro Deo haberi poſtulaverit.* Mihi ſanè qui nihil eorum, quæ ab infidelibus objiciuntur, poſſum indiſcuſſum ſinere, rerum principia ſcrutanti conſentire hæc cuncta videntur, ut meritò juxta vatum oracula filius Dei Jeſus dictus ſit. Hominibus enim multum confert genus ad illuſtrem famam & claritatem nominis, quando parentes eorum poten-

tes

2° plures idiotas in numero credentium nemo non expectaret.

* πολλαπλασίους.

vid. Proem. p. 4. l. 11.

* ἐλέγξωμεν.

Xto exprobrat Celsus ortum in vico Judaico, et foeminâ paupercula & adulterâ, fictamq. ex Virgine nativitatem

* ἀνεχώρησε.

Respondet Orig. 1°. [illegible] ex parte [illegible] certius illum esse Dei filium demonstrare

tes & præcellentes fuerint, amplis facultatibus præditi ad excolendum ingenium filii, tum patria magna & nobilis: quando verò aliquis omnia habens his contraria poteſt è tot obſtaculis ad claritatem emergere, & commovere ſui famâ multitudinis animos, ac per totum orbem diverſis rumoribus de ſe ſtrepentem celebris fieri: an non meritò demireris naturam hujuſmodi ut generoſam ſe verſantem in negotiis arduis & loquendi fiduciâ inſtructum minimè contemnendâ. In hujuſmodi virum ſi cui libeat ampliùs inquirere, an non quæſiturus eſt quonam modo frugaliter & in paupertate educatus, nullisque liberalibus diſciplinis inſtitutus, nec eloquentiæ candidatus artiúmque idonearum ad flectendos concionibus populorum animos & auditores demulcendos, aggreſſus ſit profiteri ſe doctorem novorum dogmatum; introductâ in humanum genus doctrinâ deſtruente Judæorum placita, ſalvâ nihilominus Prophetarum autoritate, & convellente Græcorum leges cum ſuis ritibus ac ceremoniis? præterea quomodo talis, ſic educatus, nihil magnum, ut obtrectatores fatentur, doctus ab homine, talia de judicio Dei, déque pœnis malorum & bonorum præmiis diſſerere potuerit tantâ admiratione, ut non ſolùm agreſte vulgus & illiteratum caperet, verùm etiam non paucos è ſapientioribus, qui poſſent penitus introſpicere quòd, factâ ſegregatione viliorum quæ videntur denuntiari, ſub illa, ut ità dicam, arcanum aliquid occultaretur? Apud Platonem Seriphius quidam Themiſtocli celeberrimo imperatori claritatem exprobrans, quaſi non ſuâpte virtute partam, ſed quòd patria illi contigiſſet urbs totius Græciæ nobiliſſima, audiit à non ingrato Themiſtocle, & agnoſcente patriam quoque ſibi contuliſſe aliquid ad gloriam; *Nec ego ſi Seriphius fuiſſem tam celebris evaſiſſem: nec ſi tibi Athenæ patria contigiſſet, fuiſſes Themiſtocles.* Jeſus verò noſter, licèt opprobretur ei patria vicus, iſque non Græcanicus, nec alicujus gentis celebratæ, infametur & ipſe ut pauperculæ operariæque filius, & tum ob paupertatem relictâ patriâ mercede famulatus in Ægypto, &, ut ad præſens exemplum illudam, non ſolùm Seriphius natus è minima ignobiliſſimáque inſula, verùm etiam Seriphiorum, ut ità dicam, poſtremus, valuit concutere totum terrarum orbem, non ſolùm magìs quàm Athenienſis Themiſtocles, ſed magìs etiam quàm Plato, aut Py- [illegible]

ἐν ὑπεροχῇ καὶ * προσαγωγῇ τυγχάνουσι, καὶ πλοῦτος τῶν ἀναθρεψαμένων, καὶ δυνηθέντων ἀναλῶσαι εἰς παίδευσιν τοῦ * υἱοῦ· καὶ πατρὶς μεγάλη τις οὖσα καὶ ἐπίσημος. Ὅταν δὲ πάντα τὰ τούτοις ἐναντία ἔχων τις δυνηθῇ ὑπερκύψας τὰ ἐμποδίζοντα αὐτὸν γνωσθῆναι, καὶ σεῖσαι τοὺς περὶ αὐτοῦ ἀκούοντας, καὶ γενέσθαι ἐμφανὴς καὶ δῆλος οἰκουμένῃ ὅλῃ, τὰ ἀνόμοια λέγουσι περὶ αὐτοῦ· πῶς οὐ θαυμάσιον τὴν τοιαύτην φύσιν, αὐτόθεν μὲν ὡς μεγαλοφυῆ, καὶ μεγάλοις ἐπιβάλλουσαν πράγμασι, καὶ ἔχουσαν παρρησίαν, οὐκ εὐκαταφρόνητον; εἰ δὲ καὶ ἐπὶ πλεῖον ἐξετάζοι τις τὰ κατὰ τὸν τοιοῦτον, πῶς οὐκ ἂν ζητήσαι, τίνα τρόπον ἐν εὐτελείᾳ καὶ πενίᾳ ἀνατεθραμμένος, καὶ μηδεμίαν ἐγκύκλιον παιδείαν παιδευθεὶς, μηδὲ μαθὼν λόγους καὶ δόγματα, ἀφ᾽ ὧν κἂν πιθανὸς γενέσθαι ἐδύνατο ὁμιλεῖν ὄχλοις, καὶ δημαγωγεῖν, καὶ ἐπάγεσθαι ἀκροατὰς πλείονας, ἐπιδίδωσιν ἑαυτὸν διδασκαλίᾳ καινῶν δογμάτων· ἐπεισάγων τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων λόγον, τά τε Ἰουδαίων ἔθη καταλύοντα, μετὰ τοῦ σεμνοποιεῖν αὐτῶν τοὺς προφήτας, καὶ τοὺς Ἑλλήνων νόμους μάλιστα περὶ τοῦ θείου καθαιροῦντα; πῶς δ᾽ ἂν ὁ τοιοῦτος, καὶ οὕτως ἀνατεθραμμένος, καὶ μηδὲν (ὡς καὶ οἱ κακολογοῦντες αὐτὸν ὁμολογοῦσι) σεμνὸν παρὰ ἀνθρώπου μαθὼν, τοιαῦτα περὶ κρίσεως Θεοῦ, καὶ κολάσεων μὲν τῶν κατὰ τῆς κακίας, τιμῶν δὲ τῶν ὑπὲρ τοῦ καλοῦ λέγειν ἐδύνατο οὐκ εὐκαταφρονήτως; ὥστ᾽ οὐ μόνον ἀγροίκους καὶ ἰδιώτας ἄγεσθαι ὑπὸ τῶν λεγομένων, ἀλλὰ καὶ οὐκ ὀλίγους τῶν συνετωτέρων, καὶ δυναμένων ἐνορᾷν ἀποκεῖσθαι τῶν εὐτελεστέρων νομιζομένων ἀπαγγέλλεσθαι, περιεχόμενόν τι (ὡς ἔστιν εἰπεῖν) ἔνδον ἀπορρητότερον. Ὁ μὲν οὖν παρὰ τῷ Πλάτωνι Σερίφιος ὀνειδίζων τῷ Θεμιστοκλεῖ, διαβοήτῳ γεγενημένῳ ἐπὶ τῇ στρατηγίᾳ, ὡς οὐκ ἐκ τοῦ ἰδίου ἤθους τὸ ἔνδοξον ἀνειληφότι, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ εὐτυχηκέναι πατρίδος τῆς ἐν ὅλῃ Ἑλλάδι ἐπισημοτάτης, ἀκήκοεν ὑπὸ εὐγνωμονοῦντος Θεμιστοκλέους, καὶ ὁρῶντος ὅτι συνεβάλετο αὐτῷ πρὸς τὸ ἔνδοξον καὶ ἡ πατρὶς, ὅτι, Οὐκ ἂν ἐγὼ Σερίφιος ὢν, οὕτως ἔνδοξος ἐγεγόνειν· οὔτε σὺ Ἀθηναῖος εὐτυχήσας γενέσθαι, ἐγένου ἂν Θεμιστοκλῆς· ὁ δ᾽ ἡμέτερος Ἰησοῦς καὶ ὀνειδιζόμενος ὡς ἐκ κώμης γεγονὼς, καὶ ταύτης οὐχ Ἑλληνικῆς, οὐδέ τινος ἔθνους ὄντος παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐν προσαγωγῇ· διαβαλλόμενος δὲ καὶ ἐπὶ τῷ πενιχρᾶς καὶ χερνήτιδος υἱὸς εἶναι, καὶ διὰ πενίαν καταλιπὼν τὴν πατρίδα, ἐν Αἰγύπτῳ μισθαρνήσας· καὶ οἱονεὶ (πρὸς τὸ ληφθὲν παράδειγμα) οὐ μόνον Σερίφιος γεγονὼς, καὶ ἀπὸ ἐλαχίστης καὶ ἀσημοτάτης νήσου, ἀλλὰ καὶ Σεριφίων (ὡς ἔστιν εἰπεῖν) ὁ ἀγεννέστατος, δεδύνηται σεῖσαι τὴν πᾶσαν ἀνθρώπων οἰκουμένην, οὐ μόνον ὑπὲρ Θεμιστοκλέα τὸν Ἀθηναῖον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ Πυθαγόραν, καὶ Πλάτωνα, καί τινας

* ἀγωγῇ.

* Ἰησοῦ.

Plato lib. 2. de Repub.

νας ἄλλους τῶν ὁποιποτοῦν τῆς οἰκουμένης σοφῶν ἢ βασιλέων ἢ στρατηγῶν. Τίς οὖν μὴ παρέργως ἀνερευνῶν τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν, οὐκ ἂν αὐτὸν καταπλαγείη * κινήσαντα καὶ ὑπεραναβῆναι δυνηθέντα τῇ δόξῃ τὰ πιπτικὰ ἀδοξίας πάντα, καὶ πάντας τοὺς πώποτ' ἐνδόξους; καίτοιγε οἱ ἐν ἀνθρώποις ἔνδοξοι σπάνιον εἰ ἐπὶ * πλείονα ἅμα τὴν δόξαν ἀναλαβεῖν δεδύνηνται. ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ σοφίᾳ, ἄλλος δ' ἐπὶ στρατηγίᾳ, βαρβάρων δέ τινες ἐπὶ ταῖς παραδόξοις ἐξ ἐπῳδῶν δυνάμεσι, καὶ ἄλλοι ἐπ' ἄλλοις οὐ πολλοῖς ἅμα ἐθαυμάσθησαν καὶ ἔνδοξοι γεγένηνται· οὗτος δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις θαυμάζεται καὶ ἐπὶ σοφίᾳ, καὶ ἐπὶ δυνάμεσι, καὶ ἐπὶ τῷ ἀρχικῷ. ἔπεισε γὰρ οὐχ ὡς τύραννος συναποστῆναι αὐτῷ τινας τῶν νόμων, οὐδ' ὡς λῃστὴς κατ' ἀνθρώπων ἀλείφων τοὺς ἑπομένους, οὐδ' ὡς πλούσιος χορηγῶν τοῖς προσιοῦσιν, οὐδ' ὥς τις τῶν ὁμολογουμένως ψεκτῶν· ἀλλ' ὡς διδάσκαλος τοῦ περὶ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων λόγου, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν θρησκείας, καὶ παντὸς ἠθικοῦ τρόπου, δυναμένου οἰκειῶσαι τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ τὸν κατ' αὐτὸν βιώσαντα. καὶ Θεμιστοκλεῖ μὲν, ἤ τινι τῶν ἐνδόξων, οὐδὲν γέγονε τὸ ἐναντιούμενον τῇ δόξῃ· τούτῳ δὲ πρὸς τοῖς εἰρημένοις, ἱκανῶς δυναμένοις κρύψαι ἐν ἀδοξίᾳ ἀνθρώπου ψυχὴν καὶ πάνυ εὐφυοῦς, καὶ ὁ δοκῶν ἄτιμος εἶναι θάνατος σταυρωθέντι ἱκανὸς ἦν καὶ τὴν φθάσασαν δόξαν, καὶ τὴν περικαταλαβοῦσαν ἐξαφανίσαι, καὶ τοὺς (ὥς οἴονται οἱ μὴ συγκατατεθειμένοι αὐτοῦ τῇ διδασκαλίᾳ) προεξαπατηθέντας ποιῆσαι τῆς μὲν ἀπάτης ἀποστῆναι, καταγνῶναι δὲ τοῦ ἀπατήσαντος. Πρὸς τούτοις δὲ θαυμάσαι ἄν τις, πόθεν ἐπῆλθε τοῖς μαθηταῖς, ὡς λέγουσιν οἱ κακηγοροῦντες τὸν Ἰησοῦν, μὴ ἑωρακόσιν αὐτὸν ἀναστάντα ἀπὸ τῶν νεκρῶν, μηδὲ πεισθεῖσιν ὅτι θειότερόν τι ἦν ἐκεῖνος, πρὸς τὸ μὴ φοβηθῆναι τὰ αὐτὰ τῷ διδασκάλῳ παθεῖν, καὶ ὁμόσε χωρῆσαι τῷ κινδύνῳ, καὶ καταλιπεῖν τὰς πατρίδας ὑπὲρ τοῦ διδάξαι κατὰ τὸ Ἰησοῦ βούλημα, καὶ τὸν παραδοθέντα αὐτοῖς ὑπ' αὐτοῦ λόγον· οἶμαι γὰρ ὅτι ὁ εὐγνωμόνως ἐξετάζων πράγματα, οὐκ ἂν λέγοι τούτους ἑαυτοὺς παραδεδωκέναι ἀστατικῷ βίῳ, ἕνεκεν τῆς Ἰησοῦ διδασκαλίας, χωρίς τινος μεγάλης πειθοῦς, ἣν ἐνεποίησεν αὐτοῖς, διδάσκων οὐ μόνον διακεῖσθαι κατὰ τὰ μαθήματα αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ ἄλλους διατιθέναι [καὶ διατιθέναι] προὔπτου ὄντος, ὡς πρὸς τὸν ἀνθρώπων βίον, ὀλέθρου τῷ τολμῶντι πανταχοῦ καὶ πρὸς πάντας καινοτομεῖν, καὶ μηδένα ἀνθρώπων, * ἐμμένοντα τοῖς προτέροις δόγμασι καὶ ἔθεσι, φίλον ἑαυτοῦ τηρεῖν. Ἆρα γὰρ οὐχ ἑώρων οἱ τοῦ Ἰησοῦ μαθηταὶ, τολμῶντες οὐ μόνον Ἰουδαίοις ἀπὸ τῶν προφητικῶν λόγων παριστάνειν, ὅτι οὗτος εἴη ὁ προφητευθεὶς· ἀλλὰ καὶ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν, ὅτι ὁ χθὲς καὶ πρώην σταυρωθεὶς, ἑκὼν τοῦτον τὸν θάνατον ὑπὲρ τοῦ τῶν ἀνθρώ-

* νικήσαντα καὶ ὑπερβῆναι.

* πλειόνων.

* ἐμβαίνοντα.

thagoras, vel ſapientum totius orbis quivis alius, aut regum imperatorúmque. Quis igitur, modò exactiùs rerum naturam contempletur, non obſtupeſcat eum eluctatum ex omnibus quæ poſſent officere gloriæ, & à tergo reliquiſſe omnes qui unquam fuêre celebres? quamvìs paucis hominum contigerit pluribus ſimul nominibus gloriam conſequi; nam alius ſapientiâ, alius imperatoriis artibus, barbari verò nonnulli incantationum potentiâ, & alii aliis rebus non multis admirationem ſibi paraverunt ac gloriam: hic autem præter cetera mirandus eſt ob ſapientiam, ob potentiam, ob imperandi ſcientiam. Non enim ut tyrannus ſubduxit ſecum alios à legum obedientia, nec ut latro manum aliquam ſuorum armavit contra homines, nec ut opulentus allexit obvios largitionibus, nec impoſtorum more attraxit: ſed ut doctor divinæ religionis & ſcientiæ, omníſque moralis diſciplinæ, quæ juxta eam viventes Deo conciliare valeat. Ac Themiſtocli quidem aliíſve viris illuſtribus ad gloriam tendentibus nulla fuerunt obſtacula: huic verò præter jam dicta, quæ poterant obſcurare quantumvìs generoſum animum, in crucem acto etiam mors in ſpeciem ignominioſa poterat omnem exiſtimationem adimere etiam antea comparatam, ut ejus doctrinâ decepti, quemadmodum videtur adverſariis, confeſtim ad ea reſilirent, ipsúmque ceu impoſtorem damnarent. Nec minùs mirandum quomodo diſcipulis ejus non visâ, ut obtrectatores Jeſu dicunt, reſurrectione, nec ullam ipſius divinitatem expertis, in mentem venerit, non timere talem exitum qualis præceptoris fuerat, intrepidéque periculis ſe committere, patriiſque relictis ex voluntate Jeſu vacare prædicationi verbi ab illo ſibi traditi. Arbitror enim neminem, qui rectè res examinet, dicturum, hos elegiſſe vagam vitam, prædicandæ Jeſu doctrinæ gratiâ, abſque vehementi fiducia quam eis magiſter indidit, non ſolùm vivendi juxta ſuam diſciplinam, verùm etiam alios inflammandi ad vitæ rationem ſimilem; cùm talis eſſet rerum ſtatus, ut capitale periculum præſtò eſſet audenti novare vulgò receptos ritus ubique gentium, & omnes veterum opinionum tenaces infenſos ſibi reddere. An non videbant Jeſu diſcipuli, auſi non ſolùm Judæis ex prophetiis oſtendere hunc eſſe deſignatum vatum oraculis, ſed reliquis quoq; gentibus, quòd hic heri & nudiuſtertiùs crucifixus ſponte mortem pro humano genere

ſubiit, ſimile quiddam his, qui ſponte ſe morti devoverunt ad averruncandam graſſantem in ſua patria peſtilentiam, aut agri ſterilitatem, tempeſtatémve arcentem navigationibus? ità enim naturâ comparatum videtur occultis quibuſdam & indeprehenſibilibus rationibus, ut unius juſti mors, ſponte ſuſcepta pro ſalute populi, avertat malorum dæmonum vim, ſævientem peſtibus, ſterilitatibus & tempeſtatibus. Reſpondeant igitur qui nolunt credere Jeſum pro humano genere in cruce mortuum, utrùm abrogaturi ſint fidem etiam Græcorum barbarorúmque multis hiſtoriis, prodentibus de aliquot, qui ultroneâ morte obitâ pro Repub. totos populos totáſque gentes liberârint à calamitatibus? an illa quidem facta ſunt, nec tamen eſt veriſimile eum, qui homo ſit habitus, mortuum ut profligaretur magnus dæmon princeps ceterorum dæmonum, ſubjugator animarum omnium qui unquam in terris viſi ſunt hominum? Hæc cùm animadvertiſſent Jeſu diſcipuli, aliáque his plura, quæ par eſt illos didiciſſe ex arcanis cum magiſtro colloquiis; virtute quoque quâdam repletos, addidit eis robur audaciámque non virgo illa poetica, ſed verè divina ſapientia prudentiáque,

ut illuſtres fierent apud omnes,

non Argivos tantùm, ſed Græcos quoq; univerſos ſimul & barbaros,

bonámque famam conſequerentur.

Jam revertamur ad Judæi fictam perſonam, quæ narrat Jeſu matrem gravidam extruſam à ſponſo fabro lignario propter fidem conjugalem temeratam & pudicitiam, & ex milite, cujus nomen ſit Panthera, peperiſſe: videamúſque an non cœci fuerint autores hujus fabulæ de virgine deprehenſa cum Panthera in adulterio & à fabro repudiata: quæ omnia finxerant ut convellerent miraculoſum conceptum de Spiritu Sancto: quamvis poterant propter novitatem rei mendacium objicere, & non vel inviti aſſentiri Jeſum non eſſe vulgari more natum ex conjugio, atque ex conſequenti, cùm minùs crederent admirabilem Jeſu genituram, mendacium fingere. Nunc, quia non fecerunt figmentum ſuum veriſimile, ſed conceſſo non ex Joſepho concepiſſe virginem, mendacium ſuum prodiderunt iis qui nôrunt examinare fabulas: nam quomodo probabile eſt eum qui tanta ſit auſus pro humano genere, dederítque, quantum in ſe erat, operam, ut omnes Græci pariter & barbari metu judicii divini abſiſterent à vitiis, ſéque ad facienda quæ Deo

τῶν ἀνθρώπων γένους ἀνεδέξατο, ἀνάλογον τοῖς ἀποθανοῦσιν ὑπὲρ πατρίδων, ἐπὶ τῷ σβέσαι λοιμικὰ κρατήσαντα καταστήματα, ἢ ἀφορίας, ἢ δυσπλοΐας; εἰκὸς γὰρ [τι] ἐν τῇ φύσει τῶν πραγμάτων, κατά τινας ἀποῤῥήτους καὶ δυσλήπτους τοῖς πολλοῖς λόγους, φύσιν τοιαύτην, ὡς ἕνα δίκαιον, ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ ἀποθανόντα ἑκουσίως, ἀποτροπιασμοὺς ἐμποιεῖν φαύλων δαιμονίων, ἐνεργούντων λοιμοὺς ἢ ἀφορίας, ἢ δυσπλοΐας, ἤ τι τῶν παραπλησίων. Λεγέτωσαν οὖν οἱ βουλόμενοι ἀπιστεῖν τῷ Ἰησοῦν ὑπὲρ ἀνθρώπων ἀποτεθνηκέναι τρόπῳ σταυροῦ, πότερον οὐδὲ τὰς Ἑλληνικὰς παραδέξονται καὶ βαρβαρικὰς πολλὰς ἱστορίας, περὶ τοῦ τινας ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ τεθνηκέναι καθαιρετικῶς τῶν προκαταλαβόντων τὰς πόλεις καὶ τὰ ἔθνη κακῶν; ἢ ἐκεῖνα μὲν γεγένηται, οὐδὲν δὲ πιθανὸν ἔχει ὁ νομιζόμενος ἄνθρωπος πρὸς τὸ ἀποθανεῖν ἐπὶ καθαιρέσει μεγάλου δαίμονος, καὶ δαιμόνων ἄρχοντος, ὑποτάξαντος ὅλας τὰς ἐπὶ γῆν ἐληλυθυίας ἀνθρώπων ψυχάς; ὁρῶντες δὲ ταῦτα οἱ τοῦ Ἰησοῦ μαθηταὶ, καὶ ἄλλα τούτων πλείονα, ἃ εἰκὸς αὐτοὺς ἐν ἀποῤῥήτῳ ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ μεμαθηκέναι· ἔτι δὲ καὶ δυνάμεώς τινος πληρωθέντες (ἐπεὶ ἔδωκεν αὐτοῖς μένος καὶ θάρσος οὐ ποιητική τις παρθένος, ἀλλ᾽ ἡ ἀληθῶς φρόνησις καὶ σοφία τοῦ Θεοῦ) ἐσπούδασαν,

ἵν᾽ * ἔκδηλοι μετὰ πᾶσιν,

οὐ μόνοις Ἀργείοις γένοιντο, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν Ἕλλησιν ὁμοῦ καὶ βαρβάροις,

καὶ κλέος ἐσθλὸν ἄροιντο.

Ἀλλὰ γὰρ ἐπανέλθωμεν εἰς τὴν τοῦ Ἰουδαίου προσωποποιΐαν, ἐν ᾗ ἀναγέγραπται, ἡ τοῦ Ἰησοῦ μήτηρ [κύουσα] ὡς ἐξωσθεῖσα * ἀπὸ τοῦ μνηστευσαμένου αὐτὴν τέκτονος ἐλεγχθεῖσα ἐπὶ μοιχείᾳ, [καὶ * τίκτουσα ἀπό τινος στρατιώτου Πανθήρα τοὔνομα]· καὶ ἴδωμεν, εἰ μὴ τυφλῶς οἱ μυθοποιήσαντες τὴν μοιχείαν τῆς παρθένου [καὶ τοῦ Πανθήρα] καὶ τὸν τέκτονα ἐξωσάμενον αὐτὴν, ταῦτα πάντα ἀνέπλασαν ἐπὶ καθαιρέσει τῆς παραδόξου ἀπὸ ἁγίου πνεύματος συλλήψεως· ἐδύναντο γὰρ ἄλλως ψευδοποιῆσαι, διὰ τὸ σφόδρα παράδοξον, τὴν ἱστορίαν, καὶ μὴ, ὡσπερεὶ ἀκουσίως, συγκαταθέσθαι, ὅτι οὐκ ἀπὸ συνήθων ἀνθρώποις γάμων ὁ Ἰησοῦς ἐγεννήθη· καὶ ἀκόλουθόν γε ἦν τοὺς μὴ συγκατατιθεμένους τῇ παραδόξῳ * γενέσει τοῦ Ἰησοῦ, πλάσαι τι ψεῦδος. τὸ δὲ μὴ πιθανῶς αὐτοὺς τοῦτο ποιῆσαι, ἀλλὰ μετὰ τοῦ τηρῆσαι, ὅτι οὐκ ἀπὸ τοῦ Ἰωσὴφ ἡ παρθένος συνέλαβε τὸν Ἰησοῦν, τοῖς ἀκούειν καὶ ἐλέγχειν ἀναπλάσματα δυναμένοις, ἐναργὲς ἦν ψεῦδος. ἆρα γὰρ εὔλογον, τὸν τοσαῦτα ὑπὲρ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων τολμήσαντα, ἵνα [τὸ] ὅσον ἐπ᾽ αὐτῷ, πάντες Ἕλληνες καὶ βάρβαροι κρίσιν θείαν προσδοκήσαντες, ἀποστῶσι μὲν τῆς κακίας, πάντα δὲ

Conjectura Orig. de vi mortis vicariæ.

Hom. Il. ε. v. 2.

* ἔκδηλοι.

* ὑπό.

* κύουσα.

2do Infabré fictam eſſe blaſphemiam de matr.. adulterio.

* γεννήσει.

3 rationi non convenire illum qui talem perſonam ſuſtinturus eſſet ex ortu adeo turpi provenire

προτρέψωσιν ἀρεσκόντως τῷ τῶν ὅλων δημιουργῷ, παράδοξον μὲν μὴ ἐσχηκέναι γέννησιν, πασῶν δὲ γενέσεων παρανομωτάτην καὶ αἰσχίστην; Ἐρῶ δὲ ὡς πρὸς Ἕλληνας, καὶ μάλιστα Κέλσον, εἴτε φρονοῦντα, εἴτε μὴ, πλὴν παρατιθέμενον τὰ Πλάτωνος· Ἆρα ὁ καταπέμπων ψυχὴν εἰς ἀνθρώπων σώματα, τὸν τοσαῦτα τολμήσοντα, καὶ τοσούτους διδάξοντα, καὶ ἀπὸ τῆς χύσεως τῆς κατὰ τὴν κακίαν μεταστήσοντα πολλοὺς ἀνθρώπων, ἐπὶ τὴν πασῶν αἰσχροτέραν γένεσιν ὦσε, μηδὲ διὰ γάμων γνησίων αὐτὸν εἰσαγαγὼν εἰς τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον; ἢ εὐλογώτερον, ἑκάστην ψυχὴν κατά τινας ἀπορρήτους λόγους (λέγω δὲ ταῦτα νῦν κατὰ Πυθαγόραν, καὶ Πλάτωνα, καὶ Ἐμπεδοκλέα, οὓς πολλάκις ὠνόμασεν ὁ Κέλσος) εἰσκρινομένην σώματι κατ' ἀξίαν, εἰσκρίνεσθαι καὶ κατὰ τὰ πρότερα ἤθη; εἰκὸς οὖν, καὶ ταύτην τὴν ψυχὴν, πολλῶν (ἵνα μὴ συναρπάζειν δοκῶ, λέγων πάντων) ἀνθρώπων ὠφελιμωτέραν τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων ἐπιδημοῦσαν, δεδεῆσθαι σώματος, οὐ μόνον ὡς ἐν ἀνθρωπίνοις σώμασι διαφέροντος, ἀλλὰ καὶ τοῦ πάντων κρείττονος. εἰ γὰρ ἥδε μὲν ἡ ψυχὴ, κατά τινας ἀπορρήτους λόγους ἀξία γενομένη μὴ πάντη μὲν ἐν ἀλόγου γενέσθαι σώματι, οὐ μὴν καὶ καθαρῶς ἐν λογικοῦ, ἐνδύεται σῶμα τερατῶδες, ὡς μηδὲ τὸν λόγον συμπληρωθῆναι δύνασθαι τῷ οὕτω γεγεννημένῳ, καὶ ἀσύμμετρον ἔχοντι τὴν κεφαλὴν τῷ λοιπῷ σώματι, καὶ πάνυ βραχυτέραν· ἑτέρα δὲ τοιόνδε σῶμα ἀναλαμβάνει, ὡς ὀλίγῳ ἐκείνου γενέσθαι λογικωτέρα· καὶ ἄλλη ἔτι μᾶλλον, τῆς φύσεως τοῦ σώματος ἐπὶ πλεῖον ἢ ἐπ' ἔλαττον ἀντιπραττούσης τῇ τοῦ λόγου ἀντιλήψει· διὰ τί οὐχὶ καὶ ψυχή τις ἔσται πάντη παράδοξον ἀναλαμβάνουσα σῶμα, ἔχον μέν τι κοινὸν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, ἵνα καὶ συνδιατρῖψαι αὐτοῖς δυνηθῇ, ἔχον δέ τι καὶ ἐξαίρετον, ἵνα τῆς κακίας ἄγευστος ἡ ψυχὴ διαμεῖναι δυνηθῇ. Ἐὰν δὲ καὶ τὰ τῶν φυσιογνωμονούντων κρατῇ, εἴτε Ζωπύρου, εἴτε Λόξου, εἴτε Πολέμωνος, εἴτε οὑτινός ποτ' οὖν τοιαῦτα γράψαντος, καὶ ἐπαγγειλαμένου εἰδέναι τι θαυμαστὸν, οἰκεῖα τοῖς ἤθεσι τῶν ψυχῶν πάντ' εἶναι τὰ σώματα· τῇ οὖν μελλούσῃ παραδόξως ἐπιδημεῖν τῷ βίῳ, καὶ μεγαλοποιεῖν, ἔδει γενέσθαι σῶμα, ὡς οἴεται Κέλσος, ἀπὸ Πανθήρα μοιχεύσαντος, καὶ παρθένου μοιχευθείσης; ἐκ γὰρ τοιούτων ἀνάγνων μίξεων ἔδει μᾶλλον ἀνόητόν τινα, καὶ ἐπιβλαβῆ τοῖς ἀνθρώποις, διδάσκαλον ἀκολασίας καὶ ἀδικίας καὶ τῶν λοιπῶν κακῶν γενέσθαι· οὐχὶ δὲ σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης καὶ τῶν λοιπῶν ἀρετῶν. ἀλλ', ὡς καὶ προφῆται προεῖπον, ἀπὸ παρθένου. κατ' ἐπαγγελίαν σημείου, γεννώσης τὸν ἐπώνυμον τοῦ πράγματος, δηλοῦντες ὅτι ἐπὶ τῇ γενέσει αὐτοῦ μετ' ἀνθρώπων ἔσται Θεός. Καὶ οἰκεῖόν γε φαίνεταί μοι πρὸς τὴν τοῦ Ἰουδαίου προσωποποιΐαν παραθέσθαι τὴν τοῦ Ἡσαΐου

4. nec philoſophiæ

mundi fabricatori placent, converterent, non mirandam habuiſſe nativitatem, ſed omnium iniquiſſimam ac turpiſſimam? Rogabo igitur Græcos, & inprimis Celſum, ſive cum Platone ſentiat, ſeu non, certè adducentem Platonica: Ergò is qui demittit animas in hominum corpora, auſurum tam multa, támque multos eruditurum & revocaturum à vitiorum colluvie, detruſit in omnium turpiſſimam nativitatem, ac nè per legitimas quidem nuptias in hominum vitam introduxit? An multò probabilius eſt (loquor nunc juxta Pythagoram, Platonem, Empedoclem, quos ſæpe Celſus nominat) unamquamque animam occultis rationibus pro meritis addictam corpori, addici etiam pro præteritis ſuis moribus? credibile igitur eſt hanc quoq; animam multis (nè, ſi dicam omnibus, præmaturè dicere videar) utiliorem vitæ hominum, proficiſcentem huc opus habuiſſe corpore præſtanti, imò ex omnibus præcipuo. Nam ſi alia quidem anima ſecretis quibuſdam rationibus indigna habita quæ inderetur omninò bruto corpori, nec tamen rationali digna, induitur portentoſum corpus, ne perfectâ ratione fruatur ſic nata, minus caput habens quàm pro portione reliqui corporis; alia verò tale corpus accipit, ut paulò plus quàm illa ſapiat; ac rurſum alia majus minúsve pro modo corporis non obſecundantis rationi: quid vetat eſſe aliquam animam quæ novo & mirando more corpus aſſumat? quod commune quiddam cum hominibus habeat, ut poſſit cum eis degere, habeat etiam quiddam eximium, ut anima maneat immunis ab omni vitio. Quòd ſi vera eſt phyſiognomicorum ſcientia, vel Zopyri, vel Loxi, vel Polemonis, vel cujuſlibet eorum qui hæc profitentur, quid mirum ſi omnes animæ habeant corpora ſibi congrua? quapropter ei quæ novo mundo peregrinatura erat in vita & miracula factura, qui potuit contingere corpus, ut opinatur Celſus, ex Pantheræ atque virginis adulterio? oportebat enim ex hujuſmodi coitu inceſto potiùs inſanum quempiam naſci, & pernicioſum hominibus, magiſtrum intemperantiæ, injuſtitiæ, reliquorúmque vitiorum; non temperantiæ, juſtitiæ, virtutúmque ceterarum. De hoc verò Prophetæ olim prædixerunt, non tacentes de prodigio, naſciturum ex virgine, qui ex re nomen habeat, quoniam eo nato Deus erit cum hominibus. Hîc aptè objecturum me puto fictæ Judæi perſonæ propheriam Eſaiæ,

5. Natales ex virgine prædic- tos eſſe

pro-

promittentis naſciturum Emmanuelem è virgine: quam non expreſſit, vel quia eam neſcivit Celſus, quamvis omnia ſe nôſſe præfatus, aut ſi legit, datâ operâ diſſimulavit, nè imprudens noſtram ſententiam aſtrueret, adverſam ipſius propoſito. Verba prophetiæ ſic habent; *Et adjecit Dominus loqui ad Achaz dicens; Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo in profundum inferni, aut in excelſum ſuprà. Et dixit Achaz; Non petam, & non tentabo Dominum, & dixit; Audite igitur domus David: nunquid parum eſt vobis moleſtos eſſe hominibus, & quomodo moleſti eſtis Domino? propterea dabit Dominus ipſe vobis ſignum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabit nomen ejus Emmanuel, quod interpretatur nobiſcum Deus!* Hanc prophetiam malitioſè Celſum omiſiſſe manifeſtè colligo, quòd cùm alleget multa ex Evangelio Matthæi, quale eſt illud de ſtella exorta in nativitate Jeſu, aliáque miracula, hujus nullam prorſus mentionem fecerit. Quòd ſi Judæus vocabula excutiens, neget ſcriptum, *Ecce virgo*, ſed Ecce *adoleſcentula*: dicemus ibi legi vocem Alma, quam ſeptuaginta interpretes verterunt *virginem*, alii verò *adoleſcentulam*. Ea, ut ajunt, etiam in Deuteronomio legitur in ſignificato *virginis* in his verbis; *Quòd ſi puellam virginem deſponſatam viro nactus homo in urbe concubuerit cum ea; educentur ambo ad portam civitatis ſuæ, lapidabunturque & necabuntur: adoleſcentula eâ ratione quòd non exclamârit in urbe, homo eâ ratione quòd humiliârit uxorem proximi ſui.* Et deinceps; *Quòd ſi in campo nactus homo mulierem deſponſatam per vim ſtupraverit, necabitis hominem ſolum qui cum ea concubuit, adoleſcentulæ verò nihil facietis; non eſt adoleſcentulæ peccatum capitale.* Sed nè videamur ex Hebraica lectione hos demulcere, qui minùs complecti animo poſſunt, utrùm ſit illi aſſentiendum nécne, cùm Prophetam dixiſſe aſtruimus Jeſum ex virgine naſciturum, in cujus ortu & illud aſſeritur, *Nobiſcum Deus*: agè, ex ipſis verbis conſideremus ſententiam. Dominus ſcribitur dixiſſe ad Achaz; *Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo in profundum vel in altum.* Ac mox ſubjicitur ſignum quod datur; *Ecce virgo in utero habebit & pariet filium.* Quale autem ſignum eſſet adoleſcentulam non virginem parere? Et utri magis convenit gignere Emmanuelem, quod eſt *Nobiſcum Deus*: mulierine coitum paſſæ & more fœminarum gravidæ, an

Eſai. 7. 14.

προφητείαν, λέγουσαν ἐκ παρθένου τεχθήσεσθαι τὸν Ἐμμανουήλ· ἣν οὐκ ἐξέθετο, εἴτε μὴ ἐπιστάμενος, ὁ πάντ' ἐπαγγελλόμενος εἰδέναι Κέλσος, εἴτ' ἀναγνοὺς μὲν, ἑκὼν δὲ σιωπήσας, ἵνα μὴ δοκοίη κατασκευάζειν ἄκων τὸν λόγον ἐναντιούμενον αὐτοῦ τῇ προαιρέσει. Ἔχει δ' οὕτως ἡ λέξις·

Ibid. v. 10.

Καὶ προσέθετο Κύριος λαλῆσαι τῷ Ἀχαζ λέγων· Αἴτησαι σεαυτῷ σημεῖον παρὰ Κυρίου Θεοῦ σου εἰς βάθος, ἢ εἰς ὕψος. καὶ εἶπεν Ἀχαζ· Οὐ μὴ αἰτήσω, οὐδ' οὐ μὴ πειράσω τὸν Κύριον. [καὶ εἶπεν·] Ἀκούσατε δὴ οἶκος Δαβίδ, μὴ μικρὸν ὑμῖν, ἀγῶνα παρέχειν ἀνθρώποις, καὶ πῶς Κυρίῳ παρέχετε ἀγῶνα; διὰ τοῦτο δώσει Κύριος αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον· Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ * καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ· ὅπερ ἑρμηνεύεται μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός.

* καλέσεις.

Ὅτι δὲ κακουργῶν ὁ Κέλσος οὐκ ἐξέθετο τὴν προφητείαν, δῆλόν μοι γίνεται ἐκ τοῦ παραθέμενον αὐτὸν πολλὰ ἀπὸ τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου, ὥσπερ τὸν ἀνατείλαντα ἀστέρα ἐπὶ τῇ γενέσει τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἄλλα τῶν παραδόξων, μηδὲ τὴν ἀρχὴν τούτου * ἐμπνενευκέναι.

Matth. 1. 23.

* μεμνημονευκέναι.

ἐὰν δὲ Ἰουδαῖος εὑρεσιλογῶν, τὸ Ἰδοὺ ἡ παρθένος, μὴ γεγράφθαι λέγει, ἀλλ' ἀντ' αὐτοῦ, Ἰδοὺ ἡ νεᾶνις· φήσομεν πρὸς αὐτὸν, ὅτι ἡ μὲν λέξις ἡ Ἀλμὰ, ἣν οἱ μὲν ἑβδομήκοντα μετειλήφασι πρὸς τὴν παρθένον, ἄλλοι δὲ εἰς τὴν νεᾶνιν, κεῖται, ὥς φασι, καὶ ἐν τῷ Δευτερονομίῳ ἐπὶ παρθένου, οὕτως ἔχουσα·

Interpretatio vocis Αλμα

Deut. 22. 23.

Ἐὰν δὲ γένηται παῖς παρθένος μεμνηστευμένη ἀνδρὶ, καὶ εὑρὼν αὐτὴν ἄνθρωπος ἐν πόλει κοιμηθῇ μετ' αὐτῆς, καὶ ἐξάξετε ἀμφοτέρους ἐπὶ τὴν πύλην τῆς πόλεως αὐτῶν, καὶ λιθοβοληθήσονται λίθοις, καὶ ἀποθανοῦνται. τὴν νεᾶνιν, ἐπὶ λόγου, διότι οὐκ ἐβόησεν ἐν τῇ πόλει· καὶ τὸν ἄνθρωπον, ἐπὶ λόγου, διότι ἐταπείνωσε τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον αὐτοῦ. Καὶ ἑξῆς· ἐὰν δὲ ἐν πεδίῳ εὕρῃ ἄνθρωπος τὴν * παῖδα τὴν μεμνηστευμένην, καὶ βιασάμενος αὐτὴν ὁ ἄνθρωπος κοιμηθῇ μετ' αὐτῆς, ἀποκτενεῖτε τὸν ἄνθρωπον τὸν κοιμώμενον μετ' αὐτῆς μόνον· καὶ τῇ νεάνιδι οὐ ποιήσετε οὐδὲν, οὐκ ἔστι τῇ νεάνιδι ἁμάρτημα θανάτου.

* γυναῖκα.

Ἵνα δὲ μὴ δοκῶμεν ἀπὸ λέξεως Ἑβραϊκῆς τοῖς μὴ καταλαμβάνουσι πότερον συγκαταθετέον αὐτῇ ἢ μὴ, φέρειν παραμυθίαν περὶ τοῦ, προφήτην εἰρηκέναι ἐκ παρθένου τεχθήσεσθαι τοῦτον, ἐφ' οὗ τῇ γενέσει λέλεκται τὸ, Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός· φέρε ἀπ' αὐτῆς τῆς λέξεως παραμυθησώμεθα τὸ λεγόμενον, ὃ μὲν Κύριος ἀναγέγραπται εἰρηκέναι τῷ Ἀχαζ· Αἴτησαι σεαυτῷ σημεῖον παρὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου, εἰς βάθος ἢ εἰς ὕψος. ἑξῆς δὲ τὸ διδόμενον σημεῖον, τὸ, Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν. ποῖον οὖν σημεῖον, τὸ, νεάνιδα μὴ παρθένον τεκεῖν; καὶ τίνι μᾶλλον ἁρμόζει γεννῆσαι Ἐμμανουὴλ, τουτέστι, Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς, ἆρα γυναικὶ συνουσιασθείσῃ, καὶ διὰ πάθους γυναικείου συλλαβούσῃ,

Argum: ex voce Emmanuel.

ἢ ἔτι

ἢ ἐπὶ καθαρᾷ καὶ ἁγνῇ καὶ παρθένῳ; ταύτῃ γὰρ πρέπει γονῶν γέννημα, ἐφ' ᾧ τεχθέντι λέγεταί τι, Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. ἐὰν δὲ καὶ οὕτως εὑρεσιλογῇ λέγων ὅτι τῷ Ἄχαζ εἴρηται· Αἴτησαι σεαυτῷ σημεῖον παρὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου· ἀπαιτήσομεν κατὰ τοὺς χρόνους τοῦ Ἄχαζ τίς ἐγέννησεν, ἐφ' οὗ τῇ γενέσει λέγεταί τι, Ἐμμανουήλ, ὅ ἐστι, Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός; εἰ γὰρ οὐδεὶς εὑρεθήσεται· δηλονότι τὸ τῷ Ἄχαζ εἰρημένον, τῷ * οἴκῳ εἴρηται Δαβίδ, διὰ τὸ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ἀναγεγράφθαι τὸν Σωτῆρα γεγονέναι τὸ κατὰ σάρκα· ἀλλὰ καὶ τὸ σημεῖον τοῦτο, εἰς βάθος ἢ εἰς ὕψος, λέγεται εἶναι, ἐπεί, Ὁ καταβὰς * αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα. Ταῦτα δὲ λέγω, ὡς πρὸς τὸν Ἰουδαῖον συγκαταθέμενον τῇ προφητείᾳ. Λεγέτω δὲ καὶ Κέλσος ἤ τις τῶν σὺν αὐτῷ, ποίῳ τῷ ὁ προφήτης περὶ μελλόντων ἢ ταῦτα ἢ ἕτερα λέγει, ὁποῖα ἀναγέγραπται ἐν ταῖς προφητείαις; ἆρα γὰρ προγνωστικῷ μελλόντων, ἢ οὔ; εἰ μὲν γὰρ προγνωστικῷ μελλόντων, θεῖον εἶχον πνεῦμα οἱ προφῆται· εἰ δ' οὐ προγνωστικῷ μελλόντων, παραστησάτω τὸν νοῦν τοῦ ἀποτολμῶντος καὶ λέγοντος περὶ μελλόντων, καὶ θαυμαζομένου παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἐπὶ προφητείᾳ. ἐπεὶ δὲ ἅπαξ εἰς τὸν περὶ τῶν προφητῶν ἤλθομεν λόγον, Ἰουδαίοις μὲν, τοῖς πιστεύουσι θείῳ πνεύματι αὐτοὺς λελαληκέναι, οὐ μόνον ἔσται χρήσιμα τὰ ἐπιδειχθησόμενα, ἀλλὰ καὶ τοῖς εὐγνωμονοῦσι δὲ τῶν Ἑλλήνων· πρὸς οὓς ἐροῦμεν, ὅτι ἀναγκαῖον παραδέξασθαι, ὅτι καὶ Ἰουδαῖοι προφήτας εἶχον· εἴπερ ἔμελλον συνέχεσθαι ἐν τῇ δοθείσῃ αὐτοῖς νομοθεσίᾳ, καὶ πιστεύειν τῷ δημιουργῷ, καθάπερ εἰλήφεσαν, καὶ (ὅσον ἐπὶ τῷ νόμῳ) μὴ ἔχειν ἀφορμὰς ἀποστῆναι εἰς τὴν τῶν ἐθνῶν πολυθεότητα. τὸ δ' ἀναγκαῖον οὕτω παραστήσομεν. Τὰ ἔθνη, ὡς γέγραπται καὶ ἐν αὐτῷ τῷ τῶν Ἰουδαίων νόμῳ, κληδόνων καὶ μαντειῶν ἀκούσονται· τῷ δὲ λαῷ ἐκείνῳ εἴρηται, Σοὶ δὲ οὐχ οὕτως * ἔδωκε Κύριος ὁ Θεός σου. καὶ ἐπιφέρεται τούτῳ τό, Προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν σου ἀναστήσει σοι Κύριος ὁ Θεός σου. εἴπερ οὖν τῶν ἐθνῶν χρωμένων μαντείαις εἴτε διὰ κληδόνων, εἴτε δι' οἰωνῶν, εἴτε δι' ὀρνίθων, εἴτε δι' ἐγγαστριμύθων, εἴτε καὶ διὰ τῶν τὴν θυτικὴν ἐπαγγελλομένων, εἴτε καὶ διὰ Χαλδαίων γενεθλιαλογούντων, ἅπερ πάντα Ἰουδαίοις ἀπείρητο· Ἰουδαῖοι [εἰ] μηδεμίαν εἶχον παραμυθίαν γνώσεως τῶν μελλόντων, ὑπ' αὐτῆς ἂν τῆς ἀνθρωπίνης περὶ τὴν γνῶσιν λιχνείας τῶν ἐσομένων ἀγόμενοι, κατεφρόνησαν μὲν ἂν τῶν ἰδίων, ὡς οὐδὲν ἐχόντων θεῖον ἐν ἑαυτοῖς· καὶ οὐκ ἂν μετὰ Μωσέα προφήτην προσήκαντο, οὐδ' ἂν ἔγραψαν αὐτῶν τοὺς λόγους, αὐτόμολοι δὲ ἐπὶ τὰ τῶν ἐθνῶν μαντεῖα καὶ χρηστήρια μετέστησαν, ἢ ἐπεχείρησαν ἂν ἱδρῦσαί τι τοιοῦτον καὶ παρ' ἑαυτοῖς. ὥστ' οὐδὲν ἄτοπόν ἐστι, καὶ περὶ τῶν τυχόντων τοὺς παρ' αὐτοῖς προφήτας, εἰς πα-

Nemo alius tempore Achaz cui conveniat prophetia.

* οἴκῳ.

Joan.7.42.

Epheſ.4.10.

* αὐτός ἐστι.

6. Vindicat prophetias Hebraeos Orig. contra Graecos

Deut.18.14.

* εἴρηται.

Ibid. v.15.

puræ ac caſtæ virgini? certè hanc decet parere talem prolem, quâ natâ dicatur, *nobiſcum Deus.* Quòd ſi Judæus pergas hærere verbis dicens ad Achaz dictum, *Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo:* rogabimus quis fuerit natus Achaz temporibus, de cujus nativitate dicatur Emmanuel, quod eſt *nobiſcum Deus.* Nam ſi nullus invenietur, manifeſtum eſt id, quod ad Achaz dictum eſt, promiſſum eſſe domui Davidis, eò quod ſcriptum ſit, *Ex ſemine Davidis Servatorem natum juxta carnem.* Quin & ſignum ipſum in profundum & in altum dicitur, quoniam, *qui deſcendit, ipſe eſt, qui & aſcendit ſuper omnes cœlos, ut impleret omnia.* Hæc autem mihi dicuntur ad Judæum qui agnoſcit Prophetiam. Reſpondeat & Celſus, aut aliquis ejus ſodalium, quâ mente Propheta de futuris hæc aliáve prædicat quæ ſcripta ſunt in prophetiis, præſagâne futurorum an non? nam ſi præſciâ futurorum, divinum ſpiritum habebant Prophetæ; ſin futurorum ignarâ, proferat nobis unum aliquem, qui, temere vaticinari auſus, in admiratione apud Judæos cum ſuis prophetiis fuerit. Et quando quidem ſemel in Prophetarum mentionem incidimus, non ſolis Judæis, qui credunt Prophetas afflatos fuiſſe divino ſpiritu, erunt utilia, quæ indè proferemus, verùm gentibus quoque; quibus dicimus admittendum neceſſariò, etiam Judæos habuiſſe ſuos Prophetas, ſiquidem continendi erant in datis ſibi legibus, & in accepta fide creatoris, nè à lege deficerent ad gentium Deos: eam neceſſitatem ſic demonſtrabimus. *Gentes*, ſicut ſcriptum eſt in ipſa Judæorum lege, *oraculis attendent & vaticiniis:* populo verò illi dictum eſt, *Tibi autem non ſic tradidit Dominus Deus tuus:* ac mox ſubjicitur illud, *Prophetam ex fratribus tuis ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus.* Ergò gentibus cognitionem futurorum petentibus ex oraculis, auſpiciis, auguriis, ventriloquis, aruſpicibus, Chaldæis genethliacis, quæ artes omnes apud Judæos ſunt vetitæ, ſi ipſi nullum ſolatium habuiſſent è futurorum præſcientia, certè impulſi humanâ quâdam futura cognoſcendi libidine, contempſiſſent res ſuas ut nihil divinum in ſe habentes, nec alium poſt Moſen Prophetam recepiſſent, nec ſermones eorum mandâſſent literis, transfugiſſéntq; ad oracula gentium, aut ipſi conati fuiſſent apud ſe ſimile aliquod inſtituere. Quamobrem nihil abſurdi eſt, etiam de fortuitis quibuſdam Prophetas ejus gentis reſpondere ſoli-

tos,

tes, quò ſatisfacerent talium rerum cognoſcendarum cupidis, ſicut Samuelem de aſinis perditis, & de morbo regii pueri illum de quo in tertio libro Regnorum ſcriptum eſt. Alioquin quomodo potuiſſent ii qui legi Judaicæ patrocinabantur, increpare aliquem volentem idolorum oracula conſulere, ſicut legitur Helias Ochoziam increpans; *An eo quòd non ſit Deus in Iſrael, vos itis in Baal ad conſulendum Myiam Deum Accaronitarum?* Mihi ſanè videtur bene comparatum fuiſſe, non tantùm quòd naſciturus è virgine Servator noſter, verùm etiam quòd Prophetæ Judæis dati ſint, qui prædicerent de futuris non ſolùm illa univerſalia, de Chriſto, de regnis mundanis, de futuris Iſraelitarum caſibus, de credituris Servatori gentibus, & aliis multis quæ ad illum pertinent, ſed de privatis quoque negotiis, ſicut de perditis aſinis à Cis requiſitis, de morbo quo ægrotavit filius regis Iſrael, aut ſi quid aliud tale in Scripturis habetur. Præterea dicendum ad Græcos non credentes Jeſum natum è virgine, mundi opificem in animantium genitura tam varia ſatìs declaràſſe, potuiſſe ſi libuiſſet in unoquoque animali quod in aliis fecerit, atque etiam in homine: reperiuntur autem inter animantes quædam fœminæ, quæ maris congreſſum prorſus neſciunt, ſicut produnt de vulturibus ii, qui ſcripſerunt de naturis animalium; nihilominus hoc animal perpetuat ſucceſſionem ſui generis. Quid igitur mirum, ſi volens Deus divinum quendam magiſtrum generi hominum mittere, fecit ut, vice proſeminationis quæ fit ex congreſſu maris & fœminæ, aliâ quâdam ratione conſuleretur futuro partui? quando etiam ipſi Græci fatentur non omnes homines prognatos ex mare & fœmina. Si enim factus eſt mundus ſicut multis etiam Græcorum placet, neceſſe eſt primos non ex coitu eſſe natos, ſed ex terra, in qua infuerit ratio ſeminis: quod arbitror incredibilius, quàm Jeſum dimidia ex parte natum more hominum. Nec abſurdum fuerit cum Græcis agentes Græcas afferre hiſtorias, nè videamur ſoli habere hanc hiſtoriam mirificam. Libuit enim quibuſdam non in priſcis & heroicis hiſtoriis, ſed quæ herì & nudiuſtertiùs geſta continent, referre tanquam rem poſſibilem, Platonem quoque natum ex matre Amphyctione, vetito Ariſtone cum ea nè coiret, priuſquam partum ederet ſatum ex Apolline. Sed hæc meræ ſunt fabulæ quæ quoſdam induxerunt iſtiuſmodi aliquid fingere in ejus viri gratiam, qui multorum exiſtimatione ſa-

παραμυθίαν τῶν τὰ τοιαῦτα ποθούντων, προειρηκέ-
ναι ὥστε καὶ περὶ ὄνων ἀπολωλυιῶν προφητεύειν
τὸν Σαμουὴλ, καὶ περὶ νόσου παιδὸς βασιλικοῦ, 1 Reg. 9. 20.
τὸν ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Βασιλειῶν ἀναγεγραμ- 2 Reg. 12. 14.
μένον. Πῶς δ' ἂν τοῖς βουλομένοις ἀπὸ τῶν εἰδώ-
λων μαντείαν λαβεῖν ἐπέπληττον οἱ τὰ τοῦ νό-
μου Ἰουδαίων πρεσβεύοντες, ὡς γὰρ εὑρίσκεται
Ἡλίας τῷ Ὀχοζίᾳ ἐπιπλήσσων, καὶ λέγων· Εἰ 4 Reg. 1. 3.
παρὰ τὸ μὴ εἶναι Θεὸν ἐν Ἰσραὴλ, ὑμεῖς πο-
ρεύεσθε * ἐκζητῆσαι ἐν τῇ Βάαλ μυῖαν Θεὸν * ἐπιζητῆσαι.
Ἀκκαρῶν; δοκεῖ μοι οὖν μετρίως κατεσκευ-
άσθαι, οὐ μόνον ὅτι γεννηθήσεται ἐκ παρθένου ὁ
Σωτὴρ ἡμῶν· ἀλλ' ὅτι καὶ προφῆται ἦσαν ἐν
Ἰουδαίοις, προλέγοντες οὐ μόνον τὰ καθολι-
κὰ περὶ μελλόντων, ὡς τὰ περὶ Χριστοῦ, καὶ τὰ
περὶ βασιλειῶν κοσμικῶν, καὶ περὶ τῶν συμβη-
σομένων τῷ Ἰσραὴλ, καὶ περὶ τῶν * πιστευόν- * ἴσ. πιστευ-
των τῷ Σωτῆρι ἐθνῶν, καὶ πολλῶν ἄλλων τῶν σόντων.
περὶ αὐτοῦ λεχθέντων· ἀλλὰ καὶ τὰ καθ' ἕνα,
ὡς περὶ τῶν ὄνων Κὶς ἀπολομένων, πῶς εὑρεθή-
σονται, καὶ περὶ τῆς νόσου, ἣν ἐνόσησεν ὁ τοῦ βα-
σιλέως Ἰσραὴλ υἱὸς, ἢ εἴ τι ἄλλο ἀναγέγρα-
πται τοιοῦτον. Ἔτι δὲ πρὸς Ἕλληνας λεκτέον J. Comparat Orig. inepte
ἀπειθοῦντας τῇ ἐκ παρθένου γενέσει τοῦ Ἰησοῦ, historiam nativitatis cum
ὅτι ὁ δημιουργὸς ἐν τῇ τῶν ποικίλων ζώων γε- fabulis Graecis
νέσει ἔδειξεν, ὅτι ἦν αὐτῷ βουληθέντι δυνα-
τὸν ποιῆσαι, ὅπερ ἐφ' ἑνὸς ζώου, καὶ ἐπ' ἄλλων,
καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν ἀνθρώπων. εὑρίσκεται δέ
τινα τῶν ζώων θήλεα, μὴ ἔχοντα ἄρρενος
κοινωνίαν, ὡς οἱ περὶ ζώων ἀναγράψαντες
λέγουσι περὶ * γυπῶν· καὶ τοῦτο τὸ ζῶον χωρὶς * γυπός.
μίξεως σώζει τὴν διαδοχὴν τῶν γενῶν. Τί
οὖν παράδοξον, εἰ βουληθεὶς ὁ Θεὸς θεῖόν τινα
διδάσκαλον πέμψαι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων,
πεποίηκεν ἀντὶ σπερματικοῦ λόγου, τοῦ ἐκ μί-
ξεως τῶν ἀρρένων ταῖς γυναιξὶ, [ποιῆσαι]
ἄλλῳ τρόπῳ γενέσθαι τὸν λόγον τοῦ τεχθησομέ-
νου; καὶ κατ' αὐτοὺς δὲ τοὺς Ἕλληνας, οὐ πάντες
ἄνθρωποι ἐξ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἐγένοντο.
Εἰ γὰρ γεννητός ἐστιν ὁ κόσμος, ὡς καὶ πολλοῖς
Ἑλλήνων ἤρεσεν· ἀνάγκη τοὺς πρώτους μὴ ἐκ
συνουσίας γεγονέναι, ἀλλ' ἀπὸ γῆς, σπερματι-
κῶν λόγων συστάντων ἐν τῇ γῇ. ὅπερ οἶμαι
παραδοξότερον εἶναι τοῦ ἐξ ἡμίσους ὁμοίως τοῖς
* πολλοῖς ἀνθρώποις γενέσθαι τὸν Ἰησοῦν. Οὐ- * λοιποῖς.
δὲν δ' ἄτοπον πρὸς Ἕλληνας καὶ Ἑλληνικαῖς
ἱστορίαις χρήσασθαι, ἵνα μὴ δοκῶμεν μόνοι τῇ
παραδόξῳ ἱστορίᾳ ταύτῃ κεχρῆσθαι. ἔδοξε γάρ
τισιν οὐ περὶ ἀρχαίων τινῶν ἱστοριῶν καὶ ἡρωϊ-
κῶν, ἀλλὰ καὶ περί τινων χθὲς καὶ πρώην * γε- * γεγενημένων.
νομένων, ἀναγράψαι ὡς δυνατὸν, ὅτι καὶ
Πλάτων ἀπὸ τῆς * Ἀμφικτιόνης γέγονε, κω- * Περικτιόνης,
λυθέντος τοῦ Ἀρίστωνος αὐτῇ συνελθεῖν, Laert.
ἕως ἀποκυήσει τὸν ἐξ Ἀπόλλωνος σπαρέντα.
ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀληθῶς μῦθοι, κινήσαντες
[τινὰς τὸ] ἀναπλάσαι τοιοῦτό τι περὶ ἀνδρὸς, ὃν ἐνόμιζον μείζονα τῶν πολλῶν ἔχοντα σο-

σοφίαν καὶ δύναμιν, καὶ ἀπὸ κρειττόνων καὶ θειοτέρων σπερμάτων τὴν ἀρχὴν τῆς συστάσεως τοῦ σώματος εἰληφέναι, ὡς τοῦτ' ἁρμόζον τοῖς μείζοσιν ἢ κατὰ ἄνθρωπον. Ἐπεὶ δὲ τὸν Ἰουδαῖον ὁ Κέλσος εἰσήγαγε διαλεγόμενον τῷ Ἰησοῦ, καὶ διασύροντα τὴν (ὡς οἴεται) προσποίησιν τῆς ἐκ παρθένου γενέσεως αὐτοῦ, φέροντα τοὺς Ἑλληνικοὺς μύθους περὶ Δανάης καὶ Μελανίππης καὶ Αὔγης καὶ Ἀντιόπης· λεκτέον ὅτι ταῦτα βωμολόχῳ ἔπρεπε τὰ ῥήματα, καὶ οὐ σπουδάζοντι ἐν τῇ ἀπαγγελίᾳ. Ἔτι δὲ λα-
Matth. 2. 13. βὼν ἀπὸ τῆς γεγραμμένης ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίῳ ἱστορίας περὶ τοῦ εἰς Αἴγυπτον ἀποδεδημηκέναι τὸν Ἰησοῦν· τοῖς μὲν παραδόξοις εἰς τοῦτο οὐκ ἐπίστευσεν, οὔθ' ὅτι ἄγγελος τοῦτο ἐχρημάτισεν, οὔτε εἴ τι ᾐνίσσετο ὁ καταλιπὼν τὴν Ἰουδαίαν Ἰησοῦς, καὶ ἐν Αἰγύπτῳ ἐπιδημῶν· ἀνέπλασε δέ τι ἕτερον, συγκατατιθέμενος μέν πως ταῖς παραδόξοις δυνάμεσιν, ἃς Ἰησοῦς ἐποίησεν, ἐν αἷς τοὺς πολλοὺς ἔπεισεν ἀκολουθεῖν αὐτῷ ὡς Χριστῷ· διαβάλλειν δ' αὐτὰς βουλόμενος ὡς ἀπὸ μαγείας, καὶ οὐ θείᾳ δυνάμει γεγενημένας· φησὶ γὰρ "αὐτὸν σκότιον τραφέντα, μισθαρνήσαντα εἰς Αἴγυπτον, δυνάμεών τινων πειραθέντα, ἐκεῖθεν ἐπανελθεῖν, Θεὸν δι' ἐκείνας τὰς δυνάμεις ἑαυτὸν ἀναγορεύοντα." Ἐγὼ δ' οὐκ οἶδ' ὅπως ἂν μάγος ἠγωνίσατο διδάξαι λόγον, πείθοντα [πάντα] πράττειν, ὡς Θεοῦ κρινοῦντος ἕκαστον ἐπὶ πᾶσι τοῖς πεπραγμένοις· καὶ οὕτω διαθέντα τοὺς ἑαυτοῦ μαθητάς, οἷς ἤμελλε χρήσασθαι διακόνοις τῆς ἑαυτοῦ διδασκαλίας. ἆρα γὰρ * ἐκεῖνοι οὕτω διδαχθέντες ποιεῖν δυνάμεις, ᾕρουν τοὺς ἀκούοντας, ἢ οὐδὲ δυνάμεις ἐποίουν; τὸ μὲν οὖν λέγειν ὅτι οὐδαμῶς δυνάμεις ἐποίουν, ἀλλὰ πιστεύσαντες οὐδεμιᾷ λόγων ἱκανότητι, παραπλησίως τῇ ἐν διαλεκτικῇ Ἑλλήνων σοφίᾳ, ἐπέδωκαν ἑαυτοὺς τῷ καινὸν διδάσκειν λόγον οἷς ἂν ἐπιδημήσωσι, πάνυ ἐστὶν ἄλογον. τίνι γὰρ θαρρήσαντες ἐδίδασκον τὸν λόγον, καὶ ἐκαινοτόμουν; εἰ δὲ δυνάμεις ἐτέλουν κἀκεῖνοι· τίνα ἔχει πιθανότητα τό, μάγους τοσούτοις κινδύνοις ἑαυτοὺς παραβεβληκέναι [εἰσάγοντας] διδασκαλίαν μαγείας ἀπαγορεύουσαν; οὐ δοκεῖ μοι ἀγωνίσασθαι πρὸς λόγον, * οὐ μετὰ σπουδῆς, ἀλλὰ μετὰ χλεύης εἰρημένον· "Εἰ ἄρα καλὴ ἦν ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ, "καὶ ὡς καλῇ αὐτῇ ἐμίγνυτο ὁ Θεός, οὐ πεφυκὼς ἐρᾶν φθαρτοῦ σώματος· ἢ ὅτι οὐδ' εἰκὸς ἦν ἐρασθῆναι αὐτῆς τὸν Θεόν, "οὔσης οὔτ' εὐδαίμονος, οὔτε βασιλικῆς· "ἐπεὶ μηδεὶς αὐτὴν ᾔδει, μηδὲ τῶν γειτόνων· [καὶ] παίζει δὲ λέγων, "ὅτι μισουμένην αὐτὴν ὑπὸ τοῦ τέκτονος, καὶ "ἐκβαλλομένην, οὐκ ἔσωσε θεία δύναμις, οὐδὲ λόγος πιστικός. οὐδὲν οὖν, φησί, ταῦτα πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν. τί οὖν ταῦτα διαφέρει ἂν τῶν ἐν ταῖς τριόδοις λοι-

Xtum artis Magicæ inſimulat Celſus

* κἀκεῖνοι.

* μὴ μετὰ.

pientiâ præcelluit ceteros, cóque à diviniori quodam ſemine creditus eſt traxiſſe originem, quaſi hoc naturâ humanâ ſuperiorem deceat. Et quoniam Celſus inducit Judæum alloquentem Jeſum & cavillis ludentem in ſictam (ùt putat) nativitatem ejus ex virgine, mutuatam à Græcorum fabulis de Danae, Melanippe, Auge, Antiope; dicendum hæc verba congruere rabulæ, non ei qui rei ſeriæ incumbat. Poſthæc decerpens ex Evangelio ſecundùm Matthæum hiſtoriam de profectione Jeſu in Ægyptum, non credit miraculis, quæ ibi referuntur de Joſepho angeli oraculo monito, nec inquirit, nunquid rectius ſignificetur per migrationem Jeſu in Ægyptum ex Judæa: ſed fingit quiddam alıud, aſſentiens quodammodo mirificis virtutibus, quas Jeſus exeruit, quibus multi inducti ſunt, ut eum tanquam Chriſtum ſequerentur; conatus tamen eas calumniari, quaſi magicis artibus, non divinâ vi, editas: ait enim *cum clàm educatum, & in Ægypto mercede famulatum, peritum mirificarum ejus gentis artium, indè reverſum, quibus fretus pro Deo ſe haberi paſſus ſit.* Ego verò non intelligo, quomodo magus potuiſſet dare operam ut perſuaderet unumquemque ità ſuas actiones moderari, ac ſi redditurus eſſet earum rationem Deo judici: atq; ità ſuos diſcipulos inſtituere, quibus erat uſurus miniſtris doctrinæ ſuæ. Utrùm igitur & diſcipuli eiſdem inſtructi virtutibus capiebant auditores, an abſque miraculis? ſed abſurdum fuerit dicere nulla eos factitâſſe miracula, contentos doctrinâ cui crediderant ipſi nullis ſuffultæ dialecticis rationibus ſapientiæ Græcanicæ, atque ità temere aggreſſos novum docendi modum quocunque venirent gentium: quâ enim fiduciâ auſi eſſent eam docere doctrinam & novare omnia? quòd ſi patrabant ipſi quoque prodigia, quomodo probabile eſt magos ſe expoſuiſſe tot periculis, qui doctrinam induxerunt magicam artem penitus deteſtantem? ſupervacaneum videtur reſpondere verbis quæ nihil docent, & tantummodo vituperant. *An*, inquit, *pulchra erat Jeſu mater, & ut pulchram eam Deus complexu ſuo dignatus eſt, cujus natura non fert amorem corruptibilis corporis: ac nè conveniens quidem erat capi Deum amore puellæ nec fortunatæ nec regiæ, ut quæ vix erat nota viciniæ ſuæ*: addit illudens, *exoſam eam & ejectam à fabro lignario nec credulitate ſuâ ſervatam nec divinâ potentiâ. Ergò*, inquit, *nihil hæc ad regnum Dei attinent.* Quid hæc differunt à compitalibus

libus convitiis nihil ſerium habentibus? Deinde quod è Matthæo, aut etiam reliquis Evangeliſtis deſumpſit, de columba quæ devolavit in Servatorem à Joanne baptizatum, calumniari conatur ut rem fictitiam: & probè exagitatâ, ut ipſi videtur, narratione de nativitate Servatoris noſtri ex virgine, non perſequitur ordine ſequentia, quando nihil ordinatum habet furor & odium, ſed ut paſſio invaſerit eos, qui his affectibus occupentur, convitiis appetunt quos proſequuntur odio, non permiſſi conſideratè atque ordine accuſationem texere. Nam ſi ordo placuiſſet ſumpto Evangelio accuſationem exorſus, poſt primam hiſtoriam arreptam tranſiſſet deinceps ad ſecundam, itáque ità ad reliquas: nunc verò poſt nativitatem ex virgine Celſus iſte, qui ſe ſcire jactat noſtra omnia, Spiritum Sanctum accuſat ſpecie columbæ conſpectum in baptiſmate: poſthæc calumniatur prophetias de Servatoris adventu: deinde retrollectit curſum ad narrationem de ſtella, quæ mox poſt Jeſu nativitatem ſcripta eſt, & ad magos qui ab Oriente venerunt adoraturi puerum: qualia multa & ipſe obſervando reperire potes confusè à Celſo poſita toto ejus volumine, ut à ſcientibus ſervare ordinem & quærere vel ex hoc convincatur arroganter & confidenter feciſſe libro ſuo *veri ſermonis* titulum, quod nemo unquam fecit è doctis philoſophis. Nam Plato negat prudentis eſſe de talibus rebus aſſeverare aut obſcurioribus. Chryſippus item ſæpenumero expoſitis quibus ipſe moveretur rationibus, relegat nos ad alios, ſi fortè poſſimus invenire aliquos diſſerentes eo meliùs. At iſte & his & ceteris Græcis ſapientior, ubique ſui ſimilis, ſicut profeſſus eſt ſe nôſſe omnia, ſic librum ſuum inſcripſit, *verum ſermonem*. Sed nè videamur, non habentes quod reſpondeamus, de induſtria tranſilire ipſius capitula, decrevimus ſingula objecta ab eo confutare pro viribus, habitâ ratione non naturalis ſeriei rerum & conſequentiæ, ſed ordinis qui in ipſius libro ſcriptus eſt. Ergò, agè, videamus quid dicat, dum calumniatur Spiritum Sanctum viſum à Servatore in columbæ ſpecie. Adhuc autem loquitur ex perſona Judæi, apud quem fatemur & agnoſcimus Jeſum noſtrum eſſe Dominum. *Lavanti*, inquit, *tibi apud Joannem ais advolaſſe ſpectrum avis ex aere.* Deinde pergit ſciſcitari Celſi Judæus; *Quis hanc viſionem vidit teſtis qui fide dignus ſit? quis audivit vocem è cælo adoptantem te Deo filium?*

δεδραμηκέναι ποτὲ, καὶ οὐδὲν σπουδῆς ἄξιον λεγόντων; Ἑξῆς δὲ τούτοις ἀπὸ τοῦ κατὰ Ματθαῖον, τάχα δὲ καὶ τῶν λοιπῶν εὐαγγελίων, λαβὼν τὰ περὶ τῆς ἐπιπτάσης τῷ Σωτῆρι βαπτιζομένῳ παρὰ τοῦ Ἰωάννου περιστερᾶς, διαβάλλειν βούλεται ὡς* πλάσμα τὸ εἰρημένον. διασύρας δὲ, ὡς ᾤετο, τὴν περὶ τοῦ ἐκ παρθένου γεγενῆσθαι τὸν Σωτῆρα ἡμῶν ἱστορίαν, οὐ τὰ ἑξῆς τῇ τάξει ἐκτίθεται· ἐπεὶ μηδὲν ἔχει τεταγμένον θυμὸς καὶ ἔχθρα· ἀλλὰ κατὰ τὸ ἐπελθὸν οἱ ὀργιζόμενοι καὶ οἱ ἐχθραίνοντες κακηγοροῦσιν οὓς μισοῦσι, μὴ ἐπιτρεπόμενοι* ἀπὸ τοῦ πάθους τεθεωρημένως καὶ κατὰ τάξιν λέγειν τὰς κατηγορίας. εἰ μὲν γὰρ τὴν τάξιν ἐτήρει, λαβὼν ἂν τὸ εὐαγγέλιον, καὶ κατηγορεῖν αὐτοῦ προθέμενος, τῆς πρώτης ἂν ἱστορίας κατηγορῶν, ἑξῆς ἐπὶ τὴν δευτέραν παρεγίνετο, καὶ οὕτως ἐπὶ τὰς λοιπάς. νυνὶ δὲ, μετὰ τὴν ἐκ παρθένου γέννησιν, ὁ πάντ' εἰδέναι ἐπαγγειλάμενος Κέλσος τὰ ἡμέτερα, κατηγορεῖ τοῦ παρὰ τῷ βαπτίσματι φανέντος [τοῦ] ἁγίου πνεύματος ἐν εἴδει περιστερᾶς. εἶτα μετὰ τοῦτο διαβάλλει τὸ προφητεύεσθαι τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίαν. καὶ μετὰ ταῦτα ἀνατρέχει ἐπὶ τὸ ἑξῆς τῇ γενέσει τοῦ Ἰησοῦ ἀναγεγραμμένον, τὸ περὶ τοῦ ἀστέρος διήγημα, καὶ τῶν ἐληλυθότων ἀπὸ ἀνατολῆς μάγων προσκυνῆσαι τὸ παιδίον. πολλὰ δ' ἂν καὶ αὐτὸς ἐπιτηρῶν* εὕρεις συγκεχυμένως τῷ Κέλσῳ εἰρημένα δι' ὅλης τῆς βίβλου· ἵνα καὶ διὰ τούτου ὑπὸ τῶν τάξιν ἐπισταμένων τηρεῖν καὶ ζητεῖν, ἐλεγχθῇ μετὰ πολλῆς θρασύτητος καὶ ἀλαζονείας ἐπιγράψας ἀληθῆ λόγον τὴν βίβλον αὐτοῦ, ὅπερ τῶν ἐλλογίμων φιλοσόφων οὐδεὶς ἐποίησεν. ὁ μὲν γὰρ Πλάτων φησὶν, Οὐ κατὰ τὸν νοῦν ἔχοντα εἶναι τὸ διισχυρίζεσθαι περὶ τῶν τοιῶνδε ἀδηλοτέρων· ὁ δὲ Χρύσιππος πολλαχοῦ ἐκθέμενος τὰ κινήσαντα αὐτὸν, ἀναπέμπει ἡμᾶς ἐφ' οὓς ἂν εὕροιμεν κρεῖττον αὐτοῦ ἐροῦντας. οὗτος οὖν ὁ καὶ τούτων καὶ τῶν λοιπῶν Ἑλλήνων σοφώτερος, ἀκολούθως τῷ φάσκειν πάντ' εἰδέναι, ἀληθῆ λόγον ἐπέγραψεν αὐτοῦ τὸ βιβλίον. ἵνα δὲ μὴ δοκῶμεν ἑκόντες, διὰ τὸ ἀπορεῖν ἀπαντήσεως, ὑπερβαίνειν αὐτοῦ τὰ κεφάλαια· ἐκρίναμεν ἕκαστον κατὰ δύναμιν λῦσαι τῶν ὑπ' αὐτοῦ προτεθειμένων, φροντίσαντες οὐ τῆς ἐν τῇ φύσει τῶν πραγμάτων εἱρμοῦ καὶ ἀκολουθίας, ἀλλὰ τῆς τάξεως τῆς ἐν τῇ βίβλῳ αὐτοῦ ἀναγεγραμμένων. φέρ' οὖν ἴδωμεν τί ποτε καὶ λέγει διαβάλλων τὸ, οἱονεὶ σωματικῶς ἑωραμένον ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος πνεῦμα ἅγιον εἴδει περιστερᾶς. Ἔστι δ' ὁ Ἰουδαῖος αὐτῷ ἔτι ταῦτα λέγων, πρὸς ὃν ὁμολογοῦμεν εἶναι Κύριον ἡμῶν, τὸν Ἰησοῦν. « Λουομένῳ φησί « σοι παρὰ τῷ Ἰωάννῃ φάσμα ὄρνιθος ἐξ ἀέ-« ρος λέγεις ἐπιπτῆναι. εἶτα πυνθανόμενος ὁ παρ' αὐτῷ Ἰουδαῖος φησι· Τίς τοῦτο εἶδεν « ἀξιόχρεως μάρτυς τὸ φάσμα; ἢ τίς ἤκουσεν ἐξ οὐρανοῦ φωνῆς εἰσποιούσης σε υἱὸν τῷ Θεῷ; « πλὴν

Matth. 3. 16.

* πλάσματι.

* ὑπό.

* εὕροις.

Celſus ordine præpoſtero cavillationes inſerit

Celſus falſò inſimulat hiſtoriam de lavacro Chri

Defendit Or. argumento ad hominem.
1mo adversus Græcos

"πλὴν ὅτι σὺ φής, καί τινα ἕνα ἐπάγῃ τῶν "μετά σου κεκολασμένων;" Πρὶν ἀρξόμεθα τῆς ἀπολογίας, λεκτέον, ὅτι σχεδὸν πᾶσαν ἱστορίαν κἂν ἀληθὴς ᾖ, βούλεσθαι κατασκευάζειν ὡς γεγενημένην, καὶ καταληπτικὴν ποιῆσαι περὶ αὐτῆς φαντασίαν, τῶν σφόδρα ἐστὶ χαλεπωτάτων, καὶ ἐνίοις ἀδύνατον. φέρε γάρ τινα λέγειν, μὴ γεγονέναι τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον, μάλιστα διὰ τὸ ἀδύνατον προσπεπλέχθαι λόγον περὶ τοῦ γεγενῆσθαί τινα Ἀχιλλέα θαλασσίας υἱὸν Θέτιδος καὶ ἀνθρώπου Πηλέως, ἢ Σαρπηδόνα Διός, ἢ Ἀσκάλαφον καὶ Ἰάλμενον Ἄρεος, ἢ Αἰνείαν Ἀφροδίτης· πῶς ἂν κατασκευάσαιμεν τὸ τοιοῦτον, μάλιστα θλιβόμενοι ὑπὸ τοῦ οὐκ οἶδ' ὅπως παρυφανθέντος πλάσματος τῇ κεκρατηκυίᾳ παρὰ πᾶσι δόξῃ περὶ τοῦ, ἀληθῶς γεγονέναι τὸν ἐν Ἰλίῳ πόλεμον Ἑλλήνων καὶ Τρώων; φέρε δέ τινα ἀπιστεῖν περὶ Οἰδίποδος καὶ Ἰοκάστης, καὶ τῶν γεννηθέντων ἀπὸ ἀμφοτέρων Ἐτεοκλέους καὶ Πολυνείκους, διὰ τὸ προσπεπλέχθαι τῷ λόγῳ τὴν Σφίγγα μιξοπάρθενόν τινα· πῶς ἂν τὸ τοιοῦτον ἀποδείξαιμεν; οὕτω δὲ καὶ τὰ περὶ τῶν Ἐπιγόνων, κἂν μηδὲν τοιοῦτον ἐμπεπλεγμένον ᾖ τῷ λόγῳ, ἢ περὶ τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου, ἢ περὶ ἄλλων μυρίων. ἀλλ' ὁ εὐγνωμόνως ἐντυγχάνων ταῖς ἱστορίαις, καὶ βουλόμενος ἑαυτὸν τηρεῖν καὶ ἐν ἐκείναις ἀνεξαπάτητον, κρινεῖ, τίσι μὲν συγκαταθήσεται, τίνα δὲ τροπολογήσει, τὸ βούλημα ἐρευνῶν τῶν ἀναπλασαμένων τὰ τοιάδε· καὶ τίσιν ἀπιστήσει, ὡς διὰ τὴν πρὸς * τινα χάριν ἀναγεγραμμένοις. καὶ τοῦτο προλαβόντες, δι' ὅλην τὴν φερομένην ἐν τοῖς εὐαγγελίοις περὶ τοῦ Ἰησοῦ ἱστορίαν, εἰρήκαμεν οὐκ ἐπὶ ψιλὴν πίστιν καὶ ἄλογον τοὺς ἐντρεχεστέρους ἐκκαλούμενοι, ἀλλὰ βουλόμενοι παραστῆσαι, ὅτι εὐγνωμοσύνης χρεία τοῖς ἐντευξομένοις, καὶ πολλῆς ἐξετάσεως, καὶ (ἵν' οὕτως ὀνομάσω) εἰσόδου εἰς τὸ βούλημα τῶν γραψάντων, ἵν' εὑρεθῇ, ποίᾳ διανοίᾳ ἕκαστον γέγραπται. φήσομεν οὖν πρῶτον, ὅτι, εἰ μὲν ὁ ἀπιστῶν τῷ περὶ τοῦ εἴδους τῆς περιστερᾶς φάσματι τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀναγέγραπτο Ἐπικούρειος εἶ, ἢ * Δημοκρίτειος, ἢ Περιπατητικός· χώραν εἶχεν ἀκόλουθον τῷ * προσωποποιουμένῳ τὸ λεγόμενον. νυνὶ δὲ οὐδὲ τοῦθ' ὁ σοφώτατος Κέλσος ἑώρακεν, ὅτι Ἰουδαίῳ, πλείονα πιστεύοντι καὶ παραδοξότερα ἐκ τῶν προφητικῶν γραφῶν, τῆς περὶ τοῦ εἴδους τῆς περιστερᾶς ἱστορίας τὸν τοιοῦτον περιέθηκε λόγον. εἴποι γὰρ ἄν τις τῷ Ἰουδαίῳ, περὶ τοῦ φάσματος ἀπιστοῦντι, καὶ οἰομένῳ κατηγορεῖν αὐτοῦ ὡς πλάσματος, Σὺ δὲ πόθεν, ὦ οὗτος, ἀποδεῖξαι ἂν ἔχοις, εἶπε Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Ἀδάμ, ἢ τῇ Εὔᾳ, ἢ τῷ Κάϊν, ἢ τῷ Νῶε, ἢ τῷ Ἀβραάμ, ἢ τῷ Ἰσαάκ, ἢ τῷ Ἰακώβ, τὰ ἀναγεγραμμένα αὐτὸν εἰρηκέναι τοῖς ἀνδράσι τούτοις; ἵνα δὲ τῇ ἱστορίᾳ ταύτῃ ἱστορίαν παραβάλλω, εἴποιμ' ἂν πρὸς τὸν Ἰουδαῖον, Καὶ ὁ

prater te unum & alterum quempiam ex ſociis tibi ſceleris pariter atque ſupplicii. Priuſquam defenſionem aggrediamur, dicendum, ferme omnium narrationum, etiamſi veræ ſint, velle aſſerere veritatem & opinioni infigere, eſſe rem perdifficilem, & quibuſdam impoſſibilem. Finge enim aliquem negare unquam fuiſſe bellum Trojanum, præſertim cùm quædam ei narrationi admixta ſint impoſſibilia, de Achille marinæ Deæ filio & hominis Pelei, de Jovis Sarpedone, Martis Aſcalapho & Ialmeno, Ænea Veneris; quomodo adſtruemus talia, ſi urgeamur figmentis manifeſtariis? quamvis jam invaluerit opinio reverà bellum geſſiſſe Græcos cum Trojanis ad Ilium. Fac alium non credere de Jocaſta & Oedipode communibúſque liberis Eteocle ac Polinice propter incertam narrationi Sphingem ſemipuellam, quomodo hoc demonſtrabimus? Idem ſentiendum de Epigonis ut vocantur, etiamſi ea narratio caret figmentis ſimilibus; déque profectione in Peloponeſum filiorum Herculis, ceteríſque innumeris: at qui candidè legerit hiſtorias & cautiùs nè decipiatur ſe gerit, dijudicabit quibusnam aſſentietur, alias ſenſu tropologico interpretabitur, eorum mentes qui eas commenti ſunt ſcrutatus; rurſus fidem aliis abrogabit ut in gratiam quorundam ſcriptis. Atque hoc præoccupandi cauſâ de univerſa Jeſu hiſtoria in Evangeliis contenta præfati ſumus, non vocantes acutiores ad nudam fidem & rationis expertem, ſed præmonentes opus eſſe lectori prudentiâ diligentiâ; examine, &, ut ità loquar, introductione quâdam in conſiliorum eorum qui eam concripſerunt, ut inveniatur quo ſenſu quidque ſcriptum ſit. Primùm igitur dicemus, ſi is, qui non credit Spiritum Sanctum apparuiſſe in columbæ ſpecie, fuiſſet Epicureus vel Democriti ſectator, Peripateticúsve, locum utcunque habuiſſet, quæ ficto Judæo attribuitur oratio: nunc nè hoc quidem ſapientiſſimus iſte Celſus animadvertit, affingere ſe hæc verba Judæo, qui multa credit in propheticis literis incredibiliora quàm ſit hæc columbinæ ſpeciei viſio. Facilè enim aliquis dixerit Judæo difficilem ſe præbenti ad credendam viſionem & pro figmento eam habenti, Tu verò, bone vir, unde mihi potes oſtendere dixiſſe Deum Adamo vel Evæ, Cano, Noæ, Abrahamo, Iſaaco, vel Jacobo, quæ in ſacris literis ſcripta ſunt ad illos eum fuiſſe allocutum. Et ut hiſtoriam proferam huic præſenti ſimilem, dicerem Judæo, certè

* τινάς.

* Δημοκρά-τειος.
* προσωποιου-μένῳ.

2. adversus Judæos.

tuus

tuus Ezechiel ſic ſcribit; *Aperti ſunt cœli, & vidi viſionem Dei.* Quam enarrans ſubjicit, *Hæc viſio ſimilitudinis gloriæ Domini: & dixit ad me.* Nam ſi falſa ſunt, quæ de Jeſu ſcribuntur, quandoquidem, ut putas, non poſſumus evidenter eorum veritatem approbare, quòd ab ipſo ſolo viſa ſint & audita, &, ut tibi videris obſervâſſe, ab uno ex ſupplicii ſociis: quin potiùs dicimus Ezechielem portenta fingere dum ſic loquitur; *Aperti ſunt cœli*, & quæ ſequuntur. Eſaias quoque dum ait, *Vidi Dominum Sabaoth ſedentem ſuper thronum excelſum & elevatum, & Seraphin circum hunc ſtantia: ſex alæ uni, & ſex alæ alteri*; & quæ ſequuntur: unde ſcis eum verè hæc vidiſſe? nimirum credis, Judæe, his ut indubitatis, & à divino ſpiritu proditis, eáque Prophetam non vidiſſe ſolùm, verùm dixiſſe & mandâſſe literis. Quis igitur fide dignior, Ezechiélne dicens apertos ſibi cœlos, vocémque ſe audiſſe: vel Eſaias ſcribens viſum à ſe Dominum Sabaoth in throno ſedentem excelſo & elevato: an Jeſus? Illorum certè nullum ſimile opus reperitur: Jeſu verò virtutes non eo tantùm tempore viguerunt quo in corpore verſatus eſt in terris, ſed nunc quoq; ejus potentia eſt efficax ad convertendos & corrigendos quotquot Deo credunt per illum. Hæc enim ipſius virtute fieri argumento eſt ipſius dictum, & concipi poteſt, quod cùm ſit totalis operariorum defectus ad animarum meſſem, tantum nihilominùs ſegetum demeſſarum undique convehatur & comportetur in areas Eccleſiæ Dei. Atque hæc ad Judæum dico, non fidem detrahens, cùm ſim Chriſtianus, Ezechieli & Eſaiæ, ſed per ea quæ ambo ex æquo credimus pudorem incutiens ei: quandoquidem hic multò dignior eſt, cui credatur dicenti ſibi viſas hujuſmodi viſiones, quas probabile eſt illum diſcipulis denarrâſſe poſtea, ſimúlque vocem quam audierat. Aliquis tamen fortaſſe dicere: non omnes Jeſu narrante audiſſe quæ ſcripſerunt, de columbæ ſpecie, déque voce miſſa cœlitùs: ſed ſpiritum qui Moſen docuit ſuperiorum ætatum hiſtoriam à condito mundo uſque ad Abrahamum autorem ejus generis, hunc ipſum etiam Evangeliſtas docuiſſe miraculum, quod in Baptiſmatis Jeſu tempus incidit. Cæterùm cui contigit donum ſapientiæ, etiam cauſam reddet apertionis cœlorum, & quid ſibi velit columbæ ſpecies, cúrve in hac potiſſimùm Spiritus Sanctus Jeſu apparuerit: quibus de rebus diſſerere nunc non

πρὸς Ἰεζεκιὴλ ἀνέγραψε, λέγων· Ἠνοίχθησαν οἱ οὐρανοί, καὶ εἶδον ὅρασιν Θεοῦ. εἶτά τινα Ezech. 1. 1. & 2. 1.
διηγησάμενος ἐπιφέρει αὐτῷ· αὕτη ἡ ὅρασις ὁμοιώματος δόξης Κυρίου· καὶ εἶπε πρός με. Εἰ γὰρ ψευδῆ τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ ἀναγεγραμμένα, ἐπεὶ μὴ ἔχομεν, ὡς ὑπολαμβάνεις, ἐναργῶς παραστῆσαι, πῶς ταῦτά ἐστιν ἀληθῆ, ὑπ᾽ αὐτοῦ μόνου ἑωραμένα ἢ ἀκουσθέντα, καὶ ὡς ἔδοξας τετηρηκέναι, καὶ ὑπὸ ἑνὸς τῶν κολασθέντων· τί οὐχὶ μᾶλλον καὶ τὸν Ἰεζεκιὴλ εἴπομεν τερατευόμενον εἰρηκέναι τό, Ἠνοίχθησαν οἱ οὐρανοί, καὶ τὰ ἑξῆς; ἀλλ᾽ ἐὰν καὶ ὁ Ἡσαΐας φάσκῃ, Εἶδον τὸν Κύριον Σαβαὼθ καθήμενον Eſai. 6. 1.
ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου· καὶ τὰ Σεραφὶμ εἱστήκεισαν κύκλῳ αὐτοῦ· ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνί, καὶ ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνί, καὶ τὰ ἑξῆς· πόθεν [οἶδας] ὅτι ἀληθῶς ἑώρακε; πεπίστευκας γάρ, ὦ Ἰουδαῖε, τούτοις ὡς ἀψευδέσι, καὶ ὑπὸ θειοτέρου πνεύματος οὐ μόνον ἑωραμένοις τῷ προφήτῃ, ἀλλὰ καὶ εἰρημένοις καὶ ἀναγεγραμμένοις. τίνι δὲ καὶ πιστεύειν μᾶλλον ἄξιον, φάσκοντι ἀνεῷχθαι αὐτῷ τοὺς οὐρανούς, καὶ φωνῆς ἀκηκοέναι, ἢ ἑωρακέναι τὸν Κύριον Σαβαὼθ καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, Ἡσαΐᾳ καὶ Ἰεζεκιήλ, ἢ τῷ Ἰησοῦ; ἐκείνων μὲν γὰρ ἔργον οὐδὲν τηλικοῦτον εὑρίσκεται· τοῦ δὲ Ἰησοῦ τὸ ἀνδραγάθημα οὐ κατὰ τοὺς αὐτοὺς τῆς ἐνσωματώσεως μόνους γέγονε χρόνους, ἀλλὰ καὶ μέχρι τοῦ δεῦρο ἡ Ἰησοῦ δύναμίς ἐστιν ἐνεργοῦσα τὴν ἐπιστροφὴν, καὶ τὴν βελτίωσιν, ἐν τοῖς πιστεύουσι δι᾽ αὐτοῦ τῷ Θεῷ. ἐναργὲς δὲ δεῖγμα τοῦ, δυνάμει αὐτοῦ ταῦτα γίνεσθαι, τό, ὡς αὐτός φησι, καὶ καταλαμβάνεται, μὴ ὄντων ἐργατῶν τῶν ἐργαζομένων τὸν Matth. 9. 37.
θερισμὸν τῶν ψυχῶν, τοσοῦτον εἶναι θερισμὸν συγκομιζομένων καὶ συναγομένων εἰς τὰς πανταχοῦ ἅλωνας τοῦ Θεοῦ καὶ ἐκκλησίας. καὶ ταῦτα πρὸς τὸν Ἰουδαῖον λέγω, οὐκ ἀπιστῶν ὁ Χριστιανὸς τῷ Ἰεζεκιὴλ καὶ τῷ Ἡσαΐᾳ· ἀλλὰ δυσωπῶν ἐκ τῶν κοινῇ ἡμῖν πεπιστευμένων, ὅτι πολλῷ οὗτος ἐκείνων ἄξιός ἐστι τοῦ πιστεύεσθαι τοιαῦτα λέγων ἑωρακέναι· καί, ὡς εἰκός, παραδοὺς τοῖς μαθηταῖς ἣν εἶδεν ὄψιν, καὶ * τὴν * τῆς φωνῆς.
φωνὴν ἣν ἤκουσεν. ἄλλος δ᾽ ἄν τις εἴποι, ὅτι οὐ πάντες τοῦ Ἰησοῦ ἤκουσαν ταῦτα διηγουμένου οἱ ἀναγράψαντες τὰ περὶ τοῦ εἴδους τῆς περιστερᾶς καὶ τῆς ἐξ οὐρανοῦ φωνῆς. ἀλλὰ τὸ διδάξαν Μωϋσέα πνεῦμα τὴν πρεσβυτέραν αὐτοῦ ἱστορίαν, ἀρξαμένην ἀπὸ τῆς κοσμογονίας μέχρι τῆς κατὰ τὸν Ἀβραὰμ τὸν πατέρα αὐτοῦ, τοῦτ᾽ ἐδίδαξε καὶ τοὺς γράψαντας τὸ εὐαγγέλιον, τὸ γενόμενον [καὶ] παράδοξον κατὰ τὸν χρόνον τοῦ βαπτίσματος Ἰησοῦ. ὁ δὲ κοσμηθεὶς χαρίσματι, καλουμένῳ λόγῳ σοφίας, καὶ τὴν αἰτίαν διηγήσεται τῆς ἀνοίξεως τῶν οὐρανῶν, καὶ τοῦ εἴδους τῆς περιστερᾶς, καὶ ὅτι οὐχ ἄλλου τινὸς ζῴου εἴδει ἢ τούτου ἐφάνη τὸ ἅγιον πνεῦμα τῷ Ἰησοῦ· περὶ τούτου δὲ οὐκ ἀπαιτεῖ νῦν ἡμᾶς ὁ λόγος διηγήσασθαι.

[illegible]

eſt propoſitum. Agimus enim cum Celſo & [illegible] Judæo, [illegible] multo difficiliora. [illegible] in quadam diſputatione cum Judæis [illegible] in multorum præſentia, qui [illegible] his verbis uſum: Dicite mihi, ô viri, cum duo venerint [illegible] inter homines, de quibus incredibilia quædam traduntur & humanam naturam excedentia, [illegible] legislatorem Moſen, qui de ſeipſo ſcripſit, & Jeſum noſtrum magiſtrum, qui nullum de ſeipſo librum reliquit, ſed diſcipulorum ſuorum in Evangeliis de ſe habet teſtimonium: [illegible] Moſes vera [illegible] ut magum & præſtigiatorem calumniantur Ægyptii; Jeſus verò non credatur propter eaſdem accuſationes, ambo enim auctores extiterunt gentium, Moſes quidem Judæorum; Chriſtiani vero non negantes Moſis Prophetiam, etiam inde Jeſum approbant, atque faciliùs vera eſſe credunt quæ ab ejus diſcipulis ſcripta ſunt miracula. Jam ſi rationem à nobis poſcitis de Jeſu, priùs vos de Moſe, qui præceſſit illum, reddite, ac tum demum de Jeſu reddemus nos quoque. Verùm vos tergiverſantibus & [illegible] detrectantibus, reſpondemus pro parte, quod in præſentiarum nobis ſufficit, nihilominus [illegible] eſſe nullas vos de Moſe probationes habere: at vos nullas noſtras de Jeſu, deſumptas è lege atque Prophetis: &, quod magis mirum eſt, ex demonſtrationibus de Jeſu quæ habentur in lege Propheticiſq; oſtenditur Moſen & Prophetas fuiſſe Dei Prophetas. Plena eſt autem lex, pleni Prophetæ miraculis ſimillimis huic quod ſcriptum eſt de columba & voce miſſa cœlitùs. Significatum [illegible] arbitror Sanctum Spiritum per columbæ ſpeciem, idque colligo ex Jeſu miraculis, quibus Celſus ſtruit calumniam, aſſerens ab eo facta Ægyptiacis artibus: nec ex iis ſolis ſumens argumentum, verùm etiam, ut par eſt, ex his quæ patraverunt Jeſu Apoſtoli: non enim illi ſine virtutibus & miraculis moviſſent auditores novæ doctrinæ, ut relictis inſtitutis patriis reciperent eorum doctrinam, receptámque uſque ad mortem tuerentur contemptis omnibus periculis. Quin & hodie veſtigia Spiritûs illius Sancti, qui columbæ ſpecie apparuit, ſervantur apud Chriſtianos, excantant dæmonia, multas ſanationes perficiunt, prævident voluntate Dei futura. Irrideat licet

[illegible] Χριστιανοῖς σώζεται· ἐξεπᾴδουσι δαίμονας, καὶ πολλὰς ἰάσεις ἐπιτελοῦσι, καὶ ὁρῶσί τινα κατὰ τὸ βούλημα τοῦ λόγου περὶ μελλόντων.

Celſus

Celſus quod dicetur, aut introductus ab eo Judæus; dicetur tamen; multos pene invitos attractos eſſe ad Chriſtianam religionem, ſpiritu quodam repentè mutante intellectum eorum, ab odio, quo erga verbum detinebantur, ità ut ipſius gratiâ non cunctarentur mortem oppetere, poſt viſiones oblatas ipſis vel dormientibus vel vigilantibus: multa enim talis vidimus, quæ ſi memoraremus duntaxat geſta in noſtra præſentia, cachinnum tollerent infideles, rati nos quoque ſicut illos de quibus malè ſuſpicantur fingere. Teſtis autem eſt Deus noſtræ conſcientiæ, conari me non falſis narratiunculis, ſed variis exemplis commendare divinam Jeſu doctrinam. Et quoniam Judæus eſt is, qui in dubium revocat quod de Spiritu Sancto in Jeſum ſpecie columbæ delapſo ſcriptum eſt, meritò diceretur ei; heus tu! quis apud Eſaiam ſic loquitur; Καὶ νῦν Κύριος ἀπέστειλέ με καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ: quæ Græca verba cùm ambiguum ſenſum habeant, utrùm Pater & Sanctus Spiritus miſerint Jeſum, an Pater miſerit Chriſtum & Sanctum Spiritum; poſterior eſt verus, nempe poſt Servatorem miſſus eſt Spiritus Sanctus, ut compleretur, quod à Propheta dictum eſt, quam Prophetiam completam eſſe oportebat nôſſe & poſteros: ideóque Jeſu diſcipuli retulerunt hoc factum in literas. Hic vellem Judæum, cujus perſonam Celſus induxit, monitum, quando non inficiatur Jeſum à Joanne baptizatum, mentionem Joannis in peccatorum remiſſionem baptizantis facere ſcriptorem, qui mox ſecutus eſt Joannis & Jeſu tempora: nam Joſephus in decimo octavo Antiquitatum teſtatur, Joannem fuiſſe Baptiſtam, expiationémque baptizatis eſſe pollicitum. Idem quamvis Jeſum ferum agnoſcens pro Chriſto, dum quærit cauſam Hieroſolymorum excidii, templíque demolitionis, (cùm debuiſſet dicere id accidiſſe propter ejus populi contra Jeſum inſidias, quia Chriſtum à Prophetis promiſſum interemiſſent) quaſi invitus haud procul à veritate diſcedens, ait hæc contigiſſe Judæis in ultionem Jacobi cognomento Juſti, fratris Jeſu, qui dicitur Chriſtus, quia juſtiſſimum hominem occiderant. Hunc Jacobum, germanus Jeſu diſcipulus, Paulus ait à ſe viſum ut fratrem Domini; non tam ob ſanguinis cognationem communémq; ipſorum educationem, quàm ob mores & doctrinam. Ergo ſi propter Jacobum dicit accidiſſe Judæis deſolationem Hieruſalem, an non probabilius eſt

χλευάσῃ δὲ Κέλσος τὸ λεχθησόμενον, ἢ ὃν εἰσήγαγεν Ἰουδαῖος· ὅμως λελέξεται, ὅτι πολλοί, ὡσπερεὶ ἄκοντες, προσεληλύθασι Χριστιανισμῷ, πνεύματός τινος τρέψαντος αὐτῶν τὸ ἡγεμονικὸν αἰφνίδιον ἀπὸ τοῦ μισεῖν τὸν λόγον ἐπὶ τὸ ὑπεραποθνῄσκειν αὐτοῦ, καὶ φαντασιώσαντος αὐτοὺς, ὕπαρ ἢ ὄναρ. πολλὰ γὰρ καὶ τοιαῦτα ἱστορήσαμεν· ἅτινα ἐὰν γράφωμεν, αὐτοὶ αὐτοῖς παρατυχόντες καὶ ἰδόντες, γέλωτα πλατὺν ὀφλήσομεν τοῖς ἀπίστοις, οἰομένοις ἡμᾶς ὁμοίως οἷς ὑπολαμβάνουσι ταῦτ' ἀναπεπλακέναι, καὶ αὐτοὺς πλάσσειν. ἀλλὰ γὰρ Θεὸς μάρτυς τοῦ ἡμετέρου συνειδότος, βουλομένου οὐ διὰ ψευδῶν ἀπαγγελιῶν, ἀλλὰ διά τινος ἐναργείας ποικίλης συνιστάνειν τὴν Ἰησοῦ θείαν διδασκαλίαν. ἐπεὶ δὲ Ἰουδαῖός ἐστιν, ὁ περὶ τοῦ ἀναγεγραμμένου ἁγίου πνεύματος κατεληλυθέναι ἐν εἴδει περιστερᾶς πρὸς τὸν Ἰησοῦν ἀπορῶν· λεχθείη ἂν εἰκὸς πρὸς αὐτόν· ὦ οὗτος, τίς ἐστιν ὁ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ λέγων· Καὶ Esai. 48. 16.
νῦν Κύριος * ἀπέστειλέ με, καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. * ἀπέστειλε.
ἐν ᾧ ἀμφιβόλου ὄντος τοῦ ῥητοῦ, πότερον ὁ πατὴρ καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα * ἀπέστειλαν τὸν Ἰησοῦν, ἢ ὁ πατὴρ ἀπέστειλε τόν τε Χριστὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα· τὸ δεύτερόν ἐστιν ἀληθές· καὶ ἐπεὶ ἀπεστάλη ὁ Σωτήρ, εἶτα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἵνα πληρωθῇ τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ προφήτου. ἐχρῆν δὲ τὴν τῆς προφητείας πλήρωσιν ἐγνῶσθαι καὶ τοῖς ἑξῆς· διὰ τοῦτο ἀνέγραψαν οἱ Ἰησοῦ μαθηταὶ τὸ γεγενημένον. ἐβουλόμην δ' ἂν Κέλσῳ, προσωποποιήσαντι τὸν Ἰουδαῖον παραδεξάμενόν πως Ἰωάννην ὡς βαπτιστήν, βαπτίζοντα τὸν Ἰησοῦν, εἰπεῖν ὅτι τὸ Ἰωάννην γεγονέναι βαπτιστήν, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτημάτων βαπτίζοντα, ἀνέγραψέ τις τῶν μετ' οὐ πολὺ τοῦ Ἰωάννου καὶ τοῦ Ἰησοῦ γεγενημένων. ἐν γὰρ τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας ὁ Ἰώσηπος μαρτυρεῖ τῷ Ἰωάννῃ, ὡς βαπτιστῇ γεγενημένῳ, καὶ καθάρσιον τοῖς βαπτισαμένοις ἐπαγγελλομένῳ. ὁ δ' αὐτός, καίτοιγε ἀπιστῶν τῷ Ἰησοῦ ὡς Χριστῷ, ζητῶν τὴν αἰτίαν τῆς τῶν Ἱεροσολύμων πτώσεως καὶ τῆς τοῦ ναοῦ καθαιρέσεως· δέον αὐτὸν εἰπεῖν, ὅτι ἡ κατὰ τοῦ Ἰησοῦ ἐπιβουλὴ τούτων αἰτία γέγονε τῷ λαῷ, ἐπεὶ ἀπέκτειναν τὸν προφητευόμενον Χριστόν· ὁ δέ, καὶ ὥσπερ ἄκων οὐ μακρὰν τῆς ἀληθείας γενόμενος, φησὶ ταῦτα συμβεβηκέναι τοῖς Ἰουδαίοις κατ' ἐκδίκησιν Ἰακώβου τοῦ δικαίου, ὃς ἦν ἀδελφὸς Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, ἐπειδήπερ δικαιότατον αὐτὸν ὄντα ἀπέκτειναν. τὸν δὲ Ἰάκωβον τοῦτον ὁ Ἰησοῦ γνήσιος μαθητὴς Παῦλός φησιν ἑωρακέναι ὡς ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου· οὐ τοσοῦτον διὰ τὸ πρὸς αἵματος συγγενές, ἢ τὴν κοινὴν αὐτῶν ἀνατροφήν, ὅσον διὰ τὸ ἦθος καὶ τὸν λόγον. εἴπερ οὖν διὰ Ἰάκωβον συμβεβηκέναι λέγει τοῖς Ἰουδαίοις τὰ κατὰ τὴν ἐρήμωσιν τῆς Ἱερουσαλήμ, πῶς οὐχὶ εὐλογώτερον διὰ Ἰησοῦν τὸν

Margin: * ἀπέστειλαν. pro argumento utitur ambiguo Esaiae dicto

Margin: Joseph. l. 18. Orig. cap. 7.

Margin: Galat. 1. 19.

Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν γεγονέναι· οὗ τῆς θειότητος μάρτυρες οἱ τοσοῦτοι τὴν μεταβολὴν εἰσάγοντες ἐπὶ τῆς χύσεως τῶν κακῶν ἐκκλησίας καὶ ἀρτώμενοι τοῦ δημιουργοῦ, καὶ πάντ' ἀναφέροντες ἐπὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ἀρέσκειαν. εἰ δὲ μὴ ἀπολογήσεται ὁ Ἰουδαῖος περὶ Ἰεζεκιὴλ καὶ Ἡσαΐου, κοινοποιούντων ἡμῶν τὰ περὶ τῆς ἀνοίξεως τῶν οὐρανῶν ἐπὶ Ἰησοῦ, καὶ τῆς ἀκουσθείσης αὐτῷ φωνῆς, καὶ [τὰ] ὅμοια εὑρισκόντων ἐν τῷ Ἰεζεκιὴλ ἀναγεγραμμένα, καὶ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ ἢ καί τινι ἄλλῳ προφήτῃ· ἡμεῖς γε τὸν λόγον, ὅση δύναμις ἡμῖν, παραστήσομεν, λέγοντες ὅτι ὥσπερ ὄναρ πεπείσμεθα πολλοὺς προσεληλυθέναι φαντασίας, πῆ μὲν θειοτέρας, πῆ δὲ περὶ μελλόντων ἐν τῷ βίῳ ἀναγγελλούσας, εἴτε σαφῶς, εἴτε καὶ δι' αἰνιγμάτων, καὶ τοῦτ' ἐναργές ἐστι παρὰ πᾶσι τοῖς παραδεξαμένοις πρόνοιαν· οὕτως οὐκ ἄτοπον, τὸ τυποῦν τὸ ἡγεμονικὸν ἐν ὀνείρῳ, δύνασθαι αὐτὸ τυποῦν καὶ ὕπαρ πρὸς τὸ χρήσιμον * ἢ ἐν ᾧ τυποῦται, ἢ τοῖς παρ' αὐτοῦ ἀκουσομένοις· καὶ ὥσπερ φανταζόμεθα ὄναρ ἀκούειν, καὶ πλήσσεσθαι ἡμῶν τὴν ἀκοὴν αἰσθητῶς, καὶ ὁρᾶν ὀφθαλμοῖς, οὔτε τῶν σωματικῶν ὀφθαλμῶν, οὔτε τῆς ἀκοῆς κινουμένης, ἀλλὰ τοῦ ἡγεμονικοῦ ταῦτα πάσχοντος· οὕτως οὐδὲν ἄτοπον, τοιαῦτα γεγονέναι ἐπὶ τῶν προφητῶν, ὅτ' ἀναγέγραπται ἑωρακέναι τινὰ παράδοξα, ἢ ἀκηκοέναι λόγους Κυρίου, ἢ τεθεωρηκέναι οὐρανοὺς ἀνοιγομένους. ἐγὼ γὰρ οὐχ ὑπολαμβάνω τὸν αἰσθητὸν οὐρανὸν ἀνοιγῆναι, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ διαστάντος διῃρῆσθαι, ἵνα ἀναγράψῃ τὸ τοιοῦτον Ἰεζεκιήλ· μή ποτ' οὖν καὶ ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος τὸν φρονίμως ἀκούοντα τῶν εὐαγγελίων τὰ ὅμοια ἐκδεκτέον; κἂν προσκόψῃ τὸ τοιοῦτον τοῖς ἁπλουστέροις, οἳ διὰ πολλὴν ἁπλότητα κινοῦσι τὸν κόσμον, σχίζοντες τὸ τηλικοῦτον σῶμα ἡνωμένον τοῦ παντὸς οὐρανοῦ. ὁ δὲ βαθύτερον τὰ τοιαῦτα ἐξετάζων, ἐρεῖ ὅτι ἐστίν, ὡς ἡ γραφὴ ὀνόμασε, θεία τις γενικὴ αἴσθησις, ἣν μόνος ὁ μακάριος εὑρίσκει ἤδη, κατὰ τὸ λεγόμενον καὶ παρὰ τῷ Σολομῶντι· Ὅτι αἴσθησιν θείαν εὑρήσεις· καὶ ὅτι τινὰ εἴδη ταύτης τῆς αἰσθήσεως, ὁράσεως πεφυκυίας βλέπειν τὰ κρείττονα σωμάτων πράγματα, ἐν οἷς ἀναλέγεται τὰ Χερουβὶμ ἢ τὰ Σεραφίμ· καὶ ἀκοῆς * ἀντιληπτικῆς φωνῶν, οὐκ ἐν ἀέρι τὴν ὑπόστασιν ἐχουσῶν· καὶ γεύσεως χρωμένης ἄρτῳ ζῶντι, καὶ ἐξ οὐρανοῦ καταβεβηκότι, καὶ ζωὴν διδόντι τῷ κόσμῳ· οὕτω δὲ καὶ ὀσφρήσεως ὀσφραινομένης τοιούτων, καθὸ Χριστοῦ εὐωδία λέγει εἶναι τῷ Θεῷ Παῦλος· καὶ ἁφῆς, καθ' ἣν Ἰωάννης φησὶ ταῖς χερσὶν ἐψηλαφηκέναι περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς. οἱ μακάριοι προφῆται τὴν θείαν αἴσθησιν εὑρόντες, καὶ βλέποντες θείως, καὶ ἀκούοντες θείως, καὶ γευόμενοι ὁμοίως, καὶ ὀσφραινόμενοι (ἵν' οὕτως ὀνομάσω) αἰσθή-

Margin notes: * πρὸ ἐν — * Sensibile coelum non apertum est — * sed res diuinas sensu intelligendas — Prov. 2. 5. — * ἀντιλαμβανομένης. — Ioan. 6. 33. — 2 Cor. 2. 15. — 1 Ioan. 1. 1.

propter Jeſum Chriſtum id contigiſſe, cujus divinitatis teſtes extant tot hominum exemptorum è vitiorum colluvie Eccleſiæ, opificiq; ſuo adhærentium, & cuncta referentium ad illius placitum. Sed etiamſi Judæus nihil pro Ezechiele ac Eſaia reſponderet, cum quibus commune nobis eſt quod de apertis Jeſu Servatori cœlis & voce indè miſſa legitur, quando in utroq; & in alio Propheta his ſimilia invenimus literis mandata; nos certè rem hanc pro virili confirmabimus rationibus, dicentes quemadmodum in ſomnis creditur multis objectas viſiones divinas, vel palàm vel per ænigmata præmonentes de quibuſdam futuris ad vitam pertinentibus, idq; confeſſum eſt apud omnes qui admittunt providentiam; ità conſentaneum eſſe vim illam, , quæ format intellectum in ſomnis, vigilanti quoque poſſe eaſdem formas imprimere ad ipſius utilitatem, aut eorum qui viſionem audituri ſunt. Et quemadmodum in ſomnis videmur nobis audire pulſato ſenſu auditus, oculiſque cernere, cùm interim nec auditus, nec oculi corporis tangantur, ſed intellectus ſic afficiatur; ità nihil abſurdi fuerit idem accidiſſe Prophetis, quoties legimus eos vidiſſe quædam fidem excedentia, aut audiviſſe verba Domini, aut ſpectâſſe cœlos apertos. Equidem non opinor ſenſibile hoc cœlum apertum fuiſſe, ejuſq; corpus diviſum ut talia ſcriberet Ezechiel. Is verò qui prudenter verba Evangelica audierit neutiquam de Servatore ſimile quiddam intelligeret? quamvis id non careat offendiculo ſimpliciorum, qui præ nimia ſimplicitate commovent mundum, ſcindentes tam vaſtum corpus idque unitum cœli totius. Qui verò profundiùs ſcrutatur res hujuſmodi, dicet quòd cùm ſit generalis quidam ſenſus divinus, ut Scriptura nominat, quem ſolus vir beatus invenit, ſicut Salomon inquit; *Et ſenſum divinum invenies:* cùmque ſint ſpecies hujus ſenſus viſiones aptæ ad cernendas res incorporeas, ut Cherubin & Seraphin, & auditiones capaces vocum non in aere ſubſtantiam habentium, & guſtatus quo panis vivus percipitur, *Qui de cœlis deſcendit vitam mundo conferens:* ſimiliter odoratus olfaciens odores illos, juxta quos Paulus ait ſe eſſe *Chriſti ſuaveolentiam Deo:* tactus quoque, juxta quem Joannes ait ſe *Manibus palpaſſe de verbo vitæ:* beati Prophetæ divino ſenſu invento jam audientes, videntéſq; divinè, & guſtantes ſimiliter atq; olfacientes inſenſili (ut ità loquar) ſenſu,

ſenſu, attingentéſque verbum cum fide, ut ex eo defluxus quidam manaret in ipſos ſanitatem conferens, ſic videbant quæ ſcribunt ſe vidiſſe, audiebántque quæ ſe dicunt audiſſe, aliáque ſimilia patiebantur, quemadmodum ſcribunt ſe comediſſe initium libri ſibi oblati. Eodem pacto & Iſaac olfecit odorem diviniorìs amictûs filii ſui, & ſpirituali quâdam benedictione locutus dixit, *Ecce odor filii mei ſicut agri pleni quem benedixit Dominus.* Similiter etiam juxta intellectum magis quàm ſenſum Jeſus leproſum attigit, ut eum purificaret; opinione meâ dupliciter, liberatum non ſolùm, ut vulgus audit, à ſenſibili lepra per tactum ſenſibilem, ſed & ab alia per tactum verè divinum. Itaque Joannes ſic teſtatus eſt; *Vidi Spiritum deſcendentem quaſi columbam è cælo, & manſit ſuper eum, & ego neſciebam eum, ſed qui miſit me ad baptizandum aquâ ille mihi dixit; ſuper quem videris Spiritum deſcendentem & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spiritu Sancto. Et ego vidi & teſtimonium perhibui hunc eſſe filium Dei.* Et Jeſu quidem aperti ſunt cœli nemine, quantum è Scriptura colligi poteſt, præter Joannem vidente apertos. Servator autem diſcipulis prædixit futurum ut cœlum aperiretur ipſis inſpectantibus. *Amen amen,* inquit, *dico vobis, videbitis cœlum apertum, & angelos Dei aſcendentes & deſcendentes ſuper filium hominis.* Sic & Paulus raptus eſt in tertium cœlum, quod prius apertum viderat, quoniam erat Jeſu diſcipulus. Ceterùm illa ejus verba, *Sive in corpore non novi, ſive extra corpus non novi, Deus novit,* interpretari non eſt præſentis temporis. Illud addam, dum Celſus putat Jeſum de ſe narràſſe viſionem de cœlis apertis & Spiritu Sancto in ipſum delapſo ſpecie columbæ apud Jordanem, cùm nuſquam Scriptura tradat ipſum hoc de ſe prædicàſſe, non intelligere virum egregium, quàm non conveniat ei qui diſcipulis interdixit de viſione in monte; *Nemini dicite quod vidiſtis donec filius hominis à mortuis reſurgat,* jactare apud illos id quod apud Jordanem viſum eſt & auditum Joanni. Id videre eſt in Jeſu moribus, qui omnem de ſe jactantiam abſtulerat, eóque dicit; *Et ſi ipſe de meipſo dixero, teſtimonium meum non eſt verum:* atque ità ſemotâ omni jactantiâ, quia malebat operibus declarare Chriſtum ſe eſſe quàm verbis, Judæi ſic eum alloquuntur; *Si tu es Chriſtus, dic nobis liberè.*

σει οὐκ αἰσθητῇ, ϗ ἁπτόμενοι τοῦ λόγου μετὰ πίστεως, ὡς ἀπόρροιαν αὐτοῦ εἰς αὐτοὺς ἥκειν θεραπεύουσαν αὐτοὺς, οὕτως ἑώρων ἃ ἀναγεγράφασιν ἑωρακέναι ϗ ἤκουον ἃ λέγουσιν ἀκηκοέναι, ϗ τὰ παραπλήσια ἔπασχον, ὡς ἀνέγραφον, κεφαλίδα ἐσθίοντες διδομένην αὐτοῖς βιβλίου. οὕτω δὲ ϗ Ἰσαὰκ ὠσφράνθη τῆς ὀσμῆς τῶν τοῦ υἱοῦ θειοτέρων ἱματίων, ϗ ἐπεῖπεν πνευματικῇ εὐλογίᾳ τό, Ἰδοὺ ὀσμὴ τοῦ υἱοῦ μου, ὡς ὀσμὴ ἀγροῦ πλήρους, ὃν εὐλόγησεν ὁ Κύριος. παραπλησίως δὲ τούτοις, ϗ νοητῶς μᾶλλον ἢ αἰσθητῶς, Ἰησοῦς ἥψατο τοῦ λεπροῦ, ἵν' αὐτὸν καθαρίσῃ (ὡς ἐγὼ οἶμαι) διχῶς, ἀπαλλάττων αὐτὸν οὐ μόνον, ὡς οἱ πολλοὶ ἀκούουσι, λέπρας αἰσθητῆς δι' αἰσθητῆς ἁφῆς· ἀλλὰ ϗ τῆς ἄλλης, διὰ τῆς ὡς ἀληθῶς θείας αὐτοῦ ἁφῆς. οὕτως ἐμαρτύρησεν Ἰωάννης, λέγων ὅτι τεθέαμαι τὸ πνεῦμα καταβαῖνον ὡς περιστερὰν ἐξ οὐρανοῦ, ϗ ἔμεινεν ἐπ' αὐτόν· κἀγὼ οὐκ ᾔδειν αὐτὸν ἀλλ' ὁ πέμψας με βαπτίζων ἐν τῷ ὕδατι, ἐκεῖνός μοι εἶπεν, ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ πνεῦμα καταβαῖνον, ϗ μένον ἐπ' αὐτὸν, οὗτός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν πνεύματι ἁγίῳ. ϗ ἑώρακα, ϗ μεμαρτύρηκα, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ. ϗ τῷ Ἰησοῦ γε ἠνοίχθησαν οἱ οὐρανοί. ϗ τότε μὲν, πλὴν Ἰωάννου, οὐδεὶς ἀναγέγραπται ἑωρακέναι ἀνοιχθέντας τοὺς οὐρανούς. τοῦτο δὲ τὸ ἀνοιχθῆναι τοὺς οὐρανοὺς προλέγων τοῖς μαθηταῖς ὁ Σωτὴρ ἐσόμενον ὀψομένοις αὐτὸ, φησίν· Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὄψεσθε τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγότα, ϗ τοὺς ἀγγέλους τοῦ Θεοῦ ἀναβαίνοντας ϗ καταβαίνοντας ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. ϗ οὕτως Παῦλος ἡρπάγη εἰς τρίτον οὐρανὸν, πρότερον ἰδὼν αὐτὸν ἀνοιχθέντα, ἐπεὶ μαθητὴς ἦν τοῦ Ἰησοῦ. διηγήσασθαι δὲ νῦν διὰ τί ὁ Παῦλος λέγει τὸ, Εἴτε ἐν σώματι οὐκ οἶδα, εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος, οὐκ οἶδα, ὁ Θεὸς οἶδεν, οὐ τοῦ παρόντος ἐστὶ καιροῦ. Ἔτι δὲ προσθήσω τῷ λόγῳ, ϗ αὐτὰ, ἃ οἴεται ὁ Κέλσος, ὅτι αὐτὸς Ἰησοῦς εἶπε τὰ περὶ τὴν ἄνοιξιν τῶν οὐρανῶν, ϗ τὸ καταβὰν πνεῦμα ἅγιον ἐπ' αὐτὸν εἴδει περιστερᾶς παρὰ τῷ Ἰορδάνῃ· τῆς γραφῆς τοῦτο οὐ παριστάσης, ὅτι αὐτὸς εἶπε τοῦτο ἑωρακέναι. οὐ συνεῖδε δ' ὁ γενναιότατος, ὅτι οὐκ ἔστι τοῦ τὸν εἰπόντα τοῖς μαθηταῖς ἐπὶ τῇ ἐν τῷ ὄρει ὀπτασίᾳ, Μηδενὶ εἴπητε τὸ ὅραμα, ἕως ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ· εἰπεῖν τοῖς μαθηταῖς τὸ παρὰ τῷ Ἰορδάνῃ ὀφθὲν ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου, ϗ ἀκουσθέν. ἐνιδεῖν δέ ἐστι ϗ τῷ τοῦ Ἰησοῦ ἤθει πανταχοῦ * περιϊσαμένου τὴν περιαυτολογίαν, ϗ διὰ τοῦτο λέγοντος. Κἂν ἐγὼ εἴπω περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθής. ϗ ἐπεὶ περιΐστατο τὴν περιαυτολογίαν, ϗ τοῖς ἔργοις μᾶλλον ἐβούλετο δηλοῦν εἶναι Χριστὸς ἤπερ τῇ λέξει· διὰ τοῦτό φασιν οἱ Ἰουδαῖοι πρὸς αὐτόν· Εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, εἰπὲ ἡμῖν παῤῥησίᾳ. Ἐπεὶ

Ezech. 3. 2.
Geneſ. 27. 72.
Matth. 8. 2.
Ioan. 1. 32.
Ioan. 1. 51.
2 Cor. 12. 2.
[illegible] non de ipſe dixit ſe vidiſſe cælos apertos
Matth. 17. 9.
Ioan. 5. 31.
* περιϊσαμένῳ.

δὲ Ἰουδαῖός ἐστιν ὁ παρὰ τῷ Κέλσῳ λέγων τῷ Ἰησοῦ περὶ τῶν κατὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν εἴδει περιστερᾶς τὸ "πλὴν ὅτι σὺ φῂς, καί τινα ἕνα "ἐπάγῃ τῶν μετὰ σοῦ κεκολασμένων· ἀναγκαῖον αὐτῷ παραστῆσαι, ὅτι καὶ τοῦτο οὐκ οἰκείως τῷ Ἰουδαϊκῷ προσώπῳ περιέθηκεν. οὐδὲ γὰρ συνάπτουσι τὸν Ἰωάννην οἱ Ἰουδαῖοι τῷ Ἰησοῦ, καὶ τὴν Ἰωάννου τῇ τοῦ Ἰησοῦ κολάσει. καὶ ἐν τούτῳ οὖν ἐλέγχεται, ὁ πάντ' ἀλαζονευόμενος εἰδέναι, μὴ ἐγνωκὼς τίνα περιάψῃ ῥήματα τῷ Ἰουδαϊκῷ πρὸς τὸν Ἰησοῦν προσώπῳ. μετὰ ταῦτ', οὐκ οἶδ' ὅπως, τὸ μέγιστον τῶν περὶ τῆς συστάσεως τοῦ Ἰησοῦ κεφαλαίων, ὡς ὅτι προεφητεύθη πρὸς τῶν παρὰ Ἰουδαίοις προφητῶν, Μωϋσέως καὶ τῶν μετ' αὐτὸν, ἢ καὶ πρὸ Μωϋσέως * παραπέμπει ἑκὼν· ὡς οἶμαι, τῷ μὴ δύνασθαι ἀπαντᾶν πρὸς λόγον, ὡς οὐδὲ Ἰουδαῖοι οὐδ' ὅσαι αἱρέσεις, οὐ βούλονται * προφητευθῆναι τὸν Χριστόν. τάχα δ' οὐδὲ ᾔδει τὰς περὶ τοῦ Ἰησοῦ προφητείας. οὐκ ἂν γὰρ καταβαλὼν τὰ ὑπὸ Χριστιανῶν λεγόμενα, ὅτι πολλοὶ προφῆται προεῖπον περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίας, περιέθηκε τῷ τοῦ Ἰουδαίου προσώπῳ, ἃ ἥρμοζε Σαμαρεῖ μᾶλλον εἰπεῖν, ἢ Σαδδουκαίῳ· καὶ οὐκ ἂν Ἰουδαῖος ὁ ἐν τῇ προσωποποιΐᾳ ἔφασκεν, "Ἀλλ' εἶπεν ἐμὸς προφήτης ἐν Ἱεροσολύ"μοις ποτὲ, ὅτι ἥξει Θεοῦ υἱὸς, τῶν ὁσί"ων κριτὴς, καὶ τῶν ἀδίκων κολαστής. Οὐ γὰρ εἷς προφήτης τὰ περὶ Χριστοῦ προεφήτευσε, κἂν οἱ μόνα δὲ Μωσέως παραδεξάμενοι τὰς βίβλους Σαμαρεῖς ἢ Σαδδουκαῖοι φάσκωσιν ἐν ἐκείνοις προπεφητεῦσθαι τὸν Χριστόν· ἀλλ' οὔτι γε ἐν Ἱεροσολύμοις, τοῖς μηδέπω ὀνομασθεῖσι κατὰ τὸν Μωϋσέως χρόνον, ἡ προφητεία λέλεκτο. εἴη τοίνυν πάντας τοὺς τοῦ λόγου κατηγόρους ἐν τοσαύτῃ εἶναι ἀγνοίᾳ οὐ μόνον τῶν πραγμάτων, ἀλλὰ καὶ ψιλῶν τῶν γραμμάτων τῆς γραφῆς· καὶ κατηγορεῖν Χριστιανισμοῦ, ἵνα μηδὲ τὴν τυχοῦσαν πιθανότητα ὁ λόγος αὐτῶν ἔχῃ δυναμένην τοὺς ἀνιδρύτους, καὶ πρὸς καιρὸν πιστεύοντας, ἀφιστάνειν οὐ τῆς πίστεως, ἀλλὰ τῆς ὀλιγοπιστίας. Ἰουδαῖος δ' οὐκ ἂν ὁμολογήσαι, ὅτι προφήτης τις εἶπεν ἥξειν Θεοῦ υἱόν· ὃ γὰρ λέγουσιν, ἐστὶν, ὅτι ἥξει ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ. καὶ πολλάκις γε ζητοῦσι πρὸς ἡμᾶς εὐθέως περὶ υἱοῦ Θεοῦ· ὡς οὐδενὸς ὄντος τοιούτου, οὐδὲ προφητευθέντος. καὶ οὐ τοῦτο φαμὲν, ὅτι οὐ * προφητεύεται υἱὸς Θεοῦ· ἀλλ' ὅτι οὐχ ἁρμόζοντως τῷ Ἰουδαϊκῷ προσώπῳ, μὴ ὁμολογοῦντι τὸ τοιοῦτο, περιέθηκε τὸ "εἶπεν ἐμὸς προφήτης ἐν "Ἱεροσολύμοις ποτὲ, ὅτι ἥξει Θεοῦ υἱός. εἶτα, ὡς μόνου προφητευθέντος τούτου, ὁσίων αὐτὸν εἶναι κριτὴν, καὶ τῶν ἀδίκων κολαστήν· καὶ μήτε τόπον γενέσεως αὐτοῦ, μήτε πάθος αὐτοῦ, ὃ ὑπὸ Ἰουδαίων πείσεται,

Celſus male perſonam Judæi ſuſtinet

* παραπέμπει.

* προφητεύεσθαι.

Judæus non agnoſceret vellet Dei filium venturum ſed Xtum Dei.

* προφητεύεται. Interp.

Quoniam autem apud Celſum Judæus eſt, qui, loquens de viſione Spiritûs Sancti in columbæ ſpecie, ſic Jeſum alloquitur; *Niſi quòd tu ais, unicum teſtem adducens è ſociis tui ſupplicii:* neceſſe eſt oſtendere quàm hoc quoq; ineptè affictum ſit perſonæ Judæi: nec enim Judæi Joannem cum Jeſu conjungunt, aut eorum ſupplicia. Ergò & hic arguitur jactator iſte cognitionis omnium, neſciviſſe quænam verba eſſent affingenda Judæi perſonæ ſermonem habentis ad Jeſum. Poſthæc neſcio quo pacto id quo præcipuè commendatur Jeſus, nimirum recepta Judæis Prophetarum vaticinia, Moſis & ſequentium, aut etiam præcedentium, velut datâ operâ tranſilit, dubio procul non habens quod reſpondeat, ſicut nec Judæi habent, omnéſque ſectæ quæ nolunt Prophetas Chriſtum prædixiſſe: aut fortaſſe nulla ſcivit de Jeſu oracula; alioquin oppugnans illud Chriſtianorum dictum, multos Prophetas prædixiſſe adventum Servatoris, non tribuiſſet Judæi perſonæ verba, quæ Samaritæ magis aut Sadducæo congruant; neq; ficta iſta Judæi perſona ſic loqueretur, *Meus verò Propheta olim Hieroſolymis cecinit venturum Dei filium, piorum judicem, injuſtorum punitorem*; non enim unicus Propheta de Chriſto vaticinatus eſt: atqui vel Samaritæ vel Sadducæi, qui ſolos Moſis libros recipiunt, dicant in illis prophetatum de Chriſto: at nequaquam Hieroſolymis, cujus urbis ne nomen quidem erat Moſis tempore, edita eſt ea Prophetia. Optandum igitur ut omnes verbi accuſatores in tanta ſint ignorantia, non ſolùm rerum, ſed & nudarum literarum Scripturæ: atq; ità religionem Chriſtianam accuſent, ut ne mediocrem quidem perſuadendi vim eorum ſermo habeat, quæ poſſit vel parùm fundatos & ad tempus credulos avertere, non dico à fide, ſed ab exiguitate fidei. Ceterùm Judæus nunquam fateretur Prophetam aliquem prædixiſſe venturum Dei filium, hoc prædicunt, venturum Chriſtum Dei: & quoties nobiſcum diſputant, ſtatim quærunt de Dei filio, quaſi nuſquam apud Prophetas inveniatur quicquam hujuſmodi. Nec tamen dicimus non prædictum à Prophetis de filio Dei, ſed perſonæ Judæi hoc negantis non aptè afficta illa verba, *Meus Propheta olim Hieroſolymis dixit venturum Dei filium.* Deinde ac ſi ſolùm hoc prophetatum fuiſſet, *piorum fore judicem, & injuſtorum punitorem*, nihil de loco nativitatis, non de ſupplicio, quo afficiendus eſſet à

Judæis

Judæis, non de reſurrectione ipſius, non de patrandis per eum miraculis: *qui magis*, inquit, *in te hæc Prophetia competit, quàm in alios innumeros qui fuêre poſterioribus ſeculis.* Tum, neſcio quomodo, volens oſtendere & alios affectaſſe hanc opinionem, quaſi de ipſis prophetatum ſit, ait *alios ſanaticos, alios impoſtores jactâſſe jam veniſſe Dei filium cælitùs: non enim legimus Judæos hæc fateri hunc in modum geſta fuiſſe.* Primum igitur reſpondendum eſt, multos Prophetas variis modis prædixiſſe de Chriſto, alios per ænigmata, alios per allegorias, aliiſve modis, quoſdam etiam apertis verbis. Et quoniam in ſequentibus faciens Judæum ad eos, qui ex populo crediderunt, loquentem, ait; *Prophetias quæ ad hunc referantur, poſſe aliis etiam accommodari negotiis*, malitioſè hoc dicens: paucas è multis exponemus, quas qui volet conetur argumentis neceſſariis ſubvertere, & ad fidem accurrentes avertere. Certè de loco nativitatis ejus dictum eſt, proditurum è Bethlehem qui futurus ſit princeps, his verbis: *Et tu Bethlehem domus Ephrata, non minima es ut ſis in millibus Juda: ex te mihi prodibit, qui evadat in principem Iſraelitarum, & ingreſſus ejus à principio dierum ſeculi.* Hæc Prophetia nemini quadrat fanaticorum, aut circumforaneorum, aut eorum, qui, ut Celſi Judæus loquitur, dicunt ſe veniſſe cœlitùs, niſi quis ſe approbet è Bethlehem, vel (ut alius diceret) à Bethlehem, veniſſéque ut ductor fiat populi. De Jeſu verò in Bethlehem nativitate, ſi quis vult poſt Michææ Prophetiam, póſtque ſcriptam in Evangeliis à Jeſu diſcipulis hiſtoriam & aliunde fieri certior, conſideret, quòd, juxta Evangelicam de nativitate ipſius hiſtoriam, oſtenditur apud Bethlehem ſpelunca ubi natus eſt, & in ea ſpelunca præſepe ubi faſciis obvolutus eſt: & quod oſtenditur celebratum eſt etiam in locis infidelium, in ea ipſa ſpelunca natum eſſe Jeſum qui à Chriſtianis adoratur. Equidem opinor ante Chriſti adventum Pontifices, Scribáſq; populi propter manifeſtam Prophetiam palàm docuiſſe, Chriſtum naſciturum eſſe in Bethlehem, adeò, ut ſermo is vulgatus ſit inter Judæos. Unde ſcriptum eſt etiam Herodem, ſciſcitantem ex Pontificibus atque Scribis populi, audiſſe ab eis, *Chriſtum in Bethlehem Judææ na-*

μήτ' ἀναστάσεως αὐτοῦ, μήτε τεραστίων ὧν ποιήσει δυνάμεων τετηρημένων, φησί· "Τί μᾶλλον σύ, ἢ ἄλλοι μυρίοι, οἱ μετὰ τὴν προφητείαν γεννηθέντες, εἰσί, περὶ "ὧν ταῦτα * προεφητεύσατο; καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως βουλόμενος καὶ ἑτέρους περιθεῖναι τὸ δόγμα· ὑποτίθεται, ὅτι αὐτοὶ ἦσαν οἱ προφητευθέντες, φησίν, "ὅτι οἱ μὲν ἐνθουσιῶντες, οἱ δὲ * ἀγείροντες, φασὶν "ἥκειν ἄνωθεν υἱὸν Θεοῦ. Οὐ γὰρ ἱστορήσαμεν τοιαῦθ' ὁμολογεῖσθαι παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις γεγονέναι· λεκτέον οὖν πρῶτον, ὅτι πολλοὶ προφῆται πολυτρόπως προεῖπον τὰ περὶ Χριστοῦ, οἱ μὲν δι' αἰνιγμάτων, οἱ δὲ δι' ἀλληγορίας, ἢ ἄλλῳ τρόπῳ, τινὲς δὲ καὶ αὐτολεξεί. καὶ ἐπεὶ ἐν τοῖς ἑξῆς φησιν, ἐν τῇ τοῦ Ἰουδαίου πρὸς τοὺς ἀπὸ τοῦ λαοῦ πιστεύοντας προσωποποιΐᾳ· "Τὰς εἰς τὰ περὶ τοῦτον ἀναφερομένας προφητείας δύνασθαι καὶ "ἄλλοις ἐφαρμόζειν πράγμασι· δεινῶς καὶ κακοήθως τοῦτο λέγων· ὀλίγας ἀπὸ πλειόνων ἐκθησόμεθα· περὶ ἂν ὁ βουλόμενος εἰς ἀνατροπὴν ἀναγκαστικόν τι αὐτῶν εἰπάτω, καὶ δυνάμενον ἐντρεχῶς τοὺς πιστεύοντας μεταστῆσαι ἀπὸ τῆς πίστεως. Εἴρηται * δὴ περὶ μὲν τοῦ τόπου τῆς γενέσεως αὐτοῦ, ὅτι ἀπὸ Βηθλεὲμ ἐξελεύσεται ὁ ἡγούμενος, τοῦτον τὸν τρόπον· Καὶ σὺ Βηθλεὲμ οἶκος τοῦ Εὐφραθᾶ, οὐκ ὀλιγοστὸς εἶ τοῦ εἶναι ἐν χιλιάσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γάρ μοι ἐξελεύσεται τοῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα ἐν τῷ Ἰσραήλ· καὶ αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος· αὕτη δ' ἡ προφητεία οὐδενὶ ἁρμόσαι ἂν τῶν, ὡς φησιν ὁ παρὰ τῷ Κέλσῳ Ἰουδαῖος, ἐνθουσιώντων, καὶ * ἀγειρόντων, καὶ λεγόντων ἄνωθεν ἥκειν· ἐὰν μὴ σαφῶς δεικνύηται ἐκ Βηθλεὲμ γεγενημένος, ἢ (ὡς ἂν εἴποι τις ἄλλος) ἀπὸ Βηθλεὲμ, ἐπὶ τὸ ἡγεῖσθαι τοῦ λαοῦ ἐρχόμενος. περὶ δὲ τοῦ γεγεννῆσθαι τὸν Ἰησοῦν ἐν Βηθλεὲμ, εἰ βούλεταί τις μετὰ τὴν τοῦ * Μιχαία προφητείαν, καὶ μετὰ τὴν ἀναγεγραμμένην ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ὑπὸ τῶν Ἰησοῦ μαθητῶν ἱστορίαν, καὶ ἄλλοθεν πεισθῆναι, κατανοησάτω, ὅτι ἀκολούθως τῇ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ περὶ τῆς γενέσεως αὐτοῦ ἱστορίᾳ, δείκνυται τὸ ἐν Βηθλεὲμ σπήλαιον, ἔνθα ἐγεννήθη, καὶ ἡ ἐν τῷ σπηλαίῳ φάτνη, ἔνθα ἐσπαργανώθη. Καὶ τὸ δεικνύμενον τοῦτο διαβόητόν ἐστιν ἐν τοῖς τόποις καὶ παρὰ τοῖς τῆς πίστεως ἀλλοτρίοις, ὡς ἄρα ἐν τῷ σπηλαίῳ τούτῳ ὁ ὑπὸ Χριστιανῶν προσκυνούμενος καὶ θαυμαζόμενος γεγέννηται Ἰησοῦς. Ἐγὼ δ' οἶμαι ὅτι πρὸ μὲν τῆς Χριστοῦ ἐπιδημίας οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ γραμματεῖς τοῦ λαοῦ, διὰ τὸ σαφὲς καὶ ἐναργὲς τῆς προφητείας, ἐδίδασκον ὅτι ὁ Χριστὸς ἐν Βηθλεὲμ γεννηθήσεται. καὶ * ἔφασιν ὁ λόγος οὗτος καὶ ἐπὶ τοὺς πολλοὺς τῶν Ἰουδαίων· ὅθεν καὶ ὁ Ἡρώδης ἀναγέγραπται πυνθανόμενος τῶν Ἀρχιερέων καὶ γραμματέων τοῦ λαοῦ, ἀκηκοέναι παρ' αὐτῶν, "Ὅτι ὁ Χριστὸς ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας

Contra Celsi ... Christum clare a prophetis ... ænigmatum

* ἐπεσηλεύετο.

* ἐγείροντες.

1. Loco ortûs

* δὲ

Mich. 5. 2.

* ἐγειρόντων.

* γρ. καὶ Μιχαίου.

Lucæ. 2. 6.

Spelunca in quâ natus est ... Bethleemi visitur & præsepe.

* ἔφθασεν.

Matt. 2. 5.

Ioan. 7.42. δαίας γεννηθήσεται, ὅθεν ἦν ὁ Δαβίδ. ἔτι δὲ καὶ ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην λέλεκται, Ἰουδαίους εἰρηκέναι ὅτι ὁ Χριστὸς γεννηθήσεται ἐν Βηθλεέμ, ὅθεν ὁ Δαβὶδ ἦν. μετὰ δὲ τὴν Χριστοῦ ἐπιδημίαν οἱ πραγματευόμενοι καθελεῖν τὴν περὶ αὐτοῦ ὑπόληψιν ὡς προφητευθέντος ἄνωθεν [τοῦ] περὶ τῆς γενέσεως, τὴν τοιαύτην διδασκαλίαν περιεῖλον ἀπὸ τοῦ λαοῦ· ἀδελφόν τι ποιοῦντες τοῖς πείσασι τοὺς ἑωρακότας αὐτὸν ἀναστάντα ἀπὸ τῶν νεκρῶν στρατιώτας τῶν φρουρούντων τὸ μνημεῖον, καὶ τοῦτ' * ἀπαγγέλλουσιν εἰρηκέναι τοῖς ἰδοῦσιν· εἴπατε ὅτι οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἡμῶν κοιμωμένων νυκτὸς, ἔκλεψαν αὐτὸν, καὶ ἐὰν ἀκουσθῇ τοῦτο ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος, ἡμεῖς πείσομεν, καὶ ὑμᾶς ἀμερίμνους ποιήσομεν. Χαλεπὸν γὰρ φιλονεικία καὶ πρόληψις πρὸς τὸ ποιῆσαι καὶ τοῖς ἐναργέσιν ἀντιβλέψαι, ἵνα μὴ καταλείψωσι δόγματα διασυστήσαντα οἷς συνήθεις ἐγένοντό πως, καὶ * δυσωπήσαντα αὐτῶν τὴν ψυχήν. καὶ εὐχερέστερόν γε ἄνθρωπος τὰς περὶ ἄλλα συνηθείας, κἂν δυσαποσπάστως αὐτῶν ἔχῃ, καταλείψαι ἂν, ἢ τὰς περὶ τὰ δόγματα. πλὴν οὐδ' ἐκεῖνα εὐχερῶς οἱ συνήθεις παρορῶσιν· οὕτως οὐδ' οἰκίας, οὐδὲ πόλεις, ἢ κώμας, οὐδὲ συνήθεις ἀνθρώπους εὐχερῶς βούλονται καταλιπεῖν οἱ προληφθέντες αὐτοῖς. τοῦτ' οὖν αἴτιον γεγένηται καὶ Ἰουδαίων πολλοῖς τότε τοῦ ἀντιβλέψαι ταῖς ἐναργείαις τῶν τε προφητειῶν καὶ τῶν τεραστίων, ὧν ἐποίησε, καὶ πεπονθέναι ἀναγέγραπται ὁ Ἰησοῦς. ὅτι δὲ τοιοῦτόν τι πέπονθεν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις· δῆλον ἔσται τοῖς κατανοοῦσιν, ὅτι οἱ ἅπαξ προληφθέντες καὶ ἐν αἰσχίσταις καὶ * εἰκαίαις παραδόσεσι πατέρων καὶ πολιτῶν, οὐκ εὐχερῶς μετατίθενται. οὐ ταχέως γοῦν Αἰγύπτιον πείσαι ἄν τις καταφρονῆσαι ὧν ἐκ πατέρων παρείληφεν, ὥστε μὴ * νομίσαι θεὸν τόδε τὸ ἄλογον ζῶον, ἢ μέχρι θανάτου εὐλαβεῖσθαι ἀπὸ τοῦδε τῶν ζώων κρεῶν γεύσασθαι. Εἰ καὶ ἐπὶ πλεῖον ὅσοι τὸν τοιοῦτον λόγον ἐξετάζοντες, τὰ περὶ Βηθλεὲμ καὶ τῆς περὶ αὐτῆς προφητείας διεξεληλύθαμεν, νομίζομεν ἀναγκαίως τοῦτο πεποιηκέναι, ἀπολογούμενοι πρὸς τοὺς φήσαντας ἂν, ὅτι, Εἰ οὕτως ἐναργεῖς ἦσαν αἱ περὶ τοῦ Ἰησοῦ παρὰ Ἰουδαίοις προφητεῖαι, τί δήποτε ἐλθόντος αὐτοῦ οὐ συγκατετίθεντο τῇ διδασκαλίᾳ αὐτοῦ, καὶ μετετίθεντο ἐπὶ τὰ ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ δεικνύμενα κρείττονα; μηδεὶς δ' * ὑμῶν τοῖς πιστοῖς τὸ παραπλήσιον ὀνειδιζέτω, ὁρῶν ὅτι οὐκ εὐκαταφρόνητοι λόγοι ὑπὸ τῶν μεμαθηκότων αὐτοὺς προσάγονται φέρονται περὶ τῆς εἰς τὸν Ἰησοῦν πίστεως. εἰ δὲ καὶ δευτέρας προφητείας ἐναργοῦς ἡμῖν ἐστι φαινομένης περὶ τοῦ Ἰησοῦ χρεία οὖσιν· ἐκθησόμεθα τὴν ἀναγεγραμμένην πρὸ πλείστων ἐτῶν ἐτῶν τῆς Ἰησοῦ ἐπιδημίας ὑπὸ Μωϋσέως, φάσκοντος τὸν Ἰακὼβ ἀπαλλασσόμενον τοῦ βίου προφητεύσαι

Margin notes:
Juda ante illi nati de Bethleemo crediderunt postea eam iidem dedocuerunt
* ἀπαγγέλλοντας. Matth. 28.13.
Contentio & pertinacia occaecat oculos
* πειάσαντα καὶ πείσαντα.
* οἰκείαις.
* νομίσαι.
Inde Judaeorum pervicacia
* ἡμῶν.
Tempore adventus

ſciturum, quæ fuit Davidis patria: prætereà habetur in Evangelio ſecundùm Joannem, Judæos dixiſſe; *Chriſtum naſciturum in Bethlehem, unde David quoque prodierat.* Ceterùm poſt Chriſti adventum quibus curæ erat modis omnibus hanc de ipſo opinionem tollere è populo, quaſi jamdudum à Prophetis prædictum eſſet de ejus nativitate, illam doctrinam ſuſtulerunt è medio: ut agnoſcas planè illorum germanos, qui militibus monumenti cuſtodibus & reſurrectionis conſciis ſuaſerunt dicere; *Diſcipuli ejus nobis dormientibus noctu furati ſunt eum: & ſi hoc auditum fuerit apud Præſidem, nos perſuadebimus ei & ſecuros vos præſtabimus.* Moleſta enim res eſt contentio, deſtinatáque voluntas reſiſtendi etiam manifeſtis, pudore diſcedendi à conſuetis opinionibus, quibus jam imbuta eſt anima: & ſanè faciliùs homo rerum ceterarum conſuetudines omiſerit, quamvis illis adeò inhæſerit ut vix divelli poſſit, quàm eas quæ pertinent ad opiniones: tametſi ægrè alia negliguntur, quibus aſſueti ſumus; ſic nec domos, nec urbes, nec vicos, ac nè hominum quidem familiarium facilè relinquimus conſuetudinem. Quo factum eſt tunc quoque ut Judæorum vulgus apertioribus Prophetarum dictis, & rebus miris per Jeſum geſtis, & his quæ pati legitur, obſiſterent. Quòd autem ità naturâ comparatum ſit, liquet conſiderantibus, quàm pervicaces ſint homines in retinendis patriis traditionibus, quibus ſemel occupati ſunt, etiamſi ſint turpiſſimæ: itaque non citò perſuaderes Ægyptio contemptum religionis acceptæ à majoribus, nè Deum putet aliquod brutum animal, néve guſtum ejus carnium magis quàm mortem horreat. Si cui verò prolixius hanc de Bethlehem Prophetiam excuſſiſſe videbimur, putamus id factum neceſſariò, dum eis reſpondemus, qui fortè dicturi erant; ſi tam manifeſtæ fuerunt de Jeſu apud Judæos Prophetiæ, quid ità poſt adventum ejus non aſſenſerunt ejus doctrinæ; & tranſtulerunt ſe ad commonſtratā ab illo vivendi rationem? Nobis verò fidelibus nemo veſtrûm tale quicquā opprobrare queat, cùm videat non aſpernandos ſermones de in Jeſum fide prædicari ab ejus doctrinæ profeſſoribus. Quòd ſi etiam altera de Jeſu manifeſtâ Prophetiâ nobis opus eſt; proferemus eam, quæ multis annis ante Servatoris adventum à Moſe ſcripta eſt; ubi refert Jacobum mox è vita diſceſſurum prophetâſſe

phetâſſe ſingulis filiis, & Judæ prædixiſſe inter cætera illud; *Non deficiet princeps ex Juda, & dux è femoribus ejus, donec veniant quæ repoſita ſunt ei.* Hanc Prophetiam quiſquis legerit, revera quidem antiquiorem Moſis ſeculo, ſed, ut aliquis infidelium ſuſpicari poſſit, à Moſe prolatam, mirabitur quomodo Moſes potuerit prædicere reges Judæorum, cùm ſint ejus gentis tribus duodecim, exorituros è tribu Judæ, regnaturóſq; in toto populo, unde Judæorum nomen natum eſt, ab una tribu, penès quam regnum erat, denominatâ gente univerſâ. Mirabitur item candidus hujus Prophetiæ lector, quo pacto poſt prædictum Judæ tribûs regnum, finem quoq; ejus præſtituerit his verbis; *Non deficiet princeps è Juda, & dux è femoribus ejus, donec veniant quæ ei ſunt repoſita; & ipſe eſt expectatio gentium.* Venit enim ei cui repoſitum erat Chriſtus Dei, princeps promiſſionum Dei, in quem ſolum ex omnibus anterioribus ſeculis, ſolùm dicere etiam ex poſterioribus, competit, ut dicatur *Expectatio gentium:* omnium enim gentium homines crediderunt Deo per eum, & in nomine ejus ſpem fixerunt, juxta oraculum Eſaiæ dicentis; *In nomine ipſius gentes ſperabunt.* Hic eſt qui dixit vinctis, quatenus catenis peccatorum ſuorum quiſque aſtringitur, *Exite*, & his qui ſunt in ignorantia, *In lucem venite:* quemadmodum & hæc à Prophetis prædicta ſunt; *Tradidi te in teſtamentum gentium, ut conſtituas res terræ, & hereditas hereditatem deſerti, dicendo vinctis Exite: & his qui in tenebris ſunt, Prodite in propatulum.* Jámque videre eſt in hujus adventu per ſimpliciter credentes impleri vaticinium illud; *In omnibus viis paſcentur, & in omnibus ſemitis paſcua eorum.* Quoniam autem Celſus, omnem noſtram doctrinam ſe ſcire profeſſus, objicit Servatori, quòd in ſua paſſione non ſit adjutus à patre, nec ſe ipſe adjuvare potuerit, addendum & hoc: paſſionem ejus prædictam eſſe à Prophetis, atque etiam paſſionis cauſam: nimirum utilem eſſe hominibus mortem pro ipſis obitam, & vibices quas ut damnatus perpeſſus eſt. Quin & illud prædictum eſt, agnoſcendum eum à gentibus apud quas nunquam fuerunt Prophetæ, & in contemptibili ſpecie converſaturum cum hominibus. Verba oraculi ſunt hæc; *Ecce intelliget puer meus, exaltabitur, elevabitur, ſublimis erit valde. Sicut obſtupeſcent ſuper te multi, ſic inglorius erit inter homines aſpectus tuus, & gloria tua contemnetur ab hominibus.*

λοντα ἑκάστῳ τῶν υἱῶν, καὶ τῷ Ἰούδᾳ εἰρηκέναι μετὰ καὶ ἄλλων τό· Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ. Ἐντυγχάνων δέ τις τῇ προφητείᾳ ταύτῃ, κατὰ μὲν τὸ ἀληθὲς πολλῷ πρεσβυτέρᾳ τυγχανούσῃ Μωσέως, ὡς δ' ἂν ὑπονοήσαι τις τῶν ἀπίστων, ὑπὸ Μωϋσέως λεχθείσῃ, θαυμάσαι ἄν, πῶς Μωϋσῆς δεδύνηται προειπεῖν, ὅτι οἱ τῶν Ἰουδαίων βασιλεύοντες, δώδεκα οὐσῶν φυλῶν ἐν αὐτοῖς, ἀπὸ τῆς Ἰούδα φυλῆς γεννηθέντες, ἄρξουσι τοῦ λαοῦ· διὸ καὶ ὁ πᾶς λαὸς Ἰουδαῖοι ὀνομάζονται, τῆς βασιλευούσης φυλῆς ὄντες ἐπώνυμοι. καὶ δεύτερον δ' ἂν θαυμάσαι τὴν προφητείαν, ὁ εὐγνωμόνως αὐτῇ ἐντυγχάνων, τίνα τρόπον εἰπὼν ἀπὸ τῆς Ἰούδα φυλῆς ἔσεσθαι τοὺς ἄρχοντας καὶ ἡγουμένους τοῦ λαοῦ, ἔστησε καὶ τὸ τέλος τῆς αὐτῆς ἀρχῆς, εἰπών· Οὐκ ἐκλείψει ἄρχοντα ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενον ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ· καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. ἦλθε γὰρ ᾧ ἐστι τὰ ἀποκείμενα, ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ ἄρχων τῶν ἐπαγγελιῶν τοῦ Θεοῦ· καὶ σαφῶς γέγονεν οὗτος μόνος παρὰ τοὺς πρὸ αὐτοῦ πάντας, θαρρῶν δ' ἂν εἴποιμι καὶ τοὺς μετ' αὐτόν, Προσδοκία ἐθνῶν· ἀπὸ γὰρ πάντων τῶν ἐθνῶν πεπιστεύκασι τῷ Θεῷ δι' αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Ἡσαΐου, ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἤλπισαν, * εἰπόντος· Ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσιν. Οὗτος δὲ καὶ εἶπε τοῖς ἐν δεσμοῖς, καθ' ὃ σειραῖς τῶν ἑαυτοῦ ἁμαρτιῶν ἕκαστος σφίγγεται, τὸ, Ἐξέλθετε, καὶ τοῖς ἐν τῇ ἀγνοίᾳ τὸ, Εἰς φῶς ἥκετε. καὶ τούτων οὕτω προφητευθέντων· Καὶ ἔδωκά σε εἰς διαθήκην ἐθνῶν, τοῦ καταστῆσαι τὴν γῆν, καὶ κληρονομῆσαι κληρονομίαν ἐρήμου, λέγοντα τοῖς ἐν δεσμοῖς, * Ἐξέλθετε, καὶ τοῖς ἐν σκότει, Ἀνακαλυφθῆναι. καὶ ἔστιν ἰδεῖν ἐπὶ τῇ τούτου παρουσίᾳ, διὰ τοὺς πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἁπλούστερον πιστεύοντας, πληρούμενον τό· Καὶ ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς βοσκηθήσονται, καὶ ἐν πάσαις ταῖς τρίβοις ἡ νομὴ αὐτῶν. ἐπεὶ δὲ ὁ ἐπαγγελλόμενος εἰδέναι τὰ τοῦ λόγου πάντα Κέλσος ὀνειδίζει τῷ Σωτῆρι ἐπὶ τῷ πάθει, ὡς μὴ βοηθηθέντι ὑπὸ τοῦ πατρὸς, ἢ μὴ δυνηθέντι ἑαυτῷ βοηθῆσαι, παραθετέον· ὅτι τὸ πάθος αὐτοῦ προπεφήτευτο μετὰ τῆς αἰτίας, ὅτι χρήσιμον ἦν ἀνθρώποις τὸ ἐκεῖνον ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανεῖν, καὶ μώλωπας τὸν ἐπὶ τῷ καταδίκῳ παθεῖν. προείρητο δὲ καὶ ὅτι συνήσουσιν αὐτὸν οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, παρ' οἷς οὐ γεγόνασιν οἱ προφῆται, καὶ λέλεκτο, ὅτι εἶδος ἄτιμον ἐν ἀνθρώποις φαινόμενον ἔχων ὁμιλήσει. ἔτι δ' ἔχει ἡ λέξις· Ἰδὲ συνήσει ὁ παῖς μου, καὶ ὑψωθήσεται, καὶ δοξασθήσεται, καὶ μετεωρισθήσεται σφόδρα. ὃν τρόπον ἐκστήσονται ἐπὶ σὲ πολλοί, οὕτως ἀδοξήσει ἀπὸ ἀνθρώπων τὸ εἶδός σου, καὶ ἡ δόξα σου ἀπὸ * τῶν ἀνθρώπων·

Geneſ. 49. 10.

Ibid. v. eod.

Eſai. 42. 4.

* εἰπόντι.

Eſai. 49. 8.

* ἐξέλθετε.

Ibid. v. 9.

3. perpeſsionibus

Eſai. 53. 5.

Eſai. 52. 13.

* ὑῶν.

θρώπων. οὕτω θαυμάσονται ἔθνη πολλὰ ἐπ' αὐτῷ, καὶ συνέξουσι βασιλεῖς τὸ στόμα αὐτῶν· ὅτι οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ, ὄψονται, καὶ
Esai. 53. 1. οἳ οὐκ ἀκηκόασι, συνήσουσι. Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ βραχίων Κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; ἀνηγγείλαμεν ὡς παιδίον ἐναντίον αὐτοῦ, ὡς ῥίζα ἐν γῇ διψώσῃ. οὐκ ἔστιν εἶδος αὐτῷ, οὐδὲ δόξα. καὶ εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος· ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον καὶ ἐκλεῖπον παρὰ πάντας ἀνθρώπους. ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὢν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν· ὅτι ἀπέστραπται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ἠτιμάσθη, καὶ οὐκ ἐλογίσθη. οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται. καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν πόνῳ καὶ ἐν πληγῇ καὶ ἐν κακώσει· αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. παιδεία εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτὸν, τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν, ἄνθρωπος τῇ ὁδῷ αὐτοῦ ἐπλανήθη, καὶ Κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, καὶ αὐτὸς διὰ τὸ κεκακῶσθαι οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ. [ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ.] ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις
Ibid. v. 8. αὐτοῦ ἤρθη. τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ, ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ μου ἤχ-
dele. θη εἰς θάνατον. Μέμνημαι δέ ποτε ἔν τινι πρὸς τοὺς λεγομένους παρὰ Ἰουδαίοις σοφοὺς συζητήσει ταῖς προφητείαις ταύταις χρησάμενος· ἐφ' οἷς ἔλεγεν ὁ Ἰουδαῖος, ταῦτα πεπροφητεῦσθαι ὡς περὶ ἑνὸς τοῦ ὅλου λαοῦ, καὶ γενομένου ἐν τῇ διασπορᾷ, καὶ πληγέντος, ἵνα πολλοὶ προσήλυτοι γένωνται, τῇ προφάσει τοῦ ἐπεσπάρθαι Ἰουδαίους τοῖς πολλοῖς ἔθνεσι. καὶ οὕτω διηγεῖτο τὸ, Ἀδοξήσει ἀπὸ ἀνθρώπων τὸ εἶδός σου· καὶ τὸ, Οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ, ὄψονται· καὶ τὸ, Ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὤν. πολλὰ μὲν οὖν τότ' ἐν τῇ ζητήσει λέλεκται, τὰ ἐλέγχοντα ὅτι περί τινος ἑνὸς ταῦτα προφητευόμενα οὐκ εὐλόγως ἐκεῖνοι ἀνάγουσιν ἐπὶ ὅλον τὸν λαόν. ἐπυνθανόμην δὲ, τίνος ἂν εἴη προσώπου τὸ λέγειν, Οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται· καὶ τὸ, Αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν; καὶ τίνος προσώπου ἦν τὸ φάσκειν, Τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. σαφῶς γὰρ οἱ ἐν ταῖς ἁμαρτίαις γενόμενοι, καὶ

Sic mirabuntur eum gentes multæ, & reges continebunt os ſuum, quia quibus non eſt narratum de eo videbunt, & qui non audiērunt intelligent. Domine, quis credidit auditui noſtro? & brachium Domini cui revelatum eſt? Annunciavimus ſicut puerulus coram eo, ſicut radix in terra ſitiente. Non eſt ſpecies ei neque decor: vidimus eum, nec habuit ſpeciem aut pulchritudinem, ſed ſpecies ejus erat contemptibilis, & inferior omnibus hominibus. Homo conſtitutus in plaga, & ſciens ferre languorem: quia vultus ejus averſus eſt & deſpectus, nec habita eſt ejus ulla ratio. Hic peccata noſtra fert, & pro nobis dolores patitur. Nos reputavimus eum eſſe in dolore, plaga, & afflictione; ipſe autem vulneratus eſt propter peccata noſtra, & languidus eſt propter iniquitates noſtras. Diciplina pacis noſtræ ſuper eum, & livore ejus ſanati ſumus. Omnes quaſi oves erravimus; homo erravit in via ſua, & Dominus tradidit eum pro peccatis noſtris, & ipſe præ afflictione non aperit os ſuum, in humiliatione ejus judicium ejus ſublatum eſt. Generationem ejus quis enarrabit? quia ſublata eſt è terra vita ejus, propter iniquitates populi mei ductus eſt in mortem. Memini me olim in quadam cum Judæorum ſapientibus diſputatione uſum hac Prophetiâ: quam Judæus aiebat vaticinari de uno integro populo, diſperſo & percuſſo, ut multi proſelyti fierent occaſione diſperſionis Judæorum inter gentes plurimas: atq; ità interpretabatur illud, *Inhonorata erit apud homines ſpecies tua*; & illud, *Quibus non eſt annunciatum de eo, videbunt*; & illud, *Homo in plaga conſtitutus.* In ea diſputatione multis verbis coargui, hæc quæ de una aliqua perſona prædicta ſunt, non rectè illos referre ad integrum populum: ſciſcitabárque ex cujus perſona dicatur; *Hic peccata noſtra fert, & pro nobis dolores patitur*; & illud, *Ipſe autem vulneratus eſt propter peccata noſtra, & languet propter iniquitates noſtras*: ex cujus perſona item illud; *Livore ejus ſanati ſumus.* Manifeſtè enim hi qui dudum in peccatis fuerant, Servatoris paſſione ſanati hæc dicunt apud Prophetam futura videntem: ſive ſint ex illo populo, ſive ex gentibus, Spiritu Sancto accommodante verba perſonis. Sed maximè viſi ſumus eos urgere hoc dicto; *Propter iniquitates populi mei ductus eſt in mortem.* Si enim juxta illorum opinionem populus eſt de quo prophetatur, quomodo propter iniquitates populi Dei hic ad mortem ductus eſt, niſi

ἰαθέντες ἐκ τοῦ τὸν Σωτῆρα πεπονθέναι, εἴτ' ἀπὸ τοῦ λαοῦ ἐκείνου, εἴτε καὶ οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ταῦτα λέγουσι παρὰ τῷ προφήτῃ προεωρακότι, καὶ ἀπὸ ἁγίου πνεύματος ταῦτα προσωποποιήσαντι. μά-
Esai. 53. 8. λιστα δ' ἐδόξαμεν θλίβειν, ἀπὸ τῆς φασκούσης λέξεως τὸ, Ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ μου ἤχθη εἰς θάνατον. εἰ γὰρ ὁ λαὸς κατ' ἐκείνους εἰσὶν οἱ προφητευόμενοι, πῶς ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ τοῦ Θεοῦ

intel-

intelligamus de quopiam alio quàm de Dei populo? quis autem is eſt niſi Jeſus Chriſtus? *Cujus livore ſanati ſumus quotquot in eum credimus, qui exſpoliavit principatus & poteſtates dominatas in nobis, palámque traduxit eas in ligno.* Ceterùm Prophetias enarrare nihilque in eis indiſcuſſum relinquere, non hujus eſt temporis. Quòd verò his prolixiùs immoratus ſum, neceſſariò mihi feciſſe id videor, propter verba Judæi, quæ apud Celſum habentur. Latuit autē Celſum ejúsq; Judæum & quotquot Jeſu non crediderunt, Prophetas prædixiſſe duos adventus Chriſti; alterum priorem obnoxium humanis paſſionibus & humiliorem, ut inter homines degens doceret eos viam ferentem ad Deum, neminique viventium locum excuſationis relinqueret, quòd nihil audierit de futuro judicio; alterum verò glorioſum, & divinum tantummodo, nihil admixtum habentem humanarum paſſionum cum ejus divinitate. Longum eſſet hìc Prophetias attexere; ſufficit inpræſentiarum illud è Pſalmo quadrageſimo quarto, in cujus titulo inter cetera habetur, eſſe canticum pro dilecto, ubi etiam Deum eſſe illum pronunciatur; *Diffuſa eſt gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in ſecula. Accingere gladio tuo ſuper femur tuum, potens ſpecie tuâ pulchritudinéque tuâ: & intende & proſperè procede & regna, propter veritatem, manſuetudinem & juſtitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. Sagittæ tuæ acutæ, potentiſſime, populi ſubter te cadent in corda inimicorum regis.* Nunc diligenter adverte, quomodo Deus dicatur in ſequentibus, inquit enim; *Sedes tua Deus in ſeculum ſeculi, virga directionis virga regni tui. Dilexiſti juſtitiam & odiſti iniquitatem; propterea unxit te Deus Deus tuus oleo exultationis præ conſortibus tuis.* Conſidera quòd Deum alloquens Propheta, cujus ſedes eſt in ſeculum ſeculi, & virga directionis virga regni ejus, hunc Deum ait unctum à Deo qui ſit ipſius Deus, unctum autem præ participibus ſuis: hic dilexit juſtitiam & habuit iniquitatem odio. His verbis memini me urgere vehementer Judæum, qui ſapiens habebatur apud ſuos: cúmque non poſſet ſe explicare, reſpondit ſicut decebat Judæum. Aiebat ad univerſitatis Deum dictum eſſe illud, *Sedes tua Deus in ſeculum ſeculi, virga directionis virga regni tui:* ad Chriſtum verò illud, *Dilexiſti juſtitiam, & habuiſti odio iniquitatem; propterea unxit te Deus Deus tuus,* & reliqua. Pergit apud

λέγεται ἦχθαι εἰς θάνατον οὗτος, εἰ μὴ ἕτερος ὢν παρὰ τὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ; τίς δ' οὗτος εἰ μὴ Ἰησοῦς Χριστός; οὗ τῷ μώλωπι ἰάθημεν οἱ εἰς αὐτὸν πιστεύοντες, ἀπεκδυσάμενον τὰς ἐν ἡμῖν ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας, καὶ παρρησίᾳ δειγματίσαντος αὐτοὺς ἐν τῷ ξύλῳ. Coloſſ. 2.15. ἕκαστον δὲ τῶν ἐν τῇ προφητείᾳ σαφηνίσαι, καὶ μηδὲν ἀβασάνιστον αὐτῶν παραλιπεῖν, ἄλλου καιροῦ ἐστι. καὶ ταῦτα δ' ἐπὶ πλεῖον εἴρηται, ὡς νομίζω, ἀναγκαίως διὰ τὴν ἐκκειμένην τοῦ παρὰ τῷ Κέλσῳ Ἰουδαίου λέξιν. ἔλαθε δὲ τὸν Κέλσον, καὶ τὸν παρ' αὐτῷ Ἰουδαῖον, καὶ πάντας ὅσοι τῷ Ἰησοῦ μὴ πεπιστεύκασιν, ὅτι αἱ προφητεῖαι δύο λέγουσιν εἶναι τὰς Χριστοῦ ἐπιδημίας· τὴν μὲν προτέραν, ἀνθρωποπαθεστέραν καὶ ταπεινοτέραν, ἵνα σὺν ἀνθρώποις ὢν ὁ Χριστὸς, διδάξῃ τὴν φέρουσαν πρὸς Θεὸν ὁδὸν, καὶ μηδενὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων ἀπολογίας καταλίπῃ τόπον, ὡς οὐκ ἐγνωκότι περὶ τῆς ἐσομένης κρίσεως· τὴν δ' ἑτέραν, ἔνδοξον καὶ μόνον θειοτέραν, οὐδὲν ἐπιπεπλεγμένον τῇ θειότητι ἔχουσαν ἀνθρωποπαθές. παραθέσθαι δὲ καὶ τὰς προφητείας, πολὺ ἂν εἴη· ἀρκεῖ δ' ἐπὶ τοῦ παρόντος τὸ ἀπὸ τοῦ τεσσαρακοστοῦ καὶ τετάρτου Ψαλμοῦ, ὃς καὶ ἐπιγέγραπται πρὸς ἄλλοις εἶναι καὶ Ὠδὴ ὑπὲρ τοῦ ἀγαπητοῦ, ἔνθα καὶ Θεὸς ἀναγορεύεται σαφῶς, διὰ τούτων· Ἐξεχύθη ἡ χάρις ἐν χείλεσί σου, διὰ τοῦτο εὐλόγησέ σε ὁ Θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα. Pſal. 44.3. περίζωσαι τὴν ῥομφαίαν σου ἐπὶ τὸν μηρόν σου, δυνατέ, τῇ ὡραιότητί σου καὶ τῷ κάλλει σου, καὶ ἔντεινον καὶ κατευοδοῦ καὶ βασίλευε, ἕνεκεν ἀληθείας καὶ πραότητος καὶ δικαιοσύνης, καὶ ὁδηγήσει σε θαυμαστῶς ἡ δεξιά σου. τὰ βέλη σου ἠκονημένα δυνατέ, λαοὶ ὑποκάτω σου πεσοῦνται ἐν καρδίᾳ τῶν ἐχθρῶν τοῦ βασιλέως. Πρόσεχε δ' ἐπιμελῶς τοῖς ἑξῆς, ἔνθα Θεὸς εἴρηται· Ὁ θρόνος σου γάρ φησιν ὁ Θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Ibid. v. 7. ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. καὶ κατανόει, ὅτι Θεῷ ὁμιλῶν ὁ προφήτης, οὗ ὁ θρόνος ἐστὶν εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, καὶ ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας αὐτοῦ, τοῦτον τὸν Θεόν φησι κεχρῖσθαι ὑπὸ Θεοῦ, ὃς ἦν αὐτοῦ Θεός· κεχρῖσθαι δὲ, ἐπεὶ παρὰ τοὺς μετόχους αὐτοῦ οὗτος ἠγάπησε δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησεν ἀνομίαν. καὶ μέμνημαί γε πάνυ θλίψας τὸν Ἰουδαῖον νομιζόμενον σοφὸν ἐκ τῆς λέξεως ταύτης· ὃς πρὸς αὐτὴν ἀπορῶν, εἶπε τὰ τῷ ἑαυτοῦ Ἰουδαϊσμῷ ἀκόλουθα· εἰπὼν, πρὸς μὲν τὸν τῶν ὅλων Θεὸν εἰρῆσθαι τὸ, Ὁ θρόνος σου ὁ Θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου· πρὸς δὲ τὸν Χριστὸν τὸ, Ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς ὁ Θεός σου, καὶ τὰ ἑξῆς. ἔτι δὲ πρὸς τὸν Σωτῆρα αὐτοῦ ὁ Ἰου-

ὁ Ἰουδαῖός φησιν· « ὅτι εἰ τοῦτο λέγεις, « ὅτι πᾶς ἄνθρωπος κατὰ θείαν πρόνοιαν « γεγονὼς υἱός ἐστι Θεοῦ· τί ἂν σὺ ἄλ« λου διαφέροις; Πρὸς ὃν ἐροῦμεν, ὅτι πᾶς μὲν ὁ, ὡς ὁ Παῦλος ὠνόμασε, μηκέτι ὑπὸ φόβου παιδαγωγούμενος, ἀλλὰ δι' αὐτὸ τὸ καλὸν αἱρούμενος, υἱός ἐστι Θεοῦ. οὗτος δὲ πολλῷ καὶ μακρῷ διαφέρει παντὸς τοῦ διὰ τὴν ἀρετὴν χρηματίζοντος υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ὅστις ὡσπερεὶ πηγή τις καὶ ἀρχὴ τῶν τοιούτων τυγχάνει. ἡ δὲ τοῦ Παύλου λέξις οὕτως ἔχει· Οὐ γὰρ ἐλάβετε πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον, ἀλλ' ἐλάβετε πνεῦμα υἱοθεσίας, ἐν ᾧ κράζομεν, Ἀββᾶ, ὁ πατήρ. « τινὲς δὲ καὶ ἐλέγξουσιν, ὥς φησιν ὁ « παρὰ Κέλσῳ Ἰουδαῖος, μυρίοι τὸν Ἰησοῦν, « φάσκοντές τι, περὶ ἑαυτῶν ταῦτα εἰρῆσθαι ἅπερ « περὶ ἐκείνου προεθεσπίζετο. Οὐκ οἴδαμεν οὖν εἰ ὁ Κέλσος ἐπίστατο, τινὰς ἐπιδημήσαντας τῷ βίῳ, καὶ τὸ παραπλήσιον βουληθέντας ποιεῖν τῷ Ἰησοῦ, καὶ Θεοῦ υἱὸς αὐτοὺς ἀναγορεύειν, ἢ Θεοῦ δύναμιν. ἐπεὶ δὲ φιλαλήθως τὰ κατὰ τοὺς τόπους ἐξετάζομεν, ἐροῦμεν ὅτι Θευδᾶς πρὸ τῆς γενέσεως Ἰησοῦ γέγονέ τις παρὰ Ἰουδαίοις, μέγαν τινὰ ἑαυτὸν λέγων· οὗ ἀποθανόντος, οἱ ἀπατηθέντες ὑπ' αὐτοῦ διεσκεδάσθησαν. καὶ μετ' ἐκεῖνον, ἐν ταῖς τῆς ἀπογραφῆς ἡμέραις, ὅτ' ἔοικε γεγεννῆσθαι ὁ Ἰησοῦς, Ἰούδας τις Γαλιλαῖος πολλοὺς ἑαυτῷ συνεπέστησεν ἀπὸ τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων, ὡς σοφὸς καὶ καινοτομῶν τινα. οὗ καὶ αὐτοῦ δίκας τίσαντος, ἡ διδασκαλία καθῃρέθη, πάνυ ἐν ὀλίγοις καὶ ἐλαχίστοις μείνασα. καὶ μετὰ τοὺς Ἰησοῦ δὲ χρόνους ἠθέλησε καὶ ὁ Σαμαρεὺς Δοσίθεος πεῖσαι Σαμαρεῖς, ὅτι αὐτὸς εἴη ὁ προφητευόμενος ὑπὸ Μωσέως Χριστός· καὶ ἔδοξέ τινων τῇ ἑαυτοῦ διδασκαλίᾳ κεκρατηκέναι. ἀλλὰ τὸ εἰρημένον πάνυ σοφῶς ὑπὸ τοῦ ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων ἀναγεγραμμένου Γαμαλιὴλ, οὐκ ἄλογον παραθεμένους δεῖξαι, πῶς ἐκεῖνοι μὲν ἀλλότριοι τῆς ἐπαγγελίας ἦσαν, οὔτε υἱοὶ Θεοῦ, οὔτε δυνάμεις ὄντες αὐτοῦ. ὁ δὲ Χριστὸς [ὁ] Ἰησοῦς ἀληθῶς ἦν Θεοῦ υἱός. εἶπε δ' ἐκεῖ ὁ Γαμαλιὴλ, Ὅτι ἐὰν ᾖ ἐξ ἀνθρώπων ἡ βουλὴ αὕτη καὶ ὁ λόγος οὗτος, καταλυθήσεται· ὡς καὶ τὰ ἐκείνων κατελύθη, ἀποθανόντων· ἐὰν δὲ ᾖ ἐκ Θεοῦ, οὐ δυνήσεσθε καταλῦσαι, τὴν τούτου διδασκαλίαν, μήποτε καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε. ἠθέλησε δὲ καὶ Σίμων ὁ Σαμαρεὺς Μάγος τῇ μαγείᾳ ὑφελέσθαι τινάς. καὶ τότε μὲν ἠπάτησε· νυνὶ δὲ τοὺς πάντας ἐν τῇ οἰκουμένῃ οὐκ ἔστι Σιμωνιανοὺς εὑρεῖν τὸν ἀριθμὸν οἶμαι τριάκοντα. καὶ τάχα πλείονας εἶπον τῶν ὄντων. εἰσὶ δὲ περὶ τὴν Παλαιστίνην σφόδρα ἐλάχιστοι· τῆς δὲ λοιπῆς οἰκουμένης οὐδαμοῦ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καθ' ἣν ἠθέλησε δόξαν περὶ ἑαυτοῦ διασκεδάσαι. παρὰ γὰρ οἷς φέρεται, ἐκ τῶν πράξεων τῶν ἀποστόλων φέρεται· Χριστιανοὶ δ' εἰσὶν οἱ ταῦτα περὶ αὐτοῦ λέγοντες,

* ἐγ ὡς.

Rom. 8. 15.

* ἠπίστατο.

Act. 5. 36.

Ibid. v. 37.

Act. 5. 38.

Celſum Judæus ſic Servatorem alloqui; *Si dicis quemvis hominem juxta Dei providentiam fieri filium Dei, qua in re præſtantior es ceteris?* Reſpondebo quemlibet, qui (ut Paulus loquitur) non ampliùs ſub timore pædagogo degit, ſed virtutem propter ipſam eligit, eſſe Dei filium: hic autem longo intervallo poſt ſe relinquit omnes, qui propter virtutem appellantur filii Dei, ut qui ſit initium & fons talium. Verba Pauli ſunt hæc; *Non enim accepiſtis ſpiritum ſervitutis iterum in timorem, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis in quo clamamus, Abba, pater. Innumeri etiam,* ut ait Celſi Judæus, *coarguent Jeſum, dum quiſque ad ſe trahit quæ de illo à Prophetis prædicta ſunt?* Equidem ignoro, ſcieritne Celſus aliquos, qui in hac vita commorantes ad æmulationem Jeſu voluerint inter homines haberi pro Dei filiis, aut pro Dei potentia. Et quoniam magno veritatis ſtudio ſingulos locos examinamus, dicimus apud Judæos fuiſſe ante Jeſu nativitatem Theudam quendam, qui ſe magnum quempiam jactaret: quo mortuo qui per eum decepti fuerant diſſipati ſunt. Poſt illum in diebus cenſûs, quo tempore Jeſus natus eſt, Judas quidam Galilæus fecit multos è populo ad ſe deficere, qui videretur vir ſapiens, & moliri magnificum aliquid: qui ubi & ipſe pœnas luit, doctrina quoque ejus è medio ſublata eſt, exceptis parvis reliquiis. Poſt Jeſu quoque tempora Doſitheus Samarita conatus eſt perſuadere ſuis civibus, ſe eſſe Chriſtum illum à Moſe prænunciatum; & viſus eſt inveniſſe diſcipulos. Hic non incongruum fuerit referre, quod in Actis Apoſtolorum legitur valde ſapienter à Gamaliele dictum, illos quidem fuiſſe alienos à promiſſione, nec filios Dei nec potentias; ceterùm Jeſum Chriſtum verè fuiſſe Dei filium. Sic autem ibi loquitur Gamaliel; *Si eſt ex hominibus conſilium aut opus hoc, diſſolvetur, ſicut & illorum diſſolutum eſt poſt eorum obitum. Sin ex Deo eſt, non poteritis diſſolvere hanc doctrinam, nequando & Deo repugnare videamini.* Quin & Simon Samaritanus Magus per magiam ſuam quoſdam decipere conatus, effectu non caruit ad tempus; nunc autem in toto orbe opinor vix triginta Simonianos reperiri: ac fortaſſe ne tot quidem; ſunt enim in Palæſtina pauci admodum, in reliquo terrarum orbe nuſquam nomen ejus eſt in ea opinione, in qua ipſe haberi voluit: nam apud quos nominatur, eis ex Actis Apoſtolorum innotuit, Chriſtianis hominibus:

atque

at Theudas

at Judas Galilæus

Dositheus Samarites sibi gloriam arrogarunt

se hoc nomine jactavit

atque etiam ipſa res declaravit, nihil divinum in Simone fuiſſe. Poſt hæc Celſi Judæus pro Magis illis Evangelicis *Chaldæos* ait *Jeſum jactâſſe perveniſſe ad ſuam nativitatem, ut adorarent etiamnum infantem ut Deum: idque indicâſſe Herodi tetrarchæ. Hunc verò miſſis ſatellitibus interfeciſſe quotquot nati ſunt eodem tempore, ratum & eum periturum inter ceteros, ne perventurum ad ætatem regno idoneam.* Vide hîc errorem non diſcernentis Magos à Chaldæis, nec profeſſionum earum differentiam, ideóque mentientis contra ſcripturam Evangelicam: nec ſcio quomodo diſſimulans quid Magos moverit, tacuit ſtellam viſam ab eis in Oriente, ſicut ſcriptum eſt. Videamus igitur quid etiam ad hæc dicendum ſit. Stellam, quæ in Oriente viſa eſt, novam fuiſſe opinamur, nec ulli è notis iſtis ſimilem, quæ vel in firmamento ſunt, vel in orbibus inferioribus: ſed ejus generis, quales Cometæ viſuntur temporanei, Docides, Pogoniæ, Pithi, aut quomodocunque libet Græcis variis nominibus ſignare horum differentes figuras: hanc noſtram opinionem hoc pacto aſtruimus. Obſervatum eſt quoties res magnæ inſignéſque mutationes fiunt in terris, exiſtere hujuſmodi ſtellas, ſignificantes aut tranſlationes regnorum, aut bella, aut quicquid poteſt apud homines contingere ad commovendas res terrenas validum. Legimus autem in Chæremonis Stoici commentario, quem de Cometis ſcripſit, quomodo interdum etiam res bonas futuras exorti Cometæ præſignaverint, ídque declarat exemplis petitis ex hiſtoriis. Ergò ſi ad regnorum novationes alióſque inſignes caſus terris ſtella, quæ vocatur crinita, exoritur, aliúsve ſidus ſimile, quid mirum, ſi in nativitate ejus, qui eſſet inter homines nova quædam & inſolita moliturus, introducturúſque doctrinam Judæis, Græcis, & barbarorum pleriſq; communem, ſtella exoriretur? Equidem dicerem de Cometis quidem nullam Prophetiam ferri, illo regnante vel illo tempore talis Cometa exorietur: de hac verò ſtella, quæ Jeſu naſcente orta eſt, prophetâſſe Balamum his verbis, quæ Moſes ſcriptis ſuis inſeruit; *Exorietur ſtella ex Jacob, & exurget homo ex Iſrael.* Quòd ſi examinanda ſunt, quæ de Magis & ſtella in nativitate Jeſu ab eis viſa ſcripta ſunt, aliter Græcis loquar, aliter Judæis. Græcis quidem, Magos, qui cum dæmonibus habent commercium, eóſq; ad artes ſuas atque operationes invocare ſo-

καὶ ἡ ἐνάργεια ἐμαρτύρησεν, ὅτι οὐδὲν θεῖον ὁ Σίμων ἦν. Μετὰ ταῦτα ὁ παρὰ τῷ Κέλσῳ Ἰουδαῖος ἀντὶ τῶν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ μάγων “Χαλδαίους φησὶν ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ λελέχθαι, “κινηθέντας ἐπὶ τῇ γενέσει αὐτοῦ ἐληλυθέναι “προσκυνήσοντας αὐτὸν ἔτι νήπιον ὡς Θεόν· “καὶ Ἡρώδῃ τῷ τετράρχῃ τοῦτο δεδηλωκέ“ναι· τὸν δὲ πέμψαντα, ἀποκτεῖναι τοὺς ἐν “τῷ αὐτῷ χρόνῳ γεγεννημένους, οἰόμενον καὶ “τοῦτον ἀνελεῖν σὺν αὐτοῖς· μή πως τὸν αὐ“τάρκη ἐπιβιώσας χρόνον, βασιλεύσῃ. Ὅρα οὖν ἐν τούτῳ τὸ παράκουσμα τοῦ μὴ διακρίνοντος μάγους Χαλδαίων, μηδὲ τὰς ἐπαγγελίας διαφόρους οὔσας αὐτῶν θεωρήσαντος, καὶ διὰ τοῦτο καταψευσαμένου τῆς εὐαγγελικῆς γραφῆς. οὐκ οἶδα δ' ὅπως καὶ τὸ κινῆσαν τοὺς μάγους σεσιώπηκε, καὶ οὐκ εἶπεν αὐτὸ εἶναι ἀστέρα ὀφθέντα ὑπ' αὐτῶν ἐν τῇ ἀνατολῇ κατὰ τὸ γεγραμμένον· ἴδωμεν οὖν καὶ πρὸς ταῦτα τί λεκτέον. τὸν ὀφθέντα ἀστέρα ἐν τῇ ἀνατολῇ καινὸν εἶναι νομίζομεν, καὶ μηδενὶ τῶν συνήθων παραπλήσιον, οὔτε τῶν ἐν τῇ ἀπλανεῖ, οὔτε τῶν ἐν ταῖς κατωτέρω σφαίραις· ἀλλὰ τῷ γένει τοιοῦτον γεγονέναι, ὁποῖοι κατὰ καιρὸν γινόμενοι κομῆται, ἢ δοκίδες, ἢ πωγωνίαι, ἢ πίθοι, ἢ ὅπως ποτὲ φίλον Ἕλλησιν ὀνομάζειν τὰς διαφορὰς αὐτῶν. κατασκευάζομεν δὲ τοῦτον τὸν τρόπον τὸ τοιοῦτο. Ἐπὶ μεγάλοις τετήρηται πράγμασι, καὶ μεγίσταις μεταβολαῖς τῶν ἐπὶ γῆς, ἀνατέλλειν τοὺς τοιούτους ἀστέρας, σημαίνοντας ἢ μεταστάσεις βασιλειῶν, ἢ πολέμους, ἢ ὅσα δύναται ἐν ἀνθρωπίνοις συμβῆναι, σεῖσαι τὰ ἐπὶ γῆς δυνάμενα. ἀνέγνωμεν δ' ἐν τῷ περὶ κομητῶν Χαιρήμονος τοῦ Στωϊκοῦ συγγράμματι, τίνα τρόπον ἔσθ' ὅτε καὶ ἐπὶ χρηστοῖς ἐσομένοις κομῆται ἀνέτειλαν, καὶ ἐκτίθεται τὴν περὶ τούτων ἱστορίαν. εἰ τοίνυν ἐπὶ βασιλείαις καιναῖς, ἢ ἄλλοις συμπτώμασιν ἐπὶ γῆς ἀνατέλλει ὁ καλούμενος κομήτης, ἤ τις τῶν παραπλησίων ἀστήρ· τί θαυμαστὸν ἐπὶ τῇ γενέσει τοῦ καινοτομεῖν μέλλοντος ἐν τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, καὶ διδασκαλίαν εἰσάγειν οὐ μόνον Ἰουδαίοις ἀλλὰ καὶ Ἕλλησι, πολλοῖς δὲ καὶ τοῖς βαρβάρων ἔθνεσιν, ἀστέρα ἀνατεταλκέναι; ἐγὼ δ' εἴποιμ' ἄν, ὅτι περὶ μὲν τῶν κομητῶν οὐδεμία προφητεία φέρεται, ὡς ὅτι κατὰ τήνδε τὴν βασιλείαν ἢ τούσδε τοὺς χρόνους ἀνατέλλει τοιόσδε κομήτης. περὶ δὲ τοῦ ἐπὶ τῇ γενέσει τοῦ Ἰησοῦ ἀνατείλαντος προεφήτευσε Βαλαὰμ λέγων, ὡς ἀνέγραψε Μωϋσῆς· Ἀνατελεῖ ἄστρον ἐξ Ἰακώβ, καὶ ἀναστήσεται ἄνθρωπος ἐξ Ἰσραήλ. Εἰ δὲ δεήσει καὶ τὰ περὶ τῶν μάγων ἀναγεγραμμένα ἐπὶ τῇ γενέσει τοῦ Ἰησοῦ, καὶ τοῦ ἀστέρος ἐξετάσαι, ταῦτα ἂν εἴποιμεν, τινὰ μὲν πρὸς Ἕλληνας, ἄλλα δὲ πρὸς Ἰουδαίους. Πρὸς μὲν οὖν Ἕλληνας, ὅτι μάγοι δαίμοσιν ὁμιλοῦντες, καὶ τούτους ἐφ' ἃ μεμαθήκασι καὶ βούλονται καλοῦντες, ποιοῦσι μὲν

Matt. 2. 2.

ὅτι πολλάκις κομῆται χρηστὰ προσημαίνουσιν.

Balaami prophetiam laudat

Num. 24. 17.

τὸ τοιοῦτον, ὅσον οὐδὲν θειότερον καὶ ἰσχυρότερον τῶν δαιμόνων, καὶ τῆς κλήσεως αὐτῶν ἐπῳδῆς, ἐπιφαίνεται ἢ λέγεται. ἐὰν δὲ θειοτέρα τις ἐπιφάνεια γένηται, καθαιροῦνται αἱ τῶν δαιμόνων ἐνέργειαι, μὴ δυνάμεναι ἀντιβλέψαι τῷ τῆς θειότητος φωτί. εἰκὸς οὖν καὶ κατὰ τὴν τοῦ Ἰησοῦ γένεσιν, ἐπεὶ πλῆθος στρατιᾶς οὐρανίου (ὡς
Luc. 2. 14. ὁ Λουκᾶς ἀνέγραψε, κἀγὼ πείθομαι) ᾔνεσε τὸν Θεὸν, καὶ εἶπε· Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία· διὰ τοῦτο οἱ δαίμονες ἠτόνησαν καὶ ἐξησθένησαν, ἐλεγχθείσης αὐτῶν τῆς γοητείας, καὶ καταλυθείσης τῆς ἐνεργείας· οὐ μόνον ὑπὸ τῶν * ἐπιδημούντων τῷ περιγείῳ τόπῳ ἀγγέλων διὰ τὴν Ἰησοῦ γένεσιν καθαιρεθέντες, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῆς ψυχῆς τοῦ Ἰησοῦ καὶ τῆς ἐν αὐτῷ θειότητος. οἱ τοίνυν μάγοι τὰ συνήθη πράττειν θέλοντες, ἅπερ πρότερον διά τινων ἐπῳδῶν καὶ μαγγανειῶν ἐποίουν, ἐζήτησαν τὴν αἰτίαν, μεγάλην αὐτὴν εἶναι τεκμαιρόμενοι. Καὶ ἰδόντες θεοσημίαν ἐν οὐρανῷ, ἐβούλοντο τὸ σημαινόμενον ἀπ' αὐτῆς ἰδεῖν. δοκεῖ μοι οὖν, ὅτι ἔχοντες τὰς Βαλαὰμ, ἃς καὶ Μωσῆς ἀνέγραψε, προφητείας, ὡς καὶ
Num. 24. 17. αὐτοῦ περὶ τὰ τοιαῦτα γενομένου δεινοῦ· καὶ εὑρόντες ἐκεῖ περὶ τοῦ ἄστρου, καὶ τό· Δείξω αὐτῷ, καὶ οὐχὶ νῦν· μακαρίζω, καὶ οὐκ ἐγγίζει· ἐστοχάσαντο τὸν μετὰ τοῦ ἄστρου προφητευόμενον ἄνθρωπον ἐπιδεδημηκέναι τῷ βίῳ· καὶ ὡς πάντων δαιμόνων καὶ τῶν ἐν ἔθει αὐτοῖς φανταζομένων καὶ ἐνεργούντων κρείττονα, προλαβόντες, προσκυνῆσαι ἠθέλησαν. ἧκον οὖν ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν, ὅτι μὲν βασιλεύς τις γεγένηται πεπεισμένοι, τίνα δὲ βασιλείαν βασιλεύσει, οὐκ ἐπιστάμενοι, ἢ ποῦ γεννηθήσεται, οὐ γινώσκοντες. φέροντες μὲν δῶρα, ἃ (ἵν' οὕτως ὀνομάσω) συνθέτῳ τινὶ ἐκ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπου θνητοῦ προσήνεγκαν σύμβολα μὲν, ὡς βασιλεῖ
Matth. 2. 11. τὸν χρυσὸν, ὡς δὲ τεθνηξομένῳ τὴν σμύρναν, ὡς δὲ Θεῷ τὸν λιβανωτόν· προσήνεγκαν δὲ, μαθόντες τὸν τόπον τῆς γενέσεως αὐτοῦ. ἀλλ' ἐπεὶ Θεὸς ἦν, ὁ ὑπὲρ τοὺς βοηθοῦντας ἀνθρώποις ἀγγέλους ὑπάρχων Σωτὴρ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, ἄγγελος ἠμείψατο τὴν τῶν μάγων ἐπὶ τὸ προσκυνῆσαι τὸν Ἰησοῦν εὐσέβειαν, χρηματίσας αὐτοῖς, μὴ ἥκειν πρὸς
Ibid. v. 12. τὸν Ἡρώδην, ἀλλ' ἐπανελθεῖν ἄλλῃ ὁδῷ εἰς τὰ οἰκεῖα. εἰ δ' Ἡρώδης ἐπεβούλευσε τῷ γεννηθέντι, κἂν μὴ πιστεύσῃ ἀληθῶς τοῦτο γεγονέναι ὁ παρὰ τῷ Κέλσῳ Ἰουδαῖος, οὐ θαυμαστόν. τυφλὸν γάρ τι ἐστιν ἡ πονηρία, καὶ βούλεται ὡς ἰσχυροτέρα τοῦ χρεὼν νικᾶν αὐτό. ὅπερ καὶ Ἡρώδης παθὼν, καὶ πιστεύσας βασιλέα γεγενῆσθαι τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἀνακόλουθον εἶχε τῇ πίστει ταύτῃ συγκατάθεσιν· μὴ ἰδὼν, ὅτι ἤτοι πάντως βασιλεύς ἐστι, καὶ βασιλεύσει· ἢ οὐ βασιλεύσει, καὶ μάτην ἀναιρεθήσεται. ἐβουλήθη οὖν αὐτὸν ἀποκτεῖναι, μαχομένας διὰ τὴν κακίαν ἔχων κρίσεις, ὑπὸ τοῦ τυφλοῦ καὶ

* ἐπιδημησάντων.

transit ad pleniorem prophetiæ enarrationem

et reliquam historiæ evangelicæ de Herode

lent, tantiſper id agere, dum vis quæpiam divinior ac potentior dæmonibus atque incantationibus, per quas invocantur, interveniat aut nominetur: quòd ſi divinior illa ſuperveniat, deſtruuntur operationes dæmonum, non valentium obtueri lucem divinam. Idcirco veriſimile eſt in nativitate Jeſu, quando multitudo militiæ cœleſtis (ſicut autori Lucæ credimus) laudavit Deum dicens; *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas:* dæmonas ea de cauſa debilitatos obtorpuiſſe, deprehenſis eorum præſtigiis, efficaciâque deſtructâ; non ſolùm adventantibus ad proxima terræ loca angelis, verùm etiam agente id Jeſu animâ, & eâ quæ in ipſo eſt divinitate. Cúmque Magi operarentur ſolitis incantationibus, non vulgarem hujus casûs cauſam rati ſcrutabantur; viſóque in cœlis prodigio, voluerunt quod per id ſignificabatur videre. Itaque cùm haberent, ut opinor, Balami Prophetias, quarum & Moſes meminit, extollens ut hujus facultatis peritiſſimum, invento illic de ſtella oraculo, verbisque illis; *Oſtendam ei, & non nunc; beatum facio, & non propinquabit:* conjectaverunt eum, qui cum ſtella prænunciatus eſt, hominem in vitam adveniſſe, conceptâque opinione de illo, potentiorem eſſe omnibus dæmoniis ac ſpectris familiaribus, decreverunt eum adorare. Venerunt igitur in Judæam, docti jam natum eſſe regem quendam, ceterùm ignari cujúſnam regni, aut ubinam natalium ejus ſit locus; ferentes dona compoſito (ut ſic loquar) ex mortali & Deo, aurum in ſignum poteſtatis regiæ, ut morituro myrrham, ut Deo thus: ubi verò cognoverunt locum nativitatis, obtulerunt hæc ei. Sed quoniam Deus erat is, qui potentior angelis homines adjutantibus Servator humani generis venerat, confeſtim angelus pietati Magorum, qui Jeſum adoraverant, retulit præmium, oraculóque monuit; *Nè irent ad Herodem, ſed per aliam viam reverterentur in patriam.* Inſidiatum autem nato Herodem nil mirum, etiamſi non credat Celſi Judæus: cæca enim eſt malicia, & conatur fata vincere, ac ſi ipſa ſit potentior. Quo malo Herodes item affectus credidit natum regem Judæorum & huic firmiter aſſenſit: non intelligens aut omnino regem eſſe & regnaturum utique; aut ſi non regnabit, & necem ejus eſſe ſupervacaneam: decrevit igitur eum occidere, quòd inter ſe pugnantes ſententias haberet propter malitiam, nimirum agitatus à malo cœcóque dia-

bolo,

ſatis apparet Jeſu diſciplinam efficacem in eo fuiſſe ad movendam pœnitentiam, quæ non omnino contempta & proculcata proditori fuerat: ſed & ipſa verba, *Peccavi tradens ſanguinem juſtum*, peccatum confitentis erant. Et vide quàm flagrans ac vehemens pœnitentiæ dolor eum corripuerit, ut nec vivere ſuſtineret ampliùs, ſed in templum projectâ pecuniâ digreſſus indè ſeſe præfocaret, ipſe ſui condemnator & carnifex: oſtendens quantum potuerit Jeſu doctrina etiam in peccatore, fure, proditore, non valente in totum contemnere quæ à Jeſu didicerat: niſi fortè hæc, quæ indicare videntur Judam non omnino deſciviſſe vel poſt facinoroſam audaciam, figmenta dicet Celſus, id ſolum verum eſſe, proditorem ejus fuiſſe unum è diſcipulis, addétque ad Scripturam, etiam ex toto animo perpetratam proditionem; id quod perabſurdum fuerit, ejuſdem commentarii lectioni, prout odium dictaverit, vel credere vel non credere. Quòd ſi etiam à Juda ſumendum eſt nobis aliquid, quod pudorem adverſariis incutiat, dicemus in libro Pſalmorum integrum centeſimum octavum Pſalmum continere de Juda Prophetiam, qui ſic incipit, *Deus laudem meam nè taceas, quoniam os peccatoris & os doloſi apertum eſt contra me.* Ibi prophetatur & illud; quòd Juda ſuâpte culpâ moto ex Apoſtolorum ordine, in locum ejus alter ſurrogatus eſt, quod indicatur his verbis; *& Epiſcopatum ejus accipiat alius.* Sed fac eum proditum ab aliquo diſcipulo, qui Judâ pejor omnem Jeſu doctrinam projecerit è pectore: quid hoc ad accuſationem Jeſu aut Chriſtianiſmi attinet? quomodo religionis noſtræ falſitatem arguit? Quæ verò ſequuntur jam antè refellimus, quòd non fugiens captus ſit Jeſus, ſed ultrò ſeipſum pro nobis omnibus tradiderit, ut conſequenter etiã ſi vinctus ſit, ſponte vinctus ſit, docens nos nè inviti pro pietate ſubeamus talia. Iſta quoq; mihi videntur puerilia, quæ mox ſubdit, *quòd nunquam bonus imperator & dux multorum millium eſt proditus; imò ne latronum quidem princeps vir malus & pejoribus præfectus, qui modò videretur ſuis utilis. Hunc verò nec imperatoris boni more præfuiſſe, nec ſaltem qualis à latronibus exhibetur ſuo principi, à deceptis diſcipulis impetràſſe benevolentiam, ſi ſic eam licet appellare.* Multos enim imperatores invenire licet in hiſtoriis à ſuis copiis proditos, & latronum principes captos à ſociis propter parùm ſervatas conditiones

nem: Sed ſic nunquam quenquam à ſuis proditum vel imperatorem vel latronum principem: quid hoc facit ad negotium Jeſu ab uno diſcipulorum ſuorum proditi? Quoniam autem pro philoſopho vult haberi Celſus interrogemus eum, num Platonis erat crimen, quòd, vigeſimo anno poſtquam cum audire cœperat, Ariſtoteles à præceptore deſciſcens accuſavit ipſius doctrinam de immortalitate animæ, & ideas Platonis argutationes nominavit? poſſemus & ampliùs dubitando quærere; Ergò Plato nihil amplius valebat in Dialectica, nec idoneus erat tradendis ſuis cogitationibus, ex quo deſertus eſt ab Ariſtotele, & proinde falſa ſunt Platonis dogmata? an fortè poſſibile eſt, cùm Platonem verum ſenſiſſe compertum ſit, quod facilè Platonici conceſſerint, Ariſtotelem erga magiſtrum ſuum fuiſſe ingratum & improbum? Sed & Chryſippus ſæpe in ſuis ſcriptis Cleanthem taxare videtur, innovans quædam præter acceptam ab illo doctrinam, quo etiam juvenis præceptore uſus eſt, cùm teneret tantùm primordia philoſophiæ, quanquam Ariſtoteles per viginti continuos annos dicitur frequentâſſe Platonicam, nec parum temporis Chryſippus quoque contriviſſe cum Cleanthis diſcipulis. Judas verò apud Jeſum nè tres quidem integros annos verſatus eſt. Porrò in commentariis de vitis philoſophorum multa inveniri poſſunt talia, quæ in Celſus Jeſu noſtro propter Judam objicit. Cæterùm Pythagorei Cenotaphia extruebant iis qui deſciſſent à philoſophia, reflexo curſu ad vitam idioticā, nec ideò deterior habitus eſt Pythagoras in doctrina & demonſtrationibus, aut ejus diſcipuli. Poſthæc ſic pergit Celſi Judæus; *Cùm multa poſſim de Jeſu rebus dicere vera, nec ſcriptis diſcipulorum ejus ſimilia, prudens illa prætereo.* Quænam igitur ſunt illa vera, ſcriptis Evangelicis diſſimilia, quæ Judæus iſte prætetit: an fortè Rhetorico uſus colore, fingit ſe habere quod dicat, nec habet tamen quicquam præter Evangelia, quod ut verum queat auditorem percellere, nec omnino quicquam quod manifeſtè criminari poſſit Jeſum ejúſque doctrinam? Accuſat deinde diſcipulos, quaſi *finxerint præſciiſſe illum & prædixiſſe omnia quæcunque ſibi acciderunt.* Imò hoc quoque verum eſſe, vel invito Celſo, oſtendemus ex multis, quæ propheticè à Servatore dicta ſunt, in quibus prædixit Chriſtianis eventura poſterioribus ſeculis. Et quis non miretur illud quod prædixit; *Ante Reges & Præſides ducemini propter me*

θόμενος. ἀλλ' ἔστω μηδένα στρατηγὸν προδεδόσθαι, ἢ λῃστάρχην· τί τοῦτο συμβάλλεται πρὸς τὸ κατὰ τὸν Ἰησοῦν εἶναί τινα, ἕνα τῶν φοιτητῶν προδότην αὐτοῦ γεγενῆσθαι; Ἐπεὶ δὲ φιλοσοφίαν περιβάλλεται ὁ Κέλσος, πυθοίμην ἂν αὐτοῦ, εἰ ἄρα Πλάτωνος ἦν κατηγορία, τὸ μετὰ εἴκοσιν ἔτη τῆς παρ' αὐτῷ ἀκροάσεως ἀποφοιτήσαντα τὸν Ἀριστοτέλην κατηγορηκέναι μὲν τοῦ περὶ τῆς ἀθανασίας τῆς ψυχῆς λόγου, Πλάτωνος δὲ τερετίσματα τὰς ἰδέας ὠνομακέναι; Ἔτι δὲ προσαποροῦντες, καὶ τοιαῦτα λέγοιμεν ἄν· ἆρα Πλάτων οὐκέτι δυνατὸς ἦν ἐν διαλεκτικῇ, οὐδ' ἱκανὸς παραστῆσαι τὰ νενοημένα, ἐπεὶ ἀπεφοίτησεν αὐτοῦ Ἀριστοτέλης, καὶ παρὰ τοῦτο ψευδῆ τὰ Πλάτωνός ἐστι δόγματα; ἢ δύναται καὶ ἀληθεύοντος τοῦ Πλάτωνος, ὡς ἂν λέγοιεν οἱ κατ' αὐτὸν φιλοσοφοῦντες, Ἀριστοτέλης πονηρὸς καὶ ἀχάριστος πρὸς τὸν διδάσκαλον γεγονέναι; ἀλλὰ καὶ ὁ Χρύσιππος πολλαχοῦ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ φαίνεται καθαπτόμενος Κλεάνθους, καινοτομῶν παρὰ τὰ ἐκείνῳ δεδογμένα, γενομένῳ αὐτοῦ διδασκάλῳ ἔτι νέου καὶ ἀρχὰς ἔχοντος φιλοσοφίας. καίτοιγε Ἀριστοτέλης μὲν εἴκοσιν ἔτεσι λέγεται προσεληλυθέναι Πλάτωνι· οὐκ ὀλίγον δὲ χρόνον καὶ ὁ Χρύσιππος παρὰ τῷ Κλεάνθει πεποίηται τὰς διατριβάς. ὁ δὲ Ἰούδας παρὰ τῷ Ἰησοῦ οὐδὲ τρία διέτριψεν ἔτη. ἀπὸ δὲ τῶν γεγραμμένων ἐν τοῖς βίοις τῶν φιλοσόφων πολλὰ ἄν τις εὕροι τοιαῦτα, ἐφ' οἷς ἐγκαλεῖ * τὸν Ἰησοῦν διὰ τὸν Ἰούδαν ὁ Κέλσος. οἱ δὲ Πυθαγόρειοι κενοτάφια ᾠκοδόμουν τοῖς μετὰ τὸ προστραπῆναι ἐπὶ φιλοσοφίαν παλινδρομήσασιν ἐπὶ τὸν ἰδιωτικὸν βίον· καὶ οὐ παρὰ τοῦτο ἀσθενὴς ἦν λόγῳ καὶ ἀποδείξεσι Πυθαγόρας, καὶ οἱ * ἀπ' αὐτοῦ. Μετὰ ταῦτά φησιν ὁ παρὰ τῷ Κέλσῳ Ἰουδαῖος· „ὅτι „πολλὰ ἔχων λέγειν * καὶ ἀληθῆ περὶ τῶν κατὰ „Ἰησοῦν γενομένων, καὶ οὐ παραπλήσια τοῖς ὑπὸ „τῶν μαθητῶν τοῦ Ἰησοῦ γραφεῖσιν, ἑκὼν „ἐκεῖνα παραλείπω. τίνα οὖν ἄρα τἀληθῆ, καὶ οὐχ ὁποῖα ἐν τοῖς εὐαγγελίοις γέγραπται, ἃ παραλείπει ὁ παρὰ Κέλσῳ Ἰουδαῖος; ἢ δοκούσῃ δεινότητι ῥητορικῇ χρησάμενος, προσποιεῖται μὲν ἔχειν λέγειν· * οὐδὲν δὲ εἶχεν ἔξωθεν τοῦ εὐαγγελίου φέρειν, δυνάμενον πλῆξαι ὡς * ἀληθὲς τὸν ἀκούοντα, καὶ ὡς ἐναργῶς κατηγοροῦν Ἰησοῦ καὶ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ· ἐγκαλεῖ δὲ τοῖς μαθηταῖς, ὡς πλασαμένοις, ὅτι πάντα τὰ συμβάντα αὐτῷ ἐκεῖνος προῄδει καὶ προειρήκει. καὶ τοῦτο δὲ ἀληθὲς ὄν, κἂν μὴ Κέλσος βούληται, παραστήσομεν ἀπὸ πολλῶν καὶ ἄλλων προφητικῶς ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος εἰρημένων, ἐν οἷς προεῖπε τὰ Χριστιανοῖς καὶ ἐν ταῖς ὕστερον γενόμενα γενεαῖς. καὶ τίς [γε] οὐκ ἂν θαυμάσαι τὸ προειρημένον, τό, Ἐπὶ ἡγεμόνας δὲ καὶ βασιλεῖς ἀχθήσεσθε ἕνε-

* τῷ Ἰησοῦ.
* ὑπ'.
* περὶ τ. κ. Ἰ.
γ. καὶ ἀληθῆ.
* οὐδὲ εἶχεν.
* ἀληθῶς.
Matth. 10.18.

Chrysippi & Cleanthis

κεν ἐμοῦ, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς καὶ τοῖς ἔθνεσι· καὶ εἴ τι ἄλλο περὶ τοῦ διωχθήσεσθαι τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ προεῖπε; διὰ ποῖον γὰρ δόγμα τῶν ἐν ἀνθρώποις γεγενημένων κολάζονται καὶ ἄλλοι, ἵνα τις τῶν κατηγορούντων Ἰησοῦ λέγῃ, ὅτι ὁρῶν τὰ ἀσεβῆ ἢ τὰ ψευδῆ τῶν δογμάτων κατηγορούμενα, ἔδοξε καὶ τοῦτο σεμνύνειν διὰ τοῦ προλέγειν δῆθεν περὶ αὐτοῦ; εἴπερ γὰρ ἐχρῆν διὰ δόγματα ἐπὶ ἡγεμόνας καὶ βασιλεῖς ἄγεσθαί τινας· καὶ τίνας ἐχρῆν ἄλλους, ἢ Ἐπικουρείους τοὺς πάντη πρόνοιαν ἀναιροῦντας; ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀπὸ τοῦ Περιπάτου, μηδὲν φάσκοντας ἀνύειν εὐχὰς, καὶ τὰς ὡς πρὸς τὸ θεῖον θυσίας; Ἀλλὰ φήσει τις ὅτι καὶ Σαμαρεῖς διὰ τὴν ἑαυτῶν θεοσέβειαν διώκονται. πρὸς ὃν τοιαῦτα ἐροῦμεν· οἱ σικάριοι διὰ τὴν περιτομὴν, ὡς ἀκρωτηριάζοντες παρὰ τοὺς καθεστῶτας νόμους καὶ τὰ Ἰουδαίοις συγκεχωρημένα μόνοις, ἀναιροῦνται. καὶ οὐκ ἔστιν ἀκοῦσαι δικαστοῦ πυνθανομένου, εἰ κατὰ τήνδε τὴν νομιζομένην θεοσέβειαν ὁ σικάριος ἀγωνιζόμενος βιοῖ, μεταθέμενος μὲν ἀπολυθήσεται· ἐμμένων δὲ, τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἀπαχθήσεται. ἀλλὰ γὰρ ἀρκεῖ δειχθεῖσα ἡ περιτομὴ πρὸς ἀναίρεσιν τοῦ πεποιηκότος αὐτήν. Χριστιανοὶ δὲ μόνοι (κατὰ τὰ εἰρημένα ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος αὐτῶν,

Matth. 10.18. λέγοντος· Ἐπὶ ἡγεμόνας καὶ βασιλεῖς ἀχθήσεσθε ἕνεκεν ἐμοῦ) μέχρι τελευταίας ἀναπνοῆς ὑπὸ τῶν δικαστῶν ἐπιτρέπονται ἐξομοσάμενοι τὸν Χριστιανισμὸν, καὶ κατὰ τὰ κοινὰ ἔθη θύσαντες, καὶ ὀμόσαντες, οἴκοι γενέσθαι, καὶ ζῆν ἀκινδύνως. ὅρα δὲ εἰ μὴ μετὰ πολλῆς ἐξουσίας λέγε-

Matth. 10.32. ται τὸ, Πᾶς ὃς ἐὰν ὁμολογήσῃ ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, κἀγὼ ὁμολογήσω ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς· καὶ πᾶς ὃς ἐὰν ἀρνήσηταί με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ ἀνάβα μοι τῷ λόγῳ ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν λέγοντα ταῦτα, καὶ ὅρα μηδέπω γενόμενα προειρημένα· εἴποις ἂν ἴσως, ἀπιστῶν μὲν

* ταῦτα λέγει. αὐτῷ, ὅτι ταῦτα [φλυαρεῖ] καὶ * μάτην λέγει· οὐ γὰρ ἔσται τὰ λεγόμενα. ἀμφιβάλλων δὲ περὶ τοῦ συγκαταθέσθαι τοῖς λόγοις αὐτοῦ, εἰ μὴ ὅτι ἐὰν ταῦτα πληρωθῇ, καὶ συστῇ ἡ διδασκαλία τῶν λόγων τοῦ Ἰησοῦ, ὡς φροντίζειν τοὺς ἡγεμόνας καὶ τοὺς βασιλεῖς ἀναιρεῖν τοὺς ὁμολογοῦντας τὸν Ἰησοῦν· τότε πιστεύσομεν, ὡς μεγάλην ἐξουσίαν λαβὼν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, πρὸς τὸ σπεῖραι τοιοῦτον τὸν λόγον τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, καὶ πεπεισμένος κρατήσειν αὐτὸν, ταῦτά φησι. τίς δ' οὐ θαυμάσεται ἀναβαίνων τῷ λόγῳ ἐπ' ἐκεῖνον διδά-

Matth. 24.14. σκοντα τότε καὶ λέγοντα, Κηρυχθήσεται τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ εἰς μαρτύριον αὐτοῖς καὶ τοῖς ἔθνεσι, καὶ θεωρῶν κατὰ τὰ ὑπ' ἐκείνου εἰρημένα κεκηρυγμένον τὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ εὐαγγέλιον ἐν τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν Ἕλλησι καὶ βαρβάροις, σοφοῖς καὶ ἀνοήτοις; Πᾶσαν γὰρ φύσιν ἀνθρώπων ὁ μετὰ δυνάμεως λαληθεὶς λόγος

cum nemo alius propter dogmata quæcunq: moleſtiâ affectus eſt,

nec Epicurei nec Peripatetici

nec ipſi Samaritæ

de propagatione Evangelii

in teſtimonium illis & gentibus: & ſi quid aliud de futuris diſcipulorum perſecutionibus vaticinatus eſt? Ob quod enim dogma inter homines exortum puniuntur etiam alii? ut aliquis ex Jeſu obtrectatoribus dicat, videntem eum impia falſáque accuſari dogmata, ex hujuſmodi quoque prædictionibus aucupatum opinionem magnificam: nam ſi propter dogmatum impietatem ducendi erant aliqui ante Reges & principes, nullos priùs quàm Epicureos duci oportebat tollentes in totum providentiam; aut Peripateticos, qui negant quicquam prodeſſe preces ad Deum fuſas vel ſacrificia. Sed dicet aliquis etiam Samaritas perſecutionem pati propter ſuam religionem. Ei reſpondebimus ſicarios propter circumciſionem occidi, quòd ſeipſos mutilent, contra præſcripta legum quæ ſolis Judæis id permittunt: nec unquam auditum quòd Judex ſicario ſuæ religionis reo fecerit optionem malítne mutatâ religione abſolvi, an occidi perſtans in ea; ſed ſatis eſt ad ejus ſupplicium oſtenſa circumciſio. Chriſtianis vero ſolis (juxta illam Servatoris prædictionem; *Ante Præſides & Reges ducemini propter me:*) quamdiu ſpirant à Judicibus permittitur ejurare Chriſtianiſmum, & more aliorum ſacrificare, atque ità ſecuros domi vivere. Et vide ſi non ex authoritate, quam habuit maximam, dicatur illud; *Quicunque confeſſus fuerit me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis eſt: & quicunque negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo:* & aſcende mente ad Jeſum prædicentem hæc priusquàm fierent; niſi fortè dicturus es, nolens credere, *Nugatur & nihil agit*; non enim erunt hæc: aut animi dubius utrùm ejus dictis aſſenties donec eventus rem approbet, & doctrina ejus ſtabiliatur de Regibus & principibus id curæ habentibus, ut qui fatentur Jeſum è medio tollantur, quo facto, tum demum aſſenſuri ſumus, quòd acceptâ à Patre poteſtate miſſus ſit ad verbum inter homines diſſeminandum, quod quidem cùm certior eſſet plurimum valiturum hæc protulit. Quis item non mirabitur, aſcendens contemplatione ad illud vaticinium; *Prædicabitur Evangelium hoc in univerſo mundo, in teſtimonium ipſis & gentibus*; cùm videat juxta illam prædictionem jam prædicatum in omnibus, quæ ſub cœlo ſunt, terris Græcorum barbarorúmque tum ſapientibus, tum inſipientibus? Omnem enim humanam naturam vicit ſermo prædicatus cum potentia,

Digitized by Google

tis, nec eſt videre ullum genus hominum, à quo hæc doctrina recepta non ſit. Iſte verò incredulus Celſi Judæus, qui vanum putat quod proditum eſt de Jeſu præſcientia, conſideret quemadmodum etiam tum ſtante Hieroſolymâ, & incolumibus in ea cæremoniis Judaicis, prædixerit Jeſus quomodo à Romanis tractanda ſit. Non enim dicent quòd familiares Jeſu auditores abſque literis docuerint Evangelium, & diſcipulos reliquerint nullis inſtructos commentariis, ſcriptum eſt enim in Evangelio; *Cùm autem videbitis obſeſſam ab exercitu Hieruſalem: tunc ſcitote in proximo eſſe deſolationem ejus.* Certè, cùm hæc ſcriberentur, nulli exercitus obſidebant Hieruſalem, nec circumvallatam oppugnabant. Hoc enim fieri cœptum eſt ſub Neronis imperio, duravitque uſque ad Veſpaſiani tempora; cujus filius Titus ſolo æquavit Hieruſalem: ut Joſepho videtur propter Jacobum Juſtum, qui vocabatur frater Jeſu Chriſti: ut verò res ipſa clamat, propter Jeſum Chriſtum Dei filium. Et tamen poterat Celſus non negando ejus præſcientiam contemptum ſimulare, ſicut priùs virtutem ejus extenuare conatus eſt, magicis præſtigiis eam tribuens: poteratque dicere multos per divinandi, auſpicandi, aruſpicinæ, aſtrorúmque ſcientias cognoviſſe quid ſibi eventurum eſſet; ſed maluit hæc ut præſtantius in totum negare: quòd verò ad miracula patrata attinet, licèt aliquatenus admittat tamen ut fucata præſtigiis calumniatur. Phlegon certè, in decimo tertio aut, ni fallor, in decimo quarto Chronicorum ſuorum volumine, fatetur ingenuè Chriſtum præſciviſſe futura, confundens Petrum cum Jeſu, teſtatúrque eveniſſe quicquid prædictum fuerat: nihilominùs iſte quoque vel propter hanc præſcientiam penè invitus fatetur, non fuiſſe divinâ virtute vacuum ſermonem, quem accepimus à majoribus. Addit Celſus; *Diſcipulos Jeſu, ut re manifeſtâ nihil valentes fingere, excogitâſſe ut dicerent eum præſciſſe omnia:* quia non legit, aut legere noluit, quod veraciſſimè ſcriptum eſt, illud quoque dictum ab eo diſcipulis; *Omnes vos ſcandalizabimini nocte hac:* ut reverà factum eſt. Petro etiam prædictum, quòd ante galli cantum ter negaturus eſſet Dominum, & ter negâſſe Petrum juxta vaticinium. Nam niſi fuiſſent veritatis ſtudioſi, aut ſi (ut Celſo videtur) figmentis ſcribendis delectati fuiſſent: nec

κεκράτηκε· καὶ οὐκ ἔστι τι γένος ἰδεῖν ἀνθρώπων, ὃ ἐκπέφευγε παραδέξασθαι τὴν Ἰησοῦ διδασκαλίαν. ὁ δὲ ἀπιστῶν παρὰ τῷ Κέλσῳ Ἰουδαῖος περὶ τοῦ Ἰησοῦ, ὅτι πάντα τὰ συμβάντα αὐτῷ προῄδει, κατανοησάτω τίνα τρόπον, ἔτι συνεστώσης τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ πάσης τῆς Ἰουδαϊκῆς 3 *de excidio Jerusalem*
λατρείας γινομένης ἐν αὐτῇ, προεῖπεν Ἰησοῦς τὰ συμβησόμενα αὐτῇ ὑπὸ Ῥωμαίων. οὐ γὰρ δὴ τοὺς αὐτοῦ Ἰησοῦ γνωρίμους καὶ ἀκροατὰς φήσουσι χωρὶς γραφῆς τὴν τῶν εὐαγγελίων παραδεδωκέναι διδασκαλίαν, καὶ καταλελοιπέναι τοὺς μαθητὰς χωρὶς τῶν περὶ Ἰησοῦ ἐν γράμμασιν ὑπομνημάτων. γέγραπται δὴ ἐν αὐτοῖς τὸ, Ὅταν δὲ ἴδητε κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων τὴν Ἱερουσαλὴμ, τότε γνῶτε ὅτι ἤγγικεν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς. Lucæ 21. 20.
καὶ οὐδαμῶς τότε ἦν στρατόπεδα περὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ κυκλοῦντα αὐτὴν, καὶ περιέχοντα καὶ πολιορκοῦντα. τοῦτο γὰρ ἤρξατο μὲν ἔτι Νέρωνος βασιλεύοντος, παρέτεινε δὲ ἕως τῆς Οὐεσπασιανοῦ ἡγεμονίας· οὗ ὁ υἱὸς Τίτος καθεῖλε τὴν Ἱερουσαλὴμ. ὡς μὲν Ἰώσηπος γράφει, διὰ Ἰάκωβον τὸν δίκαιον, τὸν ἀδελφὸν Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ· ὡς δὲ ἡ ἀλήθεια παρίστησι, διὰ Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ. Ἐδύνατο μέντοι, παραδεξάμενος ἢ συγχωρήσας ὁ Κέλσος τὸ προεγνωκέναι αὐτὸν τὰ συμβησόμενα αὐτῷ, ἐξευτελίζειν μὲν τοῦτο δοκεῖν· ὥσπερ πεποίηκεν ἐπὶ τῶν δυνάμεων, γοητεία φάσκων αὐτὰς γεγονέναι· καὶ ἐδύνατό [γε] λέγειν, ὅτι πολλοὶ ἀπὸ μαντειῶν, τῶν ἐν οἰωνοῖς, ἢ ὄρνισιν, ἢ θυτικῇ, ἢ γενεθλιαλογίᾳ, ἔγνωσαν τὰ ἀπαντησόμενα αὐτοῖς. ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐκ ἠθέλησε συγχωρῆσαι, ὡς μεῖζον· τὸ δὲ τὰς δυνάμεις πεποιηκέναι παραδεξάμενός πως, δοκεῖ αὐτὸ προφάσει γοητείας διαβεβληκέναι. Φλέγων μέντοι ἐν τρισκαιδεκάτῳ, ἢ τεσσαρεσ- *Phlegon*
καιδεκάτῳ (οἶμαι) τῶν Χρονικῶν, καὶ [τὴν] περί τινων μελλόντων πρόγνωσιν ἔδωκε τῷ Χριστῷ, συγχυθεὶς ἐν τοῖς περὶ Πέτρου ὡς περὶ τοῦ Ἰησοῦ· καὶ ἐμαρτύρησεν, ὅτι κατὰ τὰ εἰρημένα ὑπ' αὐτοῦ τὰ λεγόμενα ἀπήντησε. πλὴν κἀκεῖνος καὶ διὰ τῶν κατὰ τὴν πρόγνωσιν, ἄκων, ὡσπερεὶ οὐ * κενὸν θειοτέρας δυνάμεως ἀπεφήνατο εἶναι τὸν ἐν τοῖς πατράσι τῶν δογμάτων λόγον. * χενὸν.
Φησὶ δὲ ὁ Κέλσος. "ὅτι καὶ μαθηταὶ τοῦ Ἰησοῦ, ἐπὶ πράγματι περιφανεῖ μηδὲν ἔχοντες ἐπικαλύψασθαι, τοῦτο ἐπενόησαν, τὸ λέγειν αὐτὸν πάντα προεγνωκέναι. οὐκ ἐπιστήσας ἢ οὐ βεληθεὶς ἐπιστῆσαι τῷ φιλαλήθει τῶν γραψάντων ὁμολογησάντων καὶ προειρηκέναι τὸν Ἰησοῦν τοῖς μαθηταῖς, ὅτι πάντες ὑμεῖς σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ, καὶ ἐληλυθέναι, σκανδαλισθέντων αὐτῶν. Matth. 26.31.
προειρηκέναι δὲ καὶ τῷ Πέτρῳ, ὅτι πρὶν ἀλεκτοροφωνίας ἀρνήσῃ με τρίς· καὶ ὅτι Πέτρος τρὶς ἠρνήσατο, εἰ γὰρ μὴ ἦσαν φιλαλήθεις, ἀλλ' (ὡς οἴεται Κέλσος) πλάσματα ἀναγράφοντες, οὐκ ἂν Πέτρον ἀνέ- Ibid. v. 34.

4. ex studio veritatis quomodo prophetiam de negatione Petri ... afflictione divulgabant

γράψαι ἀνιστορησάμενοι, ἢ τοὺς μαθητὰς Ἰησοῦ σκανδαλιζομένους. τίς γὰρ, εἰ καὶ γέγονε ταῦτα, ἤλεγξε τὸν λόγον ὅτι οὕτως ἀπέβη; καίτοι γε, κατὰ τὸ εἰκὸς, ἐχρῆν σιωπᾶσθαι ταῦτα ἀνθρώποις βουλομένοις διδάσκειν τοὺς ἐντυγχάνοντας εὐαγγελίοις θανάτου καταφρονεῖν, ὑπὲρ τῆς ὁμολογίας τοῦ Χριστιανισμοῦ. νυνὶ δὲ, ὁρῶντες ὅτι ὁ λόγος δυνάμει κρατήσει τῶν ἀνθρώπων, ἔθηκαν καὶ τὰ τοιαῦτα, οὐκ οἶδ' ὅπως οὐ βλάψοντα τοὺς ἐντυγχάνοντας, οὐδὲ πρόφασιν δώσοντα ἀρνήσεως. "Πάνυ δ' εὐήθως φησὶ, τοὺς μαθη-"τὰς πρὸς παραίτησιν τῶν κατὰ τὸν Ἰησοῦν ἀνα-"γεγραφέναι περὶ αὐτοῦ τοιαῦτα· ὥσπερ, φησὶν, "εἴ τις λέγων εἶναί τινα δίκαιον, δεικνύει αὐ-"τὸν ἀδικοῦντα· καὶ λέγων ὅσιον, δεικνύει φονεύ-"οντα· καὶ λέγων ἀθάνατον, δεικνύει νεκρόν· "πᾶσι τούτοις * προσφέρων, ὅτι προειρηκὼς αὐ-"τὰ ἐτύγχανεν. αὐτόθεν γὰρ ἀνόμοιον αὐτοῦ τὸ παράδειγμα· ἐπεὶ οὐδὲν ἄτοπόν ἐστιν, ἀνειληφότα τὸν ἐσόμενον ἀνθρώποις ἐκκείμενον σκοπὸν περὶ τοῦ πῶς δεῖ βιοῦν, ὑποδεδειχέναι ὡς δεῖ ὑπὲρ εὐσεβείας ἀποθνήσκειν, χωρὶς τοῦ χρήσιμόν τι τῷ παντὶ γεγονέναι τὸ ὑπὲρ ἀνθρώπων αὐτὸν ἀποθανεῖν, ὡς ἐν τῷ πρὸ τούτου ἐδείξαμεν λόγῳ. εἶτ' οἴεται, ὅτι πᾶσα ἡ τοῦ πάθους ὁμολογία, βεβαιοῖ τὸν ἔλεγχον, οὐ λύει. οὐ γὰρ οἶδεν ὅσα περὶ τούτου καὶ παρὰ τῷ Παύλῳ πεφιλοσόφηται, [καὶ] ὑπὸ τῶν προφητῶν λέλεκται· ἔλαθε δὲ αὐτὸν τὸ εἰρηκέναι τινὰ τῶν ἐν ταῖς αἱρέσεσι, δοκήσει τὸν Ἰησοῦν ταῦτα πεπονθέναι, οὐ πεπονθότα· οὐ γὰρ ἐγνωκὼς εἶπε τὸ, "οὐδὲ γὰρ τοῦτο "* εἴπετε, ὅτι ἐδόκει μὲν τοῖς * ἀσεβέσιν ἀν-"θρώποις ταῦτα πάσχειν, οὐκ ἔπασχε δέ· ἀλλ' "ἄντικρυς παθεῖν ὁμολογεῖτε. ἀλλ' ἡμεῖς τὸ δοκεῖν ἐπὶ τοῦ παθεῖν οὐ τάσσομεν, ἵνα μὴ ψευδὴς αὐτοῦ καὶ ἡ ἀνάστασις ᾖ, ἀλλ' ἀληθής. ὁ γὰρ ἀληθῶς ἀποθανὼν, εἰ ἀνέστη, ἀληθῶς ἀνέστη· ὁ δὲ δοκῶν ἀποτεθνηκέναι, οὐκ ἀληθῶς ἀνέστη. ἐπεὶ δὲ τὰ περὶ τῆς ἀναστάσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ χλευάζουσιν οἱ ἄπιστοι, παραθησόμεθα μὲν καὶ Πλάτωνα λέγοντα * Ἦρα τὸν Ἀρμενίου μετὰ δώδεκα ἡμέρας ἐκ τῆς πυρᾶς ἐγηγέρθαι, καὶ ἀπηγγελκέναι τὰ περὶ τῶν ἐν ᾅδου. ὡς πρὸς ἀπίστους δὲ καὶ τὰ περὶ τῆς παρὰ τῷ Ἡρακλείδῃ ἄπνου, οὐ πάντη ἔσται εἰς τὸν τόπον ἄχρηστα. πολλοὶ δ' ἱστόρηνται καὶ ἀπὸ τῶν μνημείων ἐπανελθόντες οὐ μόνον αὐτῆς ἡμέρας, ἀλλὰ γὰρ καὶ τῇ ἑξῆς. τί οὖν θαυμαστὸν, εἰ ὁ παράδοξα πολλὰ ποιήσας, καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον, καὶ οὕτως ἐναργῆ, ὡς μὴ * δυνάμενον ἀντιβλέψαι τῷ γεγονέναι αὐτὰ, κακίζειν διὰ τοῦ κοινοποιεῖν * αὐτὰ πρὸς τὰς γοητείας, καὶ περὶ τὴν ἑαυτοῦ τελευτὴν ἔσχε τι πλεῖον· ἵνα ἑκοῦσα μὲν τὸ σῶμα καταλίπῃ ἡ ψυχὴ, οἰκονομήσασα δέ τινα ἔξω αὐτοῦ, πάλιν ἐπανέλθῃ ὅτε βούλεται; τοιοῦτον δ' ἀναγέγραπται παρὰ τῷ Ἰωάννῃ εἰρη-

Petri negationem, nec diſcipulos ſcandalizatos retuliſſent in literas. Quis enim eos reprehendiſſet hoc nomine? atqui valde conveniebat ut hæc ſilerentur ab hominibus volentibus ut mortis contemptus diſceretur ex lectione Evangelii, quoties agitur de profeſſione Chriſtianiſmi: nunc verò, videntes quòd ſermonis vis ſubactura eſſet homines, inſeruerunt & talia, neſcio quomodo nihil ob futura lectoribus, nec occaſionem datura negandi. Addit valde ſtultè, *Diſcipulos hæc, ut excuſarent magiſtrum ſuum, dixiſſe: ac ſi*, inquit, *aliquis affirmans quempiam eſſe juſtum, oſtenderet eum iniquè agere: & dicens pium, oſtenderet cædem patrare; aut dicens immortalem oſtenderet mortuum, præfando ad ſingula, præſciſſe illum hæc omnia.* At iſta collatio nihil habet ſimile: quia nihil abſurdum eſt eum, qui ſe hominibus exemplar vitæ exhibere ſtuduit, oſtendiſſe non fugiendam mortem pro pietate: ut interim taceam, mortem ejus utilem fuiſſe univerſo humano generi, ſicut ſuperiore volumine docuimus. Poſtea putat confeſſionem paſſionis ad criminationem illius non ad abſolutionem facere. Neſcit enim quàm multa ſapienter à Paulo ſcripta ſint de hoc negotio, quàm multa item à Prophetis ſint prædicta. Latuit enim Celſum hæreticum quendam dixiſſe Jeſum apparenter tantùm hæc perpeſſum eſſe, cùm reverà nil pateretur, alioqui ſi ſciſſet, non ità loqueretur dicens; *Non enim pati illum piis hominibus viſum docetis, non reverà paſſum, ſed apertè paſſum affirmatis.* Minimè verò pati putatum dicimus, nè falſa ſit ejus & reſurrectio, non vera: nam qui verè mortuus eſt ſi reſurrexit, reſurrexit reverâ; qui autem mori putatus eſt, non reſurrexit verè. Quoniam autem Jeſu Chriſti reſurrectionem irrident infideles, adducemus huc Platonem: qui narrat Erum Armenium poſt duodecim dies è rogo excitum retuliſſe de iis quæ ſunt apud inferos. Et quoniam ad infideles diſſerimus, quadrant huc & illa quæ Heraclides de muliere defuncta memorat. Multi etiam alii feruntur reverſi à monumentis, vel eadem die, vel inſequenti. Quid igitur mirum ſi is, qui tam multa fecit miracula humanam naturam ſuperantia, idque tam manifeſtè, ut qui inficiari non poſſunt cavillentur fuiſſe præſtigias, etiam in obitu ſuo quiddam eximium habuit: ut anima ſponte relicto corpore poſt quædam extra illud diſpenſata, ſuo arbitratu reverſa ſit. Sic enim alicubi apud Joannem loquitur; *Nemo*

Margin notes:

sub. Dei-Jud

Celsus prædictionem malam eſſe ... medelam

* ἐπιφέρων.

Crimen diluit Or. indicando mortis J[esu] finem

p. 24 l. 53 p. 41 l. 42; et p. 51 l. 33

* εἴπατε.
* εὐσεβέσιν.

Plato. lib. 10. de repub.
* Ἦρ.

et mali Platonis & Heraclidis de ... ad vitam rever... fabulas laudans

* δυναμένων.
* αὐτό.

de ... anima ... relinquere ...

Nemo tollit animam meam à me; ſed ego pono eam à meipſo: poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo ſumendi eam. Et fortaſſis ideò maturavit egreſſum è corpore, ut conſervaret id integrum, nec frangerentur ejus crura, ſicut unà crucifixorum latronum. Nam milites fregerunt cura primi & alterius, qui crucifixus eſt cum eo: *ad Jeſum autem cum veniſſent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura.* Jam ergò reſpondimus ad illud; *Qui credibile eſt eum prædixiſſe? cæterùm quomodò immortalis ſit is qui mortuus eſt?* Diſcat qui vult, quòd non mortuus eſt immortalis, ſed qui reſurrexit è mortuis: non ſolùm igitur mortuus immortalis non eſt, ſed nè Jeſus quidem antequam moreretur ille compoſitus immortalis erat, quandoquidem erat moriturus: nemo enim moriturus immortalis eſt; ſed immortalis, quando non ampliùs moritur. *Chriſtus autem reſurgens à mortuis jam non moritur: mors ei non ampliùs dominabitur;* etiamſi nolint hæc intelligere qui capaces non ſunt. Jam illud quàm ſtultum; *Quinam Deus, aut dæmon, aut homo prudens præſciens talia ſibi eventura, non, ſi quidem potuiſſet, declinaſſet, ſed volens incidiſſet in quæ præſenſerat?* Atqui Socrates ſciebat epotâ cicutâ ſe moriturum: & poterat, ſi quidem parere Critoni voluiſſet, incolumis evadere cuſtodiam; ſed maluit, certam quandam ſuam rationem ſecutus, mori philoſophicè, quàm vivere vitam indignam philoſopho. Sed & Leonidas, Lacedæmoniorum imperator, ſciens jamjam ſe moriturum cum Thermopylarum præſidiariis, non dedit operam ut turpiter viveret; ſed dixit ad ſocios, *Prandeamus tanquam apud inferos cœnaturi:* qualia multa in hiſtoriis inveniuntur, ſi cui libeat colligere talia. Quid igitur mirum, ſi Jeſus futurorum non neſcius non ea vitavit; ſed incidit in præcognita? cùm & Paulus, diſcipulus ejus, audito quid paſſurus eſſet Hieroſolymis, nihilo ſecius expoſuit ſe periculis, increpans etiam lachrymantes & obſtantes nè illuc aſcenderet. Quin & noſtro tempore multi ſcientes moriendum ſibi ſi confiteantur Chriſtianiſmum; abnegatio verò abſolvendos ſe recepturóſque etiam bona confiſcata, contempſerunt vitam, & ultrò mortem ob pietatem elegerunt. Deinceps verò & aliud æquè ſtultum dicit Celſi Judæus; *Quomodo ſi prædixit & de proditore & de negatore, non ut Deum timuerunt, ut alter à proditione, alter à negatione abſtineret?* Nec videt ſapientiſſimus iſte

εἶναι ὁ Ἰησοῦς λέγων, ἐν τῷ, Οὐδεὶς αἴρει τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ, ἀλλ' ἐγὼ τίθημι αὐτὴν ἀπ' ἐμαυτοῦ. ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι αὐτὴν, καὶ πάλιν ἐξουσίαν ἔχω λαβεῖν αὐτήν. καὶ τάχα διὰ τοῦτο προλαβὼν ἐξελήλυθεν ἀπὸ τοῦ σώματος, ἵνα αὐτὸ τηρήσῃ, καὶ μὴ κατεαχθῇ τὰ σκέλη, ὡς τὰ τῶν σὺν αὐτῷ σταυρωθέντων λῃστῶν. τοῦ μὲν γὰρ πρώτου οἱ στρατιῶται κατέαξαν τὰ σκέλη, καὶ τοῦ ἄλλου τοῦ συσταυρωθέντος αὐτῷ· ἐπὶ δὲ τὸν Ἰησοῦν ἐλθόντες, καὶ ἰδόντες ὅτι ἐξέπνευσεν, οὐ κατέαξαν αὐτοῦ τὰ σκέλη. εἰρήκαμεν οὖν πρὸς τὸ, “πόθεν οὖν πιστὸν τὸ προειρηκέναι. τὸ δὲ, πόθεν ἀθάνατος ὁ νεκρός; μανθανέτω ὁ βουλόμενος, ὅτι οὐχ ὁ νεκρὸς ἀθάνατος, ἀλλ' ὁ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν. οὐ μόνον δ' οὖν οὐχ ὁ νεκρὸς ἀθάνατος, ἀλλ' οὐδ' ὁ πρὸ τοῦ νεκροῦ Ἰησοῦς ὁ σύνθετος ἀθάνατος ἦν, ὅς γε ἔμελλε τεθνήξεσθαι. οὐδεὶς γὰρ τεθνηξόμενος, ἀθάνατος· ἀλλὰ ἀθάνατος, ὅτε οὐκέτι τεθνήξεται. Χριστὸς δὲ ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν, οὐκέτι ἀποθνήσκει, θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει. κἂν μὴ βούλωνται οἱ, ταῦτα πῶς εἴρηται, νοῆσαι μὴ χωρήσαντες. Σφόδρα δὲ μωρὸν καὶ τό· “Τίς ἂν ἢ Θεὸς, ἢ δαίμων, ἢ ἄνθρωπος φρόνιμος προειδὼς αὐτῷ τοιαῦτα συμβησόμενα, οὐκ ἂν (εἴ γε ἐδύνατο) ἐξέκλινεν, ἀλλὰ συνέπιπτεν οἷς προηπίστατο; Καὶ Σωκράτης γοῦν ᾔδει τὸ κώνειον πιόμενος καὶ τεθνηξόμενος, καὶ ἐδύνατο, εἴπερ ἐπείθετο τῷ Κρίτωνι, ὑπεξελθὼν τὴν φυλακὴν μηδὲν τούτων παθεῖν· ἀλλ' εἵλετο, κατὰ τὸ φαινόμενον αὐτῷ εὔλογον, κρεῖττον αὐτῷ εἶναι φιλοσόφως ἀποθανεῖν, ἢ ἀφιλοσόφως ζῆν. Ἀλλὰ καὶ * Λεωνίδας, ὁ Λακεδαιμονίων στρατηγὸς, εἰδὼς ὅσον οὐδέπω τεθνηξόμενος μετὰ τῶν ἐν Θερμοπύλαις, οὐκ ἐπραγματεύσατο τὸ ζῆσαι αἰσχρῶς· ἀλλ' εἶπε τοῖς σὺν αὐτῷ, Ἀριστῶμεν, ὡς ἐν ᾅδου δειπνοποιησόμενοι. οἷς δὲ μέλει ἱστορίας τοιαύτας συναγαγεῖν, πολλὰ εὑρήσουσι. καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ ὁ Ἰησοῦς, ἐπιστάμενος τὰ συμβησόμενα, οὐκ ἐξέκλινεν· ἀλλὰ περιέπιπτεν οἷς καὶ προηπίστατο; ὅπου καὶ Παῦλος, ὁ μαθητὴς αὐτοῦ, ἀκούσας τὰ συμβησόμενα αὐτῷ ἀναβάντι εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, ὁμόσε τοῖς κινδύνοις ἐχώρησεν, ἐπιπλήσσων καὶ τοῖς δακρύουσι περὶ αὐτὸν καὶ κωλύουσιν ἀναβῆναι εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα. πολλοὶ δὲ καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ἐπιστάμενοι, ὡς ὁμολογήσαντες μὲν Χριστιανισμὸν, ἀποθανοῦνται· ἀρνησάμενοι δὲ, ἀπολυθήσονται, καὶ τὰ ὑπάρχοντα ἀπολήψονται, κατεφρόνησαν μὲν τοῦ ζῆν, ἑκουσίως δὲ τὸν ὑπὲρ εὐσεβείας θάνατον εἵλοντο. Ἑξῆς δὲ τούτῳ καὶ ἄλλο εὔηθές φησιν ὁ παρὰ τῷ Κέλσῳ Ἰουδαῖος, ὅτι “πῶς, εἴπερ προεῖπε καὶ τὸν προδώσοντα καὶ τὸν ἀρνησόμενον, οὐκ ἂν ὡς Θεὸν ἐφοβήθησαν, ὡς τὸν μὲν μὴ προδοῦναι ἔτι, τὸν δὲ μὴ ἀρνήσασθαι; Καὶ οὐχ ὁρᾷ γε ὁ σοφώτατος Κέλ-

Joan. 10. 18.

Joan. 19. 32.

Roman. 6. 9.

* Λεωνίδης.

Act. 21. 12.

Reſp. Or. hoc argumentum parum cum Dei præſcientiâ conſtare

σας ἐν τῷ τόπῳ τὴν μάχην, ὅτι μὲν ὡς Θεὸς προέγνω, καὶ οὐχ οἷόν τε ἦν αὐτοῦ τὴν πρόγνωσιν ψεύσασθαι· οὐχ οἷόν τε ἦν οὔτε τὸν ἐγνωσμένον ὡς προδώσοντα μὴ προδοῦναι, οὔτε τὸν ἐλεγχθέντα ἀρνησόμενον μὴ ἀρνήσασθαι. εἰ δ' οἷόν τ' ἦν τὸν δὲ μὲν μὴ προδῶσαι, τὸν δὲ μὴ ἀρνήσασθαι, ὡς καὶ γενέσθαι ἂν τὸ μὴ προδοῦναι καὶ τὸ μὴ ἀρνήσασθαι ἐν τοῖς ταῦτα προμεμαθηκόσιν, οὐκέτι ἀληθὴς ἦν ὁ λέγων, ὅτι ὅδε μὲν προδώσει, ὅδε δὲ ἀρνήσεται. καὶ γὰρ εἰ προέγνω προδώσοντα, τὴν πονηρίαν εἶδεν ἀφ' ἧς προδώσει, ἥτις οὐ πάντως ἐκ τῆς προγνώσεως ἀνετέτραπτο. πάλιν τε αὖ εἰ κατείληφε τὸν ἀρνησόμενον, τὴν ἀσθένειαν ἰδὼν, ἀφ' ἧς ἀρνήσεται, προεῖπεν ὅτι ἀρνήσεται· ἡ δ' ἀσθένεια οὐκ

nec malitiam unius nec ignaviam alterius cuiſpiam ini quod prædixiſſet

ἔμελλεν ἀνατρέπεσθαι οὕτως ἀθρόως ὑπὸ τῆς προγνώσεως. Πόθεν δὲ καὶ τό· "Ἀλλ' αὐτοὶ "προέδωκάν τε καὶ ἠρνήσαντο, μηδὲν αὐτοῦ φροντίσαντες; Ἐδείχθη γὰρ ὅτι, περὶ μὲν τοῦ προδότης ψεῦδος, τὸ, μηδαμῶς αὐτὸν περιφρονηκότα τοῦ διδασκάλου προδεδωκέναι. οὐδὲν δ' ἧττον καὶ περὶ τοῦ ἀρνησαμένου τοῦτο δείκνυται, ὃς ἐξ-

p. 65. l. 31.

Matth. 26. 75. ελθὼν ἔξω, μετὰ τὸ ἀρνήσασθαι, ἔκλαυσε πικρῶς. Ἐπιπόλαιον δὲ καὶ τό· "Ἤδη γάρ τις καὶ ἄνθρωπος ἐπιβουλευόμενός τε καὶ προαισθόμενος, ἐὰν "προείπῃ τοῖς ἐπιβουλεύουσιν, ἀποτρέπονται καὶ φυλάσσονται. Πολλοὶ γὰρ καὶ προαισθομένοις τοῖς ἐπιβουλευομένοις ἐπεβούλευσαν. Ἑξῆς δὲ, ὥσπερεὶ τὸ συμπέρασμα ἐπάγων [τῷ λόγῳ,] φησίν· "Οὐκοῦν, ἐπειδὴ προείρηται ταῦτα, γέγονεν· "ἀδύνατον γάρ. ἀλλ' ἐπειδὴ γέγονε, ψεῦδος "ἐλέγχεται τὸ προειρηκέναι· πάντη γὰρ ἀμήχανον "τοὺς προακούσαντας ἔτι προδοῦναι καὶ ἀρνήσασθαι. Ἀνατραπεῖσι δὲ τοῖς προειρημένοις, συνανατρέπεται τὸ συμπέρασμα τὸ, καὶ ἐπεὶ προείρητο ταῦτα, γέγονε. Φαμὲν δ' ὅτι καὶ γέγονεν, ὡς δυνατόν· καὶ ἐπεὶ γέγονεν, ἀληθὲς δείκνυται τὸ προειρηκέναι· τὸ γὰρ περὶ μελλόντων ἀληθὲς, τοῖς ἐκβάσεσι κρίνεται. ψεῦδος οὖν τὸ ὑπ' αὐτοῦ οὕτως εἰρημένον, ὅτι ψεῦδος ἐλέγχεται τὸ προειρηκέναι· καὶ μάτην λέλεκται τῷ Κέλσῳ τὸ, "πάντη γὰρ ἀμήχανον τοὺς προακούσαντας ἔτι "προδοῦναι καὶ ἀρνήσασθαι. Μετὰ ταῦτα ἴδωμεν πῶς λέγει· "Ταῦτα Θεὸς (φησὶν) ὢν προεῖ-"πε, καὶ πάντως ἐχρῆν γενέσθαι τὸ προειρημένον· "Θεὸς ἦν τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς καὶ προφήτας, "μεθ' ὧν συνέδειπνει καὶ συνέπινεν, εἰς τοῦτο "περιήγαγεν, ὥς γε ἀσεβεῖς καὶ ἀνοσίους γενέσθαι, "ὃν ἐχρῆν μάλιστα πάντας ἀνθρώπους εὐεργετεῖν, διαφερόντως δὲ τοὺς ἑαυτοῦ συσσίτους. ἢ "ἀνθρώπῳ μὲν ὁ κοινωνήσας τραπέζης, οὐκ ἂν "ἔτι ἐπεβούλευσε· Θεῷ δὲ συνευωχηθεὶς, ἐπίβουλος ἐγίνετο. καὶ, ὅπερ ἔτι ἀτοπώτερον, "αὐτὸς ὁ Θεὸς τοῖς συντραπέζοις ἐπεβούλευσε, προδότας καὶ δυσσεβεῖς ποιῶν. Καὶ πρὸς ταῦτα δὲ, ἐπεὶ βούλει καὶ τοῖς ἐμοὶ φαινομένοις

nec contra Celſi dictum, caret exemplo, quod illi, qui inſidias ſentiat & prædicat inſidiatoribus, inſidias nihilominus fieri.

Celſi concluſio contra veritatem prædictionis evertitur contrariâ illatione.

Celſus arguit rem prædictam neceſſario factum iri quod prædixiſſet

T. Deus . . . ſtitur ὥστε ἀσεβεῖς. commilitones ſuos ut impii fierent, coegit

. at nemo hominis convictor eum, inſidias ſtruere vellet

. . . . convictoribus inſidiatum . . .

Celſus hoc loco pugnantia ſe loqui, quia ſi ut Deus præſciebat, non poterat ejus præſcientia fallere; nec erat poſſibile vel præcognitum proditorem non prodere, vel redargutum ut negatorem non negare. Quòd ſi poſſibile erat alterum non fore proditorem, alterum non fore negatorem, ut præmoniti à prodendo negandóve abſtinerent, jam non fuiſſet verax, qui prædicebat alterum proditurum, negaturum alterum: námque ſi præſciebat proditurum, malitiam ſciebat proditoris, cui nihil obſtabat iſta præcognitio: ac rurſum intellectâ imbecillitate negaturi per quam negaturus eſſet, negaturum prædixit, quia utique imbecillitas hæc non tollebatur per præſcientiam. Quid ergo ſibi volunt illa verba; *At illi parvi facientes eum & prodiderunt & negaverunt?* Jam enim oſtenſum eſt de proditore hoc falſum, quòd præceptorem per contemptum prodiderit: nihilo minùs & de negatore idem oſtenditur, qui egreſſus foràs poſt negationem flevit amarè. Itaque vanum & illud; *Certè homo etiam præſentiens inſidias ſi prædicat inſidiatoribus, avertuntur à propoſito, & cavent ſibi.* Quàm multi enim præſentientibus quoque inſidiari non deſtiterunt. Tandem, veluti ſermonem concludens, inquit; *Ergo quia prædicta ſunt hæc, facta ſunt; nec enim poteſt aliter fieri: ſed quia facta ſunt, mendacium deprehenditur quòd prædicta ſint; omnino enim inconſiſtens eſt ut præmoniti vel proderent vel negarent.* Verùm quia præmiſſa confutata ſunt, ſubvertitur & concluſio iſta; *Quia prædicta ſunt hæc facta ſunt.* Aimus autem, ut poſſibile eſſe factum: & quia factum eſt, verum oſtenditur quòd prædictum ſit; nam futurorum veritas judicatur ex eventibus. Falſa eſt igitur iſtius propoſitio; *mendacium deprehendi quod de prædiction:* dicitur: & inaniter Celſus dixit illud; *Omnino enim inconſiſtens eſt ut præmoniti vel negarent vel proderent.* Videamus quid dicat poſtea; *Hæc,* inquit, *cùm Deus eſſet prædixit, & omnino oportebat fieri quod prædixerat. Deus ergo ſuos diſcipulos & Prophetas, cum quibus cibum & potum ſumebat, eò neceſſitatis adduxit, ut contra jus ac pietatem facerent; qui debuerat cùm in alios omnes eſſe beneficus, tum præcipuè in ſodales ſuos: & homini nemo unquam inſidiatus eſt particeps menſæ, Deo verò inſidiatus eſt; vel potiùs Deus inſidiatus eſt ſociis menſæ, proditores & impios faciens.* Reſpondebimus & ad hæc, quando jubes ut nè iſta quidem argumenta prætercam quæ mihi videntur frivola.

Digitized by Google

frivola. Celſus putat quod aliquis præſcius prædixit ideo fieri, quia prædictum eſt: nos verò hoc non concedentes aimus non prædictorem cauſam eſſe futuri, ſed futurum illud, quod omnino eventurum erat, etiam nemine prædicente, præcognitori cauſam prædicendi præbuiſſe. Totum enim hoc in præcognitione vatis eſt, cùm alterutrum fieri poſſit, fore hoc alterum. Non dicimus præcognitorem adimere poſſibilitatem ut vel fiat vel non, ac ſi diceret ità; Hoc omnino erit, & impoſſibile eſt ſecus fieri. Id quod in univerſum intelligitur de omnibus quæcunque de nobis præſciri poſſunt, ſive juxta divinam ſcripturam, ſive juxta Græcorum hiſtorias: alioqui ſophiſma illud quod Dialectici ἀργὸν λόγον nominant, non erit ſophiſma Celſo judice, cùm reverà ſophiſma ſit. Quod ut intelligatur, à Scripturis adducam de Juda Prophetias, & Servatoris noſtri de ipſo ut proditore præſcientiam: ex Græcorum verò hiſtoriis oraculum Laio redditum, ſinens interim verè eſſe redditum, quando præſenti de Juda diſputationi non officit. In centeſimo octavo Pſalmo, cujus initium eſt *Deus laudem meam ne tacueris*, ex perſona Servatoris dicitur *Os peccatoris, & os doloſi apertum eſt contra me*: & modò obſerves quæ in eo Pſalmo ſcripta ſunt, invenies præcognitum, ſicut proditorem Servatoris fore, ità cauſam proditionis fore in ipſo, ut dignus ſit imprecationibus, quas Prophetia continet. *Hæc, inquit, patiatur, quia non eſt recordatus miſericordiam facere, & perſecutus eſt hominem mendicum & pauperem.* Ergò poterat recordari faciendæ miſericordiæ, nec perſequi quem perſecutus eſt: & quamvis poterat, non fecit, ſed prodidit, ut dignus ſit diris Prophetiæ. Græcis verò adducemus id quod dictum eſt apud Tragicum Laio, ſive totidem verbis, ſive in eandem ſententiam. Ei præſcius futurorum ſic loquitur.

Ne ſerito ſulcum liberûm invitis Diis:
Nam ſi genueris filium te morti dabit,
Et tua reſuſo ſanguine undabit domus.

Hic quoque intelligitur, poſſibile fuiſſe Laio non ſerere ſulcos procreandis liberis: quod ni caveret fatale erat eum pati tragica illa mala, quæ feruntur de ipſo & Jocaſta communibuſque liberis. Hujuſmodi eſt & ſophiſma illud vocatum ἀργὸς λόγος, quod ægrotum ſophiſticè dehortatur nè ſanitatis causâ utatur medico hoc pacto; Si tibi fatale eſt, è morbo reſurges, ſive accerſas

εὐτελέσι τοῖς Κέλσου ἐπιχειρήμασιν ἀπαντῶν, τοιαῦτα φήσομεν. ὁ μὲν Κέλσος οἴεται διὰ τοῦτο γίνεσθαι τὸ ὑπό τινος προγνώστου θεσπισθὲν, ἐπεὶ ἐθεσπίσθη. ἡμεῖς δὲ τοῦτο οὐ διδόντες φαμὲν οὐχὶ τὸν θεσπίσαντα αἴτιον εἶναι τοῦ ἐσομένου, ἐπεὶ προεῖπεν αὐτὸ γενησόμενον, ἀλλὰ τὸ [ἐσόμενον] ἐσόμενον ἄν, καὶ μὴ θεσπισθὲν, τὴν αἰτίαν τῷ προγνώστῃ παρεσχηκέναι τοῦ αὐτὸ προειπεῖν. Καὶ ὅλον γε τοῦτο ἐν τῇ προγνώσει τοῦ θεσπίζοντος αὐτὸ τυγχάνει, * δυνατοῦ ὄντος τοῦδέ τινος γενέσθαι, ἔσται τὸ ἕτερον αὐτῶν τόδε τι. καὶ οὐ φαμὲν, ὅτι ὁ προγινώσκων ὑφελὼν τὸ δυνατὸν εἶναι γενέσθαι καὶ μὴ γενέσθαι, οἱονεὶ [τὸ] τοιοῦτόν τι λέγει· * Τόδε πάντως ἔσται καὶ ἀδύνατον ἑτέρως γενέσθαι. καὶ τὸ τοιοῦτο φθάνειν ἐπὶ πᾶσαν τὴν περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν τινος πρόγνωσιν, εἴτε κατὰ τὰς θείας γραφὰς, εἴτε κατὰ τὰς Ἑλλήνων ἱστορίας. καὶ ὁ καλούμενός γε παρὰ τοῖς διαλεκτικοῖς ἀργὸς λόγος, σόφισμα τυγχάνων, οὐκ ἔσται μὲν σόφισμα, ὅσον ἐπὶ τῷ Κέλσῳ, κατὰ δὲ τὸν ὑγιῆ λόγον σόφισμά ἐστιν. ἵνα δὲ τὸ τοιοῦτον νοηθῇ, ἀπὸ μὲν τῆς γραφῆς χρήσομαι ταῖς περὶ Ἰούδα προφητείαις, ἢ τῇ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν περὶ αὐτοῦ ὡς προδώσοντος προγνώσει· ἀπὸ δὲ τῶν Ἑλληνικῶν ἱστοριῶν τῷ πρὸς τὸν Λάϊον χρησμῷ, συγχωρῶν ἐπὶ τοῦ παρόντος εἶναι αὐτὸν ἀληθῆ, ἐπεὶ μὴ λυπεῖ τὸν λόγον, τὸν περὶ τοῦ Ἰούδα νῦν. ἐν ἑκατοστῷ καὶ ὀγδόῳ λέγεται ἐκ προσώπου τοῦ Σωτῆρος Ψαλμῷ, οὗ ἡ ἀρχή· Ὁ Θεὸς τὴν αἴνεσίν μου μὴ παρασιωπήσῃς· ὅτι στόμα ἁμαρτωλοῦ καὶ στόμα δολίου ἐπ' ἐμὲ ἠνοίχθη. καὶ τηρήσας γε τὰ ἐν τῷ Ψαλμῷ γεγραμμένα, εὑρήσεις ὅτι ὡς προεγνωσμένου προδώσειν τὸν Σωτῆρα, οὕτω καὶ αἴτιος ὢν τῆς προδοσίας, καὶ ἄξιος τῶν ἐν τῇ προφητείᾳ λεγομένων διὰ τὴν αὐτοῦ κακίαν ἀρῶν. ταῦτα γὰρ παθέτω, ἀνθ' ὧν, φησιν, οὐκ ἐμνήσθη τοῦ ποιῆσαι ἔλεος, καὶ κατεδίωξεν ἄνθρωπον πένητα καὶ πτωχόν· οὐκοῦν ἐδύνατο μνησθῆναι τοῦ ποιῆσαι ἔλεον, καὶ μὴ καταδιῶξαι ὃν κατεδίωξε. δυνάμενος δὲ οὐ πεποίηκεν, ἀλλὰ προέδωκεν· ὥστε ἄξιος εἶναι τῶν ἐν τῇ προφητείᾳ κατ' αὐτοῦ ἀρῶν. καὶ πρὸς Ἕλληνας δὲ χρησόμεθα τῷ εἰρημένῳ πότερον τὸν τρόπον πρὸς τὸν Λάϊον, εἴτε αὐτοῖς λέξεσιν, εἴτε τὸ ἰσοδυναμοῦν αὐτοῖς ἀναγράψαντος τοῦ Τραγικοῦ. λέγεται τοίνυν πρὸς αὐτὸν ὑπὸ τοῦ προεγνωκότος δὴ τὰ ἐσόμενα.

Μὴ σπεῖρε * τέκνων ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ.
Εἰ γὰρ τεκνώσεις παῖδ', ἀποκτενεῖ σ' ὁ φύς,
Καὶ πᾶς σὸς οἶκος βήσεται δι' * αἵματος.

Καὶ ἐν τούτῳ δηλοῦται τοίνυν, ὅτι δυνατὸν μὲν ἦν τῷ Λαΐῳ, μὴ σπείρειν παίδων ἄλοκα· οὐκ ἂν γὰρ φυλαξαμένῳ σπεῖραι παίδων ἄλοκα, παθεῖν ἐκ τοῦ ἐσπαρκέναι τὰ τῆς κατὰ Οἰδίποδα καὶ Ἰοκάστην καὶ τοὺς υἱοὺς τραγῳδίας. ἀλλὰ καὶ ὁ ἀργὸς καλούμενος λόγος, σόφισμα ὤν, τοιοῦτός ἐστι, λεγόμενος ἐπὶ ὑποθέσεως πρὸς τὸν νοσοῦντα, καὶ ὡς σόφισμα ἀποτρέπων αὐτὸν χρῆσθαι τῷ ἰατρῷ πρὸς ὑγίειαν, καὶ ἔχει γε οὕτως ὁ λόγος· Εἰ

Respondet Celſus 1mo Nihil [illegible]

* διὰ τοῦ.

* τὸ δ.

Pſal. 108. 1.

[illegible] exemplis Judæ

Ibid. v. 16.

Laii [illegible]

Eurip. Phœniſſ.

* δὲ παίδων.

* αἱμάτων.

ἀργὸς λόγος

εἵμαρταί σοι ἀναστῆναι ἐκ τῆς νόσου· ἐάν τε εἰσαγάγῃς τὸν ἰατρὸν, ἐάν τε μὴ εἰσαγάγῃς, ἀναστήσῃ. ἀλλὰ καὶ εἰ εἵμαρταί σοι μὴ ἀναστῆναι ἐκ τῆς νόσου· ἐάν τε εἰσαγάγῃς τὸν ἰατρὸν, ἐάν τε μὴ εἰσαγάγῃς, οὐκ ἀναστήσῃ. * ἤτοι δὲ εἵμαρταί σοι ἀναστῆναι ἐκ τῆς νόσου, ἢ εἵμαρταί σοι μὴ ἀναστῆναι· μάτην ἄρα εἰσάγεις τὸν ἰατρόν. Ἀλλὰ χαριέντως τούτῳ τῷ λόγῳ τοιοῦτόν τι παραβάλλεται. εἰ εἵμαρταί σοι τεκνοποιῆσαι, ἐάν τε συνέλθῃς γυναικὶ, ἐάν τε μὴ συνέλθῃς, τεκνοποιήσεις. ἀλλὰ καὶ εἰ εἵμαρταί σοι μὴ τεκνοποιῆσαι· ἐάν τε συνέλθῃς γυναικὶ, ἢ μὴ συνέλθῃς, οὐ τεκνοποιήσεις. * ἤτοι δὲ εἵμαρταί σοι τεκνοποιῆσαι, ἢ μὴ τεκνοποιῆσαι· μάτην ἄρα συνέρχῃ γυναικί. ὡς γὰρ ἐπὶ τούτου, ἐπεὶ ἀμήχανον καὶ ἀδύνατον τεκνοποιῆσαι τὸν μὴ συνελθόντα γυναικὶ, οὐ μάτην παραλαμβάνεται τὸ συνελθεῖν γυναικί· οὕτως εἰ τὸ ἀναστῆναι ἐκ τῆς νόσου ὁδῷ τῇ ἀπὸ ἰατρικῆς γίνεται, ἀναγκαίως παραλαμβάνεται ὁ ἰατρός· καὶ ψεῦδός τὸ, μάτην εἰσάγεις τὸν ἰατρόν. ὅλα δὲ ταῦτα παρειλήφαμεν, δι' ἃ παρέθετο ὁ σοφώτατος Κέλσος εἰπών· Θεὸς ὢν προεῖπε, καὶ πάντως ἐχρῆν γενέσθαι τὸ προειρημένον. εἰ γὰρ τὸ, Πάντως, ἀκούει ἀντὶ τοῦ, Κατηναγκασμένως, οὐ δώσομεν αὐτῷ· δυνατὸν γὰρ ἦν καὶ μὴ γενέσθαι. εἰ δὲ τὸ, Πάντως, λέγει ἀντὶ τοῦ, Ἔσται, ὅπερ οὐ κωλύεται εἶναι ἀληθὲς, κἂν δυνατὸν ᾖ τὸ μὴ γενέσθαι· οὐδὲν λυπεῖ τὸν λόγον· οὐδ' ἠκολούθει τῷ προειρηκέναι τὸν Ἰησοῦν τὰ περὶ τοῦ προδότου, ἢ [τὰ περὶ] τοῦ ἀρνησαμένου, τὸ αὐτὸν * αὐτοῖς αἴτιον γενέσθαι ἀσεβείας καὶ ἀνοσίου πράξεως. ἰδὼν γὰρ αὐτοῦ τὸ μοχθηρὸν ἦθος ὁ καθ' ἡμᾶς, γινώσκων τί ἦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ ὁρῶν ἃ τολμήσει ἔκ τε τοῦ φιλαργύρος εἶναι, καὶ ἐκ τοῦ μὴ βεβαίως περὶ τοῦ διδασκάλου φρονεῖν ἃ ἐχρῆν, εἶπε μετὰ πολλῶν καὶ τό· Ὁ ἐμβάψας μετ' ἐμοῦ τὴν χεῖρα εἰς τὸ τρυβλίον, ἐκεῖνός με παραδώσει. ὅρα δὲ καὶ τὸ ἀπίθανον καὶ τὸ ἄντικρυς ψεῦδος τῆς τοιαύτης τῆς Κέλσου λέξεως ἀποφηναμένης, " ὅτι ἀν-" θρώπῳ μὲν ὁ κοινωνήσας τραπέζης, οὐκ ἂν " αὐτῷ ἐπιβουλεύσειεν. εἰ δὲ ἀνθρώπῳ οὐκ ἂν " ἐπεβούλευσε· πολλῷ πλέον ὁ [Θεῷ] συν-" ευωχηθεὶς οὐκ ἂν αὐτῷ ἐπίβουλος ἐγίνετο. τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὅτι πολλοὶ, κοινωνήσαντες ἁλῶν καὶ τραπέζης, ἐπεβούλευσαν τοῖς συνεστίοις; καὶ πλήρης ἐστὶν ἡ Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων ἱστορία τοιούτων παραδειγμάτων. καὶ ὀνειδίζων γε ὁ Πάριος Ἰαμβοποιὸς τὸν * Λυκάμβην μετὰ ἅλας καὶ τράπεζαν συνθήκας ἀθετήσαντα, φησὶ πρὸς αὐτόν·

> Ὅρκον δὲ ἐνοσφίσθης μέγαν, ἅλας τε καὶ τράπεζαν.

* Οἷς δὲ μέλει τῆς ἐν ἱστορίαις φιλομαθίας, ὅλοις γινομένοις αὐτῆς, καὶ καταλιποῦσι τὰ ἀναγκαιότερα περὶ τοῦ ὡς δεῖ βιωτέον μαθήματα, πλεῖστα παραθήσονται, δεικνύντες ὡς οἱ κοινωνή-

Marg.: * εἴτε δέ. — * εἴτε δέ. — * αὐτῷ. — Matth. 26. 23. — Archilochus. — * Λυκάμβαν. — Lucian.

medicum, ſive non: Itidem, ſi fatale tibi eſt è morbo non reſurgere, non reſurges, ſive acceſſas eum ſive non: Ergò, ſive in fatis eſt te reſurgere, ſive in fatis eſt te non reſurgere, fruſtrà acceſſis medicum. Verùm ſophiſtæ huic alluſione feſtivâ hujuſmodi argumentum licebit opponere: Si tibi fatale eſt filios procreare, ſive congrediaris cum muliere, ſive non congrediaris, procreabis eos: Itidem ſi tibi fatale eſt non procreare filios, ſive congrediaris cum muliere, ſive non congrediaris, procreabis eos: Ergò, ſive procreare filios tibi fatale eſt, ſive non procreare, fruſtrà cum muliere congrederis. Nam ſicut hæc quoniam abſurdum & impoſſibile eſt procreare filios abſque congreſſu cum muliere, non fruſtrà adhibetur congreſſus cum muliere: ità ſi revaleſcentia contingit ratione medicinæ, neceſſariò medicus adhibetur; & falſum eſt illud, Fruſtrà medicum acceſſis. Hæc autem adduximus omnia propter illud quod ſapientiſſimus hic Celſus ſcripſit; *Deus cùm eſſet prædixit, & omnino oportebat fieri quod prædictum eſt.* Si enim vocem hanc, *Omnino*, accipit pro hac, *Neceſſariò*, non concedemus ei; poſſibile enim erat etiam non fieri: quòd ſi illud, *Omnino*, dicit pro, *Erit*, nihil vetat hoc verum eſſe, etiamſi poſſibile eſt non fieri: non facit contra nos hæc oratio; nec conſequitur, quia prædictum ſit à Jeſu de proditore, déque negatore, ideo ipſum cauſam eis fuiſſe impietatis & nefarii facinoris. Sciens enim ejus pravos mores is, qui (ut nos credimus) novit quid ſit in homine, vidénsq; quid auſurus eſſet propter avaritiam & propter inconſtantem de præceptore opinionem, dixit inter cetera & illud; *Qui intinxit mecum manum in patinam, ille me proditurus eſt.* Vide porrò evidens Celſi mendacium in his verbis; *Quòd ſi homini nemo inſidiaretur ejuſdem convivii particeps, multò minùs Deo.* Quis enim neſcit multos ad communionem ſalis & menſæ admiſſos, pòſt inſidiatos ſuis contubernalibus. Plena eſt hiſtoria tam Græcorum quàm barbarorum exemplis talibus: & Parius ille Iamborum ſcriptor exprobrans Lycambæ violatum fœdus, quod ſal & menſa conciliaverat, ſic eum alloquitur,

> *Sacramentum irritâſti magnum, ſalémque & menſam.*

Ceterùm qui toti ſunt in hiſtoriarum ſtudio, poſthabitis magis neceſſariis, quæ propiùs ad bene vivendi rationem faciunt, plura proferent de inſidiatoribus eorum quibuſcum

Digitized by Google

quibuſcum menſam communem habuerant. Poſthæc, quaſi re jam aptiſſimis conſequentiis demonſtratâ, ſic pergit; *Et, quod abſurdius eſt, Deus ipſe ſuis ſodalibus inſidiabatur, proditores eos & impios faciens.* Quomodo Jeſus inſidiatus ſit, aut proditores atque impios diſcipulos ſuos fecerit, iſte non poteſt oſtendere, niſi ex hac, ut illi videbatur, conſequentia, quam confutare cuivis eſt facillimum. Poſthæc dicit; *Si ità viſum eſt ipſi, & patri morem gerens ſubiit ſupplicium, manifeſtum eſt quòd & Deo & ſpontè ſe ferenti nihil eorum quæ patiebatur moleſtum erat aut grave.* Nec videt ſe loqui inter ſe pugnantia: ſi enim concedit punitum ex ſua Patriſque voluntate, liquet quòd pœnas ſolverit; nec poſſunt infligi pœnæ abſque doloribus, nemini enim ſuaves ſunt & optabiles. Quòd ſi ideò dolorem abfuiſſe putat & cruciatum, quia non invitus eas ferebat, quomodo punitum concedit? Non intellexit iſte, quòd qui ſemel per nativitatem corpus aſſumpſit, utique aſſumpſit doloribus obnoxium, & iis quæ moleſta corpori incidunt; ſi moleſti nomine intelligimus quod nemo ſibi vult. Sicut igitur ſpontè aſſumpſit corpus non alienum ab humanæ carnis natura, ità cum eo ſimul aſſumpſit quicquid ipſi dolorem afferre atque moleſtiam: quæ jam infligebantur ex arbitrio inimicorum, non ipſius qui patiebatur. Reſponſum autem eſt jam antea, non deventurum fuiſſe in manus hominum ſi noluiſſet: deveniſſe autem propter ingentem illam utilitatem, quæ ex ejus morte univerſo humano generi obtigit. In ſequentibus deinde volens docere moleſta illi fuiſſe triſtiaque quæ patiebatur, quia naturam eorum mutare non poterat etiamſi voluiſſet, ſic inquirit, *Cur igitur lamentatur & dolet, precaturque ut exitii metus tranſeat his verbis; Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat calix hic.* Vide hic quoque Celſi malitiam, ut non amplectatur veracitatem Evangeliſtarum, qui potuerant ſilentio præterire quæ iſti videntur digna opprobrio, non prætererunt autem multis de cauſis ſuo loco dicendis in Evangeliorum interpretatione: ſed tragicè accuſat textum Evangelii, addens quæ ibi non inveniuntur; non enim ſcribitur, lamentatum fuiſſe Jeſum. Et tranſcribit quidem illud, *Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat calix hic;* nec tamen apponit quod mox ſequitur ad oſtendendam ipſius inſignem erga Patrem pietatem & magnanimitatem,

τέρα εὐσέβειαν αὐτῷ καὶ μεγαλοψυχίαν, ἑξῆς

συντρόφοις τραπέζης ποιῶν, ἐπεβούλευσεν αὐτοῖς. Εἶτα, ὡς συναγαγὼν ἀρχαίαις ἀποδείξεσι καὶ ἀκολουθίαις τὸν λόγον, εἶπε τό· « Καὶ, ὅπερ ἔτι « ἀτοπώτερον, αὐτὸς ὁ Θεὸς τοῖς συντραπέ« ζοις ἐπεβούλευσε, προδότας καὶ δυσσεβεῖς ποιῶν. Πῶς γὰρ ὁ Ἰησοῦς ἢ ἐπεβούλευσεν, ἢ προδότας ἢ δυσσεβεῖς τοὺς μαθητὰς ἐποίησεν, οὐκ ἂν ἔχοι παραδεικνύειν, εἰ μὴ * ἐξ ἧς ἐνόμισεν ἀκολουθίας, ἣν καὶ ὁ τυχὼν εὐχερέστατα διελέγξαι ἄν. Μετὰ ταῦτα λέγει, « ὅτι εἰ ἐδέδοκτο αὐτῷ ταῦ« τα, καὶ τῷ πατρὶ πειθόμενος ἐκολάζετο· δῆ« λον ὅτι Θεῷ γε ὄντι, καὶ βουλομένῳ, οὔτ' ἀλ« γεινὰ οὔτ' ἀνιαρὰ ἦν τὰ κατὰ γνώμην δρώ« μενα. Καὶ οὐχ ἑώρακέ γε αὐτὸς ἑαυτῷ περιπεσὼν ἐναντία εἰπών. εἰ γὰρ ἐδίδου ὅτι ἐκολάζετο, ἐπεὶ ἐδέδοκτο αὐτῷ ταῦτα, καὶ τῷ πατρὶ πειθόμενον ἑαυτὸν παρεῖχε· δῆλον ὅτι ἐκολάζετο, καὶ οὐχ οἷόν τε ἦν μὴ εἶναι ἀλγεινὰ τὰ προσαγόμενα ὑπὸ τῶν * κολαστῶν· ἀπροαίρετον γὰρ ὁ πόνος. εἰ δὲ βουλομένῳ οὔτε ἀλγεινὰ οὔτε ἀνιαρὰ ἦν τὰ προσαγόμενα· πῶς ἐδίδου τό, Ἐκολάζετο; οὐχ ἑώρακε δὲ, ὅτι ἅπαξ ἀναλαβὼν τὸ διὰ γενέσεως σῶμα, ἀνείληφεν αὐτὸ καὶ πόνων δεκτικὸν τυγχάνον, καὶ τῶν τοῖς ἐν σώμασι συμβαινόντων ἀνιαρῶν· εἰ τὸ ἀνιαρὸν μὴ ὡς προαιρετικοῦ ἀκούοιμεν. ὥσπερ οὖν βουληθεὶς ἀνείληφε σῶμα, οὐ πάντῃ ἄλλης φύσεως παρὰ τὴν ἀνθρωπίνην σάρκα· * οὕτω συνανείληφε τῷ σώματι καὶ τὰ ἀλγεινὰ αὐτοῦ καὶ τὰ ἀνιαρά, ὧν πρὸς τὸ μὴ παθεῖν κύριος οὐκ ἦν, ἐπὶ τοῖς διατιθεῖσιν ὄντος προσάγειν * αὐτῷ [καὶ] τὰ ἀνιαρά, καὶ τὰ ἀλγεινά. προαπολελογήμεθα δὲ ἐν τοῖς ἀνωτέρω, ὅτι βουληθεὶς μὴ ἥκειν εἰς χεῖρας ἀνθρώπων, οὐκ ἐληλύθει ἄν. ἦλθε δὲ, ἐπεὶ ἐβούλετο, διὰ τὸ προαποδεδειγμένον ἐκ τοῦ αὐτὸν ὑπὲρ ἀνθρώπων ἀποθανεῖν τῷ παντὶ χρήσιμον. Ἑξῆς δὲ τούτοις θέλων παραστῆσαι ὅτι ἀλγεινὰ καὶ ἀνιαρὰ ἦν τὰ συμβάντα αὐτῷ· καὶ ὅτι οὐχ οἷόν τε ἦν, βουληθέντα αὐτὸν, ποιῆσαι εἶναι αὐτὰ μὴ τοιαῦτα, λέγει· « Τί οὖν ποτνιᾶται, καὶ ὀδύρεται, καὶ τὸν « τοῦ ὀλέθρου φόβον εὔχεται παραδραμεῖν, λέ« γων ὧδέ πως· ὦ πάτερ εἰ δύναται τὸ πο« τήριον τοῦτο παρελθεῖν. Καὶ ἐν τούτοις δὲ ὅρα τὸ τοῦ Κέλσου κακοῦργον, ὅτι μὴ ἀποδεξάμενος τὸ φιλάληθες τῶν ἀναγραψάντων τὰ εὐαγγέλια (δυνηθέντων μὲν παρασιωπῆσαι τὰ, ὡς Κέλσος οἴεται, ἐγκλήματα· οὐ σιωπησάντων δὲ διὰ πολλοὺς λόγους, οὓς ἐν καιρῷ τις ἀποδώσει τὸ εὐαγγέλιον διηγούμενος) κατηγορεῖ τῆς εὐαγγελικῆς λέξεως, προστραγῳδῶν καὶ τιθεὶς μὴ τὰ ἀναγεγραμμένα· οὐ γὰρ εὑρίσκεται ὅτι ὁ Ἰησοῦς ὠδύρετο. Καὶ παραφράζει μὲν τὸ, Πάτερ, εἰ δυνατόν ἐστι, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ· οὐκέτι δὲ καὶ τὸ αὐτόθεν ἐμφαῖνον τὴν πρὸς τὸν πα- δὲ * τοῦτο ἀναγεγραμμένον, παρατίθεται), ὅπως

1° quod dicat Cels. Jeſum convictoribus ſuis inſidias ſtruxiſſe, ſtulte accuſat.

* ἐξ ἧς.

Ad Celſi ſophiſma, Si ipſi placitum fuit hæc pati, volenti non eſſe gravia. Reſpondet, Celſum ipſum pugnantia proferre

* κολαζόντων.

2° Cum corpus mortale ſuſcipiendum decreverit, et ea quæ corpori gravia ſunt perferre decrevit ut mortem pati generi humano beneficeret

* εἶτε συνανείληφε.

* αὐτῷ καὶ.

p. 64 l. 46

p. 63 l. 43

Celſi criminatio de Jeſu precatione ut a ſe transferretur calix

Matth. 26. 39.

Quam diluit Orig. 1° notando Celſi malitiam qui veritatis apud Evangeliſtas notas ignorans, quæ non dicunt affingit.

2° quod priorem precationis partem adducens poſteriorem reticet

* τούτω.

ἔχον

Matth.26.39. ἔφη· Πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ. Ἀλλ' οὐδὲ τὴν πρὸς τὸ βούλημα τοῦ πατρὸς ἐπὶ τοῖς νομιζομένοις αὐτὸν παθεῖν ὑπακοὴν τοῦ Ἰησοῦ
Ibid. v.42. δηλουμένην ἐν τῷ· Εἰ οὐ δύναται τοῦτο παρελθεῖν, ἐὰν μὴ αὐτὸ πίω, γενηθήτω τὸ θέλημά σου, προσποιοῦνται ἀνεγνωκέναι, ὅμοιόν τι ποιοῦντες τοῖς κακουργότερον ἀκούουσι τῆς θείας γραφῆς ἀσεβέσι, καὶ ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος λαλοῦσι. Καὶ γὰρ
1 Reg.2.6. ἐκεῖνοι τοῦ μὲν, Ἐγὼ ἀποκτενῶ, δοκοῦσιν ἀκηκοέναι, καὶ πολλάκις ἡμῖν αὐτὸ ὀνειδίζουσι· τοῦ δὲ, Ζῆν ποιήσω, οὐδὲ μέμνηνται. τοῦ ὅλου ῥητοῦ δηλοῦντος, τοὺς ἐπὶ κοινῷ κακῷ ζῶντας, καὶ ἐνεργοῦντας κατὰ κακίαν, ἀποκτείνεσθαι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ· ζωὴν δ' αὐτοῖς κρείττονα ἀντεισάγεσθαι, καὶ ἣν δώῃ ἂν ὁ Θεὸς τοῖς τῇ ἁμαρτίᾳ ἀποθανοῦσιν.
Esaiæ 57.17. Οὕτω δ' ἐκεῖνοι ἤκουσαν μὲν τοῦ, Πατάξω· οὐκέτι
Ibid. v.18. δὲ ὁρῶσι τὸ, Κἀγὼ ἰάσομαι· ὅτι ὅμοιόν ἐστι λεγομένῳ ὑπὸ ἰατροῦ διελόντος σώματα, καὶ τραύματα χαλεπὰ ποιήσαντος, ἐπὶ τῷ ἐξελεῖν αὐτῶν τὰ βλάπτοντα καὶ ἐμποδίζοντα τῇ ὑγιείᾳ, καὶ οὐ καταλήξαντος εἰς τοὺς πόνους καὶ τὴν διαίρεσιν, ἀλλ' ἀποκαθιστῶντος τῇ θεραπείᾳ τὸ σῶμα ἐπὶ τὴν προκειμένην αὐτῷ ὑγίειαν. ἀλ-
Job.5.18. λὰ καὶ οὐκ ἤκουσαν ὅλου τοῦ, Αὐτὸς γὰρ ἀλγεῖν ποιεῖ, καὶ πάλιν ἀποκαθίστησιν· ἀλλὰ μόνου τοῦ, Ἀλγεῖν ποιεῖ. οὕτω τοίνυν καὶ ὁ παρὰ τῷ Κέλσῳ Ἰουδαῖος ἐκτιθέμενος τὸ, Ὦ πάτερ, εἴθε δύναιτο τὸ ποτήριον τοῦτο παρελθεῖν, οὐκέτι δὲ καὶ τὰ ἑξῆς, καὶ τὰ παριστάντα τὴν Ἰησοῦ πρὸς τὸ πάθος παρασκευὴν καὶ εὐτονίαν. Καὶ ταῦτα δὲ, πολλὴν ἔχοντα διήγησιν ἀπὸ σοφίας Θεοῦ, ἣν
νῦν καὶ καθαρὰν διαφυλάξωσι [τὴν] κατὰ τὴν τοῦ Ἰησοῦ διδασκαλίαν, πᾶσαν αἰκίαν καὶ πάντας θανάτους ἀναδεχόμενοι· δῆλον ὅτι καὶ ὁ Ἰησοῦς, ὁ πατὴρ τῆς τοιαύτης διδασκαλίας, εὐλόγως ὑπὸ τοῦ Κέλσου λῃστάρχαις παραβάλλεται. ἀλλ᾿ οὔτ᾿ ἐκεῖνος κατὰ τὸ κοινωνικὸν ἀποθνήσκων, οὔθ᾿ οὗτοι δι᾿ εὐσέβειαν πάσχοντες ταῦτα, καὶ μόνοι πάντων ἀνθρώπων διὰ τὴν φανεῖσαν αὐτοῖς ὁδὸν τῆς εἰς τὸ θεῖον τιμῆς ἐπιβουλευόμενοι, οὐκ ἀδίκως ἀναιροῦνται· οὔθ᾿ ὁ Ἰησοῦς ἐκ ἀσεβῶς ἐπεβουλεύθη. πρόσχες δὲ καὶ τῷ ἑπομένῳ τῷ περὶ τῶν τότε μαθητῶν Ἰησοῦ λόγῳ, ἐν ᾧ φησιν. "Εἶτα οἱ μὲν τότε ζῶντι αὐτῷ συνόντες, "καὶ τῆς φωνῆς ἐπακούοντες αὐτοῦ, καὶ διδασκάλῳ "χρώμενοι, κολαζόμενον καὶ ἀποθνήσκοντα ὁ"ρῶντες, οὔτε συναπέθανον, οὔτε ὑπεραπέθα"νον αὐτοῦ, οὐδὲ κολάσεων καταφρονεῖν ἐπεί"σθησαν· ἀλλὰ καὶ ἠρνήσαντο εἶναι μαθηταί. νυνὶ "δὲ ὑμεῖς αὐτῷ συναποθνήσκετε." καὶ ἐν τούτοις δὲ τὸ μὲν ἔτι εἰσαγομένοις τοῖς μαθηταῖς καὶ ἀτελεστέροις οὖσιν ἁμαρτηθὲν καὶ γεγραμμένον ἐν τοῖς εὐαγγελίοις πιστεύει γεγονέναι, ἵν᾿ ἐγκαλῇ τῷ λόγῳ· τὸ δὲ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν αὐτοῖς κατορθωθὲν, * παῤῥησιασαμένοις ἐπὶ Ἰουδαίων, καὶ μυρία ὅσα πεπονθόσιν ὑπ᾿ ἐκείνων, καὶ τὸ τελευταῖον ἀποθανοῦσιν ὑπὲρ τῆς Ἰησοῦ διδασκαλίας, παρασιωπᾷ. οὔτε γὰρ Ἰησοῦ ἐβουλήθη ἀκοῦσαι προλέγοντος τῷ Πέτρῳ· Ὅταν δὲ γηράσῃς, ἐκτενεῖς τὰς χεῖράς σου, καὶ τὰ ἑξῆς. ᾧ ἐπιφέρει ἡ γραφή· Τοῦτο δὲ εἶπε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ δοξάσει τὸν Θεόν. οὐδ᾿ ὅτι Ἰάκωβος ὁ ἀδελφὸς Ἰωάννου, ἀπόστολος ἀποστόλου ἀδελφὸς, ἀνῃρέθη ὑπὸ τοῦ Ἡρώδου διὰ τὸν λόγον Χριστοῦ μαχαίρᾳ. ἀλλ᾿ οὐδ᾿ ὅσα παῤῥησιαζόμενοι ἐπὶ τῷ λόγῳ πεποιήκασιν ὁ Πέτρος καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι, καὶ ὡς ἀπὸ προσώπου τοῦ συνεδρίου ἐξῆλθον μετὰ τὸ μαστιγωθῆναι, χαίροντες ὅτι κατηξιώθησαν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ ἀτιμασθῆναι, καὶ ὑπεραίροντες πολλὰ τῶν παρ᾿ Ἕλλησιν ἱστορουμένων ἐπὶ τῇ καρτερίᾳ καὶ * ἀνδρίᾳ τῶν φιλοσοφησάντων. ἐξ ἀρχῆς οὖν * μάλιστα τοῦτο τὸ Ἰησοῦ μάθημα ἐκρατύνετο παρὰ τοῖς ἀκούουσιν αὐτοῦ, διδάσκον καταφρονεῖν μὲν τὸ ὑπὸ τῶν πολλῶν περισπούδαστον ζῆν, σπουδάζειν δὲ τὸ παραπλήσιον τῷ ζῆν τοῦ Θεοῦ ζῆν. πῶς δ᾿ οὐ ψεύδεται ὁ λέγων παρὰ τῷ Κέλσῳ Ἰουδαῖος, "ὅτι "παρὼν δέκα ναύτας καὶ τελώνας τοὺς ἐξωλε"στάτους μόνους εἷλε, καὶ οὐδὲ τούτους ἅπαντας "[ἔπεισε]; σαφὲς γὰρ ὅτι καὶ Ἰουδαῖοι ὁμολογήσαιεν ἂν, ὅτι οὐ δέκα μόνους εἷλεν, οὐδ᾿ ἑκατὸν, οὐδὲ χιλίους· ἀλλ᾿ ἀθρόως ὁτὲ μὲν πέντε χιλιάδας, ὁτὲ δὲ τέσσαρας χιλιάδας. καὶ ἐπὶ τοσοῦτόν γε εἷλεν, ὥστε καὶ εἰς τὰς ἐρημίας αὐτῷ ἀκολουθεῖν, τὰς μόνον χωρούσας ἀθρόον τι πλῆθος τῶν πιστευόντων τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Ἰησοῦ·

Criminatio & defenſio de priore diſcipulorum ignavia & poſteriore fortitudine quam diſſimulat Celſus.

Act. 4. 13.
* πεπαῤῥησιασμένοις.
Joan. 21. 18.
Ibid. v. 19.
Act. 12. 2.
Ibid. 13. 46.
Ibid. 5. 41.
* ἀνδρείᾳ.
* τοῦτο μάλιστα.

De numero perſuaſorum

Joan. 6. 10.
Marc. 8. 9.

cem conſervandámque ſinceram & puram Jeſu doctrinam cruciatus omnes mortéſque omnes perferunt: manifeſtum eſt & ipſum Jeſum, doctrinæ hujus autorem, probabiliter à Celſo comparari latronibus. Verùm nec hi, qui propter pietatem patiuntur, & ſoli hominum propter agnitam divini cultûs rationem exagitantur, necantur ſine perſecutorum ſucrum ſcelere: & ille omnium bono mortuus, per ſummam Judæorum impietatem inſidiis eorum de medio ſublatus eſt. Nunc adverte quid addat de familiaribus Jeſu diſcipulis; *Ergò illi cum vivo converſati, & vocis ipſius doctrinaque auditores, pœnas dantem & morientem videntes, nec cum eo nec pro eo mortui ſunt, nec induci potuerunt ut pœnas contemnerent, malentes abnegare magiſtrum: vos verò nunc ei commorimini?* Hic quoque peccatum diſcipulorum etiam tum imperfectorum decerpit ex Evangeliis, verum eſſe credens ut doctrinam criminetur: ceterùm quomodo poſt peccatum emendati liberè coram Judæis prædicaverint, multáſque injurias ab illis perpeſſi ad ultimum pro confeſſione Jeſu doctrinæ necati ſint, id verò ſilentio præterit. Nam nec illud audire voluit quod Jeſus prædixit Petro; *Ubi verò ſenueris, extendes manus tuas*, & cetera quæ ſequuntur in Scriptura, *hoc autem dicebat ſignificans quâ morte glorificaturus eſſet Deum:* nec quòd Jacobus frater Joannis, Apoſtolus Apoſtoli frater, gladio cæſus ſit ab Herode propter verbum Chriſti: ſicut nec illa quæ liberè pro hac doctrina locuti ſunt Petrus ceteriq; Apoſtoli; & quomodo à *facie concilii digreſſi ſunt flagellati, gaudentes quòd digni habiti eſſent qui paterentur ignominiam pro hoc nomine*; longéq; à tergo relinquentes omnes philoſophos, quorum fortitudo atque tolerantia celebratur Græcorum hiſtoriis. Fuit ergò jam indè à principio præcipua pars Evangelicæ doctrinæ, ut ſectatores ejus vitam iſtam vulgò expetitam contemnerent, daréntque operam ut quàm proximè ad divinam vitam accederent. Jam illud an non de eo mentitur Celſus Judæus; *Quòd doctrinam aggreſſus decem ſolos nautas & publicanos perditos attraxerit, ac ne his quidem omnibus perſuaſerit?* Manifeſtum enim eſt vel ipſorum Judæorum confeſſione, non decem ſolos verbis ejus fuiſſe captos, nec centum, nec mille, ſed nunc quinq; millia ſimul, nunc quatuor millia, atque ſic attractos, ut in ſolitudines uſque illum ſequerentur, inacceſſas omnibus præter multitudinem credentium Deo per Jeſum, ubi

ubi non ſolùm verbis eos docebat, ſed & operibus. Ceterùm quoniam eadem iterum atque iterum repetit, cogit nos quoq; ſimiliter facere, ne videamur criminationem aliquam præterire ſilentio. Itaque ut hic etiam ſermonis ejus ordinem ſequamur: *Si*, inquit, *ipſe vivens nemini perſuaſit, poſt mortem autem ejus quicumque volunt tam multis perſuadent, an non eſt perquam abſurda res?* Cùm debuiſſet ſervatâ conſequentiâ dicere: Si eo mortuo tam multis perſuadent non qui volunt ſimpliciter, ſed qui volunt & poſſunt; quantò probabilius eſt ipſum in vita verſantem inter homines multò majori multitudini perſuaſiſſe tam efficacibus ſermonibus & operibus? Ac mox interrogat nos, *Quânam ratione inducti exiſtimatis eum Dei filium?* & ipſe ſibi ex noſtra perſona reſpondet, *Eâ nos ratione inductos, quòd ſciamus paſſionem ejus factam ad deſtructionem autoris & parentis omnis malitiæ.* Atqui & aliis innumeris argumentis inducti ſumus, quorum exiguam partem ſuperiùs expoſuimus, atque etiam exponemus, Deo favente, non ſolùm in hoc contra Celſum tractatu, verùm in aliis quoque plurimis. Et perinde ac ſi diceremus ideo credi eum à nobis Dei filium, quia paſſus ſit, rogat, *Quid igitur? annon & alii multi paſſi ſunt non minus fortiter?* Qua in re Celſus idem facit quod inimicorum noſtrorum viliſſimi, qui legentes crucifixi Jeſu hiſtoriam, colligunt indè nos venerationem exhibere in crucem actis omnibus. Illud non novum eſt Celſo, dum non valet virtutibus, quæ à Jeſu factæ produntur, reſiſtere in faciem, calumniari eas quaſi præſtigias: ad quod jam ſæpe reſpondimus ut potuimus. Addit ex noſtra perſona ipſe ſibi reſpondens; *Ideo nos putare eum eſſe Dei filium, quia claudos & cæcos curavit, & quia reſuſcitavit mortuos; ſicut vos*, inquit, *creditis.* Certè quia claudos cæcóſque ſanavit, ideo pro Chriſto Dei filio habendum, conſtat ex illis Prophetiis, *Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum audient; tunc ſaliet claudus ut cervus.* Quod autem & mortui reſuſcitati ſint, nec hoc eſſe figmentum Evangeliſtarum, vel indè apparet, quia ſi figmentum eſſet, potuiſſet multos ejus juſſu reſurrexiſſe ſcribere, eóſq; humatos longo tempore: ſed quoniam figmentum non eſt, de valde paucis narratur; de Archiſynagogi filia, de qua incertum cur dictum eſt non mortuam ſed ſopitam eſſe, quòd ea haberet quiddam peculiare præ ceteris mortuis: de

ἐν οἷς οὐ μόνον λόγους, ἀλλὰ ϗ ἔργα αὐτοῖς ἐπεδείκνυτο. ἀναγκάζει δ' ἡμᾶς ταυτολογῶν τὸ παραπλήσιον αὐτῷ ποιεῖν· ἐπεὶ φυλαττόμεθα ὑπολαμβάνεσθαι ὑπερβαίνειν τινὰ τῶν παρ' αὐτοῦ λεγομένων ἐγκλημάτων. ϗ ἐν τῷ προκειμένῳ τοίνυν λόγῳ καθ' ἣν ἐχόμεθα τάξιν τῆς γραφῆς, φησίν· "Εἰ ζῶν μὲν αὐτὸς μηδένα "ἔπεισεν, ἀποθανόντος δ' αὐτοῦ πείθουσιν οἱ βουλόμενοι τοσούτους· πῶς τοῦτο οὐχ ὑπεράτοπόν ἐστι; δέον λέγειν ἀκολουθίαν σώζοντα, ὅτι εἰ ἐπεὶ ἀποθανόντος αὐτοῦ πείθουσιν, οὐχ ἁπαξαπλῶς οἱ βουλόμενοι, ἀλλ' οἱ βουλόμενοι ϗ δυνάμενοι, τοὺς τοσούτους· πόσῳ μᾶλλον εὔλογον, αὐτόν, ἡνίκα τῷ βίῳ ἐπεδήμει, πολλαπλασίους ϗ δυνατωτέρῳ λόγῳ ϗ πράξεσι πεπεικέναι; *Illatio Celſi præpoſtera* ἑαυτῷ δὲ λαμβάνει, ὡς ἡμετέραν ἀπόκρισιν πρὸς πεῦσιν αὐτοῦ λεγομένην, φάσκων· "τίνι "* προσήχθητε λογισμῷ τοῦτον νομίζειν υἱὸν "Θεοῦ; Πεποίηκε γὰρ ἡμᾶς ἀποκρινομένους, ὅτι τούτῳ* προσήχθημεν, εἰ ϗ ἴσμεν τὴν κόλασιν αὐτοῦ, ὑπὲρ καθαιρέσεως τοῦ πατρὸς τῆς κακίας γεγονυῖαν. ἄλλοις γὰρ μυρίοις* προσήχθημεν, ὧν ὀλιγοστημόριον ἐν τοῖς πρὸ τούτων ἐξεθέμεθα, ϗ, Θεοῦ διδόντος, ἐκθησόμεθα, οὐ μόνον ἐν τοῖς πρὸς τὸν νομιζόμενον Κέλσου ἀληθῆ λόγον πραγματευόμενοι, ἀλλὰ ϗ ἐν ἄλλοις μυρίοις. ϗ ὡς ἡμῶν λεγόντων, ὅτι υἱὸν αὐτὸν νομίζομεν Θεοῦ, ἐπεὶ ἐκολάσθη, φησί, "τί οὖν, οὐχὶ "ϗ ἄλλοι πολλοὶ ἐκολάσθησαν, ϗ οὐχ ἧττον ἀ-"γεννῶς; ὅμοιον δ' ἐν τούτῳ ποιεῖ ὁ Κέλσος τοῖς ἀνδραποδωδεστάτοις τῶν ἐχθρῶν τοῦ λόγου, ϗ οἰομένοις, ὅτι ἀκολουθεῖ τῇ περὶ τὸν Ἰησοῦν ἱστορίᾳ σταυρωθέντα τὸ σέβειν ἡμᾶς τοὺς ἐσταυρωμένους. πολλάκις δ' ὁ Κέλσος ἤδη, μὴ δυνάμενος ἀντιβλέπειν αἷς ἀναγέγραπται πεποιηκέναι δυνάμεσιν ὁ Ἰησοῦς, διαβάλλει αὐτὰς ὡς γοητείας. ϗ πολλάκις τῷ λόγῳ, κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν, ἀντείπομεν. ϗ νῦν δέ φησιν "οἱονεὶ "ἡμᾶς ἀποκεκρίσθαι, ὅτι [διὰ] τοῦτ' ἐνομίσα-"μεν αὐτὸν εἶναι υἱὸν Θεοῦ, ἐπεὶ χωλοὺς ϗ τυ-"φλοὺς ἐθεράπευσε. προστίθησι δὲ ϗ τό· "ὡς "ὑμεῖς φατε, ἀνίστη νεκρούς. ὅτι μὲν οὖν χωλοὺς ϗ τυφλοὺς ἐθεράπευσε· διόπερ Χριστὸν αὐτὸν ϗ υἱὸν Θεοῦ νομίζομεν· δῆλον ἡμῖν ἐστιν ἐκ τοῦ ϗ ἐν προφητείαις γεγράφθαι, Τότε ἀνοιχθήσονται ὀφθαλμοὶ τυφλῶν, ϗ ὦτα κωφῶν ἀκούσονται, τότε ἁλεῖται ὡς ἔλαφος ὁ χωλός. ὅτι δὲ ϗ νεκροὺς ἀνίστη, ϗ οὐκ ἔστι πλάσμα τῶν τὰ εὐαγγέλια γραψάντων· παρίσταται ἐκ τοῦ, εἰ μὲν πλάσμα ἦν, πολλοὺς ἀναγεγράφθαι τοὺς ἀναστάντας, ϗ τοὺς ἤδη χρόνους ἔχοντας πλείονας ἐν τοῖς μνημείοις· ἐπεὶ δ' οὐκ ἔστι πλάσμα, πάνυ εὐαριθμήτους λελέχθαι, τήν τε τοῦ ἀρχισυναγώγου θυγατέρα (περὶ ἧς οὐκ οἶδ' ὅπως εἶπεν, οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλὰ καθεύδει· λέγων* τι περὶ αὐτῆς ὃ οὐ πᾶσι τοῖς ἀποθανοῦσι προσῆν) ϗ τὸν μονογενῆ

Calumnia quod Xstum colant omnes in crucem actos

Eſaiæ 35. 5. *Prophetæ Xstum cæcos et claudos curaturum fuisse prædixerunt.*

paucos ad vitam revocavit

Luc. 8. 49.

* προσήχθητε.

* προσήχθημεν.

* προσήχθημεν.

* λέγοντι π. α. ὐ.

Luc. 7. 12. νεανίαν τῆς χήρας υἱὸν, ἐφ᾽ ᾧ σπλαγχνισθεὶς ἀνέ-
στησεν αὐτὸν, στήσας τοὺς φέροντας τὸν νεκρόν·
Joan. 11. 43. καὶ τρίτον Λάζαρον τεταρταῖον ἤδη ἐν τῷ μνη-
μείῳ ὄντα. καὶ ἐροῦμέν γ᾽ ἐπὶ τούτων τοῖς εὐ-
γνωμονεστέροις, καὶ μάλιστα τῷ Ἰουδαίῳ, ὅτι ὥσ-
4 Reg. 5. 14. περ πολλοὶ λεπροὶ ἦσαν ἐν ἡμέραις Ἐλισσαίου τοῦ
προφήτου, καὶ οὐδεὶς αὐτῶν ἐκαθαρίσθη, εἰ μὴ
Νεεμὰν ὁ Σύρος· καὶ πολλαὶ χῆραι ἦσαν ἐν ταῖς
ἡμέραις Ἠλίου τοῦ προφήτου, καὶ πρὸς οὐδεμίαν
3 Reg. 17. 8. αὐτῶν ἐπέμφθη Ἠλίας, εἰ μὴ εἰς Σα-
ρεφθὰ τῆς Σιδωνίας, ἀξία γὰρ ἐγεγόνει τοῦ ὑπὸ
τοῦ προφήτου γενομένου τέρατος ἐν τοῖς ἄρτοις
κατά τινα θείαν κρίσιν· οὕτω πολλοὶ νεκροὶ ἦσαν
ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰησοῦ· ἀλλὰ μόνοι ἀνέστησαν, οὓς
ἔγνω ὁ λόγος ἐπιτηδείους πρὸς τὴν ἀνάστασιν,
ἵνα μὴ μόνον σύμβολά τινων ᾖ τὰ γινόμενα
ὑπὸ τοῦ Κυρίου, ἀλλὰ καὶ αὐτόθεν προσαγάγῃ
πολλοὺς τῇ θαυμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου διδασκα-
λίᾳ. Ἐγὼ δ᾽ εἴποιμ᾽ ἂν, ὅτι κατὰ τὴν Ἰησοῦ
Joan. 14. 12. ἐπαγγελίαν οἱ μαθηταὶ καὶ μείζονα πεποιήκα-
σιν ὧν Ἰησοῦς αἰσθητῶν πεποίηκεν. ἀεὶ γὰρ ἀνοί-
γονται ὀφθαλμοὶ τυφλῶν τὴν ψυχήν· καὶ ὦτα
τῶν κεκωφημένων πρὸς λόγους ἀρετῆς, ἀκούειν
προθύμως περὶ Θεοῦ καὶ τῆς παρ᾽ αὐτῷ μακαρίας
ζωῆς· πολλοὶ δὲ καὶ χωλοὶ τὰς βάσεις τοῦ (ὡς ἡ
Rom. 7. 22. γραφὴ ὠνόμασεν) ἔσω ἀνθρώπου, νῦν τοῦ λόγου
ἰασαμένου αὐτοὺς, οὐχ ἁπλῶς ἅλλονται, ἀλλ᾽ ὡς
ἔλαφος πολέμιον τῶν ὄφεων ζῶον, καὶ κρεῖττον
παντὸς ἰοῦ τῶν ἐχιδνῶν· καὶ ἐπεί γε οἱ θεραπευ-
θέντες χωλοὶ λαμβάνουσιν ἀπὸ Ἰησοῦ ἐξουσίαν
πατεῖν τοῖς ποσὶν, οἷς πρότερον ἦσαν χωλοὶ,
Luc. 10. 19. ἐπάνω τῶν τῆς κακίας ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ
ἁπαξαπλῶς ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχ-
θροῦ, καὶ πατοῦντες οὐκ ἀδικοῦνται. κρείττους γὰρ καὶ αὐ-
τοὶ γεγόνασι τοῦ πάσης κακίας καὶ τῶν δαιμόνων
ἰοῦ. ὁ μὲν οὖν Ἰησοῦς ἀποτρέπων τοὺς μαθητὰς οὐχὶ
ἀπὸ τοῦ μὴ προσέχειν ἁπαξαπλῶς γόησι καὶ τοῖς
ἐπαγγελλομένοις δι᾽ οἵας δή ποτε ὁδοῦ ποιεῖν
τεράστια (οὐ γὰρ ἐδέοντο τούτου οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ)·
ἀλλ᾽ ἀπὸ τῶν τοῖς ἀναγορεύουσιν ἑαυτοὺς εἶναι τὸν Χρι-
στὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ πειρωμένοις διά τινων φαντασιῶν
πρὸς ἑαυτοὺς ἐπιστρέφειν τοὺς Ἰησοῦ μαθητάς. ὁτὲ
Matth. 24. 23. μὲν εἶπε, Τότε ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ, ἰδοὺ ὧδε ὁ Χριστὸς
ἢ ὧδε, μὴ πιστεύετε. ἐγερθήσονται γὰρ ψευδόχρι-
στοι καὶ ψευδοπροφῆται, καὶ δώσουσι σημεῖα καὶ τέρα-
τα μεγάλα ὥστε * πλανῆσαι (εἰ δυνατὸν) καὶ
τοὺς ἐκλεκτούς· ἰδοὺ προείρηκα ὑμῖν. ἐὰν οὖν εἴ-
πωσιν ὑμῖν, Ἰδοὺ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐστὶ, μὴ ἐξέλ-
θητε· ἰδοὺ ἐν τοῖς ταμείοις, μὴ πιστεύσητε.
ὥσπερ γὰρ ἡ ἀστραπὴ ἐξέρχεται ἀπ᾽ ἀνατολῶν,
καὶ φαίνεται ἕως δυσμῶν· οὕτως ἔσται ἡ παρουσία
Matth. 7. 22. τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. ὁτὲ δέ· Πολλοὶ ἐροῦσί μοι
ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, Κύριε, Κύριε, οὐ τῷ ὀνό-
Luc. 13. 26. ματί σου ἐφάγομεν, καὶ τῷ ὀνόματί σου ἐπίομεν, καὶ
τῷ ὀνόματί σου δαιμόνια ἐξεβάλομεν, καὶ δυνά-

Margin notes: *Diſcipuli ipſo Xto majora fecerunt.* — *Xtus tum ab incantatoribus tum a pſeudo-chriſtis diſcipulos avertit* — * πλανᾶσθαι.

unico viduæ filio, quem miſeratus vitæ reſtituit, juſſis bajulis conſiſtere: déque tertio Lazari quatriduano tum cadavere. Proinde dicemus adverſariis paulò candidioribus, præcipuè Judæo: ſicut multi leproſi erant in diebus Eliſæi Prophetæ, nemo tamen eorum mundatus eſt præter Naimanem Syrum: & multæ viduæ erant in diebus Eliæ, ad nullam tamen Propheta miſſus eſt niſi ad illam Sareptanam in agro Sidonio; divino enim judicio habita eſt digna miraculo, quod in panibus contigit: ità multi mortui erant in diebus Jeſu, ſoli tamen reſuſcitati ſunt illi, quos Dei verbum ſciebat dignos reſurrectione, ut ea Domini facta non ſolùm figuræ eſſent rerum quarundam, ſed jam tum allicerent multos ad Evangelicam doctrinam miraculi raritate atque magnitudine. Auſimqꝫ dicere juxta magiſtri promiſſionem majora etiam feciſſe diſcipulos, quàm quæ tunc Jeſus externis ſenſibus exhibuit. Semper enim aperiuntur cœcarum animarum oculi; & aures, quæ antè ſurdæ præceptis de virtute fuerant, dociles redduntur audiendo verbo Dei, atque æternæ vitæ promiſſionibus; multi præterea claudicantes pedibus *interioris* (ut Scriptura nominat) *hominis*, nunc ſermone divino ſanati ſaliunt non ſimpliciter, ſed ſicut cervus infeſtum ſerpentibus animal, & omni viperarũ virulentiâ potentius. Tùm hi ipſi claudi, jam ſanati, accipiunt à Jeſu poteſtatem calcandi eiſdem pedibus, quibus antea claudicaverant, ſerpentum & ſcorpionum malitiam, atque adeò univerſam inimici illius potentiam, eámqꝫ calcant impuné: Nam & ipſi facti ſunt fortiores omni malitia venenóque dæmonum. Jeſus certè avertens diſcipulos non ab iſtis incantatoribus, qui variis modis pollicentur miracula, ſed ab illis, qui haberi poſtularent pro Chriſto Dei filio, & præſtigiis ad ſe diſcipulos Jeſu allicerent, interdum ſic loquitur; *Si quis vobis dixerit, Ecce hìc Chriſtus aut illic, nolite credere. Surgent enim Pſeudochriſti & Pſeudopropheta, & dabunt ſigna magna & prodigia, ità ut in errorem inducantur, ſi fieri poſſit, etiam electi: ecce prædixi vobis. Si ergò dixerint vobis, Ecce in deſerto eſt, nolite exire; Ecce in penetralibus, nolite credere: ſicut enim fulgur exit ab Oriente & apparet uſque in Occidentem, ità erit adventus filii hominis.* Interdum verò ſic; *Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo comedimus, & in nomine tuo bibimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus, multaſque virtutes*

tutes

tutes patravimus: & dicam eis, Diſcedite à me, quandoquidem iniquitatis eſtis operarii. At Celſus, confundere volens miracula Jeſu cum hominum præſtigiis, ad verbum hæc dicit; *O lucem & veritatem, ſuis verbis, ſuâque voce profitetur, quemadmodum vestræ Scripturæ teſtantur, adventuros ad vos alios quoque cum ſimilibus præſtigiis, homines maleficos & præſtigiatores: & Satanam nominat quemdam, qui horum autor erit artium: atque ità nè ipſe quidem inficiatur iſta nihil divinitatis habere, ſed eſſe maleficorum opera, &, veritate cogente, ſuas ſimul & aliorum artes detexit. Annon igitur miſerabile eſt & indignum, ex eiſdem operibus hunc quidem Deum, alios verò præſtigiatores exiſtimari? Cur enim ex hujuſmodi artibus conjecturam ſumentes alios potiùs malos credamus quàm hunc, vel ipſius teſtimonio? Certè ipſe faſſus eſt hæc non tam divinæ naturæ, quàm impoſtorum & ſceleſtorum hominum eſſe indicia.* Conſidera an non manifeſtè deprehendatur Celſus hoc loco malitioſè ſermonem depravans; cùm aliter Jeſus loquatur de venturis ſignorum & prodigiorum patratoribus, aliter iſte à Celſo introductus Judæus. Si enim ſimpliciter monuiſſet diſcipulos, caverent ſibi à miraculorum oſtentatoribus, nec addidiſſet, quemnam ſe eſſe jactabunt, fortaſſe locum habuiſſet iſtius ſuſpicio. Quoniam verò hi, quos caveri vult Jeſus, pro Chriſto ſe haberi volunt, quod non faciunt præſtigiatores, ſed potiùs Jeſu diſcipulos maleficis artibus aiunt miracula patrare & ejicere dæmonia: imò ſi ſic loquendum eſt, amovetur hoc loco omnis magicarum vanitatum ſuſpicio, commendatúrq; Chriſti & ejus diſcipulorum divina potentia, ſub cujus tamen nominis prætextu & alii pro Chriſto ſe venditare poſſent, qui, longè diverſâ potentiâ in ipſis operante, ſimilitudinem quandam germanorum Chriſti diſcipulorum præ ſe ferentes; quod & Paulus, in ſecunda ad Theſſalonicenſes epiſtola, indicat, quomodo revelabitur *homo ille ſceleris, filius perditus, qui eſt adverſarius & effertur adverſùs omnem, qui dicitur Deus aut numen, adeò ut in templo Dei ſedeat, oſtentans ſeipſum eſſe Deum;* & rurſus Theſſalonicenſibus dicit; *Et nunc quid detineat ſcitis, nempe ut ille reveletur in ſuo tempore, nam myſterium nunc agit iniquitatis, tantùm, qui tenet in præſentia, teneat, donec è medio tollatur; & tunc pateſiet iniquus ille, quem Dominus conficiet ſpiritu oris ſui, & abolebit*

μους πολλὰς ἐπιτελέσαμεν· καὶ ἐρῶ αὐτοῖς, ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι ἐστὲ ἐργάται ἀδικίας. Ὁ δὲ Κέλσος, κοινοποιῆσαι βουλόμενος τὰ τεράστια τοῦ Ἰησοῦ πρὸς τὴν ἐν ἀνθρώποις γοητείαν, φησὶν αὐταῖς λέξεσιν· "Ὦ φῶς καὶ ἀλήθεια, τῇ αὐτοῦ φωνῇ διαρρήδην ἐξαγορεύει, καθὰ καὶ ὑμεῖς συγγεγράφατε. διότι παρέσονται ὑμῖν καὶ ἕτεροι δυνάμεσιν ὁμοίαις χρώμενοι, κακοὶ καὶ γόητες· καὶ Σατανᾶν τινα τοιαῦτά τινα παραμηχανώμενον ὀνομάζει. ὥς' οὐδὲ αὐτὸς ἔξαρνός ἐστιν, ὡς ταῦτά γε οὐδὲν θεῖον, ἀλλὰ πονηρῶν ἐστιν ἔργα. βιαζόμενος δὲ ὑπὸ τῆς ἀληθείας ὁμοῦ, καὶ τὰ τῶν ἄλλων ἀπεκάλυψε, καὶ τὰ καθ' αὐτὸν ἤλεγξε. πῶς οὖν οὐ σχέτλιον ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἔργων τὸν μὲν, Θεόν· τοὺς δὲ, γόητας ἡγεῖσθαι; τί γὰρ μᾶλλον ἀπό γε τούτων τοὺς ἄλλους, πονηροὺς, ἢ τοῦτον νομιστέον, αὐτῷ χρωμένους μάρτυρι; ταῦτα μὲν γε καὶ αὐτὸς ὡμολόγησεν οὐχὶ θείας φύσεως, ἀλλ' ἀπατεώνων τινῶν καὶ παμπονήρων εἶναι γνωρίσματα." Ὅρα δὴ εἰ μὴ ἐν τούτοις * ὁ Κέλσος σαφῶς ἐλέγχεται κακουργῶν τὸν λόγον· ἄλλο μὲν τοῦ Ἰησοῦ λέγοντος περὶ τῶν * ποιησάντων σημεῖα καὶ τέρατα, ἄλλο δὲ τοῦ παρὰ τῷ Κέλσῳ Ἰουδαίου φάσκοντος. καὶ γὰρ εἰ μὲν ἁπλῶς τοῖς μαθηταῖς ἔλεγεν Ἰησοῦς φυλάσσεσθαι τοὺς τὰ τεράστια ἐπαγγελλομένους, οὐ παρατιθέμενος τί φήσουσιν ἑαυτοὺς εἶναι· τάχα χώραν εἶχεν ἂν ἡ ὑπόνοια αὐτοῦ. ἐπεὶ δ' ἀφ' ὧν θέλει φυλάσσεσθαι ἡμᾶς ὁ Ἰησοῦς, ἐπαγγέλλονται εἶναι ὁ Χριστός· ὅπερ οὐ ποιοῦσιν οἱ γόητες, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ βιοῦντας κακῶς φησί τινας δυνάμεις ποιήσειν, καὶ δαίμονας * ἀποβάλλειν ἀνθρώπων: μᾶλλον δ' (εἰ δεῖ οὕτως εἰπεῖν) ἀποκηρύσσεται μὲν * τῶν κατὰ τὸν τόπον ἡ γοητεία, καὶ πᾶσα ἡ κατ' αὐτὴν ὑπόνοια· εἰσάγεται δὲ ἡ θειότης τοῦ Χριστοῦ, καὶ θειότης τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, ὅτι δυνατὸν, τινὰ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ χρησάμενον, καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως ἐνεργηθέντα ὑπό τινος δυνάμεως, πρὸς τὸ προσποιήσασθαι ὅτι αὐτὸς εἴη ὁ Χριστὸς, δοκεῖν τὰ παραπλήσια τοῖς ἐπιτελεῖν τῷ Χριστῷ καὶ ἄλλους τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ τὰ ἀπαρεὶ παραπλήσια τοῖς γνησίοις αὐτοῦ μαθηταῖς. καὶ ὁ Παῦλος δ', ἐν τῇ πρὸς Θεσσαλονικεῖς ἐπιστολῇ δευτέρᾳ, ἀποφαίνεται, τίνα τρόπον ἀποκαλυφθήσεταί ποτε ὁ ἄνθρωπος τῆς * ἁμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ὁ ἀντικείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον [ἢ] Θεὸν ἢ σέβασμα, ὥς' αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ καθίσαι, ἀποδεικνύοντα ἑαυτὸν, ὅτι ἐστὶ Θεός. καὶ πάλιν φησὶ τοῖς Θεσσαλονικεῦσι· καὶ νῦν τὸ κατέχον οἴδατε, εἰς τὸ ἀποκαλυφθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ αὐτοῦ καιρῷ. τὸ γὰρ μυστήριον ἤδη ἐνεργεῖται τῆς ἀνομίας· μόνον ὁ κατέχων ἄρτι ἕως ἐκ μέσου γένηται. καὶ τότε ἀποκαλυφθήσεται ὁ ἄνομος, ὃν * ὁ Κύριος ἀναλώσει, ἀνελεῖ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ καταργήσει τῇ

Celſus ex ipſius Christi verbis falſo probare plagiarias hominum cum illius miraculis mysteria ſtudet.

* σαφῶς ὁ Κ.

* ποιησόντων.

Quam rem non beliſit Orig.

* ἀποβαλεῖν.

* τὸν κατὰ.

2 Theſſ. 2, 3.

* ἀνομίας.

Ibid. v. 6.

* ὁ Κύριος Θεὸς ἀνελεῖ.

ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας αὐτοῦ. οὗ ἐστιν ἡ παρουσία κατ' ἐνέργειαν τοῦ Σατανᾶ ἐν πάσῃ δυνάμει, καὶ σημείοις, καὶ τέρασι ψεύδους, καὶ ἐν πάσῃ ἀπάτῃ ἀδικίας ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις. ἐκτιθέμενος δὲ καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ ἐπιτρέπεσθαι τὸν ἄνομον ἐπιδη-
Ibid. v. 10. μεῖν τῷ βίῳ, φησίν· Ἀνθ' ὧν τὴν ἀγάπην τῆς ἀληθείας οὐκ ἐδέξαντο εἰς τὸ σωθῆναι αὐτούς.
* πέμπει. καὶ διὰ τοῦτο * πέμψει αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐνέργειαν πλάνης, εἰς τὸ πιστεῦσαι αὐτοὺς τῷ ψεύδει· ἵνα κριθῶσιν ἅπαντες οἱ μὴ πιστεύσαντες τῇ ἀληθείᾳ, ἀλλ' εὐδοκήσαντες ἐν τῇ ἀδικίᾳ. λεγέτω τις οὖν ἡμῖν εἰ δυνατόν τι τῶν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ἢ τῶν παρὰ τῷ ἀποστόλῳ χώραν παρέχειν ὑπο-
* τρόπον. νοίας γοητείας προαγορευομένης κατὰ τὸν * τόπον.
Dan. 7. 26. παρέσται δὲ τῷ βουλομένῳ καὶ ἀπὸ τοῦ Δανιὴλ ἐκλαβεῖν τὴν περὶ τοῦ ἀντιχρίστου προφητείαν. καταψεύδεται δὲ τῶν λόγων Ἰησοῦ, ἐπεὶ μὴ εἰπόντος αὐτοῦ, [διότι] παρέσονται ἕτεροι δυνάμεσιν ὁμοίαις χρώμενοι, κακοὶ καὶ γόητες, αὐτός φησιν αὐτὸν εἰρηκέναι τὸ τοιοῦτον. ὡς γὰρ οὐχ ὁμοία
* ἐπαοιδῶν. δύναμις ἡ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ * ἐπῳδῶν τῇ ἐν τῷ
Exod. 7. 12. Μωσῇ παραδόξῳ χάριτι· ἀλλὰ τὸ τέλος διήλεγξε, τὰ μὲν τῶν Αἰγυπτίων ὄντα μαγγανείας, τὰ δὲ τοῦ Μωϋσέως θεῖα· οὕτως τὰ μὲν τῶν ἀντιχρίστων, καὶ τῶν προσποιουμένων δυνάμεις ὡς μαθητῶν Ἰησοῦ, σημεῖα καὶ τέρατα λέγεται εἶναι ψεύδους, ἐν πάσῃ ἀπάτῃ ἀδικίας τοῖς ἀπολλυμένοις ἰσχύοντα· τὰ δὲ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ καρπὸν ἔσχεν οὐκ ἀπάτην, ἀλλὰ σωτηρίαν ψυχῶν. τίς γὰρ τὸν κρείττονα βίον, καὶ συστέλλοντα τὰ τῆς κακίας ὁσημέραι ἐπὶ τὸ ἔλαττον, εὐλόγως φησὶν ἀπὸ ἀπάτης γίνεσθαι; ὑπείδετο δὲ ὁ Κέλσος τὸ ἀπὸ τῆς γραφῆς, ποιήσας τὸν Ἰησοῦν εἰρηκέναι, “ ὅτι Σατανᾶς τις τοιαῦτα παραμη- “ χανήσεται, ἀλλὰ καὶ συναρπάζει τὸν λόγον, φάσκων· “ μὴ ἔξαρνον εἶναι τὸν Ἰησοῦν, ὡς ταῦτα “ οὐδὲν θεῖον ἔχει, ἀλλὰ πονηρῶν ἐστιν ἔργα. ὁμογενῆ γὰρ αὐτὰ πεποίηκεν ἑτερογενῆ τυγχάνοντα. καὶ ὥσπερ λύκος κυνὶ οὐχ ὁμογενής, κἂν δοκῇ ἔχειν τι παραπλήσιον ἐν τῷ τοῦ σώματος σχήματι καὶ τῇ φωνῇ, οὐδὲ φάσσα τῇ περιστερᾷ· οὕτως οὐδὲν ὅμοιον ἔχει τὸ δυνάμει Θεοῦ ἐπιτελούμενον τῷ γινομένῳ ἀπὸ γοητείας. ἔτι δὲ καὶ ταῦτα πρὸς τὰς Κέλσου κακουργίας ἐροῦμεν, ἆρα δυνάμεις γίνονται μὲν κατὰ γοητείαν ἀπὸ πονηρῶν δαιμόνων, οὐδεμία δὲ δύναμις ἐπιτελεῖται ἀπὸ τῆς θείας καὶ μακαρίας φύσεως· ἀλλ' ὁ βίος τῶν ἀνθρώπων ἤνεγκε μὲν τὰ χείρονα, οὐδαμῶς δ' ἐχώρησε τὰ κρείττονα. Καὶ τοῦτο δὲ δοκεῖ μοι
* ὥσπερ ἐπὶ πάντων δεῖν. * ἐπὶ πάντων ὥστε δεῖν παραθεῖναι, ὅτι ὅπου τι χεῖρον προσποιούμενον εἶναι ὁμογενὲς τῷ κρείττονι, ἐκεῖ πάντως ἐκ τοῦ ἐναντίου ἐστί τι κρεῖττον· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν κατὰ γοητείαν ἐπιτελουμένων,

claritate adventûs ſui: cujus eſt adventus ſecundùm operationem Satanæ cum omni potentia & ſignis ac prodigiis mendacibus, & cum omni deceptione injuſtitiæ in iis qui pereunt. Addítque cauſam, cur permittatur ſceleſtus ille in vita verſari; *eò quòd dilectionem veritatis non receperunt in hoc ut ſalvi fierent: & propterea mittit illis Deus efficaciam illuſionis, ut credant mendacio, ut judicentur omnes, qui non crediderunt veritati, ſed approbaverunt injuſtitiam.* Dicat nobis aliquis, ſi poteſt, quid ex his Evangelicis dictis, aut etiam Apoſtolicis, poſſit præbere materiam ſuſpicionis de maleficis artibus & damnatis, de quibus hoc loco prædicitur. Licebit autem cuivis volenti ex Daniele quoq; excerpere Prophetiam, quæ eſt de Antichriſto. Ceterùm mendacium ineſt in depravatione verborum Jeſu: non enim dixit venturos alios malos & præſtigiatores, uſuróſque ſimili potentiâ; quod iſte dictum interpretatur. Quemadmodum enim incantatorum Ægyptiorum potentia non erat ſimilis mirificæ Moſis gratiæ, ſed hanc divinitùs acceptam exitus declaravit, illam verò fuiſſe meras præſtigias; ſic Antichriſtorum & ad ſimilitudinem Jeſu diſcipulorum virtutem ſuam exercere conantium miracula prodigiáq; appellantur mendacia, omni deceptione injuſtitiæ ad perdendos homines efficacia: miraculorum autem Chriſti ejúſq; diſcipulorum fructus erat non deceptio, ſed ſalus animarum; quis enim probabiliter diceret emendationem vitæ, quotidianóſque à vitiis ad virtutem profectus naſci è deceptionibus? Nec omnino ignorabat Celſus Scripturam, dum Jeſum ait dixiſſe, *Quòd iſtæ machinationes erunt Satanæ:* &, velut arreptâ occaſione, ſubinfert, *nec ipſum Jeſum negare in his operantibus nihil divinum ineſſe, ſed eſſe eas malorum hominum,* ſub idem genus cogens quæ ſunt diverſiſſimi generis: & quemadmodum lupus non eſt ejuſdem cum cane generis, tametſi videatur in corporis figura & voce habere quiddam ſimile; neque palumbes ejuſdem cum columba; ità longè aliud eſt quod virtute Dei perficitur, quàm quod præſtigiis magicis. Præterea, quò magis coarguamus Celſi malitiam, ſic eum interrogabimus. Ergò virtute malorum dæmonum fiunt quædam miracula, à divina verò illa & beata natura nullum editur? & cùm deteriora extent in vita hominum, non capit hæc meliora? id quod mihi videtur poſſe dici de rebus omnibus, ubicunq; deterius aliquid præſtantioris generis refert quandam ſimilitudinem, ibi à contrario præſtantius etiam eſſe: atque ità è præſtigiatorum miraculis

Digitized by Google

miraculis colligimus, neceſſariò eſſe alia quæ divinâ virtute patrentur in vita hominum: & conſequens eſt aut utrumque negari, neutrum concedendo, aut ſi alterum concedatur, præſertim deterius, fateri etiam id, quod eſt præſtantius. Quòd ſi quis fateretur prodigioſa miracula fieri, negans ulla patrari divinitùs, perinde facere videretur, ac ſi falſus ſophiſmata quædam eſſe rationéſque probabiles, quædam veri ſimilitudine, cùm tamen nihil veritatis habeant, negaret extare apud homines alias veras & dialecticas longéque diverſas à ſophiſmatibus. Quòd ſi ſemel admittimus, manifeſtè exiſtente in rebus arte magicâ, quæ per maleficos homines genios malos curioſis carminibus delinitos eliciat ad patranda miracula, conſequens eſſe ut etiam divinæ virtutis operationes inveniantur inter homines: quin certis indiciis examinamus promiſſores talium miraculorum; videlicet deſumptis ex eorum vita moribúſq;, tum ex miraculorum ipſorum affectibus, diſpiciendo afferántne damnum hominibus, an correctionem moribus, ut ſciamus quænam vel ab incantatore fiant miniſterio dæmonum, vel ab anima pura ſanctáque & afflata divino ſpiritu, cujus etiam corpus ex ejuſdem ſpiritûs commercio ad utilitatem inſtitutionémque hominum ſit efficax, & ad confirmandam veram fidem in Deum. Quòd ſi non ſunt probanda miracula priùs, quàm diſcernantur à quo rectè patrentur aut ſecus, nè vel omnia damnemus, vel omnia miremur, tanquam divina: annon perſpicuum eſt è Moſis Jeſúque miraculis, quibus gentes integræ ad religionem pertractæ ſunt, non ſine divina virtute facta ab illis, quæ Scripturis ſunt prodita. Nunquam enim malis artibus & impoſturis conſtituta fuiſſet integræ gentis Reſpublica, contemptricis ſimulacrorum omnium, & ſuperſcenſis creaturis omnibus contendentis ad Deum principem & autorem hujus univerſitatis carentem principio. Et quoniam Judæus eſt, qui apud Celſum iſta loquitur, libet eum ſic appellare: Tu verò, bone vir, quid ità credis quæ tuis Scripturis produntur à Deo per Moſen peracta, & conaris os obturare conferentibus ea cum Ægyptiorum ſapientium præſtigiis; ipſe verò etiam illa quæ fateris à Jeſu patrata, inficiaris divinitùs facta, in hoc imitator Ægyptiorum pervicaciæ. Nam ſi effectus operum, videlicet integra Iſraelitarum gens his auſpiciis oriunda, ſatis declarat Deum operatum per Moſis miniſterium, quin po-

ὅτι πάντως ἀνάγκη εἶναι καὶ ἀπὸ θείας ἐνεργείας ἐν τῷ βίῳ γινόμενα. καὶ τὸ αὐτὸ ἐστὶν ἐξ ἀκολουθίας, ἤτοι ἀμφότερα ἀναιρεῖν, καὶ λέγειν * μηδέτερον γίγνεσθαι, ἢ θέντα τὸ ἕτερον καὶ μάλιστα τὸ χεῖρον, ὁμολογεῖν καὶ περὶ τοῦ κρείττονος. εἰ δέ τις θείη μὲν τὰ ἀπὸ γοητείας γίνεσθαι, μὴ θείη δὲ τὰ ἀπὸ θείας δυνάμεως· δοκεῖ μοι παραπλήσιος εἶναι τῷ θεῖναι μὲν ὅτι εἰσὶ σοφίσματα καὶ λόγοι πιθανοί, ἀποτυγχάνοντες τῆς ἀληθείας, περιποιούμενοι τἀληθῆ παριστάνειν· οὐδαμοῦ δὲ παρ' ἀνθρώποις ἀλήθεια, καὶ διαλεκτικὴ ἀλλοτρία σοφισμάτων πολιτεύεται. εἰ δ' ἅπαξ παραδεξόμεθα, ἀκόλουθον εἶναι τῷ ὑποστήσαι εἶναι μαγείαν καὶ γοητείαν, ἐνεργουμένην ὑπὸ πονηρῶν δαιμόνων, καταχλήσεσι περιέργοις θελγομένων, καὶ ἀνθρώποις γόησιν ὑπακουόντων, τὸ καὶ ἀπὸ θείας δυνάμεως δεῖν εὑρίσκεσθαι ἐν ἀνθρώποις· διὰ τί οὐχὶ καὶ βεβασανισμένως τοὺς ἐπαγγελλομένους τὰς δυνάμεις ἐξετάσομεν ἀπὸ τοῦ βίου καὶ τοῦ ἤθους καὶ τῶν ἐπακολουθούντων ταῖς δυνάμεσιν, ἤτοι εἰς βλάβην τῶν ἀνθρώπων, ἢ εἰς ἠθῶν ἐπανόρθωσιν; τίς μὲν δαίμοσι διακονούμενος, διά τινων ἐπῳδῶν καὶ μαγγανειῶν τὰ τοιαῦτα ποιεῖ; τίς δ' ἐν χώρᾳ καθαρᾷ καὶ ἁγίᾳ γενόμενος κατὰ τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ καὶ τὸ πνεῦμα; οἶμαι δὲ καὶ τὸ σῶμα τῷ Θεῷ παραδεξάμενος, θεῖόν τι πνεῦμα τὰ τοιαῦτα εἰς ὠφέλειαν ἀνθρώπων καὶ προτροπὴν τὴν ἐπὶ τὸ πιστεύειν Θεῷ ἀληθινῷ πράττει. εἰ δ' ἅπαξ ζητεῖν δεῖ μὴ συναρπαζομένους ὑπὸ τῶν δυνάμεων, τίς μὲν ἀπὸ κρείττονος, τίς δὲ ἀπὸ χείρονος τὰ τοιαῦτα ἐπιτελεῖ; ἵνα ἢ μὴ πάντα κακολογῶμεν, ἢ μὴ πάντα ὡς θεῖα θαυμάζωμεν καὶ ἀποδεχώμεθα. πῶς οὐχὶ προφανὲς μὲν ἔσται ἐκ τῶν συμβάντων ἐπὶ Μωϋσέως καὶ ἐπὶ Ἰησοῦ, ἐθνῶν ὅλων συστάντων μετὰ τὰ σημεῖα αὐτῶν, ὅτι θείᾳ δυνάμει πεποιήκασιν οὗτοι, ἅπερ ἀναγέγραπται αὐτοὺς πεποιηκέναι; οὐκ ἂν γὰρ πονηρία καὶ μαγγανεία ὅλον ἔθνος συνέστησεν, ὑπερβὰν μὲν οὐ μόνον ἀγάλματα καὶ τὰ ὑπ' ἀνθρώπων ἱδρυμένα, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν γενητὴν φύσιν, ἀναβαῖνον δὲ πρὸς τὴν ἀγένητον τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἀρχήν. Ἐπεὶ δ' Ἰουδαῖός ἐστιν ὁ παρὰ τῷ Κέλσῳ ταῦτα λέγων, εἴποιμεν ἂν πρὸς αὐτόν· σὺ δὲ δή, ὦ οὗτος, τί δή ποτε τὰ μὲν παρὰ σοὶ γεγραμμένα, ὡς ὑπὸ Θεοῦ διὰ Μωσέως ἐπιτελεσθέντα, θεῖα εἶναι πιστεύεις, καὶ πειρᾷ πρὸς τοὺς διαβάλλοντας αὐτά, ὡς κατὰ γοητείαν γεγενημένα, ὁμοίως τοῖς παρὰ Αἰγυπτίων σοφοῖς ἐπιτελουμένοις, διαλύεσθαι· τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ καὶ παρὰ σοὶ ὁμολογούμενα γεγονέναι, τοὺς κατὰ σοῦ Αἰγυπτίους μιμούμενος, κατηγορεῖς ὡς οὐ θεῖα; εἰ γὰρ τὸ τέλος, καὶ ὅλον τὸ ἔθνος συστὰν διὰ τῶν ἐν Μωϋσῇ τεραστίων, τὴν ἐνέργειαν τοῦ Θεοῦ εἶναι τὴν ταῦτα ποιήσασαν γενέσθαι σημαίνει ἐπὶ

* μηδ' ἕτερον.

Μωϋσέως· πῶς οὐχὶ μᾶλλον τὸ πιστεύειν ἐπὶ τῷ Ἰησοῦ δειχθήσεται, μεῖζον ποιήσαντι παρὰ τὸ Μωϋσέως ἔργον; ἐκεῖνος μὲν γὰρ τοὺς ἀπὸ τοῦ ἔθνους ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ κατὰ διαδοχὴν τὴν περιτομὴν φυλάξαντας, καὶ τῶν ἐθῶν τοῦ Ἀβραὰμ γινομένους ζηλωτὰς ἑτοιμοτέρους παραλαβὼν, ἐξήγαγεν ἐκ τῆς Αἰγύπτου, τοὺς θείους, οὓς πεπίστευκε, παραθέμενος αὐτοῖς νόμους· οὗτος δὲ μεῖζόν τι τολμήσας, ἐπεισήγαγε τῇ προκαταλαβούσῃ πολιτείᾳ, καὶ ἔθεσι πατρῴοις, καὶ ἀναστροφαῖς ταῖς κατὰ τοὺς κειμένους νόμους, τὴν κατὰ τὸ εὐαγγέλιον πολιτείαν. καὶ ὥσπερ ἔχρῃζεν, ἵνα Μωϋσῆς πιστευθῇ οὐ μόνον ὑπὸ τῆς γερουσίας, ἀλλὰ καὶ τοῦ λαοῦ, σημείων, ὧν πεποιηκέναι ἀναγέγραπται· διὰ τί οὐχὶ καὶ Ἰησοῦς, ἵνα δὴ πιστευθῇ ὑπὸ τῶν ἀπὸ τοῦ λαοῦ μεμαθηκότων σημεῖα καὶ τέρατα αἰτεῖν, δεήσεται τοιούτων δυνάμεων; αἳ διὰ τὸ μεῖζον καὶ θειότερον συγκρίσει τῶν διὰ Μωϋσέως, οἷαί τε ἦσαν ἀποστῆσαι μὲν τῆς Ἰουδαϊκῆς μυθολογίας καὶ τῶν ἀνθρωπίνων παρ' αὐτοῖς παραδόσεων· πεῖσαι δὲ παραδέξασθαι τὸν ταῦτα διδάσκοντα καὶ ἐπιτελοῦντα, ὅτι μείζων τῶν προφητῶν ἦν. πῶς γὰρ οὐ μείζων τῶν προφητῶν ἦν, ὁ ὑπὸ τῶν προφητῶν ὡς Χριστὸς καὶ Σωτὴρ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων εἶναι κηρυσσόμενος; καὶ ὅλα δὲ, ἅπερ ὁ παρὰ τῷ Κέλσῳ Ἰουδαῖος λέγει πρὸς τοὺς πιστεύοντας εἰς τὸν Ἰησοῦν, δύναται κοινοποιεῖσθαι εἰς τὴν * Μωϋσέως κατηγορίαν, ὥστε μηδὲν διαφέρειν. παραπλήσιον δ' ἐστὶ λέγειν γοητείαν τὴν Ἰησοῦ τῇ Μωϋσέως, ἀμφοτέρων (ὅσον ἐπὶ τῇ λέξει) τοῦ παρὰ τῷ Κέλσῳ Ἰουδαίου δυναμένων τοῖς αὐτοῖς ὑπάγεσθαι ἐγκλήμασιν· οἷον περὶ μὲν Χριστοῦ ὁ παρὰ Κέλσῳ Ἰουδαῖος λέγει, „Ἀλλ' ὦ φῶς „καὶ ἀλήθεια, τῇ αὐτοῦ φωνῇ διαῤῥήδην ἐξα„γορεύει Ἰησοῦς ταῦτα, καθὰ καὶ ὑμεῖς συγγεγρά„φατε, διότι παρέσονται ὑμῖν καὶ ἕτεροι δυνά„μεσιν ὁμοίαις χρώμενοι, κακοὶ καὶ γόητες. περὶ δὲ Μωϋσέως εἴποι ἂν ὁ ἀπιστῶν πρὸς τὸν Ἰουδαῖόν τις, εἴτε Ἕλλην, εἴτ' Αἰγύπτιος, εἴθ' ὁστισοῦν, Ἀλλ' ὦ φῶς καὶ ἀλήθεια, τῇ αὐτοῦ φωνῇ Μωϋσῆς διαῤῥήδην ἐξαγορεύει, καθὰ καὶ ὑμεῖς συγγεγράφατε, διότι παρέσονται ὑμῖν ἕτεροι δυνάμεσιν ὁμοίαις χρώμενοι, κακοὶ καὶ γόητες.

Deut.13.1. γέγραπται γὰρ ὑμῶν ἐν τῷ νόμῳ. Ἐὰν δὲ ἀναστῇ ἐν σοὶ προφήτης, ἢ ἐνυπνιαζόμενος ἐνύπνιον, καὶ δώσει σημεῖον ἢ τέρας, καὶ ἔλθῃ τὸ σημεῖον ἢ τὸ τέρας ὃ ἐλάλησε πρὸς σὲ λέγων· πορευθῶμεν, καὶ ἀκολουθήσωμεν Θεοῖς ἑτέροις, οὓς οὐκ οἴδατε, καὶ λατρεύσωμεν αὐτοῖς· οὐκ ἀκούσεσθε * τῶν λόγων τοῦ προφήτου ἐκείνου, ἢ τοῦ ἐνυπνιαζομένου τὸ ἐνύπνιον ἐκεῖνο, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ ὁ μὲν τοὺς λόγους τοῦ Ἰησοῦ διαβάλλων, φησί· „Καὶ Σατα„νᾶν τινα τοιαῦτα παραμηχανώμενον ὀνομά„ζειν. ὁ δὲ κοινοποιῶν τοῦτο πρὸς Μωϋσέα ἐρεῖ καὶ προφήτην ἐνυπνιαζόμενον τοιαῦτα παραμηχανώμενον ὀνομάζειν. ὥσπερ δ' ὁ παρὰ τῷ

* Μωσέως.
Judaeum fictum explodit quod illud ipsum convicium in Mosen retorqueri posset

* τοῦ λόγου καὶ τοὺς λόγους.

tiùs de Jeſu hoc perſuadetur, cujus longè majus opus extat quàm Moſis. Ille enim gentiles ſuos, Abrahæ poſteritatem continuâ ſucceſſione obſervantem circumciſionis aliorúmque rituum, & morum autoris ſui æmulam, promptos & obſequentes nactus ex Ægypto eduxit, propoſitis eis divinis, ut & ipſe credis, legibus: hic autem majus quiddam auſus aggredi, antiquatis inſtitutis priſtinis moribuſque patriis, in quibus gentes educatæ fuerant, ſuperinduxit novam Reipublicæ formam ex præſcriptis Evangelicis. Et quemadmodum, ut Moſi crederetur à ſenatu populóque Judæorum, ſignis opus erat & prodigiis, quæ in Scripturis habentur: ità quid mirum, ſi Jeſu fuit eis opus ad patrandam fidem apud populum aſſuetum talia poſtulare, atque etiam majoribus? quæ collata ad Moſaica poſſent eos avertere à Judaicis fabulis & humanis traditionibus, perſuaderéque novum hunc doctorem tantâ potentiâ præditum, maiorem eſſe quàm Prophetæ fuerint. Quid ni? cùm illorum oraculis ipſe prædictus ſit venturus Chriſtus & Servator humani generis. Poſſent autem omnes iſtæ calumniæ, quibus Celſi Judæus apud fideles diſſerens Jeſum inſectatur, transferri in Moſen verbis totidem, ei quoque maleficas artes opprobrando & præſtigias, quando iſta Judæi criminatio non magìs in illum quàm in hunc competat. Quale eſt illud Judæi de Chriſto, *O lucem & veritatem, ſuis verbis ſuâque voce profitetur Jeſus, quemadmodum veſtræ Scripturæ teſtantur, adventuros ad vos alios quoque cum ſimilibus fucis homines impoſtores & maleficos.* Et de Moſe poſſet vel Græcus incredulus, vel Ægyptius, vel quivis alius Judæo dicere; O lucem & veritatem, ſuis verbis ſuâque voce profitetur Moſes, ſicut veſtræ Scripturæ teſtantur, venturos ad vos alios quoque cum ſimilibus impoſturis præſtigiatores & maleficos homines. Scriptum eſt enim in veſtra lege, *Si ſurrexerit in te Propheta, aut ſomnians ſomnium, & dederit tibi ſignum & prodigium, & veniat ſignum ſeu prodigium quod locutus eſt ad te dicens; Eamus & ſequamur Deos alienos quos neſcitis, & ſerviamus illis: nolite audire verba Prophetæ illius, aut ſomniantis ſomnium illud,* & reliqua. Et iſte quidem verborum Jeſu calumniator ait, *Satanam ab eo appellari autorem talium artium.* Qui verò hæc ad Moſen detorquere velit, diceret Prophetam ſomniantem ab eo vocari autorem talium artium.

Et

Et quemadmodum Celſi Judæus de Jeſu dicit, *Itaque nè ipſe quidem inficiatur iſta nihil divinitatis habere, ſed eſſe maleficorum opera*, ità quicunque Moſi non credit, diceret totidem verbis; itaque nè ipſe quidem Moſes inficiatur iſta nihil divinitatis habere, ſed eſſe maleficorum hominum opera. Pari modo & illa verba, veritate cogente ſuas ſimul aliorúmque artes detexit, ad Moſen torqueri poterunt. Itidem illa Judæi, *Annon igitur indignum eſt ex eiſdem operibus hunc quidem Deum, alios verò præſtigiatores exiſtimari?* in ipſum poterunt retorqueri ſic; Annon igitur indignum ex eiſdem operibus Moſen quidem Prophetam Dei famulúmque exiſtimari, alios verò præſtigiatores? Et quoniam Celſus huic loco immoratus, præter jam dicta, quæ in utrunque ex æquo dici poſſunt, illud quoque adjecit, *Cur enim ex hujuſmodi actionibus conjecturam ſumentes alios potiùs malos credamus quàm hunc, vel ipſius teſtimonio?* addamus etiam nos ſimilem orationem; Cur enim Moſe vetante fidem haberi prodigiorum & miraculorum patratoribus, ceteros potiùs improbos putemus, quàm ipſum qui damnavit hoc genus hominum? Et quò magis rem exaggeret: ipſe, inquit, faſſus eſt hæc non tam divinæ naturæ quàm impoſtorum & ſceleratorum hominum eſſe indicia. Quisnam is? Tu quidem, Judæe, reſpondebis, Jeſus: adverſarius verò tuus eadem in te retorquens crimina, ad Moſen id referet. Pergit Celſi Judæus (ut quod ſibi ab initio propoſuit ſequar) in ſermone ſuo ad populares habito à Judaiſmo converſos ſic alloqui, *Quid igitur vos ei conciliavit? an quia prædixit ſe poſt mortem reſurrecturum?* Sed & hoc quemadmodum priora in Moſen transferetur, Quid igitur vos ei conciliavit? an quia de obitu ſuo ſcripſit ſic; *Et mortuus eſt ibi Moſes famulus Domini in terra Moabitarum per verbum Domini, ſepultúsque eſt in ea terra juxta ædem Phogoris: nec quiſquam novit ſepulchrum ejus in hunc uſque diem.* Sicut enim Judæus calumniatur ipſum prædixiſſe ſuam reſurrectionem: pari modo de Moſe licet dicere, ipſum ſcripſiſſe (ejus enim eſt etiam Deuteronomium) ſuum ſepulchrum nemini cognitum eſſe in hunc uſque diem, quò venerabilius id faceret, ut ignotum humano generi. Poſthæc Judæus cum civibus ſuis ad Jeſu fidem converſis agens ſic ſermonem continuat; *Age demus vobis prædictum hoc ab illo: at quàm multi alii talibus miraculorum præſtigiis uſi*

Κέλσῳ Ἰουδαῖος φησὶ περὶ τοῦ Ἰησοῦ, "ὅτι ὥσπερ "οὐδ' αὐτὸς ἔξαρνός ἐστιν, ὡς ταῦτά γε οὐδὲν "θεῖον, ἀλλὰ πονηρῶν ἐστιν ἔργα. οὕτως ὁ τοῖς Μωϋσέως ἀπιστῶν εἴποι πρὸς αὐτὸν, τὰ προειρημένα ἐκτιθέμενος, τὸ αὐτό· ὥστε οὐδ' αὐτὸς Μωϋσῆς ἔξαρνός ἐστιν, ὡς ταῦτά γε οὐδὲν θεῖον, ἀλλὰ πονηρῶν ἐστιν ἔργα. τὸ αὐτὸ δὲ ποιήσει καὶ * πρὸς τὸ, βιαζόμενος ὑπὸ τῆς ἀληθείας ὁμοῦ, καὶ τὰ τῶν ἄλλων ἀπεκάλυψε, καὶ τὰ καθ' ἑαυτὸν ἤλεγξεν ὁ Μωϋσῆς. λέγοντι δὲ τῷ Ἰουδαίῳ καὶ τὸ, "Πῶς οὖν οὐ σχέτλιον, ἀπὸ τῶν "αὐτῶν ἔργων τὸν μὲν, Θεόν· τοὺς δὲ, γόητας "ἡγεῖσθαι;" Εἴποι τις ἂν πρὸς αὐτὸν, διὰ τὰς Μωϋσέως ἐκτεθείσας λέξεις· πῶς οὖν οὐ σχέτλιον ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἔργων, τὸν μὲν προφήτην Θεοῦ καὶ θεράποντα αὐτοῦ, τοὺς δὲ γόητας ἡγεῖσθαι; Ἐπεὶ δὲ προσδιατρίβων τῷ τόπῳ ὁ Κέλσος προσέθηκεν οἷς ἐξεθέμην κοινοποιηθεῖσι καὶ τὸ, "Τί γὰρ μᾶλλον ἀπό γε τούτων "τοὺς ἄλλους πονηροὺς, ἢ τοῦτον νομιστέον, αὐτῷ "χρωμένους μάρτυρι; προσθήσομεν τοῖς λεγομένοις καὶ ἡμεῖς τοιαῦτα, Τί γὰρ μᾶλλον ἀπό γε τούτων, οἷς ἀπαγορεύει πείθεσθαι Μωϋσῆς ἐπιδεικνυμένοις σημεῖα καὶ τέρατα, ἐκείνους πονηροὺς νομιστέον, ἢ Μωϋσέα, ἐξ ὧν ἑτέρους περὶ σημείων καὶ τεράτων διέβαλε; Πλείονα δ' εἰς ταὐτὸ λέγων, ἵνα δόξῃ αὔξειν τὸ ἐπιχείρημα, φησί· "Ταῦτα μὲν γε καὶ αὐτὸς ὡμολόγησεν οὐχὶ θεί"ας φύσεως, ἀλλ' ἀπατεώνων τινῶν καὶ παμπο"νήρων εἶναι γνωρίσματα. τίς οὖν αὐτός; σὺ μὲν, ὦ Ἰουδαῖε, φῂς ὅτι ὁ Ἰησοῦς. ὁ δ' ἐγκαλῶν σοι ὡς τοῖς αὐτοῖς ἐγκλήμασιν ὑποκειμένῳ, τὸ αὐτὸς ἀνάξει ἐπὶ τὸν Μωϋσέα. μετὰ ταῦτα φησὶ πρὸς ἡμᾶς δῆθεν (ἵνα τηρήσω τὸ ἀπ' ἀρχῆς τῷ Ἰουδαίῳ προτεθὲν) ὁ τοῦ Κέλσου Ἰουδαῖος ἐν τῷ πρὸς τοὺς πολίτας ἑαυτοῦ λόγῳ πιστεύοντας, "Τίνι οὖν * προσήχθητε, ἢ διότι προεῖπεν ὡς ἀποθανὼν ἀναστήσεται; καὶ τοῦτο δ' εἰς τὸ περὶ Μωϋσέως ὁμοίως τοῖς προτέροις κοινοποιηθήσεται. ἐροῦμεν γὰρ πρὸς αὐτὸν, τίνι οὖν * προσήχθητε, ἢ διότι ἀνέγραψε περὶ τῆς ἑαυτοῦ τελευτῆς * ταῦτα; καὶ ἐτελεύτησεν ἐκεῖ Μωϋσῆς [ὁ] οἰκέτης Κυρίου, ἐν γῇ Μωὰβ, διὰ ῥήματος Κυρίου, καὶ ἔθαψαν αὐτὸν ἐν τῇ Μωὰβ, ἐγγὺς οἴκου Φογώρ. καὶ οὐδεὶς οἶδε τὴν ταφὴν αὐτοῦ ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης. ὡς γὰρ διαβάλλει ὁ Ἰουδαῖος, ὅτι προεῖπεν ὡς ἀποθανὼν ἀναστήσεται, πρὸς τὸν λέγοντα ταῦτα· ὁ περὶ Μωϋσέως τὸ ὅμοιον φάσκων ἐρεῖ, ὅτι καὶ Μωϋσῆς ἀνέγραψεν (αὐτοῦ γάρ ἐστι καὶ τὸ Δευτερονόμιον) ὅτι οὐδεὶς οἶδε τὴν ταφὴν αὐτοῦ ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης· σεμνύνων καὶ ἐπαίρων καὶ τὴν ταφὴν αὐτοῦ, ὡς οὐκ ἐγνωσμένην ἀνθρώπων γένει. Μετὰ ταῦτά φησιν ὁ Ἰουδαῖος πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ πολίτας τοὺς Ἰησοῦ πιστεύοντας· "φέρε καὶ δὴ πιστεύωμεν ὑμῖν, τοῦτ' "εἰρῆσθαι. πόσοι δ' ἄλλοι τοιαῦτα τερατεύονται,

* ἐπὶ τούτῳ βιαζόμενος.

* προσήχθητε.

* προσήχθητε.
Deut. 34. 5.
* τοιαῦτα.

 "πείθουσι

" πειθοῦς ἕνεκα τῶν εὐήθως ἀκουόντων, ἐνεργο-
" λαβοῦντες τῇ πλάνῃ; ὅπερ οὖν ϗ Ζάμολξιν
" ἐν Σκύθαις φασὶ τὸν Πυθαγόρου δοῦλον, ϗ
" τὸν Πυθαγόραν ἐν Ἰταλίᾳ· ϗ Ῥαμψίνιτον
" ἐν Αἰγύπτῳ (τοῦτον μὲν ϗ συγκυβεύειν ἐν
" ᾅδου τῇ Δήμητρι, ϗ ἀνελθεῖν δῶρον παρ'
" αὐτῆς χειρόμακτρον χρυσοῦν φέροντα)· ϗ
" μὴν ϗ Ὀρφέα ἐν Ὀδρύσαις, ϗ Πρωτεσίλα-
" ον ἐν Θεσσαλίᾳ, ϗ Ἡρακλέα ἐπὶ Ταινάρῳ ϗ
" Θησέα. ἀλλ' ἐκεῖνο σκεπτέον, εἴ τις ὡς ἀλη-
" θῶς ἀποθανὼν, ἀνέστη ποτὲ αὐτῷ σώματι· ἢ
" οἴεσθε τὰ μὲν τῶν ἄλλων μύθους εἶναί τε ϗ
" δοκεῖν, ὑμῖν δὲ τὴν καταστροφὴν τοῦ δράματος
" εὐσχημόνως ἢ πιθανῶς ἐφευρῆσθαι, τὴν ἐπὶ τοῦ
" σκόλοπος αὐτοῦ φωνὴν ὅτ' ἀπέπνει, ϗ τὸν
" σεισμὸν, ϗ τὸν σκότον· ὅτι δὴ ζῶν μὲν οὐκ
" ἐπήρκεσεν ἑαυτῷ, νεκρὸς δ' ἀνέστη, ϗ τὰ ση-
" μεῖα τῆς κολάσεως ἔδειξε, ϗ τὰς χεῖρας ὡς
" ἦσαν πεπερονημέναι. τίς τοῦτο * οἶδε; γυνὴ
" πάροιστρος, ὥς φατε, ϗ εἴ τις ἄλλος τῶν ἐκ
" τῆς αὐτῆς γοητείας, ἤτοι κατά τινα διάθεσιν
" ὀνειρώξας, ϗ κατὰ τὴν αὐτοῦ βούλησιν δόξῃ πε-
" πλανημένῃ φαντασιωθεὶς, ὅπερ δὴ μυρίοις συμ-
" βέβηκεν· ἢ, ὅπερ μᾶλλον, ἐκπλῆξαι τοὺς λοι-
" ποὺς τῇ τερατείᾳ ταύτῃ θελήσας, ϗ διὰ τοῦ
" τοιούτου ψεύσματος ἀφορμὴν ἄλλοις ἀγύρταις
" παρασχεῖν. Ἐπεὶ οὖν [ὁ] Ἰουδαῖός ἐστιν ὁ ταῦ-
τα λέγων, ὡς πρὸς Ἰουδαῖον ἀπολογούμεθα περὶ
τοῦ ἡμετέρου Ἰησοῦ, κοινοποιοῦντες ἔτι τὸν λόγον
περὶ Μωϋσέως [ϗ] λέγοντες αὐτῷ· πόσοι δ'
ἄλλοι τοιαῦτα τερατεύονται, ὁποῖα Μωϋσῆς,
πειθοῦς ἕνεκα τῶν εὐήθως ἀκουόντων ἐνεργολα-
βοῦντες τῇ πλάνῃ; ϗ μᾶλλον, κατὰ τὸν ἀπιστοῦντα
Μωϋσῇ, ἔστι δυνατὸν παραθέσθαι τὸν Ζάμολξιν
ϗ Πυθαγόραν τοὺς τερατευσαμένους, ἤπερ τὸν
Ἰουδαῖον, οὐ πάνυ φιλομαθῶς ἔχοντα πρὸς τὰς
Ἑλλήνων ἱστορίας. ϗ ὁ Αἰγύπτιος δὲ ἀπιστῶν
τοῖς περὶ Μωϋσέως παραδόξοις, πιθανῶς * πα-
ραθήσει τὸν * Ῥαμψίνιτον, λέγων· πολλῷ τοῦτον
εἶναι πιθανώτερον (εἰς ᾅδου καταβεβηκέναι, ϗ
συγκεκυβευκέναι τῇ Δήμητρι, ϗ χρυσοῦν χει-
ρόμακτρον παρ' αὐτῆς ἁρπάσαντα δεικνύναι
σύμβολον τοῦ ἐν ᾅδου γεγονέναι, κἀκεῖθεν ἀνα-
βεβηκέναι) Μωϋσέως, ἑαυτὸν ἀναγράψαντος
εἰσεληλυθέναι εἰς τὸν γνόφον, ὅπου ἦν ὁ Θεός·
ϗ ὅτι μόνος ἤγγιζε πρὸς τὸν Θεὸν, παρὰ τοὺς
λοιπούς. ἀνέγραψε γὰρ οὕτως, Καὶ Μωϋσῆς μό-
νος ἐγγιεῖ πρὸς τὸν Θεὸν, οἱ δὲ λοιποὶ οὐκ ἐγ-
γιοῦσι. φήσομεν οὖν ἡμεῖς οἱ τοῦ Ἰησοῦ μαθη-
ταὶ, πρὸς τὸν ταῦτα λέγοντα Ἰουδαῖον, ἀπολο-
γοῦ * δὲ ἡμῖν περὶ τῆς * Ἰησοῦ πίστεως ἐγκαλῶν,
ϗ λέγε τῷ Αἰγυπτίῳ ϗ τοῖς Ἕλλησι τί φή-
σεις, πρὸς ἃ ἡμεῖς ἔχομεν κατὰ τοῦ Ἰησοῦ ἡμῶν ἐγκλή-
ματα, ἐδέησε ταῦτα ἂν ϗ ἐπὶ * Μωϋσέως; κἂν
πάνυ δὲ ἀγωνίσῃ περὶ Μωϋσέως ἀπολογήσασθαι, ὥσπερ οὖν ϗ ἔχει πληκτικὸν λόγον ϗ ἐναργῆ
τὰ περὶ αὐτοῦ· * λήσῃ σεαυτὸν, ἐν οἷς περὶ Μωϋσέως ἀπολογήσῃ, ἄκων συστήσας τὸν Ἰησοῦν

Herod. Melpom.

Herod. Euterpe.

* εἶδε.

De Jesu resurrectione cum Heroum reviviscentium fabulis collatâ.

* παραθήσεται.

* Ῥαμψίνιτον.

Exod.20.21,

Exod.24.2.

* δέ.

* εἰς Ἰησοῦν.

* Μωϋσέα.

* λήσεις.

ſunt ad imponendum ſtultis auditoribus; Zamolxis apud Scythas ſervus Pythagoræ; ipſique Pythagoras in Italia; & in Ægypto Rampſinitus, qui etiam apud inferos cum Cerere teſſeris luſiſſe dicitur, & donum ab ea retuliſſe mantile aureum: tales etiam fuerunt Orpheus apud Odryſas, Proteſilaus apud Theſſalos, in Tenaro Hercules & Theſeus. Sed illud conſiderandum, num reverâ mortuus quis unquam ſurrexerit eodem corpore: niſi forte externa pro figmentis habetis, veſtræ verò fabulæ bellam & credibilem inveniſſe vos putatis cataſtrophen, expirantis in cruce vocem, terræmotumq; & tenebras: tum quòd is, qui vivus ſeipſum adjuvare non valuit, redivivus oſtentârit veſtigia ſupplicii, manus ità ut transfixæ fuerant: idque conſpectum à muliere furioſa, ut ipſi ſatemini, & ſi quis alius fuit magiæ iſtius vanitatis ſectator, aut alioqui ſomniator, ſuápte ſponte deluſus ſpectris inanibus, id quod ſæpe innumeris accidit: vel potiùs alios obſtupeſacere volens prodigiis talibus, & mendaciorum materiam præbere circulatoribus ceteris. Reſpondebimus ut Judæo, quandoquidem Judæus hæc loquitur, & verba ejus de Jeſu ad Moſen transferentes dicemus; At quàm multi alii talibus miraculorum præſtigiis abuſi ſunt ad imponendum ſtultis auditoribus; & alienus à religione Moſis decentiùs uterur exemplis Zamolxidis atque Pythagoræ, quàm Judæus non admodùm curioſus lector hiſtoriæ Græcanicæ. Ægyptius quoque non credens de Moſis miraculis aptè hic injiciet mentionem Rampſiniti, dicens credibiliorem eſſe deſcenſum ejus ad inferos & luſum cum Cerere, aureúmque mantile indè relatum in argumentum infernalis peregrinationis, felicíſque reditûs, quàm quæ Moſis ſcripſit de ſeipſo, intrâſſe ſe in caliginem in qua Deus fuerit, ſolúmque è tanta multitudine cum eo congreſſum fuiſſe. Scripſit enim ſic, *Et Moſes ſolus propiùs accedet ad Deum, ceteri verò non accedent propiùs.* Dicemus igitur nos Jeſu diſcipuli ad iſtum Judæum hæc objicientem. Reſponde nobis, quorum in Jeſum fidem accuſas, quid huic Ægyptio, quid Græcis referes? quid dices ad hæc quæ noſtro Jeſu opprobras, ſi quis & Moſen criminetur eodem modo? Quòd ſi valde contendas pro Moſe, ſicut reverà efficaciter defendi poteſt & dilucidè, eâdem operâ Jeſum imprudens defendes multò

Moſe

Moſe diviniorem. Et quoniam hiſtorias, quæ feruntur de Heroum deſcenſu ad inferos & indè reditu, portentoſa figmenta dicit eſſe Celſi Judæus, ut qui ſe ad tempus ſubduxiſſent è conſpectu hominum, ac mox oſtentâſſent, quaſi ab inferis redditos, id enim videntur indicare verba ejus de Orpheo apud Odryſas Proteſilaóque in Theſſalia, & Hercule ad Tenarum unà cum Theſeo: age, declaremus non poſſe hæc quæ de Jeſu reſurrectione ſcribuntur conferri cum talibus fabulis. Nam cuique Heroum modò dictorum liberum erat ſubducere ſe mortalium conſpectu, ac rurſum arbitratu ſuo reverti ad eos: Jeſus verò crucifixus inſpectantibus Judæis omnibus, & poſt mortem coram eodem populo de cruce depreus, quomodo poteſt inſimulari tale quidpiam finxiſſe, qualia jactantur de Heroum ad inferos deſcenſu & reditu? Dicimus enim quòd ad Jeſu crucifixi defenſionem nunquam afferri poteſt quod de Heroibus per vim ad inferos deſcendiſſe creditis, apud hiſtorias memoratur: quoniam ſi juxtà ac ſuppoſuimus obſcurâ morte Jeſus eſſet defunctus; itâ ut moriens non omni populo Judaico conſpicuus extitiſſet, quamvis poſtmodum verè ſurrexiſſet à mortuis, locus tamen relinqueretur ut ſuſpiciones habitæ de Heroibus, etiam de Jeſu aſſerantur: fieri enim poteſt ut præter ceteras hac quoque de cauſa publicè affectus ſit ſupplicio: nè aliquis cauſaretur eum datâ operâ ſeceſſiſſe è conſpectu hominum, ut falsò habitus pro mortuo, quando ipſi videretur proferret, quaſi prodigioſè reverſum in vitam à mortuis. Illud autem perſpicuum duxerim argumentum non fictæ reſurrectionis, quod à diſcipulis ejus deſumitur qui tanti diſcriminis diſciplinæ ſe tradiderunt, tantâq; conſtantiâ verbum prædicârunt; dum non modò alios ipſi ad mortis contemptum promptiores redderent, ſed priores hanc ipſi ſubirent. Attende verò quàm inconſideratè Celſi Judæus, quaſi res impoſſibilis eſſet è mortuis aliquem eodem reſurgere corpore, dicat, *Sed illud conſiderandum, nunquis unquam reverà mortuus reſurrexerit eodem corpore.* Hæc enim nunquam diceret Judæus qui credit Scripturis tertii quartiq; Regnorum libri de puerulis, quorū alterum Elias in vitam revocavit, Eliſæus alterum. Et ideo puto Jeſum inter Judæos potiùs quàm apud alias gentes

Μωϋσέως θειότερον. ἐπεὶ δὲ τὰς ἡρωϊκὰς ἱστορίας * τῶν εἰς ᾅδου καταβεβηκέναι λεγομένων, κἀκεῖθεν ἀνεληλυθέναι, τερατείας εἶναί φησιν ὁ παρὰ τῷ Κέλσῳ Ἰουδαῖος· ὡς τῶν ἡρώων ἀφανῶν γινομένων ἐπί τινα χρόνον, καὶ ὑπεκκλεψάντων ἑαυτοὺς τῆς ὄψεως πάντων ἀνθρώπων, καὶ μετὰ ταῦτα ἑαυτοὺς ἐπιδειξάντων, ὡς ἀπὸ ᾅδου ἀνεληλυθότων (τοιαῦτα γὰρ ἔοικε περὶ τοῦ ἐν Ὀδρύσαις Ὀρφέως, καὶ τοῦ ἐν Θεσσαλίᾳ Πρωτεσιλάου, καὶ τοῦ ἐπὶ Ταινάρῳ Ἡρακλέος, ἔτι δὲ καὶ περὶ Θησέως, ἐμφαίνειν αὐτοῦ ἡ λέξις)· φέρε παραστήσωμεν, ὅτι οὐ δύναται τὸ κατὰ τὸν Ἰησοῦν ἱστορούμενον ἐκ νεκρῶν ἐγηγέρθαι τούτοις παραβάλλεσθαι. ἕκαστος μὲν γὰρ τῶν λεγομένων κατὰ τοὺς τόπους ἡρώων βουληθεὶς ἂν ἐδυνήθη ἑαυτὸν ὑπεκκλέψαι τῆς ὄψεως τῶν ἀνθρώπων, καὶ πάλιν κρίνας ἐπανελθεῖν πρὸς οὓς καταλελοίπει. Ἰησοῦ δὲ σταυρωθέντος ἐπὶ πάντων Ἰουδαίων, καὶ καθαιρεθέντος αὐτοῦ * τοῦ σώματος ἐν ὄψει τοῦ δήμου αὐτῶν, πῶς οἴονται [τι] παραπλήσιον πλάσασθαι, λέγειν αὐτὸν τοῖς ἱστορουμένοις ἥρωσιν εἰς ᾅδου καταβεβηκέναι, κἀκεῖθεν ἀνεληλυθέναι; φαμὲν δ', ὅτι μή ποτε πρὸς ἀπολογίαν τοῦ ἐσταυρῶσθαι τὸν Ἰησοῦν καὶ τοιοῦτον λέγοιτ' ἂν μάλιστα, διὰ τὰ περὶ τῶν ἡρώων ἱστορηθέντα τῶν εἰς ᾅδου καταβεβηκέναι * βιαζομένων, ὅτι, εἰ, καθ' ὑπόθεσιν, ὁ Ἰησοῦς ἐτεθνήκει ἀσήμῳ θανάτῳ, οὐχ ὥστε δῆλος εἶναι ἀποθανὼν ὅλῳ τῷ δήμῳ τῶν Ἰουδαίων, εἶτα μετὰ τοῦτ' ἀληθῶς ἦν ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, χώραν εἶχεν ἄν, τὸ ὑπονοηθὲν περὶ τῶν ἡρώων, καὶ περὶ τούτου λεχθῆναι. μή ποτ' οὖν πρὸς ἄλλοις αἰτίοις τοῦ σταυρωθῆναι τὸν Ἰησοῦν, καὶ τοῦτο δύναται συμβάλλεσθαι τῷ αὐτὸν ἐπισήμως ἐπὶ τοῦ σταυροῦ ἀποτεθνηκέναι, ἵνα μηδεὶς ἔχῃ λέγειν (ὅτι ἑκὼν ὑπεξέστη τῆς ὄψεως τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἔδοξεν ἀποτεθνηκέναι, οὐκ ἀποτεθνηκὼς * δὲ) ὅτ' ἐβουλήθη, πάλιν ἐπιφανεὶς ἐτερατεύσατο τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν. σαφὲς δ' οἶμαι καὶ ἐναργὲς εἶναι τὸ ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἐπιχείρημα, * ἐπὶ κινδύνῳ, ὡς πρὸς τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον, διδασκαλίᾳ ἑαυτοὺς ἐπιδεδωκότων: ἣν οὐκ ἄν, πλασσάμενοι τὸ ἐγηγέρθαι τὸν Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν, οὕτως εὐτόνως ἐδίδαξαν μετὰ τοῦ καὶ αὐτοὶ οὐ μόνον ἑτέρους παρασκευάζειν πρὸς τὸ θανάτου καταφρονεῖν, ἀλλ' αὐτοὶ πολλῷ πρότερον τοῦτο ποιεῖν. πρόσχες δέ, εἰ μὴ πάνυ τυφλῶς ὁ παρὰ τῷ Κέλσῳ Ἰουδαῖος, ὡς ἀδυνάτου ὄντος τοῦ ἀνίστασθαί τινα ἐκ νεκρῶν αὐτῷ σώματι, φησίν· «Ἀλλ' ἐκεῖνο σκεπτέον, εἴ τις ἀληθῶς ἀποθανὼν ἀνέστη ποτὲ αὐτῷ σώματι·» οὐκ ἂν γὰρ εἶπεν ὁ Ἰουδαῖος ταῦτα, πιστεύων τοῖς ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Βασιλειῶν ἀναγεγραμμένοις, καὶ τῇ τετάρτῃ περὶ παιδαρίων· ὧν τὸν μὲν ἕτερον Ἠλίας ἀνέστησεν, τὸν δὲ λοιπὸν ὁ Ἐλισσαῖος. διὰ τοῦτο δ' οἶμαι καὶ τὸν Ἰησοῦν οὐκ ἄλλῳ ἔθνει ἢ Ἰουδαίοις ἐπιδεδημηκέναι, τοῖς ἐθάσι γε-

γομένοις

* περὶ τῶν.
* τότε σώμ.
sub intellige σὺν i.e. similiter vel ἀπὸ κοινοῦ, παραπλήσιον
* βίᾳ νομιζομένων.
* δ' ἄν. ὅτ' ἐτάφης.
* ἐπικινδύνῳ.
De ipse cum eodem corpore resurrectione
3 Reg. 17. 22.
4 Reg. 4. 34.

νομίζοις πρὸς τὰ παράδοξα, τῇ παραθέσει τῶν πεπιστευμένων, πρὸς τὰ ὑπ' αὐτοῦ γινόμενα καὶ περὶ αὐτοῦ ἱστορούμενα· ὅπως παραδέξωνται), ὅτι οὗτος, περὶ ὃν γέγονε μείζονα, καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἐπιτελεῖται παραδοξότερα, πάντων ἐκείνων μείζων ἦν. Ἔτι δὲ μεθ' ἃς παρέθετο ὁ Ἰουδαῖος ἱστορίας Ἑλληνικὰς, περὶ τῶν ὡσανεὶ τερατευσαμένων, καὶ περὶ τῶν ὡς ἀναστάντων ἐκ νεκρῶν, φησὶ πρὸς τοὺς ἀπὸ Ἰουδαίων τῷ Ἰησοῦ πιστεύοντας· "Ἢ οἴεσθε, τὰ μὲν τῶν ἄλλων μύθους εἶναί τε καὶ "δοκεῖν, ὑμῖν δὲ τὴν καταστροφὴν τοῦ δράμα-"τος εὐσχημόνως ἢ πιθανῶς ἐφευρῆσθαι, τὴν "ἐπὶ τοῦ σκόλοπος αὐτοῦ φωνὴν, ὅτ' ἀπέπνει; φήσομεν πρὸς τὸν Ἰουδαῖον, ὅτι οὓς παρέθου μύθους εἶναι νενομίκαμεν· τὰ δὲ τῶν κοινῶν ὑμῶν πρὸς ἡμᾶς γραφῶν, ἐν αἷς οὐχ ὑμεῖς μόνοι, ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς σεμνυνόμεθα, οὐδαμῶς μύθους εἶναί φαμεν. διόπερ καὶ τοῖς περὶ τῶν ἐκεῖ ἀναστάντων ἐκ νεκρῶν γράψασι πιστεύομεν, ὡς μὴ τερατευομένοις. καὶ τῷ ἐνταῦθα, ὡς καὶ προειπόντι καὶ προφητευθέντι καὶ ἀναστάντι. * τούτῳ δὲ παραδοξότερος οὗτος ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς παρ' ἐκείνους· ὅτι ἐκείνους μὲν προφῆται ἀνέστησαν Ἡλίας καὶ Ἐλισσαῖος, τοῦτον δ' οὐδεὶς τῶν προφητῶν, ἀλλ' ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς πατήρ. διόπερ καὶ μείζονα εἰργάσατο ἡ τούτου ἀνάστασις τῆς ἐκείνων ἀναστάσεως. τί γὰρ τηλικοῦτον τῷ κόσμῳ ἀπὸ τῶν ἀναστάντων παιδαρίων δι' Ἡλίου καὶ Ἐλισσαίου γεγένηται, ὁποῖον διὰ τῆς κηρυσσομένης ἀναστάσεως Ἰησοῦ, δυνάμει θείᾳ πεπιστευμένης; οἴεται δὲ τερατείαν εἶναι καὶ τὸν σεισμὸν καὶ * τὸ σκότος· περὶ ὧν, κατὰ τὸ δυνατὸν, ἐν τοῖς ἀνωτέρω ἀπελογησάμεθα, παραθέμενοι τὸν Φλέγοντα, ἱστορήσαντα κατὰ τὸν χρόνον τοῦ πάθους τοῦ Σωτῆρος τοιαῦτα ἀπηντηκέναι. "καὶ ὅτι ζῶν "μὲν οὐκ ἐπήρκεσεν ἑαυτῷ, νεκρὸς δ' ἀνέστη· καὶ "τὰ σημεῖα τῆς κολάσεως ἔδειξεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ "τὰς χεῖρας, ὡς ἦσαν πεπερονημέναι· καὶ πυνθανόμεθα αὐτοῦ, τί τὸ, Ἐπήρκεσεν αὑτῷ; εἰ μὲν γὰρ πρὸς ἀρετὴν φήσομεν, ὅτι καὶ πάνυ γε ἐπήρκεσεν. οὐδὲν γὰρ ἄτοπον οὔτ' ἐφθέγξατο οὔτ' ἐποίησεν· ἀλλ' ἀληθῶς ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος ἄφωνος· καὶ μαρτυρεῖ τὸ εὐαγγέλιον, ὅτι οὕτως οὐκ ἤνοιξε τὸ στόμα αὐτοῦ. εἰ δὲ τὸ, Ἐπήρκεσεν, ἀπὸ τῶν μέσων καὶ σωματικῶν λαμβάνει, φαμὲν, ὅτι ἀπεδείξαμεν ἐκ τῶν εὐαγγελίων ὅτι ἑκὼν ἐπὶ ταῦτ' ἐλήλυθεν. εἶθ' ἑξῆς τούτοις εἰπὼν τὰ ἀπὸ τοῦ εὐαγγελίου, ὅτι τὰ σημεῖα τῆς κολάσεως ἔδειξεν ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, καὶ τὰς χεῖρας ὡς ἦσαν πεπερονημέναι, πυνθάνεται, καὶ λέγει "τίς τοῦτο εἶδε; καὶ τὰ περὶ Μαρίας τῆς Μαγδαληνῆς διαβάλλων, ἀναγεγραμμένης ἑωρακέναι, εἶπε "γυνὴ πάροιστρος ὥς φατε. καὶ ἐπεὶ μὴ

* ἔτι.

Act. 2. 24.

* ἢ τὸ σκότον.

Esaiæ 53. 7.

Matth. 26. 63. & 27. 12, 14.

Joan. 20. 18.

vitam egiſſe, ut hi aſſueti jam credere talia miracula, qualia facere ipſum videbant, utrorumque collatione perſuaſi hunc tantò majorem crederent, quantò majora patrabat quàm illi de quibus ſacra narrat hiſtoria. Deinde poſtquam in medium produxit Judæus quæ Græci produnt de his qui miris artibus effecerunt ut crederentur in vitam reverſi ab inferis, ſic alloquitur Judæos fidem & diſciplinam Jeſu ſecutos: niſi fortè externa pro figmentis habetis, veſtræ verò fabulæ bellam & credibilem inveniſſe vos putatis cataſtrophen, verba expirantis in cruce. Ad quod ei reſpondebimus: illa quidem quæ protuliſti planè pro fabulis habemus: ceterùm quæ continentur in Scripturis nobis vobiſcum communibus, & quarum non minor apud nos eſt religio quàm apud vos, ea verò pernegamus eſſe fabulas: quapropter & illa miracula non ficta credimus, quæ ibi ſcripta ſunt de excitatis à mortuis, & hunc noſtrum reſurrexiſſe, ut qui hoc juxta ſua Prophetarúmq; promiſſa præſtitit, tantò admiratione dignior quàm redivivi priores, quòd illos Prophetæ excitaverunt Elias & Eliſæus; hunc autem Prophetarum nullus, ſed Pater ipſe cœleſtis: quo factum eſt ut majores effectus ſecuti ſint hujus reſurrectionem quàm illorum. Quid enim tale ex pueris ab Elia & Eliſæo reſuſcitatis ad utilitatem totius mundi profectum eſt, quale ex prædicatione reſurrectionis Jeſu per divinam potentiam creditæ? ſed iſte etiam terræmotum & tenebras habet pro fictitiis prodigiis: de qua re ut potuimus jam ſuperiùs reſpondimus, citato Phlegontis teſtimonio narrantis hæc incidiſſe in tempus paſſionis Servatoris Domini. Quod verò addit, *Quòd is qui vivus ſeipſum adjuvare non valuit, redivivus oſtentavit veſtigia ſupplicii, manus ità ut transfixæ fuerant*: quærimus ex eo, quid dictum velit hoc verbo *adjuvare*. Si enim de virtute loquitur, dicemus cùm ſeipſum adjuviſſe non mediocriter: nihil enim indecorum nec dixit nec fecit, ſed reverà *ut ovis ad occiſionem ductus eſt & ut agnus coram tondente ſe obmutuit*, atteſtante Evangelio non aperuiſſe illum os ſuum. Quòd ſi hoc verbum de indifferentibus rebus & corporeo vult intelligi: dicimus nos jam oſtendiſſe ex Evangeliis ſpontè illam ſubiiſſe talia. Deinde commemoratis ex Scriptura veſtigiis ſupplicii quæ poſt reſurrectionem oſtentaverit, videlicet manus, ità ut ferro transfixæ fuerant: percontatur quis hoc viderit, & obiter Mariam Magdalenam calumnians, quæ hoc vidiſſe ſcribitur, *Mulier*, inquit, *veſtrâ quoque*

confeſſione

Confeſſione fanatica: & quia ſcriptum eſt non à ſola hac viſum Jeſum poſt reſurrectionem, ſed & ab aliis; hic quoque obtrectans Celſi Judæus, *Et ſi quis*, inquit, *alius ſuæ magicæ iſtius vanitatis ſectator*. Móxque, ac ſi eſſet impoſſibile hominem mortuum apparere viventis ſpecie, ut Epicureum agnoſcas, *Aut*, inquit, *aliqua ſomniator ſuâpte ſponte deluſus ſpectris inanibus, id quod ſæpe innumeris accidit.* Hoc tametſi vehementer dictum ipſi videtur, nihilominus neceſſariò indè colligitur ſupereſſe defunctorum animas, nec temere immortalitatem earum aut certè perpetuitatem is credidit, qui hoc dogma ſuſceperit; ut Plato tradit in libro *De Anima*, *Imagines umbrarum ſpecie circa monumenta quibuſdam conſpectas.* Ergò ſpectra illa larvarum non de nihilo apparent, ſed quia defunctorum quoque animæ ſuum quoddam corpus habent, quod Græcis vocatur *αὐγοειδὲς*. At Celſus, opinioni huic aſſentiens, tamen ait, quoſdam vigilantes ſomniare, ſuâque ſponte deludi ſpectris inanibus; cujuſmodi ludibria per ſomnum obſervari non novum eſt: vigilantibus idem accidere non fit mihi veriſimile, niſi fortè mente captis, aut phrenitide, melancholiáve laborantibus: id quod non ignorans Celſus mulierem furentem vocavit, incertum unde nactus occaſionem calumniæ, quando in Scripturis nihil tale habetur. Ergò Jeſus quoque poſt reſurrectionem apparuit, imagines vulnerum in cruce acceptorum oſtentans, cùm minimè vulneratus ſit, ut Celſus opinatur, verùm ut Evangelium docet (cujus dictis partim fidem adhibet, cùm ipſi libet, ut accuſet, partim non) accivit unum è diſcipulis incredulum, qui rem putabat impoſſibilem; mulieri enim aſſentiebat narranti ſe illum vidiſſe, quaſi non novum eſſet conſpici defuncti animam. Cæterùm ut eum reſurrexiſſe cum eodem corpore crederet, id verò non poterat in animum inducere, quapropter non dixit, Niſi videro non credam: ſed adjunxit & illa verba; *Niſi miſero manum meam in veſtigium clavorum, & contrectavero latus ejus, non credam.* Hæc autem dicebat Thomas quòd arbitraretur fieri poſſe ut oculis ſe offerret corpus animæ, per omnia depoſito ſimile,

Vocémq; oculóſq; decoros, corporis atq; modũ:
Sæpius & ſimili veſtitum corpus amictu.

Itaque vocato Thomæ dixit Jeſus, *Inſer digitum tuum huc, & vide manus meas, & admove manum tuam, & immitte in latus meum: & noli eſſe incredulus, ſed credens.*

μόνη αὕτη ἀναγέγραπται ὡς ἑωρακυῖα ἀναστάντα τὸν Ἰησοῦν, ἀλλὰ καὶ ἄλλοι· καὶ ταῦτα κακηγορῶν ὁ Κέλσου Ἰουδαῖός φησι, „ καὶ εἴ τις ἄλλος τῶν „ ἐκ τῆς αὐτῆς γοητείας. εἶτα, ὡς δυναμένου τούτου συμβῆναι, λέγω δὴ τοῦ φαντασίαν τινὰ γίνεσθαι περὶ τοῦ τεθνηκότος ὡς ζῶντος, ἐπιφέρει ὡς Ἐπικούρειος, καὶ λέγει, „ Κατά τινα διάθε„ σιν ὀνειρώξαντά τινα, ἢ κατὰ τὴν αὐτοῦ βούλη„ σιν, δόξῃ πεπλανημένῃ, φαντασιωθέντα τὸ τοι„ οῦτον ἀπηγγελκέναι· ὅπερ, φησὶ, μυρίοις ἤδη „ συμβέβηκε. τοῦτο δὲ εἰ καὶ δεινότατα ἔδοξεν εἰρῆσθαι, οὐδὲν ἧττον κατασκευαστικόν ἐστιν ἀναγκαίου δόγματος, ὡς ἄρα ἡ ψυχὴ ὑφέστηκε τῶν ἀποθανόντων· καὶ οὐ μάτην πεπίστευκε περὶ τῆς ἀθανασίας αὐτῆς, ἢ κἂν τῆς διαμονῆς, ὁ τοῦτο τὸ δόγμα ἀνειληφώς· ὡς καὶ Πλάτων ἐν τῷ περὶ τῆς ψυχῆς λέγει, σκιοειδῆ φαντάσματα περὶ μνημεῖά τισι γεγονέναι τῶν ἤδη τεθνηκότων. τὰ μὲν οὖν γινόμενα περὶ ψυχῆς τεθνηκότων φαντάσματα ἀπό τινος ὑποκειμένου γίνεται, τοῦ κατὰ τὴν ὑφεστηκυῖαν ἐν τῷ καλουμένῳ αὐγοειδεῖ σώματι ψυχήν. ὁ δὲ Κέλσος [ὁ] βουλόμενος τὸ τοιοῦτον θέλει καὶ ὕπαρ ὀνειρώττειν τινὰς, καὶ κατὰ τὴν ἑαυτῶν βούλησιν δόξῃ πεπλανημένῃ φαντασιοῦσθαι. ὅπερ ὄναρ μὲν πιστεύειν γίγνεσθαι, οὐκ ἄλογον. ὕπαρ δὲ εἰ μὴ ἐπὶ τῶν μὴ πάντη ἐκφρόνων καὶ φρενιτιζόντων ἢ μελαγχολώντων, οὐ πιθανόν. καὶ τοῦτο δὲ προϊδόμενος ὁ Κέλσος παροιστρῶσαν εἶπε τὴν γυναῖκα. ὅπερ οὐκ ἐμφαίνει ἡ ἀναγράψασα ἱστορία, ὅθεν λαβὼν κατηγορεῖ τῶν πραγμάτων. οὐκοῦν καὶ ὁ Ἰησοῦς μετὰ θάνατον, ὡς μὲν ὁ Κέλσος οἴεται, φαντασίαν ἐξαπέστελλεν τῶν ἐπὶ τῷ σταυρῷ τραυμάτων, καὶ οὐκ ἀληθῶς τοιοῦτος ἦν τραυματίας. ὡς δὲ τὸ εὐαγγέλιον διδάσκει (ᾧ ποτὲ μὲν μέρεσιν, οἷς βούλεται, ἵνα κατηγορῇ, πιστεύει ὁ Κέλσος, ποτὲ δ' ἀπιστεῖ) ὁ Ἰησοῦς προσεκαλέσατο τινα τῶν μαθητῶν ἀπιστοῦντα, καὶ ἀδύνατον οἰόμενον τὸ παράδοξον. συγκατετίθετο μὲν γὰρ ἐκεῖνος τῇ φασκούσῃ αὐτὸν ἑωρακέναι, ὡς οὐκ ἀδυνάτου ὄντος τοῦ τὴν ψυχὴν [τοῦ] τεθνηκότος ὀφθῆναι· οὐκέτι δὲ ἐνόμιζεν ἀληθὲς εἶναι τὸ, ἐν σώματι αὐτὸν ἀντιτύπῳ ἐγηγέρθαι. ὅθεν οὐκ εἶπε μὲν, Ἐὰν μὴ ἴδω, οὐ μὴ πιστεύσω· προσέθηκε δὲ καὶ τὸ, Ἐὰν μὴ βάλω τὴν χεῖρά μου εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ ψηλαφήσω αὐτοῦ τὴν πλευρὰν, οὐ μὴ πιστεύσω. ταῦτα δ' ἐλέγετο ὑπὸ τοῦ Θωμᾶ, κρίνοντος, ὅτι δύναται ὀφθαλμοῖς αἰσθητοῖς φανῆναι ψυχῆς σῶμα, πάντα τῷ προτέρῳ εἴδει

μέγεθός τε καὶ ὄμματα κάλ' ἐοικυῖα, καὶ φωνήν·
Πολλάκι δὲ καὶ τοῖα περὶ χροῒ εἵματ' ἐχούσης.

Καὶ προσκαλεσάμενός γε ὁ Ἰησοῦς τὸν Θωμᾶν, εἶπε, Φέρε τὸν δάκτυλόν σου ὧδε, καὶ ἴδε τὰς χεῖράς μου, καὶ φέρε τὴν χεῖρά σου, καὶ βάλε εἰς τὴν πλευράν μου, καὶ μὴ γίνου ἄπιστος, ἀλλὰ πιστός.

Plato in Phædone.

Joan. 21. 5.

Ibid.

Joan. 21. 27.

ςός. καὶ ἀκόλουθόν γε ἦν πᾶσι τοῖς τε προφητευθεῖσι περὶ αὐτοῦ (ἐν οἷς καὶ τοῦτο ἦν) καὶ τοῖς πραχθεῖσιν αὐτῷ, καὶ τοῖς συμβεβηκόσι, τοῦτο παρὰ πάντα παράδοξον γενέσθαι. προλέλεκτο γὰρ ἐκ προσώπου Ἰησοῦ ἐν τῷ προφήτῃ,

Psal. 15. 9. Ἡ σάρξ μου κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι· * ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς τὸν ᾅδην, καὶ οὐ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. καὶ ἦν γε κατὰ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ ὡσπερεὶ ἐν μεθορίῳ τινὶ τῆς παχύτητος τῆς πρὸ τοῦ πάθους σώματος, καὶ τοῦ γυμνὴν τοιούτου σώματος φανῆναι ψυχήν· ὅθεν, ὅτ' ἦσαν * οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ καὶ Θωμᾶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ μετ' αὐτῶν, ἔρχεται

Joan. 20. 26. ὁ Ἰησοῦς, τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, καὶ ἔστη εἰς τὸ μέσον, καὶ εἶπεν, Εἰρήνη ὑμῖν· εἶτα λέγει τῷ Θωμᾷ, Φέρε τὸν δάκτυλόν σου ὧδε, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ἐν τῷ κατὰ Λουκᾶν δὲ εὐαγγελίῳ, ὁμι-

Luc. 24. 13. λούντων πρὸς ἀλλήλους Σίμωνος καὶ Κλεόπα περὶ πάντων τῶν συμβεβηκότων * αὐτῷ, ὁ Ἰησοῦς ἐπιστὰς αὐτοῖς, συνεπορεύετο μετ' αὐτῶν. καὶ οἱ μὲν ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐκρατοῦντο τοῦ μὴ ἐπιγνῶναι αὐτόν· ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς, τίνες οἱ λόγοι, οὓς ἀντιβάλλετε πρὸς ἀλλήλους περιπατοῦντες; καὶ ἡνίκα διηνοίχθησαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοί, καὶ ἐπέγνωσαν αὐτόν· τότε αὐταῖς λέξεσι

Ibid. v. 31. φησὶν ἡ γραφή, Καὶ αὐτὸς ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν. κἂν βούληται οὖν κοινοποιεῖν πρὸς ἕτερα φαντάσματα, καὶ ἄλλους φαντασθέντας τὰ κατὰ τὸν Ἰησοῦν, καὶ τοὺς ἰδόντας αὐτὸν μετὰ τὴν ἀνάστασιν ὁ Κέλσος· ἀλλὰ τοῖς εὐγνωμόνως καὶ φρονίμως ἐξετάζουσι τὰ πράγματα φανεῖται τὸ παραδοξότερον. μετὰ ταῦτα ὁ Κέλσος, οὐκ εὐκαταφρονήτως τὰ γεγραμμένα κακολογῶν, φησὶν, "ὅτι "ἐχρῆν, εἴπερ ὄντως θείαν δύναμιν ἐκφῆναι "ἤθελεν ὁ Ἰησοῦς, αὐτοῖς τοῖς ἐπηρεάσασι, καὶ "τῷ * καταδικάσαντι, καὶ ὅλως πᾶσιν ὀφθῆ-"ναι." Ἀληθῶς γὰρ καὶ ἡμῖν φαίνεται, κατὰ τὸ εὐαγγέλιον, οὐχ οὕτω μετὰ τὴν ἀνάστασιν ὀφθεὶς, ὡς τὸ πρότερον δημοσίᾳ καὶ πᾶσιν ἐφαίνετο.

* δικάσαντι.

Act. 1. 3. ἀλλ' ἐν μὲν ταῖς πράξεσι γέγραπται, δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα ὀπτανόμενος τοῖς μαθηταῖς κατήγγελλε τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. ἐν

Joan. 20. 26. δὲ τοῖς εὐαγγελίοις, οὐχ ὅτι ἀεὶ συνῆν αὐτοῖς· ἀλλ' ἅπαξ μὲν δι' ἡμερῶν ὀκτὼ ἐφάνη, τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, ἐν μέσῳ αὐτῶν· ἅπαξ δὲ κατά τινας τοιούτους τρόπους. Καὶ ὁ Παῦλος δ' ἐν τοῖς τελευταίοις τῆς πρὸς Κορινθίους προτέρας, ὡς μηδαμοῦ αὐτοῦ ὀφθέντος ὁμοίως τῷ

1 Cor. 15. 3. πρὸ τοῦ πάθους χρόνῳ, τοιαῦτα γράφει· Παρέδωκα γὰρ ὑμῖν ἐν πρώτοις, ὃ καὶ παρέλαβον, ὅτι Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν κατὰ τὰς γραφάς, καὶ ὅτι ὤφθη Κηφᾷ· εἶτα τοῖς δώδεκα· ἔπειτα ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς ἐφάπαξ, ὧν οἱ πλείονες μένουσιν ἕως ἄρτι, τινὲς δὲ καὶ ἐκοιμήθησαν· ἔπειτα ὤφθη Ἰακώβῳ· ἔπειτα τοῖς ἀποστόλοις πᾶσιν· ἔσχατον δὲ πάντων,

Margin: * καὶ οὐκ. — * αὐτοῦ οἱ μαθ. — * αὐτοῖς.

dens. Pulchrè autem quadrabat & prophetiis quibus prænunciatus eſt, & rebus geſtis ipſius, & iis quæ illi contigerant, ut poſtremum hoc accederet maximum miraculum: prædictum enim erat à Propheta ex perſona Jeſu, *Et caro mea habitabit in ſpe, & non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.* Habuitque poſt reſurrectionem corpus quoddam medium inter craſſitudinem illam quæ ante paſſionem inerat, & animam nudatam illo corpore: quapropter cùm eſſent diſcipuli ejus ſimul, & Thomas cum eis, venit Jeſus, januis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit, *Pax vobis*; móxq; ſubjecit hæc verba ad Thomam verſus, *Infer digitos tuos huc*, & reliqua. Quin & in Evangelio ſecundùm Lucam, Cleopâ & Simone colloquentibus inter ſe de his quæ acciderant, *Jeſus repentè interveniens iter faciebat cum eis, & illorum quidem oculi tenebantur, nè eum agnoſcerent: ipſe autem ait ad eos, qui ſunt hi ſermones quos confertis inter vos ambulantes?* deinde poſtquam apertis oculis agnoverunt eum, tunc ad verbum ſic Scriptura loquitur, *Et ipſe evanuit à conſpectu eorum.* Itaque quamvis Celſus has Jeſu poſt reſurrectionem apparitiones conferre conetur cum vulgaribus ſpectris & viſionibus: tamen quiſquis candidè ac prudenter hæc examinaverit, videbit rem eſſe longè aliam. Poſthæc, velut nactus anſam Scripturas reprehendendi, ſic loquitur, ***Si Jeſus volebat*** *reverà declarare ſuam divinam potentiam, debuerat ſuis inſultatoribus, ipſique præſidi, qui capitalem ſententiam contra ſe tulerat, deniq; ceteris omnibus ſe oſtendere.* Liquet enim & nobis ex Evangeliis, non ità vulgo ſe conſpicuum præbuiſſe poſt reſurrectionem ſicut antea, cùm in Actis legatur per quadraginta dies conſpectus diſcipulis docuiſſe de regno Dei: item in Evangelio non continuè verſatur cum eis; ſed aliquando poſt octo dies, clauſis januis, ſubitò viſus in eorum medio; aliquando aliis modis ſimilibus. Paulus quoq;, circa finē prioris ad Corinthios, indicans eum non vulgo conſpectum ſicut ante paſſionem, ſic ſcribit, *Tradidi enim vobis in primis quod & acceperam, quòd Chriſtus mortuus fuerit pro peccatis noſtris ſecundùm Scripturas, & quòd viſus ſit Cephæ; deinde duodecim illis; poſtea viſus eſt plus quàm quingentis fratribus ſimul; ex quibus plures manent ad hunc uſque diem, quidam autem & obdormierunt; deinde viſus eſt Jacobo; poſt Apoſtolis omnibus; poſtremo verò omnium,* velut

velut abortivo, viſus eſt & mihi. Magna ſane res & miranda occurrit hoc loco, quæ non ſolùm aliquem ex vulgo credentium exercere poſſet, ſed perfectiores etiam: cur non Dominus poſt reſurrectionem æquè ac ſuperioribus temporibus conſpiciendum ſe præbuerit: attamen ex ſuperabundanti, ut in opere, quod contra adverſarios Chriſtianæ religionis ſcribitur, videamus an poſſimus probabile quid afferre, quod moveat animos audientium hanc apologiam. Jeſus unus cùm eſſet, non uno modo cogitari poterat, & ab inſpicientibus non ſimiliter videbatur ab omnibus. Et quòd pluribus modis cogitari poterat, manifeſtum eſt ex illis verbis, *Ego ſum via, & veritas, & vita*; tum ex illis, *Ego ſum panis*; tum ex illis, *Ego ſum janua*, innumeriſque aliis. Quòd autem ab inſpicientibus non eodem modo videbatur ab omnibus, ſed prout capaces erant, manifeſtum erit his qui ſciunt, cur, transformaturus ſe in excelſo monte, ne diſcipulos quidem omnes aſſumpſerit, ſed ſolos, Petrum, Jacobum, Joannem, ut qui ſoli capaces eſſent tam glorioſi ſpectaculi, poſſentque in illa claritate Moſen & Eliam conſiderare, audiréque illorum colloquia, ac etiam vocem cœlitùs delatam è nubibus. Equidem opinor etiam antequam aſcenderet montem, in quo ſolos diſcipulos docuit illas beatitudines, cùm in ſubjecta planicie veſpere ſanabat ad ſe adductos variis laborantes ægritudinibus, ab omnibus morbis eos liberans, non eundem viſum male affectis opéque illius egentibus, & eis qui ut ſani aſcendentem in montem conſequi poterant. Et quemadmodum quoties parabolas eis privatim explicabat, quas auditorum vulgus audiebat ſub involucris, excellentiorem auditum habebant qui abſq; involucris & explicatas audiebant: ſic etiam viſu præſtabant certæ animæ, & ut opinor etiam corporis. Quin & illud indicat, non ſemper eum eodem modo videri ſolitum, quia Judas proditurus eum turbæ, quam ſecum adducebat, ut ignoranti eum dixit, *Quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt.* Atque huc videntur etiam illa verba Servatoris facere, *Quotidie docens in templo vobiſcum eram, & non me tenuiſtis.* Cùm igitur talis eſſet Jeſus, non ſolùm juxta penitiorem illam divinam naturam non cuivis conſpicuam, verùm etiam juxta variam corporis formam, quâ quibus volebat & quoties volebat cernebatur: dicimus eum Jeſum qui nondum principatus atque po-

ὡσπερεὶ τῷ ἐκτρώματι ὤφθη κἀμοί. μεγάλα
μὲν οὖν τινα, καὶ θαυμαστὰ, καὶ μείζονα οὐ τῆς
ἀξίας τῶν πολλῶν μόνον ἐν τοῖς πιστεύουσιν, ἀλλὰ
καὶ τῶν πάνυ προκοπτόντων, ὑπολαμβάνω εἶναι
τὰ κατὰ τὸν τόπον· ἐν οἷς ἡ αἰτία δηλωθείη ἂν
τοῦ ἀναστάντα αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, μὴ ὁμοίως πε-
φηνέναι τῷ πρότερον χρόνῳ. ὑπὸ πλειόνων δὲ,
ὡς ἐν * τούτῳ συγγράμματι γραφομένῳ πρὸς * τοιούτῳ.
τὸν κατὰ Χριστιανῶν καὶ τῆς πίστεως αὐτῶν λόγον,
ὅρα εἰ δυνησόμεθα, εὐλόγως ὀλίγα παραθέ-
μενοι, καθικέσθαι τῶν ἀκουσομένων τῆς ἀπολογίας.
Ὁ Ἰησοῦς εἷς ὢν πλείονα τῇ ἐπινοίᾳ ἦν, καὶ
τοῖς βλέπουσιν οὐχ ὁμοίως πᾶσιν ὁρώμενος. καὶ
ὅτι μὲν τῇ ἐπινοίᾳ πλείονα ἦν, σαφὲς ἐκ τοῦ,
Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωή· καὶ Joan. 14. 6.
τοῦ, Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος· καὶ τοῦ, Ἐ- Joan. 6. 35.
γώ εἰμι ἡ θύρα· καὶ ἄλλων μυρίων. ὅτι Joan. 10. 9.
δὲ καὶ βλεπόμενος οὐχ ὡσαύτως τοῖς βλέ-
πουσιν ἐφαίνετο, ἀλλ᾽ ὡς * ἐχώρουν οἱ βλέ- * ἐγχωροῦν.
ποντες, σαφὲς ἔσται τοῖς ἐφιστᾶσι διὰ τί, μέλλων
μεταμορφοῦσθαι ἐν τῷ ὑψηλῷ ὄρει, οὐδὲ τοὺς ἀπο- Matth. 17. 1.
στόλους πάντας παρείληφεν, ἀλλὰ μόνους τὸν Πέ-
τρον, καὶ τὸν Ἰάκωβον, καὶ τὸν Ἰωάννην· ὡς μόνους
* χωρήσοντας τὴν [τότε] δόξαν αὐτοῦ θεωρῆ- * χωροῦντας.
σαι, δυναμένους δὲ καὶ τοὺς ὀφθέντας ἐν δόξῃ Μω-
ϋσῆν καὶ Ἠλίαν κατανοῆσαι, καὶ ἀκοῦσαι συλλα-
λούντων αὐτῶν, καὶ τῆς ἀπὸ τῆς νεφέλης οὐρανό-
θεν φωνῆς. Ἐγὼ δ᾽ οἶμαι ὅτι καὶ πρὶν τοῦ ἀνα-
βῆναι εἰς τὸ ὄρος, ἔνθα προσῆλθον αὐτῷ μό-
νοι οἱ μαθηταὶ, καὶ ἐδίδασκεν αὐτοὺς τὰ περὶ Matth. 5. 1.
τῶν μακαρισμῶν, ἡνίκα κάτω που ὢν τοῦ ὄρους,
ὀψίας γενομένης, ἐθεράπευσε τοὺς προσαχθέν-
τας αὐτῷ, ἀπαλλάσσων πάσης νόσου καὶ πάσης
μαλακίας, οὐχ ὁ αὐτὸς ἐφαίνετο τοῖς κάμνουσι
καὶ δεομένοις αὐτοῦ θεραπεύοντος, καὶ τοῖς διὰ
τὸ ὑγιαίνειν συναναβῆναι αὐτῷ εἰς τὸ ὄρος δυ-
νηθεῖσιν. ἀλλὰ καὶ εἴπερ κατ᾽ ἰδίαν τοῖς ἰδίοις Matth. 13. 19.
μαθηταῖς ἐπέλυε τὰς παραβολὰς, μετ᾽ ἐπι-
κρύψεως τοῖς ἔξω ὄχλοις εἰρημένας, ὥσπερ
τὰς ἀκοὰς ἦσαν κρείττους οἱ ἀκούοντες τῆς λύ-
σεως τῶν παραβολῶν παρὰ τοὺς ἀκούοντας τῶν
χωρὶς λύσεως παραβολῶν· οὕτω καὶ τὰς ὄψεις
πάντως μὲν τῆς ψυχῆς, ἐγὼ δ᾽ ἡγοῦμαι ὅτι καὶ
τοῦ σώματος. δηλοῖ δὲ μὴ τὸν αὐτὸν ἀεὶ φαί-
νεσθαι τὸ, Ἰούδαν, μέλλοντα αὐτὸν παραδιδόναι,
εἰρηκέναι ὡς μὴ εἰδόσιν αὐτὸν τοῖς συνακο-
λουθοῦσιν αὐτῷ ὄχλοις, Ὃν ἐὰν φιλήσω, Matth. 26. 48.
αὐτός ἐστι. τοιοῦτο δ᾽ οἶμαι καὶ αὐτὸν τὸν
Σωτῆρα ἐμφαίνειν διὰ τοῦ, Καθ᾽ ἡμέραν μεθ᾽ Ibid. v. 55.
ὑμῶν ἤμην ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκων, καὶ οὐκ ἐκρα-
τήσατέ με. ὡς περὶ τηλικούτου ὄντος φρονοῦντες
ἡμεῖς τοῦ Ἰησοῦ, οὐ μόνον κατὰ τὴν ἔνδον καὶ
ἀποκεκρυμμένην τοῖς πολλοῖς θειότητα, ἀλ-
λὰ καὶ κατὰ τὸ μεταμορφούμενον σῶμα, ὅτ᾽
ἐβούλετο καὶ οἷς ἐβούλετο· φαμὲν ὅτι τὸν μὲν
μὴ ἀπεκδυσάμενον τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξου-

σίας Ἰησοῦν, καὶ μηδέπω ἀποθανόντα τῇ
ἁμαρτίᾳ, πάντες βλέπειν ἐχώρουν· τὸν δ'
Coloſſ. 2. 15. ἀπεκδυσάμενον τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας,
καὶ μηκέτ' ἔχοντά τι χωρητὸν ὁραθῆναι τοῖς
πολλοῖς, οὐχ οἷοί τε ἦσαν αὐτὸν βλέπειν
ὡς πρότερον αὐτὸν ἰδόντες πάντες. ὅθεν
φειδόμενος αὐτῶν, οὐκ ἐφαίνετο πᾶσιν ἀναστὰς
ἐκ νεκρῶν, καὶ τί λέγω πᾶσιν; οὐδὲ γὰρ αὐτοῖς
* ἀεὶ συνῆν. τοῖς ἀποστόλοις καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ * συνῆν
ἀεὶ, ἢ ἀεὶ ἐφαίνετο, μὴ δυναμένοις αὐτοῦ χω-
ρῆσαι τὴν θεωρίαν διηνεκῶς. λαμπροτέρα γὰρ
τὴν οἰκονομίαν τελέσαντος ἡ θειότης ἦν αὐτοῦ·
ἣν τινα Κηφᾶς ὁ Πέτρος, ὡσπερεὶ ἀπαρχὴ τῶν
Act. 1. 26. ἀποστόλων, δεδύνηται ἰδεῖν, καὶ μετ' αὐτὸν οἱ
δώδεκα, τοῦ Ματθία ἀντὶ τοῦ Ἰούδα καταταχθέν-
τος, καὶ μετ' ἐκείνους πεντακοσίοις ἀδελφοῖς ἐφά-
παξ, ἔπειτα ὤφθη Ἰακώβῳ, ἔπειτα τοῖς ἑτέ-
ροις παρὰ τοὺς δώδεκα ἀποστόλους πᾶσι, τάχα
τοῖς ἑβδομήκοντα, ἔσχατον δὲ πάντων Παύλῳ
τῷ ὡσπερεὶ ἐκτρώματι, καὶ ἐπισταμένῳ, πῶς ἔλε-
Epheſ. 3. 8. γεν, Ἐμοὶ τῷ ἐλαχιστοτέρῳ πάντων ἁγίων ἐδό-
θη ἡ χάρις αὕτη. καὶ τάχα τὸ, Ἐλαχιστοτέρῳ,
ἴσον ἐστὶ τῷ, Ἐκτρώματι. ὥσπερ οὖν οὐκ ἄν τις
* εὐλόγως. * εὐλόγως ἐγκαλέσαι τῷ Ἰησοῦ μὴ παραλαμ-
βάνοντι πάντας τοὺς ἀποστόλους εἰς τὸ ὑψηλὸν
ὄρος, ἀλλὰ μόνους τοὺς προειρημένους τρεῖς· ἡνί-
κα ἔμελλε μεταμορφοῦσθαι, καὶ τὴν λαμπρότητα
δεικνύναι τῶν ἱματίων ἑαυτοῦ, καὶ τὴν δόξαν Μωϋ-
σέως, καὶ Ἠλιοῦ συλλαλούντων αὐτῷ· οὕτως οὐκ ἂν
τοῖς ἀποστολικοῖς λόγοις μέμφοιτ' ἄν τις εὐλό-
γως εἰσάγουσιν, ὦφθαι τὸν Ἰησοῦν μετὰ τὴν ἀνά-
στασιν οὐ πᾶσιν, ἀλλ' οἷς ᾔδει ἀνειληφό-
σιν ὀφθαλμοὺς χωροῦντας ἰδεῖν τὴν ἀνάστα-
σιν αὐτοῦ. χρήσιμον δ' οἶμαι πρὸς ἀπολογί-
αν τῶν προκειμένων ἐστὶ καὶ τὸ οὕτως εἰρημένον
Rom. 14. 9. περὶ αὐτοῦ· εἰς τοῦτο γὰρ Χριστὸς ἀπέθανε καὶ ἀνέ-
στη, ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ. ὅρα γὰρ
ἐν τούτοις, ὅτι ἀπέθανεν Ἰησοῦς, ἵνα νεκρῶν κυ-
ριεύσῃ· καὶ ἀνέστη, ἵνα μὴ μόνον νεκρῶν, ἀλλὰ
καὶ ζώντων κυριεύσῃ· καὶ οἶδέ γε ὁ ἀπόστολος
νεκροὺς μὲν, ὧν κυριεύει Χριστὸς, τοὺς οὕτω κα-
1 Cor. 15. 52. ταλεγομένους, ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους προτέρᾳ,
Σαλπίσει γὰρ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται ἄφθαρ-
τοι· ζῶντας δὲ αὐτοὺς, καὶ τοὺς ἀλλαγησομένους,
ἑτέρους ὄντας τῶν ἐγερθησομένων νεκρῶν. ἔχει δὲ
Ibid. v. 51. *ſed* καὶ περὶ τούτων ἡ λέξις οὕτως, Καὶ ἡμεῖς * ἀλλα-
1 Theſſ. 4. 17. γησόμεθα, ἑξῆς εἰρημένη τῷ, Οἱ νεκροὶ ἐγερ-
ἁρπαγησό- θήσονται πρῶτον. ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ πρὸς Θεσ-
μεθα. σαλονικεῖς προτέρᾳ ἐν ἑτέραις λέξεσι τὴν αὐ-
τὴν διαφορὰν παριστὰς, φησὶν ἄλλους μὲν εἶναι
τοὺς κοιμωμένους, ἄλλους δὲ τοὺς ζῶντας, λέγων,
1 Theſſ. 4. 13. Οὐ * θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, πε-
* θέλομεν. ρὶ τῶν κεκοιμημένων, ἵνα μὴ λυπῆσθε, * καθὼς
* οἱ. καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα. εἰ γὰρ πιστεύ-

ſtates ſpoliaverat, & nondum peccato mortuus fuerat, ab omnibus potuiſſe conſpici: at eum, qui ſpoliatis principatibus & poteſtatibus nihil habebat quod à vulgo poſſet videri, non ampliùs conſpectum ab omnibus quibus antea ſe cernendum præbuerat: itaque parcens eis poſt reſurrectionem conſpici noluit ab omnibus, & quid dico ab omnibus? cùm nè cum Apoſtolis quidem perpetuò converſatus ſit, aut ſemper ab eis videri ſe permiſerit, nimirum quòd non ferrent aſpectum ipſius continuum. Fulgidior enim jam erat poſt peractam diſpenſationem ejus divinitas, quam Cephas [Petrus] velut Apoſtolorum primitiæ videre potuit, & poſt eum duodecim (Matthiâ in Judæ locum ſubrogato) & poſt illos quingenti fratres ſimul, deinde Jacobus, deinde reliqui præter duodecim, fortaſſis omnes ſeptuaginta diſcipuli, poſtremò verò Paulus tanquam abortivus, qui ſcit cur alibi dicat; *Mihi Sanctorum omnium minimo data eſt hæc gratia:* & fortaſſe *minimus* idem eſt quòd *abortivus.* Ergò ſicut immeritò accuſaretur Jeſus, quòd non omnes Apoſtolos aſſumpſiſſet in montem, ſed tantùm tres, quando mutatâ formâ & veſtitu fulgido ſumpto oſtenſurus erat eis ſuam gloriam, colloquiúmque cum Moſe & Elia: ſic immeritò Apoſtolorum ſcripta calumniaretur, qui reprehenderet ibi tradi, quòd non omnibus in conſpectus ſit Jeſus poſt reſurrectionem, ſed iis ſolis quos ſciebat habere oculos ad videndam ejus reſurrectionem idoneos. Facit autem ad præſentem defenſionis partem & illud, quod de eo dictum eſt, *Nam ideo Chriſtus mortuus & reſurrexit, ut & mortuorum & vivorum dominus fieret.* Vide hic ideo mortuum Jeſum ut dominus mortuorum fieret, reſurrexiſſéque ut non ſolis mortuis dominaretur, ſed vivis etiam: hi ſunt nimirum mortui ad Chriſti dominium pertinentes, de quibus idem Apoſtolus in epiſtola ad Corinthios priore memorat, *Canet enim tuba, & mortui reſurgent incorruptibiles,* de aliis item vivis & immutandis, diverſis ab illis qui reſuſcitabunt ex mortuis: nam de his ſic loquitur; *Et nos immutabimur,* quæ verba ſequuntur poſt illa, *mortui reſurgent primùm.* Quoniam & in priore ad Theſſalonicenſes aliis verbis eandem indicat differentiam, alios eſſe dormientes dicens, vivos item alios; *Nolo autem vos ignorare, fratres, de his qui obdormierunt, ne doleatis quemadmodum & cæteri non habentes ſpem: nam ſi credimus, quòd Jeſus*

ſus mortuus eſt & reſurrexit: ſic & Deus eos, qui obdormierunt per Jeſum, adducet cum illo: hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quòd nos qui vivemus, & reliqui erimus in adventum Domini, nequaquam præveniemus eos qui dormiunt. Quorum locorum interpretationem noſtram expoſuimus in commentariis prioris ad Theſſalonicenſes epiſtolæ. Nec mireris ſi non omnis multitudo in Jeſum credentium videt ejus reſurrectionem, quando Paulus ſcribens Corinthiis tanquam non plura capientibus, *Ego*, inquit, *judicavi nihil me ſcire inter vos, niſi Jeſum Chriſtum, & hunc crucifixum.* Tale eſt & illud, *Non enim potuiſtis, neque etiam nunc poteſtis, adhuc enim carnales eſtis.* Sic igitur ſtilum moderante divinâ voluntate de Jeſu ſcriptum eſt, ante paſſionem quidem ſine diſcrimine viſum cum multitudini, idque non ſemper: poſt paſſionem verò non ampliùs ex æquo omnibus, ſed cum delectu pro ſuo cuique modulo. Quemadmodum & in Scripturis legitur, *Viſus eſt Deus Abrahamo*, aut à ſanctis alicui: quod tamen non erat perpetuum ſed ex intervallo, & non omnibus apparebat: ſic intelligendum etiam Dei filium eodem diſcrimine ab his conſpectum, quo ab illis Deus viſus eſt. Satis igitur reſponſum eſt, ut in hujus generis ſcripto, ad illam objectionem; *Si Jeſus volebat reverà declarare ſuam divinam potentiam, debuerat ſuis inſultatoribus, ipſique præſidi, denique ceteris omnibus ſe oſtendere.* Imò non oportebat eum conſpici ab eo, à quo damnatus fuerat, nec ab inſultatoribus, nam utriſque parcebat nè percuterentur tali cœcitate, quali percuſſi ſunt Sodomitæ olim inſidiatores formæ angelorum exceptorum Lothi hoſpitio, ſicut refert Scriptura, *Extenſis autem manibus viri traxerunt Lothum ad ſe in domum, & clauſerunt januam, viros autem illos, qui aderant præ foribus, percuſſerunt cæcitate à parvo uſque ad magnum, & mulctati viribus quærebant januam.* Nimirum volebat Jeſus divinam ſuam potentiam oſtendere ſolis ad videndam idoneis, & pro capacitatis eorum modulo: nec ob aliud vitavit paſſim conſpici, quàm quòd non omnes ferrent ejus conſpectum, itaque temere Celſus profudit illud, *Certè neminem ampliùs timebat, primum ſemel mortuus, deinde jam Deus, ut vos dicitis: nec ad hoc miſſus fuerat ut deliteſceret.* Imò miſſus eſt, non ſolùm ut cognoſceretur, ſed ut lateret etiam: nam & his à quibus noſcebatur, non in totum erat cognitus, manens ignotus ex parte; quibuſdam

σμένον ὅτι Ἰησοῦς ἀπέθανε καὶ ἀνέστη, οὕτω καὶ ὁ Θεὸς τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ ἄξει σὺν αὐτῷ. τοῦτο γὰρ ὑμῖν λέγομεν ἐν λόγῳ Κυρίου, ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι, εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ Κυρίου οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας. τὴν δὲ φανεῖσαν ἡμῖν εἰς τοὺς τόπους διήγησιν ἐξεθέμεθα ἐν οἷς ὑπηγορεύσαμεν ἐξηγητικοῖς τῆς πρὸς Θεσσαλονικεῖς προτέρας ἐπιστολῆς. καὶ μὴ θαύμαζε, εἰ μὴ πάντες βλέπουσιν οἱ πεπιστευκότες ὄχλοι τοῦ Ἰησοῦ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ· ὅτε ὡς μὴ χωροῦσι πλείονα Κορινθίοις ὁ Παῦλος γράφων, φησίν, Ἐγὼ δ᾽ ἔκρινα μηδὲν εἰδέναι ἐν ὑμῖν, εἰ μὴ Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον. I Cor.2.2. τοιοῦτον δ᾽ ἐστὶ καὶ τὸ, Οὔπω γὰρ ἐδύνασθε· ἀλλ᾽, οὔτε ἔτι νῦν δύνασθε, ἔτι γὰρ σαρκικοί ἐστε. I Cor.3.3. οὕτω τοίνυν πάντα κρίσει θείᾳ ποιῶν ὁ λόγος, ἀνέγραψε περὶ τοῦ Ἰησοῦ· πρὸ μὲν τοῦ πάθους ἁπαξαπλῶς φανέντος τοῖς πλείοσι, καὶ τοῦτο οὐκ ἀεί· μετὰ δὲ τὸ πάθος οὐκέτι ὁμοίως ἐπιφαινομένου, ἀλλὰ μετά τινος κρίσεως ἑκάστῳ μετροῦντος τὰ δέοντα. ὥσπερ δ᾽ ἀναγέγραπται τὸ, Ὤφθη ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραὰμ, Genes.12.7. 48.3. ἤ τινι τῶν ἁγίων· καὶ τὸ ὤφθη τοῦτο οὐκ ἀεὶ ἐγίνετο, ἀλλ᾽ ἐκ διαλειμμάτων, καὶ οὐ πᾶσιν ἐφαίνετο· οὕτω μοι νόει καὶ τὸν * Ἰησοῦν τοῦ Θεοῦ ὦφθαι τῇ παραπλησίᾳ εἰς τὸ περὶ ἐκείνων, εἰς τὸ ὦφθαι αὐτοῖς τὸν Θεὸν, κρίσει. ἀπολελογήμεθα ὅση κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν, ὡς ἐν τοιούτῳ συγγράμματι, πρὸς τό, "ἐχρῆν, "εἴπερ ὄντως ἐκφῆναι θείαν δύναμιν ἤθελεν, "αὐτοῖς τοῖς ἐπηρεάσασι καὶ τῷ καταδικάσαντι "καὶ ὅλως πᾶσιν ὀφθῆναι· οὐκ ἐχρῆν οὖν τῷ καταδικάσαντι αὐτὸν ὀφθῆναι, οὐδὲ τοῖς ἐπηρεάσασιν. ἐφείδετο γὰρ καὶ τοῦ καταδικάσαντος καὶ τῶν ἐπηρεασάντων ὁ Ἰησοῦς, ἵνα μὴ παταχθῶσιν ἀορασίᾳ, ὁποίᾳ οἱ ἐν Σοδόμοις ἐπατάχθησαν, ἡνίκα ἐπεβούλευον τῇ ὥρᾳ τῶν ξενισθέντων παρὰ τοῦ Λὼτ ἀγγέλων. καὶ τοῦτο δὲ δηλοῦται διὰ τούτων· Ἐκτείναντες δὲ οἱ ἄνδρες τὰς χεῖρας, Genes.19.11. ἐπεσπάσαντο τὸν Λὼτ πρὸς ἑαυτοὺς εἰς τὸν οἶκον, καὶ τὴν θύραν ἀπέκλεισαν. τοὺς δὲ ἄνδρας, τοὺς ἐπὶ τῇ θύρᾳ τοῦ οἴκου, ἐπάταξαν ἀορασίᾳ ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου· καὶ παρελύθησαν ζητοῦντες τὴν θύραν. ἐκφῆναι οὖν ἐβούλετο τὴν δύναμιν ἑαυτοῦ ὁ Ἰησοῦς, θείαν οὖσαν, ἑκάστῳ τῶν δυναμένων αὐτὴν ἰδεῖν, καὶ κατὰ τὸ μέτρον ἰδεῖν ἃ ἐχώρει. καὶ οὐδέπου δι᾽ ἄλλο ἐφυλάξατο ὀφθῆναι, ἢ διὰ τὰς δυνάμεις τῶν μὴ χωρούντων αὐτὸν ἰδεῖν. καὶ μάτην παρελήφθη τῷ Κέλσῳ τὸ, "οὐ γὰρ δὴ ἔτι ἐφοβεῖτό τινα ἀνθρώπων ἀποθανών, καὶ (ὡς φατὲ) Θεὸς ὢν οὐδ᾽ ἐπὶ τοῦτ᾽ "ἐπέμφθη τὴν ἀρχὴν, ἵνα λάθῃ. ἐπέμφθη γὰρ οὐ μόνον ἵνα γνωσθῇ, ἀλλ᾽ ἵνα καὶ λάθῃ. οὐ γὰρ πᾶν, ὅπερ ἦν, καὶ οἷς ἐγινώσκετο, ἐγινώσκετο, ἀλλά τι αὐτοῦ ἐλάνθανεν αὐτούς· τισὶ δ᾽ οὐδ᾽

* ὑιὸν τοῦ.

et dignis ſolis apparuiſſe &

optimâ ratione cum ſe nunc celaſſe nunc oſtendiſſe

ὅλοις ἐγιγνώσκετο, καὶ ἀνέῳξε δὲ αὐτὸς πύλας τοῖς γενομένοις υἱοῖς σκότους καὶ νυκτὸς υἱοῖς, ἐπιδεδωκόσι δὲ ἑαυτοὺς εἰς τὸ γενέσθαι υἱοὺς ἡμέρας καὶ φωτός. καὶ ἦλθε Σωτὴρ ὁ
Luc. 19. 10. Κύριος ἡμῶν μᾶλλον, ὡς ἰατρὸς ἀγαθὸς, τοῖς ἁμαρτιῶν μεστοῖς, ἢ τοῖς δικαίοις. Ἴδωμεν δὲ τίνα τρόπον φησὶν ὁ παρὰ τῷ Κέλσῳ Ἰουδαῖος, „ὅτι εἰ δ' οὖν τόγε τοσοῦτον * ὤφειλεν εἰς ἐπί„δειξιν θεότητος, ἀπὸ τοῦ σκόλοπος γοῦν εὐ„θὺς ἀφανὴς γενέσθαι. καὶ τοῦτο δὲ δοκεῖ μοι [ὅμοιον εἶναι] τῷ λόγῳ τῶν ἀντιδιατασσόντων τῇ προνοίᾳ, καὶ διαγραφόντων ἑαυτοῖς ἕτερα παρὰ τὰ ὄντα, καὶ λεγόντων, Ὅτι βέλτιον ἦν εἰ οὕτως εἶχεν ὁ κόσμος, ὡς διεγράψαμεν. ὅπου μὲν γὰρ δυνατὰ διαγράφουσιν, ἐλέγχονται χείρονα ποιοῦντες, τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς καὶ τῇ διαγραφῇ αὐτῶν, τὸν κόσμον· ὅπου δὲ δοκοῦσι μὴ χείρονα ἀναζωγραφεῖν τῶν ὄντων, ἀποδείκνυνται τὰ τῇ φύσει ἀδύνατα βουλόμενοι· ὡς * ἑκατέρως αὐτοὺς καταγελάστους εἶναι. καὶ ἐνθάδε * μὲν ὅτι οὐκ ἀδύνατον ἦξεν, ὡς ἐν τῇ θειοτέρᾳ φύσει, ἵν' ὅτε βούληται, ἀφανὴς γένηται· καὶ αὐτόθεν μὲν δῆλον. σαφὲς δὲ καὶ ἐκ τῶν γεγραμμένων περὶ αὐτοῦ, τοῖς μή τινα μὲν τῶν γεγραμμένων προσιεμένοις, ἵνα κατηγορήσωσι τοῦ λόγου, τινὰ δὲ πλάσματα οἰομένοις τυγχάνειν. γέγραπται δὲ ἐν
Luc. 24. 30. τῷ κατὰ Λουκᾶν, ὅτι μετὰ τὴν ἀνάστασιν λαβὼν τὸν ἄρτον ὁ Ἰησοῦς εὐλόγησε, καὶ κλάσας ἐπεδίδου τῷ Σίμωνι καὶ τῷ Κλεόπᾳ· λαβόντων δ' αὐτῶν τὸν ἄρτον, διηνοίχθησαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἐπέγνωσαν αὐτὸν, καὶ αὐτὸς ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν. Θέλομεν δὲ παραστῆσαι, πῶς οὐ χρησιμώτερον ἦν πρὸς τὴν οἰκονομίαν ὅλην τὸ, εὐθὺς ἀπὸ τοῦ σκόλοπος αὐτὸν ἀφανῆ γενέσθαι σωματικῶς. τὰ συμβεβηκότα ἀναγεγραμμένα τῷ Ἰησοῦ οὐκ ἐν ψιλῇ τῇ λέξει καὶ τῇ ἱστορίᾳ τὴν πᾶσαν ἔχει θεωρίαν τῆς ἀληθείας. ἕκαστον γὰρ αὐτῶν καὶ σύμβολόν τινος αὐτῶν εἶναι παρὰ τοῖς συνετώτερον ἐντυγχάνουσι τῇ γραφῇ ἀποδείκνυται. ὥσπερ οὖν τὸ σταυρωθῆναι αὐτὸν ἔχει τὴν δη-
Galat. 2. 20. λουμένην ἀλήθειαν ἐν τῷ, Χριστῷ συνεσταύρωμαι· καὶ
6. 14. τὴν σημαινομένην ἐν τῷ, Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου * ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ. καὶ ὁ θάνατος αὐτοῦ ἀναγ-
Rom. 6. 10. καῖος, διὰ τὸ, Ὃ γὰρ ἀπέθανε, τῇ ἁμαρτίᾳ
Phil. 3. 10. ἀπέθανεν ἐφάπαξ· καὶ διὰ τὸ, τὸν δίκαιον λέγειν * συμμορφούμενος τῷ θανάτῳ αὐτοῦ· καὶ τὸ, Εἰ γὰρ συναπεθάνομεν, καὶ συζήσομεν. οὕτω
2 Tim. 2. 11. καὶ ἡ ταφὴ αὐτοῦ φθάνει ἐπὶ τοὺς συμμόρφους τοῦ θανάτου αὐτοῦ, καὶ τοὺς συσταυρωθέντας αὐτῷ καὶ συναποθανόντας, καθὸ καὶ τῷ Παύλῳ λέλεκται
Rom. 6. 4. τὸ, Συνετάφημεν γὰρ αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος, καὶ συνανέστημεν αὐτῷ. ἡμεῖς * δὲ καὶ τὰ περὶ τῆς ταφῆς, καὶ τοῦ μνημείου, καὶ τοῦ θάψαντος, ἀναγεγραμμένα εὐκαιρότερον διὰ πλειόνων ἐν ἄλλοις, ἔνθα προηγουμένως δεῖ περὶ τούτων λέ-

Margin: * ὤφειλεν. — * ἑκατέρως. — * τοίνυν ὅτι μὲν οὐκ. — * μου. — * συμμορφιζόμενος. — * ὃ δὲ.

Handwritten margin note: Cum Celso dicenti quod Jesus illico ex cruce descendere debuisset, ad responsurus, argumentum ducit comparatione eorum qui mundum meliorem se fecisse fuisse putant, deinde ad rectiorem Scripturae sensum transit, et

verò fuit omnibus incognitus; ut qui januam lucis aperuit duntaxat iis, qui, cùm antea fuiſſent filii tenebrarum & noctis, adoptandos ſe dederunt filios lucis & diei. Etenim venit Servator noſter Dominus, non tam ad juſtos, quàm ad ſanandos peccatis refertos, ut medicus. Videamus porrò quid ſibi velit quod Celſi Judæus inquit, *Quòd ſi hoc ad deitatem approbandam faciebat, debuerat mox è cruce evanuiſſe.* Id ſanè reſipit dogma iſtorum oppugnatorum providentiæ, qui ſolent aliter præſcribere quàm factum eſt: dicúntque meliùs fuiſſet, ſi talis eſſet mundus, qualem deſignavimus: & aut præſcribunt quod poſſibile eſt, atque ità, quantum in ipſis eſt ipſorúmque præſcriptione, deteriorem mundum faciunt: aut ſi præſcribunt meliora, oſtendunt ſe velle quod juxta naturam eſt impoſſibile: utroque modo ridiculi. Ità hìc quoque ſatìs conſtat, potuiſſe illum diſparere quoties vellet: & idem liquet ex Scripturis, ſi quis eas non ſuo arbitratu nunc recipiat nunc ejiciat, ſicut iſti faciunt: nam & in Evangelio ſecundùm Lucam ſcriptum eſt, quòd poſt reſurrectionem Jeſus *accepto pane benedixit & fregit*, porrexítque Simoni & Cleopæ, & poſtquam acceperunt panem, *aperti ſunt oculi eorum, & agnoverunt eum, & ipſe evanuit à conſpectu eorum.* Oſtendemus autem quòd non erat utilius ad inſtitutam ejus diſpenſationem, ſtatim in cruce diſparendo corpus oculis hominum ſubtrahere. Veritas Scripturæ tradentis nobis geſta Jeſu non conſiſtit in nudis verbis hiſtoriæ: nam in unoquoque ſignificatur latens aliquid, quod prudentior lector intelligit: ſicut hoc ipſum de cruci affixo verum intellectum habet in illo dicto, *Cum Chriſto crucifixus ſum*; & illo, *Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.* Mors quoq; ejus neceſſaria, propter illud, *Quòd enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel*: & quia juſtus dicit conformem ſe fieri morti ejus, & propter illud dictum, *Si enim cum eo morimur, vivemus etiam cum eo.* Sic etiam ſepultura ejus pervenit ad conformes mortis ejus, ad & ſimul cum eo crucifixos atq; mortuos, ſicut & Paulus ſcribit; *Conſepulti enim ſumus cum eo per Baptiſmum, & ſimul reſurreximus cum eo.* Ceterùm quæ de ſepultura, & monumento, & eo qui ſepeliit, ſcripta ſunt, opportuniùs & prolixiùs diſſeremus aliàs, quando peculiaris

γειν.

ecit

Digitized by Google

erit horum tractatio: nunc ſufficit nobis pura ſindon, quâ involvi oportebat purum corpus Jeſu, & novum monumentum in petra exciſum à Joſepho, ubi nondum quiſquam jacuerat, vel (ut Joannes ſcribit) *In quo nondum quiſquam poſitus fuerat.* Hic adverte an poſſit aliquem movere conſenſus trium Evangeliſtarum, tam accuratè de monumento exciſo ſeu exſculpto in petra memorantium: ut qui rationem Scripturæ examinet, videat magni momenti res & in novitate monumenti, cujus Matthæus & Joannes meminerunt, & in eo *quòd nullus unquam ibi ſepultus fuerat*, ſicut à Luca & eodem Joanne eſt proditum. Conveniebat enim ut non vulgariter mortuus, ſed poſt mortem etiam vitalia proferens è corpore aquam atq; ſanguinem, novúmq;, ut ità loquar, cadaver, in novo puroq; monumento deponeretur. Ut quemadmodum ejus nativitas omni nativitate fuerat purior, eò quòd è virgine non è coitu fuit natus: ità ſepultura quoque inſignem puritatem haberet, depoſito corpore in monumentum novum, non è collectitiis lapidibus arte conſtructum, ſed è vivo ſaxo exciſum. Itaq; occultior hujus ſacræ narrationis ſignificatio poſſet auguſtiorem & diviniorem tractationem recipere, ſi id eſſet propoſitum. Ceterùm quod ad rationem contextûs in præſens reddendum attinet, bellè quadrabat ut qui deſtinato conſilio crucis ſupplicium ſuſtinuit, in conſequentibus etiam decorum ſervaret: ut qui ſicut homo fuerat mortuus, ſicut homo item deponeretur è ſtipite atque ſepeliretur. Attamen etiam ſi ſcriptum fuiſſet in Evangeliis è cruce eum evanuiſſe, vituperâſſet id Celſus cum infidelibus; & hoc quoque carpentes dixiſſent, *Quid ità poſtquam crucifixus eſt diſparuit, & non antea potiùs curavit ne deveniretur ad ſupplicium?* Ergò ſi hoc ipſum reprehendendum exiſtimant, Evangeliſtas maluiſſe veritatem prodere, quàm fingere diſparuiſſe illum è cruce: quomodo credituri ſunt reſurrectionem, & quòd ſuo arbitratu modò clauſis januis ſubitò apparuerit ſtans in eorum medio, modò poſt datum panem duobus è familiaribus, póſtque habitum cum eis colloquium, ex ipſorum conſpectu evanuerit? Illud porrò qui Celſi Judæo venit in mentem dicere, Jeſum latitâſſe? ait enim, *quis unquam, emiſſus nuncius, cum mandata renuntiare deberet, quæſivit*

γειν, διηγησόμεθα. νυνὶ δ' αὐτάρκης ἡ καθαρὰ σινδὼν, ἐν ᾗ ἔδει τὸ καθαρὸν ἐντυλιχθῆναι σῶμα τοῦ Ἰησοῦ, καὶ τὸ καινὸν μνημεῖον, ὃ ἐλατόμησε τῇ πέτρᾳ ὁ Ἰωσὴφ, οὗ οὐκ ἦν οὔπω οὐδεὶς κείμενος, ἢ (ὡς ὁ Ἰωάννης φησὶν) ἐν ᾧ οὐδέπω οὐδεὶς ἐτέθη. καὶ ἐπίστησον, εἰ δύναταί κινῆσαί τινα ἡ συμφωνία τῶν τριῶν εὐαγγελιστῶν, φροντισάντων ἀναγράψαι τὸ λατομητὸν, ἢ λαξευτὸν, μνημεῖον ἐν πέτρᾳ· ἵν' ὁ τοὺς λόγους τῶν γεγραμμένων ἐξετάζων, καὶ περὶ τούτων θεάσηταί τι λόγου ἄξιον, καὶ περὶ τῆς καινότητος τοῦ μνημείου, ἥν τινα Ματθαῖος καὶ Ἰωάννης ἱστόρησε, καὶ περὶ τοῦ μηδένα ἐκεῖ νεκρὸν γεγονέναι, κατὰ τὸν Λουκᾶν καὶ τὸν Ἰωάννην. ἔδει γὰρ τὸν μὴ τοῖς λοιποῖς νεκροῖς ὅμοιον, ἀλλὰ ζωτικὰ σημεῖα καὶ ἐν τῇ νεκρότητι δείξαντα τὸ ὕδωρ καὶ τὸ αἷμα, καὶ καινὸν (ἵν' οὕτως ὀνομάσω) ὄντα νεκρὸν, ἐν καινῷ καὶ καθαρῷ γενέσθαι μνημείῳ, ἵν', ὥσπερ ἡ γένεσις αὐτοῦ καθαρωτέρα πάσης γενέσεως ἦν, τῷ μὴ ἀπὸ μίξεως, ἀλλ' ἀπὸ παρθένου γεγεννῆσθαι· οὕτω καὶ ἡ ταφὴ ἔχῃ τὴν καθαρότητα, διὰ τοῦ συμβολικοῦ δεδηλωμένην ἐν τῷ ἀποτεθεῖσθαι αὐτοῦ τὸ σῶμα ἐν μνημείῳ καινῷ ὑφεστῶτι, οὐκ ἐκ λογάδων λίθων οἰκοδομηθέντι, καὶ τὴν ἕνωσιν οὐ φυσικὴν ἔχοντι, ἀλλ' ἐν μιᾷ καὶ δι' ὅλων ἡνωμένῃ πέτρᾳ λατομητῇ καὶ λαξευτῇ. τὰ μὲν οὖν τῆς διηγήσεως, καὶ τῆς ἀπὸ τῶν γεγονέναι γεγραμμένων ἀναβάσεως ἐπὶ τὰ πράγματα, ὧν τὰ γενόμενα ἦν σημαντικὰ, καὶ μειζόνως ἄν τις καὶ θειοτέρως διηγήσαιτο, εὐκαιρότερον ἐκτιθέμενος τὰ τοιαῦτα, ἐν προηγουμένῃ συντάξει. Τὰ δὲ τῆς λέξεως [καλὰ] καὶ οὕτως ἄν τις * ἀποδοίη, ὅτι κατὰ τὸν κρίναντα ὑπομεῖναι τὸ ἐπὶ σκόλοπος κρεμασθῆναι ἦν· καὶ τὰ ἑξῆς τῇ ὑποθέσει τηρῆσαι. ἵν' ὡς ἄνθρωπος καθαιρεθεὶς, τῷ ὡς ἄνθρωπος ἀποτεθνηκέναι, ὡς ἄνθρωπος καὶ ταφῇ. ἀλλὰ καὶ εἰ καθ' ὑπόθεσιν ἐγέγραπτο ἐν τοῖς εὐαγγελίοις, ὅτι ἀπὸ τοῦ σκόλοπος ἀφανὴς εὐθὺς ἐγένετο· ἐκάκιζεν ἂν τὸ γεγραμμένον ὁ Κέλσος καὶ οἱ ἄπιστοι, καὶ κατηγόρησαν ἂν καὶ οὕτω λέγοντες· "τί δήποτε μετὰ τὸν σταυρὸν γέγονεν ἀφανὴς, οὐ πρὸ τοῦ παθεῖν δὲ τοῦτ' ἐπραγματεύσατο;" εἴπερ ἦν ἀπὸ τῶν εὐαγγελίων μεμαθηκότες, ὅτι οὐ γέγονεν εὐθὺς ἀφανὴς ἀπὸ τοῦ σκόλοπος, ἐγκαλεῖν οἴονται τῷ λόγῳ, μὴ πλασαμένῳ, ὡς ἐκεῖνοι ἀξιοῦσι, τὸ εὐθὺς αὐτὸν ἀφανῆ γενέσθαι ἀπὸ τοῦ σκόλοπος, ἀλλὰ τὸ ἀληθὲς ἱστορήσαντι· πῶς οὐκ εὔλογον πιστεῦσαι αὐτοὺς καὶ τῇ ἀναστάσει αὐτοῦ; καὶ ὡς βουληθεὶς ὁτὲ μὲν τῶν θυρῶν κεκλεισμένων ἔστη ἐν μέσῳ τῶν μαθητῶν· ὁτὲ δὲ δοὺς ἄρτον δυσὶ τῶν γνωρίμων, εὐθὺς ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν, μετά τινας οὓς ἐλάλησεν αὐτοῖς λόγους; πόθεν δὲ τῷ Κέλσου Ἰουδαίῳ λέλεκται, ὅτι ἐκρύπτετο ὁ Ἰησοῦς; λέγει γὰρ περὶ αὐτοῦ, "τίς δὲ πώποτε πεμφθεὶς ἄγγελος, δέον ἀγγέλλειν τὰ κεκελευσμένα, κρύπτεται;"

Luc. 23. 53.
Joan. 19. 41.
Matth. 27. 60.
Luc. 23. 53.
Joan. 19. 41.

* ἀποδώη.

in fine illum qui humana [illegible] decreverat manandum [illegible] ejus et simplicitatem Evangelistarum veritatem [illegible] affirmat.

* ἐκρύπτετο ὁ εἰπὼν τοῖς.

Matth. 26. 55.

"κρύπτεται; οὐ γὰρ * εἰ πάντη ἐκρύπτετο τοῖς ζητοῦσιν αὐτὸν συλλαβεῖν, καθημέραν ἤμην ἐν τῷ ἱερῷ παῤῥησίᾳ διδάσκων, καὶ οὐκ ἐκρατήσατέ με. πρὸς δὲ τὸ ἑξῆς παλιλλογούμενον ὑπὸ τοῦ Κέλσου ἡμεῖς ἅπαξ ἀπολογησάμενοι, ἀρκεσθησόμεθα τοῖς προειρημένοις. γέγραπται γὰρ ἐν τοῖς ἀνωτέρω καὶ πρὸς τὸ, "ἢ, ὅτε μὲν ἠπιστεῖτο ἐν σώματι, πᾶσιν ἀνέδην ἐκήρυττεν· ὅτε δὲ πίστιν ἂν ἰσχυρὰν "παρεῖχεν ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς, ἑνὶ μόνῳ γυναίῳ καὶ τοῖς ἑαυτοῦ θιασώταις κρύβδην * περεφαίνεται. ἀλλ' οὐδ' ὅτι ἑνὶ μόνῳ γυναίῳ ἐφάνη, ἀληθές ἐστι· γέγραπται γὰρ ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίῳ, ὅτι ὀψὲ σαββάτων τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων, ἦλθε Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ ἡ ἄλλη Μαρία, θεωρῆσαι τὸν τάφον καὶ ἰδοὺ, σεισμὸς ἐγένετο μέγας· ἄγγελος γὰρ Κυρίου καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ [καὶ] προσελθὼν ἀπεκύλισε τὸν λίθον. καὶ μετ' ὀλίγον, φησὶν ὁ Ματθαῖος· Καὶ ἰδοὺ ὁ Ἰησοῦς * ὑπήντησεν αὐταῖς. δῆλον δὲ ὅτι ταῖς προειρημέναις Μαρίαις λέγων, Χαίρετε· αἱ δὲ προσελθοῦσαι ἐκράτησαν αὐτοῦ τοὺς πόδας, καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ. λέλεκται δὲ καὶ πρὸς τὸ, "κολαζόμενος "μὲν ἄρα πᾶσιν ἑωρᾶτο, ἀναστὰς δὲ ἑνίοις· ὅτε ἀπελογούμεθα πρὸς τὸ, Οὐ πᾶσιν ἑωρᾶτο. καὶ νῦν δὲ φήσομεν, ὅτι τὰ μὲν ἀνθρώπινα αὐτοῦ πᾶσιν ἦν ὁρατά· τὰ δὲ θειότερα (λέγω δὲ οὐ περὶ τῶν σχέσιν πρὸς ἕτερα ἐχόντων, ἀλλὰ περὶ τῶν κατὰ διαφορὰν) οὐ πᾶσι χωρητά. πρόσχες δὲ καὶ τῇ παρὰ πόδας τοῦ Κέλσου ἐναντιότητι πρὸς ἑαυτόν. προειπὼν οὖν ἑνὶ γυναίῳ καὶ τοῖς ἑαυτοῦ * μαθηταῖς κρύβδην αὐτὸν παραπεφάνθαι, εὐθέως ἐπιφέρει· "κολαζόμενος μὲν "ἄρα πᾶσιν ἑωρᾶτο, ἀναστὰς δὲ ἑνί· τοὐναντίον ἐ"χρῆν τοὐναντίον. τί δὲ καὶ νομίζει τὸ, Ἐχρῆν, ἀκούσωμεν. ἐναντίον τὸ μὲν κολαζόμενον πᾶσιν ἑωρᾶσθαι, ἀναστάντα δὲ ἑνί. ὅσον γὰρ ἐπὶ τῇ λέξει ἑαυτοῦ, ἤθελε καὶ ἀδύνατον καὶ ἄλογον· κολαζόμενον μὲν ἑνὶ ὁρᾶσθαι, ἀναστάντα δὲ πᾶσιν. ἢ πῶς διηγήσῃ τὸ, τοὐναντίον ἐχρῆν τοὐναντίον; ἐδίδαξε δὲ ἡμᾶς ὁ Ἰησοῦς, καὶ ὅστις ἦν ὁ πέμψας, ἐν τῷ, Οὐδεὶς ἔγνω τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ υἱός· καὶ τῷ, Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. * καὶ μονογενής γε ὢν Θεὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο· ἐκεῖνος θεολογῶν ἀπήγγειλε τὰ περὶ Θεοῦ τοῖς γνησίοις αὐτοῦ μαθηταῖς· ὧν ἴχνη ἐν τοῖς γεγραμμένοις εὑρίσκοντες ἀφορμὰς ἔχομεν θεολογεῖν, ὅπου μὲν ἀκούοντες, ὁ Θεὸς φῶς ἐστι, καὶ σκοτία οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ οὐδεμία· ὅπου δὲ, Πνεῦμα ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. ἀλλὰ καὶ ἐφ' οἷς ἔπεμψεν αὐτὸν ὁ πατὴρ, μυρία ἐστὶν,

* παρεφαίνετο.

Matth. 28. 1.

Ibid. v. 9.

* ἀπήντησεν libri editi.

* θιασώταις.

Lucæ 10. 20.

Joan. 1. 18.

* ὁ μονογ.

1 Joan. 1. 5.

Joan. 4. 22.

latebras? Certè mininimè latitabat qui comprehendere ſe quærentibus dixit, *Quotidie liberè docebam in templo, nec tamen me comprehendiſtis.* Quòd autem mox Celſus repetit quæ antè deblaterans, ſatis ſit ſemel jam reſponſum eſſe: poſſunt enim ex his, quæ in ſuperioribus paginis ſcripſimus, confutari quòd iterum objicit, *Cùm in corpore verſaretur inter incredulos, omnibus paſſim obtrudebat prædicationem ſuam; nunc cùm fides aſtruenda eſſet reſurrectioni è mortuis, uni tantùm mulierculæ ſuiſque ſodalibus clàm videndum ſe præbuit.* Atqui falſum eſt eum uni tantùm mulierculæ apparuiſſe: extat enim ſcriptum in Evangelio ſecundùm Matthæum, *Veſpere autem Sabbati, quæ luceſcit in prima Sabbati, venit Maria Magdalena, & altera illa Maria, videre ſepulchrum, & ecce terræmotus factus eſt magnus: angelus enim Domini deſcendit de cœlo, & accedens revolvit lapidem.* Et paulò pòſt infert idem Evangeliſta, *Et ecce Jeſus occurrit illis,* videlicet jam dictis Mariis, *eáſque ſalutavit: at illæ accedentes tenuerunt pedes ejus, & adoraverunt eum.* Reſponſum eſt & ad illud, *Quòd ſupplicium tulit omnibus, poſt reſurrectionem verò uni viſus eſt;* & cauſam utriuſq; reddidimus: ac nunc quoq; dicimus, humanam ejus naturam omnibus fuiſſe conſpicuam; divinæ verò (loquor autem de his naturis, non in quantum refertur altera ad alteram, ſed in quantum inter ſe differunt) non fuiſſe capaces omnium oculos. Atque hìc mihi adverte quomodo Celſus loquatur ſibi ipſi contraria, cùm enim modò dixiſſet illum clàm apparuiſſe uni mulierculæ ſuiſq; ſodalibus, mox infert, *Ergò ſupplicium ferens omnibus viſus eſt, redivivus verò uni, cùm oporteret contrarium facere.* Id contrarium quid ſit audiamus, ait paſſum eum omnibus ſpectantibus, redivivum viſum ab unica. Ergò, quantum ex ipſius verbis colligitur, volebat Celſus id quod abſurdum eſt & impoſſibile, ſupplicium illius ab unico ſpectatum eſſe, reſurrectionem ab omnibus, aut quomodo aliter accipienda ſunt illa verba, *Cùm oporteret contrarium fieri?* Ceterùm Jeſus ſatis nos docuit à quo miſſus ſit, dum diceret, *Nemo novit Patrem niſi filius;* &, *Deum nemo vidit unquam: unigenitus quippe Dei Deus, qui eſt in ſinu Patris, ille enarravit,* ille divinos ſermones de Deo diſſeruit apud germanos ſuos diſcipulos: cujus diſciplinæ veſtigia in Scripturis invenientes, occaſionem indè habemus diſputandi de Deo, dum audimus illud, *Deus lux eſt, & nullæ ſunt in eo tenebræ;* tum illud, *Deus ſpiritus eſt, quem qui adorant, in ſpiritu & veritate adorent neceſſe eſt.* Præterea cur à Patre miſſus ſit, ex innumeris locis

Digitized by Google

locis licet volenti diſcere, tum ex Prophetarum vaticiniis, tum ex Evangeliis, nec exiguam partem ex Apoſtolorum, maximè Paulinis, literis. *Ipſe eſt qui piis prælucet ad ſalutis viam, & in peccatores animadvertit:* de quo imprudens Celſus dixit, *Quòd pios in vias deducat, peccatores miſeretur verſos ad pœnitentiam.* Poſthæc, *Si*, inquit, *volebat latere, cur audita eſt è cœlo vox, prædicans eum Dei filium? quòd ſi latere noluit, cur paſſus eſt & mortuus?* putátque ſic redargutam à ſe Scripturarum diſſonantiam, non intelligens voluiſſe illum nec temere omnibus innoteſcere, nec omnino res ſuas ignotas eſſe. Certè cœleſtis vocis præconium, declarans *Hunc eſſe illum dilectum filium, in quo pater ſibi placeat*, non ſcribitur vulgo audita, quod Celſi Judæus exiſtimat: ſicut & illa in monte præcelſo è nube profecta, ſolis his audita eſt, qui ſimul aſcenderant cum eo. Talis eſt enim Dei vox, ut à ſolis audiatur, quos ipſe audire illam vult: nè interim dicam Dei vocem, de qua hìc Scriptura loquitur, non eſſe percuſſum aerem, aut percuſſionem aeris, aut quicquid aliud de voce dicitur; ideóque non iſto ſenſili auditu, ſed longè præſtantiore diviniorêque percipi: & quoties ipſe qui loquitur non ab omnibus eam exaudiri vult, eos, qui eximias illas aures habent, audire Deum; qui verò auribus animæ obſurduerant, non ſentire ſermonem Dei. Hoc reſponſum ſit quærenti, *Cur audita ſit è cœlo vox prædicans eum Dei filium?* Ceterùm quod quærit amplius, *Cur ſi noluit latere, paſſus ſit ac mortuus?* ſatis reſponſum eſt ſuperiùs, ubi prolixè de ipſius paſſione tractavimus. Poſthæc Celſi Judæus colligit quaſi rem conſequentem, quæ minimè conſequitur: non enim colligitur ex eo quòd nos paſſione ſua mortem contemnere docuit, debuiſſe poſt reſurrectionem è mortuis vocare propalam ad novam doctrinæ lucem genus hominum, doceréque cauſam adventûs ſui. Jam enim ante vocaverat omnes ad lucem his verbis, *Venite huc omnes qui laboratis & onerati eſtis, ego vos reficiam.* Et qua de cauſa deſcenderit, relatum eſt in prolixo illo ſermone de beatitudinibus, quæque eas ſequuntur promiſſionibus, adhæc in parabolis & diſſertationibus, quas cum Scribis atq; Phariſæis habuit. Jam verò ſecundùm Joannis Evangelium quàm multa doceat, liquet advertentibus ejus magniloquentiam, in rebus magis ſitam quàm ſermonibus: apparet enim ex Evangeliis, quantum autoritatis bu erint verba illius uſque ad miracu-

humanam in eo animam, illius verbi non ſolùm communicatione, ſed etiam unitione & permixtione, tantum divinitatis aſſumpſiſſe ut Deus fieret. Quòd ſi quem offendit etiam de corpore ejus nos hæc dicere, adeat Græcorum ſcripta differentium de materia, quæ cùm propriè careat omni qualitate, induit ſe qualeſcunque creator ei circumdare vult, & ſæpenumero, depoſitis prioribus, alias atque alias potiores aſſumit. Quorum opinio ſi ſana eſt, quid mirum qualitatem mortalem Jeſu corporis providentiâ Dei ſic volentis mutatam in æthaream & divinam qualitatem? At non ſicut Celſus Dialecticè argutatur, conferens humanas Jeſu carnes cum auro, & argento, ac marmore, quòd illæ corruptibiliores ſint: nam ſi exactè diſquiratur, nec incorruptibile incorruptibili eſt incorruptibilius, nec corruptibile corruptibili corruptibilius: attamen eſto ſint corruptibiliores, dicemus & ad hoc; ſi poſſibile eſt ut mutet qualitates materia, quæ recipit quaſlibet qualitates, an non poſſibile eſt etiam carnem Jeſu mutatis qualitatibus talem eſſe redditam, qualem decebat habitare in ſummo æthere, nihil retinentem carnalis infirmitatis congenitæ, & eorum quæ impura Celſus nominat, idq; parùm philoſophicè? nam id propriè impurum eſt quod vitio contaminatur. Natura autem corporis non eſt impura, non enim eadem eſt corporis & impuritatis natura, ſed malitiam habet ſuæ impuritatis genitricem. Deinde ſubolfaciens quid à nobis reſponderi poſſit, dicit de mutatione corporis, *quòd depoſitis infirmitatibus erit utique Deus, quin igitur potiùs Æſculapius, & Bacchus, & Hercules.* Dicemus, quid tam egregium Æſculapius fecit, aut Bacchus, aut Hercules? Quis doctrina eorum aut exemplo factus eſt pilo emendatior, ut referri debeant inter Deos? Videamus in hiſtoriis quæ de rebus eorum extant, num puri fuerint à libidine, injuſtitia, timiditate, inſipientia. Si nihil horum invenietur in iſtorum moribus, non vana erit oratio Celſi pares eos Jeſu faciens: quòd ſi conſtat, etiamſi quædam ferantur de ipſis meliora, tamen innumera eorum non rectè facta memorari; quomodo dicis hos probabiliùs quàm Jeſum relicto mortali corpore factos eſſe Deos? Poſthæc objicit nobis, *quòd rideamus adoratores Jovis, cujus ſepulchrum apud Cretenſes oſtenditur, nihilominus ipſi colentes eum, qui ſepultus eſt, nec ſcientes cur Cretenſes id faciant.* Vide quàm hàc parte

parte patrocinetur Cretenſibus, & Jovi, ejuſq; ſepulchro, tertâ rem trahens ad figuratas locutiones, quibus conſtet Jovis fabula: nobis verò crimini vertit quòd faſſi Jeſum noſtrum ſepultum, dicamus eum reſurrexiſſe è ſepulchro, quod Cretenſes non addunt de Jove. Ergò quoniam videris cauſam pro Cretenſis Jovis ſepulchro dicere, dum ais *Neſcire nos cur Cretenſes id faciant*: reſpondebimus & Cyrenenſem Callimachum, qui penè omnes Græcorum hiſtorias, omnia poemata evolverit, nullam ſciviſſe tropologiam in his quæ de Jovis ſepulchro feruntur: quamobrem diſticho quodam in Jovis laudes conſcripto Cretenſes ſic incuſat, dicens,

Cretenſes ſemper mendaces; tuum enim rex ſepulchrum
Exſtruxerunt: tu verò non es mortuus, ſemper enim es.

Atqui ipſe cujus verba ſunt; *tu verò non es mortuus, ſemper enim es*, quamvìs inficietur ſepultum in Creta Jovem, tamen narrat de Jove mortis initium. Eſt enim mortis initium terrena nativitas. Sic autem loquitur:

Te apud Parraſios Rhea peperit.

Oportebat autem, cùm negârit in Creta natum propter ſepulchrum ejus, conſiderare neceſſariò conſequi mortuum eſſe qui natus ſit in Arcadia. Sic enim dicit idem Callimachus.

Jupiter te natum aiunt in Idæis montibus,
Jupiter te in Arcadia. utri pater mentiuntur?
Cretenſes ſemper mendaces, & cetera.

Ad hæc autem proferenda deducti ſumus Celſi oratione, qui Jeſu parum æquus aſſenſit quidem mortuum & ſepultum eſſe, ceterùm figmentum putat quòd è mortuis reſurrexerit, quamvìs id à tot Prophetis prædictum ſit, multiſque ſignis conſtet redivivum apparuiſſe. Pergit Celſus, & quæ de Jeſu doctrina dicuntur à paucis, qui pro Chriſtianis habentur, non prudentioribus, ut ipſe putat, ſed rudioribus, ait *præcepta eſſe noſtrorum hominum: nemo accedat eruditus, nemo ſapiens, nemo prudens (hæc enim mala apud nos exiſtimantur) ſed ſi quis eſt indoctus, inſipiens, infans, fidenter veniat. Hos enim Deo ſuo dignos verbis iſtis confeſſi apertè declarant ſolos ſtolidos & ignobiles & ſenſu carentes, mancipia, mulierculas, puerulos inducere ſe velle ac poſſe.* Reſpondemus & ad hæc: quòd quemadmodum ſi aliquis (cui notum ſit Jeſu præceptum docentis temperantiam

ἀπολογεῖται μὲν περὶ Κρητῶν, καὶ τοῦ Διὸς, καὶ τοῦ τάφου αὐτοῦ· αἰνιττόμενος τροπικὰς ὑπονοίας, καθ' ἃς πεπλάσθαι λέγεται ὁ περὶ τοῦ Διὸς μῦθος· ἡμῶν δὲ κατηγορεῖ, ὁμολογούντων μὲν τετάφθαι τὸν ἡμέτερον Ἰησοῦν, φασκόντων δὲ καὶ ἐγηγέρθαι αὐτὸν ἀπὸ τοῦ τάφου, ὅπερ Κρῆτες οὐκέτι περὶ τοῦ Διὸς ἱστοροῦσιν. ἐπεὶ δὲ * δοκεῖς συνηγορεῖν τῷ ἐν Κρήτῃ τάφῳ τοῦ Διὸς, λέγων "ὅπως μὲν καὶ καθότι Κρῆτες τοῦτο ποιοῦσιν οὐκ "εἰδότες εἴσομεν ὅτι καὶ ὁ Κυρηναῖος Καλλίμαχος, πλεῖστα ὅσα ἀναγνοὺς ποιήματα, καὶ ἱστορίαν σχεδὸν πᾶσαν ἀναλεξάμενος Ἑλληνικὴν, οὐδεμίαν οἶδε τροπολογίαν ἐν τοῖς περὶ Διὸς καὶ τοῦ τάφου αὐτοῦ. διὸ καὶ ἐγκαλεῖ τοῖς Κρησὶν ἐν τῷ εἰς τὸν Δία γραφέντι αὐτῷ ὕμνῳ, λέγων·

* δοκεῖ.

Callimach. hymn. I. in Jovem.

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται· καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο
Κρῆτες ἐτεκτήναντο. σὺ δ' οὐ θάνες, ἐσσὶ γὰρ αἰεί.

Καὶ ὁ εἰπὼν, Σὺ δ' οὐ θάνες, ἐσσὶ γὰρ αἰεὶ, ἀρνησάμενος τὴν ἐν Κρήτῃ ταφὴν τοῦ Διὸς, τὴν ἀρχὴν τοῦ θανάτου ἱστορεῖ γεγενέσθαι περὶ τὸν Δία. ἀρχὴ δὲ θανάτου ἡ ἐπὶ γῆς γένεσις· λέγει δ' οὕτως·

Ἐν δέ σε * Παρρασίοις Ῥείη τέκεν εὐνηθεῖσα.

* Παῤῥασίῃ libb. editi.

Ἐχρῆν δ' αὐτὸν, ὡς ἠρνήσατο τὴν ἐν Κρήτῃ γένεσιν τοῦ Διὸς διὰ τὸν τάφον αὐτοῦ, ὁρᾷν, ὅτι ἠκολούθει τῇ ἐν Ἀρκαδίᾳ γενέσει αὐτοῦ τὸ καὶ ἀποθανεῖν τὸν γεγεννημένον. τοιαῦτα δὲ καὶ περὶ τούτων λέγει ὁ Καλλίμαχος.

Ζεῦ, σὲ μὲν Ἰδαίοισιν ἐν οὔρεσι φασὶ γενέσθαι,
Ζεῦ, σὲ δ' ἐν Ἀρκαδίῃ. πότεροι, πάτερ, ἐψεύσαντο;
Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, καὶ τὰ ἑξῆς.

Εἰς ταῦτα δ' ἡμᾶς ἤγαγεν ὁ Κέλσος, ἀγνωμονῶν περὶ τοῦ Ἰησοῦ· καὶ συγκατατιθέμενος μὲν τοῖς γεγραμμένοις, ὅτι ἀπέθανε καὶ ἐτάφη· πλάσμα δὲ ἡγούμενος εἶναι, ὅτι καὶ ἀνέστη ἀπὸ τῶν νεκρῶν· καὶ ταῦτα μυρίων προφητῶν καὶ τοῦτο προειρηκότων, καὶ πολλῶν ὄντων σημείων τῆς μετὰ θάνατον ἐπιφανείας αὐτοῦ. Εἰ δ' ἑξῆς τούτοις ὁ Κέλσος τὰ ὑπὸ ὀλίγων τῶν παρὰ τὴν διδασκαλίαν Ἰησοῦ λεγόμενα νομιζομένων Χριστιανῶν, οὐ φρονιμωτέρων (ὡς οἴεται) ἀλλ' ἀμαθεστέρων, φέρων, φησὶ "τοιαῦτα ὑπ' αὐτῶν "προστάσσεσθαι· μηδεὶς προσίτω πεπαιδευμένος, "μηδεὶς σοφὸς, μηδεὶς φρόνιμος (κακὰ * γὰρ ταῦτα νομίζεται παρ' ἡμῖν) ἀλλ' εἴ τις ἀμαθὴς, εἴ "τις ἀνόητος, εἴ τις νήπιος, θαῤῥῶν ἡκέτω. τούτους "γὰρ ἀξίους τοῦ σφετέρου Θεοῦ αὐτόθεν ὁμολογοῦντες, δῆλοί εἰσιν, ὅτι μόνους τοὺς ἠλιθίους καὶ ἀγεννεῖς καὶ ἀναισθήτους, καὶ ἀνδράποδα, καὶ γύναια, "καὶ παιδάρια, πείθειν ἐθέλουσί τε καὶ δύνανται). καὶ πρὸς ταῦτα δέ φαμεν· ὅτι, ὥσπερ εἴ τις (τοῦ Ἰησοῦ διδάσκοντος τὰ περὶ σωφροσύνης,

* καὶ γὰρ.

Matth. 5. 28. [illegible]

Pſal. 50. 8.

3 Reg. 3. 9. Sap. 7. 6.

3 Reg. 10. 1.

3 Reg. 4. 29.

[illegible Greek text]

tem & dicentis, *Quicunque inſpexerit mulierem ad concupiſcendum eam, jam commiſit adulterium in corde ſuo*) videret paucos aliquos pro Chriſtianis habitos libidinosè vivere, meritò eis prævaricationem impingeret, ac iniquiſſimè faceret, ſi doctrinæ Jeſu imputaret eorum flagitia: ità cùm comperiam ſit Chriſtianorum doctrinam invitare ad ſapientiam, objurgandos qui patrocinantur inſcitiæ ſuæ, dictiſque non quæ Celſus ſcripſit (nam enim quamvis idiota & impoſtor [illegible]) ſed alia quædam [illegible] à ſtudio ſapientiæ revocantis. Quòd autem doctrina noſtra ſapientiæ ſtudium à nobis requirat probabimus, & ex veteri Judæorum inſtrumento, quo etiam nos utimur, & ex Scripturis poſt Jeſum editis, quæ divinæ creduntur ab Eccleſia. Scriptum eſt certè in Pſalmo quinquageſimo Davidis, preces ad Deum fundentis, ſic; *Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi*: & ſi quis evolvat Pſalmos, inveniet librum plenum dogmatibus ſapientiſſimis. Salomon quoque ſapientiam quia petiit, impetravit, cujus veſtigia licet in ſcriptis ejus animadvertere, brevibus verbis egregias ſententias complectentia, inter quas crebræ laudes ſapientiæ, & exhortationes ad capeſſendum ejus ſtudium. Et in tantum erat ſapiens Salomon, *ut regina Sabæorum, audito eo & Domini nomine, veniret ad periculum faciendum ejus ſapientiæ ſolvendis ænigmatis: quæ locuta eſt ei quicquid in corde habebat, & enarravit ei Salomon omnes [illegible] ejus, nec erat ulla quam rex ignoraret [illegible], & intellexit regina Sabæorum omnem prudentiam Salomonis, & quomodo [illegible] apud ſe cuncta haberet, quo factum eſt ut exclamaret: Vera eſt fama quam audivi in terra mea ſuper ſermonibus tuis, & ſuper ſapientia tua: & non credebam narrantibus mihi, donec ipſa veni, & vidi oculis meis, & ecce [illegible] famam ſapientiæ tuæ & magnificentiæ.* De eodem rege ſcriptum eſt ſic; *Dedit Deus Salomoni ſapientiam & prudentiam multam nimis, & amplitudinem cordis ſicut arenam quæ eſt in littore maris, & multiplicata eſt ſapientia ejus ſuper ſapientiam omnium priſcorum, omnium Ægyptiorum [illegible] ſapientia, [illegible] ſapientior Gethano Ezrahita, & Eman, Chalcalde, & Darda, filiis Mahol: & erat* [illegible]

nomen ejus celebre in circum-vicinis gentibus. Edidit etiam quæſtionum tria millia, & carminum quinque millia: & diſſeruit de ſtirpibus à cedro Libani uſque ad hyſſopum prorumpentem per parietem: & diſputavit de piſcibus, pecudibus, & volucribus; quamobrem veniebant ex omnibus populis ad audiendam ſapientiam Salomonis; ab omnibus regibus terræ qui audierant de ſapientia ejus. In tantum autem ſapientia requiritur à fidelibus, ut permulta in doctrina noſtra ænigmatibus obvelata ſint & obſcuritatibus ad exercendum auditoris ingenium, quædam etiam ſimilitudinibus & quæſtionibus. Unde Prophetarum unus Oſee ſermones ſuos claudit in hunc modum; *Quis ſapiens & intelliget, quis intelligens & cognoſcet hæc?* Daniel porrò ejúsque captivitatis ſocii tantum profecerunt in diſciplinis Babylonicis, quas profitebantur ſapientes regii, ut decuplo ſuperarent cæteros: Ezechiel item Propheta Tyri principem ſapientiæ opinione tumentem ſic alloquitur; *Num tu ſapientior es Daniele? occulta omnia tibi revelata non ſunt.* Quòd ſi te vertas ad ſcripta poſt adventum Jeſu volumina, invenies turbas credentium audire tantùm externas ſimilitudines quibus ſolis dignæ ſint: diſcipulos verò ſeorſum enarrationes earum diſcere. Jeſus enim privatim ſuis explicabat omnia, quos præ vulgo reliquo digniores judicabat cœleſti ſapientiâ. Credentibus quoque pollicitus eſt miſſurum ſe Scribas & ſapientes his verbis; *Ecce ego miſſurus ſum ad vos Scribas & ſapientes, ex quorum numero multos crucifigetis & necabitis.* Quin & Paulus in recenſendis à Deo donatis chariſmatibus primo loco ponit ſapientiam, ſecundo, ut minùs præcipuam, ſcientiam, tertio demum & inferiore fidem. Et quoniam doctrinam pluris faciebat quàm miraculorum facultatem, ideo virtutum operationes, & chariſmata ſanationum inferiùs collocat, quàm chariſmata ſcientiæ. Moſis verò multiplicem eruditionem Stephanus in Actis Apoſtolorum teſtatur, quàm è veteribus libris nec vulgo cognitis acceperat, ait enim; *Et eruditus erat Moſes in omni Ægyptiorum ſapientia.* Quapropter dum patraret miracula, non deerant qui ſuſpicarentur nè fortè non ex mandato Dei legatione fungeretur, ſed Ægyptiarum artium præſidio talia faceret, quarum erat peritiſſimus. Hâc enim ſuſpicione motus rex *accerſivit incantatores Ægyptios & ſophiſtas atque veneficos*: quos mox Moſes coarguit nihil

ὀνομαστὸς ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι κύκλῳ. καὶ ἐλάλησε Σολομὼν τρισχιλίας παραβολάς· καὶ ἦσαν ᾠδαὶ αὐτοῦ πεντακισχίλιαι· καὶ ἐλάλησε * περὶ τῶν * ὑπὲρ. libb.
ξύλων ἀπὸ τῆς κέδρου τῆς ἐν τῷ Λιβάνῳ, καὶ ἕως editi.
τῆς ὑσσώπου τῆς ἐκπορευομένης διὰ τοῦ τοίχου· καὶ ἐλάλησε περὶ τῶν ἰχθύων καὶ περὶ τῶν κτηνῶν. καὶ παρεγίνοντο πάντες οἱ λαοὶ ἀκοῦσαι τῆς σοφίας Σαλωμῶντος· καὶ * παρὰ πάντων τῶν βασιλέων * παρά.
τῆς γῆς, οἳ ἤκουον τῆς σοφίας αὐτοῦ. Οὕτω δὲ βούλεται σοφοὺς εἶναι ἐν τοῖς πιστεύουσιν ὁ λόγος, ὥστε, ὑπὲρ τοῦ γυμνάσαι τὴν σύνεσιν τῶν ἀκουόντων, τὰ μὲν ἐν αἰνίγμασι, τὰ δὲ ἐν τοῖς καλουμένοις σκοτεινοῖς λόγοις λελαληκέναι, τὰ δὲ διὰ παραβολῶν, καὶ ἄλλα διὰ προβλημάτων. καί φησί γέ τις τῶν προφητῶν ὁ Ὡσηὲ ἐπὶ τέλει τῶν λό- Oſeæ 14. 10.
γων ἑαυτοῦ· Τίς σοφὸς, καὶ συνήσει ταῦτα; καὶ συνετὸς, καὶ ἐπιγνώσεται αὐτά; Δανιὴλ δὲ καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ αἰχμαλωτισθέντες, τοσοῦτον προέκοψαν καὶ ἐν τοῖς μαθήμασιν, ἅπερ ἤσκουν ἐν Βαβυλῶνι οἱ περὶ τὸν βασιλέα σοφοὶ, ὡς πάντων Dan. 1. 20.
αὐτῶν διαφέροντας ἀποδειχθῆναι τούτους δεκαπλασίως. λέγεται δὲ ἐν τῷ Ἰεζεκιὴλ πρὸς τὸν Τύρου ἄρχοντα, μέγα φρονοῦντα ἐπὶ σοφίᾳ, Μὴ σὺ Ezech. 28. 3.
σοφώτερος εἶ τοῦ Δανιήλ; πᾶν κρύφιον οὐχ ὑπεδείχθη σοι. ἐὰν δὲ καὶ ἐπὶ τὰ μετὰ τὸν Ἰησοῦν γεγραμμένα ἔλθῃς βιβλία· εὕροις ἂν τοὺς μὲν ὄχλους τῶν πιστευόντων τῶν παραβολῶν ἀκούον- Marci 4. 2.
τας, ὡς ἔξω τυγχάνοντας, καὶ ἀξίους μόνον τῶν ἐξωτερικῶν λόγων· τοὺς δὲ μαθητὰς κατ' ἰδίαν τῶν παραβολῶν μανθάνοντας τὰς διηγήσεις. κατ' ἰδίαν γὰρ τοῖς ἰδίοις μαθηταῖς ἐπέλυεν ἅπαντα ὁ Ἰησοῦς, προτιμῶν παρὰ τοὺς ὄχλους τοὺς τῆς σοφίας Ibid. v. 34.
αὐτοῦ ἐπιδικαζομένους. ἐπαγγέλλεται δὲ τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσι πέμψαι σοφοὺς καὶ γραμματεῖς, λέγων· Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστελῶ εἰς ὑμᾶς σοφοὺς καὶ γραμ- Matth. 23. 34.
ματεῖς, καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενοῦσι καὶ σταυρώσουσι. καὶ ὁ Παῦλος δ' ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ διδομένων χαρισμάτων, πρῶτον ἔταξε τὸν λό- 1 Cor. 12. 8.
γον τῆς σοφίας, καὶ δεύτερον, ὡς ὑποβεβηκότα παρ' ἐκεῖνον, τὸν λόγον τῆς γνώσεως, τρίτον δέ που καὶ κατωτέρω τὴν πίστιν. καὶ ἐπεὶ τὸν λόγον προετίμα τῶν τεραστίων ἐνεργειῶν, διὰ τοῦτ' ἐνεργήματα δυνάμεων καὶ χαρίσματα ἰαμάτων ἐν τῇ κατωτέρω τίθησι χώρᾳ παρὰ τὰ λογικὰ χαρίσματα. μαρτυρεῖ δὲ τῇ Μωϋσέως πολυμαθείᾳ ὁ ἐν ταῖς πράξεσι τῶν Ἀποστόλων Στέφανος, πάντως ἀπὸ τῶν παλαιῶν καὶ μὴ εἰς πολλοὺς ἐφθακότων γραμμάτων λαβών. φησὶ γὰρ, Καὶ ἐπαιδεύ- Act. 7. 22.
θη Μωϋσῆς [ἐν] πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων. διὰ τοῦτο δὲ καὶ ἐν τοῖς τεραστίοις ὑπενοεῖτο, μή ποτε οὐ κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ θεόθεν ἥκειν, ἐποίει αὐτὰ, ἀλλὰ κατὰ τὰ Αἰγυπτίων μαθήματα, σοφὸς ὢν ἐν αὐτοῖς. τοιαῦτα γὰρ ὑπονοῶν περὶ αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς, ἐκάλεσε τοὺς ἐπαοιδοὺς τῶν Αἰγυπτίων, Exod. 7. 10.
καὶ τοὺς σοφιστὰς καὶ τοὺς φαρμακεῖς· οἵτινες ἠλέγχθησαν τὸ οὐδὲν ὄντες, ὡς πρὸς τὴν ἐν Μωϋσῇ

σοφίαν ὑπὲρ πᾶσαν Αἰγυπτίων σοφίαν. ἀλλ' εἰκὸς τὰ γεγραμμένα ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους * προτέρᾳ τοῦ Παύλου, ὡς πρὸς Ἕλληνας καὶ μέγα φυσῶντας ἐπὶ τῇ Ἑλληνικῇ σοφίᾳ, κεκινηκέναι τινάς, ὡς τοῦ λόγου μὴ βουλομένου σοφούς. ἀλλ' ἀκουέτω ὁ τὰ τοιαῦτα νομίζων, ὅτι ὥσπερ διαβάλλων ἀνθρώπους φαύλους ὁ λόγος φη-

* δευτέρᾳ.

1 Cor.1.20.

σὶν αὐτοὺς εἶναι οὐ περὶ τῶν νοητῶν καὶ ἀοράτων καὶ αἰωνίων σοφούς, ἀλλὰ περὶ μόνων τῶν αἰσθητῶν πραγματευομένους· καὶ ἐν τούτοις τὰ πάντα τιθεμένους, εἶναι σοφοὺς τοῦ κόσμου. οὕτω καὶ πολλῶν ὄντων [καὶ] δογμάτων· τὰ μὲν συναγορεύοντα ὕλῃ καὶ σώμασι, καὶ πάντα φάσκοντα εἶναι σώματα τὰ προηγουμένως ὑφεστηκότα, καὶ μηδὲν παρὰ ταῦτα εἶναι ἄλλο, εἴτε λεγόμενον ἀόρατον, εἴτ' ὀνομαζόμενον ἀσώματον, φησὶν εἶναι σοφίαν τοῦ κόσμου καταργουμένην, καὶ μωραινομένην, καὶ σοφίαν τοῦ αἰῶνος τούτου· τὰ δὲ μετατιθέντα τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῶν τῇδε πραγμάτων ἐπὶ τὴν παρὰ Θεῷ μακαριότητα καὶ τὴν καλουμένην αὐτοῦ βασιλείαν, καὶ διδάσκοντα καταφρονεῖν μὲν ὡς προσκαίρων πάντων τῶν αἰσθητῶν καὶ βλεπομένων, σπεύδειν δὲ ἐπὶ τὰ ἀόρατα, καὶ σκοπεῖν τὰ μὴ βλεπόμενα, ταῦτά φησι σοφίαν εἶναι Θεοῦ. φιλαλήθης δ' ὢν ὁ Παῦλός φησι περί τινων ἐν Ἕλλησι σοφῶν ἐν οἷς ἀληθεύουσιν· ὅτι γνόντες τὸν Θεόν, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν, ἢ ηὐχαρίστησαν. καὶ μαρτυρεῖ αὐτοῖς ἐγνωκέναι Θεόν· λέγει δὲ καὶ τοῦτ' οὐκ ἀθεεὶ αὐτοῖς γεγονέναι, ἐν οἷς γράφει τό· Ὁ Θεὸς γὰρ αὐτοῖς ἐφανέρωσεν. αἰνισσόμενος, οἶμαι, τοὺς ἀναβαίνοντας ἀπὸ τῶν ὁρατῶν ἐπὶ τὰ νοητά, ὅτε γράφει· ὅτι τὰ ἀόρατα τοῦ Θεοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης· εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους· διότι γνόντες τὸν Θεόν, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν, ἢ ηὐχαρίστησαν. τάχα δὲ καὶ ἐκ τοῦ, Βλέπετε γὰρ τὴν κλῆσιν ὑμῶν, ἀδελφοί, ὅτι οὐ πολλοὶ σοφοὶ κατὰ σάρκα, οὐ πολλοὶ δυνατοί, οὐ πολλοὶ εὐγενεῖς· ἀλλὰ τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεός, ἵνα καταισχύνῃ τοὺς σοφούς· [καὶ τὰ ἀσθενῆ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεός, ἵνα καταισχύνῃ τὰ ἰσχυρά·] καὶ τὰ * ἀγενῆ [κόσμου] καὶ τὰ ἐξουθενημένα ἐξελέξατο ὁ Θεός, καὶ τὰ μὴ ὄντα, ἵνα τὰ ὄντα καταργήσῃ· + ἵνα μὴ καυχήσηται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον αὐτοῦ· ἐκινήθησάν τινες πρὸς τὸ οἴεσθαι ὅτι οὐδεὶς πεπαιδευμένος ἢ σοφός, ἢ φρόνιμος προσέρχεται τῷ λόγῳ. καὶ πρὸς τὸν τοιοῦτον δὲ φήσομεν, ὅτι οὐκ εἴρηται, ὅτι οὐδεὶς σοφὸς κατὰ σάρκα, ἀλλ' οὐ πολλοὶ σοφοὶ κατὰ σάρκα. καὶ δῆλον ὅτι ἐν τοῖς χαρακτηριστικοῖς τῶν καλουμένων ἐπισκόπων, διαγράφων ὁ Παῦλος ὁποῖον εἶναι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον, ἔταξε καὶ τὸν διδάσκαλον· λέγων, δεῖν αὐτὸν εἶναι δυνατὸν καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας

Distinctio illius ſapientiæ quam Paulus improbat et ejus quam laudat

Rom.1.21.

Ibid.v.19.

Ibid.v.20.

1 Cor.1.26.

* ἀγενῆ.

* ὅπως.

Tit.1.9.

eſſe collatos ad ſuam ſapientiam, excellentiorem omni Ægyptiacâ ſapientiâ. Veriſimile eſt autem ideo quibuſdam creditum, ſapientes à doctrina Chriſtiana rejici, quia Paulus in priore ad Corinthios invehatur in Græcos ſapientiâ ſuâ inflatos: ſed audiat qui ſic exiſtimat, Paulum ibi culpare hominum ignaviam, qui cùm nihil in rebus ſempiternis, & in mentis tantùm viſum venientibus ſapiant, in ſenſibilibus ſolis veſtigandis curioſi ſint, in quarum cognitione ſapientes hujus mundi omnia collocent: & cùm in multa ſcindantur dogmata, quotquot nimiùm ſtudentes corporibus & materiæ, quicquid in rebus eſt præcipuum, corporibus annumerant, affirmantes nihil eſſe præterea, ſive inviſibile dicatur ſeu incorporeum: horam ſapientiam mundanam vocat, ſecularem, evanidam, & fatuam; illam verò quæ animum à præſentibus negotiis ad futuram apud Deum beatitudinem traducit, & ad regnum quod Dei nominatur, quæ docet contemptis iſtis in ſenſuum & oculorum cognitionem cadentibus ut temporaneis, feſtinandum ad contemplationem inviſibilium; eam verò ait eſſe Dei ſapientiam. Quum enim veritatis amator ſit Paulus, dicit de quibuſdam Græcorum ſapientibus, quatenus vera docent: *quòd quum Deum cognoverint, non ut Deum glorificaverunt, neque grati fuerunt.* Et teſtatur ab eis Deum cognitum, at non niſi favente numine, ſic ſcribens; *Deus enim eis manifeſtavit:* ſubindicans, opinor, eos qui à viſibilibus aſcendunt ad intelligibilia: quandoquidem ſcribit *inviſibilia Dei à creatione mundi effectus intellecta conſpiciuntur & ſempiterna ipſius virtus, & divinitas, ut ſint ipſi inexcuſabiles, quia, cùm Deum noviſſent, non ut Deum glorificaverunt, vel gratias egerunt.* Fortaſſis etiam ex illis verbis, *Videte vocationem veſtram, fratres, quoniam non multi ſapientes ſecundùm carnem, non multi potentes, non multi nobiles: ſed ſtulta hujus mundi elegit Deus, ut confundat ſapientes, & ignobilia & contemptibilia elegit Deus, & quæ non ſunt, ut ea quæ ſunt exinaniat: ut non glorietur omnis caro coram ipſo:* arripuerunt occaſionem quidam ut putarent neminem doctum aut ſapientem, aut prudentem, ad hanc doctrinam accedere. Tales audiant non eſſe dictum, *nemo ſapiens ſecundùm carnem,* ſed, *non multi ſapientes ſecundùm carnem:* & ubi præſcribuntur præcepta Epiſcopis quos vocant, Paulum in Epiſcopo formando etiam doctorem requirere: *ut poſſit,* inquit, *contradicentes redarguere,*

guere, ut vaniloquis & bonarum mentium ſeductoribus obturet os per propriam ſapientiam. Et quemadmodum unius uxoris maritum iteranti matrimonium præfert in Epiſcoporum delectu, irreprehenſibilem reprehenſibili, ſobrium longè diſſimili, temperantem intemperanti, compoſitis moribus ornatum, vel parùm incompoſito: ità vult Epiſcopum decenter conſtituendum habere docendi facultatem & obſtruendi os contradictoribus. Quæ igitur ratio movit Celſum, ut nos criminetur quaſi dicere ſolitos, *nemo doctus accedat, nemo ſapiens, nemo prudens?* Imò accedat vel doctus, vel ſapiens, vel prudens quicunque vult: ſed nihilominus accedat etiam indoctus, & inſipiens, & rudis, & infans. Nam talibus, ſi acceſſerint, medicinam pollicetur verbum Dei, omnes reddens Deo idoneos. Falſum autem eſt & illud, *ſolos fatuos, ignavos, inſenſatos, mancipia, mulierculas, pueros captari à verbi divini prædicatoribus.* Vocat quidem etiam hos prædicatio, ut meliores reddat; ſed vocat etiam multò his præſtantiores: quoniam Servator eſt omnium hominum, Chriſtus, præſertim fidelium, ſive cordatorum ſive ſimpliciorum, & *eſt propitiatio erga patrem pro peccatis noſtris; nec ſolùm pro noſtris, ſed & pro mundi totius.* Supervacaneum igitur fuerit, velle nos poſthac reſpondere ad Celſi dicta hujuſmodi; *alioquin quid mali eſt eruditum eſſe, diſciplinis optimis excoluiſſe ingenium, prudentem eſſe & haberi: quid hæc obſtant cognitioni Dei? annon potiùs conducunt ad aſſequendum veritatem?* Eſt igitur res non mala eruditio vera, quippe quæ ad virtutem via eſt; ſed erronea dogmata habentes inter eruditos nemo ſapiens numerat, nè Græcus quidem. Rurſum nemo non fatetur bonum eſſe ſtudere diſciplinis optimis: ſed quas tandem dicimus diſciplinas optimas, niſi veras & excitantes ad virtutem? Prudentia quoque res eſt egregia, non itidem videri prudentem, quod Celſus dicit. Et adeò non obſtant cognitioni Dei, eruditio, optimarum diſciplinarum ſtudium, prudentia, ut adjuvent etiam: quæ à nobis dici magis, quàm à Celſo, deceat, maximè ſi Epicureus deprehenſus fuerit. Videamus jam quid addat deinceps his verbis; *Cernimus certe & circumforaneos iſtos circulatores oſtentare iſta vulgo jactatiſſima, non apud cœtus hominum prudentium, quòd id nequaquam audeant, ſed ubicunque animadverterint adoleſcentium, mediaſtinorum & ſa-*

ἐλέγχειν, ἵνα τοὺς ματαιολόγους καὶ φρεναπάτας ἐπιστομίζῃ διὰ τῆς ἐν αὐτῷ σοφίας. καὶ ὥσπερ μονόγαμον μᾶλλον διγάμου αἱρεῖται εἰς ἐπισκοπὴν, καὶ ἀνεπίληπτον ἐπιληπτοῦ, καὶ νηφάλιον τοῦ μὴ τοιούτου, καὶ σώφρονα τοῦ μὴ σώφρονος, καὶ κόσμιον παρὰ τὸν κἂν ἐπ' ὀλίγον ἀκόσμιον· οὕτω θέλει τὸν προηγουμένως εἰς ἐπισκοπὴν καθισταμένον εἶναι διδακτικὸν, καὶ δυνατὸν πρὸς τὸ τοὺς ἀντιλέγοντας * ἐπιστομίζειν. πῶς οὖν εὐλόγως ἐγκαλεῖ ὁ Κέλσος ἡμῖν, ὡς φάσκουσι, “Μηδεὶς προσίτω πεπαιδευμένος, μηδεὶς σοφὸς, μηδεὶς φρόνιμος; ἀλλὰ προσίτω μὲν πεπαιδευμένος, καὶ σοφὸς, καὶ φρόνιμος, ὁ βουλόμενος· οὐδὲν δ' ἧττον προσίτω καὶ εἴ τις ἀμαθὴς, καὶ ἀνόητος, καὶ ἀπαίδευτος, καὶ νήπιος. καὶ γὰρ τοὺς τοιούτους προσελθόντας ἐπαγγέλλεται θεραπεύειν ὁ λόγος, πάντας ἀξίους κατασκευάζων τοῦ Θεοῦ. Ψεῦδος δ' ἐστὶ καὶ τό, “μόνους ἠλιθίους, καὶ ἀγεννεῖς, καὶ ἀναισθήτους, καὶ ἀνδράποδα, καὶ γύναια, καὶ παιδάρια πείθειν ἐθέλειν τοὺς διδάσκοντας τὸν θεῖον λόγον. Καὶ τούτους μὲν γὰρ καλεῖ ὁ λόγος, ἵνα αὐτοὺς βελτιώσῃ, καλεῖ δὲ καὶ τοὺς πολλῷ τούτων διαφέροντας· ἐπεὶ Σωτὴρ πάντων ἐστὶν ἀνθρώπων ὁ Χριστὸς, καὶ μάλιστα πιστῶν, εἴτε συνετῶν, εἴτε ἁπλουστέρων, καὶ ἱλασμός ἐστι πρὸς τὸν πατέρα περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν· οὐ μόνον δὲ περὶ τῶν ἡμετέρων, ἀλλὰ καὶ περὶ ὅλου τοῦ κόσμου. Περισσὸν οὖν ἐστι τὸ * θέλημα μετὰ ταῦτα ἀπολογήσασθαι ἡμᾶς πρὸς τὰς Κέλσου λέξεις οὕτως ἐχούσας· “Τί γάρ ἐστιν ἄλλως κακὸν, τὸ πεπαιδεῦσθαι, καὶ λόγων τῶν ἀρίστων ἐπιμεμελῆσθαι, καὶ φρόνιμον εἶναί τε καὶ δοκεῖν; τί δὲ κωλύει τοῦτο πρὸς τὸ γνῶναι Θεόν; τί δ' οὐχὶ προὔργου μᾶλλον, καὶ δι' οὗ μᾶλλον, εἴ τις ἂν ἐφικέσθαι δύναιτο ἀληθείας; τὸ μὲν οὖν ἀληθῶς πεπαιδεῦσθαι οὐ κακὸν, ὁδὸς γὰρ ἐπ' ἀρετήν ἐστιν ἡ παίδευσις· τὸ μέντοι γε ἐν πεπαιδευμένοις ἀριθμεῖν τοὺς ἐσφαλμένα δόγματα ἔχοντας, οὐδ' οἱ Ἑλλήνων σοφοὶ φήσουσι. πάλιν γ' αὖ τίς οὐκ ἂν ὁμολογήσαι, ὅτι λόγων τῶν ἀρίστων ἐπιμεμελῆσθαι, ἀγαθόν ἐστιν; ἀλλὰ τίνας ἐροῦμεν τοὺς ἀρίστους λόγους, ἢ τοὺς ἀληθεῖς καὶ ἐπ' ἀρετὴν παρακαλοῦντας; ἀλλὰ καὶ τὸ φρόνιμον εἶναι καλόν ἐστιν· οὐκέτι δὲ τὸ δοκεῖν, ὅπερ εἶπεν ὁ Κέλσος. καὶ οὐ κωλύει γε πρὸς τὸ γνῶναι Θεὸν, ἀλλὰ καὶ συνεργεῖ τὸ πεπαιδεῦσθαι, καὶ λόγων ἀρίστων ἐπιμεμελῆσθαι, καὶ φρόνιμον εἶναι. καὶ ἡμῖν μᾶλλον πρέπει τοῦτο λέγειν, ἢ Κέλσῳ· καὶ μάλιστα, ἐὰν Ἐπικούρειος ὢν ἐλέγχηται. Ἴδωμεν δ' αὐτοῦ καὶ τὰ ἑξῆς οὕτως ἔχοντα· “Ἀλλ' ὁρῶμεν δή που καὶ τοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς τὰ ἐπιρρητότατα ἐπιδεικνυμένους καὶ ἀγείροντας, εἰς μὲν φρονίμων ἀνδρῶν σύλλογον οὐκ ἄν ποτε παρελθόντας, οὐδ' ἐν τούτοις τὰ ἑαυτῶν καλὰ τολμῶντας ἐπιδεικνύειν· ἔνθα δ' ἂν ὁρῶσι μειράκια, καὶ οἰκοτρίβων ὄχλον, καὶ ἀνοήτων ἀνθρώπων

1 Tim. 3. 2.

* ἐλέγχειν.

(Religio Dei rudes vocat, ut eos meliores faciat; præſtantiores, ut hos magis Deo idoneos reddat

1 Joan. 2. 2.

* θέλειν μετὰ.

" τῶν ὅμιλον, ἐνταῦθα ὠθουμένους τε καὶ καλ-" λωπιζομένους. Ὅρα δὴ καὶ ἐν τούτοις τίνα τρόπον ἡμᾶς συκοφαντεῖ, ἐξομοιῶν τοῖς ἐν ταῖς ἀγοραῖς τὰ ἐπιρρητότατα ἐπιδεικνυμένοις καὶ ἀγείρουσι. ποῖα δὴ ἐπιρρητότατα ἐπιδεικνύμεθα; ἢ τί τούτοις παραπλήσιον πράττομεν; οἱ καὶ δι' ἀναγνωσμάτων, καὶ διὰ τῶν εἰς τὰ ἀναγνώσματα διηγήσεων προτρέποντες μὲν ἐπὶ τὴν εἰς τὸν Θεὸν τῶν ὅλων εὐσέβειαν, καὶ τὰς συνθρόνους ταύτης ἀρετάς· ἀποτρέποντες δ' ἀπὸ τοῦ καταφρονεῖν τοῦ θείου, καὶ πάντων τῶν παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πραττομένων. Καὶ οἱ φιλόσοφοι γ' ἂν εὔξαιντο ἀγείρειν τοσούτους ἀκροατὰς λόγων ἐπὶ τὸ καλὸν παρακαλούντων. ὅπερ πεποιήκασι μάλιστα τῶν Κυνικῶν τινες, δημοσίᾳ πρὸς τοὺς παρατυγχάνοντας διαλεγόμενοι. ἆρ' οὖν καὶ τούτους, μὴ συναθροίζοντας μὲν τοὺς νομιζομένους πεπαιδεῦσθαι, καλοῦντας δ' ἀπὸ τῆς τριόδου καὶ συνάγοντας ἀκροατάς, φήσουσι παραπλησίους εἶναι τοῖς ἐν ταῖς ἀγοραῖς τὰ ἐπιρρητότατα ἐπιδεικνυμένοις καὶ ἀγείρουσιν; ἀλλ' οὔτε Κέλσος, οὔτε τις τῶν ταῦτα φρονούντων ἐγκαλοῦσι τοῖς, κατὰ τὸ φαινόμενον αὐτοῖς φιλάνθρωπον, κινοῦσι λόγους καὶ πρὸς τοὺς ἰδιωτικοὺς δήμους. εἰ δ' ἐκεῖνοι οὐκ ἔγκλητοι τοῦτο πράττοντες· ἴδωμεν εἰ μὴ Χριστιανοὶ μᾶλλον καὶ τούτων βέλτιον πλήθη ἐπὶ καλοκαγαθίαν προκαλοῦνται. οἱ μὲν γὰρ δημοσίᾳ διαλεγόμενοι φιλόσοφοι, οὐ φιλοκρινοῦσι τοὺς ἀκούοντας· ἀλλ' ὁ βουλόμενος ἕστηκε καὶ ἀκούει. Χριστιανοὶ δὲ, κατὰ τὸ δυνατὸν αὐτοῖς, προβασανίσαντες τῶν ἀκούειν σφῶν βουλομένων τὰς ψυχάς, καὶ κατ' ἰδίαν αὐτοὺς προεντρέψαντες, ἐπὰν δοκῶσιν αὐτάρκως οἱ ἀκροαταί, πρὶν εἰς τὸ κοινὸν εἰσελθεῖν, ἐπιδεδωκέναι πρὸς τὸ θέλειν καλῶς βιοῦν· τὸ τηνικάδε αὐτοὺς εἰσάγουσιν, ἰδίᾳ μὲν ποιήσαντες * τάγμα τῶν ἄρτι ἀρχομένων, καὶ εἰσαγομένων, καὶ οὐδέπω τὸ σύμβολον τοῦ ἀποκεκαθάρθαι ἀνειληφότων· ἕτερον δὲ τὸ τῶν κατὰ τὸ δυνατὸν παραστησάντων ἑαυτῶν τὴν προαίρεσιν, οὐκ ἄλλο τι βούλεσθαι, ἢ τὰ Χριστιανοῖς δοκοῦντα· παρ' οἷς εἰσί τινες τεταγμένοι πρὸς τὸ φιλοπευστεῖν τοὺς βίους, καὶ τὰς ἀγωγὰς τῶν προσιόντων, ἵνα τοὺς μὲν τὰ ἐπίρρητα πράττοντας ἀποκωλύσωσιν ἥκειν ἐπὶ τὸν κοινὸν αὐτῶν σύλλογον· τοὺς δὲ μὴ τοιούτους ὅλῃ ψυχῇ ἀποδεχόμενοι, βελτίους ὁσημέραι κατασκευάζωσιν. οἵα δ' ἐστὶν αὐτοῖς ἀγωγὴ καὶ περὶ ἁμαρτανόντων, καὶ μάλιστα τῶν ἀκολασταινόντων, οὓς ἀπελαύνουσι τοῦ κοινοῦ οἱ κατὰ τὸν Κέλσον παραπλήσιοι τοῖς ἐν ταῖς ἀγοραῖς τὰ ἐπιρρητότατα ἐπιδεικνυμένοις; καὶ τὸ μὲν τῶν Πυθαγορείων σεμνὸν διδασκαλεῖον κενοτάφια τῶν ἀποστάντων τῆς σφῶν φιλοσοφίας κατεσκεύαζε, λογιζόμενον νεκροὺς αὐτοὺς γεγονέναι. οὗτοι δὲ ὡς ἀπολωλότας καὶ τεθνηκότας τῷ Θεῷ τοὺς ὑπ' ἀσελγείας ἤ τινος ἀτόπου νενικημένους, ὡς νεκροὺς πεν-

[...]tianorum diſciplina

* ταγμάτων.

tuorum turbam, eò ſe ingerere, ibique ſe venditare. Conſidera quomodo hîc quoque nobis ſtruat calumniam, quos confert cum circulatoribus ſandas infandáſque nugas garrientibus. At quas tandem? aut quid nos facimus ſimile? qui lectionibus earúmque enarrationibus populum hortamur ad pietatem erga Deum optimum maximum, ceteráſque virtutes pietatis comites individuas; & abducimus à contemptu numinis, ceteríſque affectibus, à præſcripto rationis exorbitantibus. Imò vel philoſophis optandum eſſet, ut excitarent tot auditores ſermonibus ad honeſtatem vocantibus, quod factum eſt à quibuſdam præcipuè Cynicis, publicè apud fortuitum auditorium diſſerentibus. Ergóne hos quoque non apud eruditorum ut videntur cætus diſputantes, ſed è trivio ſibi quærentes auditoria, conferent cum circulatoribus in forenſibus coronis loquacitatem oſtentantibus? at neque Celſus neque ſimiles incuſant, quod habent pro humanitatis officio ſermonibus plebeculam ineruditam inſtituere. Quòd ſi philoſophi culpandi non ſunt, dum hæc faciunt, videamus annon Chriſtiani longè meliùs plebeiam multitudinem ad honeſtatem provocent? nam illi propalam apud vulgus hominum diſſerentes, non ſunt curioſi in diſcernendis auditoribus, ſed promiſcuè qui vult adſtat & auſcultat: Chriſtiani verò, quantùm poſſunt, præexaminant animos audire ſe cupientium; ac primò privatim incantatos, priuſquam in cœtum recipiantur, ubi videntur eò profeciſſe, ut honeſtæ vitæ ſint cupidi, tum demum introducunt, diſtinctis ordinibus, altero recèns admiſſorum nec dum aſſecutorum luſtrationis ſymbolum; altero eorum, qui quantum in ſe eſt demonſtrant ſibi propoſitum eſſe nil aliud niſi cum Chriſtianis velle & ſentire; inter quos nonnulli præpoſiti ſunt, qui in vitam & mores eorum qui admittuntur inquirant, ut non conceſſa facientes candidatos religionis arceant à ſuis conventibus: ceteros horum diſſimiles excipiant ex animo, & quotidianis acceſſibus meliores faciant. Jam erga peccantes quàm ſevera eſt diſciplina, præcipuè contaminatos libidine, quos è ſua communione rejiciunt noſtri, quantumvis Celſus eos nugatoribus circulatoribus ſimiles faciat? Et Pythagoreorum quidem veneranda ſchola ponebat Cenotaphia diſciplinæ ſuæ deſertoribus, nimirum quòd haberet eos pro mortuis: hi verò ut perditos Deóque mortuos lugent eos, qui libidine, alióve

Digitized by Google

alióve ſimili malo victi fuerint: ac rurſum reſipiſcentes, haud ſecus quàm redivivos recipiunt tandem, poſt longiorem melioris mentis approbationem, quàm cùm primùm ad religionem diſcendam admitterentur, eâ tamen conditione, ut, quoniam lapſi ſunt, excludantur in poſterum ab omnibus dignitatibus & magiſtratibus Eccleſiaſticis. Nunc vide in tanta diſſimilitudine quàm impudenti manifeſtarióque mendacio Celſus nos conferat *cum circulatoribus, in forenſibus coronis fandas infandáſq; nugas garrientibus. Id genus circulatorum nugatorumque circumforaneorum noſtri ſimilium* (ut Celſus ait) *nunquam ſe oſtentat apud cœtus prudentum virorum, nec eos audet accedere: ſicubi verò viderit adoleſcentum, mediaſtinorum, fatuorúmque turbam, eò ſe protinus ingerit ad venditandam ſuam facundiam.* Quibus verbis nihil aliud agit, quàm ut noſtros homines aſpergat conviciis, haud ſecus quàm mulierculæ rixantes in triviis, & appetentes ſe maledictis mutuis. Nos enim, quantum poſſumus, operam damus modis omnibus, ut conventus noſter conſtet ex hominibus prudentibus: & quicquid habemus egregium atq; divinum tum demum in popularibus ſermonibus promimus in medium, cùm præſtò eſt auditorum cordatorum copia: alioquin profundiores ſenſus celamus, & ſilentio præterimus in cœtu eorum qui opus habent lacte, ut vocamus per tropologiam. Sic enim Paulus ſcribit Corinthiis, nondum perpurgatis à moribus Græcanicis; *Lac vobis præbui, non cibum, quem nondum ferebatis, ac nè nunc quidem ferre poteſtis. Nam quamdiſper inter vos eſt æmulatio atque contentio, nonne carnales eſtis, & ambulatis ſecundùm hominem?* Idem ipſe ſciens alium cibum perfectiorem animæ, cæterùm introductiones novellorum ſimiles eſſe lacti quo infantes aluntur, ait; *Facti eſtis tales, ut lacte opus habeatis magis quàm cibo ſolido. Omnis enim lactis particeps & expers ſermonum juſtitiæ, infans eſt. Perfectorum autem eſt cibus ſolidus, exercitatos ſenſus habentium ad diſcernendum bonum à malo.* Qui igitur his, ut rectè dictis, credunt, exiſtimarent, noſtros quod eximium in doctrina habemus nunquam dicturos in cœtu virorum prudentium: ſed ſicubi animadverterint collectos adoleſcentes aut mancipiorum inſeniatorúmque multitudinem, in medium eorum daturos ſe, & apud tales demum auditores prolaturos divinam doctrinam & venerabilem: & apud hujuſmodi gloriam aucupari? Atqui liquet examinantibus mentem noſtrarum ſcripturarum,

θῶσι· καὶ ὡς ἐκ νεκρῶν ἀναστάντας, ἐὰν ἀξιόλογον ἐνδείξωνται μεταβολὴν, χρόνῳ πλείονι τῶν κατ' ἀρχὰς εἰσαγομένων ὕστερόν ποτε προσίενται· εἰς οὐδεμίαν ἀρχὴν καὶ προστασίαν τῆς λεγομένης ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ καταλέγοντες τοὺς φθάσαντας, μετὰ τὸ προσεληλυθέναι τῷ λόγῳ, ἐπταικέναι. Ὅρα δὴ μετὰ ταῦτα τὰ ὑπὸ τοῦ Κέλσου λεγόμενα, "Ὁρῶμέν γε τοι καὶ τοὺς ἐν ταῖς "ἀγοραῖς ἐπιρρητότατα ἐπιδεικνυμένους καὶ "ἀγείροντας· εἰ μὴ ἄντικρυς ψευδῶς εἴρηται, καὶ ἀνομοίως παραβέβληνται; τούτοις δὴ (οἷς ἡμᾶς ὁ Κέλσος ὁμοιοῖ, "τοῖς ἐν ταῖς ἀγο-"ραῖς τὰ ἐπιρρητότατα ἐπιδεικνυμένοις καὶ "ἀγείρουσι, φησὶν, εἰς μὲν φρονίμων ἀνδρῶν σύλ-"λογον οὐκ ἄν ποτε παρελθεῖν. * οὐδὲν τούτοις "τὰ ἑαυτῶν καλὰ τολμῶσιν ἐπιδεικνύειν· ἔνθα "δ' ἂν ὁρῶσι μειράκια, καὶ οἰκοτρίβων ὄχλον, "καὶ ἀνθρώπων ἀνοήτων ὅμιλον· ἐνταῦθα ὠθού-"μενοί τε καὶ καλλωπιζόμενοι. καὶ ἐν τούτῳ οὐδὲν ἄλλο ποιεῖ, ἢ λοιδορούμενος ἡμῖν παραπλησίως ταῖς ἐν τοῖς τριόδοις γυναιξὶ, σκοπὸν ἐχούσαις τὸ κακῶς * ἀλλήλαις λέγειν. ἡμεῖς γὰρ, ὅσον δυνάμεθα, πάντα πράττομεν ὑπὲρ τοῦ φρονίμων ἀνδρῶν γενέσθαι τὸν σύλλογον ἡμῶν· καὶ τὰ ἐν ἡμῖν μάλιστα καλὰ καὶ θεῖα τότε τολμῶμεν ἐν τοῖς πρὸς τὸ κοινὸν διαλόγοις φέρειν εἰς μέσον, ὅτ' εὐποροῦμεν συνετῶν ἀκροατῶν· ἀποκρύπτομεν δὲ καὶ παρασιωπῶμεν τὰ βαθύτερα, ἐπὰν ἁπλουστέρους θεωρῶμεν τοὺς συνερχομένους καὶ δεομένους λόγων τροπικῶς ὀνομαζομένων γάλα. γέγραπται γὰρ παρὰ τῷ Παύλῳ ἡμῶν Κορινθίοις ἐπιστέλλοντι, Ἕλλησι μὲν, οὐ κεκαθαρμένοις δέ πω τὰ * ἤθη· Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα [καὶ] οὐ βρῶμα, οὔπω γὰρ ἐδύνασθε, ἀλλ' οὐδὲ ἔτι νῦν δύνασθε· ἔτι γὰρ σαρκικοί ἐστε. ὅπου γὰρ ἐν ὑμῖν ζῆλος καὶ ἔρις, οὐχὶ σαρκικοί ἐστε, καὶ κατὰ ἄνθρωπον περιπατεῖτε; ὁ δ' αὐτὸς ἐπιστάμενος μὲν τινὰ τροφὴν εἶναι τελειοτέραν ψυχῆς, τὰ δὲ τῶν εἰσαγομένων παραβαλλόμενα γάλακτι νηπίων, φησί· Καὶ γεγόνατε χρείαν ἔχοντες γάλακτος, οὐ στερεᾶς τροφῆς. πᾶς γὰρ ὁ μετέχων γάλακτος, ἄπειρος λόγου δικαιοσύνης· νήπιος γάρ ἐστι· τελείων δέ ἐστιν ἡ στερεὰ τροφὴ, τῶν διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα ἐχόντων πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ. ἆρ' οὖν οἱ τούτοις ὡς καλῶς εἰρημένοις πιστεύοντες, ὑπολάβοιεν ἂν τὰ καλὰ τοῦ λόγου, εἰς μὲν φρονίμων ἀνδρῶν σύλλογον οὐκ ἄν ποτε λεχθήσεσθαι; ἔνθα δ' ἂν ὁρῶσι μειράκια, καὶ οἰκοτρίβων ὄχλον, καὶ ἀνθρώπων ἀνοήτων ὅμιλον, ἐνταῦθα τὰ θεῖα καὶ σεμνὰ φέρειν εἰς μέσον, καὶ παρὰ τοῖς τοιούτοις περὶ αὐτῶν ἐγκαλλωπίζεσθαι; ἀλλὰ σαφὲς τῷ ἐξετάζοντι ὅλον τὸ βούλημα τῶν ἡμετέρων γραμμάτων, ὅτι ἀπεχθόμενος ὁμοίως τοῖς ἰδιωτικοῖς δήμοις ὁ Κέλσος πρὸς τὸ Χρι-

Χριςιανῶν

* οὐδ' ἐν.

* ἀλλήλας.

* ἔθη.

1 Cor. 3. 2.

Hebr. 5. 12.

ἰδιωτῶν γένος τὰ τοιαῦτα ἀνεξετάστως καὶ ψευδόμενος λέγει. ὁμολογοῦμεν δὲ πάντας θέλειν παιδεῦσαι τῷ τοῦ Θεοῦ, κἂν μὴ βούληται Κέλσος, λόγῳ, ὥστε καὶ μειρακίοις μεταδιδόναι τῆς ἁρμοζούσης αὐτοῖς προτροπῆς, καὶ οἰκότριψιν ὑποδεικνύναι, πῶς ἐλεύθερον ἀναλαβόντες φρόνημα, ἐξευγενισθεῖεν ὑπὸ τοῦ λόγου. οἱ δὲ παρ' ἡμῖν πρεσβεύοντες τὸν Χριστιανισμὸν ἱκανῶς φασιν ὀφειλέται εἶναι Ἕλλησι καὶ βαρβάροις, σοφοῖς καὶ ἀνοήτοις (οὐ γὰρ ἀρνοῦνται τὸ καὶ ἀνοήτων δεῖν τὰς ψυχὰς θεραπεύειν) ἵν', ὅση δύναμις, ἀποτιθέμενοι τὴν ἄγνοιαν ἐπὶ τὸ συνετώτερον σπεύδωσιν, ἀκούοντες καὶ Σαλομῶντος λέγοντος· Οἱ δὲ * ἄφρονες ἔνθεσθε καρδίαν, καὶ ὅς ἐστιν ὑμῶν ἀφρονέστερος, ἐκκλινάτω πρός με· [καὶ τοῖς] ἐνδεέσι δὲ φρενῶν παρακελεύομαι λέγουσα ἡ σοφία· * Ἔλθετε, φάγετε τὸν ἐμὸν ἄρτον, καὶ πίετε οἶνον, ὃν ἐκέρασα ὑμῖν· ἀπολείπετε ἀφροσύνην· ἵνα ζήσητε, καὶ κατορθώσατε σύνεσιν ἐν γνώσει. εἴποιμι δ' ἂν καὶ ταῦτα, διὰ τὰ ἐγκείμενα, πρὸς τὸν Κέλσου λόγον· Ἆρα οἱ φιλοσοφοῦντες οὐ προσκαλοῦντο μειράκια ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν; καὶ τοὺς ἀπὸ κακίστου βίου νέους οὐ παρακαλοῦσιν ἐπὶ τὰ βελτίονα; τί δέ; τοὺς οἰκότριβας οὐ βούλονται φιλοσοφεῖν; ἢ καὶ ἡμεῖς μέλλομεν ἐγκαλεῖν φιλοσόφοις οἰκότριβας ἐπ' ἀρετὴν προτρεψαμένοις, Πυθαγόρᾳ μὲν τὸν Ζάμολξιν, Ζήνωνι δὲ τὸν Περσαῖον, καὶ χθὲς καὶ πρώην τοῖς προτρεψαμένοις Ἐπίκτητον ἐπὶ τὸ φιλοσοφεῖν; ἢ ὑμῖν μέν, ὦ Ἕλληνες, ἔξεστι μειράκια καὶ οἰκότριβας, καὶ ἀνοήτους ἀνθρώπους ἐπὶ φιλοσοφίαν καλεῖν· ἡμεῖς δὲ τοῦτο ποιοῦντες, οὐ φιλανθρώπως αὐτὸ πράττομεν· τῇ ἀπὸ τοῦ λόγου ἰατρικῇ πᾶσαν λογικὴν φύσιν θεραπεῦσαι βουλόμενοι, καὶ οἰκειῶσαι τῷ δημιουργήσαντι πάντα Θεῷ; Ἤρκει μὲν οὖν καὶ ταῦτα πρὸς τὰς Κέλσου λοιδορίας μᾶλλον ἢ κατηγορίας. ἐπεὶ δ' ἐνηδόμενος τῷ τῶν καθ' ἡμῶν λοιδοριῶν λόγῳ προσέθηκε καὶ ἕτερα· φέρε, καὶ ταῦτα ἐκθέμενοι, ἴδωμεν πότερον Χριστιανοὶ ἀσχημονοῦσιν, ἢ Κέλσος ἐπὶ τοῖς λεγομένοις, ὅς φησιν· "Ὁρῶμεν * δὲ καὶ κατὰ τὰς ἰδίας οἰκίας ἐριουργοὺς, καὶ σκυτοτόμους, καὶ κναφεῖς, καὶ τοὺς * ἀπαιδεύτους τε καὶ ἀγροικοτάτους, ἐναντίον μὲν τῶν πρεσβυτέρων καὶ φρονιμωτέρων δεσποτῶν οὐδὲν φθέγγεσθαι τολμῶντας· ἐπειδὰν δὲ τῶν παίδων ἰδίᾳ λάβωνται, καὶ γυναικῶν τινῶν σὺν αὐτοῖς ἀνοήτων, θαυμάσια ἄττα διεξιόντας, ὡς οὐ χρὴ προσέχειν τῷ πατρὶ καὶ τοῖς διδασκάλοις, σφίσι δὲ πείθεσθαι· καὶ τοὺς μὲν ληρεῖν καὶ ἀποπλήκτους εἶναι, καὶ μηδὲν τῷ ὄντι καλὸν μήτε εἰδέναι μήτε δύνασθαι ποιεῖν, ὕθλοις κενοῖς προκατειλημμένους· σφᾶς δὲ μόνους ὅπως δεῖ ζῆν ἐπίστασθαι· καὶ ἂν αὐτοῖς οἱ παῖδες πείθωνται, μακαρίους αὐτοὺς ἔσεσθαι, καὶ τὸν οἶκον ἀποφαίνειν εὐδαίμονα· καὶ ἅμα λέγον-

Marginal notes: -α- ; Rom. 1. 14. ; Prov. 8. 5. * ἀπαίδευτοι. libb. ed. ; Ibid. 9. 15. * ἔλθατε. ; * δή. ; * ἀπαιδευτο-τάτους.

Celſum, æquè inſenſum nobis ac imperitum vulgus eſt, temere falſóque hæc dicere: imò fatemur nos cupere, ut omnes, vel invito Celſo, erudiantur verbo Dei, adeò ut etiam adoleſcentulis impartiamus convenientem ipſis admonitionem, & famulis commonſtremus, quomodo ſumpto liberali animo per verbum Dei reddantur ingenui. Et qui apud nos præſunt doctrinæ, profitentur ſe debitores Græcis & barbaris, ſapientibus & inſipientibus (non enim negant vel inſipientium animis medicinam adhibendam) ut, quantum fieri poteſt, depoſitâ ignorantiâ, ſtudeant meliùs ſapere, Salomoni obediant dicenti; *Inſipientes redite ad cor, & qui eſt inter vos infantiſſimus, divertat ad me:* ſapientiam quoque audiant invitantem; *Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miſcui vobis; relinquite inſipientiam & vivite, & ambulate per vias prudentiæ.* Nec alienum fuerit à propoſito, Celſum ſic appellare: annon philoſophi juventutem ad audiendum invitabant, & ad mentem meliorem revocabant à vita perdita? num vernulas arcent à philoſophia? aut accuſandi ſunt, quòd ſervos ſuos exemerint ad virtutis ſtudium, ut Zamolxim Pythagoras, Zeno Perſæum, & heri aut nudiuſtertiùs quidam Epictetum converterunt ad philoſophiam? An vobis, Græci, licet adoleſcentes & vernas inſipientéſque homines vocare ad philoſophiam; nos verò idem facientes rem alienam ab humanitatis officio facimus, dum verbis mederi & & rationibus omni rationali naturæ conamur, eámq; opifici ſuo Deo familiarem reddere? Hæc contra Celſi convitia veriùs quàm criminationes ſufficere poterant: ſed quoniam libidine convitiandi provectus ulteriùs plura his etiam addidit; agè, his quoq; memoratis diſpiciamus utrùm hæc majore ſuo dedecore dixerit an Chriſtiani nominis. *Videre licet*, inquit, *laniſices, ſutores, fullones in ſuis ædibus, & illiteratiſſimum quemque & ruſticiſſimum coram ſenioribus & prudentioribus patribus familias nihil audere proloqui: ubi verò ſeorſum nacti fuerint pueros eorum & mulierculas imperitas, mira quædam diſſerere, non eſſe audiendos parentes ac præceptores, ſed ſibi credendum, quòd illi delirent & mente capti ſint, & nihil verè bonum vel ſciant vel poſſint facere præoccupati nugis inanibus: ipſi verò ſoli rationem vivendi nôrint exactiſſimè, & pueros beatos fore ſi ſe audiant, atque adeò propter eos totam familiam. Quòd ſi interim*

ſim vide ut accedentem aliquem è præceptoribus prudentioribus, aut ipſum patrem, tum hi, ſi timidiores fuerint, perterreri: ſin ferociores, autores fieri pueris ut habenas excutiant: demurmurando quòd in præſentia patris præceptorúmve nec velint nec poſſint quicquam boni proloqui, metu illorum ſtultitiæ ſævitiæque modis omnibus corruptorum & devolutorum ad fundum malitiæ, & meritò punientium: ſed ſi quid diſcere velint, debere eos relicto patre & præceptoribus, ire cum mulierculis & colluſoribus pueris in conclave muliebre, aut officinam ſutoriam, fullonicamve, ut perfectionem adipiſcantur præceptis obſequendo. Vide quo pacto hic quoq; deridens noſtros doctores nihil non conantes ut animas attollant ad Deum rerum omnium Creatorem, & commonſtrantes quomodo contemptis momentaneis & viſibilibus adnitamur ad Dei ſocietatem, vitámque beatam in contemplatione inviſibilium & intelligibilium rerum cum Deo ejuſque amicis degendam, conferat cum *lanificis, ſutoribus, fullonibus, ruſticiſſimiſq; hominibus pueros parvulos & mulierculas ad res malas invitantibus, ut contemptâ patrum & præceptorum autoritate, ipſos audiant*: à quibus enim patribus prudentibus, à quibus magiſtris ſeria docentibus alienamus parvos pueros & mulierculas? producat hos Celſus, & percontetur mulieres atque pueros, qui noſtram doctrinam ſequuntur, ecquos audierint meliùs docentes quàm noſtros homines, cúrve deſertâ gravi & honeſtâ diſciplinâ, paſſi ſint ſeduci ſe ad deteriora? Sed nihil tale poteſt coarguere in nobis, imò mulierculas ab impudicitia, exercendíſque cum maritis ſimultatibus, atque à divortiis arcemus, omníque theatrorum & ſaltationum inſaniâ, omnibus item ſuperſtitionibus: pueros autem puberes in venerem prurientes caſtigamus, non ſolùm admonentes, quàm turpe ſit indulgere libidini, verùm etiam quantum inde animæ immineat periculum, quæve tales pœnæ maneant. Qui ſunt porrò iſti præceptores, quos deliros & mente captos dicimus, quos Celſus tuetur, ut docentes meliora quàm nos? niſi fortè putat egregios inſtitutores mulierculárum, nec ullo modo deliros, qui eas invitant ad ſuperſtitionem obſcœnáque ſpectacula, & non eſſe mente captos, qui juventutem ferunt rapiúntque in omnia probra, quæ ſcimus ab iſtis patrari ſæpiſſimè: at nos etiam

“ τες, ἐὰν ἴδωσί τινα παριόντα τῶν παιδείας διδασκάλων καὶ φρονιμωτέρων ἢ καὶ αὐτὸν τὸν πατέρα, οἱ μὲν εὐλαβέστεροι αὐτῶν * διετρέψαν· οἱ δ' ἰταμώτεροι τοὺς παῖδας ἀφηνιάζειν ἐπαίρουσι, τοιαῦτα ψιθυρίζοντες, ὡς παρόντος μὲν τοῦ πατρὸς καὶ τῶν διδασκάλων οὐδὲν αὐτοὶ ἐθελήσουσιν, οὐδὲ δυνήσονται τοῖς παισὶν ἑρμηνεύειν ἀγαθόν, ἐκτρεπόμενοι γὰρ τὴν ἐκείνων ἀβελτηρίαν καὶ σκαιότητα, πάντη διεφθαρμένων, καὶ πόρρω κακίας ἡκόντων, καὶ σφᾶς κολαζόντων. εἰ δὲ θέλοιεν, χρῆναι αὐτοὺς ἀφεμένους τοῦ πατρός τε καὶ τῶν διδασκάλων, ἰέναι σὺν ταῖς γυναιξὶ, καὶ τοῖς συμπαίζουσι παιδαρίοις, εἰς τὴν γυναικωνῖτιν, ἢ τὸ σκυτεῖον, ἢ τὸ κναφεῖον, ἵνα τὸ τέλειον λάβωσι· καὶ ταῦτα λέγοντες πείθουσιν. Ὅρα δὴ καὶ ἐν τούτοις τίνα τρόπον διασύρει τοὺς παρ' ἡμῖν διδάσκοντας τὸν λόγον, καὶ ἐπὶ τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν παντὶ τρόπῳ τὴν ψυχὴν ἀναβιβάζειν πειρωμένους, παριστάντας δὲ καὶ ὡς χρὴ μὲν τῶν αἰσθητῶν καὶ προσκαίρων καὶ βλεπομένων πάντων καταφρονεῖν, πάντα δὲ πράττειν ὑπὲρ τοῦ τυχεῖν τῆς τοῦ Θεοῦ κοινωνίας, καὶ τῆς τῶν νοητῶν καὶ ἀοράτων θεωρίας, καὶ μακαρίας μετὰ Θεοῦ καὶ τῶν οἰκείων τῷ Θεῷ διαγωγῆς, παραβάλλει αὐτοὺς “ κατὰ τὰς οἰκίας ἐριουργοῖς, καὶ τοῖς σκυτοτόμοις, καὶ τοῖς κναφεῦσι, καὶ τοῖς ἀγροικοτάτοις τῶν ἀνθρώπων· ἐπὶ τὰ φαῦλα προσκαλουμένοις παῖδας κομιδῇ νηπίους, καὶ γύναια, ἵν' ἀποστῶσι μὲν πατρὸς καὶ διδασκάλων, αὐτοῖς δὲ ἕπωνται. τίνος γὰρ πατρὸς σωφρονοῦντος, ἢ τίνων διδασκάλων σεμνότερα διδασκόντων, ἀφιστῶμεν τοὺς παῖδας καὶ τὰ γύναια; παραστησάτω ὁ Κέλσος, καὶ ἐξεταζέτω παραβαλὼν ἐπὶ τὸν προσιόντων τῷ λόγῳ ἡμῶν παίδων, καὶ γυναίων, πότερα τινὰς ὧν ἤκουον * βελτίονα ἢ χειρόνων; καὶ τίνα τρόπον καλῶν τινων καὶ σεμνῶν μαθημάτων ἀφιστάντες παῖδας καὶ γύναια ἐπὶ τὰ χείρονα προσκαλούμεθα; ἀλλ' οὐχ ἕξει παραστῆσαι τὸ τοιοῦτο καθ' ἡμῶν· τοὐναντίον * γὰρ τὰ μὲν γύναια ἀκολασίας καὶ διαστροφῆς, τῆς ἀπὸ τῶν συνόντων, ἀφιστῶμεν, καὶ πάσης θεατρομανίας, καὶ ὀρχηστρομανίας, καὶ δεισιδαιμονίας· τοὺς δὲ παῖδας ἄρτι ἡβῶντας, καὶ σφριγῶντας τοῖς περὶ τὰ ἀφροδίσια ὀρέξεσι, σωφρονίζομεν· παριστάντες οὐ μόνον τὸ ἐν τοῖς ἁμαρτανομένοις αἰσχρὸν, ἀλλὰ καὶ ἐν οἷς ἔσται διὰ τὰ τοιαῦτα ἡ τῶν φαύλων ψυχὴ, καὶ οἵας τίσει δίκας, καὶ ὡς κολασθήσεται· τίνας δὲ διδασκάλους λέγομεν ληρεῖν καὶ ἀποπλήκτους εἶναι, ὑπὲρ ὧν ὁ Κέλσος ἵσταται, ὡς διδασκόντων τὰ κρείττονα; εἰ μὴ ἄρα καλοὺς οἴεται διδασκάλους γυναίων καὶ μὴ ληροῦντας, τοὺς ἐπὶ δεισιδαιμονίαν καὶ τὰς ἀκολάστους θέας προσκαλουμένους· ἔτι δὲ καὶ μὴ ἀποπλήκτους εἶναι τοὺς ἄγοντας καὶ ἐξάγοντας τοὺς νέους ἐπὶ πάντα, ὅσα ἴσμεν ἀτάκτως ὑπ' αὐτῶν πολλαχοῦ γιγνόμενα. ἡμεῖς μὲν οὖν καὶ τοὺς ἀπὸ

* διέτρεσαν.

* βελτιόνων.

* μὲν γὰρ τὰ γύναια.

De calumnia quod Xiani pueros a parentibus & mulieres a doctoribus melioribus abſtrahant

[illegible]

philoſophicis placitis imbutos revocamus ad noſtram religionem, quantum poſſumus, commendantes ipſis ſinceritatem ejus & excellentiam. Quod quia Celſus negat, dicens à nobis adduci *ſolos ſtultos*; dixerim ei, Si nobis objiceres, quòd abducamus à philoſophia jam occupatos ejus placitis; eſſi non verum, tamen forſitan eſſet veriſimile: nunc cùm dicas per nos abduci à præceptoribus bonis adoleſcentes, qui minus eos audiant; profer alios doctores præter philoſophos, aut profeſſores artium utilium. Sed nihil tale proferre poteris. Cæterùm [illegible] promittimus ſincerè, non clanculùm. Iis, qui vitam juxta præcepta divina inſtituunt, ſemperque Deum & ipſi habent præ oculis, & quicquid agunt approbari oculis illius cupiunt. Hæccine eſt diſciplina inſcitorum, lanarum, ſutorum, & illiteratiſſimorum agreſtium? ſed hoc oſtendere non poteris. Porrò, quòd *[illegible]* [illegible] Reſpondeamus, [illegible] à vitiis, & meliorem [illegible]

[illegible]

orbe, ut vocant, diſciplinarum præexercitati, ſubveham eos altiùs ad Chriſtianorum ſublimem ignotámque vulgo grandiloquentiam, differentem de rebus arduis, & maximè neceſſariis, idque ex priſcorum Prophetarum oraculis, & Jeſu Apoſtolorum literis. Poſthæc Celſus amarulentioris petulantiæ conſcientiâ tactus, tanquam excuſans hanc ſic loquitur; *Quòd autem nihil acerbiùs criminer quàm veritas poſtulat, facile eſt conjectare; nam ad alia myſteria ſic ſolent initiandi per præconem vocari, Quicunque eſt purus manibus & voce ſapiens: ac rurſum aliter, Quicunque eſt purus ab omni ſcelere, & cuicunque eſt animus nullius mali ſibi conſcius, & quicunque benè ac juſtè vixit; & hæc proclamant pollicentes ſacra luſtralia: nunc è diverſo audiamus quoſnam iſti vocent; Quiſquis peccator, quiſquis inſipiens, quiſquis puerilis, in ſumma quiſquis infelix eſt, hunc regnum Dei capiet. Peccatorem dicendo annon injuſtum, furem, veneficum, ſacrilegum, parietum ſepulchrorúmque perfoſſorem dicitis? Si quis ad latrocinium vocaret, quoſnam vocaret alios?* Ad hæc quoque reſpondemus, aliud eſſe animas ægrotas ad medicinam vocare, aliud ſanas ad rerum divinarum cognitionem & ſcientiam: quod diſcrimen cùm non ignoremus, principiò curandos vocamus, ut auditâ ſalutari doctrinâ peccatores non peccare diſcant, inſipientes intellectum acquirant, pueriles mentem virilem, denique infelices felicitatem, vel potiùs beatitudinem, ut loquar magìs propriè: ubi verò jam converſi ad ſaniorem mentem profeciſſe videntur, & divino verbo purgati vitam etiam in melius mutâſſe pro viribus, tum demum initiamus eos noſtris myſteriis. *Sapientiam enim loquimur inter perfectos*: & admonitis, quòd *in animam malis artibus deditam non intrabit ſapientia, nec habitabit in corpore peccatis obnoxio*; dicimus eis, Quicunque purus eſt manibus, eáſq; tendens ad cœlum, utpote vacans rebus cœleſtibus poteſt dicere; *Elevatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum*; veniat ad nos & quicunque eſt voce ſapiens, *utpote noctes atque dies exercens ſe in lege Domini*, jámque habitum quendam ſibi comparavit exercitatis ſenſibus ad dignoſcenda bona maláque, nè gravetur ad ſolidos cibos rationales accedere, convenientes athletis pietatis virtutúmque omnium. Et quoniam gratia Dei præſtò eſt omnibus in incorrupti-

μαθήμασι καὶ τοῖς φιλοσοφουμένοις ἀναβιβάσαι ἐπὶ τὸ σεμνὸν καὶ ὑψηλὸν τῆς λεληθυίας τοὺς πολλοὺς Χριστιανῶν μεγαλοφωνίας, περὶ τῶν μεγίστων καὶ ἀναγκαιοτάτων διαλαμβανόντων, καὶ ἀποδεικνυόντων καὶ παριστάντων αὐτὰ πεφιλοσοφῆσθαι παρὰ τοῖς τοῦ Θεοῦ προφήταις, καὶ τοῖς τοῦ Ἰησοῦ ἀποστόλοις. Εἶτα μετὰ ταῦτα αἰσθόμενος ἑαυτοῦ ὁ Κέλσος πικρότερον ἡμῖν λελοιδορημένου, ὡσπερεὶ ἀπολογούμενος, τοιαῦτά φησιν. « Ὅτι δὲ οὐδὲν πικρότερον ἐπιτιμῶμαι, ἢ ἐφ' ὅσον ἡ ἀλήθεια βιάζεται, τεκμαιρέσθω καὶ τοῖσδέ τις. οἱ μὲν γὰρ εἰς τὰς ἄλλας τελετὰς καλοῦντες, προκηρύττουσι τάδε, Ὅστις χεῖρας καθαρὸς, καὶ φωνὴν συνετός. καὶ αὖθις ἕτεροι, Ὅστις ἁγνὸς ἀπὸ παντὸς * μύσους, καὶ ὅτῳ ἡ ψυχὴ οὐδὲν σύνοιδε κακὸν, καὶ ὅτῳ εὖ καὶ δικαίως βεβίωται. καὶ ταῦτα προκηρύττουσιν οἱ καθάρσια ἁμαρτημάτων ὑπισχνούμενοι. ὑπακούσωμεν δὲ τίνας ποτὲ οὗτοι καλοῦσιν· Ὅστις (φασὶν) ἁμαρτωλὸς, ὅστις ἀσύνετος, ὅστις νήπιος, καὶ ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ὅστις κακοδαίμων, τοῦτον ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ δέξεται. τὸν ἁμαρτωλὸν ἆρα, οὐ τοῦτον λέγετε τὸν ἄδικον, καὶ κλέπτην, καὶ τοιχωρύχον, καὶ φαρμακέα, καὶ ἱερόσυλον καὶ τυμβωρύχον; τίνας ἂν ἄλλους προκηρύττων λῃστὴς ἐκάλεσε; » καὶ πρὸς ταῦτα δέ φαμεν, ὅτι οὐ ταὐτόν ἐστι νοσοῦντας τὴν ψυχὴν ἐπὶ θεραπείαν καλεῖν, καὶ ὑγιαίνοντας ἐπὶ τὴν τῶν θειοτέρων γνῶσιν καὶ ἐπιστήμην. καὶ ἡμεῖς * δὲ ἀμφότερα ταῦτα γινώσκοντες, κατ' ἀρχὰς μὲν προκαλούμενοι ἐπὶ τὸ θεραπευθῆναι τοὺς ἀνθρώπους, προτρέπομεν τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἥκειν ἐπὶ τοὺς διδάσκοντας λόγους μὴ ἁμαρτάνειν, καὶ τοὺς ἀσυνέτους ἐπὶ τοὺς ἐμποιοῦντας σύνεσιν, καὶ τοὺς νηπίους εἰς τὸ ἀναβαίνειν φρόνημα ἐπὶ τὸν ἄνδρα, καὶ τοὺς ἁπλῶς κακοδαίμονας ἐπὶ εὐδαιμονίαν, ἢ (ὅπερ κυριώτερόν ἐστιν εἰπεῖν) ἐπὶ μακαριότητα. ἐπὰν δ' οἱ προκόπτοντες τῶν προτραπέντων παραστήσωσι τὸ κεκαθάρθαι ὑπὸ τοῦ λόγου, καὶ, ὅσον δύναμις, βέλτιον βεβιωκέναι, τὸ τηνικάδε καλοῦμεν αὐτοὺς ἐπὶ τὰς παρ' ἡμῖν τελετάς. Σοφίαν γὰρ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις· καὶ διδάσκοντες ὅτι εἰς κακότεχνον ψυχὴν οὐκ εἰσελεύσεται σοφία, οὐδὲ κατοικήσει ἐν σώματι κατάχρεῳ ἁμαρτίας, φαμὲν· Ὅστις χεῖρας καθαρὸς, καὶ διὰ τοῦτ' ἐπαίρων χεῖρας ὁσίας τῷ Θεῷ, καὶ παρὰ τὸ διηρμένα καὶ ἐπουράνια ἐπιτελεῖν, δύναται λέγειν, Ἔπαρσις τῶν χειρῶν μου θυσία ἑσπερινή· ἡκέτω πρὸς ἡμᾶς· καὶ ὅστις φωνὴν συνετὸς, τῷ μελετᾶν τὸν νόμον Κυρίου ἡμέρας καὶ νυκτός· καὶ τῷ διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα ἐγκέχειν πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ· μὴ ὀκνείτω προσιέναι στερεαῖς λογικαῖς * τροφαῖς καὶ ἁρμοζούσαις ἀθληταῖς εὐσεβείας καὶ πάσης ἀρετῆς. ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἐστι μετὰ πάντων

* μίσους.

Respondet Or. malos vocari ut corrigantur

* δι' ἀμφ. τ.

c

1 Cor. 2. 6.
Sap. 1. 4.
1 Tim. 2. 8.
Psal. 140. 2.
Psal. 1. 2.
Hebr. 5. 14.

* τρωγαῖς.

τῶν ἐν ἀφθαρσίᾳ ἀγαπώντων τὸν διδάσκαλον τῶν τῆς ἀθανασίας μαθημάτων· ὅστις ἁγνὸς οὐ μόνον ἀπὸ παντὸς * μύσους, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐλαττόνων εἶναι νομιζομένων ἁμαρτημάτων, θαῤῥῶν μυείσθω τὰ μόνοις ἁγίοις καὶ καθαροῖς εὐλόγως παραδιδόμενα μυστήρια τῆς κατὰ Ἰησοῦν θεοσεβείας. ὁ μὲν οὖν Κέλσου μύστης φησὶν, "ὅτῳ οὐδὲν ἡ ψυχὴ σύνοιδε κακὸν, ἡκέτω." ὁ δὲ κατὰ τὸν Ἰησοῦν μυσταγωγῶν τῷ Θεῷ τοῖς κεκαθαρμένοις τὴν ψυχὴν ἐρεῖ, ὅτῳ πολλῷ χρόνῳ ἡ ψυχὴ οὐδὲν σύνοιδε κακόν· καὶ μάλιστα ἀφ' οὗ προσελήλυθε τῇ τοῦ λόγου θεραπείᾳ, οὗτος καὶ τῶν κατ' ἰδίαν λελαλημένων ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ τοῖς γνησίοις μαθηταῖς ἀκουέτω. οὐκοῦν καὶ ἐν οἷς ἀντιπαρατίθησι τὰ τῶν μυούντων [ἐν] Ἕλλησι τοῖς διδάσκουσι τὰ τοῦ Ἰησοῦ, οὐκ οἶδε διαφορὰν καλουμένων ἐπὶ μὲν θεραπείαν φαύλων, ἐπὶ δὲ τὰ μυστικώτερα τῶν ἤδη καθαρωτάτων. οὐκ ἐπὶ μυστήρια οὖν καὶ κοινωνίαν σοφίας

1 Cor. 1. 7. ἐν μυστηρίῳ ἀποκεκρυμμένης, ἣν προώρισεν ὁ Θεὸς πρὸ τῶν αἰώνων εἰς δόξαν τῶν δικαίων ἑαυτοῦ, καλοῦμεν τὸν ἄδικον, καὶ κλέπτην, καὶ τοιχωρύχον, καὶ φαρμακέα, καὶ ἱερόσυλον, καὶ τυμβωρύχον, καὶ ὅσους ἂν ἄλλους δεινοποιῶν ὁ Κέλσος ὀνομάσαι· ἀλλ' ἐπὶ θεραπείαν. ἔστι γὰρ ἐν τῇ τοῦ λόγου θειότητι ἄλλα μὲν τὰ θεραπευτικὰ τῶν κακῶς ἐχόντων βοηθήματα, περὶ

Matth. 9. 12. ὧν εἶπεν ὁ λόγος τὸ, Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες· ἄλλα δὲ τὰ τοῖς καθαροῖς ψυχὴν καὶ σῶμα παραδεικνύντα ἀποκάλυψιν μυστηρίου, χρόνοις αἰω-

Rom. 16. 25. νίοις σεσιγημένου, φανερωθέντος δὲ νῦν διά τε γραφῶν προφητικῶν, καὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἑκάστῳ τῶν τελείων

2 Tim. 1. 10. ἐπιφαινομένης καὶ φωτιζούσης εἰς ἀψευδῆ γνῶσιν τῶν πραγμάτων τὸ ἡγεμονικόν. Ἐπεὶ δὲ δεινοποιῶν τὰ καθ' ἡμῶν ἐγκλήματα, ἐπιφέρει τοῖς ὀνόμασιν ἀνθρώποις μιαρωτάτοις τὸ, "τίνας ἄλλους προκηρύττων λῃστὰς ἐκάλεσε;" καὶ πρὸς τοῦτο ἐροῦμεν, ὅτι λῃστὰς μὲν τοὺς τοιούτους καλεῖ, χρώμενος αὐτῶν τῇ πονηρίᾳ κατ' ἀνθρώπων οὓς ἂν φονεύειν καὶ συλᾶν βούληται. Χριστιανὸς δὲ, κἂν καλῇ οὓς ὁ λῃστὴς καλεῖ, διάφορον κλῆσιν αὐτοὺς καλεῖ· ἵν' αὐτῶν καταδήσῃ τὰ τραύματα τῷ λόγῳ, καὶ ἐπιχέῃ τῇ φλεγμαινούσῃ ἐν κακοῖς ψυχῇ τὰ ἀπὸ τοῦ λόγου φάρμακα, ἀνάλογον οἴνῳ, καὶ ἐλαίῳ, καὶ μαλάγματι, καὶ τοῖς λοιποῖς ἀπὸ ἰατρικῆς ψυχῆς βοηθήμασιν. Εἶτα συκοφαντῶν τὰ προτροπῆς ἕνεκα εἰρημένα καὶ γεγραμμένα, τοῖς πρὸς τοὺς κακῶς βεβιωκότας, καὶ καλοῦντα αὐτοὺς ἐπὶ μετάνοιαν καὶ διόρθωσιν τῆς ψυχῆς αὐτῶν· φησὶν ἡμᾶς λέγειν, "τοῖς ἁμαρτωλοῖς πέμπεσθαι τὸν Θεόν." ὅμοιον δὲ καὶ τοῦτο ποιεῖ, ὡς εἰ ἐνεκάλει τισὶ, λέγουσι διὰ τοὺς κακῶς διάγοντας ἐν τῇ πόλει πεπέμφθαι ὑπὸ φιλανθρωποτάτου

* μίσυς.

\- π.

bilitate diligentibus magiſtrum diſciplinarum immortalitatem conferentium, quiſquis purus eſt non ſolùm ab omni ſcelere, verùm etiam à peccatis iſtis quæ leviora putantur, fidenter initietur myſteriis Chriſtianæ religionis à Jeſu traditæ, quæ non communicantur, niſi puris & ſanctis. Itaq; Celſi myſta dicit; *Cuicunque eſt anima nullius mali ſibi conſcia, veniat*: cæterùm qui introducit ad divina Jeſu myſteria dicet purificatos animos habentibus: cuicunque eſt anima jam diu nullius mali ſibi conſcia, præſertim ex quo acceſſit ad ſerviendum Deo, is audiat etiam eos ſermones quos Jeſus privatim locutus eſt germanis ſuis diſcipulis. Ergò iſte dum confert Græcorum myſtas cum Chriſtianorum doctoribus, non novit diſcrimen inter malos qui vocantur ad remediorum copiam, & puriſſimos qui vocantur ad myſteria. Igitur non vocantur in partem ſapientiæ revelatæ in myſterio, quam prædeſtinavit Deus ante ſecula in gloriam juſtorum, injuſti, fures, venefici, ſacrilegi, parietum ſepulchrorúmque perfoſſores, & quoſcunq; Celſus nominare poſſet rem exaggerans; ſed ut curentur à morbis ſuis. Nam in divina doctrina alia ſunt curandis malè affectis idonea, de quibus verbum Dei dixit; *Non opus habent ſani medico, ſed malè affecti*: alia conveniunt puris animo & corpore, quibus oſtendunt *revelationem myſterii, temporibus æternis taciti, nunc autem in medium prolati per Scripturas Propheticas*, & adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui omnibus perfectis hominibus illuceſcit, illuminans eorum mentem in rerum cognitionem nullo vitiatam mendacio. Quoniam autem exaggerans noſtra crimina, poſt enumeratos ſceleratiſſimos mortalium, rogat *quos alios latrones convocáſſet?* & ad hoc reſpondebimus, quòd tales convocat latrones, qui eorum malitiâ abutitur ad jugulandos & ſpoliandos quos volunt homines. Chriſtianus verò etiamſi eoſdem vocaret quos latro, diverſa tamen eſt vocatio, videlicet ut eorum vulnera ſalubri ſermone obliget, & animæ vitiis inflammatæ infundat remedia, tanquam vinum & oleum ac malagmata reliquáq; medicorum auxilia. Deinde, non diſcedens à ſuis ſycophantiis, calumniatur ea quæ ad corrigendos malè viventes vocandóque ad reſipiſcentiam ſcripta ſunt, & ait noſtrum hoc dictum; *Deum miſſum eſſe peccatoribus*. Id perinde facit ac ſi accuſaret eos, qui propter malè affectos in urbem miſſum medicum

medicum ab humaniſſimo rege dicerent. Miſſus eſt certè ſermo Dei ad peccatores ut medicus: in quantum autem divinorum myſteriorum doctor eſt, venit ad purificatos & non peccantes amplius. At Celſus non valens iſta diſcernere, utpote qui non tenetur talium rerum ſtudio, *quin potiùs*, inquit, *ad immunes à peccatis miſſus eſt: quid mali eſt non peccaſſe?* Reſpondemus; Si dicit immunes à peccatis qui peccare deſierunt, ad hos quoque Servator noſter miſſus eſt, ſed non ut medicus: quòd ſi per *immunes à peccato* ſignificat eos, qui nunquam peccaverunt (non enim ſatis expreſſit quos velit intelligi): reſpondebimus impoſſibile eſſe inveniri hominem à peccato immunem, utique in eo ſenſu, ſolo excepto homine, quem Jeſus aſſumpſit, qui peccatum non fecit. Illud certè malitiosè nobis Celſus objicit, quaſi noſtrum dogma ſit; *hominem injuſtum, ſi ſe propter miſeriam ſuam humiliaverit, à Deo recipi: juſtum contrà, ſi jam indè ab initio virtutem amplexus ad eum oculos attollat, non recipi.* Hoc enim eſſe impoſſibile dicimus, ut homo ab initio mox virtutem complectatur, & ad Deum attollat oculos. Neceſſum eſt enim malitiam primò in hominibus ſubſiſtere, ſicut etiam Paulus ſcribit; *Sed poſtquam venit mandatum, peccatum revixit, ego autem mortuus ſum.* Neque de injuſto docemus, ſufficere ad hoc ut à Deo recipiatur, ſi agnoſcat ſuam miſeriam, ſed qui, damnatâ præteritâ ſuâ vitâ, convertat ſe ad meliorem frugem, cum à Deo recipi. Deinde non intelligens illud dictum; *Omnis qui ſe extollit, humiliabitur:* ac nè à Platone quidem doctus, quòd *vir bonus incedat humilè & compoſitè:* & ignorans illud noſtrorum hominum præceptum; *humiliamini ſub potenti manu Dei, ut vos extollat ſuo tempore:* ſic pergit; *Ergò cùm homines, qui rectè præſident judicio, vetent ſontes reos uti coram ſe lamentis & deplorationibus, ne ex affectu magis quàm juxta veritatis normam judicent: Deus in judicando non tam veritate movetur quàm adulationibus?* an tibi videtur adulatio querula, ſi peccator illis divinæ Scripturæ precationibus utatur Deum alloquens; *Peccatum meum fateor, & iniquitatem meam non celo: dixi, confitebor contra me iniquitatem meam Domino,* & quæ deinceps ſequuntur? nunquam certè argumentis evincet, Deum non poſſe flecti talibus peccatoris ei ſe ſubmittentis precibus. Tam inconſideratè autem in nos fertur præ nimiâ

βασιλέως τὸν ἰατρόν. ἐπέμφθη οὖν Θεὸς λόγος, καθὸ μὲν ἰατρός, τοῖς ἁμαρτωλοῖς· καθὸ δὲ διδάσκαλος θείων μυστηρίων, τοῖς ἤδη καθαροῖς, καὶ μηκέτι ἁμαρτάνουσιν. ὁ δὲ Κέλσος ταῦτα μὴ δυνηθεὶς διακρῖναι (οὐ γὰρ ἠβουλήθη φιλομαθῆσαι) φησί· "τί δέ, τοῖς ἀναμαρτήτοις "οὐκ ἐπέμφθη; τί κακόν ἐστι τὸ μὴ ἡμαρτηκέ"ναι; καὶ πρὸς τοῦτο δή φαμεν, ὅτι, εἰ μὲν ἀναμαρτήτους λέγει τοὺς μηκέτι ἁμαρτάνοντας, ἐπέμφθη καὶ τούτοις ὁ Σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς, ἀλλ' οὐκ ἰατρός. εἰ δὲ ἀναμαρτήτους τοὺς μηδὲ πώποτε ἡμαρτηκόσιν, οὐ γὰρ διεστείλατο ἐν τῇ ἑαυτοῦ λέξει· ἐροῦμεν, ὅτι ἀδύνατόν ἐστιν οὕτως ἄνθρωπον ἀναμάρτητον. τοῦτο δέ φαμεν, ὑπεξαιρουμένου τοῦ κατὰ τὸν Ἰησοῦν νοουμένου ἀνθρώπου, ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησε. κακούργως δή φησιν ὁ Κέλσος περὶ ἡμῶν, ὡς δὴ φασκόντων, "ὅτι "τὸν μὲν ἄδικον, ἐὰν αὑτὸν ὑπὸ μοχθη"ρίας ταπεινώσῃ, δέξεται ὁ Θεός· τὸν δὲ "δίκαιον, ἐὰν μετ' ἀρετῆς ἀπ' ἀρχῆς ἄνω "πρὸς αὐτὸν βλέπῃ, τοῦτον οὐ δέξεται. ἀδύνατον γάρ φαμεν εἶναι ἄνθρωπον μετ' ἀρετῆς ἀπ' ἀρχῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἄνω βλέπειν. κακίαν γὰρ ὑφίστασθαι ἀναγκαῖον πρῶτον ἐν ἀνθρώποις. καθὸ καὶ ὁ Παῦλος λέγει, Ἐλθούσης δὲ τῆς ἐντολῆς, ἡ ἁμαρτία * ἀπέθανεν, ἐγὼ δὲ ἀνέζησα. ἀλλὰ καὶ οὐ διδάσκομεν περὶ τοῦ ἀδίκου, ὅτι αὐτάρκες αὐτῷ τὸ διὰ τὴν μοχθηρίαν ἑαυτὸν ταπεινοῦν πρὸς τὸ δεχθῆναι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· ἀλλ', ἐὰν μὲν * ἐν τοῖς προτέροις ἑαυτοῦ καταγνοὺς, περιπατῇ ταπεινὸς ἐπ' ἐκείνοις, καὶ κεκοσμημένος ἐπὶ τοῖς δευτέροις, τοῦτον προσδέξεται ὁ Θεός. Εἶτα μὴ νοῶν [τὸ] πῶς εἴρηται τό, Πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται· μηδὲ κἂν ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος διδαχθεὶς, ὅτι ὁ καλὸς καὶ ἀγαθὸς πορεύεται ταπεινὸς καὶ κεκοσμημένος· μὴ εἰδὼς δὲ καί, ὥς φαμεν, Ταπεινώθητε οὖν ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ Θεοῦ, ἵνα ὑμᾶς ὑψώσῃ ἐν καιρῷ· φησὶν "Ὅτι ἄν"θρωποι μὲν ὀρθῶς δίκης προεστηκότες τοὺς "ἐπὶ τοῖς ἀδικήμασιν ὀλοφυρομένους ἀποπαύ"ουσι τὴν οἰκτρολογίαν, ἵνα μὴ πρὸς ἔλεον μᾶλ"λον, ἢ πρὸς ἀλήθειαν δικάζωσιν. ὁ Θεὸς "δ' ἄρα οὐ πρὸς ἀλήθειαν, ἀλλὰ πρὸς κο"λακείαν δικάζει. ποία γὰρ κολακεία, καὶ ποῖος λόγος οἰκτρολογῶν κατὰ τὰς θείας γινόμενος γραφάς, ἐπὰν ὁ ἁμαρτάνων λέγῃ ἐν ταῖς πρὸς Θεὸν εὐχαῖς, Τὴν ἁμαρτίαν μου ἐγνώρισα, καὶ τὴν ἀνομίαν μου οὐκ ἐκάλυψα· εἶπα, ἐξαγορεύσω κατ' ἐμοῦ τὴν ἀνομίαν μου τῷ Κυρίῳ, καὶ τὰ ἑξῆς; ἀλλὰ δύναται παραστῆσαι ὅτι οὐκ ἔστιν ἐπιστρεπτικὸν τὸ τοιοῦτον τῶν ἁμαρτανόντων ὑπὸ τὸν Θεὸν ἑαυτοὺς ταπεινούντων ἐν ταῖς εὐχαῖς. καὶ συγχεόμενος δ' ὑπὸ τοῦ ἐπὶ τὸ κατηγορεῖν ὁρμῆς,

1 Pet. 2. 22.

Rom. 7. 9. * ἀνέζησεν, ἐγὼ δὲ ἀπέθανον.

* ἐπὶ.

Matth. 23. 12.

1 Pet. 5. 6.

Pſal. 31. 4.

ταβάλλει. καὶ τοῦτο δὲ ψεῦδος ἀπὸ τῆς περί τινων φιλοσοφησάντων ἱστορίας ἀποδείκνυται. τίς γὰρ ἀνθρώπων οὐκ ἂν ἐν τοῖς ἐξωλεστάτοις τάξαι τὸν ὅπως ποτὲ ὑπομείναντα ἕξαι δεσπότῃ, ἐπὶ τέγους αὐτὸν ἱστάντι, ἵνα πάντα τὸν θέλοντα αὐτὸν καταισχύνειν * παραδέχηται; τοιαῦτα δὲ περὶ τοῦ Φαίδωνος ἱστόρηται. τίς δὲ τὸν μετὰ αὐλητρίδος καὶ κωμαστῶν τῶν ἀσωτοτάτων εἰσβαλόντα εἰς τὴν τοῦ σεμνοτάτου Ξενοκράτους διατριβὴν, ἵν᾽ ἐνυβρίσῃ ἄνδρα, ὃν καὶ οἱ ἑταῖροι ἐθαύμαζον, οὐ φήσει πάντων μιαρώτατον εἶναι ἀνθρώπων; ἀλλ᾽ ὅμως ἴσχυσε λόγος καὶ τούτους ἐπιστρέψας ποιῆσαι ἐπὶ τοσοῦτον διαβεβηκέναι ἐν φιλοσοφίᾳ, ὥστε τὸν μὲν ὑπὸ Πλάτωνος κριθῆναι ἄξιον τοῦ τὸν περὶ τῆς ἀθανασίας διεξοδεῦσαι Σωκράτους λόγον, καὶ τὴν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ εὐτονίαν αὐτοῦ παραστῆσαι, οὐ φροντίσαντος τοῦ κωνείου, ἀλλ᾽ ἀδεῶς καὶ μετὰ πάσης γαλήνης τῆς ἐν τῇ ψυχῇ διεξοδεύσαντος τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα, οἷς μόγις παρακολουθεῖν, καὶ οἱ πάνυ προσέχοντες, καὶ ὑπὸ μηδεμιᾶς ἐνοχλούμενοι περιστάσεως, δύνανται. τὸν δὲ Πολέμωνα, ἐξ ἀσώτου σωφρονέστατον γενόμενον, διαδέξασθαι τὴν τοῦ διαβοήτου ἐπὶ σεμνότητι Ξενοκράτους διατριβήν. οὐκ ἄρα ἀληθεύει Κέλσος λέγων, τοὺς προκόλας ἁμαρτάνειν καὶ εἰθισμένους οὐδεὶς ἂν οὐδὲ κολάζων πάντῃ μεταβάλλοι. Ἀλλὰ τὴν μὲν τάξιν καὶ σύνθεσιν καὶ φράσιν τῶν ἀπὸ φιλοσοφίας λόγων τοιαῦτα εἰς τοὺς προειρημένους πεποιηκέναι, καὶ ἄλλους τινὰς βεβιωκότας, οὐ πάνυ τι θαυμαστόν. ἐπὰν δὲ ὡς εἶναί φησιν ἰδιωτικοὺς λόγους ὁ Κέλσος, κατανοήσωμεν, ὥσπερεὶ καὶ ἐπῳδὰς, δυνάμεως πεπληρωμένας, καὶ τοὺς λόγους θεωρῶμεν, ἀθρόως περιτρέψαντας πλήθη ἐπὶ τὸν ἐξ ἀκολάστων εἰς τὸν εὐσταθέστατον βίον, καὶ τὸν ἐξ ἀδίκων εἰς τὸν χρηστότερον, καὶ τὸν ἐκ δειλῶν ἢ ἀνάνδρων εἰς τὸν ἐπὶ τοσοῦτον εὔτονον, ὡς καὶ θανάτου διὰ τὴν φανεῖσαν ἐν αὐτοῖς εὐσέβειαν καταφρονεῖν· πῶς οὐ δικαίως θαυμάσομεν τὴν ἐν αὐτῷ δύναμιν; ὁ γὰρ λόγος τῶν ταῦτα τὴν ἀρχὴν πρεσβευσάντων, καὶ καμόντων, ἵνα συστήσωσι ἐκκλησίας Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ τὸ κήρυγμα αὐτῶν ἐν πειθοῖ μὲν γέγονεν, οὐ τοιαύτῃ δὲ, ὁποία ἐστὶ πειθὼ ἐν τοῖς σοφίαν Πλάτωνος ἐπαγγελλομένοις, ἤ τινος τῶν φιλοσοφησάντων ὄντων ἀνθρώπων, καὶ οὐδὲν ἄλλο ἢ πλέον ἀνθρωπίνης φύσεως ἐχόντων· ἡ δ᾽ ἀπόδειξις ἐν τοῖς Ἰησοῦ ἀποστόλοις θεόθεν δοθεῖσα, πιστικὴ ἀπὸ πνεύματος καὶ δυνάμεως. διόπερ τάχιστα καὶ ὀξύτατα ἔδραμεν ὁ λόγος αὐτῶν· μᾶλλον δὲ ὁ τοῦ Θεοῦ, δι᾽ αὐτῶν μεταβάλλων πολλοὺς τῶν ἁμαρτάνειν πεφυκότων καὶ εἰθισμένων. οὓς οὐδὲ κολάζων ἂν * τις ἀνθρώπων μετέβαλεν, ὁ δὲ λόγος μετεποίησε, μορφώσας καὶ τυπώσας αὐτοὺς κατὰ τὸ * αὐτοῦ βούλημα. καὶ ὁ μὲν Κέλσος φησὶ, τὰ ἀκόλουθα ἑαυτῷ ἐπιφέρων, “ ὅτι φύσιν ἀμεῖψαι τελέως,

Laert. in Phædone vita.

* παραδέξηται.

Laert. in vita Polemonis & Val. Max. l. 6. c. 11.

Nihil mirum si philosophica ratio hoc fecerit: at indoctorum prædicatorum ſermo ... divinum prodit

* ἄνθρωπος.

* αὐτῷ.

pœnis quidem queas corrigere. Sed hoc quoq; falſum oſtenditur ex his quæ de quibuſdam philoſophis ſunt memoriæ tradita. Quis enim non narret inter perditiſſimos eum, qui utcunque adactus à ſuo domino ſuſtineat proſtare, & illudendum ſe præbere libidini prætereuntium? quod de Phædone proditur. Quis cum tibicina & luxu perditiſſimis comeſſationum ſociis irrumpentem in ſingulari honeſtate verendam ſcholam Xenocratis, ut obſtreperet viro graviſſimo, quem familiares ejus admirati ſunt, non diceret omnium bipedum nequiſſimum? attamen tantum valuit orationis vis, ut mutatis in melius moribus adeò profecerint, ut alterum Plato honoris gratiâ faciat narrantem Socraticas rationes de immortalitate animæ, ejúſque perpetuam conſtantiam in carcere, contemptâ cicutâ, magna cum tranquillitate diſſerentis tam multa præclara & eximia, quorum majeſtatem vix poſſunt aſſequi etiam attentiſſimi, & nullis diſtracti perturbationibus. Polemo verò, è luxurioſo factus temperantiſſimus, Xenocratis laudatiſſimi philoſophi ſucceſſor ſcholæ præfuerit. Non eſt igitur verum, quod Celſus affirmat, innata & conſuetudine adulta vitia nè pœnis quidem corrigi. Nec mirum, compoſitâ & ornatâ philoſophorum facundiâ motos mutâſſe vitam quos jam diximus: cùm verò conſideramus ſermones, ut Celſo videtur, idioticos haud ſecus quàm incantationes plenos efficiâ, & agminatim retrahentes multitudinem à luxu ad honeſtatem, ad æquitatem ab injuſtitia, à timiditate ad tantam conſtantiam, ut amore pietatis etiam mortem nihili faciant, annon meritò demirabimur tantam potentiam? Namque doctrina eorum, qui primi laboraverunt in conſtituendis Eccleſiis, ipſáque prædicatio habuit quidem ſuadelam, at non qualem profeſſores ſapientiæ Platonicæ, aut alterius hominis nihil ſupra humanam naturam habentis; ſed fuit Apoſtolorum Jeſu perſuaſio data divinitùs per fidem inſpiratam efficax: quapropter celerrimè cucurrit eorum prædicatio, vel Dei potiùs ipſorum miniſterio, transformans multos naturâ peccatores & aſſuetudine, quos nemo hominum mutâſſet pœnis quantiſlibet, at verbum Dei recudit eos formatos juxta voluntatem ſuam. Et Celſus quidem à ſua ſententia non diſcedens concludit, naturam omnino mutare eſſe

perdifficile:

perdifficile: nos verò (qui ſcimus unam eſſe naturam omnis rationalis animæ, nec ullam malam creatam à conditore omnium, ſed pleróſque, cùm educatione ipsâ, tum aliorum commercio, tum his quæ audiendo perceperint, depravatos ità, ut malitiam in naturam verſam habere videantur) credimus eam poſſe divino verbo mutari, & quidem ſatis facilè. Modò quis aſſentiat, oportere unumquemque ſe Deo committere, & omnia ſic agere, ut ei placendi propoſitum habeat, apud quem non eſt

In eodem honore tum ignavus tum fortis:
Nec occumbit æquè & otioſus vir, & qui multa fecit.

Quòd ſi quibus videtur admodum difficilis hujuſmodi mutatio, in cauſa dicemus eſſe voluntatem ipſorum ad aſſentiendum difficilem, ut quam pigeat credere Deum, univerſorum Dominum, judicem eſſe omnium quæ in hac vita aguntur. Maximum enim momentum eſt in voluntate, in quantumvìs arduo negotio, atque etiam impoſſibili, ut loquar hyperbolicè, præſertim ſi accedat exercitatio. Incedere per extenſum funem ſublimem in medio theatro, non ſine gravibus geſtaminibus poteſt qui uſu ſtudióque improbo hanc facultatem ſibi paravit: & virtutis ſtudium erit irritum, aut impoſſibile videri debet homini utcunque depravato ingenio? Vide qui hæc dicis nè creatorem rationalis animalis incuſes magìs quàm creaturam: niſi fortè ad efficienda iſta operoſa quidem, ſed nulli utilia, vim naturæ humanæ indidit, & negavit quantum ſatis ſit ad quærendam beatitudinem. Verùm hæc ſufficiant ad illam propoſitionem, *naturam omnino mutare perdifficile fuerit:* cui mox ſubnectit alteram; *Qui nihil peccant, melioris vitæ ſunt participes:* parùm explicans de quibuſnam loquatur. Nam ut ab initio non peccent eſt impoſſibile: qui autem poſt reſipiſcentiam nihil peccant, rarò inveniuntur, ex auditu verbi Dei tales redditi, non quòd tales fuerint priuſquàm ad illud accederent. Niſi enim adſit doctrina, eáque perfecta, impoſſibile eſt hominem ſine peccato eſſe. Deinde ſibi ipſe objicit, quaſi apud nos vulgò jactatum, *Deus omnia poterit:* nè id quidem dictum intelligens, aut quænam ſint illa omnia & quomodo poſſit; de quibus rebus non eſt neceſſe nunc diſſerere, quandoquidem nec ipſe hoc loco conſtitit, quamvìs id probabiliter facere poterat: fortaſſe negligens quod in ipſum retorqueri poterat; aut ſi non negligens, videns tamen quid poſſet è diverſo ob-

"παγχάλεπον. ἡμεῖς δὲ (μίαν φύσιν ἐπιστάμενοι πάσης λογικῆς ψυχῆς, καὶ μηδεμίαν φάσκοντες πονηρὰν ὑπὸ τοῦ κτίσαντος τὰ ὅλα δεδημιουργῆσθαι, γεγονέναι πολλοὺς κακοὺς παρὰ τὰς ἀνατροφὰς, καὶ τὰς διαστροφὰς, καὶ τὰς περιηχήσεις, ὥστε καὶ φυσιωθῆναι ἔν τισι τὴν κακίαν) πειθόμεθα, ὅτι τῷ θείῳ λόγῳ ἀμεῖψαι κακίαν φυσιωθεῖσαν ἐστὶν οὐ μόνον οὐκ ἀδύνατον, ἀλλὰ καὶ οὐ πάνυ χαλεπόν· ἐὰν μόνον παραδέξηταί τις, ὅτι πιστεύειν δεῖ ἑαυτὸν τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ, καὶ πάντα πράττειν κατ' ἀναφορὰν * τὴν ἀρέσκειν ἐκείνῳ. παρ' ᾧ οὐκ ἔστιν — De natura mutanda — * τὸ.

Ἐν δ' ἰῇ τιμῇ ἡμὲν κακὸς, ἠδὲ καὶ ἐσθλός. οὐδὲ — Iliad. i. v. 319.
Κάτθαν' ὁμῶς ὅ, τ' ἀεργὸς ἀνὴρ, ὅ, τε — 320.
πολλὰ ἐοργώς.

εἰ δὲ καί τισι πάνυ χαλεπόν ἐστι τὸ μεταβάλλειν· τὴν αἰτίαν λεκτέον εἶναι περὶ τὴν συγκατάθεσιν αὐτῶν, ὀκνοῦσαν παραδέξασθαι, τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν εἶναι ἑκάστῳ δίκαιον κριτὴν περὶ πάντων τῶν ἐν τῷ βίῳ πεπραγμένων. μέγα γὰρ δύναται καὶ πρὸς τὰ δοκοῦντα εἶναι χαλεπώτατα, καὶ (ἵνα καθ' ὑπερβολὴν ὀνομάσω) ἐγγὺς τοῦ ἀδύνατα, προαίρεσις καὶ ἄσκησις. * ἢ βουληθεῖσα ἀνθρωπίνη φύσις ἐπὶ κάλω βαίνειν, τεταμένου διὰ μέσου τοῦ θεάτρου ἐν μετεώρῳ, καὶ μετὰ τοῦ φέρειν τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα βάρη δεδύνηται τῇ ἀσκήσει καὶ τῇ προσοχῇ τὸ τοιοῦτο ποιῆσαι· βουληθεῖσα δὲ κατ' ἀρετὴν βιῶσαι, ἀδυνάτως ἔχει, κἂν ᾖ πρότερον φαυλοτάτη γεγενημένη; Ἀλλ' ὅρα μή ποτε ὁ τὰ τοιαῦτα λέγων, τῷ δημιουργῷ τοῦ λογικοῦ ζώου φύσει ἐγκαλεῖ μᾶλλον, ἢ τῷ γεγενημένῳ· εἰ πρὸς μὲν τὰ οὕτω χαλεπὰ, οὐδαμῶς ὄντα χρήσιμα, πεποίηκε δυνατὴν τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν, ἀδύνατον δὲ πρὸς τὴν ἰδίαν μακαριότητα. Ἀλλὰ γὰρ ἀρκεῖ καὶ ταῦτα πρὸς τὸ, "φύσιν γὰρ ἀμεῖψαι "τελέως παγχάλεπον. Ἑξῆς δέ φησιν, "ὅτι οἱ "ἀναμάρτητοι βελτίους κοινωνοὶ βίου. μὴ σαφηνίσας, τίνας φησὶ τοὺς ἀναμαρτήτους, πότερον τοὺς ἀρχῆθεν, ἢ τοὺς ἐκ μεταβολῆς· οἱ μὲν οὖν ἀρχῆθεν, ἀδύνατοι· οἱ δ' ἐκ μεταβολῆς, σπανίως εἰσὶν εὑρισκόμενοι, οἵτινες ἐκ τοῦ προσεληλυθέναι λόγῳ σώζοντι, τοιοῦτοι γίγνονται. οὐχὶ δὲ τοιοῦτοι ὄντες τῷ λόγῳ προσέρχονται. χωρὶς γὰρ λόγου, καὶ ταῦτα τελείου, ἀμήχανον ἀναμάρτητον γενέσθαι ἄνθρωπον. Εἶτ' ἀνθυποφέρει ὡσπερεὶ λεγόμενον ὑφ' ἡμῶν τὸ, "δυνήσεται πάντα ὁ Θεός. οὐδὲ τοῦθ' ὁρῶν πῶς λέλεκται, καὶ τίνα πάντα ἐν τούτῳ παραλαμβάνεται, καὶ πῶς δύναται. περὶ ὧν οὐκ ἀναγκαῖον νῦν λέγειν· οὐδὲ γὰρ αὐτὸς, καί τοι δυνάμενος πρὸς αὐτὸ εἰπεῖν πιθανῶς, ἔστη. τάχα μηδὲ παρακολουθῶν τῇ λεχθησομένῃ ἂν κατὰ τοῦ τοιούτου πιθανότητι· ἢ παρακολουθῶν μὲν, θεωρῶν δὲ καὶ τὰ

* ἢ βουληθ. ἀ. φ. ἐπὶ κάλω.

de immunitate a peccato

de Dei potentia omnia facien di.

πρὸς τὸ λεγόμενον ἀπάντησιν. δύναται δὲ καθ' ἡμᾶς πάντα ὁ Θεὸς, ἅπερ δυνάμενος, τοῦ Θεὸς εἶναι, καὶ τοῦ ἀγαθὸς εἶναι, καὶ σοφὸς εἶναι οὐκ ἐξίσταται. ὁ δὲ Κέλσος φησὶν (ὡς μὴ νοήσας πῶς λέγεται ὁ Θεὸς πάντα δύνασθαι) "ὅτι οὐκ ἐθελήσει οὐδὲν ἄδικον, διδοὺς ὅτι δύναται μὲν καὶ τὸ ἄδικον, οὐ θέλει δέ. ἡμεῖς δέ φαμεν, ὅτι ὥσπερ οὐ δύναται τὸ πεφυκὸς γλυκαίνειν τῷ γλυκὺ τυγχάνειν πικράζειν, παρὰ τὴν αὐτοῦ μόνην αἰτίαν· οὐδὲ τὸ πεφυκὸς φωτίζειν τῷ εἶναι φῶς σκοτίζειν· οὕτως οὐδὲ ὁ Θεὸς δύναται ἀδικεῖν, ἐναντίον γάρ ἐστιν αὐτοῦ τῇ θειότητι καὶ τῇ κατ' αὐτὴν πάσῃ δυνάμει ἡ τοῦ ἀδικεῖν δύναμις· εἰ δ' εἴ τι τῶν ὄντων δύναται ἀδικεῖν τῷ καὶ πρὸς τὸ ἀδικεῖν πεφυκέναι, δύναται ἀδικεῖν οὐκ ἔχον ἐν τῇ φύσει τὸ μηδαμῶς δύνασθαι ἀδικεῖν. Μετὰ ταῦτα * δι' ἑαυτοῦ λαμβάνει τὸ μὴ διδόμενον ὑπὸ τῶν * λογικώτερον πιστευόντων, τάχα ὑπό τινων ἀνοήτων νομιζόμενον, "ὡς ἄρα ὁμοίως τοῖς οἴκτῳ δουλοῦσι δουλεύσας, οἴκτῳ τῶν * οἰκτιζομένων ὁ Θεὸς τοὺς κακοὺς κουφίζει· καὶ μηδὲν τοιοῦτο δρῶντας τοὺς ἀγαθοὺς ἀπορρίπτει. ὅπερ ἐστὶν ἀδικώτατον· καθ' ἡμᾶς γὰρ ἔτι οὐδένα μὴ περιτετραμμένον ἐπ' ἀρετὴν κακὸν κουφίζει ὁ Θεὸς, καὶ οὐδένα ἤδη ἀγαθὸν ἀπορρίπτει· ἀλλὰ καὶ οὐδένα οἰκτιζόμενον παρὰ τὸ οἰκτίζεσθαι κουφίζει οὐ ἐλεεῖ, ἵνα κοινότερον τῷ ἐλέει χρήσωμαι· ἀλλὰ τοὺς σφόδρα ἑαυτῶν ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις καταγνωκότας, ὡς ἐπὶ τούτῳ οἱονεὶ πενθεῖν, καὶ θρηνεῖν ἑαυτοὺς ὡς ἀπολωλότας, ὅσον ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις, καὶ ἀξιόλογον ἐπιδεικνυμένους μεταβολὴν, προσίεται τῆς μετανοίας χάριν ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς ἐκ μεταβολῆς κακίστου βίου. ἀμνηστίαν γὰρ τοῖς τοιούτοις δίδωσιν ἀρετὴ, ἐπιδημοῦσα αὐτῶν ταῖς ψυχαῖς, καὶ ἐκβεβληκυῖα τὴν προκαταλαβοῦσαν κακίαν. εἰ δὲ καὶ μὴ ἀρετὴ, ἀξιόλογος δὲ προκοπὴ ἐγγένοιτο τῇ ψυχῇ ἱκανὴ καὶ αὐτὴ, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τοῦ πῶς εἶναι προκοπῆς, ἐκβαλεῖν καὶ ἐξαφανίσαι τὴν τῆς κακίας χύσιν, ὥστ' αὐτὴν ἐγγὺς τοῦ μηκέτι * τυγχάνειν ἐν τῇ ψυχῇ. Εἶτα, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ διδάσκοντος τὸν ἡμέτερον λόγον, τοιαῦτά φησιν· "Οἱ σοφοὶ γὰρ ἀποστρέφονται τὰ ὑφ' ὑμῶν λεγόμενα, ὑπὸ τῆς σοφίας πλανώμενοι καὶ παραποδιζόμενοι. φήσομεν οὖν καὶ πρὸς τοῦτο, ὅτι εἴπερ ἡ σοφία ἐπιστήμη θείων ἐστὶ καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων, καὶ τῶν τούτων αἰτίων· ἢ, ὡς ὁ θεῖος λόγος ὁρίζεται, ἀτμὶς τῆς τοῦ * θείου δυνάμεως, καὶ ἀπόρροια τῆς τοῦ παντοκράτορος δόξης εἰλικρινὴς, καὶ ἀπαύγασμα φωτὸς ἀϊδίου, καὶ ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον τῆς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας, καὶ εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ· οὐκ ἄν τις ὢν σοφὸς ἀποστρέφοιτο τὰ ὑπὸ Χριστιανοῦ ἐπιστήμονος τοῦ Χριστιανισμοῦ λεγόμενα, οὐ-

* δ' αὐτῷ.
* λογικωτέρων.
* νομιζομένων.
de Dei miſericordia.
* τυχεῖν.
* Θεῦ.
ſapientia finis

jici. Poteſt ſanè Deus juxta noſtram opinionem omnia, per quorum omnipotentiam à Deitate ſua, bonitatéque ac ſapientiâ non excidit: at Celſus (velut non intelligens quomodo dicatur Deus poſſe omnia) negat *eum velle quicquam quod ſit injuſtum*, concedens quòd Deus poſſit etiam injuſta, nolit tamen. Nos dicimus, ſicut quod nativam ſuam dulcedinem indit rebus etiam aliis nullam poteſt amaram reddere, quia hoc contra naturam ſuam faceret: neque quod natum eſt ad illuſtrandas poteſt eas obſcurare; ità nec Deus poteſt injuſtè facere: & quæcunque creatura poteſt aliquid injuſtè facere, poteſt id naturaliter, quia facere injuſtè non eſt naturæ ſuæ contrarium. Poſthæc ſumit ſibi quod nunquam concederet Chriſtianus ſapientior; fortaſſe ſimplicibus quibuſdam temere creditum, quòd *quemadmodum quidam miſericordiâ vincuntur, ità Deus miſericordiâ coactus malos ſublevet, bonos verò, ceterùm hoc affectu carentes, ob hoc ipſum aſpernetur*: quod eſſet iniquiſſimum; nos enim credimus, neminem malum niſi ad virtutem converſum ſublevari à Deo; ſicut neminem, qui jam bonus ſit, rejici: nec propter miſerationem, aut miſericordiam, ut vulgus loquitur, quenquam ſublevat; ſed qui peccata ſua damnant toto pectore, ſeque ipſos deflent ac lugent tanquam ob malefacta meritò perditos, ac mox mutationem præ ſe ferunt quæ reſipiſcentes deceat, eis demum propter mutatam in melius mentem condonat errata præterita: eam præteritorum oblivionem impetrante virtute, quæ in locum profligatorum ex anima vitiorum ſucceſſit. Quòd ſi non virtus, inſignis tamen profectus animo innaſcatur, vel ſatis is ſuerit pro ejus proportione ad ejiciendum abundantiorem quamcunque malignitatem; ità ut propemodum non ultrà ſit animam invaſura. Deinde quaſi ex perſona noſtri doctoris dicit; *Sapientes enim averſantur noſtram doctrinam, ſeducti in errorem & impediti ſuâ ſapientiâ.* Et ad hoc igitur reſpondendum; ſi ſapientia eſt divinarum humanarúmque rerum ſcientia, earúmque cauſarum, aut, ut ſacra Scriptura definit, divinæ potentiæ vapor, emanatio ſincera omnipotentis gloriæ, & ſplendor ſempiterni luminis, ſpeculum virtutis Dei puriſſimum, bonitatiſque ejus imago expreſſa: nemo ſapiens averſari poterit Chriſtianum de religione ſua peritè diſſerentem, neque

ſapientiâ

ſapientiâ ejus decipi vel impediri. Vera ſapientia non ſolet fallere, ſed rudis imperitia; neque eſt in rebus firmum quicquam præter veritatem & ſcientiam, quæ ex ſapientia percipiuntur. Quòd ſi, extra hanc ſapientiæ definitionem, ſapientem vocas dogmata qualiacunque aſtruentem ſuis argutationibus: fatebimur quòd talis tuus ſapiens averſatur verbum Dei, deceptus ſuis argutationibus & veriſimilitudinibus, eiſq; impedietur plurimùm: quoniam autem juxta noſtram opinionem ſcientia malitiæ non eſt ſapientia, & malitiæ ſcientia (ſi ſic eam vocare licet) eſt in falſis dogmatiſtis deceptis ſuis ſophiſmatibus, ideò citiùs ignorantiam appellarem, quàm ſapientiam, qualis qualis eſt in hujuſmodi hominibus. Poſthæc rurſum malè loquitur Chriſtiano doctori, dicens *cum ridicula narrare*: nec tamen apertè oſtendit, quænam ſint illa ridicula? & inter vituperandum negat ulli prudenti perſuaderi noſtram doctrinam, deterrito ipſâ turbâ ad eam confluentium: quod quidem perinde eſt, ac ſi quis dicat propter multitudinem plebeiorum juxta leges viventium, neminem prudentem obediturum Soloni, verbi gratiâ, aut Lycurgo, aut Zaleuco, aut alicui è legumlatoribus ceteris; præſertim ſi de ea prudentia loquatur quæ virtus eſt. Quemadmodum enim legumlatores cives ſuos in ipſorum utilitatem aſtrinxerunt legibus: ità Deus, per Jeſum leges ferens humano generi, etiam imprudentes ad meliora ducit, ſicut tales duci convenit. Quapropter, ut jam ſuprà diximus, Deus apud Moſem ſic loquitur, *Ipſi me ad zelotypiam commoverunt in non diis, irritaverunt me in ſimulacris ſuis. Ego quoq; zelotypiam eis movebo in non gente, in gente inſipiente irritabo eos*. Paulus quoque id ſciens, *Stulta*, inquit, *hujus mundi elegit, ut ſapientes pudefaciat*: ſapientes more vulgari vocans omnes qui videntur in diſciplinis profeciſſe, lapſos tamen in impium cultum plurium numinum: quis cùm ſe crederent ſapientes, ſtulti facti ſunt, mutaveruntq; gloriam immortalis Dei, per imaginem non ſolùm ad mortalis hominis ſimilitudinem effictam, verùm etiam volatilium & quadrupedum & reptilium. Pergit inſectari doctorem noſtrum *ut quærentem fatuos*: quem libenter rogarem, quos dicis fatuos? nam ſi exactè examines, omnis malus fatuus eſt. Igitur ſi fatuorum nomine malos intelligis, tu ipſe dum homines adducis ad philoſophiam, utrùm malos quæris an probos? atqui probos non potes quærere; jampridem enim philoſophantur: ma-

δὲ πλανηθείη ἄν, ἢ παραποδίζοιτο ὑπ' αὐτῆς.
ἡ γὰρ ἀληθὴς σοφία οὐ πλανᾷ, ἀλλ' ἡ ἀμαθία·
καὶ μόνον τῶν ὄντων βέβαιον ἐπιστήμη καὶ ἡ ἀλή-
θεια, ἅπερ ἐκ σοφίας παραγίνεται. ἐὰν δὲ, πα-
ρὰ τὸν τῆς σοφίας ὅρον, τὸν ὁποτεροῦν δογματί-
ζοντα μετά τινων σοφισμάτων λέγῃς σοφόν· φή-
σομεν ὅτι ἀληθῶς ὁ κατὰ τὴν ὑπὸ σοῦ λεγομέ-
νην σοφίαν ποιὸς ἀποτρέπεται τοὺς λόγους τοῦ
Θεοῦ, πλανώμενος ὑπὸ τῶν πιθανοτήτων καὶ σο-
φισμάτων, καὶ παραποδιζόμενος ὑπ' αὐτῶν. καὶ
ἐπεὶ κατὰ τὸν ἡμέτερον λόγον οὐκ ἔστι σοφία πο-
νηρίας ἐπιστήμη, πονηρίας δὲ (ἵν' οὕτως ὀνομάσω)
ἐπιστήμη ἐστὶν ἐν τοῖς ψευδοδοξοῦσι καὶ ὑπὸ * σο- * σοφισμάτων.
φισματίων ἠπατημένοις· διὰ τοῦτο ἀμαθίαν εἴ-
ποιμι μᾶλλον, ἢ σοφίαν ἐν τοῖς τοιούτοις. μετὰ
ταῦτα πάλιν λοιδορεῖται τῷ πρεσβεύοντι Χρι-
στιανισμόν· καὶ ἀποφαίνεται μὲν περὶ αὐτοῦ ὡς
καταγέλαστα διεξιόντος, οὐκ ἀποδείκνυσι δὲ, οὐδὲ
ἐναργῶς παρίστησιν ἅ φησιν εἶναι καταγέλαστα. καὶ
λοιδορούμενος, « οὐδένα φρόνιμόν φησι πεισθῆ-
« ναι τῷ λόγῳ, διωσάμενος ὑπὸ τοῦ πλή-
« θους τῶν προσερχομένων αὐτῷ. ὅμοιον δὲ * ποιεῖ * καὶ ἐν τούτῳ ποιεῖ.
καὶ ἐν τούτῳ φάσκοντι διὰ τὸ πλῆθος τῶν κατὰ
τοὺς νόμους ἀγομένων ἰδιωτῶν, ὅτι φρόνιμος οὐ-
δεὶς, φέρ' εἰπεῖν, Σόλωνι, ἢ Λυκούργῳ πείθε-
ται, ἢ Ζαλεύκῳ, ἢ τινι τῶν λοιπῶν· καὶ μάλιστα
ἐὰν φρόνιμον λαμβάνῃ τὸν κατ' ἀρετὴν ποιόν.
ὡς γὰρ ἐπὶ τούτων, κατὰ τὸ φανὲν αὐτοῖς χρήσι-
μον, οἱ νομοθέται πεποιήκασι τὸ τοιαύτῃ ἀγω-
γῇ αὐτοὺς περιβαλεῖν καὶ νόμοις· οὕτω νομοθε-
τῶν ἐν τῷ Ἰησοῦ ὁ Θεὸς τοῖς πανταχοῦ ἀνθρώ- Deus per J[esu]m allicere vult
ποις, καὶ τοὺς μὴ φρονίμους ἄγει, ὡς οἷόν τέ ἐστιν omnes, etiam parum prudentes
ἄγεσθαι τοὺς τοιούτους ἐπὶ τὸ βέλτιον. ὅπερ, ὡς καὶ
ἐν τοῖς ἀνωτέρω εἰρήκαμεν, ἐπιστάμενος ὁ ἐν
Μωσεῖ Θεὸς, λέγει τό, Αὐτοὶ παρεζήλωσάν Deut. 32. 21.
με ἐπ' οὐ Θεῷ, παρώργισάν με ἐν τοῖς εἰδώλοις
αὐτῶν· κἀγὼ παραζηλώσω αὐτοὺς ἐπ' οὐκ ἔθνει,
ἐπ' ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ αὐτούς. εἰδὼς δὲ
καὶ ὁ Παῦλος εἶπε, Τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξε- 1 Cor. 1. 27.
λέξατο, ἵνα καταισχύνῃ τοὺς σοφούς. σοφοὺς κοι-
νότερον λέγων πάντας τοὺς δοκοῦντας προβεβη-
κέναι μὲν ἐν μαθήμασιν, ἀποπεπτωκότας δὲ
εἰς τὴν ἄθεον πολυθεότητα. ἐπεὶ φάσκοντες Rom. 1. 22.
εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν· καὶ * ἤλλαξαν τὴν δό- * ἠλλάξαντο.
ξαν τοῦ Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀν-
θρώπου, καὶ πετεινῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρ-
πετῶν. « Ἐγκαλεῖ δὲ τῷ διδάσκοντι, καὶ ὡς ἀνο-
« ήτους ζητοῦντι. πρὸς ὃν εἴποιμεν ἄν, τίνας λέ-
γεις τοὺς ἀνοήτους; κατὰ γὰρ τὸ ἀκριβὲς, πᾶς φαῦ-
λος ἀνόητός ἐστιν. εἰ τοίνυν λέγεις ἀνοήτους
τοὺς φαύλους· ἆρά σὺ προσάγων ἀνθρώπους φι-
λοσοφίᾳ, φαύλους ζητεῖς προσάγειν, ἢ ἀστείους;
ἀλλ' οὐχ οἷόν τε ἀστείους, ἤδη γὰρ πεφιλοσοφήκασι.

φαύλους ἄρα· εἰ δὲ φαύλους, ἀνοήτους. καὶ ζητεῖς πολλοὺς προσάγειν τοιούτους φιλοσοφίᾳ· καὶ σὺ ἄρα τοὺς ἀνοήτους ζητεῖς. Ἐγὼ δὲ κἂν τοὺς οὕτω λεγομένους ἀνοήτους ζητῶ, ὅμοιον ποιῶ, ὡς εἰ καὶ φιλάνθρωπος ἰατρὸς ἐζήτει τοὺς κάμνοντας, ἵν' αὐτοῖς προσαγάγῃ τὰ βοηθήματα, καὶ ῥώσῃ αὐτούς. εἰ δ' ἀνοήτους λέγεις τοὺς [μὴ] ἐντρεχεῖς, ἀλλὰ τερατωδεστέρους τῶν ἀνθρώπων· ἀποκρινοῦμαί σοι, ὅτι καὶ τούτους μὲν κατὰ τὸ δυνατὸν βελτιοῦν πειρῶμαι, οὐ μὴν ἐκ τούτων βούλομαι συστῆναι τὸ Χριστιανῶν ἄθροισμα. ζητῶ γὰρ μᾶλλον τοὺς ἐντρεχεστέρους καὶ ὀξυτέρους, ὡς δυναμένους παρακολουθῆσαι τῇ σαφηνείᾳ τῶν αἰνιγμάτων, καὶ τῶν μετ' ἐπικρύψεως εἰρημένων ἐν νόμῳ καὶ προφήταις καὶ εὐαγγελίοις, ὧν ὡς οὐδὲν ἀξιόλογον περιεχόντων καταπεφρόνηκας, οὐ βασανίσας τὸν ἐν αὐτοῖς νοῦν, μηδ' εἰσελθεῖν πειραθεὶς εἰς τὸ βούλημα τῶν γραψάντων. Ἐπεὶ δὲ καὶ μετὰ ταῦτα "παραπλήσιόν φησι ποιεῖν τὸν τοῦ Χριστιανισμοῦ διδάσκοντα τῷ ὑπισχνουμένῳ μὲν ὑγιῆ ποιεῖν τὰ σώματα, ἀποτρέποντι δὲ τοῦ προσέχειν τοῖς ἐπιστήμοσιν ἰατροῖς, τῷ ἐλεγχθῆναι ὑπ' αὐτῶν τὴν ἰδιωτείαν αὐτοῦ. καὶ πρὸς ταῦτα ἐροῦμεν, τίνας φὴς ἰατροὺς, ἀφ' ὧν ἀποτρέπομεν τοὺς ἰδιώτας; οὐ γὰρ δὴ ὑπολαμβάνεις τοῖς φιλοσοφοῦσι προσάγειν ἡμᾶς τὴν εἰς τὸν λόγον προτροπὴν, ἵν' ἐκείνους νομίσῃς εἶναι ἰατροὺς, ἀφ' ὧν ἀποτρέπομεν, οὓς ἐπὶ τὸν θεῖον καλοῦμεν λόγον. ἤτοι οὖν οὐκ ἀποκρινεῖται μὴ * ἔχων δεῖξαι τοὺς ἰατρούς· ἢ ἀνάγκη αὐτὸν καταφεύγειν ἐπὶ τοὺς ἰδιώτας, οἳ καὶ αὐτοὶ προσηχοῦσιν ἀνδραποδωδῶς τὰ περὶ πολλῶν Θεῶν, καὶ ὅσα ἄλλα λέγοιεν ἂν ἰδιῶται. ἑκατέρως οὖν ἐλεγχθήσεται μάτην παραλαβὼν ἐν τῇ λέξει τὸν ἀποτρέποντα τῶν ἐπιστημόνων * ἰατρῶν. ἵνα δὲ καὶ ἀπὸ τῆς Ἐπικούρου φιλοσοφίας, καὶ τῶν κατ' Ἐπίκουρον νομιζομένων Ἐπικουρείοις ἰατρῶν ἀποτρέπωμεν τοὺς ἐν ἐκείνοις ἀπατωμένους, πῶς οὐ εὐλογώτατα ποιήσωμεν, ἀφιστάντες νόσου χαλεπῆς, ἣν ἐνεποίησαν οἱ Κέλσου ἰατροὶ τῆς κατὰ τὴν ἀναίρεσιν τῆς προνοίας καὶ εἰσαγωγὴν τῆς ἡδονῆς ὡς ἀγαθοῦ. ἀλλ' ἔστω, ἰατρῶν ἡμᾶς ἄλλων φιλοσόφων ἀφιστάνειν τούτους, οὓς προτρέπομεν ἐπὶ τὸν ἡμετέρον λόγον, τῶν ἀπὸ τοῦ Περιπάτου, ἀναιρούντων τὴν πρὸς ἡμᾶς πρόνοιαν, καὶ τὴν σχέσιν πρὸς ἀνθρώπους τοῦ θείου· πῶς οὐχὶ εὐσεβεῖς μὲν ἡμεῖς καταστήσομεν, καὶ θεραπεύσομεν τοὺς προτετραυματισμένους, πείθοντες αὐτοὺς ἀνακεῖσθαι τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ; μεγάλων δὲ τραυμάτων, τῶν ἀπὸ λόγων νομιζομένων φιλοσόφων, ἀπαλλάσσομεν τοὺς πειθομένους ἡμῖν. ἀλλὰ καὶ ἄλλως δεδόσθω ἡμᾶς ἀποτρέπειν ἀπὸ ἰατρῶν Στωϊκῶν, Θεὸν φθαρτὸν εἰσαγόντων, καὶ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ λεγόντων σῶμα τρεπτὸν δι' ὅλων καὶ ἀλλοιωτὸν καὶ μεταβλητὸν, καί ποτε πάντα φθειρόντων καὶ

los ergò; quòd ſi malos, fatuos. Et tales multos cupis adducere ad philoſophiam: Ergò tu quoq; fatuos quæris. Ego verò etiamſi tales fatuos quærerem, ſimilis eſſem medico præ humanitate quærenti ægrotos, quos adhibitis remediis bonæ valetudini reſtituat. Sin fatuos vocas non acutos illos, ſed ſtupidiſſimos quoſq;: reſpondebo etiam, tales me libenter meliores redditurum, quantum poteſt fieri, nolle tamen ut ex talibus conſtet populus Chriſtiani nominis: malim enim acriore ingenio præditos; qui poſſint aſſequi interpretationem ænigmatum, eorúmq; quæ tectiùs dicta ſunt in lege, Prophetis & Evangeliis: quæ ut frivola contemnuntur à te non penitus introſpiciente ſenſum eorum nec mentem ſcriptorum examinante. Quoniam autem mox *Chriſtianum doctorem facit ſimilem medico, qui pollicens ſanitatem corporum interminatur ægrotis nè doctos medicos audiant, quò minùs deprehendatur ipſius imperitia:* hic quoq; interrogabimus, quos medicos narras à quibus idiotas avocamus? non enim putas philoſophiæ ſectatores à nobis captari, ut per medicos ſignifices philoſophos, & ab his diſcipulos revocari ad divini verbi auditorium: aut igitur non reſpondebit, non valens oſtendere iſtos medicos; aut ſoli ſuperſunt idiotæ, obtundentes imperitos iſtâ vili doctrinâ de deorum multitudine, & quicquid aliud ab idiotis expectandum eſt. Utrumvis tamen fecerit, arguetur hoc loco temere injeciſſe mentionem de abſterrentibus à doctis medicis. Certè dum ab Epicuro Epicureiſque medicis abducimus homines nè errent, rectiſſimè facimus, liberantes eos à morbo graviſſimo contracto ex mala curatione medicorum Celſi, tollentium providentiam, & voluptatem pro ſummo bono extollentium. Sed ſit ità, eos, qui ad noſtram doctrinam invitantur, abduci per nos ab audiendis aliis philoſophis, putà Peripateticis tollentibus providentiam, & res humanas à Deo reſpici negantibus: annon piè facimus præparando & curando noſtræ doctrinæ candidatos, dum illis perſuademus, ut ſe committant Deo univerſorum Domino, atque ità ſanando ipſorum magna vulnera, inflicta per iſtos, qui ſe philoſophos nominant. Eſto, abducamus etiam ab aliis medicis Stoicis, Deum corruptibilem introducentibus, & ſubſtantiam ejus dicentibus eſſe corpus verſibile in omnia & alterabile ac mutabile, résque omnes aliquando interituras aſſirmantibus, excepto

stiani non ex melioribus sed ex pravis doctoribus ad Deum & Christum optimos doctores revocant

* ἔχειν.

* ἰατρόν.

excepto ſolo Deo: annon ſic quoque diſcipulos dociles ab erroribus peſſimis liberatos adducemus ad pietatem, quâ ſe totos creatori dedicent, admirentúrque parentem Chriſtianæ doctrinæ clementiſſimum, qui animæ diſciplinas per totum humanum genus ſpargi curaverit? Quin & illis medicam opem afferendo, qui tranſmigrationis animarum in varia nunc rationalium, nunc brutorum corpora opinionem imbiberunt, propinantibus imperitis medicis, annon animas eorum meliores reddimus, perſuaſas credere ſermonibus, non qui doceant malis mulctæ nomine rationem adimi ut obbruteſcant, ſed qui oſtendant eſſe quædam pharmaca convertendis ad Deum peccatoribus efficacia, ſive pœnis opus ſit, ſive laboribus? Hæc eſt enim prudentium virorum Chriſtianè viventium ſententia, quâ inſtruunt ſimpliciorem auditorem, tanquam patres infantes parvulos, haudquaquam igitur confugimus ad inſipientes & agreſtes fatuos, his inclamantes, Fugite medicos. Non enim dicimus, cavete nè quis veſtrûm attingat ſcientiam, nec ſcientiam rem malam eſſe aimus, nec itâ inſanimus, ut dicamus per rerum cognitionem depravari ſanitatem humanæ animæ, aut unquam quenquam periiſſe propter ſapientiam: quandoquidem inter docendum non dicimus, Me audite, ſed, Audite Deum omnium, & Theologiæ doctorem Jeſum. Nemo noſtrûm eſt tam arrogans, ut apud familiares diſcipulos utatur illis quæ Celſus doctoris perſonæ affingit verbis, *Ego vos ſervabo ſolus*: vide quàm multa contra nos mentiatur. Imò nè illud quidem dicimus, *quòd veri medici corrumpunt homines quibus ſanitatem pollicentur*. Addit alteram ſimilitudinem; *perinde noſtros doctores facere*, dicens *ac ſi ebrius in ebriorum cœtu ſobrios accuſet quaſi ebrios*. Quæ collatio ſi quadrat, oſtendat ex aliquo loco epiſtolarum Paulinarum (verbi gratiâ) ebrium fuiſſe Jeſu Apoſtolum, ſermonem ejus eſſe parùm ſobrium: aut ex Joannis literis, ſententias ejus non eſſe ſobrias, alienáſque ab omni ebrietate vitiorum. Proinde in neminem ſobrium Chriſtianæ doctrinæ profeſſorem hæret ebrietatis crimen, ſed Celſus in nos convitia jacit parùm philoſophicè. Qui ſunt porrò iſti ſobrii, quos à Chriſtianorum doctoribus malè audire nobis objicit? nos certè habemus omnes eos pro ebriis, quotquot ſtatuas ſenſu carentes, ut numen invocant: nec minùs inſaniunt qui putant

μόνον τὸν Θεὸν καταλιπόντων· πῶς οὐχὶ καὶ οὕτω κακῶν μὲν ἀπαλλάξομεν τοὺς πειθομένους, προσάξομεν δ' εὐσεβεῖ λόγῳ τῷ περὶ τοῦ ἀνακεῖσθαι τῷ δημιουργῷ, καὶ θαυμάζειν τὸν πατέρα τῆς Χριστιανῶν διδασκαλίας, φιλανθρωπότατα ἐπιστρεπτικὸν, καὶ ψυχῶν μαθήματα οἰκονομήσαντα ἐπισπαρῆναι ὅλῳ τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει. ἀλλὰ καὶ τοὺς πεπιστευκότας τὴν περὶ τῆς μετενσωματώσεως ἄνοιαν ἀπὸ ἰατρῶν, τῶν καταβιβαζόντων τὴν λογικὴν φύσιν ὁτὲ μὲν ἐπὶ τὴν ἄλογον πᾶσαν, ὁτὲ δὲ καὶ ἐπὶ τὴν ἀφάνταστον, θεραπεύομεν· πῶς οὐ βελτίονας ταῖς ψυχαῖς κατασκευάσομεν τοὺς πειθομένους λόγῳ, οὐ διδάσκοντι μὲν ἐν κολάσεως μοίρᾳ τῷ φαύλῳ ἀποδίδοσθαι ἀναισθησίαν ἢ ἀλογίαν, παριστάντι δὲ εἶναί τινα φάρμακα ἐπιστρεπτικὰ τοὺς ἀπὸ Θεοῦ τοῖς φαύλοις προσαγομένους πόνους καὶ τὰς κολάσεις; τοῦτο γὰρ οἱ φρονίμως Χριστιανοὶ ζῶντες φρονοῦντες οἰκονομοῦσι τοὺς ἁπλουστέρους, ὡς καὶ οἱ πατέρες τοὺς κομιδῇ νηπίους. οὐ γὰρ καταφεύγομεν οὖν ἐπὶ νηπίους καὶ ἠλιθίους ἀγροίκους, λέγοντες αὐτοῖς, φεύγετε τοὺς ἰατρούς. οὐδὲ λέγομεν, ὁρᾶτε μή ποτέ τις ὑμῶν ἐπιστήμης ἐπιλάβηται. οὐδὲ φάσκομεν, ὅτι κακόν ἐστιν ἐπιστήμη· οὐδὲ μεμήναμεν, ἵν' εἴπωμεν, ὅτι γνῶσις σφάλλει τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ τῆς κατὰ ψυχὴν ὑγείας· ἀλλ' οὐδ' ἀπόλλυσθαι ἀπὸ σοφίας εἴποιμεν ἄν τινα πώποτε. οἵ τινες οὐδὲ τὸ, Ἐμοὶ προσέχετε, κἂν διδάσκωμεν, φαμέν· ἀλλὰ, τῷ Θεῷ τῶν ὅλων προσέχετε καὶ διδασκάλῳ τῶν περὶ αὐτοῦ μαθημάτων, τῷ Ἰησοῦ. οὐδεὶς δ' ἡμῶν οὕτως ἐστὶν ἀλαζὼν, ἵν' (ὅπερ Κέλσος περιέθηκε τῷ τοῦ διδάσκοντος προσώπῳ) εἴποι πρὸς τοὺς γνωρίμους τὸ, "Ἐγὼ ὑμᾶς σώσω μόνος. ὅρα οὖν πόσα ἡμῶν καταψεύδεται. ἀλλ' οὐδέ φαμεν, "ὅτι οἱ "ἀληθῶς ἰατροὶ φθείρουσιν οὓς ἐπαγγέλλονται θε-"ραπεύειν. καὶ δεύτερον δὲ φέρει καθ' ἡμῶν παράδειγμα, φάσκων "ὅμοιον ποιεῖν τὸν ἐν "ἡμῖν διδάσκαλον, [ὡ] εἴ τις μεθύων εἰς με-"θύοντας παριὼν, κατηγορεῖ τοὺς νήφοντας ὡς "μεθύοντας. παραστησάτω γὰρ ἐκ τῶν γραμμάτων (φέρ' εἰπεῖν) Παύλου, ὅτι ἐμέθυεν ὁ τοῦ Ἰησοῦ ἀπόστολος, καὶ οὐκ ἦσαν οἱ λόγοι αὐτοῦ νήφοντος. ἢ ἐξ ὧν ἔγραψεν Ἰωάννης, ὅτι οὐχὶ σωφρονοῦντος, καὶ ἀπηλλαγμένα τῆς ἀπὸ κακίας μέθης, πνεῖ αὐτοῦ τὰ νοήματα. οὐδεὶς οὖν σωφρονῶν, καὶ διδάσκων τὸν Χριστιανῶν λόγον, μεθύει. ἀλλ' ἀφιλοσόφως ἡμῖν λοιδορούμενος ταῦτά φησιν ὁ Κέλσος. τίνας δὲ καὶ νήφοντας κατηγοροῦμεν οἱ προστατεύοντες τὰ Χριστιανῶν δόγματα, λεγέτω ὁ Κέλσος; πάντες γὰρ καθ' ἡμᾶς μεθύουσιν, οἱ τοῖς ἀψύχοις ὡς Θεῷ προσλαλοῦντες. καὶ τί λέγω μεθύουσι; μᾶλλον γὰρ μεμήνασιν, εἰς τοὺς ναοὺς τρέχοντες, καὶ ὡς θεοῖς τοῖς ἀγάλμασιν ἢ τοῖς ζώοις προσκυνοῦντες. οὐχ ἧττον δὲ τούτων μαίνονται καὶ οἱ νομίζοντες εἰς τιμὴν Θεῶν

ſorſ. ὡς

Apoſtolorum mentes ſobriæ

Θεῶν ἀληθινῶν κατεσκευάσθαι τὰ ὑπὸ βαναύσων καὶ φαυλοτάτων ἔσθ᾽ ὅτε ἀνδρῶν κατασκευαζόμενα. Μετὰ ταῦτα ἐξομοιοῖ τὸν μὲν διδάσκοντα ὀφθαλμιῶντι, τοὺς δὲ μανθάνοντας ὀφθαλμιῶσι· καί φησι "τοῦτον ἐπὶ τῶν ὀφθαλμιώντων αἰτιᾶσθαι τοὺς ὀξὺ βλέποντας ὡς πηρωθέντας. τίνες οὖν εἴποιμεν, Ἕλληνες, οἱ καθ᾽ ἡμᾶς οὐ βλέποντες; ἢ οἱ, ἐκ τοῦ τηλικούτου μεγέθους τῶν ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ τοῦ κάλλους τῶν δημιουργημάτων, μὴ δυνάμενοι ἀναβλέψαι καὶ θεωρῆσαι, ὅτι προσκυνεῖν καὶ θαυμάζειν καὶ σέβειν χρὴ μόνον τὸν ταῦτα πεποιηκότα; καὶ οὐδὲν τῶν παρ᾽ ἀνθρώποις κατασκευαζομένων, καὶ εἰς θεῶν τιμὴν παραλαμβανομένων, καθηκόντως ἄν τις σέβοι, εἴτε χωρὶς τοῦ δημιουργοῦ Θεοῦ, εἴτε καὶ μετ᾽ ἐκείνου· τὰ γὰρ οὐδαμῶς συγκριτὰ συγκρίνειν τῷ ἀπείρῳ ὑπεροχῇ ὑπερέχοντι πάσης γενητῆς φύσεως, τυφλῶν τὴν διάνοιάν ἐστιν ἔργον. οὐκ ὀφθαλμιῶντας οὖν τοὺς ὀξὺ βλέποντας λέγομεν εἶναι, ἢ πεπηρωμένους· ἀλλὰ τοὺς κυλινδουμένους ἀγνοίᾳ Θεοῦ ἐπὶ τοὺς ναοὺς, καὶ τὰ ἀγάλματα, καὶ τὰς λεγομένας ἱερομηνίας, φάσκομεν τετυφλῶσθαι τὸν νοῦν. καὶ μάλιστα, ὅτε πρὸς τῇ ἀσεβείᾳ καὶ ἐν ἀσελγείᾳ ζῶσιν, ὅ, τι ποτ᾽ ἐστὶν αἰδέσιμον ἔργον μηδὲ ζητοῦντες, ἀλλὰ πάντ᾽ αἰσχύνης ἄξια πράττοντες. Μετὰ ταῦτα τοσαῦθ᾽ ἡμᾶς αἰτιασάμενος θέλει ἐμφῆναι, ὅτι καὶ ἕτερα ἔχων λέγειν, παρασιωπᾷ αὐτά. ἔχει δ᾽ οὕτως αὐτοῦ ἡ * λέξις· "Ταῦτα μὲν αἰτιῶμαι καὶ τὰ τοιαῦτα, ἵνα μὴ πάντ᾽ * ἀριθμῶ, καί φημι πλημμελεῖν αὐτοὺς ἐνυβρίζοντας εἰς τὸν Θεὸν, ἵνα πονηροὺς ἀνθρώπους ὑπάγωνται κεναῖς ἐλπίσι, καὶ πείσωσι καταφρονῆσαι τῶν κρειττόνων, ὡς, ἐὰν ἀπέχωνται αὐτῶν, ἄμεινον αὐτοῖς ἔσται. καὶ πρὸς ταῦτα δὲ λέγοι τ᾽ ἂν ἀπὸ τῆς περὶ τῶν προσερχομένων Χριστιανισμῷ ἐνεργείας, ὅτι οὐ πάνυ τι πονηροὶ ὑπάγονται τῷ λόγῳ, ὅσον οἱ ἁπλούστεροι, καὶ (ὡς ἂν οἱ πολλοὶ ὀνομάσαιεν) κομψοί. οὗτοι γὰρ φόβῳ τῷ περὶ τῶν κολάσεων τῶν ἀπαγγελλομένων, * κινοῦντι αὐτοὺς καὶ προτρέποντι ἐπὶ τὸ ἀπέχεσθαι τούτων, δι᾽ ἃ αἱ κολάσεις, πειρῶνται ἐπιδιδόναι ἑαυτοὺς τῇ κατὰ Χριστιανισμὸν θεοσεβείᾳ· ἐπὶ τοσοῦτον ὑπὸ τοῦ λόγου * κινούμενοι, ὡς φόβῳ τῶν κατὰ τὸν λόγον ὀνομαζομένων αἰωνίων κολάσεων, πάσης τῆς παρ᾽ ἀνθρώποις κατ᾽ αὐτῶν * ἐπινοουμένης βασάνου, καὶ μετὰ μυρίων πόνων, θανάτου καταφρονεῖν, ὅπερ οὐδεὶς ἂν τῶν εὖ φρονούντων φήσαι πονηρᾶς προαιρέσεως ἔργον εἶναι. πῶς δ᾽ ἀπὸ προαιρέσεως πονηρᾶς ἐγκράτεια καὶ σωφροσύνη ἀσκεῖται, ἢ τὸ μεταδοτικὸν καὶ κοινωνικόν; ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ὁ πρὸς τὸ θεῖον φόβος, ἐφ᾽ ὃν ὡς χρήσιμον τοῖς πολλοῖς παρακαλεῖ ὁ λόγος τοὺς μηδέπω δυναμένους τὸ δι᾽ αὐτὸ αἱρετὸν βλέπειν, καὶ αἱρεῖσθαι αὐτὸ, ὡς μέγιστον ἀγαθὸν, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν ἐπαγγελίαν· ἐξ ὧν * οὐ τοῦτο

veris diis honorem reddi per hujuſmodi opera nequiſſimorum nonnunquam opificum. Poſthæc doctorem confert laboranti oculis, diſcentes item oculos inflammatione vitiatos habentibus: atque *apud tales illum obloqui cernentibus acutè, quaſi cœcutientibus.* Percontemur igitur Græcos, qui ſint iſti non cernentes? nimirum quæcunque tam magnifica mundi rerúmque hujus ambitu complexarum ſpecie non admonentur, ſuſpiciendum eſſe conditorem omnium; eum ſolum adorandum eſſe, admirandum atque colendum; nihilque præter eum, aut pari honore cum eo. Quæ enim nullo pacto conferenda ſunt comparare cum longè præcellente omnem creaturam conditam, verè cœcutientium eſt mentis oculis. Itaque non acutè cernentibus hebetudinis cœcitatiſve convitium facimus, ſed eos, qui cœleſtis numinis ignari inter templa & ſimulacra feſtáque ſtatis menſibus recurrentia volutantur, aimus excœcatos animo: præſertim ſi ad impietatem accedat vita luxu libidinibúsque perditiſſima, non habitâ illâ honeſtatis ratione,ſed obſerviendo ſolis turpibus cupiditatibus. Et poſt tot atroces criminationes, quibus in nos invectus eſt, vult videri habere alia multa crimini vertenda, quæ tamen ſilentio prætereat. Sic enim loquitur; *Hæc ſunt accuſatione digna, ceteráque id genus, nè percenſeam ſingula, imóque ipſos malè loqui de Deo, illectando homines ſpe vaniſſimâ, & docendo potiora contemnere, quaſi præſtet illa miſſa facere.* Ad hoc quoque non deeſt reſponſio deſumpta è doctrinæ Chriſtianæ viribus efficacibus: non ità promptè pravos homines ei ſe ſubmittere, ut ſimplices, & (ut ità dicam) ſubruſticos. Hi namque ſuppliciorum denuntiatorum formidine perterriti, quæ his ut careant quorum gratiâ inferuntur eos maximè movet & exhortatur, ſe totos dedere Chriſtianæ religioni conantur, atque hac doctrinâ tantopere ſunt coerciti, ut pœnas æternas per eam declaratas veriti, quicquid cruciatuum & laborum homines contra eos excogitârunt contemnant,ipſámque mortē, quod nemo ſapiens in malum virum competere diceret. Quis enim deſtinatè malus prudentiam, ac temperantiam, aut liberalitatem, ac beneficentiam, & timorem Dei exercebit, ad quem ut multis utilem divina Scriptura eos vocat, qui nondum deſpicere valeant quodnam ſit illud propter ſe expetendum; idémque, ut ſummum bonum & omni majus promiſſione, eligere;

* τάξις.
* ἀπαριθμῶ.
* κινδυνος αὐτοὺς καὶ προτρέποντες.
* κρατέμενοι.
* ἀπειλουμένοις.
* αὖ.

Non omnino improbi ſed potius ſimplices religioni Xtianæ ſe ſubmittunt

eligere; ex enumeratis enim ne hoc cadit in eum qui pravè vivere conſultò eligit. Quòd ſi quis dicat noſtros non malos quidem eſſe, ſed plùs æquo ſuperſtitioſos atque credulos, vel hoc ſolum improbandum exiſtimans, ei reſpondebimus, quòd quemadmodum legiſlator rogatus, an optimas leges tuliſſet ſuis civibus? diceret; non omnino optimas, ſed quantum fieri potuit optimas: ità diceret etiam Chriſtianæ doctrinæ autor, ſe leges tuliſſe corrigendis vulgarium moribus optimas, non falsò minaces, ſed proponentes peccatoribus certiſſimas pœnas ac miſerias, ad compeſcendos contumaces neceſſarias, qui tamen nec propoſitum caſtigatoris, nec pœnarum effectum intelligunt: & certè hæc de pœnis doctrina & utilis eſt & vera, juſtiſque de cauſis obſcurè narratur. Certè in genere nec mali nec vitiis dediti ſunt Chriſtianæ religionis doctores; nec malè de Deo loquimur. Vera enim de eo dicimus, & quæ multis manifeſta viſa ſunt, licèt nec his ità pateant, ac paucis illis innotuerunt, qui, ut hanc doctrinam ſaperent, ſe exercebant. Quoniam autem Celſus ait, nos vanâ ſpe ad Chriſtianam religionem illectare homines, reſpondebo calumniatori doctrinæ pollicentis agendam cum ſuperis vitam beatam: heus tu! opinione tuâ in vanum ſperant etiam qui Pythagoram atq; Platonem ſecuti perſuaſum habent animas convexa cœli aſcendere, & in ſupercœleſtibus locis contemplari ſpectatorum fortunatorum ſpectacula: juxta te verò, Celſe, etiam qui credunt animas ſuperſtites cum heroibus ac diis degere, ſpe falſâ decipiuntur. Fortè & ii, qui credunt mentem extrinſecùs venire, quaſi novæ mortis rationem ſubitura eſſet, ſpe vanâ induci à Celſo dicerentur: prodeat igitur in certamen ſectam ſuam non diſſimulans, & ut Epicureum decet oppugnet ingenuè quæcunque vel Græcorum vel barbarorum placita de manſione & immortalitate animæ, & argumentis declaret nugas eſſe iſtas vanam ſpem oſtentantes credulis: ſua verò dogmata eſſe aliena à ſpei fallaciis; ut quæ ſpem faciant vel bonam, vel potiùs, quod Celſo magìs eſt conſentaneum, nullam, ſi anima ſoluta corpore perit è veſtigio. Niſi fortè Celſus cum ſuis Epicureis negabit vanam ſpem, quæ bonorum ſummam collocat in perpetua voluptate corporis, eámque dicet nunquam fallere. Nè autem putes nos parùm Chri-

τῷ κατὰ πορνείαν αἱρουμένῳ ζῆν ἐγγινόμενος πέφυκεν. ἐὰν δέ τις ἐν τούτοις δεισιδαιμονίαν μᾶλλον ἢ πονηρίαν περὶ τοὺς πολλοὺς τῶν πιστευόντων τῷ λόγῳ εἶναι φαντάζηται, καὶ ἐγκαλῇ ὡς δεισιδαίμονας ποιοῦντι τῷ λόγῳ ἡμῶν· φήσομεν πρὸς αὐτὸν, ὅτι ὥσπερ ἔλεγέ τις τῶν νομοθετῶν, πρὸς ἐρωτῶντα εἰ τοὺς καλλίστους ἔθετο τοῖς πολίταις νόμους, ὅτι οὐ τοὺς καθάπαξ καλλίστους, ἀλλ' ὧν * ἐδύνατο τοὺς καλλίστους· οὕτω λέγοιτο ἂν καὶ ἀπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ Χριστιανῶν λόγου, ὅτι ὧν ἐδύναντο οἱ πολλοὶ εἰς βελτίωσιν ἠθῶν, τοὺς καλλίστους ἐθέμην νόμους, καὶ διδασκαλίαν, πρὸς οὐ ψευδεῖς ἀπειλὰς, καὶ κολάσεις τοῖς ἁμαρτάνουσιν· ἀλλ' ἀληθεῖς μὲν καὶ ἀναγκαίας εἰς ἐπανόρθωσιν τῶν ἀντιτεινόντων προσαγομένας, οὐ μὴν καὶ πάντως τὸ τοῦ κολάζοντος βούλημα, καὶ τὸ τῶν πόνων ἔργον. καὶ τοῦτο γὰρ πρὸς τὸ χρήσιμον, καὶ κατὰ τὸ ἀληθὲς, καὶ μετ' ἐπικρύψεως συμφερόντως λέγεται. πλὴν ὡς ἐπίπαν οὐ πονηροὺς * ἐπάγονται οἱ τὸν Χριστιανισμὸν πρεσβεύοντες, ἀλλ' οὐδὲ ἐπιπρεάζουσιν εἰς τὸ θεῖον. λέγομεν γὰρ περὶ αὐτοῦ καὶ ἀληθῆ, καὶ τοῖς πολλοῖς σαφῆ μὲν εἶναι δοκοῦντα, οὐ σαφῆ δ' ὄντα ἐκείνοις, ὡς τοῖς ὀλίγοις φιλοσοφεῖν ἀσκοῦσι τὰ κατὰ τὸν λόγον. Ἐπεὶ δὲ καὶ "κούφαις ἐλπίσι φησὶν ὑπάγεσθαι τοὺς Χριστιανίζοντας ὁ Κέλσος· φήσομεν πρὸς αὐτὸν ἐγκαλοῦντα τῷ περὶ τῆς μακαρίας ζωῆς λόγῳ, καὶ τῷ περὶ τῆς πρὸς τὸ θεῖον κοινωνίας, ὅτι ὅσον ἐπὶ σοὶ, ὦ οὗτος, κούφαις ὑπάγονται ἐλπίσι καὶ οἱ τὸν Πυθαγόρου καὶ Πλάτωνος παραδεξάμενοι περὶ ψυχῆς λόγον, πεφυκυίας ἀναβαίνειν ἐπὶ τὴν ἀψῖδα τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐν τῷ ὑπερουρανίῳ τόπῳ θεωρεῖν τὰ τῶν εὐδαιμόνων θεατῶν θεάματα. κατὰ σὲ δὲ, ὦ Κέλσε, καὶ οἱ παραδεξάμενοι τὴν τῆς ψυχῆς * διαμονὴν, καὶ βιοῦντες ὥσθ' ἥρωες γενέσθαι, καὶ μετὰ θεῶν ἕξειν τὰς διατριβὰς, κούφαις ἐλπίσιν ὑπάγονται. τάχα δὲ καὶ οἱ πεισθέντες περὶ τοῦ θύραθεν νοῦ, ὡς θανάτου κρείττονος * διαγωγὴν ἕξοντος, κούφαις ἂν ὑπάγεσθαι λέγοιντο ὑπὸ Κέλσου ἐλπίσιν. ἀγωνιζέσθω δὴ μηκέτι κρύπτων τὴν ἑαυτοῦ αἵρεσιν, ἀλλ' ὁμολογῶν Ἐπικούρειος εἶναι πρὸς τὰ παρ' Ἕλλησι καὶ βαρβάροις οὐκ εὐκαταφρονήτως λεγόμενα περὶ τῆς ἀθανασίας τῆς ψυχῆς, ἢ τῆς ἐπιδιαμονῆς αὐτῆς, ἢ τῆς κατὰ τοῦ ἀθανασίας· καὶ παραδεικνύτω ταῦτα μὲν εἶναι λόγους κούφαις ἐλπίσιν ἀπατῶντας τοὺς συγκατατιθεμένους αὐτοῖς, τοὺς δὲ τῆς ἑαυτοῦ φιλοσοφίας καθαροὺς εἶναι κούφων ἐλπίδων· καὶ ἤτοι προσάγοντας ἐλπίσιν ἀγαθαῖς, ἢ (ὅπερ μᾶλλον ἀκόλουθόν ἐστιν αὐτῷ) οὐδεμίαν ἐμποιοῦντας ἐλπίδα, διὰ τὴν τῆς ψυχῆς εὐθέως παντελῆ φθοράν. εἰ μὴ ἄρα Κέλσος καὶ οἱ Ἐπικούρειοι οὐ φήσουσι κούφην εἶναι ἐλπίδα, τὴν περὶ τοῦ τέλους αὐτῶν τῆς ἡδονῆς, ἥτις κατ' αὐτούς ἐστι τὸ ἀγαθὸν, τὸ τῆς σαρκὸς εὐσταθὲς κατάστημα, καὶ τὸ περὶ ταύτης πιστὸν Ἐπικούρῳ ἔλπισμα· μὴ ὑπολάβῃς δέ με οὐχ ἁρμοζόντως τῷ Χριστιανῶν λόγῳ παρειληφέναι

πρὸς

* ἐδύναντο.

* ὑπάγονται.

* ἐπιδιαμονὴν.

* διεξαγωγὴν.

si non optima quas potuit, at optimas quas ferre poterant homines, deus dedit leges

Divino Numini non injuriam faciunt Christiani sed cunctis fere aperta de eo loquuntur

Non vana spe illectant homines

Apologia quod in hoc argumento philosophorum plurimis usus sit.

Esaiæ 53. 2. πειν τὸ, Εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος· ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. καὶ ταῦτα δὲ πρὸς τὴν Κέλσου ὑπόληψιν, μὴ νοήσαντος τὰς ὡς ἐν ἱστορίαις λεγομένας μεταβολὰς ἢ μεταμορφώσεις τοῦ Ἰησοῦ, καὶ τὸ θνητὸν ἢ ἀθάνατον αὐτοῦ, λελέχθω. ἆρα δὲ οὐ πολλῷ ταῦ-

nivit, ut poſſet concipi ab hominibus, abſq; ulla tamen mutatione boni in malum; *Peccatum enim non fecit:* ſicut nec ex honeſto in turpe mutatus eſt; *Peccatum enim non cognovit:* nec ex felicitate decidit in miſeriam, ſed quamvis humiliatus, nihilominus beatus erat, etiam cùm maximè propter utilitatem humani generis ſe demitteret. Nulla item mutatio fuit ex optimo in nequiſſimum: qui enim nequiſſimum eſſe poteſt, quod eſt amans hominum atque beneficum? Vel animadverte, nè dicas quòd medicus quoque multa vel moleſta inſpectans, vel contractans inſuavia, ut ægrotos ſanitati reſtituat, ex bono in malum, ex honeſtate in turpitudinem, è felicitate in miſeriam prolabitur: quamvis medicus inſpectans moleſta, & contrectans injucunda, non adeò tutus eſt quin poſſit in eadem incidere: animarum verò noſtrarum ſauciarum curator per verbum Dei, quod ipſe eſt, nihil malorum in ſe admittere poterat. Quòd ſi verbum Deus immortalis, quia corpus mortale animámque humanam aſſumpſerit, Celſo idcirco immutari videatur: diſcat verbum manere verbum ſuâ ſubſtantiâ, nec pati eorum quicquam quæ corpus aut anima patitur; condeſcendere tamen interdum non valentibus claritatem ac ſplendorem Deitatis obtueri, & velut carnem loqui corporaliter, tantiſper dum auditor paulatim per verbum factus ſublimior poſſet etiam illam priſtinam (ut ità nominem) formam ejus contemplari. Sunt namque variæ velut formæ verbi, prout unicuique eorum, qui ad ſcientiam inſtituti ſunt, ſe conſpiciendum præbet proportione quâdam ad ſic inſtitutum habitâ, ſive magis minúſve profecerit, aut à limine virtutem ſalutavit, aut jam introgreſſus eſt ejus penetralia. Quapropter longè aliter, quàm ut Celſo videtur & ſimilibus, transformatus eſt Deus noſter, & conſcenſo excelſo monte, oſtendit ſuam formam & ipsâ multò præſtantiorem, quam in imo manentes, atq; ii qui ad faſtigium cum ſequi minimè valuerunt, inſpexêre: humilis enim turba non habebat oculos capaces ſpectaculi divinæ & glorioſæ metamorphoſeos; imò vix talem capiebant, qualis tum inter eos verſabatur, ità ut qui nihil ſupra præſentem ſpeciem in eo ſuſpiciebant dicerent, *Vidimus eum, & non habebat ſpeciem nec pulchritudinem; ſed ſpecies ejus erat inhonora, inferior ceteris filiis hominum.* Hæc contra Celſi ſuſpicionem dixiſſe ſufficiat, non intelligentis mutationes transformationéſve, quæ de Jeſu produntur in hiſtoriis, nec mortalitatem aut immortalitatem illius. Annon hæc

hæc, præſertim intellecta ut debent intelligi, multò plus gravitatis habent, quàm quæ feruntur de Baccho circumvento à Titanibus, delapſóq; à Jovis ſolio, & dilacerato ab eis, ac rurſum compoſitis membris redivivo cœlum ſcandente? Aut Græcis licet iſta, ut figuratè dicta, interpretari de anima, nobis verò præcluſus eſt aditus ad convenientem & conſonam enarrationem ſacræ Scripturæ per animas puras afflatu divino proditæ? Itaque nullo modo Celſus novit mentem noſtrarum literarum, & proinde non quod illæ dicunt calumniatur; ſed quod ipſe indè excerpit: qui, ſi intellexiſſet quid animam in futura vita æterna maneat, & quid ſentiendum ſit de ipſius ſubſtantia & origine, non ità irriſiſſet immortalem ob aſſumptum mortale corpus, idq; non juxta Platonis opinionem de migratione animarum in aliud corpus ex alio, ſed juxta ſublimiorem quandam contemplationem: vidiſſétq; unam è multis inſignem Dei beneficentiam, deſcenſum ad convertendas (ut ſacra Scriptura loquitur) *oves perditas domûs Iſraeliticæ*, & errore delatas ab illis montibus, ad quas paſtor in quibuſdam parabolis deſcendiſſe dicitur, relictis in montibus reliquis quæ minùs erráſſent. Hic Celſus, in non intellectis hærens diutiùs, in cauſa eſt, ut nos quoq; iteremus eadem, nè videamur quicquam ab eo dictorum inexaminatum relinquere. Sic autem deinceps loquitur, *Aut reverà mutatur Deus, ſicut iſti aiunt, in corpus mortale, id quod jam oſtendimus impoſſibile; aut ipſe quidem non mutatur, ſed facit ut hoc putent qui vident, & imponit eis mendacio: porrò deceptio & mendacium aliàs ſemper malæ res, tunc tantùm ſunt uſui, quando pro remedio ſunt amicis curandis morbo vitióve laborantibus, aut inſanientibus; aut ſi quando apud inimicos per ea vitamus periculum. At Deo nec vitioſus aut inſanus quiſquam amicus eſt, & timet neminem, ut impoſturâ opus habeat ad evadendum periculum.* Ad hoc reſponderi poteſt diſtinguendo verbi Dei naturam, quod Deus eſt, & Jeſu animam. De verbi Dei natura dicimus, quòd quemadmodum alimentorum qualitas, ut accommodetur infantis naturæ, in lac nutricis vertitur, & medicus ægroto ſanando medicamenta ex uſu ipſius temperat, habito reſpectu ejus virium: ità Deus pro ratione animæ humanæ verbi ſui virtutem hominibus attemperat, reſpectu ſingulorum in variando habito: ut aliis fiat *lac rationale dolum neſciens* (ſicut Scriptura nominat) aliis infirmioribus tanquam *olus*, aliis perfectioribus mini-

ταῦτα, καὶ μάλιστα ὅτε, ὃν δεῖ τρόπον, νοεῖται, σεμνότερα φανεῖται Διονύσου ὑπὸ τῶν Τιτάνων ἀπατωμένου, καὶ ἐκπίπτοντος ἀπὸ τοῦ Διὸς θρόνου, καὶ σπαραττομένου ὑπ᾽ αὐτῶν· καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν συντιθεμένου, καὶ οἱονεὶ ἀναβιώσκοντος, καὶ ἀναβαίνοντος εἰς οὐρανόν; ἢ Ἕλλησι μὲν ἔξεστι τὰ τοιαῦτα εἰς τὸν περὶ ψυχῆς ἀνάγειν λόγον, καὶ τροπολογεῖν· ἡμῖν δ᾽ ἀποκέκλεισται θύρα ἀκολούθου διηγήσεως, καὶ πανταχοῦ συναδούσης καὶ συμφωνούσης τοῖς ἀπὸ τοῦ θείου πνεύματος γραφεῖσι, χωρουμένου ἐν καθαραῖς ψυχαῖς; οὐδαμῶς οὖν ὁ Κέλσος οἶδε τὸ βούλημα τῶν ἡμετέρων γραμμάτων, διόπερ τὴν ἑαυτοῦ ἐκδοχὴν, καὶ οὐχὶ τὴν τῶν γραφῶν διαβάλλει· εἰ δὲ ἦν συνιεὶς, τί ἀκολουθεῖ ψυχῇ ἐν αἰωνίῳ ἐσομένῃ ζωῇ, καὶ τί χρὴ φρονεῖν περὶ τῆς οὐσίας αὐτῆς καὶ περὶ τῶν ἀρχῶν αὐτῆς· οὐκ ἂν οὕτω διέσυρε τὸν ἀθάνατον εἰς θνητὸν ἐρχόμενον σῶμα· οὐ κατὰ τὴν Πλάτωνος μετενσωμάτωσιν, ἀλλὰ καθ᾽ ἄλλην τινὰ ὑψηλοτέραν θεωρίαν. εἶδε δ᾽ ἂν καὶ μίαν ἐξαίρετον ἀπὸ πολλῆς φιλανθρωπίας κατάβασιν, ὑπὲρ τοῦ ἐπιστρέψαι τὰ (ὡς ἡ θεία ὠνόμασε μυστικῶς γραφὴ) ἀπολωλότα πρόβατα οἴκου Matth. 15. 24.
Ἰσραὴλ, καὶ καταβάντα ἀπὸ τῶν ὀρῶν, πρὸς ἃ ὁ ποιμὴν ἔν τισι παραβολαῖς καταβεβηκέναι λέγεται, καταλιπὼν ἐν τοῖς ὄρεσι τὰ μὴ ἐσφαλμένα. Luc. 15. 4.
Προσδιατρίβων δὲ ὁ Κέλσος οἷς οὐ νενόηκεν, αἴτιος ἡμῖν γίνεται ταυτολογίας, οὐ βουλομένοις κἂν τῷ δοκεῖν ἀβασάνιστον τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ λελεγμένων τι καταλελοιπέναι. φησὶν οὖν ἑξῆς· „ὅτι ἤτοι ὡς ἀληθῶς μεταβάλλει ὁ Θεὸς, „ὥσπερ οὗτοί φασιν, εἰς σῶμα θνητὸν, καὶ προείρηται τὸ * ἀδύνατον· ἢ αὐτὸς μὲν οὐ μεταβάλλει, ποιεῖ δὲ τοὺς ὁρῶντας δοκεῖν, καὶ πλανᾷ καὶ ψεύδεται. ἀπάτη δὲ καὶ ψεῦδος ἄλλως μὲν κακὰ, μόνως δ᾽ ἂν ὡς ἐν φαρμάκου μοίρᾳ χρῷτό τις, ἤτοι πρὸς φίλους νοσοῦντας καὶ μεμηνότας, ἰώμενος· ἢ πρὸς ἐχθροὺς, κίνδυνον ἐκφυγεῖν προμηθούμενος. οὔτε δὲ νοσῶν ἢ μεμηνὼς οὐδεὶς Θεῷ φίλος. οὔτε φοβεῖταί τινα ὁ Θεὸς, ἵνα πλανήσας κίνδυνον διαφύγῃ." καὶ πρὸς τοῦτο λέγοιτ᾽ ἄν, * τοῦ μὲν περὶ τῆς τοῦ θείου λόγου φύσεως ὄντος Θεοῦ, τοῦ δὲ περὶ τῆς Ἰησοῦ ψυχῆς. περὶ μὲν οὖν τῆς τοῦ λόγου φύσεως, ὅτι ὥσπερ ἡ τῶν τροφῶν ποιότης πρὸς τὴν τοῦ νηπίου φύσιν εἰς γάλα μεταβάλλει ἐν τῇ τροφῷ, ἢ ὑπὸ τοῦ ἰατροῦ κατασκευάζεται πρὸς τὸ τῆς ὑγείας χρειῶδες τῷ κάμνοντι, ἢ τῷ ἰσχυροτέρῳ ὡς δυνατωτέρῳ * οὕτως εὐτρεπίζεται· οὕτω τὴν τοῦ πεφυκότος ἀνθρωπίνην ψυχὴν λόγου δύναμιν ὁ Θεὸς τοῖς ἀνθρώποις ἑκάστῳ κατ᾽ ἀξίαν μεταβάλλει. καί τινι μὲν (ὡς ὠνόμασεν ἡ γραφὴ) λογικὸν ἄδολον γάλα γίνεται, τινὶ δὲ 1 Pet. 2. 2.
ὡς ἀσθενεστέρῳ οἱονεὶ λάχανον, τινὶ δὲ τελείῳ Rom. 14. 2.

* ἀδυνατεῖ.

* ποῦ.

* οὕτωσί.

 στερεὰ

Hebr. 5. 14. στερεὰ τροφὴ παραδίδοται. καὶ οὐ δήπου ψεύδεται τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ὁ λόγος, ἑκάστῳ τρόφιμος γινόμενος, ὡς χωρεῖ αὐτὸν παραδέξασθαι· καὶ οὐ πλανᾷ, οὐδὲ ψεύδεται. εἰ δ᾽ ἐπὶ τῆς Ἰησοῦ ψυχῆς λαμβάνει τις τὴν μεταβολὴν, αὐτῆς εἰς σῶμα ἐλθούσης· πευσόμεθα πῶς λέγει μεταβολήν; εἰ μὲν γὰρ τῆς οὐσίας, οὐ δίδοται, οὐ μόνον ἐπ᾽ ἐκείνης, ἀλλ᾽ οὐδὲ περὶ ἄλλου λογικῆς ψυχῆς. εἰ δ᾽ ὅτι πάσχει τι ὑπὸ τοῦ σώματος ἀνακεκραμένη αὐτῷ, καὶ ἀπὸ τοῦ τόπου εἰς ὃν ἐλήλυθε· καὶ τί ἄτοπον ἀπαντᾷ τῷ λόγῳ, ἀπὸ πολλῆς φιλανθρωπίας καταβιβάζοντι Σωτῆρα τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων; ἐπεὶ μηδεὶς τῶν πρότερον θεραπεύειν ἐπαγγειλαμένων τοσοῦτον ἐδυνάτο, ὅσον * αὐτὴ ἐπεδείξατο δι᾽ ὧν πεποίηκε, καὶ ἑκουσίως εἰς τὰς ἀνθρωπίνας κῆρας ὑπὲρ τοῦ γένους ἡμῶν καταβᾶσα. ταῦτα δ᾽ ἐπιστάμενος ὁ θεῖος λόγος, πολλὰ πολλαχοῦ λέγει τῶν γραφῶν. ἀρκεῖ δ᾽ ἐπὶ τοῦ παρόντος μίαν παραθέσθαι Παύλου λέξιν οὕτως ἔχουσαν, Τοῦτο φρονείσθω ἐν ἡμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ᾽ ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών. καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα. ἄλλοι μὲν οὖν διδότωσαν τῷ Κέλσῳ, ὅτι οὐ μεταβάλλει μὲν, ποιεῖ δὲ τοὺς ὁρῶντας δοκεῖν μεταβεβληκέναι· ἡμεῖς δὲ πεπεισμένοι οὐ δόκησιν, ἀλλ᾽ ἀλήθειαν εἶναι καὶ ἐνάργειαν, κατὰ τὴν Ἰησοῦ ἐν ἀνθρώποις ἐπιδημίαν, οὐχ ὑποκείμεθα τῇ Κέλσου κατηγορίᾳ. ὅμως δ᾽ ἀπολογησόμεθα, ὅτι * οὐ φὴς, ὦ Κέλσε, ὡς ἐν φαρμάκου μοίρᾳ ποτὲ δίδοται χρῆσθαι τῷ πλανᾷν καὶ τῷ ψεύδεσθαι; τί οὖν ἄτοπον, εἰ τοιοῦτόν [τι] ἔμελλε σώζειν, τοιοῦτόν τι γεγονέναι; καὶ γάρ τινες τῶν λόγων τὰ τοιαδὶ ἤθη κατὰ τὸ ψεῦδος μᾶλλον * λεγόμενοι ἐπιστρέφουσιν, ἅπερ καὶ τῶν ἰατρῶν [ποτε] λόγοι * τοιοίδε πρὸς τοὺς κάμνοντας, ἤπερ κατὰ τὸ ἀληθές. ἀλλὰ ταῦτα μὲν περὶ ἑτέρων ἀπολελογήσθω ἡμῖν. καὶ γὰρ οὐκ ἄτοπόν ἐστι τὸν ἰώμενον φίλους νοσοῦντας ἰάσασθαι τὸ φίλον τῶν ἀνθρώπων γένος τοῖς τοιοῖσδε, οἷς οὐκ ἄν τις χρήσαιτο προηγουμένως, ἀλλ᾽ ἐκ περιστάσεως. καὶ μεμηνὸς δὲ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἔδει θεραπευθῆναι διὰ μεθόδων, ὧν ἑώρα ὁ λόγος χρησίμων τοῖς μεμηνόσιν, ἵνα σωφρονήσωσι. φησὶ δ᾽ "ὅτι καὶ τὰ τοιάδε τις "ποιεῖ πρὸς ἐχθροὺς, κίνδυνον ἐκφυγεῖν προ"μηθέμενος. οὐ φοβεῖται δέ τινας ὁ Θεὸς, ἵνα "πλανήσας τοὺς ἐπιβουλεύοντας κίνδυνον δια"φύγῃ. πάντη δὲ περιττὸν καὶ ἄλογον ἀπολογήσασθαι πρὸς τὸ ὑπ᾽ οὐδενὸς περὶ τοῦ Σωτῆ-

Philip. 2. 5. (beside the line "παραθέσθαι Παύλου λέξιν")

* αὐτῇ.

* οὐ φής.

* λεγόμενα.

* τοιάδε.

Handwritten marginal notes: 2ᵈᵒ de Jesu animâ rationali quâ nullam in descendendo ut genus humanum sanaret, depravationem subierit. — cum tamen reverâ, non simulate, advenerit Jesus: — nec, quamvis eâ defensione non egeant Xtiani, simulatione ad genus depravatum curandum uti fuisset omnino absurdum. — Quum etiam nemo alienus Deum perterrefaceret, ut hostes aufugeret, ubi dixit,

ſtretur ut *cibus ſolidus*. Nec tamen ſuam naturam mentitur verbum, dum cuiq; alimentum fit pro captu ipſius, nec imponit hominibus mendacio. Quia ſi de anima Jeſu intelligit, mutata per adventum in corpus, quam mutationem dicat interrogabimus. Nam ſi ſubſtantiæ, non concedimus, non ſolùm de illa, ſed nè de alia quidem ulla rationali anima: ſin hoc dicit, quòd afficiatur à corpore, ut ei mixta, & à loco in quem devenit; quid abſurdi ob hoc contingit verbo deſcendenti ad ſervandum adamatum genus hominum? cùm ante ejus adventum nemo eorum, qui opem medicam polliciti ſunt, tantum unquam virium habuit, quantum hæc anima ex rebus geſtis demonſtravit, quæ ultro noſtri generis gratiâ ad humanam ſortem deſcenderet. Hæc cùm ità ſint, ſæpe nobis inculcat divinum verbum in multis ſacræ Scripturæ locis, ex quibus unum Pauli dictum in præſens apponere ſufficiet. Verba ejus ſunt hæc, *Is affectus ſit in vobis, qui fuit & in Chriſto Jeſu: qui cùm eſſet in forma Dei, non rapinam arbitratus eſt, ut eſſet æqualis Deo: ſed ſemetipſum inanivit, formâ ſervi ſumptâ, & in ſimilitudine hominum conſtitutus humilem præbuit ſemetipſum, factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis. Quapropter & Deus illum in ſummam extulit ſublimitatem, ac donavit illi nomen, quod eſt ſupra omne nomen.* Alii igitur Celſo concedant non fuiſſe illum mutatum, ſed illuſiſſe oculis videntium: nos, quibus perſuaſiſſimum eſt, non putativè, ſed verè manifeſtèq; advéniſſe Jeſum ad homines, alieni ſumus ab objecto per Celſum crimine. Attamen reſpondebimus, nonne tuum dictum eſt, Celſe, *pro medicamento interdum permitti uſum impoſturæ ac mendacii?* quid igitur abſurdi fuiſſet ad ſalutem tale quippiam fieri? Sunt enim quidam conficti ſermones, qui nihilominus mores mores vertunt in melius: quâ arte medici quoq; nonnunquam apud ægrotos utuntur, diſſimulatâ veritate: quod tamen non pro Jeſu reſponſum ſit. Nam haudquaquam fuerit abſurdum, ut qui ægrotantes amicos curaverit amantiſſimum ſibi humanum genus medelis ſanet, non quibus aliquis ex profeſſo uteretur, ſed quæ præſens neceſſitas poſtularet: oportebat etiam humanum genus furore correptum eâ ratione ſanari, quam verbum judicaret furentibus commodam ut ad ſanam mentem reſtituantur. Ait præterea, *ſic & cum inimicis agendum, ad effugiendum periculum: Deum autem à nemine ſibi timere, ut evadendi causâ inſidiatores fallendos habeat*: quod cùm Servatori

noſtro

noſtro nunquam objectum ſit, nè refellere quidem opus eſt. Quin & ad illud jam reſponſum eſt inter cetera, quod negat *vel morbo vitiatum vel inſanum hominem eſſe charum Deo:* reſpondetur enim ad hoc non propter amicos morbidos aut inſanos hanc diſpenſationem factam, ſed pro animabus inimicis morbo & naturalis rationis defectu laborantibus, ut reconciliatæ Deo amicæ fierent. Nam manifeſtè dicitur Jeſus omnia pertuliſſe pro peccatoribus, ut liberatos à peccatis juſtos faceret. Deinde, quoniam facit Judæos ſeorſum cauſam reddentes cur Chriſtum nondum veniſſe putent, ſed venturum expectent: ſeorſum item Chriſtianos affirmantes jam in hominum vitam veniſſe Dei filium: agè, hæc quoque conſideremus, quanto fieri poteſt compendio. Judæi apud eum dicunt, vitam refertam omni genere vitiorum opus habere aliquo à Deo mittendo, qui punitis injuſtis repurget omnia, non aliter quàm olim factum ſit per diluvium: & quoniam dicuntur Chriſtiani plura his addere, liquet eadem etiam eos affirmare. Et quid abſurdi eſt, ſi propter inundationem vitiorum adveniat qui mundum purificet, ac unumquemq; tractet pro dignitate? nec enim Deum decet malitiæ gangrænam latè ſerpentem non ſiſtere: ut res collapſas inſtauret denuó. Nôrunt autem etiam Græci conflagrationibus & diluviis terram purgari certis vicibus, ſicut & Plato alicubi ſic loquitur; *Quando autem dii terram aquis purgantes inducunt diluvium, tunc incolæ montium*, & reliqua. Dicendum igitur, hæc, quando ab illis aſſirmantur, ex autoritate pondus accipere: ſin eadem ipſa, quæ à Græcis laudantur, nos doceamus, jam nullius pretii fieri hæc placita. Atqui curioſiùs Scripturas perſcrutantes conabuntur oſtendere non ſolùm autorum antiquitatem, verùm etiam gravitatem ſententiarum, & quàm aptè inter ſe quadrent & cohæreant. Neſcio autem cur diluvio, quo terram purgatam Judæi pariter & Chriſtiani aſſerunt, Celſus putet turris dejectionem ſimilem. Ut enim nihil ænigmaticè ſubindicet hiſtoria turris, cujus mentio ſit in Geneſi, ſed, ut ipſe putat, nihil tegat ſub involucro; nè ſic quidem ad expurgandam terram facta videbitur, niſi fortè luſtrationem terræ exiſtimat confuſionem illarum linguarum: de qua tempeſtiviùs dici poſſet, quandoquidem propoſitum ſit quæ hanc ſpectant hiſtoriam quemadmodum ſe habeant, & quis ſit penitior eorundem intellectus, ſuo loco oſtendere. Et quoni-

ρος ἡμῖν λεγόμενον. προσείρηται δ', εἰς τὴν περὶ ἑτέρων ἡμῖν ἀπολογίαν, πρὸς τό, « οὔτε δὲ νοσῶν « ἢ μεμηνὼς οὐδεὶς * Θεῷ φίλος. ὁ γὰρ ἀπολογισάμενός φησιν οὐχ ὑπὲρ τῶν ἤδη φίλων νοσούντων ἢ μεμηνότων τὴν τοιάνδε οἰκονομίαν γεγονέναι, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν διὰ νόσον τῆς ψυχῆς καὶ ἔκστασιν τοῦ κατὰ φύσιν λογισμοῦ ἔτι ἐχθρῶν· ἵνα γένωνται φίλοι τοῦ Θεοῦ. καὶ γὰρ σαφῶς ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν λέγεται πάντα ἀναδεδέχθαι ὁ Ἰησοῦς, ἵν' αὐτοὺς ἀπαλλάξῃ τῆς ἁμαρτίας, καὶ ποιήσῃ δικαίους. εἶτ' ἐπεὶ προσωποποιεῖ ἰδίᾳ μὲν Ἰουδαίους αἰτιολογοῦντας τὴν κατ' αὐτοὺς μέλλουσαν Χριστοῦ ἐπιδημίαν· ἰδίᾳ δὲ Χριστιανοὺς λέγοντας περὶ τῆς ἤδη γεγενημένης ἐπιδημίας εἰς τὸν βίον τῶν ἀνθρώπων τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· φέρε, καὶ ταῦτα ὡς οἷόν τέ ἐστι, διὰ βραχέων κατανοήσωμεν. Ἰουδαῖοι δὴ παρ' αὐτῷ λέγουσι, πληρωθέντα τὸν βίον πάσης κακίας δεῖσθαι τοῦ καταπεμπομένου ἀπὸ Θεοῦ· ἵν' οἱ μὲν ἄδικοι κολασθῶσι, τὰ δὲ πάντα καθαρθῇ, ἀνάλογον τῷ πρώτῳ συμβάντι κατακλυσμῷ. ἐπεὶ δὲ λέγονται καὶ Χριστιανοὶ τούτοις προστιθέναι ἕτερα, δῆλον ὅτι καὶ τούτους φησὶ ταῦτα λέγεσθαι. καὶ τί ἄτοπον, ἐπὶ τῇ χύσει τῆς κακίας ἐπιδημήσειν τὸν ἀποκαθαροῦντα τὸν κόσμον, καὶ ἑκάστῳ κατ' ἀξίαν χρησόμενον; οὐ γὰρ κατὰ τὸν Θεόν ἐστι, μὴ στῆσαι τὴν τῆς κακίας νομὴν, καὶ ἀνακαινῶσαι τὰ πράγματα. Ἴσασι δὲ καὶ Ἕλληνες κατακλυσμῷ ἢ πυρὶ τὴν γῆν κατὰ περιόδους καθαιρομένην, ὡς καὶ Πλάτων πού οὕτω λέγει· Ὅταν δ' οἱ θεοὶ τὴν γῆν ὕδασι καθαίροντες κατακλύζωσιν· οἱ μὲν ἐν τοῖς ὄρεσι, καὶ τὰ ἑξῆς. λεκτέον οὖν, ὅτι ἆρ' ἐὰν μὲν ἐκεῖνοι ταῦτα φάσκωσι, σεμνά ἐστι καὶ λόγου ἄξια τὰ ἐπαγγελλόμενα· ἐὰν δὲ ἡμεῖς τάδε τινὰ ὑπὸ Ἑλλήνων ἐπαινούμενα καὶ αὐτοὶ κατασκευάζωμεν, οὐκέτι καλά ἐστι ταῦτα [δόγματα]; καίτοι γε οἷς μέλει τῆς πάντων τῶν γεγραμμένων διαρθρώσεως καὶ ἀκριβείας, πειράσονται δεικνύναι οὐ μόνον τὴν ἀρχαιότητα τῶν ταῦτα γραψάντων, ἀλλὰ καὶ τὴν σεμνότητα τῶν λελεγμένων, καὶ τὸ ἀκόλουθον αὐτοῖς. οὐκ οἶδα δ' ὅπως παραπλησίως τῷ κατακλυσμῷ καθήραντι τὴν γῆν, ὡς ὁ Ἰουδαίων καὶ Χριστιανῶν βούλεται λόγος, οἴεται καὶ τὴν τοῦ πύργου καταῤῥιψιν γεγονέναι. ἵνα γὰρ μηδὲν αἰνίσσηται ἡ κατὰ τὸν πύργον ἱστορία κειμένη ἐν τῇ Γενέσει, ἀλλ' (ὡς οἴεται Κέλσος) σαφὴς τυγχάνῃ· οὐδ' οὕτω φαίνεται ἐπὶ καθαρσίῳ τῆς γῆς τοῦτο συμβεβηκέναι. εἰ μὴ ἄρα καθάρσιον τῆς γῆς οἴεται τὴν καλουμένην τῶν γλωσσῶν σύγχυσιν. περὶ ἧς ὁ δυνάμενος εὐκαιρότερον διηγήσεται· ἐπὰν τὸ προκείμενον * ᾖ παραστῆσαι καὶ τὰ τῆς κατὰ τὸν τόπον ἱστορίας τίνα ἔχει λόγον, καὶ τὰ τῆς περὶ αὐτοῦ ἀναγωγῆς. ἐπεὶ δ'

* τῷ Θεῷ φίλος.

Hebr. 2. 15.

Matth. 9. 13.

Plato lib. 3. de Legibus.

Celſus diluvio aſſimilat turris dejectionem

Geneſ. 11. 1.

Ibid. v. 9.

* ἢ παρεχ.

Moſen fabulam de Aloidibus depravaſſe affirmat

Odyſſ. λ΄. v. 314.

* Ἀλωέως υἱῶν.

οἴεται Μωϋσέα, τὸν ἀναγράψαντα τὰ περὶ τοῦ πύργου καὶ τῆς τῶν διαλέκτων συγχύσεως, παραφθείραντα τὰ περὶ τῶν * Ἀλωαδῶν ἱστορούμενα, τοιαῦτα περὶ τοῦ πύργου ἀναγεγραφέναι· λεκτέον, ὅτι τὰ μὲν περὶ τῶν Ἀλωέως [υἱῶν] οὐκ οἶμαι πρὸ Ὁμήρου τινὰ εἰρηκέναι· τὰ δὲ περὶ τοῦ πύργου, πολλῷ πρεσβύτερα οὐ μόνον Ὁμήρου, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν Ἑλληνικῶν γραμμάτων εὑρέσεως, ὄντα, τὸν Μωϋσέα ἀναγεγραφέναι πείθομαι. τίνες οὖν μᾶλλον τὰ τίνων παραφθείρουσιν; ἆρα τὰ περὶ τοῦ πύργου οἱ περὶ * Ἀλωαδῶν ἱστοροῦντες· ἢ τὰ τῶν * Ἀλωαδῶν ὁ τὰ περὶ τοῦ πύργου καὶ τῆς συγχύσεως τῶν διαλέκτων γράψας; ἀλλὰ φαίνεται τοῖς ἀδεκάστοις ἀκροαταῖς ἀρχαιότερος Μωϋσῆς ὢν Ὁμήρου. καὶ τὰ περὶ Σοδόμων δὲ καὶ Γομόρρας ὑπὸ Μωϋσέως ἱστορούμενα ἐν τῇ Γενέσει, ὡς διὰ τὴν ἁμαρτίαν πυρὶ ἐξαφανισθέντων, παραβάλλει ὁ Κέλσος τῇ κατὰ τὸν Φαέθοντα ἱστορίᾳ, ἑνὶ σφάλματι, τῷ περὶ τοῦ μὴ τετηρηκέναι τὰ τῆς Μωϋσέως ἀρχαιότητος, ἀκολούθως πάντα ποιήσας. οἱ γὰρ τὰ περὶ Φαέθοντος ἱστοροῦντες ἐοίκασι καὶ Ὁμήρου νεώτεροι, τοῦ πολλῷ Μωϋσέως νεωτέρου. οὐκ ἀρνούμεθα οὖν τὸ καθάρσιον πῦρ, καὶ τὴν τοῦ κόσμου φθοράν, ἐπὶ καθαιρέσει τῆς κακίας καὶ ἀνακαινώσει τοῦ παντός· λέγοντες παρὰ τῶν προφητῶν ἐκ τῶν ἱερῶν βιβλίων μεμαθηκέναι. ἐπὰν μέν τοι, ὡς ἐν τοῖς ἀνωτέρω εἰρήκαμεν, πολλὰ περὶ μελλόντων οἱ προφῆται λέγοντες, * ἀποδείκνυνται περὶ πολλῶν παρεληλυθότων ἠληθευκέναι, καὶ δεῖγμα δεδωκέναι τοῦ θεῖον πνεῦμα ἐν αὐτοῖς γεγονέναι· δῆλον ὅτι καὶ περὶ τῶν μελλόντων πιστευτέον αὐτοῖς, μᾶλλον δὲ τῷ ἐν αὐτοῖς θείῳ πνεύματι. “Καὶ Χριστιανοὶ δέ, κατὰ τὸν Κέλσον, προστιθέντες τινὰς λόγους τοῖς ὑπὸ Ἰουδαίων λεγομένοις, φασί, διὰ τὰς τῶν Ἰουδαίων ἁμαρτίας ἤδη πεπέμφθαι τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ· καὶ ὅτι Ἰουδαῖοι κολάσαντες τὸν Ἰησοῦν, καὶ χολὴν ποτίσαντες, ἐπὶ σφᾶς αὐτοὺς ἐκ Θεοῦ χόλον ἐπεσπάσαντο. ἐλεγχέτω δὴ τὸ λεγόμενον ὡς ψεῦδος ὁ βουλόμενος, εἰ μὴ ἀνάστατον τὸ πᾶν τῶν Ἰουδαίων ἔθνος γεγένηται, οὐδὲ μετὰ γενεὰν ὅλην μίαν τοῦ ταῦτα πεπονθέναι ὑπ᾽ αὐτῶν τὸν Ἰησοῦν. τεσσαράκοντα γὰρ ἔτη καὶ δύο, οἶμαι, ἀφ᾽ οὗ ἐσταύρωσαν τὸν Ἰησοῦν, γεγονέναι ἐπὶ τὴν Ἱεροσολύμων καθαίρεσιν. καὶ οὐδέ ποτέ γε ἱστόρηται, ἐξ οὗ Ἰουδαῖοί εἰσι, τοσοῦτον αὐτοὺς χρόνον ἐκβεβλῆσθαι τῆς σεμνῆς ἁγιστείας καὶ λατρείας, κρατηθέντας ὑπὸ δυνατωτέρων· ἀλλ᾽ εἰ καί ποτε ἔδοξαν δι᾽ ἁμαρτίας καταλελεῖφθαι, οὐδὲν ἧττον ἐπισκοπήθησαν, καὶ ἐπανελθόντες τὰ ἴδια ἀπειλήφασιν, ἀκωλύτως ποιοῦντες τὰ νενομισμένα. ἓν οὖν τῶν παριστάντων θεῖόν τι καὶ ἱερὸν χρῆμα γεγονέναι τὸν Ἰησοῦν ἐστὶ καὶ τό, Ἰουδαίους ἐπ᾽ αὐτῷ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα πολλῷ ἤδη συμβεβηκέναι χρόνῳ. θαρροῦντες δ᾽ ἐροῦμεν, ὅτι οὐδ᾽ ἀποκατασταθήσονται. ἄγε

*Ἀλωέως υἱῶν.

* Ἀλωαδῶν.

Geneſ. 19.24.

et de Phaetonte, quibus dictis ſolidam opponit argumentationem Orig.

p. 62 p. 28.

* ἀποδεικνύωνται.

Celſus accuſat Xtianos additamenti ad Scripturas quae probent Jeſum jam veniſſe et propter Jeſu mortem Judaeos in ſeipſos exitium traxiſſe.

Matth. 27.34.

Orig. ut Xtiani nihil niſi veritatem proferre probentur, ipſam Judaeorum conditionem dilucide exponit. conf. p. 62.

am putat Moſem quæ ſcribit de turri confuſionéque linguarum depravâſſe ex Aloidarum fabula, & ad turrim ſuam tranſtuliſſe; equidem dixerim, Aloei filiorum ante Homerum in literis meminiſſe neminem: at quæ de turri Moſes prodidit, antiquiora eſſe non tantùm Homero, verùm etiam primis Græcarum literarum inventoribus. Uter igitur alterius ſcripta depravavit? ſcriptórne Aloidarum fabulæ hiſtoriam turris? an is qui de turri & linguarum confuſione meminit, Aloidarum fabulam? Certè incorruptis auditoribus apparet, quòd Moſes ſit Homero antiquior. Sic & quæ de Sodomis & Gomorrhis propter peccatum igne deletis Moſes narrat in libro Geneſeos, Celſus comparat cum Phaethontis hiſtoria, in eundem iterum impingens lapidem, ob non obſervatam antiquitatem Moſis temporum. Nam hi qui de Phaethonte fabulantur, videntur Homeri ætate poſteriores, qui Moſem eſt longo poſt tempore ſubſecutus. Itaque non negamus luſtratorium ignem abſumpturum unà cum ipſo mundo univerſam malitiam, quandoquidem è ſacris Prophetarum libris hoc didicimus, quorum veracitatem in prædicendo cùm multi, ut jam diximus, eventus approbaverint, manifeſtò argumento commercii cum divino ſpiritu, indubitatum relinquitur etiam venturis fidem deberi quæcunque juxta eadem oracula expectantur, vel potiùs Dei ſpiritui qui pectus eorum obſederat. Porrò *Chriſtiani* (inquit Celſus) *quædam addentes Judæorum dogmatibus, aiunt propter Judæorum peccata jam veniſſe Dei filium: & quòd Judæi, acto in ſupplicium Jeſu felléque potato, bilem Dei contra ſeipſos commoverint.* Id ſi falſum eſt, refellat qui vult, ſi non ſedibus ſuis expulſa eſt tota gens Judaica, nè uno quidem ſeculo integro elapſo, poſtquam Jeſus paſſus eſt ab ipſis damnatus. Nam quadraginta duo anni, non ampliùs opinor, interceſſerunt inter Jeſu crucem & deleta Hieroſolyma: nec in ullis Judæorum monumentis extat tanto eos tempore caruiſſe divino cultu, ſuiſque ceremoniis ejectos à potentioribus; ſed, ſi quando viſi ſunt propter peccata deſeri, nihilominus Deo ſe reſpiciente reverſi in ſua nemine prohibente operati ſunt ſacris ſolennibus. Id unum ex argumentis eſt, divinum aliquid & ſacrum fuiſſe Jeſum, quo læſo Judæi tot & tantis malis affliguntur tam longo tempore: & audemus dicere,

nunquam

nunquam fore ut reſtituantur. Scelus enim commiſerunt ſupra modum impium, per inſidias oppreſſo Servatore humani generis in ea urbe, ubi ſacra Deo faciebant majus myſterium ſignificantia. Itaque neceſſe fuit, eam urbem, in qua hæc Jeſus paſſus eſt, deleri funditùs, & Judæorum gentem expelli ſuis ſedibus, & alios vocari ad Dei beatitudinem: Chriſtianos, inquam, ad quos pervenit ſinceræ ac puræ religionis doctrina, aſſumptis novis legibus, aptis cuicunque ubivis terrarum Reipublicæ: quando priores illæ uni genti datæ propriis regibus parenti non potuerunt ſervari ab omnibus. Poſthæc, ſuo more irridens Judæorum ſimul & Chriſtianorum genus, *totum confert id veſpertilionum agmini aut formicarum è cavernis ſuis prodeuntium, aut ranis gregatim paludes obſidentibus, aut lumbricis in natali cœno cœtus facientibus & inter ſe contendentibus, quinam ex eis ſint peccatis contaminatiores, dicentibúſque omnia ſibi Deum præſignificare prædicere que, & relictâ mundi totius curâ cœleſtium revolutionum terrarúmque tam latè patentium, illis ſolis regendis vacare, cum ſolis per caduceatores internuncios continenter agere, curantem ut perpetuam cum eis habeat conſuetudinem.* Deinde non diſcedens à ficta ſimilitudine ait *nos ceu terrenos vermes dicere, Deus eſt, & poſt eum nos ab ipſo facti per omnia Deo ſimiles, nobis omnia ſubjecta ſunt, terra, aqua, aer, aſtra, omnia propter nos creata, ut nobis ſerviant*; pergunt autem vermes ejus, per quos vult nos intelligi, *Nunc quoniam è nobis quidam peccant, veniet Deus aut mittet ſuum filium, ut exurat injuſtos, ceteri cum ipſo æternâ vitâ fruamur.* Tum infert poſt hæc omnia, *magis ferendum, ſi hæc dicantur à vermibus & ranis, quàm à Judæis vel Chriſtianis inter ſe contendentibus?* Rogabimus iſtos qui applaudunt talibus, Omneſne homines congeriem veſpertilionum, aut formicas, aut ranas exiſtimatis propter tam immenſam Dei præcellentiam? an excluſis aliis ab hac ſimilitudine, eò quòd ratione legibúſque utantur, ſolos Chriſtianos & Judæos propter diverſa dogmata vili facitis, conferentes hujuſmodi animantibus? utrumvis reſponderitis, oſtendere conabimur parùm aptè talia dicta vel de nobis, vel in univerſum de hominibus. Eſto comparetis omnes homines collatos ad Deum vilibus his animalibus; quòd nihil ad divinam ma-

γὰρ ἔπραξαν τὸ πάντων ἀνοσιώτατον, τῷ Σωτῆρι τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων ἐπιβουλεύσαντες ἐν τῇ πόλει, ἔνθα τὰ νενομισμένα σύμβολα μεγάλων μυστηρίων ἐποίουν τῷ Θεῷ. ἐχρῆν οὖν ἐκείνην τὴν πόλιν, ὅπου ταῦτα πέπονθεν Ἰησοῦς, ἄρδην ἀπολωλέναι, καὶ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἀνάστατον γεγονέναι, καὶ ἐπ' ἄλλους τὴν τοῦ Θεοῦ εἰς μακαριότητα κλῆσιν μεταβεβηκέναι· τοὺς Χριστιανοὺς λέγω, ἐφ' οὓς ἐλήλυθεν ἡ περὶ τῆς εἰλικρινοῦς καὶ καθαρᾶς θεοσεβείας διδασκαλία, παραλαβόντας νόμους καινοὺς, καὶ ἁρμόζοντας τῇ πανταχοῦ καθεστώσῃ πολιτείᾳ. ἐπεὶ μὴ οἱ πρότερον δοθέντες, ὡς ἑνὶ ἔθνει ὑπὸ οἰκείων καὶ ὁμοιοήθων βασιλευομένῳ, οἷοίτε ἦσαν πάντες νῦν ἐπιτελεῖσθαι. Μετὰ ταῦτα, συνήθως ἑαυτῷ γελῶν τὸ Ἰουδαίων καὶ Χριστιανῶν γένος, „πάντας παραβέβληκε νυκτερίδων ὁρμαθῷ, ἢ μύρμηξιν ἐκ καλιᾶς προελθοῦσιν, „ἢ βατράχοις περὶ τέλμα συνεδρεύουσιν, ἢ „σκώληξιν ἐν βορβόρου γωνίᾳ ἐκκλησιάζουσι, καὶ „πρὸς ἀλλήλους διαφερομένοις, τίνες αὐτῶν εἶεν „ἁμαρτωλότεροι, καὶ φάσκουσιν, ὅτι πάντα ἡμῖν „ὁ Θεὸς προδηλοῖ καὶ προκαταγγέλλει· καὶ τὸν „πάντα κόσμον καὶ τὴν οὐράνιον φορὰν ἀπολι- „πὼν, καὶ τὴν τοσαύτην γῆν παριδὼν, ἡμῖν „μόνοις * ἐμπολιτεύεται, καὶ πρὸς ἡμᾶς μόνους „ἐπικηρυκεύεται, καὶ πέμπων οὐ διαλείπει, καὶ „ζητῶν ὅπως ἀεὶ συνῶμεν αὐτῷ. καὶ ἐν τῷ ἀναπλάσματί γε ἑαυτοῦ „παραπλησίους ἡμᾶς „ποιεῖ σκώληξι φάσκουσιν ὅτι Θεός ἐστιν, εἶτα „μετ' ἐκεῖνον ἡμεῖς ὑπ' αὐτοῦ γεγονότες πάντῃ ὅμοιοι τῷ Θεῷ· καὶ ἡμῖν πάντα ὑποβέ- „βληται, γῆ, καὶ ὕδωρ, καὶ ἀὴρ, καὶ ἄστρα· καὶ ἡμῶν „ἕνεκα πάντα, καὶ ἡμῖν δουλεύειν τέτακται. λέγουσι δὲ παρ' αὐτῷ οἱ σκώληκες, ἡμεῖς δηλαδὴ, „ὅτι νῦν ἐπειδή τινες ἡμῶν πλημμελοῦσιν, „ἀφίξεται Θεὸς, ἢ πέμψει τὸν υἱὸν, ἵνα καταφλέξῃ τοὺς ἀδίκους, καὶ οἱ λοιποὶ σὺν αὐτῷ „ζωὴν αἰώνιον ἔχωμεν. καὶ ἐπιφέρει γε πᾶσιν, „ὅτι ταῦτα ἀνεκτὰ, σκωλήκων ἢ βατράχων, „ἢ Ἰουδαίων ἢ Χριστιανῶν, πρὸς ἀλλήλους δια- „φερομένων. πρὸς ταῦτα δὴ πυνθανόμεθα τῶν ἀποδεχομένων τὰ οὕτω καθ' ἡμῶν εἰρημένα, καί φαμεν, Ἆρα πάντας ἀνθρώπους ὁμαδὸν ἡγεῖσθε νυκτερίδων, ἢ μύρμηκας, ἢ βατράχους, ἢ σκώληκας, ὑπολαμβάνετε διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ ὑπεροχήν; ἢ τοὺς μὲν ἄλλους ἀνθρώπους εἰς τὴν προκειμένην εἰκόνα μὴ παραλαμβάνετε, ἀλλὰ διὰ τὸ λογικὸν καὶ τοὺς καθεστῶτας νόμους τηρεῖτε [αὐτοὺς] ἀνθρώπους· Χριστιανοὺς δὲ καὶ Ἰουδαίους, διὰ τὰ μὴ ἀρέσκοντα ὑμῖν αὐτῶν δόγματα, ἐξευτελίζοντες, τοῖς τοῖς ζώοις παραβεβλήκατε; καὶ ὁποτερόν γε ἂν εἴπητε, πρὸς τὴν πεῦσιν * ὑμῶν ἀποκρινούμεθα, ἀποδεικνύναι πειρώμενοι, ὡς οὐ δεόντως λελέχθαι περὶ τῶν πάντων ἀνθρώπων, ἢ περὶ ἡμῶν τοιαῦτα. ἔστω γὰρ ὑμᾶς πρῶτον λέγειν, ὅτι πάντες ἄνθρωποι ὡς πρὸς Θεὸν τοῖς εὐτελέσι τούτοις παραβάλλονται ζώοις, ἐπεὶ

* ἐμπολιτεύ- εται.

* ἡμῶν.

Celsi [illegible] Xtianos, cum Deum ipsis amore propinquaturum, numine suo defensurum esse et tandem injustorum judicem missurum se credere dicant, vespertilionibus aliisq. animantibus vilibus [illegible] comparante.

Orig. illam similitudinem nec generi humano, ut pote ad virtutem nato, [illegible] [illegible].

ἐπεὶ μηδαμῶς ἐστιν αὐτῶν ἡ μικρότης συγκειτὴ τῇ ὑπεροχῇ τοῦ Θεοῦ. ποία δὲ μικρότης; ἀποκρίνασθέ μοι, ὦ οὗτοι. εἰ μὲν γὰρ ἡ τῶν σωμάτων· ἀκούσατε, ὅτι τὸ ὑπερέχον καὶ τὸ ἐνδέον, ὡς πρὸς ἀλήθειαν ἐξετάζεται, οὐκ ἐν σώματι κρίνεται. οὕτω γὰρ γῦπες καὶ ἐλέφαντες ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων ἔσονται κρείττους. καὶ γὰρ μείζους καὶ ἰσχυρότεροι καὶ πολυχρονιώτεροι εἰσι. ἀλλ' οὐδεὶς ἂν τῶν εὖ φρονούντων λέγοι κρείττονα εἶναι, διὰ τὰ σώματα, τάδε τὰ ἄλογα τῶν λογικῶν. πολὺ γὰρ εἰς ὑπεροχὴν ἀνάγει ὁ λόγος τὸ λογικὸν παρὰ πάντα τὰ ἄλογα. ἀλλ' οὐδὲ τὰ σπουδαῖα καὶ μακάρια, εἴτε (ὡς ὑμεῖς φατε) οἱ ἀγαθοὶ δαίμονες, εἴτε (ὡς ἡμῖν ἔθος ὀνομάζειν) οἱ τοῦ Θεοῦ ἄγγελοι, ἢ αἱ ὁποιαιδήποτε οὖν ὑπερέχουσαι τῶν ἀνθρώπων φύσεις· * ἐπειδὴ τὸ ἐν αὐτοῖς λογικὸν τετελείωται, καὶ κατὰ πᾶσαν ἀρετὴν πεποίωται. εἰ δὲ τὴν τοῦ ἀνθρώπου μικρότητα οὐ διὰ τὸ σῶμα ἐξευτελίζετε, ἀλλὰ διὰ τὴν ψυχὴν, ὡς οὖσαν ὑποδεεστέραν τῶν λοιπῶν λογικῶν, καὶ μάλιστα σπουδαίων, καὶ διὰ τοῦθ' ὑποδεεστέραν, ἐπεί περ ἡ κακία ἐστὶν ἐν αὐτῇ· τί μᾶλλον οἱ ἐν Χριστιανοῖς φαῦλοι, καὶ οἱ ἐν Ἰουδαίοις κακῶς βιοῦντες, ὁρμαθός εἰσιν νυκτερίδων, ἢ μύρμηκες, ἢ σκώληκες, ἢ βάτραχοι· ἢ οἱ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι μοχθηροί; ὡς κατὰ τοῦτο πάνθ' ὁντιναοῦν, μάλιστα κεχρημένον τῇ κακίᾳ χρώμενον, νυκτερίδα, καὶ σκώληκα, καὶ βάτραχον, καὶ μύρμηκα εἶναι, ὡς πρὸς τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους. κἂν Δημοσθένης τις ὢν ὁ ῥήτωρ ᾖ, μετὰ τῆς παραπλησίας ἐκείνῳ κακίας, καὶ τῶν ἀπὸ κακίας αὐτοῦ πεπραγμένων· κἂν Ἀντιφῶν, ἄλλος ῥήτωρ νομιζόμενος εἶναι, καὶ τὴν πρόνοιαν ἀναιρῶν ἐν τοῖς ἐπιγεγραμμένοις περὶ ἀληθείας παραπλησίως τῇ Κέλσου ἐπιγραφῇ· οὐδὲν ἧττόν εἰσιν οὗτοι σκώληκες ἐν βορβόρου γωνίᾳ τοῦ τῆς ἀμαθίας καὶ ἀγνοίας καλινδούμενοι. καί τοι γε ὁποῖον δὴ τὸ λογικὸν οὐκ ἂν εὐλόγως σκώληκι παραβάλλοιτο, ἀφορμὰς ἔχον πρὸς ἀρετήν. αὗται γὰρ αἱ πρὸς * ἀρετὴν ὑποτυπώσεις οὐκ ἐῶσι σκώληκι παραβάλλεσθαι τοὺς δυνάμει ἔχοντας τὴν ἀρετὴν, καὶ τὰ σπέρματα αὐτῆς πάντῃ ἀπολέσαι οὐ δυναμένους. οὐκοῦν ἀναφαίνεται, ὅτι οὐδ' οἱ ἄνθρωποι καθόλου σκώληκες ἂν εἶεν ὡς πρὸς Θεόν. ὁ γὰρ λόγος, τὴν ἀρχὴν ἔχων ἀπὸ τοῦ παρὰ Θεῷ λόγου, οὐκ ἐᾷ τὸ λογικὸν ζῷον πάντῃ ἀλλότριον νομισθῆναι Θεοῦ. οὔτε μᾶλλον οἱ ἐν Χριστιανοῖς καὶ Ἰουδαίοις φαῦλοι, καὶ, ὡς πρὸς τὸ ἀληθὲς, οὐ Χριστιανοὶ οὐδὲ Ἰουδαῖοι, τῶν λοιπῶν φαύλων παραβάλλοιντο ἐν γωνίᾳ βορβόρου καλινδουμένοις σκώληξιν. εἰ δ' ἡ τοῦ λόγου φύσις οὐδὲ τοῦτο παραδέξασθαι ἐπιτρέπει· δῆλον ὅτι οὐχ ὑβρίσομεν τὴν πρὸς ἀρετὴν κατεσκευασμένην ἀνθρωπίνην φύσιν, κἂν δι' ἄγνοιαν ἐξαμαρτάνοι, οὐδ' ἐξομοιώσομεν αὐτὴν τοῖς τοιοῖσδε ζώοις. εἰ δὲ διὰ τὰ μὴ ἀρέσκοντα Κέλσῳ Χριστιανῶν καὶ Ἰουδαί-

* ἀλλ' ἐπεί τι.

Rationalis natura facultatem quandam virtutis habet, nec semina virtutis * αὐτὴν ἀπο- [illegible] amittere [illegible] τυπώσεις. [illegible])

jeſtatem ſit horum exiguitas: reſpondete, quam exiguitatem dicitis? ſi corporum, audite, ubi ſuperius & inferius venit in verum judicium non haberi rationem corporum: alioqui gryphes & elephanti potiores erunt nobis hominibus, ut quibus mole, robore, vivacitate cedamus, nemo tamen ſanus diceret propter corpus bruta præſtare ratione præditis; nam longè plurimùm ratio hominem evehit, & rationis expertibus excellentiorem reddit. Imò nè bonis quidem & beatis geniis inferiores ſumus, quos dæmonas vos vocatis, noſtri verò angelos, aut quibuſcunque naturis eximiis, quoties in nobis ratio cum omni virtute abſolvitur. Quòd ſi hominis exiguitas non propter corpus vilipenditur, ſed propter animam, quòd ea deterior ſit ceteris rationalibus, præſertim virtute præditis, ut vitiis obnoxia: qui magìs mali Chriſtiani Judæive ſunt congeries veſpertilionum, aut formicæ, aut vermes, aut ranæ, quàm alii vitioſi ubivìs gentium? alioqui hâc ratione omnis malus, ac vitiis perditus erit veſpertilio, vermis, rana, formica, collatus ad veros homines. Etiamſi Demoſthenes ſit orator ille celebris, ſimili pravitate affectus, & quæ ex hac prodeunt maleficiis; etiamſi Antiphon & ipſe inter oratores clarus, modò vir malus ſit, tollens providentiam in ſuo vero ſermone, cujus inſcriptionem Celſus imitatus eſt: nihilo ſecius vermes ſunt tales, volutantes ſe in cœnoſis ineruditionis & ignorantiæ latebris. Attamen nihil eſt ratione præditum, quod cum verme conferri debeat, cùm ipſum capax virtutis ſit; cujus quidem forma menti impreſſa haudquaquam hos ſiverit cum vermibus comparari, qui inſitam virtutem habent, cujus nequeant prorſus ſemina deperdere. Unde liquet, nec in univerſum homines habendos pro vermibus collatos ad Deum: nam ratio illa, oriunda ab autore verbo Deo, non ſinit rationale hoc animal exiſtimari prorſus alienum à Deo; nec eſt, cur vel mali Chriſtiani aut Judæi, & proinde, ſi verum fatendum eſt, nec inter Chriſtianos, nec inter Judæos cenſendi, comparari debeant vermibus in obſcuro cœno ſe volutantibus. Quòd ſi ipſa rationalis natura non admittit talem ſimilitudinem, apparet jam non inferendam naturæ humanæ ad virtutem natæ hanc injuriam, etiamſi depravetur vitiis, ut eam conferamus cum hujuſmodi animalculis. Sin autem propter Chriſtianorum & Judæorum dogmata Celſo parùm probata,

probata, imò nè intellecta quidem, hi quidem vermes ſunt & formicæ, ceteri verò non tales: age, examinemus confeſſa Chriſtianorum Judæorúmque dogmata ſimul cum reliquorum placitis, viſuri ſi vermium & formicarum appellatio in homines competit; num magis illi habendi ſint pro ranis, formicis & vermibus, qui à vera Dei cognitione delapſi, vanâ pietatis imagine venerantur bruta, ſtatuas, aut quantumvis excellentes creaturas, cùm debuiſſent per earum pulchritudinis admirationem ad colendum conditorem invitari potiús. Ceterum pro hominibus, & ſi quid eſt hominibus excellentius, hos demum qui rationis ductu tranſcenſis lapidibus, & lignis, atque etiam iſtis, quibus vulgi æſtimatio pretium addidit, auro argentóque, deniq; aliis omnibus, quæcunque mundus habet ſpectabilia, ad conditorem aſcendunt omnium, ſéque committunt ejus fidei, qui ſolus ſufficere poteſt omnibus, quæ in rerum natura ſunt, omniúmque cogitationes introſpicere, exaudire preces ad ſe miſſas omnium: quo inſpectante facimus quicquid facimus, quo audiente omnia debemus cauti eſſe, nè quid ex ore noſtro excidat, quod illi diſpliceat: niſi fortè putandum eſt tam inſignem pietatem nec laboribus cedentem, nec periculis capitalibus, nec humanis argutationibus ſuccumbentem, non eſſe idoneam, quæ ſuos cultores ab ignominioſa cum vermibus collatione vindicet, etiamſi antequam receperunt eam conferuntur. Quid illi, qui Veneris ſtimulos, domitores, & emollitores virilium animorum acerrimos, vicerunt non ob aliud, niſi quod perſuaſi ſunt neminem abſque temperantia poſſe Deo placere, & ad ejus familiaritatem aſcendere; videntúrne vobis vermium germani, & formicarum ranarúmque ſimiles? jam illuſtris virtus juſtitia, humanæ ſocietatis conſervatrix, & benignitas, humanitáſque nihilne conducunt ad hoc, nè qui his eſt præditus ſit qualis veſpertilio? Ceterùm iſti vulgi more in libidinibus ſe volutantes & commeantes ad lupanaria promiſcuè, atq; etiam docentes ſe ità nihil præter officium facere, annon ſunt vermes in cœno? præſertim collati cum iis, qui didicerunt non *auferenda membra Chriſti*, hoc eſt, habitata Dei verbo corpora, *nec facienda membra meretricis*, ſciúntque rationalem animam & corpus Deo ſacratum eſſe templum numinis adorandi ab omnibus, dignum hoc honore propter opinionem de conditore puram & integram: qui quidem caventes illicito

ὧν δόγματα, ἃ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐπίσταται φαίνεται, ὅτι οἱ μὲν σκώληκες καὶ μύρμηκες, οἱ δὲ λοιποὶ οὐ τοιοῦτοι· φέρε, ἐξετάσωμεν, καὶ τὰ αὐτόθεν πᾶσι περιφερόμενα δόγματα Χριστιανῶν καὶ Ἰουδαίων, τοῖς τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων, εἰ μὴ ἀναφανεῖται, τοῖς ἅπαξ παραδεξαμένοις εἶναί τινας ἀνθρώπους σκώληκας καὶ μύρμηκας, ὅτι σκώληκες μὲν καὶ μύρμηκες καὶ βάτραχοι οἱ καταπεπτωκότες ἀπὸ τῆς περὶ Θεοῦ ὑγιοῦς ὑπολήψεως, φαντασίᾳ δ' εὐσεβείας ἤτοι ἄλογα ζῷα ἢ ἀγάλματα σέβοντες, ἢ καὶ τὰ δημιουργήματα· δέον ἐκ τοῦ κάλλους αὐτῶν θαυμάζειν τὸν πεποιηκότα, κἀκεῖνον σέβειν· Rom. 1.20. ἄνθρωποι δὲ, καὶ εἴ τι ἀνθρώπων τιμιώτερον, οἱ δυνηθέντες ἀναβῆναι ἀκολουθοῦντες τῷ λόγῳ ἀπὸ λίθων καὶ ξύλων, ἀλλὰ καὶ τῆς νομιζομένης ὕλης εἶναι τιμιωτάτης ἀργύρου καὶ χρυσοῦ· ἀναβάντες δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ἐν κόσμῳ καλῶν ἐπὶ τὸν τὰ ὅλα πεποιηκότα, καὶ ἐκείνῳ ἑαυτοὺς πιστεύσαντες, καὶ ὡς μόνῳ διαρκεῖν δυναμένῳ ἐπὶ πάντα τὰ ὄντα, καὶ ἐφορᾷν τοὺς πάντων λογισμοὺς, καὶ ἀκούειν τῆς πάντων εὐχῆς, τὰς εὐχὰς ἐκείνῳ ἀναπέμποντες, καὶ ὡς ἐπὶ θεατοῦ αὐτοῦ τῶν γινομένων πάντα πράττοντες, καὶ ὡς ἐπὶ ἀκροατοῦ τῶν λεγομένων φυλαττόμενοι λέγειν τὸ μὴ ἀρεσκόντως ἀπαγγελλόμενον τῷ Θεῷ. εἰ μὴ ἄρα * ἡ τηλικαύτη εὐσέβεια οὔθ' ὑπὸ πόνων, οὔθ' ὑπὸ κινδύνων θανάτου, οὔθ' ὑπὸ λογικῶν πιθανοτήτων νικωμένη, οὐδὲν βοηθεῖ τοῖς ἀντειλημμένοις αὐτῆς πρὸς τὸ μηκέτι αὐτοὺς παραβάλλεσθαι σκώληξιν, εἰ καὶ παρεβάλλοντο πρὸ τῆς τηλικαύτης εὐσεβείας. ἆρα δὲ οἱ νικῶντες τὴν δριμυτάτην πρὸς ἀφροδίσια ὄρεξιν, πολλῶν πεισάσαν τοὺς θυμοὺς μαλθακοὺς καὶ κηρίνους· καὶ διὰ τοῦτο νικῶντες, ἐπεί περ ἐπείσθησαν μὴ ἄλλως οἰκειωθῆναι δύνασθαι τῷ Θεῷ, ἐὰν μὴ καὶ διὰ σωφροσύνης ἀναβῶσι πρὸς αὐτόν· σκωλήκων ὑμῖν δοκοῦσιν εἶναι ἀδελφοὶ, καὶ μυρμήκων συγγενεῖς, καὶ βατράχοις παραπλήσιοι; τί δὲ, τὸ λαμπρὸν τῆς δικαιοσύνης, τηροῦσης τὸ πρὸς τὸν πλησίον καὶ ὁμογενὲς κοινωνικὸν, καὶ δίκαιον, καὶ φιλάνθρωπον, καὶ χρηστὸν, οὐδὲν ἀνύει πρὸς τὸ μὴ εἶναι νυκτερίδα τὸν τοιοῦτον; οἱ δὲ περὶ τῆς ἀκολασίας καλινδούμενοι, ὁποῖοί εἰσιν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, καὶ οἱ ταῖς χαμαιτύπαις διαφόρως προσιόντες, διδάσκοντες δὲ καὶ μὴ πάντως παρὰ τὸ καθῆκον τοῦτο γίνεσθαι, οὐκ εἰσὶν ἐν βορβόρῳ σκώληκες; καὶ μάλιστα συγκρινόμενοι τοῖς διδαχθεῖσι μὴ αἴρειν τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ, 1 Cor. 6.15. καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ λόγου οἰκούμενον σῶμα, καὶ ποιεῖν αὐτὰ πόρνης μέλη· μαθοῦσι δὲ ἤδη καὶ * τὸ τοῦ λογικοῦ καὶ τῷ Θεῷ τῶν ὅλων ἀνακείμενον σῶμα, ναός ἐστι τοῦ προσκυνουμένου ὑπ' αὐτῶν Θεοῦ· 1 Cor. 3.16. τοιοῦτον ἀπὸ τῆς καθαρᾶς περὶ τοῦ δημιουργοῦ ἐννοίας γινόμενον· * οἱ καὶ φυλαττόμενοι διὰ τῆς

* ἴσ. ἡ τηλ.

* λείπει ἴσ. ὅτι τὸ τοῦ.

* ἴσ. οἱ καὶ.

παρανόμου συνουσίας φθείρειν τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, ὡς εἰς Θεὸν εὐσέβειαν ἀσκεῖ τὴν σωφροσύνην. καὶ οὔπω λέγω τὰ λοιπὰ ἐν ἀνθρώποις κακά, ὧν οὐ ταχέως οὐδ' οἱ φιλοσοφεῖν δοκοῦντες καθαρεύουσι· πολλοὶ γὰρ καὶ οἱ ἐν φιλοσοφίᾳ νόθοι. οὐδέ φημί πω, ὅτι πολλὰ μέν ἐστι τὰ τοιαῦτα παρὰ τοῖς μήτε Ἰουδαίοις μήτε Χριστιανοῖς, ἤτοι δὲ οὐδ' ὅλως ὑπάρχει ἐν Χριστιανοῖς· εἰ κυρίως ἐξετάζοις, τίς ὁ Χριστιανός; ἢ εἰ καὶ εὑρεθείη, ἀλλ' οὔτι γε ἐν τοῖς συνεδρεύουσι καὶ ἐπὶ τὰς κοινὰς εὐχὰς ἐρχομένοις, καὶ μὴ ἀποκλειομένοις ἀπ' αὐτῶν· εἰ μὴ ἄρα τις σπανίως λανθάνων ἐν τοῖς πολλοῖς εὑρίσκοιτο τοιοῦτος. οὐ σκώληκες οὖν ἐκκλησιάζοντές ἐσμεν, οἱ πρὸς Ἰουδαίους ἱστάμενοι ἀπὸ τῶν πεπιστευμένων αὐτοῖς εἶναι γραμμάτων ἱερῶν· καὶ δεικνύντες τόν τε προφητευόμενον ἐπιδεδημηκέναι, καὶ διὰ τὰ μέγιστα ἁμαρτήματα ἐκείνους ἐγκαταλελεῖφθαι, καὶ ἡμᾶς, τοὺς παραδεξαμένους τὸν λόγον, ἐλπίδας ἔχειν παρὰ Θεῷ τὰς ἀρίστας, ἔκ τε τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως, καὶ τοῦ

Tit. 2. 14.

δύνασθαι ἡμᾶς οἰκειοῦσθαι αὐτῷ καθαροὺς ἀπὸ πάσης πονηρίας καὶ κακίας βίου. οὐχ ἁπλῶς οὖν, εἴ τις Ἰουδαῖον ἑαυτὸν ἢ Χριστιανὸν ἀναγορεύει, οὗτος λέγει ἂν ὅτι τὸν πάντα κόσμον καὶ τὴν οὐράνιον φορὰν ἡμῖν μάλιστα πεποίηκεν ὁ

Matth. 5. 8.

Θεός. ἀλλ' εἴ τις, ὡς ὁ Θεὸς ἐδίδαξε, καθαρός ἐστι τῇ καρδίᾳ, καὶ πρᾶος, καὶ εἰρηνοποιός, καὶ προθύμως ὑπομένων τοὺς διὰ * τῆς εὐσεβείας κινδύνους· εὐλόγως ἂν ὁ τοιοῦτος θαρροίη τῷ Θεῷ, συνιεὶς δὲ καὶ τὸν ἐν ταῖς προφητείαις λόγον φήσαι ἂν καὶ τό, Πάντα ταῦτα ἡμῖν τοῖς πιστεύουσιν ὁ Θεὸς προδεδήλωκε καὶ κατήγγειλεν. Ἐπεὶ δὲ καὶ πεποίηκεν, οὓς ἡγεῖται σκώληκας, Χριστιανοὺς λέγοντας, "ὅτι "τὴν οὐράνιον φορὰν ἀπολιπὼν ὁ Θεός, καὶ τὴν "τοσαύτην γῆν παριδών, ἡμῖν μόνοις ἐμπο"λιτεύεται, καὶ πρὸς ἡμᾶς ἐπικηρυκεύεται, καὶ πέμ"πων οὐ διαλείπει, καὶ ζητεῖ ὅπως ἀεὶ συνῶμεν "αὐτῷ. λεκτέον ὅτι τὰ μὲν λεγόμενα πρὸς ἡμῶν περιτίθησιν ἡμῖν, τοῖς καὶ ἀναγινώσκουσι καὶ

* τὴν εὐσέβειαν.

Quod Cels. ead. pericop. illi nos accusat quasi diceremus Deum inter ipsos solos versari ipsorumq. solorum curam gerere

Sap. 11. 24.

γινώσκουσιν, ὅτι ἀγαπᾷ πάντα τὰ ὄντα ὁ Θεός, καὶ οὐδὲν βδελύσσεται ὧν ἐποίησεν· οὐδὲ γὰρ ἂν μισῶν τι κατεσκεύασεν. ἀνέγνωμεν δὲ καὶ τό,

Resp. Or. Deum qui omnia creaverit omnium rationem habere

Ibid. v. 26.

Φείδῃ δὲ πάντων, ὅτι σά ἐστι πάντα, φιλόψυχε. τὸ γὰρ ἄφθαρτόν [σου] πνεῦμά ἐστιν ἐν πᾶσι·

Sap. 12. 1, 2.

διὸ καὶ τοὺς παραπίπτοντας κατ' ὀλίγον ἐλέγχεις, καὶ ἐν οἷς ἁμαρτάνουσιν ὑπομιμνήσκων νουθετεῖς. πῶς δὲ δυνάμεθα λέγειν τὴν οὐράνιον φορὰν, καὶ τὸν πάντα κόσμον, ἀπολιπόντα τὸν Θεόν, καὶ τὴν τοσαύτην γῆν παριδόντα, ἡμῖν μόνοις ἐμπολιτεύεσθαι; οἵ τινες ἐν ταῖς εὐχαῖς εὕρομεν δεῖν τι λέγειν φρονοῦντας ὅτι τοῦ ἐλέους

Psal. 33. 5.
Sirac. 18. 11.

Κυρίου πλήρης ἡ γῆ· καὶ, Ἔλεος Κυρίου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα. καὶ, ὅτι ἀγαθὸς ὢν ὁ Θεός, ἀνα-

Matth. 5. 45.

τέλλει τὸν ἥλιον ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς, καὶ βρέ-

concubitu ſacrarium Dei polluere, tanquam pietatem colunt temperantiam. Taceo reliqua hominum vitia, à quibus non facilè reperias immunes nè iſtos quidem qui habentur pro philoſophis; ſunt enim multi adulterini philoſophi: atq; his obnoxii ſunt homines profeſſione nec Judæi nec Chriſtiani: quæ aut non ſunt inter Chriſtianos, ſi propriè Chriſtianum accipias; aut ſi quà inveniuntur etiam inter hos, certè non inter illos, qui ad cœtus communes & deprecationes conveniunt, nec ab eis arcentur, niſi fortè perrarò talis aliquis ceteros lateat. Itaq; non ſumus cœtus vermium, qui contra Judæos pugnamus ex literis, quarum etiam apud ipſos ſacroſancta eſt autoritas: & oſtendimus adveniſſe illum deſignatum Prophetarum oraculis, & illos derelictos eſſe propter peccata graviſſima: nos verò qui verbum Dei recepimus habere ſpem optimam, per fidem in eum, qui poteſt nos ab omni malitia miſeriáq; ſeculari purgatos domeſticos ſibi facere. Igitur non ſimpliciter quicunque Judæum aut Chriſtianum ſe profitetur poteſt dicere, En! totam hanc mundi machinam cœleſtéſque curſus Deus propter nos potiſſimùm fabricatus eſt: ſed ſi quis juxta Jeſu doctrinam mundo eſt corde, mitis, pacificus, alacriter ferens amore pietatis pericula, is meritò confidit Deo, & intelligens prophetias poteſt dicere, Omnia hæc Deus nobis jam antè ſignificavit & prænunciavit. Quoniam autem facit Chriſtianos, quos pro vermibus habet, ſic loqui, *Deum, relictâ mundi totius curâ, cœleſtium revolutionum, terrarúmq; tam latè patentium, ipſis ſolis regendis vacare, cum ſolis per caduceatores internuncios agere, curantem ut perpetuam cum eis habeat conſuetudinem*: dicemus iſtum nobis affingere quæ nunquam dicimus, quippe qui legimus & novimus è ſacris literis, *Deum diligere omnia, & nihil odiſſe eorum, quæ ipſe creavit; non enim quicquam fecit, quod haberet odio*: legimus & illud, *Parcis omnibus, quoniam omnia tua ſunt, amator animarum: nam incorruptibilis ſpiritus eſt in omnibus; quapropter etiam delinquentes paulatim arguis, & erratorum admonens corrigis.* Qui poſſumus dicere, Deû relictâ mundi cœlorúmq; curâ, terrarúmq; latiſſimè patentium, vacare tantùm adminiſtrandæ noſtræ Reipublicæ? qui in ſacris precibus invenimus Deum ſic compellandum à cordatis, *Miſericordiâ tuâ, Domine, plena eſt terra, & beneficentiâ carnem omnem proſequeris.* Legimus & illud, quòd Deus, cùm ſit bonus, *oriri jubet ſolem ſuum ſuper bonos pariter ac malos, & pluit*

ſuper juſtos atq; injuſtos: nos quoq;, ut ipſius Filii ſimus, hortatur ad ſimilem beneficentiã porrigendam cuivis pro viribus: ille namq; *Servator dictus eſt omnium, præſertim fidelium: & Chriſtus ejus factus eſt propitiatio pro peccatis noſtris, nec tantùm pro noſtris, ſed & pro mundi totius.* Et hoc Celſo reſponſum ſit ad ea quæcunque Celſus conſcripſit: fortè quædam privati juris Judæorum nonnulli protulerint, quod non facerent Chriſtiani, qui edocti ſunt, Deum in hoc approbâſſe nobis charitatem ſuam, *quòd Chriſtus pro nobis mortuus eſt etiam tum peccatoribus: atqui vix pro juſto quiſquam mori ſuſtinet; ſiquidem pro bono forſitan moreretur aliquis.* Nunc pro omnibus qui uſquam ſunt peccatoribus (ut relictis peccatis credant ſeſe Deo, & ut maxima tollat peccata) adveniſſe prædicatur Jeſus, qui juxta idioma gentis in qua natus eſt, Dei Chriſtus eſſe dicitur. Poteſt autem fieri ut Celſus aliquos ità loquentes audierit, *Eſt Deus, & poſt illum nos:* videlicet vermes, ut ipſe nominat. Et perinde facit ac ſi quis ſectam aliquam philoſophiæ criminetur, propter temerarium quodpiam adoleſcentuli verbum, qui ante triduum ſcholam philoſophi frequentare cœperit, extollentis ſeſe ceterisq; præferentis ut philoſophiæ rudibus. Nos certè ſcimus multa eſſe majoris quàm homo ſit pretii; & legimus, quòd *Deus ſtetit in concilio Deorum;* non iſtorum Deorum qui vulgò coluntur, *Omnes enim dii gentium dæmonia:* & quòd *ſtans in eorum concilio medio Deos dijudicat.* Novimus etiam, quòd *etſi ſint multi Dii qui vocantur, ſive in cœlo, ſive in terra, ſicut ſunt Dii multi & Domini multi; nobis tamen unus eſt Deus, ille Pater ex quo ſunt omnia & nos in ipſo: & unus Dominus, Jeſus Chriſtus, per quem ſunt omnia, & nos per ipſum.* Novimus item angelos tantò præſtantiores hominibus, ut homines perfectionẽ adepti æquentur angelis: *nam in reſurrectione mortuorum nec elocabunt nuptum, nec nuptas domũ recipient; ſed erunt juſti ſicut angeli Dei, jam æquales angelis.* Nec ignoramus inter cœleſtes illos ordines alios eſſe, qui vocantur Throni; alios, qui Dominationes; alios, qui Poteſtates; alios, qui Principatus; videmúſq; nos illis longo intervallo proximos, ſperantes interim per bonam vitam doctrinæ reſpondentem evaſuros nos ad eorum ſimilitudinem. Poſtremò, *etſi nondum apparet quid erimus, ſcimus tamen quòd ubi apparuerit adventus ejus, erimus Deo ſimiles, & videbimus eum ſicut eſt.* Quòd ſi quis illud à quibuſdam, ſive intelligentibus, ſive non intelligentibus, ſed potius ab iis, qui perperam

γει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. καὶ ἡμᾶς, ἵνα γινώμεθα αὐτοῦ υἱοὶ, ἐπὶ τὰ παραπλήσια προτρέπων, [Lucæ 6. 35.] καὶ διδάσκων εἰς πάντας ἡμᾶς ἀνθρώπους, κατὰ τὸ δυνατὸν, ἐκτείνειν τὰς εὐποιΐας. καὶ γὰρ αὐτὸς εἴρηται Σωτὴρ πάντων ἀνθρώπων, [1 Tim. 4. 10.] μάλιστα πιστῶν· καὶ ὁ Χριστὸς αὐτοῦ, ἱλασμὸς εἶναι [1 Joan. 2. 2.] περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν· οὐ περὶ τῶν ἡμετέρων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ ὅλου τοῦ κόσμου. καὶ * ταῦτα μὲν οὖν πρὸς ταῦτα, ὅσα ἀνέγραψεν ὁ Κέλσος· ἄλλα δέ τινα ἰδιωτικὰ εἴποιεν ἂν Ἰουδαίων τινὲς, ἀλλ᾽ οὔτι γε καὶ Χριστιανοί· οἱ διδαχθέντες, ὅτι συνίστησι τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην εἰς [Rom. 5. 8.] ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ὅτι, ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν, Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε. καί τοι γε μόγις τὶς ὑπὲρ τοῦ δικαίου ἀποθανεῖται· ὑπὲρ [Ibid. v. 7.] γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ τάχα τὶς καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν. νυνὶ δὲ ὑπὲρ τῶν πανταχοῦ ἁμαρτωλῶν (ἵνα καταλίπωσι τὴν ἁμαρτίαν, καὶ πιστεύσωσι τῷ Θεῷ ἑαυτοὺς) ἐπιδεδημηκέναι [καὶ διὰ τὰ μέγιστα ἁμαρτήματα] κεκήρυκται ὁ Ἰησοῦς, πατρίῳ τινὶ τοῖς λέγοις τούτοις συνηθείᾳ καὶ Χριστὸς εἶναι λεγόμενος τοῦ Θεοῦ. τάχα δέ τινων περίκουσεν ὁ Κέλσος “ὅτι ὁ Θεός ἐστιν, εἶ-“τα μετ᾽ ἐκεῖνον ἡμεῖς· ὡς ὀνόμασε σκώληκας. καὶ ὅμοιον ποιεῖ τοῖς ὅλῃ αἱρέσει φιλοσοφίας ἐγκαλοῦσι, διά τινα λεγόμενα ὑπὸ προπετοῦς μειρακίου τριῶν ἡμερῶν φοιτήσαντος εἰς φιλοσόφου, καὶ ἐπαιρομένου κατὰ τῶν λοιπῶν, ὡς ἐλαττόνων καὶ ἀφιλοσόφων. Ἴσμεν γὰρ ὅτι πολλά ἐστιν ἀνθρώπου τιμιώτερα· καὶ ἀνέγνωμεν, ὅτι [Pſal. 81. 1.] ὁ Θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν· θεῶν δὲ οὐ τῶν * προσκυνουμένων ὑπὸ τῶν λοιπῶν, πάντες γὰρ οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια. καὶ ἀνέγνωμεν, ὅτι [Pſal. 95. 5.] ὁ Θεὸς στὰς ἐν συναγωγῇ θεῶν, ἐν μέσῳ θεοὺς * διακρίνει. Οἴδαμεν δὲ καὶ ὅτι εἴπερ εἰσὶ θεοὶ [Pſal. 81. 1.] λεγόμενοι, εἴτ᾽ ἐν οὐρανῷ, εἴτε ἐπὶ γῆς, ὥσπερ [1 Cor. 8. 5.] εἰσὶ θεοὶ πολλοὶ, καὶ κύριοι πολλοί· ἀλλ᾽ ἡμῖν εἷς Θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν· καὶ εἷς Κύριος, Ἰησοῦς Χριστὸς, δι᾽ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι᾽ αὐτοῦ. Οἴδαμεν δὲ καὶ τοὺς ἀγγέλους [οὕτως] εἶναι ἀνθρώπων κρείττονας, ὥστε τοὺς ἀνθρώπους τελειωθέντας, ἰσαγγέλους γίνεσθαι. ἐν γὰρ τῇ ἀναστάσει τῶν νεκρῶν οὔτε γα- [Matth. 22. 30.] μοῦσιν, οὔτ᾽ ἐκγαμίζονται· ἀλλά εἰσιν ὡς οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν οἱ δίκαιοι, καὶ γίνονται [Lucæ 20. 36.] ἰσάγγελοι. Οἴδαμεν δ᾽ ἐν τῇ διατάξει τῶν ὅλων εἶναί τινας τοὺς καλουμένους θρόνους, καὶ ἄλλους κυριότητας, καὶ ἄλλας ἐξουσίας, καὶ ἄλλους ἀρ- [Coloſſ. 1. 16.] χάς· καὶ ὁρῶμεν ὅτι πολὺ τούτων ἡμεῖς οἱ ἄνθρωποι ἀπολειπόμενοι ἐλπίδας ἔχομεν ἐκ τοῦ καλῶς βιοῦν, καὶ πάντα πράττειν κατὰ τὸν λόγον, ἀναβαίνειν ἐπὶ τὴν τούτων πάντων ἐξομοίωσιν. καὶ τελευταῖον, ἐπεὶ μή πω ἐφανερώθη τί ἐσό- [1 Joan. 3. 2.] μεθα, οἴδαμεν [δὲ] ὅτι ἐὰν φανερωθῇ, ἐσόμεθα ὅμοιοι τῷ Θεῷ, καὶ ὀψόμεθα αὐτὸν, καθώς ἐστιν. εἰ δέ τις τὸ λεγόμενον ὑπό τινων, εἴτε τῶν νοούντων, εἴτε τῶν μὴ συνιέντων, ἀλλὰ

* τάχα μὲν οὖν ταῦτα.

* προσκυνούντων.

* διακρίνων.

ἀλλὰ παρακουσάντων λόγου ὑγιοῦς, φάσκοι, " ὅτι " ὁ Θεός ἐστιν, εἶτα μετ' ἐκεῖνον ἡμεῖς, καὶ τοῦτό γ' ἂν ἑρμηνεύσαιμι τὸ, ἡμεῖς, λέγων ἀντὶ τοῦ, οἱ λογικοὶ, καὶ ἔτι μᾶλλον, οἱ σπουδαῖοι λογικοί. καθ' ἡμᾶς γὰρ ἡ αὐτὴ ἀρετή ἐστι τῶν μακαρίων πάντων, ὥστε καὶ ἡ αὐτὴ ἀρετὴ ἀνθρώπου καὶ Θεοῦ. Matth. 5. 48. διόπερ γίνεσθε τέλειοι, ὡς ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τέλειός ἐστι, διδασκόμεθα. οὐδεὶς οὖν καλὸς καὶ ἀγαθὸς, σκώληξ ἐστὶν ἐννηχόμενος βορβόρῳ· καὶ οὐδεὶς εὐσεβὴς, μύρμηξ· καὶ οὐδεὶς δίκαιος, βάτραχος· καὶ οὐδεὶς, τῷ λαμπρῷ φωτὶ τῆς ἀληθείας καταυγαζόμενος τὴν ψυχὴν, νυκτερίδι ἂν εὐλόγως παραβάλλοιτο. δοκεῖ δέ Gen. 1. 26. μοι παρακηκοέναι ὁ Κέλσος καὶ τὸ, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν· καὶ παρὰ τοῦτο πεποιηκέναι τοὺς σκώληκας λέγοντας, ὅτι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γεγονότες, πάντη ἐσμὲν αὐτῷ ὅμοιοι. εἰ μέν τοι ἐγνώκει διαφορὰν τοῦ κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγονέναι τὸν ἄνθρωπον, πρὸς τὸ καθ' ὁμοίωσιν· καὶ ὅτι ἀναγέγραπται εἰρηκέναι ὁ Θεὸς, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν· ἐποίησε δ' ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα Θεοῦ, ἀλλ' οὐχὶ καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἤδη· οὐκ ἂν ἐποίει ἡμᾶς λέγοντας, " ὅτι πάντη ὅμοιοί ἐσμεν τῷ Θεῷ. *nec dicere astra sibi subjici;* οὐ λέγομεν δ' ὅτι ὑποβέβληται ἡμῖν καὶ τὰ ἄστρα· ἐπεὶ ἡ τῶν δικαίων λεγομένη ἀνάστασις, καὶ ὑπὸ τῶν σοφῶν νοουμένη, παραβάλλεται ἡλίῳ, 1. Cor. 15. 41. καὶ σελήνῃ, καὶ ἄστροις ὑπὸ τοῦ φάσκοντος, Ἄλλη δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης, καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων· ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ, οὕτω Dan. 12. 3. καὶ ἡ ἀνάστασις τῶν νεκρῶν· καὶ τοῦ Δανιὴλ περὶ τούτων πάλαι προφητεύσαντος. φησὶ δ' " ἡμᾶς " λέγειν, ὅτι πάντα ἡμῖν δουλεύειν τέτακται. τάχα μὲν οὐκ ἀκούσας τῶν ἐν ἡμῖν συνετῶν τοιαῦτα λεγόντων· τάχα δὲ καὶ μὴ ἐπιστάμενος Matth. 20. 27. πῶς λέλεκται πάντων εἶναι δοῦλον, τὸν ἐν ἡμῖν μείζονα. καὶ ἐὰν μὲν Ἕλληνες λέγωσιν,

Eurip. Phœniss. Εἶθ' * ἥλιος μὲν νύξ τε δουλεύει βροτοῖς·

* ἅλιος, libb. editi.

ἐπαινέσαντες τὸ λεγόμενον, καὶ διηγοῦνται αὐτό· ἐπὰν δὲ τὸ τοιοῦτον ἢ μὴ λέγηται, ἢ ἄλλως λέγηται, συκοφαντεῖ ἡμᾶς ὁ Κέλσος καὶ ἐπὶ τούτοις. λέγομεν δὲ παρὰ τῷ Κέλσῳ ἡμεῖς, οἱ κατ' αὐτὸν σκώληκες, " ὅτι ἐπεί τινες ἐν ἡμῖν " πλημμελοῦσιν, ἀφίξεται πρὸς ἡμᾶς ὁ Θεός· " ἢ πέμψει τὸν υἱὸν ἑαυτοῦ, ἵνα καταφλέξῃ τοὺς " ἀδίκους, οἱ δὲ λοιποὶ βάτραχοι σὺν αὐτῷ βί- " ον αἰώνιον ἔχωμεν. καὶ ὅρα πῶς ὡς βωμολόχος τὴν περὶ κρίσεως θείας ἀπαγγελίαν, καὶ περὶ κολάσεως μὲν τῆς κατὰ τῶν ἀδίκων, γέρως *ridet Celsus judicium de judicio futuro risum;* δὲ τοῦ εἰς τοὺς δικαίους, εἰς χλεύην καὶ γέλωτα καὶ διασυρμὸν ἤνεγκεν ὁ σεμνὸς φιλόσοφος· καὶ ἐπιλέγει πᾶσι τούτοις, " ἀνεκτὰ εἶναι μᾶλλον " ταῦτα ὑπὸ σκωλήκων καὶ βατράχων λεγό- " μενα, ἢ ὑπὸ Ἰουδαίων καὶ Χριστιανῶν πρὸς ἀλ- " λήλους διαφερομένων ἀπαγγελλόμενα. ἀλλ' οὐ μιμησόμεθά γε αὐτὸν ἡμεῖς, οὐδὲ ἐροῦμεν τὰ παραπλήσια τῶν περὶ τὴν τῶν ὅλων φύσιν ἐπαΐ-

ad non illius irrisionem imitaturus in philosophorum erroribus manifestandis

ſanum ſermonē audiverunt, hoc dictum dicat, *Eſt Deus, deinde poſt illum nos:* equidem vocem hanc, *nos*, interpretar, id eſt, ratione præditi, vel potiùs ratione virtuteq; ornati. Nam juxta noſtrum dogma eadem eſt virtus beatorum omnium, ac proinde eadem Dei & hominis. Quapropter diſcimus illud præceptum, *Eſtote perfecti, ſicut pater veſter cœleſtis perfectus eſt.* Itaq; nemo bonus vermis eſt cœno innatans, nemo pius formica, nemo juſtus rana, nemo ſplendidâ veritatis luce illuſtratus animam veſpertilioni rectè confertur. Mihi videtur Celſus illud quidem ſatis intellexiſſe, *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram,* & indè effinxiſſe verba vermium, Nos à Deo facti ſumus ei per omnia ſimiles. Qui, ſi ſciviſſet differentiam inter hominem factum ad imaginem Dei, & factum ad ejus ſimilitudinem, ſcriptúmq; eſſe, dixiſſe Deum, *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram:* factúmq; hominem à Deo ad ipſius imaginem; nec addi etiam ad ſimilitudinem: non finxiſſet nos dicere, *ſumus Deo per omnia ſimiles.* Nec dicimus, ſubjecta eſſe nobis aſtra etiam, quia juſtorum quæ dicitur reſurrectio, & à ſapientibus intelligitur, confertur Soli, Lunæ, & ſtellis ab eo qui ait, *aliam eſſe gloriam Solis, aliam gloriam Lunæ, aliam gloriam ſtellarum; ſtellam enim à ſtella ſuperari gloriâ, eodémque modo ſe habere mortuorum reſurrectionem,* ſicut & Daniel de his rebus jam olim cecinit. Ait præterea *nos dicere omnia eſſe ordinata, ut nobis ſerviant:* quia fortè aut non audivit, aut non intellexit, quomodo accipiendum ſit dictum illud uſurpatum noſtris ſapientibus, *Qui major inter nos ſit ſervum eſſe omnium.* Id ſi Græci dicerent,

Solémque & noctem ſervire mortalibus,

laudarent iſti dictum & interpretarentur. Sin à noſtris idem aut non dicatur, aut dicatur aliter: calumniatur Celſus id quoque, apud quem nos, ipſius æſtimatione vermes, inter cetera ſic loquimur, *Et quoniam quidam è nobis peccant, veniet ad nos Deus, aut mittet ſuum filium, ut exurat injuſtos: reliquæ autem ranæ habeamus vitam æternam cum eo.* Vide ſcurram, quomodo denunciatum divinum judicium & pœnas injuſtorum, juſtorúmque præmia vertat in riſum & ludicrum, cùm velit videri philoſophus; & concludit, *magis ferendum, ſi hæc dicantur à vermibus & ranis, quàm ſi à Judæis & Chriſtianis inter ſe contendentibus.* Nos eum non imitabimur, nec commemorabimus contentiones philoſophorum, notitiam re-

rum

rum naturæ profitentium, dum inter ipſos parùm conſtat, quomodo cœlum & terra facta ſint, quæq; iis continentur omnia: tum de animarum natura, ſintne ingenitæ, an à Deo creatæ, diſpenſentur ab eo, migréntq; è corporibus in corpora: an potiùs proſeminatæ unà cum corpore maneant ei ſuperſtites, aut non maneant. Poteſt enim quiſpiam, cùm laudare potiùs iſtorum deberet inſtitutum & recipere, qui ad veritatem inquirendam ſe contulerunt, deridendo & cavillando vermes eſſe hos dicere, quòd in cœnoſis hujus vitæ angulis degentes, ſeſe non noſcant, nec metiantur ſuo modulo, ac proinde tantis de rebus quaſi capaces earum pronuncient, & de eis tanquam à ſe viſis contendant, cùm tamen illæ abſque divino afflatu non veniant in contemplationem hominum. *Nemo enim novit res hominis, niſi ſpiritus hominis, qui eſt in ipſo; ſicut & Dei res nemo novit, niſi Dei ſpiritus.* Verùm non inſanimus, neq; tantam virorum intelligentiam (ut communiter vocatur) occupatam non circa vulgaria, ſed circa veritatis inquiſitionem, comparamus vermium reptantium nixibus, aut beſtiolarum ſimilium: imò veraciter teſtamur de quibuſdam Græcorum philoſophis, agnitum ab eis Deum, quandoquidem eis ſe ipſe oſtendit, *tametſi non reddiderunt ei debitam gloriam, neq; gratias egerunt; ſed cùm ſe crederent eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt, mutaverúntq; gloriam immortalis Dei, per imaginem non ſolùm ad mortalis hominis ſimilitudinem effictam, verùm etiam volatilium & quadrupedum & reptilium.* Poſthæc, volens confirmare quòd Judæi & Chriſtiani nihil differant à jam dictis animalibus, ait *Judæos eſſe fugitivos Ægyptiorum, nullis unquam rebus geſtis inſignes, nullo in numero aut reſpectu habitos.* Quos non eſſe fugitivos, nec Ægyptios genere, ſed Hebræos, & inquilinos tantùm Ægyptii fuiſſe, jam ſuperiùs diximus. Quòd ſi propterea putat credendum in nullo numero aut reſpectu habitos, quia in Græcorum hiſtoriis non admodum crebra fit eorum mentio: reſpondebimus, ſi quis diligentiùs inſpiciat eorum Rempub. jam indè à prima origine legéſque conſtitutas optimè, inventurum eos fuiſſe genus hominum, vitam cœleſtem in terris quâdam ceu umbrâ referentium, apud quos nullum aliud numen erat receptum, quàm Deus hujus rerum univerſitatis præſes, procul ablegatis omnibus ſimulacrorum opificibus. Nam in civitatem eorum nullus pictor admittebatur, nullus ſtatuarius, legibus totum hoc genus arcentibus; nè qua

ἐλλογιμωτάτων εἶναι φιλοσόφων, καὶ πρὸς ἀλλήλους διαλεγομένων περὶ τοῦ, τίνα τρόπον συνέστη τὰ ὅλα, καὶ γέγονεν ὁ οὐρανὸς καὶ γῆ, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς πάντα· καὶ ὡς αἱ ψυχαὶ ἤτοι * ἀγέννητοι οὖσαι, καὶ μὴ ὑπὸ Θεοῦ κτισθεῖσαι, διακοσμοῦνται ὑπ' αὐτοῦ καὶ ἀμείβουσι σώματα· ἢ συναπαρεῖσαι τοῖς σώμασιν ἐπιδιαμένουσιν, ἢ οὐκ ἐπιδιαμένουσιν. ἐδύνατο γάρ τις καὶ ταῦτα ἀντὶ τοῦ σεμνολογεῖν καὶ ἀποδέχεσθαι τὴν προαίρεσιν τῶν τὸ ἐξετάζειν τὴν ἀλήθειαν ἑαυτοὺς ἀνατεθεικότων, χλευάζων καὶ κακολογῶν φάσκειν, ὅτι σκώληκές εἰσιν οὗτοι ἐν γωνίᾳ τοῦ ἐν τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων βορβόρου ἑαυτοὺς μὴ μετροῦντες, καὶ διὰ τοῦτο ἀποφαινόμενοι περὶ τῶν τηλικούτων, ὡς κατειληφότες· καὶ ὅτι λέγουσι διατεινόμενοι ὡς τεθεωρηκότες περὶ πραγμάτων, τῶν μὴ δυναμένων χωρὶς ἐπιπνοίας κρείττονος καὶ θειοτέρας δυνάμεως θεωρηθῆναι. * ὥσπερ γὰρ [οὐδεὶς] οἶδεν ἀνθρώπων τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ· οὕτω καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς ἔγνωκεν, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. ἀλλ' οὐ μεμήναμεν, οὐδὲ τὴν τηλικαύτην ἀνθρώπων σύνεσιν (κοινότερον δὲ λέγω σύνεσιν, ἀσχοληθεῖσαν οὐ περὶ τὰ τῶν πολλῶν, ἀλλὰ περὶ τὴν ἐξέτασιν τῆς ἀληθείας) κινήμασι σκωλήκων, ἢ ἄλλων τινῶν τοιούτων παραβάλλομεν· φιλαλήθως δὲ περί τινων μαρτυροῦμεν Ἑλλήνων φιλοσόφων, ὅτι ἐπέγνωσαν τὸν Θεόν. ἐπεὶ ὁ Θεὸς αὐτοῖς ἐφανέρωσεν· εἰ καὶ μὴ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν, ἢ ηὐχαρίστησαν· ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν. καὶ φάσκοντες εἶναι σοφοί, ἐμωράνθησαν, καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν. μετὰ ταῦτα, βουλόμενος κατασκευάζειν ὅτι μηδὲν τῶν προειρημένων παρ' αὐτῷ ζώων διαφέρουσιν Ἰουδαῖοι καὶ Χριστιανοί, φησίν, "Ἰουδαίους ἀπ' Αἰγύπτου δραπέτας γεγονέναι, "μηδὲν πώποτε ἀξιόλογον πράξαντας, οὔτ' "ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ αὐτούς ποτε γεγενημένους. περὶ μὲν οὖν τοῦ μὴ δραπέτας αὐτοὺς γεγονέναι, μηδ' Αἰγυπτίους, ἀλλ' Ἑβραίους ὄντας παρῳκηκέναι ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ἐν τοῖς ἀνωτέρω ἡμῖν λέλεκται. εἰ δὲ τὸ, μήτ' ἐν λόγῳ μήτ' ἐν ἀριθμῷ αὐτοὺς γεγονέναι, κατασκευάζεσθαι νομίζει ἐκ τοῦ μὴ πάνυ τι τὴν περὶ αὐτῶν ἱστορίαν εὑρίσκεσθαι παρὰ τοῖς Ἕλλησι· φήσομεν ὅτι εἴ τις * ἀρχῆθεν ἐνατενίσαι τῇ αὐτῶν πολιτείᾳ, καὶ τῇ τῶν νόμων διατάξει· εὕροι ἂν ὅτι γεγόνασιν ἄνθρωποι σκιὰν οὐρανίου βίου παραδεικνῦντες ἐπὶ γῆς· παρ' οἷς οὐδὲν ἄλλο Θεὸς νενόμισται, ἢ ὁ ἐπὶ πᾶσι, καὶ οὐδεὶς τῶν εἰκόνας ποιούντων ἐπολιτεύετο. οὔτε γὰρ ζωγράφος, οὔτ' ἀγαλματοποιὸς ἐν τῇ πολιτείᾳ αὐτῶν ἦν, ἐκβάλλοντος πάντας τοὺς τοιούτους ἀπ' αὐτῆς τοῦ νόμου· ἵνα μηδεμία πρό-

* ἀγέννητοι.

1 Cor. 2. 11.

* οὐδεὶς γὰρ οἶδεν.

Rom. 1. 19, 21, 22, 23.

* ἐνατ. τῇ ἀρχ. αὐτῶν.

[illegible] Celsus Judæos ex Ægypto [illegible] p. 114, 115. [illegible]

id. atq retract p. 259

φασις

φάσεις ἢ τῆς τῶν ἀγαλμάτων κατασκευῆς τοὺς
ἀνοήτους τῶν ἀνθρώπων ἐπισπωμένης, καὶ καθελ-
κούσης ἀπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς γῆν τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς
ψυχῆς· ἦν οὖν παρ' αὐτοῖς νόμος καὶ τοιοῦτος,
Deut. 4. 16. Μὴ ἀνομήσητε καὶ ποιήσητε ὑμῖν ἑαυτοῖς γλυ-
πτὸν ὁμοίωμα πᾶσαν εἰκόνα, ὁμοίωμα ἀρσενι-
κοῦ ἢ θηλυκοῦ, ὁμοίωμα παντὸς κτήνους τῶν ὄν-
των ἐπὶ τῆς γῆς, ὁμοίωμα παντὸς ὀρνέου πτε-
ρωτοῦ, ὃ πέταται ὑπὸ τὸν οὐρανὸν, ὁμοίωμα
παντὸς ἑρπετοῦ, ὃ ἕρπει ἐπὶ τῆς γῆς, ὁμοίωμα
παντὸς ἰχθύος, ὅσα ἐστὶν ἐν τοῖς ὕδασιν ὑπο-
κάτω τῆς γῆς. καὶ ἐβούλετό γε ὁ νόμος τῇ περὶ
ἑκάστου ἀληθείᾳ ὁμιλοῦντας αὐτοὺς, μὴ ἀνα-
πλάττειν ἕτερα παρὰ τὴν ἀλήθειαν, ψευδό-
μενα τὸ ἀληθῶς ἀρσενικὸν, ἢ τὸ ὄντως θηλυκὸν,
ἢ τὴν κτηνῶν φύσιν, ἢ τὸ ὀρνέων, ἢ τὸ ἑρπετῶν
γένος, ἢ τὸ ἰχθύων. σεμνὸν δὲ καὶ μεγαλοφυὲς
Deut. 4. 19. παρ' αὐτοῖς καὶ τὸ, Μὴ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρα-
νὸν, καὶ ἰδὼν τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, καὶ τοὺς
ἀστέρας, [καὶ] πάντα τὸν κόσμον τοῦ οὐρανοῦ,
πλανηθεὶς προσκυνήσῃς αὐτοῖς, καὶ λατρεύσῃς
αὐτοῖς. οἵα δὲ πολιτεία ἦν ὅλου ἔθνους, παρ' ᾧ
Deut. 23. 1. οὐδ' ἐμφαίνεσθαι θηλυδρίαν οἷόν τ' ἦν; θαυμα-
στὸν δὲ καὶ [τὸ] τὰ τῶν νέων ὑπεκκαύματα,
Ibid. v. 17. τὰς ἑταίρας, ἀναιρεῖσθαι ἀπὸ τῆς πολιτείας αὐ-
Exod. 21. 6. τῶν. ἦν δὲ καὶ δικαστήρια τῶν δικαιοτάτων, καὶ
22. 8. ἀπόδειξιν ὑγιοῦς βίου πολλῷ δεδωκότων χρόνῳ,
πιστευομένων τὰς κρίσεις· οἵτινες διὰ τὸ καθα-
ρὸν ἦθος, καὶ τὸ ὑπὲρ ἄνθρωπον, ἐλέγοντο εἶναι
Exod. 22. 28. θεοὶ πατρίῳ τινὶ Ἰουδαίων ἔθει. καὶ ἦν ἰδεῖν
ἔθνος ὅλον φιλοσοφοῦν, καὶ διὰ τὴν πρὸς τὸ ἀκού-
ειν τῶν θείων νόμων σχολὴν τὰ καλούμενα σάβ-
Exod. 31. 13. βατα, καὶ αἱ λοιπαὶ παρ' αὐτοῖς ἑορταὶ ἐγίνοντο.
Deut. 16. 16. τί δὲ δεῖ λέγειν περὶ τῆς τάξεως τῶν παρ' αὐ-
Levit. 1. &c. τοῖς ἱερέων καὶ θυσιῶν, μυρία σύμβολα περιε-
χουσῶν τοῖς φιλομαθοῦσι σαφηνιζόμενα. ἀλλ'
ἐπεὶ οὐδὲν βέβαιον ἐν ἀνθρωπίνῃ φύσει, ἐχρῆν
κἀκείνην τὴν πολιτείαν κατὰ βραχὺ καταφθει-
ρομένην ἐκδιαιτηθῆναι. ἡ πρόνοια δὲ τὸ σεμνὸν
τοῦ λόγου αὐτῶν, ἁρμοζόντως τοῖς πανταχοῦ, κα-
τὰ τὰ δεόμενα μεταποιήσεως, μεταποιήσασα,
ἀντ' ἐκείνων τοῖς ἀπὸ τῶν πανταχοῦ ἀνθρώπων
πιστεύουσι παραδέδωκε τὴν σεμνὴν κατὰ τὸν Ἰη-
σοῦν θεοσέβειαν. ὅστις οὐ μόνον συνετὸς, ἀλλὰ καὶ
θείᾳ μοίρᾳ κοσμηθεὶς, καὶ καταλαβὼν τὸν πε-
ρὶ τῶν ἐπὶ γῆς δαιμόνων λόγον, λιβανωτῷ
καὶ αἵματι καὶ ταῖς ἀπὸ τῆς κνίσσης ἀναθυμιά-
σεσι χαιρόντων, καὶ τοὺς ἀνθρώπους κατασπώ-
ντων, δίκην τῶν μυθολογουμένων Τιτάνων ἢ Γι-
γάντων, ἀπὸ τῆς περὶ Θεοῦ ἐννοίας· αὐτὸς οὐ φρον-
τίσας τῆς ἐπιβουλῆς αὐτῶν, * ἐπιβουλευόντων
μάλιστα τοῖς βελτίοσιν, ἔθετο νόμους, καθ' οὓς
οἱ βιοῦντες μακάριοι ἔσονται· μηδαμῶς τοὺς
δαίμονας διὰ τῶν θυσιῶν κολακεύοντες, καὶ
πάντη καταφρονοῦντες αὐτῶν, διὰ τὸν βοη-
θοῦντα τοῦ Θεοῦ λόγον τοῖς ἄνω καὶ πρὸς Θεὸν

* ἐπιβουλευομένων.

occaſio præberetur hominibus craſſis, néve animi eorum à Dei cultu avocarentur ad res terrenas per hujuſmodi illecebras: habebant enim inter ceteras legem hanc, *Nolite impiè agere, nec facietis vobis ſculptile in ſimilitudinem aut imaginem maſculi vel fœminæ, in ſimilitudinem omnium jumentorum quæ ſunt ſuper terram, vel avium pennatarum ſub cœlo volantium, vel reptilium quæ moventur in terra, vel piſcium quorumvis qui degunt in aquis ſub terra.* Quæ lex hoc agebat, ut contenti rerum veritate caverent ſibi à figmentis mentientibus faciem maris aut fœminæ, aut pecudum, avium, reptilium, piſcium, imagines referentibus. Illud quoque apud eos gravitatis & generoſitatis plenum; *cave, nè fortè oculis ſublatis ad cœlum, viſóque Sole, Lunâ, ceteriſque ſtellis cœli, decore horum deceptus adores, aut colas aliquid ex ſiderum numero.* Jam qualis erat diſciplina gentis totius, apud quam effœminatum nè videre quidem licebat? &, quod æquè mireris, nullæ fuerunt meretrices, juventutis peſtes, in eorum Repub. Quin & judicia perſanctè tractabantur, quòd nemini committerentur, niſi qui eſſet vitæ integerrimæ ac laudatiſſimæ; adeò ut ob auguſtiorem morum probitatem Dii dicerentur, more quodam Judæis patrio: videbatúrque gens tota vacare philoſophiæ ſtudio, ut quæ ad audiendas divinas leges feriaretur ſabbatis, quæ vocant, ceteríſque feſtis diebus. Quid dicam de ſacerdotum ordinibus & ſacris, varias res ſub figurarum involucro tegentibus, quæ tamen notæ ſunt diſcendi ſtudioſis: ſed quoniam nihil eſt in rebus hominum ſtabile, oportebat & illam Rempub. paulatim labantem degenerare. Ceterùm divina providentia venerandam illam diſciplinam mutavit, ut ipſi viſum eſt convenientiſſimum, in vicem illorum allectis ad fiduciam erga Jeſum & pietatem undecunque credentibus. Is Jeſus non ſapiens tantùm, verùm etiam Deitatis particeps, peſſundatâ religione terreſtrium dæmonum, ſuffitibus, cruoribus, nidoribúſque inhiantium, & homines in morem fabuloſorum Titanum aut Gigantum à veri Dei cognitione retrahentium; contemptíſque inſidiatoribus, ut longè imparibus, leges tulit, juxta quas qui viverent, aſſequerentur beatitudinem, non opus habentes ampliùs per ſacrificia captare gratiam dæmonum, & in totum eos deſpicientes, nimirum freti Dei verbo adjutore omnium, qui ſurſum ad Deum intentos

intentos habent oculos. Et quoniam Deus voluit Jeſu doctrinam inter homines invaleſcere, nihil contra eam valuerunt dæmones, quamvìs nullo non rudente moto ut Chriſtianum nomen extinguerent (nam hi & Reges & Senatus & Principes & populos ipſos ubique exaſperaverunt contra doctrinam hanc, & credentes in eam); ſed verbum Dei potentius omnibus, ex ipſis obſtaculis, velut alimentum ad creſcendum aſſumens, longè latéque propagatum occupabat multorum animas: Deus enim ità volebat. Hæc autem à nobis etſi per digreſſionem, neceſſariò tamen (opinor) dicta ſunt: voluimus enim Celſi calumniam retundere, dicentis, *Judæos fuiſſe Ægyptiorum fugitivos, & quòd nihil unquam memorabile hi Deo chari homines geſſerint.* Jam ad illud, quòd *nullo unquam in pretio numeróve* ait *habitos*, dicimus; quòd cùm eſſent *genus electum, regaléque ſacerdotium*, ſecedentes & deflectentes à profani vulgi conſuetudine, nè corrumperentur moribus, ſervati ſunt divinâ potentiâ: nec concupiſcentes, ſicut plerique hominum, occupare aliena imperia; nec tamen ità derelicti, ut propter paucitatem eſſent aliorum inſidiis obnoxii delerique faciles, duntaxat tantiſper dum curarent eſſe digni Dei præſidio. Quoties verò erat opus, ut tota gens in peccatum prolapſa per miſerias converteretur ad Deum ſuum, nunc brevi, nunc longiore tempore deſerebantur, donec ſub Romanis per ſummum ſcelus Jeſu occiſo in totum derelicti ſunt. Deinde Celſus, quaſi primum Moſis librum percurriſſet, qui inſcribitur Geneſis, dicit, *quòd aggreſſi genealogiam ſuam texere, orſi ſint à prima propagine hominum impoſtorum erronumque, obſcuras & ambiguas voces adducendo in teſtimonium, eáſque interpretando imperitis ac rudibus, quæ de re tot ante ſeculis nulla fuerit controverſia.* Quo loco mihi videtur valde obſcurè indicâſſe mentem ſuam: & fortè datâ operà obſcurus eſt; quòd videret vehementer gravari Judæos, ſi talibus crederentur oriundi majoribus: nec tamen videri vellet ignorare, quæ non contemnenda produntur de illorum genere. Sanè conſtat Judæos genus ducere à tribus illis patribus, Abrahamo, Iſaaco, Jacobo, quorum nomina cum Dei nomine conjuncta habent vim tantam, ut non ſolùm ab eorum poſteris admiſceantur ſacris precationibus, & in excantando dæmonas in-

βλέπουσι. καὶ ἐπεὶ ὁ Θεὸς ἐβούλετο κρατῆσαι ἐν τοῖς ἀνθρώποις τὸν τοῦ Ἰησοῦ λόγον, οὐδὲν ἢ δύνανται δαίμονες, καί τοι γε πάντα κάλον κινήσαντες, ἵνα μὴ Χριστιανοὶ μηκέτ' ὦσι (τούς τε γὰρ βασιλεύοντας, καὶ τὴν * σύγκλητον βουλὴν, καὶ τοὺς ἄρχοντας πανταχοῦ· ἀλλὰ καὶ τοὺς δήμους αὐτοὺς, οὐκ αἰσθανομένους τῆς ἀλόγου καὶ πονηρᾶς τῶν δαιμόνων ἐνεργείας, ἐξεπάροξαν κατὰ τοῦ λόγου καὶ τῶν πιστευόντων εἰς αὐτόν)· ἀλλ' ὁ πάντων δυνατώτερος τοῦ Θεοῦ λόγος καὶ κωλυόμενος, ὡσπερεὶ τροφὴν πρὸς τὸ αὔξειν, τὸ κωλύεσθαι λαμβάνων, προβαίνων, πλείονας ἐνέμετο ψυχάς· Θεὸς γὰρ τοῦτ' ἐβούλετο. ταῦτα δ' ἡμῖν εἰ καὶ ἐν * παρεκβάσει λέλεκται, ἀλλ' ἀναγκαίως οἶμαι. ἐβουλόμεθα γὰρ ἀπαντῆσαι πρὸς τὸ περὶ Ἰουδαίων ὑπὸ τοῦ Κέλσου λεγόμενον, „ὅτι δὴ ἀπ' Αἰγύπτου δραπέται γεγόνασι, καὶ „ὅτι μηδὲν πώποτ' ἀξιόλογον οἱ ἄνθρωποι οἱ „θεοφιλεῖς ἔπραξαν. ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ, „οὔτ' „ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ γεγόνασι, φαμὲν ὅτι ὡς γένος ἐκλεκτὸν καὶ βασίλειον ἱεράτευμα ἀναχωροῦντες, καὶ ἐκκλίνοντες τὴν πρὸς τοὺς πολλοὺς ἐπιμιξίαν, ἵνα μὴ διαφθαρεῖεν τὰ ἤθη, ἐφρουροῦντο ὑπὸ τῆς θείας δυνάμεως· οὔτ' ἐπιθυμοῦντες, ὡς οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, προσλαβεῖν ἑαυτοῖς ἄλλας βασιλείας, οὔτε καταλειπόμενοι, ὡς διὰ τὴν ὀλιγότητα εὐεπιβούλευτοι αὐτοὺς γενέσθαι, καὶ * ὡς ἐπὶ τῇ ὀλιγότητι ἄρδην ἀπολέσθαι· καὶ τοῦτ' ἐγίνετο, ὅσον ἐπῆσαν ἄξιοι τῆς ἀπὸ Θεοῦ φρουρᾶς. ὅτε δ' ἔχρῆν αὐτοὺς, ὡς ὅλον ἔθνος ἁμαρτάνον, διὰ πόνων ἐπιστρέφεσθαι πρὸς τὸν Θεὸν αὐτῶν· ὁτὲ μὲν ἐπὶ πλεῖον, ὁτὲ δ' ἐπ' ἔλαττον ἐγκατελείποντο· ἕως ἐπὶ Ῥωμαίων τὴν μεγίστην ποιήσαντες ἁμαρτίαν ἐν τῷ ἀποκτεῖναι τὸν Ἰησοῦν, τέλειον ἐγκατελείφθησαν. ἑξῆς δὲ τούτοις ὁ Κέλσος ἐπιτρέχων * τὴν ἀπὸ τῆς πρώτης βίβλου Μωϋσέως, ἥτις ἐπιγέγραπται Γένεσις, φησὶν, „Ὡς ἄρα „ἐπεχείρησαν γενεαλογεῖν αὐτοὺς ἀπὸ πρώτης „* σπορᾶς γοήτων καὶ πλάνων ἀνθρώπων, ἀμυ- „δρὰς καὶ ἀμφιβόλους φωνὰς, ἐν σκότῳ που κρυ- „φίους, ἐπιμαρτυρόμενοι, καὶ τοῖς ἀμαθέσι καὶ „ἀνοήτοις παρεξηγούμενοι, καὶ ταῦτα μηδὲ πώ- „ποτ' ἐν πολλῷ τῷ πρόσθεν χρόνῳ τοῦ τοιοῦδε „μηδ' ἀμφισβητηθέντος. πάνυ δ' ἀσαφῶς ἐν τούτοις * δοκεῖ μοι εἰρηκέναι, ὅπερ ἐβούλετο. εἰκὸς δὲ καὶ τὴν κατὰ τὸν τόπον ἀσάφειαν ἐπιτετηδευκέναι αὐτὸν, ἐπεὶ τὸ ἑώρα ἰσχυρὸν τὸν λόγον τὸν κατασκευάζοντα ἀπὸ τοιῶνδε προγόνων εἶναι τὸ Ἰουδαίων ἔθνος. πάλιν τ' αὖ ἐβουλήθη μὴ δοκεῖν ἀγνοεῖν πρᾶγμα περὶ Ἰουδαίων καὶ * τὸ γένος αὐτῶν οὐκ εὐκαταφρόνητον. * σαφὲς δὴ ὅτι καὶ γενεαλογοῦνται Ἰουδαῖοι ἀπὸ τῶν τριῶν πατέρων τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ τοῦ Ἰσαὰκ, καὶ τοῦ Ἰακώβ· ὧν τοσοῦτον δύναται τὰ ὀνόματα συναπτόμενα τῇ τοῦ Θεοῦ προσηγορίᾳ· ὡς οὐ μόνον τοὺς ἀπὸ τοῦ ἔθνους χρῆσθαι ἐν ταῖς πρὸς Θεὸν εὐχαῖς, καὶ ἐν τῷ κατεπᾴδειν δαίμονας

Margin: * συγκλήτων. — * παρεκβάσει. — Exod. 19. 6. — 2.° quanti gentem fecerit ipse Deus declarando. — * ὅσον ἐπ'. — * τὰ ἀπὸ. — * φορᾶς. — * μοι δοκεῖ — * τὸ γένος. — * σαφὲς δ'.

ὀνομάζεται, τῷ ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακὼβ· ἀλλὰ γὰρ σχεδὸν καὶ πάντας τοὺς τὰ τῶν ἐπῳδῶν καὶ μαγειῶν πραγματευομένους. εὑρίσκεται γὰρ ἐν τοῖς μαγικοῖς συγγράμμασι πολλαχοῦ ἡ τοιαύτη τοῦ Θεοῦ ἐπίκλησις, καὶ παράληψις τοῦ Θεοῦ ὀνόματος, ὡς οἰκείου τοῖς ἀνδράσι τούτοις, εἰς τὸ κατὰ τῶν δαιμόνων. ταῦτ' οὖν δοκεῖ μοι (ὑπὸ Ἰουδαίων καὶ Χριστιανῶν παραγόμενα εἰς ἀπόδειξιν τοῦ ἁγίους τινὰς ἄνδρας γεγονέναι τὸν Ἀβραὰμ, καὶ τὸν Ἰσαὰκ, καὶ τὸν Ἰακὼβ, τοὺς πατέρας τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους) μὴ πάντη μὲν ἠγνοηκέναι ὁ Κέλσος, οὐ μὴν σαφῶς ἐκτεθεικέναι, ἐπεὶ μὴ ἐδύνατο ἀπαντῆσαι πρὸς τὸν λόγον. πυνθανόμεθα γὰρ ἁπάντων τῶν χρωμένων ταῖς τοιαύταις τοῦ Θεοῦ * καταγγελίαις, εἴπατε ἡμῖν, ὦ οὗτοι, τίς ὁ Ἀβραάμ; καὶ πηλίκος ὁ Ἰσαάκ; καὶ τίνα δύναμιν ἔσχεν ὁ Ἰακώβ; ὡς τὴν Θεὸς προσηγορίαν ἁρμοζομένην αὐτῶν τῷ ὀνόματι τηλικαῦτα ποιεῖν δυνάμεις; καὶ παρὰ τίνων μεμαθήκατε, ἢ δύνασθε μαθεῖν τὰ περὶ τῶν ἀνδρῶν τούτων; τίς δὲ καὶ ἐπραγματεύσατο ἀναγράψαι τὴν περὶ αὐτοὺς ἱστορίαν, εἴτε καὶ αὐτόθεν σεμνύνουσαν ἐν ἀπορρήτοις τοὺς ἄνδρας, εἴτε καὶ δι' ὑπονοιῶν αἰνισσομένην τινὰ μεγάλα καὶ θαυμάσια τοῖς θεωρῆσαι αὐτὰ δυναμένοις; εἶτ', ἐὰν πυνθανομένων * ὑμῶν μηδεὶς ἔχῃ παραστῆσαι ἀφ' ἧς δή ποτε ἱστορίας, ἀλλά τινος μυστικῆς ἀναγραφῆς, τὰ περὶ τῶν ἀνδρῶν τούτων, ἡμεῖς προκομίσομεν τὴν ἐπιγεγραμμένην Γένεσιν, περιέχουσαν τὰς πράξεις τῶν ἀνδρῶν τούτων, καὶ τοὺς τοῦ Θεοῦ χρησμοὺς πρὸς αὐτούς, ἐροῦμέν τ' ἔτι, μή ποτε τὸ καὶ ὑφ' ὑμῶν παραλαμβάνεσθαι τὰ ὀνόματα τῶν τριῶν τούτων προπατόρων τοῦ ἔθνους, τῇ ἐναργείᾳ καταλαμβανόντων οὐκ εὐκαταφρόνητα ἀνύεσθαι ἐκ τῆς κατεπικλήσεως αὐτῶν, παρίστησι τὸ θεῖον τῶν ἀνδρῶν; ὧν οὐδαμόθεν ἢ ἀπὸ τῶν ἱερῶν παρὰ Ἰουδαίοις βιβλίων παραλαμβάνομεν. ἀλλὰ γὰρ καὶ ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραήλ, καὶ ὁ Θεὸς τῶν Ἑβραίων, καὶ ὁ Θεὸς ὁ καταποντώσας ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ τὸν Αἰγυπτίων βασιλέα καὶ τοὺς Αἰγυπτίους, πολλάκις ὀνομάζεται παραλαμβανόμενος κατὰ δαιμόνων, ἤ τινων πονηρῶν δυνάμεων· μεμαθήκαμεν δὲ τὴν περὶ τὰ ὀνομαζόμενα ἱστορίαν, καὶ τὴν τῶν ὀνομάτων ἑρμηνείαν, ἀπὸ Ἑβραίων τῶν τοῖς πατρίοις γράμμασι καὶ τῇ πατρίῳ διαλέκτῳ ταῦτα σεμνυνόντων καὶ διηγουμένων. πῶς οὖν Ἰουδαῖοι [ταῦτ'] ἐπιχειρήσαντες ἑαυτοὺς γενεαλογεῖν ἀπὸ πρώτης σπορᾶς τούτων, οὓς γόητας καὶ πλανήτας ἀνθρώπους ὑπείληφεν εἶναι ὁ Κέλσος, ἀναισχύντως ἐπιχειρεῖν ἑαυτοὺς καὶ τὴν * αὐτῶν ἀρχὴν ἐπὶ τούτους ἀνάγειν; ὧν τὰ ὀνόματα Ἑβραϊκὰ τυγχάνοντα μαρτυρεῖ Ἑβραίοις, τὰ ἱερὰ αὐτῶν βιβλία ἐν Ἑβραίων ἔχουσι διαλέκτῳ καὶ γράμματι, ὅτι οἰκεῖόν ἐστι τὸ ἔθνος αὐτῶν τοῖς ἀν-

* ἐπικλήσεσιν.

* ἡμῶν.

Exod. 5.1. 3.18. 15.4.

* ἀρχὴν αὐτῶν.

vocetur Deus Abrahami, Iſaaci & Jacobi, ſed uſurpentur ab omnibus incantatoribus & magiam tractantibus. Invenitur enim ſæpe in magicis literis invocatus hic appellatione Deus, conjunctis ſecum horum virorum nomina, ut ipſi familiaria, & horrenda dæmonibus. Hæc igitur (quæ à Judæis & Chriſtianis adduci ſolent, ut certiſſimum argumentum ſanctitatis Abrahami, Iſaaci & Jacobi, patrum gentis Judæorum) videtur mihi non omnino ignoraſſe Celſus, non tamen apertè poſuiſſe, quòd his dictis non potuit reſpondere. Sciſcitamur enim ex omnibus qui utuntur invocationibus hujuſcemodi, Dicite nobis, ô boni, quis fuit hic Abrahamus? quænam fuit tanta virtus Iſaaci & Jacobi, ut Dei nomen conjunctum cum eorum vocabulis talia faciat miracula? à quibus hominibus didiciſtis, aut diſcere poteſtis, de rebus horum virorum? cui fuit curæ literis eas mandare, ſive ſecretò illos celebrantibus, ſive per involucra ænigmatum ſubindicantibus miranda quædam & præclara, modò qui ea contemplari valeat? Deinde ubi ad percontationem noſtram nemo poterit quicquam proferre, ex quibuscunque vel Græcorum vel barbarorum monumentis aut ſacratioribus literis, quod ad hos viros attineat: nos proferemus eum codicem, qui Geneſis inſcribitur, eorum geſta continentem, & divina oracula eis reddita, & ſic rurſum percontabimur, Numquid, ſi à nobis accepiſtis hæc tria nomina autorum generis Judaici, qui apertè novimus non contemnendam vim per hæc Deum invocatum exercere, id horum virorum divinitatem indicaret, quorum nullam habemus notitiam, præterquam è ſacris Judæorum voluminibus? quin & Deus Iſraelis, Deus Hebræorum, Deus ſubmerſor Ægyptiorum, cum rege ſuo necatorum rubri maris fluctibus, ſæpe cognominatus inſeritur carminibus adversùs dæmonas & malas poteſtates efficacibus: quorum nominum notitiam & interpretationem habemus ex Hebræorum patriis literis, celebratorum linguâ ipſis vernaculâ. Quomodo igitur Judæi aggreſſi genealogiam ſuam ab his primis autoribus texere, quos Celſus putat impoſtores ac errones fuiſſe, poſſunt videri imprudenter agere? quorum nomina, cùm ſint Hebraica, atteſtantur his ſacros ſuos libros Hebraicâ linguâ conſcriptos habentibus, ità ut citra controverſiam appareat, non eſſe alienos ab illorum cognatione:

tione: nam noſtrâ quoq; ætate nomina Judæorum aut Hebræorum linguâ proferuntur, eò quòd deſumpta ſint ex ipſorum ſcripturis; aut certè ex illis efficta, & per interpretationem verſa, idem quod illa ſignificant. Nunc vide, quiſquis in Celſi ſcripta incidis, annon hæc iſtis verbis ſubindicet, *Aggreſſi genealogiam ſuam texere, orſi ſunt à prima propagine hominum impoſtorum erroniumque, obſcuras & ambiguas voces adducentes in teſtimonium?* ſunt enim obſcura & non multis cognita hæc nomina, nobis quidem non ambigua, etiamſi uſurpentur ab hominibus à noſtro cultu alienis: à Celſo verò, cùm ambiguitatem eorum non intelligat, neſcio quomodo, rejiciuntur. Atqui debuerat, ſi volebat non malitioſè oppugnare confictam impudenter genealogiam Judæorum, Abrahamum cum ſuis nepotibus generis autorem jactantium, citato Scripturæ loco qui huc pertinet, probabilibus rationibus illos convincere: productâq; veritate, quam putat, ejúsq; aſſertionibus, quæ locum ſpectant, errorem coarguere. Sed neq; Celſus, neq; alius poterit diſſerendo de nominibus quæ ad virtutes faciendas adhibentur, reddere hujus rei rationem: aut demonſtrare vulgares ac contemnendos fuiſſe illos homines, quorum vel ſola nomina, tum apud domeſticos, tum apud exteros tantam vim obtinent. Debuerat etiam oſtendere, quomodo nos ineruditis & inſenſatis interpretantes ea nomina decipiamus auditores, ut ipſi videtur: ipſe verò, qui ſe gloriatur non eſſe ex ineruditorum & inſenſatorum numero, veram eorum interpretationem afferat. Quin & illud adjecit in hac mentione Judaicorum nominum, quæ genealogia continet, *nullam tot antè ſeculis fuiſſe controverſiam de hujuſmodi hominibus: nunc autem Judæos de eis contendere cum quibuſdam aliis*, quos tamen non nominat. Oſtendat qui vult, quis ſuper hac re Judæis controverſiam faciat ſaltem probabilem, aut quis eorum opinionem refellat, vel Chriſtianorum etiam, quod ad hæc nomina attinet: & aliorum potiorem de viris ſic nominatis ſententiam proferat. Verùm certi ſumus neminem hoc poſſe, cùm nihil ſit evidentius, quàm nomina hæc deſumpta eſſe ex Hebræorum lingua, quæ apud ſolos Judæos invenitur. Poſthæc Celſus proferens è profanis hiſtoriis quorundam contentiones de antiquitate ſuæ gentis, ut Athenienſium, Ægyptiorum, Arcadum, Phrygum, & quo-

δρᾶν τόποις. καὶ γὰρ μέχρι τοῦ δεῦρο τὰ Ἰουδαϊκὰ ὀνόματα, τῆς Ἑβραίων ἐχόμενα διαλέκτου, ἤτοι ἀπὸ τῶν γραμμάτων αὐτῶν ἐλήφθη, ἢ καὶ ἁπαξαπλῶς ἀπὸ τῶν σημαινομένων ὑπὸ τῆς Ἑβραίων φωνῆς. Καὶ ὁρᾷ ὁ ἐντυγχάνων τῇ Κέλσου γραφῇ, εἰ μὴ ταῦτ' αἰνίττεται τό, "Καὶ ἐπιχείρησαι γενεαλογῆσαι αὐτοὺς ἀπὸ "πρώτης σπορᾶς γοήτων καὶ πλάνων ἀνθρώπων, "ἀμυδρὰς καὶ ἀμφιβόλους φωνὰς, ἐν σκότῳ "που κρυφίους, ἐπιμαρτυρόμενοι. κρύφια γάρ ἐστι, καὶ οὐκ ἐν φωτὶ καὶ γνώσει πολλῶν, τὰ ὀνόματα ταῦτα, καθ' ἡμᾶς μὲν οὐκ ἀμφίβολα, κἂν ὑπὸ τῶν ἀλλοτρίων τῆς ἡμετέρας θεοσεβείας παραλαμβάνηται· κατὰ δὲ Κέλσον, * οὐ παριστάντα τὸ τῶν φωνῶν ἀμφίβολον, οὐκ οἶδ' ὅπως, παρέρριπται. καί τοι γε ἐχρῆν αὐτὸν, εἴπερ εὐγνωμόνως ἀνατρέπειν ἐβούλετο τὴν ᾠήθη ἀναισχυντότατα πεπλάσθαι γενεαλογίαν, Ἰουδαίοις αὐχοῦσι τὸν Ἀβραὰμ καὶ * τοὺς ἀπ' αὐτοῦ ὅλα ἐκθέσθαι τὰ κατὰ τὸν τόπον· καὶ πρότερον συναγορεῦσαι ἣ ἐνόμιζε πιθανότητι, καὶ μετὰ τοῦτο γενναίως ἀνατρέψαι τῇ φαινομένῃ αὐτῷ ἀληθείᾳ, καὶ τοῖς ὑπὲρ αὐτῆς λογίοις, τὰ κατὰ τὸν τόπον. ἀλλ' οὔτε Κέλσος, οὔτ' ἄλλος τις δυνήσεται, τὰ περὶ φύσεως ὀνομάτων εἰς δυνάμεις παραλαμβανομένων διαλαμβάνων, τὸν ἀκριβῆ περὶ τούτων παραστῆσαι λόγον· καὶ ἐλέγξαι, ὡς εὐκαταφρόνητοι γεγόνασιν ἄνθρωποι, ὧν καὶ αἱ ὀνομασίαι μόνον, οὐ παρὰ τοῖς οἰκείοις μόνοις, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς ἀλλοτρίοις * δύνανται. ἔδει δ' αὐτὸν παραθέσθαι, πῶς ἡμεῖς μὲν τοῖς ἀμαθέσι καὶ ἀνοήτοις παρεξηγούμενοι τὰ περὶ τῶν ὀνομάτων τούτων, ἀπατῶμεν (ὡς οἴεται) τοὺς ἀκούοντας· αὐτὸς δὲ, ὁ αὐχῶν εἶναι μὴ ἀμαθὴς μηδὲ ἀνόητος, τὴν ἀληθῆ λέγει περὶ τούτων ἑρμηνείαν. παρέρριψε δ' ἐν τοῖς κατὰ τὰ ὀνόματα ταῦτα, ἀφ' ὧν γενεαλογοῦνται Ἰουδαῖοι, "ὅτι οὐδὲ πώποτ' "ἐν πολλῷ τῷ πρόσθεν χρόνῳ ἀμφισβήτησις "γεγένηται περὶ τῶν τοιῶνδε ὀνομάτων· ἀλλὰ "νῦν Ἰουδαῖοι πρὸς ἑτέρους τινὰς, οὓς οὐκ ὠνό- "μασε, περὶ τούτων ἀμφισβητοῦσι. δεικνύτω γὰρ ὁ βουλόμενος, τίνες οἱ ἐπιδικαζόμενοι, καὶ κἂν πιθανότητι χρώμενοι, κατὰ Ἰουδαίων, πρὸς τὸ μὴ ὑγιῶς μὲν Ἰουδαίους καὶ Χριστιανοὺς τὰ περὶ τούτων ἀπαγγέλλειν καθ' ὧν κεῖται τὰ ὀνόματα· ἑτέρους δ' εἶναι τοὺς σοφώτατα καὶ ἀληθέστατα περὶ τούτων διειληφότας. ἀλλὰ πεπείσμεθα ὅτι οὐ δυνήσονται τὸ τοιοῦτον * τινες ποιῆσαι, ἐναργοῦς ὄντος τοῦ τὰ ὀνόματα ἀπὸ τῆς Ἑβραίων εἰλῆφθαι διαλέκτου, παρὰ μόνοις Ἰουδαίοις εὑρισκομένης. Μετὰ ταῦτα ὁ Κέλσος ἐκτιθέμενος τὰ ἀπὸ τῆς ἔξω τοῦ θείου λόγου ἱστορίας, τὰ περὶ τῶν ἐπιδικασαμένων ἀνθρώπων τῆς ἀρχαιότητος, οἷον Ἀθηναίων, καὶ Αἰγυπτίων, καὶ Ἀρκάδων, καὶ Φρυγῶν, καὶ γηγενεῖς τι-

* ὡς παριστάντα.

* τοῖς ἀπ'.

* λείπει ἴσως πλεῖστον.

* ποιῆσαί τινες.

Celſus Judæos deridet quod Heſiodi cæterorumq. ingeniorum divinorum carminum ignari fabulam barbaram & incredibilem de homine Dei manibus effecto & poſtea inflato, de muliere ex hominis latere extracta, ac præceptis Dei et ſerpente iis adverſante, & victore compoſuerint & quod Deum non potuiſſe vel unum aliquem perſuadere commentiſint.

* ἐμφυσώμενον.
* ἀντιπράσσοντα.
* διηγούμενοι.

νας παρὰ σφίσι γεγονέναι λεγόντων, καὶ τεκμήρια τούτων παρεχομένων ἑκάστων, φησίν, "ὡς ἄρα Ἰουδαῖοι ἐν γωνίᾳ που τῆς Παλαιστίνης συγκύψαντες, παντελῶς ἀπαίδευτοι, καὶ οὐ προακηκοότες πάλαι ταῦτα Ἡσιόδῳ καὶ ἄλλοις μυρίοις ἀνδράσιν ἐνθέοις ὑμνημένα, συνέθεσαν ἀπιθανώτατα καὶ ἀμουσότατα, ἄνθρωπόν τινα, ὑπὸ χειρῶν Θεοῦ πλασσόμενόν τε καὶ * ἐμφυσώμενον, καὶ γυναῖκα ἐκ τῆς πλευρᾶς, καὶ παραγγέλματα τοῦ Θεοῦ, καὶ ὄφιν τούτοις * ἀντιπρασσοντα, καὶ περιγινόμενον τῶν Θεοῦ προσταγμάτων τὸν ὄφιν· μῦθόν τινα ὡς γραυσὶ * διηγούμενον. καὶ ποιοῦντες ἀνοσιώτατα τὸν Θεὸν εὐθὺς ἀπ᾽ ἀρχῆς ἀσθενοῦντα, καὶ μηδ᾽ ἕνα ἄνθρωπον, ὃν αὐτὸς ἔπλασε, πεῖσαι δυνάμενον." Διὰ τούτων δὴ ὁ πολυΐστωρ καὶ πολυμαθὴς, καὶ Ἰουδαίοις καὶ Χριστιανοῖς ἀμαθίαν ἐγκαλῶν καὶ ἀπαιδευσίαν, Κέλσος σαφῶς παρίστησι, τίνα τρόπον ἀκριβῶς ᾔδει τοὺς ἑκάστου συγγραφέως χρόνους, Ἕλληνος καὶ βαρβάρου· ὅς γε οἴεται Ἡσίοδον, καὶ ἄλλους μυρίους, οὓς ὀνομάζει ἄνδρας ἐνθέους, πρεσβυτέρους τῶν Μωϋσέως καὶ τῶν τούτου γραμμάτων· Μωϋσέως, τοῦ ἀποδεικνυμένου πολλῷ τῶν Ἰλιακῶν πρεσβυτέρου. οὐκ Ἰουδαῖοι οὖν συνέθεσαν ἀπιθανώτατα καὶ ἀμουσότατα τὰ περὶ τὸν γηγενῆ ἄνθρωπον, ἀλλ᾽ οἱ κατὰ Κέλσον ἄνδρες ἔνθεοι, Ἡσίοδος καὶ οἱ ἄλλοι αὐτοῦ μυρίοι, τοὺς πολλῷ πρεσβυτέρους καὶ σεμνοτάτους ἐν τῇ Παλαιστίνῃ λόγους μήτε μαθόντες μήτ᾽ ἀκηκοότες, τοιαύτας ἔγραψαν ἱστορίας περὶ τῶν ἀρχαίων, ὁποίας καὶ * θεογενίας γένεσιν, τὸ ὅσον ἐφ᾽ ἑαυτοῖς, περιτιθέντες θεοῖς, καὶ ἄλλα μυρία. οὓς εὐλόγως ἐκβάλλει τῆς ἑαυτοῦ πολιτείας Πλάτων, ὡς ἐπιτρίβοντας τοὺς νέους, τὸν Ὅμηρον, καὶ τοὺς τοιαῦτα γράφοντας ποιήματα. ἀλλὰ Πλάτων μὲν δῆλός ἐστι μὴ φρονήσας ἐνθέους γεγονέναι ἄνδρας, τοὺς τοιαῦτα ποιήματα καταλελοιπότας. ὁ δὲ κρίνειν μᾶλλον Πλάτωνος δυνάμενος, ὁ Ἐπικούρειος Κέλσος (εἴ γε * οὗτός ἐστι καὶ ὁ κατὰ Χριστιανῶν ἄλλα δύο βιβλία συντάξας) τάχα ἡμῖν φιλονεικῶν, οὓς μὴ ἐφρόνει ἐνθέους, ἐνθέους ὠνόμασεν. ἐγκαλεῖ "δ᾽ ἡμῖν ὡς ὑπὸ χειρῶν Θεοῦ πλασθέντα εἰσάγουσιν ἄνθρωπον" τοῦ μὲν [οὖν] τῆς Γενέσεως βιβλίου οὔτ᾽ ἐπὶ τῆς ποιήσεως τοῦ ἀνθρώπου, οὔτ᾽ ἐπὶ τῆς πλάσεως, χεῖρας παραλαβόντος Θεοῦ· τοῦ δὲ Ἰὼβ καὶ τοῦ Δαβὶδ * εἰπόντος τὸ, Αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με καὶ ἔπλασάν με. περὶ ὧν πολὺς ὁ λόγος εἰς τὸ παραστῆσαι τὰ νοούμενα τοῖς ταῦτα εἰρηκόσιν, οὐ μόνον περὶ διαφορᾶς ποιήσεως καὶ πλάσεως, ἀλλὰ καὶ περὶ χειρῶν Θεοῦ. ἃς οἱ μὴ νοοῦντες καὶ τὰς τοιαύτας ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν φωνάς, οἴονται ἡμᾶς τοιοῦτον σχῆμα περιτιθέναι τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ, ὁποῖόν ἐστι τὸ ἀνθρώπινον. καθ᾽ ὃ καὶ πτέρυγας ἀκο-

Trig.° 1mo Celſi præpoſteram temporum rationem vellicat, et Platonis poetarum cenſuram alleget.

p. 174. l. 15. p. 167. l. 34.

* θεογονίας.

Plato lib. 3. & 10. de Repub.

* ἄλλος ἐστί.

2do. Χτianos non ἀνθρωπομορφους eſſe docet.

* εἰπόντων.

Job. 10. 8.
Pſal. 118. 73.

rundam apud ſe aliquos è terra genitos aſſerentium, & de his ſingulis argumenta exhibentium, ait *Judæos in angulo Palæſtinæ conſpiratos, homines indoctos, & qui nunquam ante audiſſent eadem ab Heſiodo aliiſque innumeris viris divinis celebrata, compoſuiſſe incredibilem & ineruditam fabulam: hominem quemdam fictum eſſe Dei manibus, & inſpiratum ab eo, productámq; mulierculam ex ejus latere, acceptáq; præcepta à Deo, & ſerpentem adverſarium: ac poſtremò ſerpentem cum plùs valuiſſe, quàm Dei præcepta: anile deliramentum, quod non ſine ſumma impietate Deum mox ab initio faciat infirmum, qui apud hominem, à ſe fictum, nihil autoritatis habuerit.* In hunc modum multiſcius & eruditiſſimus Celſus, Judæis atque Chriſtianis ruditatem & imperitiam objiciens, manifeſtè oſtendit, quàm exactè teneat rationem temporum, quibus vixerunt duo ſcriptores, alter Græcus, alter barbarus: qui putet Heſiodum, alióſq; innumeros viros divinos, ut ipſe nominat, antiquiores eſſe Moſe ejúſq; literis: Moſe inquam illo, quem conſtat ætate longè ſuperiorē rebus Iliacis. Itaq; non Judæi finxerant incredibilem & ineruditam fabulam de homine terrigena, ſed iſti, ut Celſus opinatur, afflati Deo, Heſiodus ceteríque innumeri, non auditis priſcis ac venerandis Palæſtinorum narrationibus, tales ſcripſerunt hiſtorias de rebus priſcis, quales, ſunt Deorum generatio, quibus ortum & alia innumera pro viribus attribuebant, quos meritò Plato ejicit è ſua Repub. ut peſtem juventutis, nominatímque Homeri & ſimilium poemata. Hos certè Plato non habuit pro afflatis Deo, qui hujuſmodi carmina reliquiſſent poſteris: at cenſor Platone magis idoneus Celſus Epicureus (ſi tamen is eſt, qui & alios duos libros contra Chriſtianos compoſuit) pronunciat afflatos Deo, nimirum per contentionem in noſtrámque contumeliam, quos afflatos non exiſtimat. Criminatur nos præterea, quòd manibus Dei fictum inducamus hominem, cùm Geneſeos liber, nec dum fit homo, nec dum formatur, mentionem faciat Dei manuum: ſed Job & David dicant; *Manus tuæ fecerunt me, & formaverunt me:* de quibus verbis quo ſenſu dicta ſint, quid interſit inter facere & fingere, & quomodo Dei manus intelligendæ ſint, longa poſſet inſtitui diſputatio. Has enim & ſimiles voces in ſacris literis qui non intelligunt, putant nos Optimo Maximo Deo formam humanam addere: qui poſſent eádem

operâ

opera ſuſpicari alis inſtructum etiam eum nos credere, quando hæc quoq; verbotenus inveniuntur in noſtris Scripturis de Deo loquentibus: quas interpretari non eſt præſentis negotii; peculiarem enim operam interpretationi Geneſeos impendimus, ut potuimus. Vide jam malitioſam Celſi mentem in ſequentibus: cùm Scriptura noſtra dicat de plaſmatione hominis, *Et inſufflavit in faciem ejus ſpiritum vitæ, & factus eſt homo in animam viventem:* iſte malitioſè carpere volens illud, Inſufflavit in faciem ejus ſpiritum, quod nè intelligit quidem quomodo dictum ſit, ſcripſit *compoſuiſſe eos fabulam de homine ficto Dei manibus:* ut aliquis, putans inſufflationem illam ſic accipiendam ſicut de utribus, rideat inſufflationem factam in hominis faciem: quæ ſic interpretanda eſt, impartiiſſe Deum homini ſpiritum incorruptibilem, ſicut ſcriptum eſt, *Incorruptibilis autem ſpiritus tuus eſt in omnibus.* Deinde poſtquam ſemel ſtatuit Scripturas carpere, vituperat & illud, *Immiſit Deus ſoporem in Adamum, & obdormivit: & accepit unam de coſtis ejus, & implevit carnem pro ea, & ædificavit coſtam, quam tulerat de Adam, in mulierem*, & quæ deinceps ſequuntur: nec ullam interpretationem addit, quæ auditorem figuratæ locutionis admoneat, malens diſſimulare allegoriam. Quamvis procedente ſermone dicat *modeſtiores tam Judæos, quàm Chriſtianos, præ pudore ad allegoriam refugere.* Ad quod licet reſpondere, Ergò allegoriam admittit fabula Heſiodi tui divinitùs afflati de muliere, quam Jupiter ignis vice magnum malum dedit hominibus: hæc verò mulier de ſopiti latere poſt extaſin deſumpta & ædificata à Deo videtur ſub externa involucro nihil reconditioris ſenſûs tegere? At cujus candoris eſt, illa non ridere ut nugas, ſed admirari ut myſterium philoſophicum obvelatum fabulâ: hæc verò verbis tantùm inhærendo naſo ſuſpendere, & nullius æſtimare pretii? Si enim propter verborum ſimplicitatem accuſandum eſt, quòd tegit latentem ſenſum egregium: vide, nè Heſiodus numine (ut ais) afflatus, tuis ſannis magis ſit obnoxius, qui ſic canit,

Huic pater inſenſus, nubes qui cogit aquoſas,
Terrifico tales protulit ore ſonos; (thea,
O nimis & plùs quàm par eſt verſute Prome-
O nimis in pœnas ingenioſe tuas, (phum,
Lætus es, & celebrem volvis ſub corde trium-
Quod cautâ ſummum luſeris arte Jovem.

λεῦθον νομίζειν ἡμᾶς εἶναι ἐν τῷ σώματι τοῦ Θεοῦ, ἐπεὶ καὶ ταῦτα λέγουσιν αἱ κατὰ τὸ ῥητὸν περὶ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν γραφαί. ταῦτα δὲ νῦν ἑρμηνεύειν οὐκ ἀπαιτεῖ ἡ προκειμένη πραγματεία· πεπραγματευμένως γὰρ ἐν τοῖς εἰς τὴν Γένεσιν ἐξηγητικοῖς ταῦθ' ἡμῖν, κατὰ τὸ δυνατὸν, ἐξήτασται. Εἶθ' ὅρα κακοήθειαν τοῦ Κέλσου ἐν τοῖς ἑξῆς. τῆς γὰρ γραφῆς ἡμῶν λεγούσης ἐπὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου πλάσεως, Καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς καὶ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν. ὁ δὲ κακοήθως διασύρειν βουλόμενος τὸ, Ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν (ὅπερ οὐδὲ νενόηκε, τίνα τρόπον λέλεκται) ἀνέγραψεν, "ὅτι συνέθεσαν ἄνθρωπον ὑπὸ χειρῶν Θεοῦ πλασσόμενον. ἵνα, τὸ ἐμφυσώμενον παραπλησίως τις νομίσας λέγεσθαι τοῖς ἐμφυσωμένοις ἀσκοῖς, γελάσῃ τὸ, ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς· τροπικῶς εἰρημένον, καὶ δεόμενον διηγήσεως, παριστάσης μεταδεδωκέναι τὸν Θεὸν τοῦ ἀφθάρτου πνεύματος τῷ ἀνθρώπῳ· καθὸ λέλεκταί τι, Τὸ δὲ ἄφθαρτόν σου πνεῦμά ἐστιν ἐν πᾶσιν. εἶτ' ἐπεὶ προκείμενον ἦν αὐτῷ κατηγορεῖν τὰ γεγραμμένα, διαχλευάζει καὶ τὸ, Ἐπέβαλεν ὁ Θεὸς ἔκστασιν ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ, καὶ ὕπνωσε· καὶ ἔλαβε μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ, καὶ ἀνεπλήρωσε σάρκα ἀντ' αὐτῆς, καὶ ᾠκοδόμησε τὴν πλευρὰν, ἣν ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ, εἰς γυναῖκα, καὶ τὰ ἑξῆς. οὐδὲ τὴν λέξιν ἐκθέμενος, δυναμένην ἐπιστῆσαι τὸν ἀκούοντα, ὅτι μετὰ τροπολογίας εἴρηται. καὶ οὐκ ἠθέλησέ γε προσποιήσασθαι, ἀλληγορεῖσθαι τὰ τοιαῦτα. καί τοι γε ἐν τοῖς ἑξῆς λέγων, "ὅτι οἱ ἐπιεικέστεροι Ἰουδαίων τε καὶ Χριστιανῶν ἐπὶ τούτοις αἰσχυνόμενοι, πειρῶνταί πως ἀλληγορεῖν αὐτά. ἔστι δ' εἰπεῖν πρὸς αὐτὸν, ἆρα τὰ μὲν τῷ ἐνθέῳ σου Ἡσιόδῳ εἰρημένα ἐν μύθου σχήματι περὶ τῆς γυναικὸς ἀλληγορεῖται· ὡς ἄρα δέδοται αὕτη τοῖς ἀνθρώποις ὑπὸ Διὸς κακὸν, καὶ ἀντὶ τοῦ πυρός· ἡ δ' ἀπὸ τῆς πλευρᾶς τοῦ μετ' ἔκστασιν κοιμηθέντος ληφθεῖσα γυνὴ, καὶ οἰκοδομηθεῖσα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, χωρὶς παντὸς λόγου καί τινος ἐπικρύψεως λελέχθαί σοι φαίνεται; ἀλλ' οὐκ εὔγνωμον, ἐκεῖνα μὲν μὴ γελᾶν, ὡς μῦθον· ἀλλὰ θαυμάζειν ὡς ἐν μύθῳ φιλοσοφούμενα· ταῦτα δὲ μόνῃ τῇ λέξει τὴν διάνοιαν * ἐναπερείσαντα μυχθίζειν, καὶ μηδενὸς λόγου νομίζειν ἔχειν. εἰ γὰρ ψιλῆς ἕνεκεν λέξεως χρὴ κατηγορεῖν τῶν ἐν ὑπονοίαις λελεγμένων· ὅρα εἰ μὴ τὰ Ἡσιόδου μᾶλλον γέλωτα μέλλει ὀφλεῖν ἀνδρὸς (ὥς φῄς) ἐνθέου τοιαῦτα γράψαντος,

Τὸν δὲ χολωσάμενος προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς.
Ἰαπετιονίδη, πάντων πέρι μήδεα εἰδὼς,
* Χαίρεις πῦρ κλέψας, καὶ ἐμὰς φρένας ἠπεροπεύσας;

Pſal. 16. 8.
35. 8.
56. 2.
60. 5.
62. 8.

Geneſ. 2. 7.

Sap. 12. 1.

Geneſ. 2. 21.

Heſiod. Theogon. v. 364. & lib. 1. Operum ac Dierum v. 57.

Heſiodi de mulieris formatione appellans

* ἐναπερείσαντα.

Heſiod. lib. 1. ἔργ. καὶ ἡμέρ. v. 53. &c.

* Χαίρεις.

Σοί τ'

Σοί τ' αὐτῷ μέγα πῆμα ϗ ἀνδράσιν ἐσσομένοισι·
Τοῖς δ' ἐγὼ ἀντὶ πυρὸς δώσω κακὸν, ᾧ κεν ἅπαντες
Τέρπωνται κατὰ θυμὸν, ἑὸν κακὸν ἀμφαγαπῶντες.

* ἐγέλασσε libb. editi.

Ὡς ἔφατ', ἐκ δ' * ἐτίλεσσε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.
Ἥφαιστον δ' ἐκέλευσε περικλυτὸν, ὅττι τάχιστα
Γαῖαν ὕδει φύρειν, ἐν δ' ἀνθρώπου θέμεν αὐδὴν
Καὶ σθένος, * ἀθανάτοις δὲ θεοῖς εἰς ὦπα ἐΐσκειν

* ἀθανάτῃς δὲ θεαῖς libb. ed.
* Παρθενικῆς.
* διδασκῆσαι libb. ed.

* Παρθενικῆς καλὸν εἶδος ἐπήρατον· αὐτὰρ Ἀθήνην
Ἔργα * διδασκέμεναι πολυδαίδαλον ἱστὸν ὑφαίνειν·
Καὶ χάριν ἀμφιχέαι κεφαλῇ χρυσῆν Ἀφροδίτην,
Καὶ πόθον ἀργαλέον, ϗ γυιοκόρους μελεδῶνας·
Ἐν δὲ θέμεν κύνεόν τε νόον ϗ ἐπίκλοπον ἦθος
Ἑρμείην ἤνωγε, διάκτορον Ἀργειφόντην.
Ὡς ἔφαθ'. οἱ δ' ἐπίθοντο Διῒ Κρονίωνι ἄνακτι.
[Αὐτίκα δ' ἐκ γαίης πλάσσε κλυτὸς Ἀμφιγυήεις
Παρθένῳ αἰδοίῃ ἴκελον, Κρονίδεω διὰ βουλάς·
Ζῶσε δὲ ϗ κόσμησε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη.]

* τλώ γρ. l. c.
* καλλίκομοι.

Ἀμφὶ δέ οἱ Χάριτές τε θεαὶ ϗ πότνια Πειθὼ
Ὅρμους χρυσείους ἔθεσαν χροΐ· ἀμφὶ δὲ * τήνδε
Ὧραι * καλλιπλόκαμοι στέφον ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν.
Πάντα δέ οἱ χροΐ κόσμον ἐφήρμοσε Παλλὰς Ἀθήνη·
Ἐν δ' ἄρα οἱ στήθεσσι διάκτορος Ἀργειφόντης
Ψεύδεά θ' αἱμυλίους τε λόγους ϗ ἐπίκλοπον ἦθος
Τεῦξε, Διὸς βουλῇσι βαρυκτύπου· ἐν δ' ἄρα φωνὴν
Θῆκε θεῶν κήρυξ· ὀνόμηνε δὲ τήνδε γυναῖκα
Πανδώρην· ὅτι πάντες ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες

* ἐδώρησαν.

Δῶρον * ἐδωρήσαντο, πῆμ' ἀνδράσιν ἀλφηστῇσι.

Γελοῖον δ' αὐτόθεν ϗ τὸ περὶ τοῦ πίθου λεγόμενον, ὅτι

Πρὶν μὲν γὰρ ζώεσκον ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων
Νόσφιν ἄτερ τε κακῶν, ϗ ἄτερ χαλεποῖο πόνοιο,

* γῆρας l. c.

Νούσων τ' ἀργαλέων, αἵ τ' ἀνδράσι * κῆρας ἔδωκαν.
Ἀλλὰ γυνὴ χείρεσσι πίθου μέγα πῶμ' ἀφελοῦσα
Ἐσκέδασ', ἀνθρώποισι δ' ἐμήσατο κήδεα λυγρά.
Μούνη δ' αὐτόθι Ἐλπὶς ἐν ἀρρήκτοισι δόμοισιν

Cùm rutilum puris ignem ſubduxeris aſtris,
Subdolus æthereas auſus inire vias.
Heu nociture tibi, ſeriſq; nepotibus, iſtâ
Quò ruis in clades calliditate tuas?
Tale genus peſtis celſo mittetur Olympo,
Omnes quod cupidâ ſumere fronte volent.
Perniciémq; ſuam circumplectentur amanter,
Ab nimis exitii neſcia turba ſui!
Sic fatus riſit ſuperûm pater atq; hominum rex:
Nec mora, Vulcano talia juſſa dedit;
I celer, & terram miſce fluvialibus undis,
Materia hæc operi apta futura tuo eſt.
Ex hac formoſæ fingetur imago puellæ,
Quæ referat ſuperas ore habitúque deas.
Nec non dulciloquâ cum viribus addito vocem,
Poſſit ut humanos promere blanda ſonos.
Tu quoq; de noſtro Pallas pronata cerebro,
Protinus hanc donis imbue diva tuis.
Edoceas tenui percurrere pectine telas,
Atque operoſa rudes ducere penſa manus.
Affundet capiti pulchram Diva aurea formam,
Quæ fuit è ſpumis progenerata maris:
Ut deſiderio curiſque voracibus omnes
In deſiderium concitet illa ſui.
Tu quoque, nate tuo non inficiande parenti,
Argi quo cecidit percutiente caput,
Fallaces indes mores, mentémque caninam,
Expers nè poſſit muneris eſſe tui.
Dixerat, aſſensêre omnes, ac juſſa faceſſunt
Illius, excelſi qui regit aſtra poli.
Lemnius è madida format tellure puellam,
Cujus adæquabat fama venuſta Deas:
Dotibus hanc Pallas claris ac arte polivit,
Inſtruxit variis pectora docta modis:
Aurea marmoreo poſuêre monilia collo,
Peitho, & cum gemina blanda ſorore Charis.
Necnon auricomæ vernis de floribus Horæ
Fecerunt nitidis roſea ſerta comis.
Aſt ornamenta aptavit muliebria membris,
Quæ Dea de patris vertice nata fuit eſt.
Atq; à Mercurio, vigilem qui ſuſtulit Argum,
Inſidè didicit lingua docente loqui.
Indidit hic mores vafros, teneróſq; lepores,
Inſtituit variis pectora vana dolis.
Quó que ut divino mandârat Juppiter ore,
Contulerant dotes Diiq; Deæque ſuas,
Mercurius recto Pandoram nomine dixit,
Dulce, ſimul cunctis exitiale, malum.
Nec minùs ridiculum quod mox de urna ſubjungit,
Nam priùs humano generi mala nulla fuerunt,
Expers ſolliciti vita laboris erat,
Morborúmque abeant vultu pallente catervæ,
Qui ſenium cunctis debile ferre ſolent.
Fœmina ſed nacuo dum tollit opercula vaſe,
In mundum peſtis provolat omne genus.

Sola

Sola, labris urnæ dum fortè hæreret in imis,
Non illo movit Spes ſua caſtra loco:
Nam priùs injecit, quàm Spes evadere poſſet,
Tegmina, conſilium virgo ſecuta Jovis.

Hæc qui ſeriis allegoriis referta contendet, ſive ſcopum attingat, ſive non, percontabimur, Ergò ſolis Græcis in penitioribus ſenſibus philoſophari licet, aut etiam Ægyptiis, & ſi qui alii barbari jactant ſe habere veritatem tectam myſteriis: Judæi verò ſoli, & legiſlator eorum, aliique ſcriptores, videntur tibi mortalium omnium ſtultiſſimi; ſoláq; hæc gens expers virtutis divinæ, tam egregiis diſciplinis excitata ad ſectandam contemplatione ſublimem illam Dei naturam, illámque unam intuendam, nec aliunde quàm ab illo boni quicquam ſperandum? Quoniam autem & ea, quæ inibi ſcripta ſunt de colubro, adverſante Dei præceptis homini inditis, Celſus Comico dente arrodit, putans fabulam anicularum deliramentis ſimilem, & datâ operâ neque paradiſum Dei nominavit, neque plantatum dixit à Deo in Edem ad Orientem, ibique mox exortam è terra omnem arborem gratam aſpectu, & ſuavem guſtui, lignúmque vitæ in paradiſi medio, lignum item decantatum boni & mali, & quæ deinceps ſequuntur: poſsúntque candidum lectorem movere, ut ſub figuratâ locutione quærat aliquid ſerium. Objiciemus ei ex adverſo quæ apud Platonem in Sympoſio Socrates narrat de Cupidine: quæ eidem ut narret ſunt impoſita, cùm reliquis ſit elegantior qui de amore diſputabant. Verba Platonis ſic habent; *Quando nata eſt Venus, parato convivio diſcubuerunt dii, & inter ceteros Porus affluentiæ Deus, Metidis filius: poſt cœnam Penia mendicatura cibum, obverſabatur pro foribus aulæ in qua epulabantur. Interim Porus ebrius nectare (nondum enim vinum erat) Jovis hortum ingreſſus edormiebat crapulam; ibi Peniæ quærenti inopiæ ſuæ remedium in mentem venit clàm & per inſidias concipere Poro, procreandorum liberorum gratiâ; itaque juxta illum accubuit, & ex eo concepit: unde natus eſt Amor, ſectator cultórque Veneris, ut in Veneris natalibus progenitus: quin etiam naturâ pulchri deſiderio capitur, cùm Venus ipſa ſit pulchra. Quoniam verò Pori & Peniæ filius eſt Amor, ſortem hujuſmodi nactus eſt. Primùm avidus eſt & ſqualidus, nudis pedibus, ſine domicilio, volitans circa humum, ſine ſtratis ad fores in viis ſub divo cubitans, & à matre non degenerans ut inops perpetuò. Patrem verò in hoc refert, quòd cùm pulchris*

Ἔνδον ἔμιμνε, πίθου ὑπὸ χείλεσιν, οὐδὲ θύραζε
Ἐξέπτη· πρόσθεν γὰρ ἐπέμβαλε πῶμα πίθοιο.

Πρὸς δὲ τὸν ταῦτα σεμνῶς ἀλληγορήσαντα, εἴτ' ἐπιτυγχάνοντα ἐν τῇ ἀλληγορίᾳ, εἴτε καὶ μή, ἐροῦμεν· ἆρα μόνοις Ἕλλησιν ἐν ὑπονοίᾳ ἔξεστι φιλοσοφεῖν; ἀλλὰ καὶ Αἰγυπτίοις, καὶ ὅσοι τῶν βαρβάρων σεμνύνονται ἐπὶ μυστηρίοις καὶ ἀληθείᾳ; μόνοι δὲ Ἰουδαῖοι ἔδοξάν σοι, καὶ ὁ τούτων νομοθέτης, καὶ οἱ συγγραφεῖς, πάντων ἀνθρώπων εἶναι ἀνοητότατοι; καὶ μόνον τὸ ἔθνος οὐδεμιᾶς δυνάμεως Θεοῦ μετειληφέναι, τὸ οὕτω μεγαλοφυέστατα δεδιδαγμένον ἀναβαίνειν ἐπὶ τὴν ἀγένητον τοῦ Θεοῦ φύσιν, κἀκείνῳ μόνῳ ἐνορᾶν, καὶ τὰς ἀπ' αὐτοῦ μόνου ἐλπίδας προσδοκᾶν; ἐπεὶ δὲ καὶ τὰ περὶ τὸν ὄφιν, ὡς ἀντιπράσσοντα τοῖς τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸν ἄνθρωπον παραγγέλμασιν, ὁ Κέλσος κωμῳδεῖ, μῦθόν τινα παραπλήσιον τοῖς παραδιδομένοις ταῖς γραυσὶν ὑπολαβὼν εἶναι τὸν λόγον· καὶ ἑκὼν οὔτε τὸν Θεοῦ παράδεισον ὠνόμασεν, οὐδ' ὡς πεφυτευκέναι λέγεται ὁ Θεὸς ἐν Ἐδὲμ κατ' ἀνατολάς· Geneſ. 2. 8.
καὶ μετὰ τοῦτο ἐξανατετειλκέναι ἐκ τῆς γῆς πᾶν ξύλον ὡραῖον εἰς ὅρασιν, καὶ καλὸν εἰς βρῶσιν, καὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου, καὶ τὸ γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ ξύλον, καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις εἰρημένα, δυνάμενα αὐτόθεν κινῆσαι τὸν εὐγνωμόνως ἐντυγχάνοντα, ὅτι πάντα ταῦτα οὐκ ἀσέμνως τροπολογεῖται· φέρε, ἀντιπαραθῶμεν ἐκ τοῦ Συμποσίου Πλάτωνος τὰ εἰρημένα περὶ τοῦ Ἔρωτος τῷ Σωκράτει, καὶ ὡς σεμνότερα πάντων τῶν ἐν Συμποσίῳ εἰπόντων περὶ αὐτοῦ τῷ Σωκράτει περιτεθέντα. el Platonis amoris nativi- latem. οὕτω δ' ἔχει ἡ Πλάτωνος λέξις· "Ὅτ' ἐγένετο ἡ Plato Sympoſ.
"Ἀφροδίτη, εἱστιῶντο οἱ θεοί, οἵ τε ἄλλοι, καὶ Tom. 3. p. 203.
"ὁ τῆς Μήτιδος υἱὸς *Πόρος. ἐπειδὴ δὲ ἐδείπνη- * Πόρος libb.
"σαν, προσαιτήσουσα, οἷα δὴ εὐωχίας οὔσης, ἀφί- editi.
"κετο ἡ Πενία, καὶ ἦν περὶ τὰς θύρας. ὁ οὖν Πό-
"ρος μεθυσθεὶς τοῦ νέκταρος (οἶνος γὰρ οὔπω ἦν)
"εἰς τὸν τοῦ Διὸς κῆπον εἰσελθὼν βεβαρημένος
"εὗδεν. ἡ οὖν Πενία ἐπιβουλεύουσα, διὰ τὴν αὑ-
"τῆς ἀπορίαν, παιδίον ποιήσασθαι ἐκ τοῦ Πόρου,
"κατακλίνεταί τε παρ' αὐτῷ, καὶ ἐκύησε τὸν Ἔ-
"ρωτα, διὸ δὴ καὶ τῆς Ἀφροδίτης ἀκόλουθος
"[καὶ] θεράπων *γέγονεν [ὁ Ἔρως,] γεννη- * ἦν ἤδη.
"θεὶς ἐν τοῖς *ἐκείνης γενεθλίοις. καὶ ἅμα φύσει * ἐκείνων.
"ἐραστὴς ὢν περὶ τὸ καλόν, καὶ τῆς Ἀφροδίτης καλῆς
"οὔσης. ἅτε οὖν Πόρου καὶ Πενίας υἱὸς ὢν ὁ Ἔρως ἐν
"τοιαύτῃ τύχῃ καθέστηκε. πρῶτον μὲν πένης ἀεί
"ἐστι, καὶ πολλοῦ δεῖ ἁπαλός τε καὶ καλός, οἷον οἱ πολ-
"λοὶ οἴονται· ἀλλὰ σκληρὸς καὶ αὐχμηρὸς καὶ ἀνυ-
"πόδητος καὶ ἄοικος, χαμαιπετὴς ἀεὶ ὤν, καὶ ἄστρω-
"τος, ἐπὶ θύραις καὶ ἐν ὁδοῖς ὑπαίθριος κοιμώ-
"μενος· τὴν τῆς μητρὸς φύσιν ἔχων ἀεί, ἐνδείᾳ ξύνοι-
"κος. κατὰ δ' αὖ τὸν πατέρα ἐπίβουλός ἐστι τοῖς κα-

 λοῖς

τινὰς δὲ ἐμφαίνοντας καὶ τὸ ἱστορίαν ἐναργεστάτην καὶ καταληπτικωτάτην ἀναγράφειν, ὡς παραδόξων καὶ γραφῆς ἀξίων, ἐπ᾽ ὠφελείᾳ τῶν ἀκουσομένων. ἢ τολμάτω τις λέγειν, μὴ πάσης σοφίας εἶναι πηγὴν καὶ ἀρχὴν τὸ πιστεῦσαι τῷ τῶν ὅλων Θεῷ; καὶ πάντα πράττειν, κατ᾽ ἀναφορὰν τοῦ ἐκείνῳ ἀρέσκειν περὶ ὁτουοῦν; καὶ μηδὲν ἀπάρεσκον αὐτῷ μηδ᾽ ἐνθυμεῖσθαι; ὡς οὐ μόνον λόγων καὶ ἔργων, ἀλλὰ καὶ διαλογισμῶν, κριθησομένων· καὶ τίς ἂν ἄλλος λόγος ἐπιστρεπτικώτερον προσάγει τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν πρὸς τὸ εὖ ζῆν, ὡς ἡ πίστις ἢ ἡ διάληψις περὶ τοῦ πάντ᾽ ἐφορᾷν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν τὰ ὑφ᾽ ἡμῶν λεγόμενα καὶ πραττόμενα, ἀλλὰ καὶ λογιζόμενα; * παραβαλλέτω γὰρ ὁ βουλόμενος ἄλλην ὁδὸν ἐπιστρέφουσαν ἅμα καὶ βελτιοῦσαν οὐ μόνον ἕνα πού καὶ δεύτερον, ἀλλ᾽, ὅση δύναμις, καὶ πλείστους ὅσους, ἵνα τις τῇ παραθέσει ἀμφοτέρων τῶν ὁδῶν ἀκριβῶς κατανοήσῃ τὸν διατιθέντα πρὸς * [τὸ] καλὸν λόγον. Ἐπεὶ δ᾽ ἐν ᾗ ἐξεθέμην τοῦ Κέλσου λέξει παραπεφρασμένα ἀπὸ τοῦ Τιμαίου τινὰ γέγραπται, "ὡς ἄρα "ὁ μὲν Θεὸς οὐδὲν θνητὸν ἐποίησεν, ἀλλὰ μόνα τὰ ἀθάνατα· τὰ δὲ θνητὰ ἄλλων ἐστὶν "ἔργα. καὶ ψυχὴ μὲν, Θεοῦ ἔργον· σώματος δὲ "ἄλλη φύσις· καὶ οὐδὲν διοίσει σῶμα ἀνθρώπου "σώματος νυκτερίδος, ἢ σκώληκος, ἢ βατράχου. "ὕλη γὰρ ἡ αὐτὴ, καὶ τὸ φθαρτὸν αὐτῶν ὅμοιον· φέρε, καὶ περὶ τούτων ἐπ᾽ ὀλίγον διαλαβόντες ἐλέγξοντες τὸν ἤτοι μὴ προσποιούμενον τὴν ἑαυτοῦ Ἐπικούρειον γνώμην, ἢ (ὡς ἂν εἴποι ἄν τις) ὕστερον μεταθέμενον ἐπὶ τὰ βελτίω, ἢ καὶ (ὡς ἂν λέγοι) τὸν ὁμώνυμον τῷ Ἐπικουρείῳ. τοιαῦτα γὰρ ἐχρῆν αὐτὸν ἀποφαινόμενον (καὶ ἐναντία λέγειν οὐ μόνον ἡμῖν προθέμενον, ἀλλὰ καὶ οὐκ ἀγεννεῖ φιλοσόφων αἱρέσει [τῇ ἀπὸ τοῦ] Κιτιέως Ζήνωνος) κατασκευάσαι, ὅτι τὰ τῶν ζώων σώματα οὐκ ἔστιν ἔργα τοῦ Θεοῦ· καὶ ὅτι ἡ τοσαύτη περὶ αὐτὰ τέχνη οὐκ ἀπὸ τοῦ πρώτου ἐλήλυθε νοῦ. ἔδει δ᾽ αὐτὸν καὶ περὶ τῶν τοσούτων, καὶ ὑπὸ, ἐν ὑπαρχούσης, ἀφαντάστου φύσεως διοικουμένων παντοδαπῶν φυτῶν, καὶ πρὸς χρείαν γεγονότων, οὐκ εὐκαταφρονήτων ἐν τῷ παντὶ, ἀνθρώπων, καὶ τῶν ἀνθρώποις διακονουμένων ζώων, ὁπωσποτε ἄλλως ὄντων, μὴ ἀποφήνασθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ διδάξαι, ὅτι μὴ τέλειός τις νοῦς τὰς τοιαύτας ἐνεποίησε ποιότητας τῇ ὕλῃ τῶν φυτῶν. εἰ δ᾽ ἅπαξ Θεοὺς ἐποίει δημιουργοὺς πάντων σωμάτων, ὡς μόνης ψυχῆς ἔργον οὔσης Θεοῦ· πῶς οὐχὶ ἑξῆς ἦν τῷ μερίζοντι τὰ τοσαῦτα δημιουργήματα, καὶ πολλοῖς διδόντι μετά τινος, κατασκευάσαι οὐκ εὐκαταφρονήτου λόγου, Θεῶν διαφορὰς, τοὺς δὲ μὲν ἀνθρώπεια κατασκευάζοντας σώματα, ἑτέρους δὲ

* παραβαλλέτω.

* τόν.

contra dogma, quod Celsus ex Timaeo Platonis repetit, usque illum probare debuisse, quod mirandum in animalium corporibus effingendis artificium illud non ex unica & prima adoranda ab omnibus creaturis mente proveniat. Deinde argumentatione partim dialectica partim critica partim philosophica Celsi dogma de corporis aliunde quàm a Deo origine & de omnium corporum similitudine convellit.

habent; & in his nonnullos ſatis declarantes, quòd comperta prodant & memoratu digniſſima in utilitatem omnium, ad quorum aures perventura ſint. Aut perfricet aliquis frontem, & neget omnis ſapientiæ fontem eſſe ac principium Deo credere, cunctáſque ſuas actiones ad eum ſcopum referre, ut Deo placeant? ità ut nè in mentem quidem aut cogitationem admittatur quod illi diſpliceat, quandoquidem non verborum tantùm & operum, ſed cogitationum etiam reddenda eſt ratio ad tribunal ſummi judicis. Nam quis alius modus eſt, qui faciliùs hominem ad rectè vivendum convertat quàm fides, certáque perſuaſio, nihil à nobis vel dici, vel geri, vel cogitari denique quin oculis Dei pateat? conferat qui vult cum hac aliam viam convertentem ad meliora non unum aut alterum quempiam, ſed quàm fieri poteſt plurimos, ut ex collatione ambarum ad amuſſim intelligat quodnam dicendi genus ad bonum inſtituat. Quoniam autem in modò recitatis Celſi verbis inſunt quædam ex Timæo tranſcripta, *quòd Deus nihil mortale fecerit, ſed tantùm immortalia; mortalia verò aliorum ſunt opera; & quòd animæ quidem opus Dei ſunt, corporum verò alia natura; nec differt corpus humanum à veſpertilionis aut vermis aut ranæ corpore, cùm eadem ſit natura horum corruptibilis:* agè, etiam de his pauliſper diſſeramus, redarguamúſq; hunc vel Epicureum, ejus ſententiam nihil diſſimulantem, ſive, ut aliquis dicere poſſet, mutatum in melius, ſive, ut fieri poteſt, Epicureo cognominem. Cùm enim aſſerat talia, & contradicat non ſolùm nobis, verùm etiam non ignobili philoſophorum ſectæ à Zenone Cittienſi deſcendentium, debebat argumentis aſtruere, animalium corpora non eſſe Dei opera, quódque tam præclarum opificium à prima illa mente non ſit profectum. Debebat etiam de tam multis quæ ab incomprehenſibili natura atque à ſeipſa exiſtente diſpenſantur variarum ſtirpium generibus factis in non contemnendos uſus hominum, animalibúſque quomodocunque vitæ miniſtrantibus, non ſolùm pronunciare, ſed docere etiam, non eſſe à perfectiſſima quadam mente inditas eas qualitates materiæ, unde producta ſunt omnia. Quòd ſi omnino ad Deos referebat omnium corporum opificium, ac ſi ſolius animæ ſummus Deus eſſet opifex: annon conſequens erat, ut cùm diſtributa eſſent non ſine certa quapiam diſcriminis ratione in tam multos Deos tot opificia, ità ut alii humana fabricarent corpora, alii cujuſlibet generis

animalia

animalia, alii vel minimam eorundem ſpeciem, feras turſus alii: cúmque videret in numero Deorum opifices draconum, aſpidum, baſiliſcorúmque, alios item ſpeciatim ſtirpium, herbarúmque, redderet cauſam partitionis hujuſmodi? Fortaſſis enim, ſi animum applicuiſſet ad exactam ſingulorum examinationem, aut inveniſſet unum Deum omnium rerum opificem ad aliquid & certam aliquam ob cauſam feciſſe ſingula: aut ſi non inveniſſet, utiq; diſpexiſſet quæ ratio reddenda ſit, cur natura corruptibilis ſit per ſe indifferens; vidiſsétq; nihil abſurdi eſſe quòd mundus ex tam diverſis rebus conſtans unum habeat opificem, prout univerſitati convenit, facientem ſpecierum differentias. Poſtremò debebat omnino tacere de tali dogmate, cujus probatio cùm expectaretur, ipſe nullam afferre poterat: nî fortè nobis nudam, quam prædicamus, fidem objiciens, ſtare ſuæ ſententiæ velit; tametſi non affirmare tantùm, ſed docere ſit pollicitus. Atq; hoc eò dico, quoniam ſi induxiſſet in mentem audire Scripturas Moſis ac Prophetarum, ſubſtitiſſet hærens cur nam illa verba, *Fecit Deus*, de cœlo terráq; dicantur & firmamento ut vocant, tum de luminaribus & ſtellis; ac mox de cetis magnis omníq; animâ animalium reptilium, quæ produxerunt aquæ in ſuo quódq; genere; & omni volucre pennatâ generatim; prætereáque de feris terræ juxta genera; & pecoribus juxta genera; & omnibus reptilibus terræ juxta genera, ac poſtremò de homine: ceterùm abſque illis verbis, *Fecit Deus*, Scriptura contenta ſit dixiſſe de luce quidem, *Facta eſt lux*, de collectione verò aquarum omnium quæ ſub cœlo ſunt, *Factum eſt ſic*: ſimiliter de germinantibus è terra, quando primùm producta eſt herba virens cum ſuo ſemine juxta genus & ſimilitudinem, arbórque frugifera ferens fructum cum ſuo ſemine juxta genera ſuper terram: quæſiſsétque quomodo à Deo juſſæ ſint ſingulæ mundi partes ut fierent; nec tam temere incuſâſſet quaſi fatuas nihilque reconditiorum ſenſuum continentes Scripturas ſive Moſis, ſive Spiritûs ſancti (ut nos malumus credere) quo intra pectoris ſui domicilium recepto Propheta oracula illa edidit. Is enim veriùs nôrat,

Quæ ſunt, quæ fuerant, quæ mox ventura ſequuntur,

quàm vates illi, quos hæc noviſſe poetæ ferunt. Adhæc quoniam Celſus ait,

(φέρ' εἰπεῖν) κλίματα, καὶ κατὰ ἄτιμον εἶδος αὐτῶν τινὰς εἶναι δημιουργοὺς, καὶ ἄλλων θηρία. ἐχρῆν δ' αὐτὸν, ὁρῶντα Θεοὺς δρακόντων, καὶ ἀσπίδων, καὶ βασιλίσκων δημιουργοὺς, καὶ ἄλλους κατ' εἶδος ἑκάστου φυτοῦ, καὶ ἑκάστης βοτάνης, λέγειν τὰς αἰτίας τῶν μερισμῶν. ἴσως γὰρ ἂν ἐπιδοὺς ἑαυτὸν τῇ ἀκριβείᾳ τῆς τῶν κατὰ τὸν τόπον βασάνου, ἤτοι ἐτήρει ἕνα Θεὸν πάντων δημιουργὸν, πρός τι καὶ ἕνεκέν τινος ἕκαστον πεποιηκότα· ἢ μὴ τηρῶν, ἑώρα τί χρὴ αὐτὸν ἀπολογήσασθαι περὶ ἀδιαφόρου τῇ * αὐτῇ φύσει πράγματος τοῦ φθαρτοῦ· καὶ ὅτι οὐδὲν ἄτοπον, τὸν ἐξ ἀνομοίων συνεστηκότα κόσμον ὑπὸ ἑνὸς γεγονέναι τεχνίτου, συμφερόντως τῷ ὅλῳ τὰς διαφορὰς τῶν εἰδῶν κατασκευάζοντος. ἢ τὸ ἔσχατόν γε οὐκ ἔδει αὐτὸν περὶ τηλικούτου δόγματος μηδ' ἀποφαίνεσθαι τὴν ἀρχὴν, εἴπερ κατασκευάζειν οὐκ ἔμελλεν, ἅπερ διδάσκειν ἐπηγγέλλετο· εἰ μὴ ἄρα ὁ ἐγκαλῶν τοῖς ψιλὴν πίστιν ἐπαγγελλομένοις, αὐτὸς ἡμᾶς πείθειν ἐβούλετο ὅτι ἀπεφήνατο· καί τοι γε οὐ τὸ ἀποφήνασθαι, ἀλλὰ τὸ διδάξαι ἐπαγγειλάμενος. * οὕτω δὲ λέγω, ὅτι εἴπερ ὑπέμεινε καὶ ἠνέσχετο ἐπακοῦσαι τῶν (ὥς φησι) συγγραμμάτων Μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν, * ἐπέστησεν ἂν, τί δή ποτε τὸ μὲν, ἐποίησεν ὁ Θεὸς, ἐπ' οὐρανοῦ καὶ γῆς τέτακται, καὶ τοῦ καλουμένου στερεώματος, ἔτι δὲ καὶ φωστήρων καὶ ἀστέρων· καὶ μετὰ ταῦτα ἐπὶ κητῶν τῶν μεγάλων, καὶ πάσης ψυχῆς ζώων ἑρπετῶν, ἃ ἐξήγαγε τὰ ὕδατα κατὰ γένη αὐτῶν· καὶ παντὸς πετεινοῦ πτερωτοῦ κατὰ γένος· καὶ ἑξῆς τούτοις ἐπὶ τῶν θηρίων τῆς γῆς κατὰ γένος, καὶ τῶν κτηνῶν κατὰ γένος, καὶ πάντων τῶν ἑρπετῶν τῆς γῆς κατὰ γένος αὐτῶν· καὶ τελευταῖον ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου. μὴ εἰρημένου δὲ τοῦ, ἐποίησε, περὶ ἑτέρων, ἀρκεῖται ὁ λόγος περὶ φωτὸς μὲν τῷ, Ἐγένετο φῶς· ἐπὶ δὲ συναγωγῆς μιᾶς παντὸς ὕδατος τοῦ ὑποκάτω παντὸς τοῦ οὐρανοῦ, τῷ, Ἐγένετο οὕτως. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν βλαστησάντων ἀπὸ γῆς, ὅτ' ἐξήνεγκεν ἡ γῆ βοτάνην χόρτου σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα, καὶ ξύλον κάρπιμον ποιοῦν καρπὸν, οὗ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ κατὰ γένος ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ ἐζήτησεν ἂν, εἰ αἱ γεγραμμέναι προστάξεις τοῦ Θεοῦ, περὶ τοῦ γενέσθαι ἕκαστον τοῦ κόσμου μέρος, τινὶ ἢ τισὶν εἴρηνται· καὶ οὐκ ἂν εὐχερῶς κατηγόρησεν ὡς ἀδιανοήτων, καὶ μηδὲν ἀπόκρυφον ἐχόντων, τῶν ἢ ὑπὸ Μωϋσέως ἐν τούτοις γεγραμμένων, ἢ (ὡς ἡμεῖς εἴποιμεν ἂν) ὑπὸ τοῦ ἐν Μωϋσῇ θείου πνεύματος, ἀφ' οὗ καὶ ἐπροφήτευσεν. ἐπεὶ μᾶλλον

— ᾔδει τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα,

τῶν λεγομένων παρὰ τοῖς ποιηταῖς μάντεων ταῦτ' ἐγνωκέναι. ἔτι δ' ἐπεί φησιν ὁ Κέλσος, ὅτι

* αὐτοῦ.

* οὔ πω.

* ὑπέστησεν.

Gen. 1. 1, 7, 16, 21, 25, 26.

Gen. 1. 3, 9, 11.

Iliad. α. v. 70.

[illegible]

* Stob.

Psal. 101. 27.

[illegible] Ἴσμεν γὰρ καὶ ἡμεῖς, ὅτι ἐστὶ καὶ σώματα ἐπουράνια, καὶ σώματα ἐπίγεια· καὶ ἄλλη μὲν ἡ ἐπουρανίων σωμάτων δόξα, ἄλλη δὲ ἐπιγείων, καὶ οὐδὲ τῶν ἐπουρανίων ἡ αὐτή· ἄλλη γὰρ δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων, καὶ ἐν αὐτοῖς δὲ τοῖς ἄστροις, ἀστὴρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ. διὸ καὶ τὴν ἀνάστασιν τῶν νεκρῶν ἀπεκδεχόμενοι, μεταβολὰς φαμὲν γίνεσθαι ποιοτήτων τῶν ἐν σώμασιν. ἐπεὶ σπειρόμενά τινα αὐτῶν ἐν φθορᾷ, ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ· καὶ σπειρόμενα ἐν ἀτιμίᾳ, ἐγείρεται ἐν δόξῃ· καὶ σπειρόμενα ἐν ἀσθενείᾳ, ἐγείρεται ἐν δυνάμει· καὶ σπειρόμενα σώματα ψυχικὰ, ἐγείρεται πνευματικά. [illegible]

1 Cor. 15. 39, 41.

Ibid. v. 42.

[illegible]

animam eſſe opus Dei, [illegible] corporum, [illegible] vespertilionum, [illegible] Solis, Lunæ, cæli, ſtellarúmque, [illegible] Dei [illegible] Græci [illegible] quicquid eſt corruptibile: [illegible] Celſus [illegible] à Platone [illegible] ad Ariſtotelem ac Peripateticos, qui [illegible] Stoicis [illegible] Quia & nos, utcunque à Celſo contempti, [illegible] Prophetæ dicentis, *Cæli peribunt, tu autem permanes: & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent, & ſicut amictum mutabis eos, & mutabuntur, tu autem idem ipſe es.* Sed jam ſatis ſit dictum contra Celſum non negantem *animam eſſe opus Dei*, ità tamen ut alia ſit natura corporis; juxta cujus rationes ſequebatur nihil differre veſpertilionum, vermium, ranarúmque corpora etiam ab æthereis corporibus. Vide igitur num audiendus ſit iſte cum ſuis dogmatis in Chriſtianos invehens, eóſque deſerens, qui ob inſitas corporibus & circa corpora qualitates eadem differre docent. Scimus certè eſſe corpora cœleſtia, & corpora terreſtria, quódq; *alia ſit gloria cœleſtium corporum, alia terreſtrium*, imò nè cœleſtium quidem omnium eadem: nam *alia gloria Solis eſt, alia ſtellarum, & inter ipſas ſtellas majorem hæc quàm illa habet gloriam.* Quapropter credentes reſurrectionem mortuorum, dicimus mutari qualitates corporum: quia ſeminata in corruptione ſurgunt in incorruptione; & ſeminata in ignominia ſurgunt in gloria; & ſeminata in infirmitate ſurgunt in potentia; & ſeminata corpora animalia ſurgunt ſpiritualia. Quòd verò ſubjecta materia recipiat

recipiat qualitates quaſcunque vult opifex, omnes credimus quotquot fatemur providentiam, & quòd pro arbitratu ſuo modò in illa materia ſit una qualitas, paulò pòſt melior & præſtantior ſucceſſura. Quoniam autem certæ ſunt viæ mutationum corporum, ex quo mundus eſt, & quouſq; erit: neſcio an nova aliqua & ab his diverſa ſucceſſura ſit poſt mundi corruptionem, aut (ut noſtræ Scripturæ vocare ſolent) conſummationem: cùm non miremur etiam nunc ex homine mortuo ſerpentem fieri è dorſi medulla, ut quidam aiunt, & ex bove apem, ex equo veſpam, ex aſino ſcarabæum, denique vermes è pleriſque animalibus: id quod Celſus argumentum putat, nihil horum eſſe opus Dei; ſed qualitates incognito quodam ordine alias ex aliis fieri, nec aliud in earum alteratione Dei ſapientiam agere. Adhæc cùm Celſus dicat, *anima quidem opus eſt Dei, corporis autem alia natura eſt*; non ſolùm non altruens ſuum dictum elapſum temere, ſed nè diſtinguens quidem, utrùm omnem animam opus Dei dicat, an rationalem tantùm: reſpondemus, Si omnis anima eſt opus Dei, dubio procul etiam brutorum vel viliſſimorum, ut omnis corporis natura ſit alia quàm animæ; certè procedente ſermone, ubi etiam *Deo chariora quàm nos bruta eſſe* ait, etiam divinitatis puriorem intellectum quàm nos habeamus eis tribuit, unde conſequitur, non minùs brutorum quàm noſtras animas opus eſſe Dei. Quòd ſi ſola rationalis anima eſt opus Dei, primùm non diſertè hoc expreſſiſti: deinde quia parùm definitè dixiſti, non omnem, ſed ſolam rationalem animam eſſe opus Dei, ſequitur ut nec omnium corporum alia quàm animarum natura ſit. Quòd ſi non omnium alia, ſed uniuſcujuſque animantis corpus pro animæ ſuæ ratione conveniens eſt: ergò cujus animalis anima eſt opus Dei, ejus corpus differt à corpore, in quo habitat anima quæ non eſt opus Dei: atque ità falſum erit nihil intereſſe inter corpus hominis & corpus veſpertilionis, aut ranæ, aut vermis. Abſurdum enim eſt ſaxa ſaxis & ædificia ædificiis haberi puriora impurioráve; quòd aut in honorem Dei ſint exſtructa, aut ad vilium ac impurorum corporum receptaculum: corpora verò non differre ſive brutis inhabitentur ſive rationalibus, atque etiam humana corpora nihil inter ſe differre, ſive bonorum ſint ſive peſſimorum. Certè quidam tanto hæc ſeparaverunt diſcrimine,

δεκτικὴν εἶναι ποιοτήτων, ὧν ὁ δημιουργὸς βούλεται, πάντες οἱ πρόνοιαν παραδεξάμενοι καταπεσκευάζομεν· καὶ βουλομένου μὲν Θεοῦ, ποιότης
* ποιάδε νῦν ἐστι περὶ τήνδε τὴν ὕλην, ἐξῆς * ποιὰ δὲ
δὲ * ποιὰ δὲ (φέρ' εἰπεῖν) βελτίων καὶ διαφέρουσα· ἐπεὶ δὲ καὶ ὁδοί εἰσι τεταγμέναι τῶν ἐν * ποιὰ δὲ
* σώματι μεταβολῶν, ἐξ οὗ κόσμος ἐστὶ, καὶ * σώματι.
εἰς ὅσον ἐστίν· οὐκ οἶδα εἰ, καινῆς διαδεξαμένης ὁδοῦ καὶ ἀλλοίας μετὰ τὴν τοῦ κόσμου φθορὰν, καὶ ἣν οἱ ἡμέτεροι λόγοι ὀνομάζουσι συντέλειαν; οὐ θαυμαστόν· εἰ ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐξ Matth. 13. 39.
ἀνθρώπου νεκροῦ μεταπλαττόμενος ὄφις (ὥς οἱ πολλοί φασι) γίνεται ἀπὸ τοῦ νωτιαίου μυελοῦ, Plin. l. 10. c. 66.
καὶ ἐκ βοὸς μέλισσαι, καὶ ἐξ ἵππου σφῆξ, καὶ ἐξ & l. 11. c. 20.
ὄνου κάνθαροι, καὶ ἁπαξαπλῶς ἐκ τῶν πλείστων σκώληκες. οἴεται δὲ τοῦτο ὁ Κέλσος κατασκευαστικὸν εἶναι τοῦ μηδὲν τούτων ἔργον εἶναι Θεοῦ· ἀλλὰ τὰς ποιότητας, οὐκ οἶδ' ὁπόθεν οὕτω τεταγμένας, ἐκ τῶνδε τάσδε γίνεσθαι, οὐχὶ θείου τινὸς λόγου ἔργον εἶναι, τὰς ἐν τῇ ὕλῃ ποιότητας ἀμείβοντος. Ἔτι δὲ καὶ τοῦτ' ἐροῦμεν πρὸς Κέλσον, εἰπόντι "[ὅτι] ψυχὴ μὲν Θεοῦ ἔργον, σώματος δὲ ἄλλη φύσις· καὶ οὐ μόνον ἀνεπισκέπτως τὸ τηλικοῦτον δόγμα ῥίψαντι, ἀλλὰ καὶ ἀδιορίστως· οὐ γὰρ ἐσαφήνισε, πότερον πᾶσα ψυχὴ Θεοῦ ἔργον, ἢ μόνη ἡ λογική. φαμὲν τοίνυν πρὸς αὐτὸν, εἰ μὲν πᾶσα ψυχὴ Θεοῦ ἔργον, δηλονότι καὶ τῶν ἀλόγων καὶ εὐτελεστάτων· ἵνα καὶ παντὸς σώματος ἄλλη φύσις ἢ παρὰ τὴν τῆς ψυχῆς· ἔοικε μέν τοι ἐν τοῖς ἑξῆς, ἐν οἷς "καὶ "θεοφιλέστερα τὰ ἄλογα ζῶα εἶναι ἡμῶν, καὶ τοῦ θείου τὴν ἔννοιαν ἔχειν καθαρωτέραν, παριστάνειν, ὅτι οὐ μόνον ἡ τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον καὶ ἡ τῶν ἀλόγων ζώων ψυχὴ, ἔργον ἐστὶ τοῦ Θεοῦ· τοῦτο γὰρ ἀκολουθεῖ τῷ θεοφιλέστερα λέγεσθαι ἐκεῖνα ἡμῶν. εἰ δὲ μόνη ἡ Celſi ſententiam ad abſurdum rediſere laborat
λογικὴ ψυχὴ Θεοῦ ἔργον ἐστί· πρῶτον μὲν οὐκ ἐσαφήνισας τὸ τοιοῦτον· δεύτερον δὲ ἀκολουθεῖ τῷ ἀδιορίστως εἰρῆσθαι περὶ τῆς ψυχῆς, ὡς οὐ πάσης, ἀλλὰ μόνης τῆς λογικῆς οὔσης Θεοῦ ἔργον, τὸ μηδὲ παντὸς σώματος εἶναι φύσιν. εἰ forſ. ἄλλην
δὲ μὴ παντὸς σώματος ἄλλη φύσις, ἀλλ' ἑκάστου
* δὲ τὸ σῶμα ζώου ἀνάλογον τῇ ψυχῇ· δῆ- * ἐστί τι.
λον ὅτι οὗ ψυχὴ Θεοῦ ἔργον ἐστὶ, διαφέρει ἂν τὸ ταύτης σῶμα σώματος, ἐν ᾧ οἰκεῖ ψυχὴ οὐκ οὖσα ἔργον Θεοῦ. καὶ οὕτω ψεῦδος ἔσται τὸ μηδὲν διοίσειν νυκτερίδος, ἢ εὐλῆς, ἢ βατράχου σῶμα παρὰ τὸ τοῦ ἀνθρώπου. καὶ γὰρ ἄτοπον, λίθους μὲν λίθων, καὶ οἰκοδομήματα οἰκοδομημάτων νομίζεσθαι εἶναι καθαρώτερα ἢ μιαρώτερα, παρὰ τὸ εἰς τιμὴν τοῦ θείου κατεσκευάσθαι, ἢ εἰς ἀτιμοτάτων σωμάτων καὶ ἐναγῶν ὑποδοχήν· σώματα δὲ σωμάτων μὴ διαφέρειν, παρὰ τὸ λογικὰ εἶναι τὰ ἐνοικήσαντα, ἢ ἄλογα, καὶ λογικῶν τὰ σπουδαιότερα, ἢ τοὺς φαυλοτάτους ἀνθρώπους. τὸ τοιοῦτόν γε πεποίηκε πλημμυρῆσαί τινας

τὰς ἀποθεῶσαι μὲν τὰ τῶν διαφερόντων σώματα, ὡς δεξάμενα ψυχὴν σπουδαίαν· ἀπορρῖψαι δὲ ἢ ἀτιμάσαι τὰ τῶν φαυλοτάτων· οὐχ ὅτι πάντως τὸ τοιοῦτον ὑγιῶς γεγένηται, ἀλλ' ὅτι ἀπό τινος ἐννοίας ὑγιοῦς ἔσχε τὴν ἀρχήν. ἢ ὁμοίως ὁ σοφὸς μετὰ τὴν τελευτὴν Ἀνύτου, καὶ Σωκράτους φροντίσει τῆς ταφῆς τοῦ Σωκράτους σώματος καὶ τοῦ Ἀνύτου; καὶ τὸ παραπλήσιον ἀμφοτέροις κατασκευάσει κενὸν ἢ τάφον; καὶ ταῦτα διὰ τό, "ὧν οὐδὲν ἔργον Θεοῦ (τοῦ ὧν ἀναφερομένου ἐπὶ τὸ τοῦ ἀνθρώπου σῶμα, ἢ τῶν ἐκ τοῦ σώματος ὄφεων· καὶ ἐπὶ τὸ βοός, ἢ τῶν ἐκ τοῦ σώματος βοὸς μελισσῶν· καὶ ἐπὶ τὸ ἵππου, ἢ ὄνου, καὶ τῶν ἐξ ἵππου μὲν σφηκῶν, ἐξ ὄνου δὲ κανθάρων) δι' ἃ ἠναγκάσθημεν ἐπαναλαβεῖν καὶ τό, Ψυχὴ μὲν Θεοῦ ἐστιν ἔργον, σώματος δὲ ἄλλη φύσις. Εἶθ' ἑξῆς φησιν "ὅτι κοινὴ ἡ πάντων τῶν "προειρημένων σωμάτων φύσις, καὶ μία ἐς ἀμοι- "βὴν παλίντροπον ἰοῦσα καὶ ἐπανιοῦσα. καὶ πρὸς τοῦτο δὲ δῆλον ἐκ τῶν προειρημένων, ὅτι οὐ μόνον τῶν προκατειλεγμένων σωμάτων κοινή ἐστιν ἡ φύσις, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπουρανίων. καὶ εἴπερ τοῦθ' οὕτως ἔχει· δῆλον ὅτι κατ' αὐτὸν (οὐκ οἶδα δὲ εἰ κατὰ τὴν ἀλήθειαν) μία ἐς ἀμοιβὴν παλίντροπον ἰοῦσά ἐστιν ἡ πάντων σωμάτων φύσις καὶ ἐπανιοῦσα. καὶ δῆλον μὲν ὅτι κατὰ τοὺς * φθείροντας τὸν κόσμον τοῦθ' οὕτως ἔχει· πειράσονται δὲ δεικνύναι καὶ οἱ μὴ φθείροντες αὐτόν, μετὰ τοῦ [μὴ] προσίεσθαι πέμπτον σῶμα, ὅτι καὶ κατ' αὐτοὺς μία ἐς ἀμοιβὴν παλίντροπον ἰοῦσα καὶ ἐπανιοῦσά ἐστιν ἡ πάντων [ἀνθρώπων] σωμάτων φύσις. οὕτω δὲ καὶ τὸ ἀπολλύμενον [ἐστι] μεταβολὴν διαμένει· τὸ γὰρ * ὑπομένον ἡ ὕλη, ἀπολλυμένης τῆς ποιότητος, διαμένει, κατὰ τοὺς ἀγένητον αὐτὴν εἰσάγοντας. ἐὰν μέντοι γε δυνηθῇ τις παραδεῖξαι λόγος οὐκ * ἀγένητον αὐτήν, ἀλλὰ πρός τινα χρείαν γεγονέναι· δῆλον ὅτι οὐκ ἕξει φύσιν ἀεὶ διαμονῆς τὴν αὐτήν, ὡς * ἀγένητος ὑποτεθεῖσα. ἀλλ' οὐ ταῦτα νῦν πρόκειται, ἀπαντῶσιν ἡμῖν πρὸς τὰς Κέλσου κατηγορίας, φυσιολογεῖν. φησὶ δ' "ὅτι καὶ ὕλης ἔκγονον "οὐδὲν ἀθάνατον. καὶ πρὸς τοῦτο λελέξεται, ὅτι εἴπερ ὕλης οὐδὲν ἔκγονον ἀθάνατον, ἤτοι ἀθάνατος ὅλος ὁ κόσμος, καὶ οὐχ ὡς ὕλης ἐστὶν ἔκγονον, καὶ οὐδ' αὐτὸς χρῆμά ἐστιν ἀθάνατον. εἰ μὲν οὖν ἀθάνατος ὁ κόσμος, ὅπερ ἀρέσκει καὶ τοῖς Θεοῦ ἔργον εἰποῦσι μόνην τὴν ψυχήν, καὶ ἀπό τινος αὐτὴν κρατῆρος γεγονέναι λέγουσι· δεικνύτω ὁ Κέλσος οὐκ ἐξ ὕλης ἀποίου αὐτὸν γεγονέναι, τηρῶν τό, "Ὕλης ἔκγονον οὐδὲν ἀθάνατον. εἰ δ', ἐπεὶ ὕλης ἔκγονόν ἐστιν ὁ κόσμος, [καὶ] οὐκ ἔστιν ἀθάνατος ὁ κόσμος, θνητὸς ὁ κόσμος· ἆρ' οὖν καὶ φθειρόμενον, ἢ μή; εἰ μὲν γὰρ φθειρόμενον, ὡς Θεοῦ

* φθείροντας.

corpus quintum

* ὑποκείμενον.

* ἀγέννητον.

* ἀγέννητος.

Celſus nihil ex materia factum eſſe immortale affirmat.

Quam ſententiam Origenes refutatione dialectica aggreditur.

ut auſi ſint conſecrare hominum excellentium corpora, tanquam probæ animæ domicilia; malorum contrà ignominioſè projecerint: non rectè quidem, attamen à recta exiſtimatione occaſionem nacti. Niſi fortè vir ſapiens, poſt obitum Anyti & Socratis, pari honore curabit funerandum corpus Socratis & Anyti, & ambobus ſimile decernet ſepulchrum ac monumentum: atq; hæc protuli propter hoc Celſi dictum, *quorum nullum eſt Dei opus*; quo etiam includitur nihil intereſſe inter corpus hominis & ſerpentis enati ex eo; ſicut nec inter bovis & apium prognatarum ex eo; idémque ſentiat de equo & aſino, proſcatentibúsque ex alterius cadavere veſpis, ex alterius ſcarabæis: quapropter neceſſe fuit ut retractaremus illud ejus dictum, *Anima quidem opus eſt Dei, ſed corporis alia natura eſt.* Poſthæc ait *communem eſſe naturam omnium prædictorum corporum, ut quæ, cùm una & eadem ſit, mutationum vicibus abeat ac redeat.* Reſpondeo, manifeſtum eſſe ex jam dictis, non ſolùm prædictorum corporum communem eſſe naturam, verùm etiam cœleſtium: quod quidem ſi ità eſt, ſatìs apparet, quòd juxta iſtius opinionem, neſcio tamen an etiam juxta rei veritatem, una & eadem cùm ſit, mutationum vicibus abit ac redit: id quod confeſſum eſt apud eos, qui mundum faciunt corruptibilem; quin & qui diverſum ſentiunt de mundo, & quintum corpus aſſerunt, conabuntur tueri eandem ſententiam de iſtis mutabilium corporum omnium viciſſitudinibus. Hoc autem pacto fit ut quod periit maneat, ſed mutatum: ſubſiſtit enim materia, & qualitate pereunte ipſa permanet, juxta opinionem eorum qui eam factam negant: quòd ſi quis rationibus evincat diverſum, creatam eſſe in uſum aliquem, liquebit jam ei non fore naturam permanendi ac ſi increata ponatur. Verùm hæc tractatio non eſt præſentis temporis, ut inter refellendum Celſi criminationes de natura diſputemus. Ait etiam *nihil eſſe immortale quod prognatum ſit è materia*: ad quod reſpondebitur, Si è materia nihil immortale provenit, aut immortalis eſt mundus, & proinde non factus è materia, alioquin immortalis non eſſet: qui ſi eſt immortalis, ut placet ſolam animam Dei opus eſſe affirmantibus, & ex cratera quadam enatam: oſtendat Celſus non ex materia qualitate carente eum factum, incolumi ſuâ ſententiâ, quòd immortale nihil è materia proveniat: aut quia è materia prognatus eſt mundus, non eſt immortalis, ſed mortalis: ergò etiam corruptioni obnoxius aut non. Nam ſi corrumpitur, ut Dei opus

opus corrumpitur, pereunte verò mundo, Dei opus anima quid faciet? dicat Celſus. Quòd ſi, immortalitatis ſenſum invertens, dicet hoc ipſo immortalem eſſe mundum, quòd cùm ſit corruptibilis non corrumpatur tamen, ac ſi capax quidem mortis ſit, non tamen moriatur, apparet quòd juxta ejus ſententiam erit aliquid mortale ſimul & immortale, cùm utriuſq; ſit capax; & erit mortale non moriens, & cùm non ſit naturâ immortale, eò quòd non moriatur immortale dicetur. Quo igitur ſignificato dictum volet, è materia nihil immortale produci? vides, ut ſi examinentur ejus ſententiæ, nihil in eis inveniatur ſolidum cui contradici non valeat? His dictis infert, *ſatis eſſe de hoc hactenus, & ſi quis plura audire cupiat, quærenda in ſequentibus.* Videamus igitur nos ipſius opinione inſenſati, quid ſequetur ſi pauliſper potuerimus audire diligentiùs quæſtionem variam & non contemnendam de natura malorum, quàm egregiè pauculis verbis, quò diſcamus faciliùs, explicat in hunc modum. *Mala in rebus nec antea, nec nunc, nec in poſterum plura pauciorave poſſunt eſſe. Una enim & eadem eſt natura rerum omnium, & malorum generatio ſemper eadem.* Hæc quoque videntur è Theæteto translata verbis aliis, ubi Plato inducit Socratem loquentem ſic, *Sed neq; ut ex hominibus mala tollantur poteſt fieri, neq; ut apud Deos hæreant,* & quæ deinceps ſequuntur. Quamvis mihi videtur nè Platonem quidem ſatis audiſſe iſte, qui veritatem uno libello complectitur, cui contra nos ſcripto *veri ſermonis* titulum indidit. Nam illa verba in Timæo, *Quoties dii terram aquâ purgant*, indicant terram aquâ purgatam minus malorum habere, quàm antea priùs quàm purgaretur. Idq; juxta Platonis ſententiam dicimus, mala interdum minui, quandoquidem in totum tolli non poſſunt ex hominibus, ſicut priùs in Theæteto docentem audivimus. Ceterùm neſcio quî fiat, ut cùm providentiæ favere videatur duntaxat in hoc volumine, nunc dicat nec plura nec pauciora mala fieri, ſed ſemper ceu ſtato eſſe numero, tollens interim dogma pulcherrimum, non circumſcribi malitiâ, & mala ſuâpte naturâ eſſe innumera. Itaq; ſi nec plura nec pauciora mala fuerunt, ſunt, erúntve, conſequens videtur, ut quemadmodum juxta opinionem eorum, qui mundum aiunt nunquam periturum, elementorum æquilibrium tuetur providentia, non ſinens ullum eorum prævalere, nè mundus in periculũ incolumi-

ἔργον ἔσται φθειρόμενον· εἶτ' ἐν τῇ φθορᾷ τοῦ κόσμου τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ ἡ ψυχὴ τί ποιήσει; λεγέτω ὁ Κέλσος. εἰ δὲ, διαστρέφων τὴν ἔννοιαν τοῦ ἀθανάτου, φύσει τοῦ φθαρτοῦ μὲν, οὐ φθειρομένου δὲ, ἀθάνατον αὐτὸν εἶναι, ὡς δεκτικὸν μὲν θανάτου, οὐ μὴν δὲ καὶ ἀποθνήσκοντα· δῆλον ὅτι ἔσται τι κατ' ἐκεῖνον θνητὸν ἅμα καὶ ἀθάνατον, τοῦ ἀμφοτέρων εἶναι δεκτικόν· καὶ ἔσται θνητὸν οὐκ ἀποθνῆσκον, καὶ τὸ οὐ τῇ φύσει ἀθάνατον, παρὰ τὸ μὴ ἀποθνήσκειν, ἰδίως λεγόμενον ἀθάνατον. κατὰ ποῖον οὖν σημαινόμενον διαστελλόμενος φήσει, ὕλης ἔκγονον οὐδὲν ἀθάνατον; καὶ ὁρᾷς, ὅτι πιεζόμενα αὐτὰ καὶ βασανιζόμενα τὰ ἐν τοῖς γράμμασι νοήματα, διελέγχεται οὐκ ἐπιδεχόμενα τὸ [ἀναγκαῖον] γενναῖον ἀναπτύσσειν. Εἰπὼν δὲ ταῦτα ἐπιφέρει, "ὅτι τάδε μὲν περὶ ἀπόχρη τοσαῦτα· καὶ "εἴ τις ἐπὶ πλεῖον ἀκούειν δύναιτο καὶ ζητεῖν, "εἴσεται. ἴδωμεν οὖν ἡμεῖς οἱ κατ' αὐτὸν ἀνόητοι, τί ἀκολουθεῖ τῷ, κἂν ἐπ' ὀλίγον, ἡμᾶς αὐτοῦ ἀκούειν δυνηθῆναι, καὶ ζητεῖν. ἑξῆς τοίνυν, τὰ διὰ πολλῶν καὶ οὐκ εὐκαταφρονήτων λόγων ποικίλως ζητηθέντα περὶ φύσεως κακῶν, καὶ διαφόρως ἑρμηνευθέντα, δι' ὀλίγων λεξειδίων οἴεται δύνασθαι ἡμᾶς μαθεῖν, φάσκων, "Κακὰ δ' ἐν τοῖς οὖσιν οὔτε πρόσθεν, οὔτε νῦν, "οὔτε αὖθις ἥττω καὶ πλείω γένοιτ' ἄν. μία γὰρ "ἡ τῶν ὅλων φύσις, καὶ ἡ αὐτή· καὶ κακῶν γέ-"νεσις ἀεὶ ἡ αὐτή. ἔοικε δὲ καὶ ταῦτ' ἀπὸ τῶν ἐν τῷ Θεαιτήτῳ παραπεποιῆσθαι, ἐν οἷς λέγεται ὁ παρὰ Πλάτωνι Σωκράτης, "Ἀλλ' οὔτε τὰ "κακὰ ἐξ ἀνθρώπων ἀπολέσθαι δυνατὸν, οὔτε "παρὰ θεοῖς αὐτὰ ἱδρύσθαι, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ δοκεῖ μοι μηδὲ Πλάτωνος ἀκριβῶς ἀκηκοέναι ὁ τὴν ἀλήθειαν ἐμπεριλαμβάνων, ἐν τῷ ἑνὶ τούτῳ συγγράμματι, καὶ ἐπιγράφων ἀληθῆ λόγον τὸ καθ' ἡμῶν ἑαυτοῦ βιβλίον. ἡ γὰρ ἐν τῷ Τιμαίῳ λέξις φάσκουσα, "Ὅταν δ' οἱ θεοὶ "τὴν γῆν ὕδατι καθαίρωσι, δεδήλωται ὅτι καθαιρομένη ἡ γῆ τοῖς ὕδασιν ἥττονα ἔχει τὰ κακὰ, παρὰ τὸν πρὸ τοῦ καθαίρεσθαι χρόνον. καὶ τοῦτό φαμεν κατὰ Πλάτωνα, τὸ ἥττονα εἶναί ποτε τὰ κακὰ, διὰ τὴν ἐν τῷ Θεαιτήτῳ λέξιν, φάσκουσαν μὴ δύνασθαι ἀπολέσθαι ἐξ ἀνθρώπων τὰ κακά. οὐκ οἶδα δὲ τίνα τρόπον, πρόνοιαν τιθεὶς, ὅσον ἐπὶ ταῖς λέξεσι τοῦ βιβλίου τούτου, οὔτε πλείονα, οὔτ' ἐλάττονα, ἀλλ' οἱονεὶ ὡρισμένα φησὶν εἶναι τὰ κακά· ἀναιρῶν δόγμα κάλλιστον περὶ τοῦ ἀορίστου εἶναι τὴν κακίαν, καὶ τὰ κακὰ, καὶ τῷ ἰδίῳ λόγῳ ἄπειρα. καὶ ἔοικε τῷ μήτε ἥττω μήτε πλείονα κακὰ γεγονέναι, ἢ εἶναι, ἢ ἔσεσθαι, ἀκολουθεῖν, ὅτι ὥσπερ, κατὰ τοὺς ἄφθαρτον τὸν κόσμον τηροῦντας, τὸ ἰσοστάσιον τῶν στοιχείων ἀπὸ τῆς προνοίας γίνεται, οὐκ ἐπιτρεπούσης πλεονεκτεῖν τὸ ἐν αὐτῶν, ἵνα μὴ ὁ κόσμος φθαρῇ·

[Margin, handwritten: -o-]
[Margin, handwritten: -1- contra Celsi ſententiam, quod idem ſit ſemper rerum malorum numerus, objicit Orig.]
[Margin: Plato Theæteto.]
[Margin, handwritten: verba Platonis]
[Margin: Plato Timæo.]
[Margin, handwritten: 2 argumentum ex providentia [illegible]]

[illegible]

οὕτως οἰονεὶ πρόνοιά τις ἐφέστηκε τοῖς κακοῖς, τοσοῖσδέ τι συγκάμπτειν, ἵνα μήτε πλείονα γένηται μήτε ἥττονα. καὶ ἄλλως δ' ἐλέγχεται ὁ τοῦ Κέλσου περὶ τῶν κακῶν λόγος, ἀπὸ τῶν ἐξετασάντων φιλοσόφων τὰ περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, καὶ παραστησάντων καὶ ἀπὸ τῆς ἱστορίας, ὅτι πρότερον μὲν ἔξω πόλεως καὶ προσωπεῖα περικείμεναι αἱ ἑταῖραι ἐξεμίσθουν ἑαυτὰς τοῖς βουλομένοις· εἶθ' ὕστερον καταφρονήσασαι ἀπέθεντο τὰ προσωπεῖα, καὶ ὑπὸ τῶν νόμων μὴ ἐπιτρεπόμεναι εἰσιέναι εἰς τὰς πόλεις, ἔξω ἦσαν αὐτῶν· πλείονος δὲ τῆς διαστροφῆς γινομένης ὁσημέραι, ἐτόλμησαν καὶ εἰς τὰς πόλεις εἰσελθεῖν. ταῦτα δὲ Χρύσιππός φησιν ἐν τῇ περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν εἰσαγωγῇ. ὅθεν, ὡς τῶν κακῶν πλειόνων καὶ ἡττόνων γινομένων, ἔστι λαβεῖν ὅτι οἱ καλούμενοι ἀμφίβολοι ἦσάν ποτε προεστηκότες, πάσχοντες καὶ διατιθέντες, καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν εἰσιόντων δουλεύοντες. ὕστερον δὲ οἱ ἀγορανόμοι τούτους ἐξῶσαν. καὶ περὶ μυρίων δ' ἂν τῶν ἀπὸ κεχυμένης τῆς κακίας ἐπεισελθόντων τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι πρότερον οὐκ ἦν. αἱ γοῦν ἀρχαιόταται ἱστορίαι, καίτοι γε μυρία ὅσα κατηγοροῦσαι τῶν ἁμαρτανόντων, ἀρρητοποιοὺς οὐκ ἴσασι. πῶς οὖν ἐκ τούτων καὶ τῶν παραπλησίων οὐ καταγέλαστος φαίνεται Κέλσος, οἰόμενος τὰ κακὰ μήτε πλείω μήτε ἥττω γενέσθαι ποτ' ἄν; εἰ γὰρ καὶ μία τῶν ὅλων φύσις καὶ ἡ αὐτή, οὐ πάντως καὶ ἡ τῶν κακῶν γένεσις ἀεὶ ἡ αὐτή· ὡς γὰρ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οὔσης τῆς τοῦ δεῖνός τινος ἀνθρώπου φύσεως, οὐκ ἀεὶ τὰ αὐτά ἐστι περὶ τὸ ἡγεμονικὸν αὐτοῦ, καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ τὰς πράξεις· ὁτὲ μὲν οὔτε λόγον ἀνειληφότος, ὁτὲ δὲ μετὰ τοῦ λόγου κακίαν, καὶ ταύτην ἤτοι ἐπὶ πλεῖον, ἢ ἐπ' ἔλαττον χεομένην· καὶ ἔστιν ὅτε προτραπέντος ἐπ' ἀρετήν, καὶ προκόπτοντος ἐπὶ πλεῖον ἢ ἐπ' ἔλαττον· καὶ ἐνίοτε φθάνοντος, καὶ ἐπ' αὐτὴν τὴν ἀρετὴν ἐν πλείοσι θεωρίαις γινομένην, ἢ ἐν ἐλάττοσιν. οὕτως ἔστιν εἰπεῖν μᾶλλον καὶ ἐπὶ τῆς τῶν ὅλων φύσεως· ὅτι εἰ καὶ μία ἐστὶ καὶ ἡ αὐτὴ τῷ γένει, ἀλλ' οὐ τὰ αὐτὰ ἀεί, οὐδ' ὁμογενῆ συμβαίνει ἐν τοῖς ὅλοις· οὔτε γὰρ εὐφορίαι, ἀλλ' οὐδὲ ἐπιμβρίαι, οὔτε αὐχμοί· οὕτω δ' οὐδὲ ψυχῶν κρειττόνων εὐφορίαι τεταγμέναι ἢ ἀφορίαι, καὶ χειρόνων ἐπὶ πλεῖον χύσις ἢ ἐπ' ἔλαττον. καὶ ἀναγκαῖόν γε τοῖς ἀκριβοῦν πάντα κατὰ τὸ δυνατὸν βουλομένοις ὁ περὶ τῶν κακῶν λόγος, οὐ μενόντων ἀεὶ ἐν ταὐτῷ, διὰ τὴν ἤτοι τηροῦσαν τὰ ἐπὶ γῆς πρόνοιαν, ἢ κατακλυσμοῖς καὶ ἐκπυρώσεσι καθαίρουσαν. καὶ τάχα οὐ τὰ ἐπὶ γῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, δεόμενα καθαρσίου, ὅταν πολλὴ ἡ κακία γένηται ἐν αὐτῷ. Μετὰ ταῦτά φησιν ὁ Κέλσος, "τίς ἡ τῶν κακῶν φύσις, οὐ ῥᾴδιον μὲν γνῶναι "τῷ μὴ φιλοσοφήσαντι, ἐξαρκεῖ δ' εἰς πλῆθος

4. rationes ex hominum & rerum natura.

tatis veniat: ità malis quoque ſua quædam præeſt providentia, quæ parilitatem ea ſervare jubeat, abſque auctibus & defectibus. Eſt & aliud argumentum, quo Celſi opinio de malis refellitur, ſumptum è philoſophorum de bonis maliſque diſputatione, ex hiſtoriis docentium, quòd primùm extra urbes & perſonatæ meretrices proſternebant ſe libidini prætereuntium: deinde unà cum pudore depoſuerunt perſonas, foris tamen manſerunt arcentibus legibus: poſtremò diſciplinâ indies depravatiore intra urbes penetrare auſæ ſunt. Hæc Chryſippus in libro introductorio de bonis & malis: unde licet colligere mala pro tempore augeri & minui: ſiquidem erant aliquando, qui vocabantur amphiboli, proſtantes ad perferendum ſtuprum vel inferendum, & ſervientes libidini ad ſe intrantium, ejecti demum ab ædilibus. Innumera præterea malitiæ profuſiſſimæ exempla ſubrepſerunt in vitam hominum, de quibus verè dici poteſt, quòd non fuerint antea. Certè antiquæ hiſtoriæ quamvis innumera peccata incuſent, infandas tamen oris libidines neſciunt. Annon igitur per hæc & ſimilia ridiculus Celſus oſtenditur, putans mala nunquam augeri vel minui? Nam ſit licèt una eadémque rerum natura, non tamen ſemper idem malorum proventus eſt. Quemadmodum enim cùm una eadémque ſit natura hominis cujuſpiam, non tamen ſemper eodem modo vel agit vel intelligit, ſed qui modo vix rationis compos erat, jam cum ratione aſſumpſit & malitiam, eámque nunc contractiorem nunc effuſiorem; item in virtute nunc promovet nunc deficit; interdum excellenter in ejus contemplatione majore minoréve ſtudio proficiat: ità licet de univerſa rerum natura pronunciare, quòd tametſi una eadémque ſit in genere, non tamen ſemper & ubique contingunt ſimilia; nam nec fertilitates ſemper ſunt, nec ſterilitates, nec pluviæ, nec ſiccitates: ità nec bonarum animarum ſemper bonus proventus, aut ſemper malus, malis quoque nunc latiùs nunc arctiùs regnantibus. Eſt; neceſſaria veritatis veſtigatoribus hæc perſuaſio de malis non ſemper in eodem ſtatu manentibus, propter curantem res terrenas providentiam, eáſque repurgantem nunc incendiis nunc diluviis: & fortaſſe non ſolùm has, ſed & totum mundum, ubi in tantum invaleſcit malitia, ut purgatione opus habeat. Poſthæc pergit Celſus, *Naturam malorum cognoſcere difficile eſt non philoſophantibus, & ſatis eſt vulgum doceri,*

mala

mala non eſſe à Deo, ſed materiam verſari circa mala; eſſeque ſimiles inter ſe rerum mortalium circuitus à principio uſque in finem, ſtatáſque revolutiones: proinde neceſſe ut eadem ſemper fuerint, ſint, futuráque ſint. Hic Celſus ait malorum ortum non facilè noſci à non philoſophantibus, quaſi philoſophiæ ſtudioſus facilè ortum eorum cognoſcat, expers verò philoſophiæ non facilè quidem poſſit contemplari malorum originem, poſſit tamen, licet ægrè magnóque negotio. Nos verò reſpondentes addimus, ortum malorum nè à philoſophantibus quidem cognoſci facilè, niſi divino favore aſpirante mala eluceſcant, fiátque manifeſtum unde ſubſiſtant, & intelligatur quomodo tollenda ſint. Cùm igitur inter cetera mala ſit non nôſſe Deum, &, quod peſſimum eſt, neſcire pietatem modúmque colendi numen cœleſte; conſtat, vel Celſo teſte, philoſophiæ ſtudioſos hæc neſciviſſe, ut liquet è ſectis eorum diſcrepantibus: noſtrâ autem opinione nemo eorum, qui neſciunt malum eſſe putare pietatem in vulgaribus iſtis civitatum legibus conſiſtere, poterit originem malorum intelligere. Nemo præterea qui neſcit de diabolo, quem vocant, ejúſque angelis, quiſnam hic diabolus fuerit antea, & quomodo factus ſit diabolus, tum quâ cauſâ cum eo deſciverint qui vocantur ejus angeli, poterit cognoſcere malorum originem. Oportet etiam tractare diligenter de dæmonibus eum, qui perventurus eſt ad hujus originis cognitionem, ſciréque quòd non ſint opus Dei quatenus ſunt dæmones, ſed quatenus ſunt rationales; & unde prolapſi ſint eò ut tales fierent, & rationalis eorum natura cenſeretur in dæmonum ordine. Itaque ſi quis alius locus eſt in rebus humanis ſcrutatu difficilis naturæ noſtræ, inter hos meritò numerari poteſt malorum origo. Deinde, quaſi haberet aliud ſecretius de hac origine, quo miſſo mallet loqui apta vulgari multitudini, ait ſufficere apud vulgum de malorum ortu prædicari, quòd non ſint ex Deo, ſed adhæreant materiæ verſentúrque circa mortalia. Eſt quidem verum mala non eſſe ex Deo, nam & noſter Hieremias manifeſtè docet, *Quòd ex ore Domini non egredientur mala cum bonis:* ceterùm materiam quæ verſetur circa mortalia cauſam eſſe malorum, falſum eſt noſtrâ opinione. Nam ſua cuique ratio cauſa eſt exiſtentis in ipſo malitiæ, quæ quidem malum eſt; malæ quoque actiones, quæ

“εἰρῆσθαι· ὡς ἐκ Θεοῦ μὲν οὐκ ἔστι κακά, ὕλῃ δὲ “προσκεῖται, καὶ τοῖς κακοῖς ἐμπολιτεύεται· ὁ“μοία δ' ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος ἡ τῶν θνητῶν “περίοδος· καὶ κατὰ τὰς τεταγμένας ἀνακυκλήσεις, “ἀνάγκη τὰ αὐτὰ ἀεὶ καὶ γεγονέναι, καὶ εἶναι, καὶ “ἔσεσθαι. Καὶ ὁ μὲν Κέλσος φησὶ τὴν τῶν κακῶν γένεσιν οὐ ῥᾴδιον εἶναι γνῶναι τῷ μὴ φιλοσοφήσαντι· ὡς τοῦ μὲν φιλοσοφοῦντος γνῶναι τὴν γένεσιν αὐτῶν δυναμένου ῥᾳδίως, τοῦ δὲ μὴ φιλοσοφοῦντος, οὐ ῥᾳδίως μὲν ὄντος οἵου θεωρεῖν τὴν γένεσιν τῶν κακῶν, πλὴν εἰ καὶ μετὰ καμάτου, ἀλλά γε δυνατοῦ ὄντος γνῶναι. ἡμεῖς δὲ καὶ πρὸς τοῦτό φαμεν, ὅτι τὴν τῶν κακῶν γένεσιν οὐδὲ τῷ φιλοσοφήσαντι γνῶναι ῥᾴδιον· τάχα δὲ οὐδὲ τούτοις καθαρῶς αὐτὴν γνῶναι δυνατὸν, ἐὰν μὴ Θεοῦ ἐπιπνοίᾳ καὶ τίνα τὰ κακὰ τρανωθῇ· καὶ πῶς ὑπέστη δηλωθῇ· καὶ τίνα τρόπον ἀφανισθήσεται νοηθῇ. ἐν κακοῖς γοῦν ὄντος καὶ τῆς περὶ Θεοῦ ἀγνοίας, ὄντος δὲ μεγίστου κακοῦ καὶ τοῦ μὴ εἰδέναι τὸν τρόπον τῆς τοῦ Θεοῦ θεραπείας, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν εὐσεβείας· πάντως μὲν καὶ κατὰ Κέλσον τινὲς τῶν φιλοσοφησάντων οὐκ ἔγνωσαν, ὅπερ δῆλόν ἐστι ἐκ τῶν διαφόρων ἐν φιλοσοφίᾳ αἱρέσεων· καθ' ἡμᾶς δὲ οὐδεὶς, μὴ ἐγνωκὼς κακὸν εἶναι τὸ νομίζειν εὐσέβειαν σώζεσθαι ἐν τοῖς καθεστηκόσι κατὰ τὰς κοινότερον νομιζομένας πολιτείας νόμοις, οἷός τε ἔσται τὴν γένεσιν γνῶναι τῶν κακῶν· καὶ οὐδεὶς, μὴ διαλαβὼν τὰ περὶ τοῦ καλουμένου διαβόλου καὶ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ, τίς τε πρὸ τοῦ διάβολος * γεγονέναι οὗτος ἦν· καὶ πῶς γεγένηται διάβολος· καὶ τίς ἡ αἰτία τοῦ συναποστῆναι αὐτῷ τοὺς καλουμένους αὐτοῦ ἀγγέλους· οἷός τε ἔσται γνῶναι τὴν γένεσιν τῶν κακῶν. δεῖ δὲ τὸν μέλλοντα ταύτην εἰδέναι, καὶ περὶ δαιμόνων ἀκριβέστερον διειληφέναι, ὅτι τε μή εἰσι, καθὸ δαίμονές εἰσι, δημιουργήματα τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ μόνον καθὸ λογικοί τινες· καὶ πόθεν ἐληλύθασιν ἐπὶ τὸ τοιοῦτοι γενέσθαι, ὡς ἐν κολάσεσι δαιμόνων αὐτῶν ὑποστῆναι τὸ ἡγεμονικόν. εἴπερ οὖν ἄλλος τις τόπος τῶν ἐν ἀνθρώποις ἐξεταζομένων δυσθεώρητός ἐστι τῇ φύσει ἡμῶν, ἐν τούτοις καὶ ἡ τῶν κακῶν τυγχάνοι ἂν γένεσις. Εἶτα, ὡς ἔχων μέν τινα περὶ τῆς τῶν κακῶν γενέσεως εἰπεῖν ἀπορρητότερα, σιωπῶν δὲ ἐκεῖνα, καὶ τὰ πλήθεσιν ἁρμόζοντα λέγων, φησὶ τὸ “ἐξαρκεῖν εἰρῆσθαι * εἰς πλῆθος περὶ τῆς τῶν “κακῶν γενέσεως, ὡς ἐκ Θεοῦ μὲν οὐκ ἔστι * κα“κὰ, ὕλῃ δὲ προσκεῖται, καὶ τοῖς θνητοῖς ἐμπο“λιτεύεται. ἀληθὲς μὲν οὖν, ὅτι οὐκ ἔστι κακὰ ἐκ Θεοῦ, καὶ κατὰ τὸν Ἱερεμίαν γὰρ ἡμῶν σαφὲς, ὅτι, Ἐκ στόματος Κυρίου οὐκ ἐξελεύσεται τὰ κακὰ καὶ τὸ ἀγαθόν· τὸ δὲ τὴν ὕλην τοῖς θνητοῖς ἐμπολιτευομένην αἰτίαν εἶναι τῶν κακῶν, καθ' ἡμᾶς οὐκ ἀληθές. τὸ γὰρ ἑκάστου ἡγεμονικὸν, αἴτιον τῆς ὑποστάσεως ἐν αὐτῷ κακίας ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ τὸ κακόν· κακὰ δὲ καὶ αἱ ἀπ' αὐτῆς πράξεις

καὶ

* γένηται.

* περί.

* κακόν.

Threa. 3. 38.

Quæ Celsus de mali origine [illegible] dicit [illegible], examinat Origenes [illegible]

καὶ ἄλλο οὐδέν, ὡς πρὸς ἀκριβῆ λόγον, καθ' ἡμᾶς ἔτι κακόν. ἀλλ' οἶδα τὸν λόγον δεόμενον πολλῆς ἐξεργασίας καὶ κατασκευῆς, (χάριτι Θεοῦ φωτίζοντος τὸ ἡγεμονικὸν) δυναμένων γενέσθαι τῷ κριθέντι ὑπὸ Θεοῦ * ἀξίῳ καὶ τῆς περὶ τὸν τόπον τοῦτον γνώσεως. Οὐκ οἶδα δὲ πῶς χρήσιμον ἔδοξε τῷ Κέλσῳ, καθ' ἡμῶν γράφοντι, παραλαβεῖν δόγμα, πολλῆς δεόμενον κἂν πιθανῆς ἀποδείξεως, κατὰ τὸ δυνατὸν * παριστάσης, ὅτι " ὁμοία ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος ἐστὶν ἡ τῶν " θνητῶν περίοδος, καὶ κατὰ τὰς τεταγμένας ἀνα- " κυκλήσεις ἀνάγκη τὰ αὐτὰ ἀεὶ καὶ γεγονέναι, " καὶ εἶναι, καὶ ἔσεσθαι. ὅπερ ἐὰν ᾖ ἀληθές, τὸ ἐφ' ἡμῖν ἀναιρεῖται. εἰ γὰρ [καὶ] κατὰ τὰς τεταγμένας ἀνακυκλήσεις ἀνάγκη τὰ αὐτὰ ἀεὶ καὶ γεγονέναι, καὶ εἶναι, καὶ ἔσεσθαι ἐν τῇ τῶν θνητῶν περιόδῳ· δῆλον ὅτι ἀνάγκη ἀεὶ Σωκράτη μὲν φιλοσοφήσειν, καὶ κατηγορηθήσεσθαι ἐπὶ * καινοῖς δαιμονίοις, καὶ τῇ τῶν νέων διαφθορᾷ· Ἄνυτον δὲ καὶ Μέλιτον ἀεὶ κατηγορήσειν αὐτοῦ· καὶ τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴν * καταψηφιεῖσθαι αὐτοῦ τὸν διὰ τοῦ κωνείου θάνατον. οὕτω δὲ ἀνάγκη ἀεὶ κατὰ τὰς τεταγμένας περιόδους Φάλαριν τυραννήσειν, καὶ τὸν Φεραῖον Ἀλέξανδρον τὰ αὐτὰ ὠμοποιήσειν· τούς τε εἰς τὸν Φαλάριδος ταῦρον καταδικασθέντας ἀεὶ ἐν αὐτῷ μυκήσεσθαι. ἅπερ ἐὰν δοθῇ, οὐκ οἶδ' ὅπως τὸ ἐφ' ἡμῖν σωθήσεται, καὶ ἔπαινοι καὶ ψόγοι εὐλόγως ἔσονται. λελέξεται δὲ πρὸς τὴν τοιαύτην ὑπόθεσιν τοῦ Κέλσου, " ὅτι εἴπερ " ὁμοία ἐστὶν ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος ἡ τῶν θνη- " τῶν ἀεὶ περίοδος, καὶ κατὰ τὰς τεταγμένας ἀνα- " κυκλήσεις ἀνάγκη τὰ αὐτὰ ἀεὶ καὶ γεγονέναι, " καὶ εἶναι, καὶ ἔσεσθαι· ἀνάγκη ἀεὶ κατὰ τὰς τεταγμένας περιόδους Μωϋσέα μὲν μετὰ τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων ἐξελθεῖν ἐκ τῆς Αἰγύπτου, Ἰησοῦν δὲ πάλιν ἐπιδημήσειν τῷ βίῳ τὰ αὐτὰ ποιήσοντα, ἅπερ οὐχ ἅπαξ, ἀλλ' ἀπειράκις κατὰ περιόδους πεποίηκεν. ἀλλὰ καὶ Χριστιανοὶ οἱ αὐτοὶ ἔσονται ἐν ταῖς τεταγμέναις ἀνακυκλήσεσι· καὶ πάλιν Κέλσος γράψει τὸ βιβλίον τοῦτο, ἀπειράκις αὐτὸ πρότερον γράψας. ὁ μὲν οὖν Κέλσος, " μόνην τὴν θνητῶν περίοδον κατὰ τὰς τε- " ταγμένας ἀνακυκλήσεις ἐξ ἀνάγκης φησὶν ἀεὶ " γεγονέναι, καὶ εἶναι, καὶ ἔσεσθαι· τῶν δὲ Στωϊκῶν οἱ πλείους οὐ μόνον τὴν τῶν θνητῶν περίοδον τοιαύτην εἶναί φασιν, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν ἀθανάτων καὶ τῶν κατ' αὐτοὺς Θεῶν. μετὰ γὰρ τὴν τοῦ παντὸς ἐκπύρωσιν, ἀπειράκις γενομένην, καὶ ἀπειράκις ἐσομένην, ἡ αὐτὴ τάξις ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους πάντων γέγονέ τε καὶ ἔσται. πειρώμενοι μέντοι θεραπεύειν πως τὰς ἀπεμφάσεις οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἀπαραλλάκτους φασὶν ἔσεσθαι κατὰ περίοδον τοῖς ἀπὸ τῶν προτέρων περιόδων πάντας· ἵνα μὴ Σωκράτης πάλιν γένηται, ἀλλ' ἀπαράλλακτός τις τῷ Σωκράτει, γαμήσων ἀπαράλλακτον τῇ Ξανθίππῃ, καὶ κατηγορη-

* ἀξίων.

* παραστη-σάντι.

* κοινοῖς.

* καταψηφί-σασθαι.

ex ea proveniunt: nec aliud quicquam eſt malum juxta noſtrum examen exquiſitiſſimum. Sed hanc diſputationem ſcio opus habere exercitiis plurimis & confirmationibus quæ (gratiâ divinâ mentem illuſtrante)ei ineſſe poſſunt,quem illâ dignum Deus judicat, & hâc quæ locum ſpectat cognitione. Neſcio autem cur expedire viſum ſit Celſo contra nos ſcribenti mentionem facere dogmatis,quod opus habet probatione ſaltem veriſimili, ut, quantum fieri poteſt, confirmetur, *quòd à principio ad finem uſque ſimiles inter ſe fiant rerum mortalium circuitus, ſitque neceſſe ſtatis revolutionibus eadem omnia, quæ jam facta ſint, fieri denuò, foréque in poſterum.* Quo fit ut neceſſe ſit ſemper Socratem philoſophari & accuſari propter nova dæmonia juventutiſque depravationem : Anytum verò & Melitum ſemper eum accuſare, & ſenatum Areopagitarum ſemper eum damnare ad cicutam ſorbendam: eâdem ratione neceſſe erit ſemper revolutis vicibus Phalarim exercere tyrannidem, Pheræúmque Alexandrum ejus crudelitatis æmulum : ſemper mugire damnatos in taurum Phalaridis. Quod ſi concedatur, neſcio quomodo noſtra voluntas ſervabitur, aut quis locus relinquetur meritis laudibus vel vituperiis. Et neceſſe erit, ſi verum dicit Celſus, *certis vicibus recurrentium temporum eadem omnia fuiſſe, fieri, futura iterum denuò*, ut Moſes redeuntibus vicibus ſæpius Ægypto unà cum Judæorum populo exeat : Jeſus quoque rurſum in vitam hominum adveniat, facturus omnia eadem quæ antea fecerat non ſemel, ſed multoties, quotieſcunque tempus adventûs revolutum fuerit. Chriſtiana etiam religio habebit ſuas exortûs & obitûs viciſſitudines ſtatis temporibus, rurſúmque Celſus ſcribet ſuum librum, jam antè à ſe ſcriptum millies. Et Celſus quidem *mortalium tantùm rerum circuitus & ſtatas revolutiones aſſerit, ut neceſſariò fuerint, fiant, futuráque ſint eadem omnia :* at Stoicorum plerique invehunt eoſdem circuitus etiam in res immortalium & Deorum, quos ipſi exiſtimant : nam poſt univerſale incendium infinities factum futurúmque, eodem ordine à principio ad finem uſque recurrunt eadem omnia facta jam iterúmque futura. Stoici tamen, ut medeantur abſurditati, neſcio quomodo, per omnia ſimiles prioribus redire aiunt cum temporum circulis, ut non Socrates naſcatur denuò, ſed per omnia Socrati ſimilis, ducturus per omnia ſimilem priori

priori Xanthippem, accuſandus ſuper omnia ſimilibus Anyto Melitóque. Id verò non intelligo, quomodo, cùm mundus ſemper idem ſit, & non alius per omnia priori ſimilis, quæ in eo continentur non eadem ſint, ſed per omnia indiſcretæ ſimilitudinis. Verùm de his contra Celſum atque Stoicos prolixiùs diſſerere nec hujus propoſiti eſt, nec præſentis temporis. Poſthæc dicit, *hæc quæ videmus non homini data eſſe, ſed ſingula ad univerſitatis conſervationem tam oriri quàm, fieri alia poſt alia, jam dictis vicibus*: quam opinionem jam antè ſubverſam diutiùs impugnare ſupervacaneum fuerit: ſicut & ad illud reſponſum eſt, quod ait *tam bona, quàm mala, nec plura nec pauciora fieri.* Dictum eſt & hoc, non opus eſſe Deo ut aliquid à ſe factum corrigat, aut more hominis opificis, ſi quid minùs artificioſè factum ſit emendantis, mundum per exuſtiones diluviáque inſtauret in melius, ſed ad reprimendam latè ſe fundentem malitiam id facere, eámque fortaſſis in totum ſublaturum è medio, ubi rerum univerſitati fuerit commodum. An verò poſt extinctam malitiam probabile ſit eam reventuram eſſe denuò, id propriam diſputationem requirit. Vult igitur Deus novis ſemper correctionibus inſtaurare collapſa: quamvis enim ordinârit omnia pulcherrimè, dum mundum conderet, nihilominus medicinâ quâdam opus habuit adversùs malitiæ morbos, quibus totus mundus infectus eſt: & nihil negligit Deus, neque negliget, ſed per ſingula tempora facit quod eum decet facere in mundo verſatili & mutabili. Et quemadmodum agricola pro varietate anni temporum varia ruſtica opera facit in agro & his quæ ager fert; ità Deus velut quoſdam annos, ut ità dicam, diſpenſat ſecula, per eorum ſingula faciens quicquid univerſitatis hujus decorum poſtulat, quod ipſe ſolus abſolvit ità ut veriſſimè apertiſſimèque intelligit. In hac malorum conſideratione inter cetera ſic Celſus loquitur, *Etiamſi tibi videatur malum aliquid, nondum liquet an malum ſit: neſcis enim quid tibi, vel toti mundo conferat.* Id dictum, quamvis impietatem non præ ſe ferat, ſuſpicatur tamen malorum naturam non omnino eſſe miſeram, quia fieri poſſit ut in univerſum ſit utile, quod malum ſit ſingulis. Veruntamen nè quis dictum hoc non rectè intelligens occaſionem inveniat offendiculi, cogitans etiam ſuam malitiam conferre aliquid commodi univerſitati, aut

ἐγκαλούμενος ὑπὸ ἀπαραλλάκτων Ἀνύτου καὶ Μελίτου. οὐκ οἶδα δὲ πῶς ὁ μὲν κόσμος ἀεὶ ὁ αὐτός ἐστι, καὶ οὐκ ἀπαράλλακτος ἕτερος ἑτέρου· τὰ δ' ἐν αὐτῷ οὐ τὰ αὐτὰ, ἀλλ' ἀπαράλλακτα. ἀλλὰ γὰρ ὁ προηγούμενος καὶ πρὸς τὰς Κέλσου λέξεις καὶ πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς λόγος, εὐκαιρότερον ἐν ἄλλοις ἐξετασθήσεται· ἐπεὶ μὴ κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν καὶ τὴν ἐπειγούσαν πρόθεσιν ἁρμόζει ἐν τούτοις πλεονάσαι. Μετὰ ταῦτα λέγει, „ὅτι οὔτε τὰ ἀνθρώποις „δέδοται, ἀλλ' ἕκαστα τοῦ ὅλου σωτηρίας εἵνεκα „γίνεταί τε καὶ ἀπόλλυται, καθ' ἣν προεῖπον „ἀμοιβὴν, ἐξ ἀλλήλων εἰς ἄλληλα· περισσὸν δὲ τὸ προσδιατρίβειν τῇ τούτων ἀνατροπῇ, κατὰ δύναμιν ἡμῶν προεκτεθείσῃ. εἴρηται δὲ καὶ εἰς τὸ, „οὔτε δὲ τὰ ἀγαθὰ, οὔτε τὰ κακὰ ἐν τοῖς „θνητοῖς ἐλάττω ἢ πλείω γένοιτ' ἄν. λέλεκται καὶ εἰς τὸ, οὔτε τῷ Θεῷ καινοτέρας δεῖ διορθώσεως, ἀλλ' οὐδ' ὡς ἄνθρωπος τεκτηνάμενός τι ἐνδεῶς, καὶ ἀτεχνότερον δημιουργήσας ὁ Θεὸς, προσάγει διόρθωσιν τῷ κόσμῳ, καθαίρων αὐτὸν κατακλυσμῷ ἢ ἐκπυρώσει, ἀλλὰ τὴν χύσιν τῆς κακίας κωλύων ἐπὶ πλεῖον νέμεσθαι· ἐγὼ δ' οἶμαι ὅτι καὶ πάντη τεταγμένως αὐτὴν ἀφανίζων συμφερόντως τῷ παντί. εἰ δὲ μετὰ τὸν ἀφανισμὸν τῆς κακίας λόγον ἔχει τὸ πάλιν αὐτὴν ὑφίστασθαι ἢ μὴ, ἐν προηγουμένῳ λόγῳ τὰ τοιαῦτα ἐξηγηθήσεται. θέλει οὖν διὰ καινοτέρας διορθώσεως ἀεὶ ὁ Θεὸς τὰ σφάλματα ἀναλαμβάνειν· εἰ γὰρ καὶ τέτακται αὐτῷ πάντα κάλλιστα καὶ ἀσφαλέστατα κατὰ τὴν τῶν ὅλων δημιουργίαν, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἰατρικῆς τινος αὐτῷ ἐδέησεν * ἐπὶ τὴν τῆς κακίας νόσον, καὶ παντὶ τῷ κόσμῳ ὑπ' αὐτῆς ὡσπερεὶ μολυνομένῳ. καὶ οὐδέν γε ἠμέληται τῷ Θεῷ, ἢ ἀμεληθήσεται, ποιοῦντι καθ' ἕκαστον καιρὸν, ὅπερ ἔπρεπεν αὐτὸν ποιεῖν ἐν τρεπτῷ καὶ μεταβλητῷ κόσμῳ. καὶ ὥσπερ γεωργὸς κατὰ τὰς διαφόρους τῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ ὡρῶν διάφορα ἔργα γεωργικὰ ποιεῖ ἐπὶ τὴν γῆν καὶ τὰ ἐπ' αὐτῆς φυόμενα· οὕτως ὁ Θεὸς οἱονεὶ ἐνιαυτούς τινας (ἵν' οὕτως ὀνομάσω) οἰκονομεῖ ὅλους τοὺς αἰῶνας· καθ' ἕκαστον αὐτῶν ποιῶν ὅσα ἀπαιτεῖ αὐτὸ τὸ περὶ τὰ ὅλα εὔλογον, ὑπὸ μόνου Θεοῦ, ὡς ἀληθείας ἔχει, τρανότατα καταλαμβανόμενον καὶ ἐπιτελούμενον. ἔθηκε δέ τινα λόγον ὁ Κέλσος περὶ τῶν κακῶν τοιοῦτον, „ὅτι κἂν σοί τι δοκῇ κακὸν, „οὔπω δῆλον εἰ κακόν ἐστιν· οὐ γὰρ οἶδας ὅτι „* ἢ σοὶ, ἢ ἄλλῳ, ἢ * τῷ ὅλῳ συμφέρει. καὶ ἔχει μέν τι ὁ λόγος εὐλαβές· ὑπονοεῖ δὲ καὶ τὴν τῶν κακῶν φύσιν οὐ πάντη εἶναι μοχθηρὰν, διὰ τὸ ἐνδέχεσθαι τῷ ὅλῳ συμφέρειν τὸ νομιζόμενον ἐν τοῖς καθ' ἕκαστον εἶναι κακόν. πλὴν ἵνα μὴ παρακούσας τις τοῦ λεγομένου ἐπιτριβῆς εὕρῃ ἀφορμὴν, ὡς καὶ τῆς κακίας * αὐτῆς χρησίμου τυγχανούσης τῷ παντὶ, ἢ δυναμένης

* τοῖς τὴν.

Quæſtionem de malitia unius universo mundo propositam a Celso ... disputat Origenes.

* ἢ σοὶ.

* ὅτι.

* αὐτοῦ.

μένης γε τῷ χρήσεως· λεκτέον ἔτι, μενούσης τοῦ ἐφ' ἡμῖν ἑκάστῳ, κἂν συγχρήσηται τῇ κακίᾳ τῶν φαύλων εἰς τὴν διάταξιν τοῦ παντὸς ὁ Θεὸς, κατατάσσων αὐτοὺς εἰς χρείαν τοῦ παντὸς· οὐδὲν ἧττον ψεκτὸς μὲν ὁ τοιοῦτός ἐστι, καὶ ὡς ψεκτὸς κατατέτακται εἰς χρείαν ἀπευκταίαν μὲν ἑκάστῳ, χρήσιμον δὲ τῷ παντί. Ὡς εἰ καὶ ἐπὶ τῶν πόλεών τις εἴποι τὸν τάδε τινὰ ἡμαρτηκότα, καὶ διὰ τὰ ἁμαρτήματα ἐπί τινα δημόσια ἔργα χρήσιμα τῷ παντὶ καταδεδικασμένον, τοῦτον μέν τι χρήσιμον τῇ ὅλῃ πόλει, αὐτὸν δὲ γεγονέναι ἐν ἀπευκταίῳ πράγματι, καὶ ἐν ᾧ οὐδεὶς τῶν κἂν μετρίως νοῦν ἐχόντων ἐβούλετο εἶναι. Καὶ ὁ ἀπόστολος δὲ τοῦ Ἰησοῦ Παῦλος, διδάσκων ἡμᾶς, συντελεῖν μὲν τῇ χρείᾳ τοῦ παντὸς καὶ τοὺς φαυλοτάτους, παρ' ἑαυτοὺς δὲ ἔσεσθαι ἐν τοῖς ἀπευκταίοις· χρησιμωτάτους δ' ἔσεσθαι καὶ τοὺς σπουδαιοτάτους τῷ παντὶ, παρ' ἑαυτῶν αἰτίαν ἐν καλλίστῃ χώρᾳ ταχθησομένους, φησὶν, Ἐν μεγάλῃ δ' οἰκίᾳ οὐκ ἔστι μόνον σκεύη χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, ἀλλὰ καὶ ξύλινα καὶ ὀστράκινα· καὶ ἃ μὲν εἰς τιμὴν, ἃ δὲ εἰς ἀτιμίαν. ἐὰν οὖν τις ἐκκαθάρῃ ἑαυτὸν [ἀπὸ τούτων,] ἔσται σκεῦος εἰς τιμὴν, ἡγιασμένον, καὶ εὔχρηστον τῷ δεσπότῃ, εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἡτοιμασμένον. Καὶ ταῦτα δ' ἀναγκαῖον ὑπολαμβάνω ἐκτεθεῖσθαι πρὸς τὸ, "κἂν σοί τι δοκῇ κακὸν, οὔπω δῆλον εἰ κακόν· οὐ γὰρ οἶδας ὅτι ἢ σοὶ ἢ ἄλλῳ συμφέρει" ἵνα μὴ ἀφορμὴν λαμβάνῃ τις ἐκ τῶν κατὰ τὸν τόπον πρὸς τὸ ἁμαρτάνειν, ὡς χρήσιμος τῷ ὅλῳ διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐσόμενος. Ἐπεὶ δὲ μετὰ ταῦτα μὴ νοήσας τὰς περὶ Θεοῦ ὡς ἀνθρωποπαθοῦς ἐν ταῖς γραφαῖς λέξεις διασύρει ὁ Κέλσος, ἐν αἷς ὀργῆς λέγονται κατὰ τῶν ἀσεβῶν φωναὶ, καὶ ἀπειλαὶ κατὰ τῶν ἡμαρτηκότων· λεκτέον, ὅτι ὥσπερ ἡμεῖς τοῖς κομιδῇ νηπίοις διαλεγόμενοι, οὐ* τὸ ἑαυτῶν [ἐν τῷ λέγειν] στοχαζόμεθα δυνατὸν, ἀλλ' ἁρμοζόμενοι πρὸς τὸ ἀσθενὲς τῶν ὑποκειμένων, φαμὲν ταῦτα, ἀλλὰ καὶ ποιοῦμεν ἃ φαίνεται ἡμῖν χρήσιμα εἰς τὴν τῶν παίδων, ὡς παίδων, ἐπιστροφὴν καὶ διόρθωσιν· οὕτως ἔοικεν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος ᾠκονομηκέναι τὰ ἀναγεγραμμένα, ἁρμόσας τῇ δυνάμει τῶν ἀκουόντων, καὶ τῇ πρὸς αὐτοὺς ὠφελείᾳ, τὸ ἐν τῇ ἐπαγγελίᾳ πρέπον. καὶ καθόλου γε περὶ τοῦ τοιούτου τρόπου τῆς ἐπαγγελίας τῶν περὶ Θεοῦ ἐν τῷ Δευτερονομίῳ ἀναγέγραπται, *Ἐτροποφόρησέ σε Κύριος ὁ Θεός σε, ὡς εἴ τις τροποφορήσαι ἄνθρωπος τὸν υἱὸν αὐτοῦ. Οἱονεὶ ἀνθρώπου τρόπους περὶ τὸ ἀνθρώποις λυσιτελὲς φορῶν ὁ λόγος τοιαῦτα λέγει· οὐ γὰρ ἐδέοντο οἱ πολλοὶ προσωποποιοῦντος Θεοῦ ἁρμοζόμενα ἑαυτῷ τὰ πρὸς αὐτοὺς τοιάδε λεγόμενα. ἀλλ' ᾧ μέλει τῆς τῶν θείων γραμμάτων ἀληθείας, εὑρήσει ἀπ' αὐτῶν (τὰ λεγόμενα πνευματικὰ τοῖς ὀνομαζομένοις πνευματικοῖς συγκρίνων) τὸ βούλημα τῶν τε πρὸς τοὺς

2 Tim. 2. 20.

Origenes Celsi de irâ Dei ... (manuscript note, partly illegible)

* τὸ ἐ. ἑ. τ. λ. σ. δυνατόν.

Deut. 1. 31.
* ἐξοφοφόρησε & mox τροποφορήσαι, libb. ed. sed Origenes lectio confirmatur, Act. 13. 18. & alibi.

certè conferre posse: dico quòd, ita singulorum nostrûm voluntate, etiamsi nequam hominum malitiâ Deus utatur ad rerum hujus mundi ordinem, ità ut mundanæ Reipublicæ conferant aliquid; nihilominus quicunque talis est vituperandus est, & ut improbatus in suum ordinem redigitur ad aliquem usum, deprecandum quidem cuivis, conferentem tamen in summa quidpiam. Sicut in civitatibus ostendi potest ille vel ille ob malefacta damnatus ad opus publicum, utilis quidem Reip. ſed in functione, quam nemo non abominetur, qui vel mediocriter ſapiat. Quin & apoſtolus Jeſu Paulus nos docens, prodeſſe quidem in univerſum aliquid etiam nequiſſimos, ſuo loco tamen inter abominabiles: ſed optimum quemq; eundem in univerſum eſſe utiliſſimum, ob id conſtitutum loco præclariſſimo, *In magna*, inquit, *domo non tantùm ſunt vaſa aurea vel argentea, ſed & lignea teſtaceaque, & hæc quidem alia in honorem, alia in ignominiam: ſi quis igitur expurgaverit ſeipſum, vas erit in honorē, ſanctificatum, utile domino ſuo, ad omne opus bonū paratum.* Atq; ità ſatis reſponſum puto ad illud dictum, *Etiamſi tibi videatur malum aliquid, nondum liquet, an malum ſit; neſcis enim quid tibi, vel alteri, vel toti mundo conferat*: nè fortè quis occaſionem peccandi, ex hujus loci diſquiſitione arripiat, quaſi peccando poſſit univerſitati rerum conferre quidpiam. Poſthæc, quoniam Celſus non intelligens taxat Scripturæ verba humanos affectus Deo tribuentis, ut videtur, quoties facit iracundè minacitérque invehementem in impios; dicendum eſt, quòd ſicut nos cum pueris parvulis agentes non noſtras dicendi vires attendimus, ſed accommodamus verba ad eorum ſenſum quantum poſſumus, & pueros pueriliter educamus erudimúsq; ut putamus eis conveniens: ità videtur divina ſapientia contexuiſſe Scripturas ad auditorum modulum, id ſibi decorum exiſtimans, quod illis ſit utile. De quo more Dei alloquentis homines hæc leguntur in Deuteronomio, *Accommodavit ſe tuis moribus Dominus Deus tuus, haud ſecus quàm homo pater accommodat ſe ſuo filio.* Nimirum more hominum Scriptura loquitur ad utilitatem hominum: non enim erat in rem plebeiæ multitudinis, ſi Dei perſona induceretur loquens pro majeſtate ſua. Attamen cui ſtudium eſt divinas Scripturas perſpicere, inveniet ibi ſpiritualia dici ſpiritualibus, ut vocantur, conferens inter ſe mentem eorum quæ

quæ dicuntur vel infirmioribus vel exercitatioribus, ſæpenumero ſic contemperata ut in eodem contextu inveniantur utraque. Ergò cùm iram Dei nominamus, non affectum ejus dicimus, ſed quiddam ſeveriore diſciplinâ caſtigans homines tot tantiſque peccatis obnoxios. Nam quòd erudiat homines ira (ut vocamus) furórque Dei, idque doctrinæ divinæ perplaceat, manifeſtum eſt ex eo quod Pſalmo ſexto dicitur, *Domine, nè in furore tuo arguas me, neque in ira tua erudias me.* Sic Hieremias, *Erudias nos, Domine, ſed non in judicio: nec in furore, nè nos ad parvum numerum redigas.* Jam ſi quis legat in ſecundo Regnorum libro iram Dei ſuadentem Davidi, ut cenſeat populum; & in primo Paralipomenôn diabolum: cóſq; textus inter ſe conferens examinet, videbit quo ſignificato ira ponatur, cujus filios omnes homines fuiſſe Paulus ait dicens, *Fuimus naturaliter iræ filii, ſicut & cæteri.* Quòd autem non affectus Dei ſit ira, ſed unuſquiſque ſibi eam peccatis ſuis contrahat, docebit Paulus illis verbis, *An divitias bonitatis illius, ac tolerantiæ, lenitatíſq; contemnis, ignorans quòd bonitas Dei ad pœnitentiam te invitat? ſed juxta duritiam tuam, & cor pœnitere neſcium, colligis tibi ipſi iram in die iræ, quo apparebit juſtum Dei judicium.* Quomodo igitur poteſt quiſq; theſaurizare ſibiipſi iram in die iræ, ſi iram affectum intelligas? Aut quomodo iræ affectus erudire poteſt? Adhæc Scriptura docens nos nullo modo iraſci, & in trigeſimo ſexto Pſalmo dicens, *Deſine ab ira & relinque furorem:* & apud Paulum, *Deponite & vos hæc omnia, iram, furorem, odium, maledicentiam, turpiloquium:* affectum, à quo nos immunes vult, nunquam Deo tribueret. Apparet autem iram Dei figuratè dici, vel indè, quòd in eiſdem Scripturis etiam ſomnus ejus legitur, ex quo velut excitans eum Propheta dicit, *Exſurge, cur dormis, Domine?* Rurſum alibi dicit, *Surrexit tanquam à ſomno Dominus, tanquam robuſtus à crapula.* Quòd ſi ſomnus aliud hic quàm in quotidiano uſu ſignificat, quid vetat, iram quoque figuratè intelligi? ſed & minæ denunciationes ſunt calamitatis venturæ peccatoribus, haud ſecus quàm ſi quis minas vocet medici verba laborantem præmonentis, Secabo te, & cauteria tibi adhibebo, ni præſcriptis meis pareas: niſique hâc diætâ utaris, & hoc modo te geras. Itaque non humanas

ἀσθενεστέροις λεγομένων, καὶ τῶν τοῖς ἐντρεχεστέροις ἀπαγγελλομένων, πολλάκις ἐν τῇ αὐτῇ λέξει ἑκατέρων τῶν εἰδῶν ἀκούειν αὐτῆς κειμένων. ὀργὴν μὲν οὖν ὀνομάζομεν Θεοῦ, οὐ πάθος δ' αὐτοῦ αὐτὴν εἶναί φαμεν, ἀλλά τι παραλαμβανόμενον εἰς τὴν διὰ σκυθρωποτέρων ἀγωγῶν παίδευσιν τοῖς τὰ τοσάδε καὶ τηλικάδε ἡμαρτηκόσιν. ὅτι γὰρ παιδεύει ἡ καλουμένη ὀργὴ τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁ ὀνομαζόμενος θυμὸς αὐτοῦ, καὶ τοῦτ' ἀρέσκει τῷ λόγῳ, δῆλον ἐκ τοῦ ἐν τῷ ἕκτῳ Ψαλμῷ εἰρῆσθαι, Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με. Pſal. 6. 1. 37. 1.
ἐν δὲ τῷ Ἱερεμίᾳ, Παίδευσον ἡμᾶς, Κύριε, πλὴν ἐν κρίσει· καὶ μὴ ἐν θυμῷ, ἵνα μὴ ὀλίγους ἡμᾶς ποιήσῃς. Jer. 10. 24.
ἀναγνοὺς δέ τις ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Βασιλειῶν ὀργὴν Θεοῦ, ἀναπείθουσαν τὸν Δαυὶδ ἀριθμῆσαι τὸν λαόν· 2 Reg. 24. 1.
ἐν δὲ τῇ πρώτῃ τῶν Παραλειπομένων, τὸν διάβολον· 1 Paral. 21. 1.
καὶ συνεξετάζων ἀλλήλοις τὰ ῥητά, ὄψεται ἐπὶ τίνος τάσσεται ἡ ὀργή· ἧς καὶ τέκνα πάντας ἀνθρώπους γεγονέναι φησὶν ὁ Παῦλος λέγων, * Ἤμεθα τέκνα φύσει ὀργῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποί. Epheſ. 2. 3.
ὅτι δ' οὐ πάθος τοῦ Θεοῦ ἐστιν ἡ ὀργή, ἀλλ' ἕκαστος αὐτῷ ταύτην δι' ὧν ἁμαρτάνει * χαλασκευάσει· δηλώσει ὁ Παῦλος ἐν τῷ, Ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀνοχῆς, καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς, ἀγνοῶν ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει; Rom. 2. 4.
κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν, θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ. πῶς οὖν δύναται ἕκαστος θησαυρίζειν ἑαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς, * ὀργῆς τοῦ πάθους νοουμένης; πῶς δὲ ὀργῆς πάθος παιδεύειν δύναται; ἀλλὰ καὶ οὐκ ἂν ὁ διδάσκων λόγος ἡμᾶς μηδαμῶς ὀργίζεσθαι, καὶ φάσκων ἐν τριακοστῷ ἕκτῳ Ψαλμῷ, Παῦσαι ἀπὸ ὀργῆς, καὶ ἐγκατάλιπε θυμόν· Pſal. 36. 8.
λέγων δὲ καὶ ἐν τῷ Παύλῳ, Ἀπόθεσθε καὶ ὑμεῖς τὰ πάντα, ὀργήν, θυμόν, κακίαν, βλασφημίαν, αἰσχρολογίαν· Coloſſ. 3. 8.
αὐτῷ τῷ Θεῷ περιῆπτε τὸ πάθος, οὗ ἡμᾶς πάντῃ ἀπαλλάξειν βούλεται. δῆλον δὲ τὸ τροπολογεῖσθαι τὰ περὶ ὀργῆς Θεοῦ, ἐκ τοῦ καὶ ὕπνον αὐτοῦ ἀναγεγράφθαι, ἀφ' οὗ ὥσπερ διυπνίζων αὐτὸν ὁ προφήτης λέγει, Ἀνάστηθι, ἱνατί ὑπνοῖς Κύριε; Pſal. 43. 24.
καὶ πάλιν φησί, Καὶ ἐξηγέρθη ὡς ὁ ὑπνῶν Κύριος, ὡς δυνατὸς καὶ κεκραιπαληκὼς ἐξ οἴνου. 77. 65.
εἴπερ οὖν ὁ ὕπνος ἄλλο τι σημαίνει, καὶ οὐχ ὅπερ ἡ πρόχειρος ἐκδοχὴ τῆς λέξεως δηλοῖ· διατί οὐχὶ καὶ ἡ ὀργὴ παραπλησίως νοηθήσεται; καὶ αἱ ἀπειλαὶ δέ, ἀπαγγελίαι εἰσὶ περὶ τῶν ἀπαντησομένων τοῖς φαύλοις· ὡς εἰ ἀπειλάς τις ἔφασκεν εἶναι καὶ τοὺς τοῦ ἰατροῦ λόγους, λέγοντος τοῖς κάμνουσι, Τεμῶ σε, καὶ καυτῆρας προσάξω σοι, ἐὰν μὴ πεισθῇς μου τοῖς νόμοις, καὶ οὑτωσὶ μὲν διαιτήσῃ, οὑτωσὶ δὲ σαυτὸν ἀγάγῃς. οὐκ ἀνθρώ-

* ἤμεθα libb. ed.
* χαλασκευάζει.
* ὀργ. νοουμ. τοῦ πάθους;

τινα οὐ πάθη περιάπτομεν τῷ Θεῷ, οὐδὲ δυσσεβεῖς δόξας ἔχομεν περὶ αὐτοῦ, οὐδὲ πλανώμενοι τὰς περὶ τούτου διηγήσεις ἀπ' αὐτῶν τῶν γραμμάτων συνεξεταζομένων ἀλλήλοις παρίσταμεν. οὐδὲ τὸ προκείμενον τοῖς ἐν ἡμῖν συνετοῖς πρεσβεύουσι τοῦ λόγου ἄλλο ἐστὶν, ἢ εὐηθείας μὲν ἀπαλλάξαι κατὰ τὸ δυνατὸν τοὺς ἀκούοντας, ποιῆσαι δ' αὐτοὺς φρονίμους. Ἀκολούθως δὲ τῷ μὴ νενοηκέναι τὰ περὶ ὀργῆς ἀναγεγραμμένα Θεοῦ, φησὶν, "Ἦ γὰρ οὐ καταγέλαστον, εἰ ἄνθρωπος μὲν ὀργισθεὶς Ἰουδαίοις πάντας αὐτοὺς ἡβηδὸν ἀπώλεσε, καὶ ἐπυρπόλησεν, οὕτως οὐδὲν ἦσαν· Θεὸς δ' ὁ μέγιστος, ὥς φασιν, ὀργιζόμενος καὶ θυμούμενος, καὶ ἀπειλῶν, πέμπει τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ τοιαῦτα πάσχει; εἴπερ οὖν Ἰουδαῖοι, μετὰ τὸ διαθεῖναι τὸν Ἰησοῦν, ἅπερ ἐτόλμησαν κατ' αὐτοῦ, ἡβηδὸν ἀπώλοντο, καὶ ἐπυρπολήθησαν· οὐκ ἀπ' ἄλλης ὀργῆς, ἢ ἧς ἑαυτοῖς ἐθησαύρισαν, ταῦτα πεπόνθασι, τῆς τοῦ Θεοῦ κατ' αὐτῶν κρίσεως, Θεοῦ καταστήματι γεγενημένης, ὀνομαζομένης ὀργῆς πατρίῳ τινὶ Ἑβραίων ἔθει. καὶ πάσχει γε ὁ υἱὸς τοῦ μεγίστου Θεοῦ βουληθεὶς ὑπὲρ τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας, ὡς ἐν τοῖς ἀνωτέρω κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν λέλεκται. Μετὰ ταῦτά φησιν, "Ἀλλ' ὅπως μὴ περὶ μόνων Ἰουδαίων (οὐ γὰρ τοῦτο λέγω) ἀλλὰ περὶ τῆς ὅλης φύσεως, ὅπερ ἐπηγγειλάμην, ὁ λόγος ᾖ, σαφέστερον ἐμφανιῶ τὰ προειρημένα. τίς δ' οὐκ ἂν τούτοις ἐντυγχάνων μέτριος, καὶ αἰσθανόμενος τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας, οὐκ ἂν προσκόψαι τὸ ἐπαχθὲς τοῦ περὶ * ὅλης τῆς φύσεως ἐπαγγειλαμένου ἀποδοῦναι λόγον, καὶ ἀλαζονευσαμένου ὁμοίως ᾗ ἐτόλμησεν ἐπιγράψαι ἐπιγραφῇ τοῦ βιβλίου. ἴδωμεν * δὲ τίνα ἐστὶ τὰ, ἃ περὶ ὅλης τῆς φύσεως ἐπαγγέλλεται λέξειν, καὶ τίνα ἐμφανιεῖν. διὰ πολλῶν δ' ἑξῆς ἐγκαλεῖ ἡμῖν, ὡς τῷ ἀνθρώπῳ φάσκουσι πάντα πεποιηκέναι τὸν Θεόν. καὶ βούλεται ἐκ τῆς περὶ τῶν ζώων ἱστορίας, καὶ τῆς ἐμφαινομένης * αὐτοῖς ἀγχινοίας δεικνύναι, οὐδὲν μᾶλλον ἀνθρώπων, ἢ τῶν ἀλόγων ζώων ἕνεκεν γεγονέναι τὰ πάντα· καὶ δοκεῖ μοι ὅμοιόν τι εἰπεῖν τοῖς διὰ τὸ πρὸς τοὺς μισουμένους ἔχθος κατηγοροῦσιν αὐτῶν, ἐφ' οἷς οἱ φίλτατοι αὐτῶν ἐπαινοῦνται. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τούτων τυφλοῖ τὸ ἔχθος πρὸς τὸ μὴ συνορᾶν ὅτι καὶ φιλτάτων κατηγοροῦσι, δι' ὧν κακῶς λέγειν νομίζουσι τοὺς ἐχθρούς· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ Κέλσος συγχυθεὶς τὸν λογισμὸν, οὐχ ἑώρακεν ὅτι καὶ τῶν ἀπὸ τῆς Στοᾶς φιλοσόφων κατηγορεῖ, οὐ κακῶς προταττόντων τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἁπαξαπλῶς τὴν λογικὴν φύσιν, πάντων τῶν ἀλόγων· καὶ διὰ ταύτην λεγόντων προηγουμένως τὴν πρόνοιαν πάντα πεποιηκέναι. καὶ λόγον μὲν ἔχει τὰ λογικὰ, ἅπερ ἐστὶ προηγούμενα, παίδων γεννωμένων· τὰ δ' ἄλογα καὶ τὰ ἄψυχα * χορίου * συγκτιζομένου

* ὅλης.

* δὲ.

Contra Celſum Origenes Deum omnia propter hominem feciſſe confirmat

* αὐτῶ.

* χορίῳ κ̀ χορίῳ.

* συγκτιζομένῳ.

affectiones affingimus Deo, nec impias opiniones de illo concipimus, nec hujuſmodi narrationibus quenquam fallimus, quandoquidem ex ipſius Scripturæ locis inter ſe collatis verum ſenſum elicimus. Nec aliud propoſitum eſt noſtris doctoribus, quàm ut rudem ſimplicitatem auditoribus eximant, & prudentiam, quantum poſſunt, inſerant. Deinde, ut non intelligens quæ de ira Dei ſcripta ſunt, *Annon,* inquit, *ridiculum eſt, cum homo iratus Judæis omnes puberes interfecerit, incenſis etiam urbibus, adeò profligati erant: Deum illum ſummum iratū, ut aiunt, furoreq; percitum, & minabundum mittere paſſum ut tales pœnas ſuum filium?* Certè, quòd poſt perpetratum in Jeſum tam audax facinus Judæorum urbs flammis deleta eſt cæſis puberibus, non ex alia ira id eis accidit, quàm ea, quam ſibi diu cumulaverunt, tandem ſemel in eos effuſam ultore Deo juſto judice, vocatam iram juxta idioma linguæ ipſorum patriæ. Porrò filius Dei volens ac ſciens paſſus eſt quicquid paſſus eſt pro ſalute hominū, ſicut ſuperiùs pro viribus oſtendimus. Poſthæc ſic inquit, *Verùm nè de ſolis Judæis agam, non enim hoc propoſitum eſt, ſed de tota rerum natura loquar, ut ſum pollicitus, planius declarabo quæ jam dicta ſunt.* Quis hæc legens modeſtus & infirmitatis humanæ conſcius non miretur promiſſorem jactanter pollicentem, redditurum ſe rationem pro univerſa rerum natura, eâdem arrogantiâ, quâ priùs auſus eſt ſcripto ſuo titulum tam magnificum præfigere. Sed videamus quidnam ſit hoc quod pro tota rerum natura dicturum ſe promittit, & quæ ſit illa declaratio. Prolixè nos incuſat, Quia propter hominem cuncta Deum feciſſe aimus: conatúrque ex animalium hiſtoria & ſolertia, quam præ ſe ferunt, oſtendere nihilo magis propter homines, quàm propter bruta facta eſſe omnia; videtúrque mihi perinde loqui, atque hi qui odio inimicorum vituperant etiam quæ in amicis ipſorum ſunt laudatiſſima. Nam ſicut hos excæcat odium, nè videant interim accuſari à ſe homines amiciſſimos, dum putant ſe inimicis malè loqui; eodem modo Celſus, cui ſua perturbata eſt ratio, non vidit ſe obtrectare Stoicis, rectè præponentibus hominem, & in totum rationalem naturam, brutis omnibus, quandoquidem propter hanc aiunt à providentia facta omnia: quapropter rationalia ut potiora filiorum locum obtinent, bruta verò & inanima poſſeſſionis comparatæ in

filiorum

filiorum gratiam. Mihi ſanè videtur, quemadmodum in urbibus ædiles curam habent fori venaliúmque rerum, fruuntur tamen eâ copiâ canes quoque & alia bruta: ſic à providentia præcipuè curari animal rationale, bruta verò conſequenter etiam ipſa frui paratis in uſum hominum. Et ſicut peccat, quicunque dicit ædiles non magis gerere curam hominum quàm canum, quia & canes cum hominibus fruuntur copiâ venalium: ſic Celſus & qui eadem ſentiunt magis ſunt in Deum rationali creaturæ providentem impii, dicendo cum homines non magis, quàm ſtirpes, arbores, herbáſque & ſentes alere. Nam opinatur primùm *opera Dei non eſſe tonitrua, fulgura, pluvias*, jam apertiùs Epicurizans: deinde *ut demus*, inquit, *eſſe opera Dei, non magis nobis hominibus fiunt ad alimoniam, quàm ſtirpibus, arboribus, herbis, ſentibus.* Verus Epicureus fortuito putat hæc, non juxta providentiam, contingere: nam ſi non magis nobis, quàm ſtirpibus, arboribus, herbis, ſpinis, hæc proſunt, manifeſtum eſt, ea non venire à providentia: aut ſi ab hac veniunt, non magis nobis, quàm ſtirpibus, arboribus, herbis, ſpinis, providet. Utrumq; autem credere eſt impium: & ſtultitia eſt hujuſmodi rationibus conari nos impietatis reos peragere. Satis enim liquet, ex jam dictis, quis ſit impius. *Quòd ſi*, inquit, *dicas hæc naſci hominibus, videlicet ſtirpes, arbores, herbas, ſentes, qui magis hæc naſcuntur hominibus, quàm brutis vel feris quoque immaniſſimis?* Ergò perfrictâ fronte dicat Celſus tam varias è terra naſcentium rerum ſpecies non operante providentiâ progigni, ſed atomorum concurſu fortuito: & hoc quoq; fortuitum, quòd tam variæ ſtirpium, arborum, herbarúmque facies generatim inter ſe ſunt ſimiles, nec eſſe in his quicquam artificii, nec initium habere à mente admirationem omnem ſupergreſſa. At nos Chriſtiani, qui hæc ad unum Deum autorem referimus, eique gratias agimus ut conditori omnium, qui nobis tale domicilium adornavit, & propter nos ſervientibus nobis animalibus, *qui oriri facit fœnum pecoribus, & olera virentia ſervituræ hominum, educitque panem è terra, & vinum exhilaraturum cor hominis, facitque faciem ejus oleo nitidam, & pane confirmat cor ejus.* Quòd ſi feris quoque immaniſſimis cibos paravit, non mirum eſt, quando etiam

τῶν παιδίων. καὶ ἡγοῦμαί γε ὅτι ὥσπερ ἐν ταῖς πόλεσιν οἱ προνοούμενοι τῶν ὠνίων καὶ τῆς ἀγορᾶς, δι' οὐδὲν ἄλλο προνοοῦνται ἢ διὰ τοὺς ἀνθρώπους, παραπολαύουσι δὲ τῆς δαψιλείας καὶ κύνες, καὶ ἄλλα τῶν ἀλόγων· οὕτως ἡ πρόνοια τῶν μὲν λογικῶν προηγουμένως προνοεῖ, ἐπηκολούθησε δὲ τὸ καὶ τὰ ἄλλα ἄλογα ἀπολαύειν τῶν δι' ἀνθρώπους γινομένων. καὶ ὥσπερ ἁμαρτάνει ὁ λέγων τοὺς ἀγορανόμους προνοεῖν οὐ μᾶλλον τῶν ἀνθρώπων, ἢ τῶν κυνῶν, ἐπεὶ καὶ οἱ κύνες παραπολαύουσι τῆς δαψιλείας τῶν ὠνίων· οὕτω πολλῷ μᾶλλον Κέλσος, καὶ οἱ τὰ αὐτὰ φρονοῦντες αὐτῷ ἀσεβοῦσιν εἰς τὸν προνοοῦντα τῶν λογικῶν Θεὸν, φάσκοντες, Τί μᾶλλον ἀνθρώποις γίνεσθαι ταῦτα πρὸς τροφὴν, ἢ τοῖς φυτοῖς, δένδροις τε, καὶ πόαις, καὶ ἀκάνθαις; "Ἔστω γὰρ πρῶτον μὲν μὴ ἔργα Θεοῦ εἶναι βροντὰς, καὶ ἀστραπὰς, καὶ ὑετούς. ἤδη σαφέστερον Ἐπικουρίζων· δεύτερον δέ φησιν, "ὅτι, εἰ καὶ δοίη τις ταῦτα ἔργα εἶναι Θεοῦ, οὐ μᾶλλον ἡμῖν τοῖς ἀνθρώποις ταῦτα γίνεται πρὸς τροφὴν, ἢ τοῖς φυτοῖς, δένδροις τε, καὶ πόαις, καὶ ἀκάνθαις. συντυχικῶς δηλοὺς καὶ οὐ κατὰ πρόνοιαν, ὡς ἀληθῶς Ἐπίκουρος, ταῦτα συμβαίνειν. εἰ γὰρ οὐ μᾶλλον ἡμῖν, ἢ φυτοῖς, καὶ δένδροις, καὶ πόαις, καὶ ἀκάνθαις, ταῦτ' ἐστὶ χρήσιμα· δῆλον ὅτι οὐδ' ἀπὸ προνοίας ταῦτ' ἔρχεται· ἢ ἀπὸ προνοίας οὐ μᾶλλον ἡμῶν προνοουμένης, ἢ δένδρων, καὶ πόας, καὶ ἀκάνθης. ἑκάτερον δ' αὐτόθεν ἀσεβές· καὶ τὸ τοῖς τοιούτοις ἀντιπλέκειν, ἱστάμενον πρὸς τὸν ἀσέβειαν ἡμῶν κατηγοροῦντα, εὔηθες. παντὶ γὰρ δῆλον, ἐκ τῶν εἰρημένων, τίς ὁ ἀσεβής. Εἶτά φησιν, "ὅτι κἂν ταῦτα λέγῃς ἀνθρώποις φύεσθαι· δῆλον ὅτι τὰ φυτὰ, καὶ δένδρα, καὶ πόας, καὶ ἀκάνθας· τί μᾶλλον αὐτὰ ἀνθρώποις φήσεις φύεσθαι, ἢ τοῖς ἀλόγοις ζώοις τοῖς ἀγριωτάτοις; σαφῶς οὖν λεγέτω ὁ Κέλσος, ὅτι ἡ τοσαύτη τῶν ἐπὶ γῆς φυομένων διαφορὰ οὐ προνοίας ἐστὶν ἔργον· ἀλλὰ [καὶ] συντυχία τις ἀτόμων τὰς τοσαύτας ποιότητας πεποίηκε· καὶ κατὰ συντυχίαν τοσαῦτα εἴδη φυτῶν, καὶ δένδρων, καὶ πόας, παραπλήσιά ἐστιν ἀλλήλοις· καὶ ὅτι οὐδεὶς λόγος τεχνικὸς ὑπέστησεν αὐτὰ, οὐδ' ἀπὸ νοῦ ἔχει τὴν ἀρχὴν πάντα θαυμασμὸν ὑπερβεβηκότος. ἀλλ' ἡμεῖς, οἱ τῷ ταῦτα κτίσαντι μόνῳ Θεῷ ἀνακείμενοι Χριστιανοὶ, καὶ ἐπὶ τούτοις χάριν ὁμολογοῦμεν τῷ καὶ τούτων δημιουργῷ, ὅτι ἡμῖν τηλικαύτην ἑστίαν εὐτρέπιζε, καὶ δι' ἡμᾶς τοῖς δουλεύουσιν ἡμῖν ζώοις· ὁ ἐξανατέλλων χόρτον τοῖς κτήνεσι, καὶ χλόην τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων, [τοῦ] ἐξαγαγεῖν ἄρτον ἐκ τῆς γῆς· καὶ ἵν' οἶνος εὐφραίνῃ καρδίαν ἀνθρώπου, καὶ ἱλαρύνηται πρόσωπον ἐν ἐλαίῳ, καὶ ἄρτος στηρίζῃ καρδίαν ἀνθρώπου. — Psal. 103. 15, 16, 17. εἰ δὲ καὶ τοῖς ἀγριωτάτοις τῶν ζώων τροφὰς κατεσκεύασεν, οὐδὲν θαυμαστόν· καὶ ταῦτα γὰρ τὰ ζῶα καὶ ἄλλοι τῶν φιλο-

Sirac. 39.22, 26.

Contra Celsum Origenes con-/quo/ silio Deus homines magis fecerit demonstrat

φιλοσοφήσαντες εἰρήκασι γυμνασίᾳ ἕνεκα γεγονέναι τοῦ λογικοῦ ζῴου. φησὶ δέ τις τῶν καθ' ἡμᾶς σοφῶν, Μὴ εἴπῃς, εἰς τί τοῦτο; πάντα γὰρ εἰς χρείαν αὐτῶν ἔκτισται· καὶ μὴ εἴπῃς, εἰς τί τοῦτο; πάντα γὰρ ἐν καιρῷ αὐτῶν ζητηθήσεται. Ἑξῆς τούτοις ὁ Κέλσος, θέλων μὴ μᾶλλον ἡμῖν τὴν πρόνοιαν πεποιηκέναι τὰ φυόμενα ἐπὶ γῆς, ἢ τοῖς τῶν ζῴων ἀγριωτάτοις, φησίν, "Ἡμεῖς μέν γε κάμνοντες καὶ "προσταλαιπωροῦντες, μόλις καὶ ἐπιπόνως τρε"φόμεθα· τοῖς δ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα "φύονται· οὐχ ὁρῶν, ὅτι πανταχοῦ τὴν ἀνθρωe. πίνην σύνεσιν γυμνάζεσθαι βουλόμενος ὁ Θεός, ἵνα μὴ μένῃ ἀργὴ καὶ ἀνεπινόητος τῶν τεχνῶν, πεποίηκε τὸν ἄνθρωπον ἐπιδεῆ· ἵνα δι' αὐτὸ τὸ ἐπιδεὲς αὐτοῦ ἀναγκασθῇ εὑρεῖν τέχνας, τινὰς μὲν διὰ τὴν τροφήν, ἄλλας δὲ διὰ τὴν σκέπην. καὶ γὰρ κρεῖττον ἦν τοῖς μὴ μέλλουσι τὰ θεῖα ζητεῖν, καὶ φιλοσοφεῖν, τὸ ἀπορεῖν, ὑπὲρ τοῦ τῇ συνέσει χρήσασθαι πρὸς εὕρεσιν τεχνῶν· ἤπερ ἐκ τοῦ εὐπορεῖν, πάντη τῆς συνέσεως ἀμελεῖν. ἡ τῶν κατὰ τὸν βίον *γοῦν χρειῶν ἀπορία συνέστησε τοῦτο μὲν γεωργικήν, τοῦτο δὲ ἀμπελουργικήν, τοῦτο δὲ τὰς περὶ τοὺς κήπους τέχνας, τοῦτο δὲ τεκτονικὴν καὶ χαλκευτικήν, ποιητικὰς ἐργαλείων ταῖς ὑπηρετουμέναις τέχναις τὰ πρὸς τροφήν. ἡ δὲ τῆς σκέπης ἀπορία τοῦτο μὲν ὑφαντικήν, τὴν μετὰ τὴν ξαντικήν, καὶ τὴν νηστικὴν εἰσήγαγε· τοῦτο δὲ οἰκοδομικήν· καὶ οὕτως ἀνέβηκεν ἡ σύνεσις καὶ ἐπὶ ἀρχιτεκτονικήν. ἡ δὲ τῶν χρειῶν ἔνδεια πεποίηκε καὶ τὰ ἐν ἑτέροις τόποις γεννώμενα φέρεσθαι διὰ ναυτικῆς καὶ κυβερνητικῆς πρὸς τοὺς μὴ ἔχοντας ἐκεῖνα· ὥστε καὶ τούτων ἕνεκεν θαυμάσαι τις ἂν τὴν πρόνοιαν, συμφερόντως παρὰ τὰ ἄλογα ζῷα ἐνδεὲς ποιήσασαν τὸ λογικόν. τὰ μὲν γὰρ ἄλογα ἑτοίμην ἔχει τὴν τροφήν, ἅτε οὐδ' ἀφορμὴν πρὸς τέχνας ἔχοντα· καὶ φυσικὴν δ' ἔχει τὴν σκέπην· τετρίχωται γάρ, ἢ ἐπτέρωται, ἢ πεφολίδωται, ἢ ὠστράκωται. καὶ ταῦτα δὲ πρὸς ἀπολογίαν ἡμῖν λελέχθω τῆς φασκούσης λέξεως παρὰ τῷ Κέλσῳ, "Ἡμεῖς μὲν κάμνοντες καὶ προσταλαιπω"ροῦντες μόλις τρεφόμεθα· τοῖς δ' ἄσπαρτα "καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται. Ἑξῆς δὲ τούτοις, ἐπιλαθόμενος ὅτι τὸ προκείμενον αὐτῷ ἐστιν Ἰουδαίων καὶ Χριστιανῶν κατηγορεῖν, ἑαυτῷ ἀνθυποφέρει Εὐριπίδειον λόγον ἰαμβεῖον, ἐναντιούμενον αὐτοῦ τῇ γνώμῃ· καὶ ἐμπεσὼν χωρίοις τοῦ λελεγμένου, κατηγορεῖ ὡς κακῶς εἰρημένου. ἔχει δ' οὕτως ἡ τοῦ Κέλσου λέξις, "Εἰ δὲ καὶ τὸ Εὐριπίδειον ἐρεῖς, ὅτι

"Ἥλιος μὲν νύξ τε δουλεύει βροτοῖς·

"τί μᾶλλον ἡμῖν, ἢ τοῖς μύρμηξι, καὶ ταῖς μυ"ίαις; καὶ γὰρ ἐκείνοις ἡ μὲν νὺξ γίνεται πρὸς "ἀνάπαυσιν, ἡ δὲ ἡμέρα πρὸς τὸ ὁρᾷν τε καὶ "ἐνεργεῖν. σαφὲς δὴ ὅτι οὐ μόνον Ἰουδαίων καὶ Χριστιανῶν τινες εἰρήκασιν ἡμῖν δουλεύειν ἥλιον

Ἀπορία πάν σοφίαν ἔλαχε, Eurip. Polyide.

* γοῦν.

Χρειὼ πάντ' ἐδίδαξε· τί ὃ χρειὼ κεν ἀνεύροι; Archyt.

Plutarch. περὶ τύχης.

De ſolis & Lunæ vicibus utilitate hominum ſervientibus

Euripid. Phœniſſ.

hæc philoſophi quidam aiunt facta ad exercendum rationale animal: & unus è noſtris ſapientibus alicubi ſic loquitur, *Ne dixeris, ad quid hoc? omne enim ad uſum ipſorum condita ſunt: ne dixeris, ad quid hoc? quandoquidem requirentur omnia ſuo tempore.* Deinde Celſus, volens providentiam non magis nobis feciſſe quæ terra fert, quàm feris immaniſſimis, ait, *Nos certè magnis laboribus ægre victum quærimus, illis cuncta nulli ſemente & nullo naſcuntur aratu:* non videns quòd Deus, volens undecunque materiam intellectûs exercendi præbere homini, nè ſterilis maneret rudiſque artium, inopiam ei comitem addidit, ut cogeretur eas invenire, alias ad victum, alias ad amictum parandum neceſſarias. Cùm enim non eſſent vacaturi veſtigandis rebus divinis, ſatius erat egenos eſſe, ut inveniendis artibus ingenium excolerent, quàm per affluentiam rerum mentem incultam negligere. Ex hac rerum vitæ utilium indigentia nata eſt agricultura, ex hac vinitoria, ex hac olitoria, ex hac fabrorum ars, tam materiariorum quàm ærariorum, ad facienda inſtrumenta illarum, quæ alimentis quærendis inſerviunt. Tegmentorum item inopia textorum artem tum carminandi & nendi intulit: tum ædificandi rationem & altiùs aſcendente cogitatione architectonicam. Eadem utenſilium penuria fecit ut alienarum regionum proventus transportarentur nauticæ gubernatoriæque ope ad eos qui his careant: ut hàc parte debeamus mirari providentiam, quæ utiliter rationalibus minorem quàm brutis copiam largita eſt. Nam bruta in promptu cibos habent, ut quæ ad artes non ſunt diſpoſita: tegmenta quoque his ſunt naturalia, pili, pennæ, ſquamæ, cruſtæque. Hæc reſponſa ſint Celſo ad illud, *Nos magnis laboribus victum quærimus, illis cuncta nulli ſemente & nullo naſcuntur aratu.* Poſthæc oblitus in præſentiarum ſibi negotium eſſe Judæos & Chriſtianos accuſare, ſenarium Euripidis ipſe ſibi objicit adverſantem ſuæ ſententiæ, congreſſúsque cum eo, accuſat ut dictum non bene. Verba Celſi ſunt hæc, *Quòd ſi mihi Euripideum illud ingeres,*

Soléſque & noctes ſervire mortalibus:

qui magis nobis ſerviunt quàm formicis muſcisve? nam & illis nox quietem præbet, dies verò videndi facultatem & operandi. Hinc apparet, quòd non ſolùm Judæorum & Chriſtianorum ſententia ſit, ſervire

vire nobis Solem, & cœleſtia; ſed etiam Scenicus philoſophus idem dicat, auditor quondam Anaxagoræ phyſiologi, qui per ſynecdochen hominis nomine omnem rationalem naturam vult intelligi, dum ei univerſam hanc mundi machinam ſervire dicit, rurſum ſynecdochicôs Solis noctiſque vocabulis eam ſignificans: niſi tragicus efficientem accepit pro effectu, quòd die noctéque maximè opus habeant quæ ſub Luna ſunt, aliæ verò creaturæ non æquè ac quæ terram incolunt. Ergò tum dies tum nox ſervit mortalibus, facta propter rationalia. Quòd ſi formicæ quoque & muſcæ nobiſcum his fruuntur, operantes interdiu, noctu interquieſcentes: non ſtatim dicendum diem & noctem in rebus eſſe propter formicas & muſcas, aut alias animantes, ſed ut proviſum eſſet hominum uſibus. Pergit, *Si quis nos dicat principes animalium, quia venamur, & viſceribus captorum epulas inſtruimus, quin potiùs nos propter illa factos credimus, quandoquidem ab eis intercipimur devoramurque: & nobis opus eſt caſſibus, armis compluribus hominum, canúmque operâ ad feras captandas; ipſæ verò à natura armatæ ſunt armis, quibus facilè nos conficiant.* Atqui vel hinc perſpicis quanto præſidio nobis intellectus datus eſt quovis armorum genere potior, quibus feræ poſſunt muniri: itaque cùm ſimus multò invalidiore corpore quàm animalia, quibuſdam etiam magnitudine valdè impares, ratione vincimus beſtias, & tantæ molis elephantos venatu capimus, manſuefacimus etiam quæ cicurari poſſunt à nobis doctas mitiùs degere. Ceterum quarum natura non poteſt ferociam dediſcere, aut etiamſi cicurentur, non poſſunt ſervire noſtris uſibus, ſecuritati noſtræ conſulentes includimus tantiſper, dum opus habeamus ad cibos mactatarum carnibus. Sicut etiam mitiora bruta ſervituti rationalis hominis paravit mundi opifex: & in alios uſus habemus canes, putà ad gregum, armentorum, domorum cuſtodiam; in alios boves ut ad agrorum culturam; in alios jumenta vel oneraria: ſic ad exercendam innatam fortitudinem datum eſt nobis genus aprorum, urſorum, pardorum, leonum, & ſimilium. Deinde homines ſuam præ ceteris animantibus excellentiam agnoſcentes alloquens, *Si*, inquit, *dicitis vobis à Deo datam poteſtatem capiendi feras & occidendi: reſpondebimus ante urbes conditas & conſuetudinem civilem, artéſque*

καὶ τὰ ἐν οὐρανῷ· ἀλλὰ καὶ ὁ κατά τινας σκηνικὸς φιλόσοφος, καὶ φυσιολογίας τῆς Ἀναξαγόρου γενόμενος ἀκροατής· ὅστις ἀπὸ ἑνὸς λογικοῦ τοῦ ἀνθρώπου συνεκδοχικῶς πᾶσι τοῖς λογικοῖς τεταγμένα ἐν τῷ παντί φησι δουλεύειν, δηλούμενα πάλιν συνεκδοχικῶς ἐκ τοῦ — ἥλιος μὲν νύξ τε. ἢ τάχα καὶ ὁ τραγικὸς ἀπὸ τοῦ ποιοῦντος τὴν ἡμέραν ἡλίου ὀνόματι τὴν ἡμέραν διδάσκων, ὅτι τὰ μάλιστα χρῄζοντα ἡμέρας καὶ νυκτὸς, τὰ ὑπὸ σελήνην ἐστί· καὶ οὐχ οὕτως ἄλλα ὡς τὰ ἐπὶ γῆς. ἡμέρα οὖν καὶ νὺξ δουλεύει βροτοῖς, γενόμενα διὰ τὰ λογικά. εἰ δὲ παραπολαύουσι μύρμηκες καὶ μυῖαι, ἐνεργοῦντες μὲν ἡμέρας, νυκτὸς δὲ διαναπαυόμενοι, τῶν δι' ἀνθρώπους γεγενημένων· οὐχὶ καὶ διὰ μύρμηκας καὶ μυίας λεκτέον ἡμέραν γεγονέναι καὶ νύκτα· οὐδὲ δι' οὐδὲν, ἀλλὰ κατὰ πρόνοιαν, ἀνθρώπων ἕνεκεν, ταῦτα χρὴ νομίζειν γεγονέναι. Καί φησιν, "ὅτι εἴ τις ἡμᾶς λέγοι ἄρχοντας τῶν ζώων, ἐπεὶ ἡμεῖς τὰ ἄλλα ζῷα θηρῶμέν τε καὶ δαινύμεθα· φήσομεν ὅτι οὐχὶ μᾶλλον ἡμεῖς δι' ἐκεῖνα γεγόναμεν, ἐπεὶ ἐκεῖνα θηρᾶται ἡμᾶς καὶ ἐσθίει· ἀλλὰ καὶ ἡμῖν μὲν ἀρκύων καὶ ὅπλων δεῖ, καὶ ἀνθρώπων πλειόνων βοηθῶν, καὶ κυνῶν, κατὰ τῶν θηρευομένων· ἐκείνοις δ' αὐτίκα καὶ καθ' αὑτὰ ἡ φύσις ὅπλα δέδωκεν, εὐχερῶς ἡμᾶς ὑπάγουσα ἐκείνοις." καὶ ἐνταῦθα δὲ ὁρᾷς, τίνα τρόπον ἡ σύνεσις μέγα βοήθημα ἡμῖν δέδοται, καὶ παντὸς ὅπλου κρεῖττον, οὗ δοκεῖ ἔχειν τὰ θηρία. ἡμεῖς γοῦν οἱ πολλῷ τῷ σώματι τῶν ζώων ἀσθενέστεροι, τινῶν δὲ καὶ εἰς ὑπερβολὴν βραχύτεροι, κρατοῦμεν διὰ τὴν σύνεσιν τῶν θηρίων, καὶ τοὺς τηλικούτους ἐλέφαντας θηρεύομεν, τὰ μὲν πεφυκότα τιθασεύεσθαι, ὑποτάσσοντες τῇ ἡμετέρᾳ ἡμερότητι· κατὰ δὲ τῶν μὴ πεφυκότων, ἢ μὴ δοκούντων ἡμῖν χρείαν παρέχειν ἐκ τῆς τιθασείας, οὕτω μετὰ τῆς ἡμετέρας ἱστάμεθα ἀσφαλείας, ὥστε, ὅτε μὲν βουλόμεθα, ἔχομεν τὰ τηλικαῦτα θηρία κατακεκλεισμένα· ὅτε δὲ χρῄζομεν τροφῆς τῆς ἀπὸ τῶν σωμάτων αὐτῶν, οὕτως αὐτὰ ἀναιροῦμεν, ὡς καὶ τὰ μὴ ἄγρια τῶν ζώων. δοῦλα οὖν πάντα τοῦ λογικοῦ ζώου καὶ τῆς φυσικῆς αὐτοῦ συνέσεως κατεσκεύασεν ὁ δημιουργός. καὶ εἰς ἄλλα μὲν κυνῶν χρῄζομεν, φέρ' εἰπεῖν, εἰς φυλακὴν ποιμνίων, ἢ βουκολίων, ἢ αἰπολίων, ἢ οἰκιῶν· εἰς ἄλλα δὲ βοῶν, ὡς εἰς γεωργίας· εἰς ἄλλα δ' ὑποζυγίοις χρώμεθα, ἢ ἀχθοφόροις. οὕτως εἰς γυμνάσια τῶν τῆς ἀνδρείας ἐν ἡμῖν σπερμάτων δεδόσθαι ἡμῖν λέγεται τὸ λεόντων, καὶ ἄρκτων, παρδάλεών τε καὶ συῶν, καὶ τὸ τῶν τοιούτων γένος. Εἶτα λέγει πρὸς τὸ τῶν αἰσθανομένων τῆς ἑαυτῶν ὑπεροχῆς ἀνθρώπων γένος, ἣν ὑπερέχει τῶν ἀλόγων ζώων, "ὅτι πρὸς ὃ ὑμεῖς φατε ὡς ὁ Θεὸς ὑμῖν δέδωκεν * αἱρεῖν τὰ θηρία δύνασθαι, καὶ καταχρῆσθαι· ἐροῦμεν ὅτι (ὡς εἰκὸς) πρὶν πόλεις εἶναι καὶ τέχνας, καὶ τοιαύτας

Athen. & Cl. Alex. Str. v. ὁ ἐπὶ τῆς σκηνῆς φιλόσοφος Εὐριπίδης.

De mutua hominum et ferarum cæde & victoria

* εὑρεῖν

“ αὐτὰς ἐπιμιξίας, καὶ ὅπλα καὶ δίκτυα, ἄνθρω-“ ποι μὲν ὑπὸ θηρίων ἡρπάζοντο καὶ ἠσθίοντο, “ θηρία δὲ ὑπ᾽ ἀνθρώπων ἥκιστα ἡλίσκετο. ὅρα δὲ πρὸς ταῦτα, ὅτι εἰ καὶ αἱροῦσιν ἄνθρωποι θηρία, καὶ θηρία ἀνθρώπους ἁρπάζει· πολλή ἐστι διαφορὰ τῶν συνέσει κρατούντων παρὰ τὰ ἀγριότητι καὶ ὠμότητι περιγινόμενα τῶν οὐ χρωμένων τῇ συνέσει, πρὸς τὸ μηδὲν ὑπὸ θηρίων παθεῖν. τὸ δὲ πρὶν πόλεις εἶναι καὶ τέχνας καὶ τοιαύτας ἐπιμιξίας, ἐπιλελησμένου οἶμαι εἶναι ὧν ἀνωτέρω προεῖπεν· “ ὡς ἀγενήτου ὄντος “ τοῦ κόσμου, καὶ ἀφθάρτου, καὶ μόνων τῶν ἐπὶ γῆς “ κατακλυσμοὺς καὶ ἐκπυρώσεις παθόντων, καὶ “ οὐ πάντων ἅμα τούτοις περιπεσόντων. ὡς οὐκ ἔστιν οὖν τοῖς ἀγένητον ὑφισταμένοις τὸν κόσμον, ἀρχὴν αὐτοῦ εἰπεῖν· οὕτως οὐδὲ χρόνον, ὅτε οὐδαμῶς ἦσαν πόλεις, οὐδὲ τέχναι πω εὕρηντο. ἀλλ᾽ ἔστω καὶ ταῦτα ἡμῖν μὲν συνᾴδοντας αὐτῷ συγχωρεῖν, αὐτοῦ δὲ καὶ τοῖς ἀνωτέρω ὑπ᾽ αὐτοῦ λελεγμένοις οὐκέτι. τί οὖν τοῦτο πρὸς τὸ πάντως κατ᾽ ἀρχὰς τοὺς μὲν ἀνθρώπους ὑπὸ θηρίων ἁρπάζεσθαι καὶ ἐσθίεσθαι, μηκέτι δὲ καὶ τὰ θηρία ὑπ᾽ ἀνθρώπων ἁλίσκεσθαι; εἴπερ γὰρ κατὰ πρόνοιαν ὁ κόσμος γεγένηται, καὶ Θεὸς ἐφέστηκε τοῖς ὅλοις· ἀναγκαῖον ἦν τὰ ζώπυρα τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων ἀρξάμενα ὑπό τινα γεγονέναι φρουρὰν τὴν ἀπὸ κρειττόνων, ὥστε κατ᾽ ἀρχὰς ἐπιμιξίαν γεγονέναι τῆς θείας φύσεως πρὸς τοὺς ἀνθρώπους. ἅπερ καὶ ὁ Ἀσκραῖος ποιητὴς ἐννοῶν εἶπε,

Ξυναὶ γὰρ τότε δαῖτες ἔσαν, ξυνοὶ δὲ * θόωκοι,
Ἀθανάτοισι θεοῖσι καταθνητοῖς τ᾽ ἀνθρώποις.

* θῶκοι.

καὶ ὁ θεῖος δὲ κατὰ Μωϋσέα λόγος εἰσήγαγε τοὺς πρώτους ἀκούοντας θειοτέρας φωνῆς, καὶ χρησμοὺς ὁρῶντας, ἔσθ᾽ ὅτε ἀγγέλων Θεοῦ ἐπιδημίας γεγενημένας πρὸς αὐτούς. καὶ γὰρ εἰκὸς ἐν ἀρχῇ τοῦ κόσμου ἐπὶ πλεῖον βεβοηθῆσθαι * τὴν ἀνθρώπων φύσιν, ἕως, προκοπῆς γενομένης εἰς σύνεσιν, καὶ τὰς λοιπὰς ἀρετὰς, καὶ τὴν εὕρεσιν τῶν τεχνῶν, δυνηθῶσι καὶ καθ᾽ ἑαυτοὺς ζῆν, οὐ χρῄζοντες ἀεὶ ἐπιτροπευόντων, καὶ οἰκονομούντων αὐτοὺς μετὰ παραδόξου ἐπιφανείας τῶν ὑπηρετουμένων τῷ τοῦ Θεοῦ βουλήματι. ἀκόλουθον δὲ τούτοις τὸ, ψεῦδος εἶναι ὅτι κατ᾽ ἀρχὰς ἄνθρωποι μὲν ὑπὸ θηρίων ἡρπάζοντο, καὶ ἠσθίοντο, θηρία δ᾽ ὑπ᾽ ἀνθρώπων ἥκιστα ἡλίσκετο. ἐκ δὴ τούτων φανερὸν, ὅτι ψεῦδος καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ Κέλσου οὕτως λεγόμενον, “ ὥστε ταύτῃ “ γε ὁ Θεὸς τοὺς ἀνθρώπους μᾶλλον τοῖς θη-“ ρίοις ὑπέβαλε. οὐ γὰρ ὑπέβαλε τοὺς ἀνθρώπους τοῖς θηρίοις ὁ Θεὸς, ἀλλὰ τῇ συνέσει τῶν ἀνθρώπων ἁλωτὰ δέδωκεν εἶναι τὰ θηρία, καὶ ταῖς ἀπὸ συνέσεως ὑφισταμέναις κατ᾽ ἐκείνων τέχναις. οὐ γὰρ ἀθεεὶ ἐμηχανήσαντο σωτηρίαν αὑτοῖς οἱ ἄνθρωποι ἀπὸ τῶν θηρίων, καὶ τὴν κατ᾽ ἐκείνων ἐπικράτειαν. οὐχ ὁρᾷ δ᾽ ὁ γενναῖος, ὅσων φιλοσόφων τὴν πρόνοιαν εἰσα-

* τὴν δ᾽ ἀνθρ.

Philocal. c. 20.

inventas, caſſéſque & inſtrumenta venationis cetera, homines ſæpenumerò correptos ac devoratos à beſtiis, non feras capi ſolitas eſſe ab hominibus. Sed vide, quòd quamvis mutuum ſit inter feras homineſque capi & capere, intereſt tamen permultum ratione vincantur an violentiâ. Ceterùm quod ait, *ante urbes conditas, & cœtus hominum unà degentium, inventionémque artium*, oblitum opinor quòd ſupra dixerat *ingenitum mundum, & incorruptibilem, & quòd ea ſola quæ in terra eſſent inundationes & incendia paterentur, nec omnia ſimul in has inciderint calamitates.* Itaque ſicut non poſſunt aſſertores ingeniti mundi principium ejus oſtendere, ſic neque tempus quo nec urbes fuerint, nec artes etiam tum inventæ ſint. Sed eſto conſentiamus hîc cum eo, cùm tamen ipſe à ſe deſſentiat, non ſtatim evincet fuiſſe olim tempus, quo homines à feris arriperentur, non contrà feræ ab hominibus. Nam, cùm per providentiam mundus factus ſit, neceſſe eſt ſeminaria humani generis fuiſſe mox ab initio ſub præſidio naturæ alicujus potioris, & jam tum præſentem fuiſſe Deum hominibus: id quod & Aſcræus poeta intelligens dixit,

Communes epulas mixtáque ſedilia divis
Ponebant homines.

Sacra quoque Scriptura apud Moſem inducit priſcos illos homines audientes divinæ vocis oracula, & videntes interdum ad ſe venire angelos hoſpites. Par enim erat, ut initio mundi magis adjuvaretur humana natura, donec intellectu ad virtutes artéſque proficeret, quibus inventis per ſe vitam poſſent tueri, nè ſemper egerent curatoribus miraculosè ad miniſteria ſua juſſu Dei ventitantibus. Unde conſequitur falſi eſſe, qui credunt olim homines à feris devorari ſolere: ipſos verò per id ſeculum nullas ferarum capturas facere. Et hinc apparet non eſſe verum quod Celſus ait, *quòd hâc parte hominem potiùs beſtiis ſubjecit Deus*: non enim ſubjecit feris hominem, ſed rationem homini dedit, artéſque, quibus in poteſtatem ſuam eas poſſet redigere: nam non ſine divina ope homines excogitaverunt, quomodo incolumitatem ſuam à beſtiarum immanitate tutam facerent, uſurparéntque in eas imperium. At iſte vir egregius, non animadvertens quàm multi

multi philoſophi aſſerant providentiam, dicántque propter rationalem naturam facta omnia, quantum in ſe eſt, unà cum optimis Chriſtianorum placitis tollit etiam conſenſum eorum cum philoſophis, nec videt quàm magnum ſit pietatis impedimentum, ſi admittatur formicas & apes nihilominus cordi eſſe Deo quàm homines: *quia, inquit, ſi hoc nomine antecſtare brutis videantur homines, quia conditis urbibus ſocialiter inter ſe degant, & per magiſtratus adminiſtrent reſpublicas: hoc nihil ad rem faciat, nam idem in formicis ſpectari & apibus. Certè apibus ſuos reges eſſe regiis cultos obſequiis, quorum ductu prælientur, vincant, & profligatas ejiciant: eſſe etiam civitates & pomœria, viceſque operum, judicia denique ac pœnas ignavis; nam fucos ab his trucidari aut abigi.* Sed nè hìc quidem videt quantum interſit inter rationis opera & naturæ ſolius: quorum cauſa eſt non ulla ratio (nullam enim habent animantes quæ hæc faciunt) ſed antiquus ille Dei quidem filius, rerum autem univerſitatis rex, naturam irrationalem condidit, adjutantem ſine ratione hæc, quibus non eſt dignatus rationem indere. Itaque civitates hominum multis conſtant legum præſcriptis, multis artibus: reſpublicæ autem & imperia, & poteſtates inter homines, ſic appellantur propriè honeſti habitus & actiones, vel, ut nunc vulgus nominat, quæ ad illarum, quoad fieri poteſt, imitationem finguntur; in illas enim intuentes qui leges tulerunt optimas, reipublicæ formas & magiſtratus & poteſtates conſtituerunt. Quale nihil inter bruta invenias, quantumvis Celſus nomina, quæ non niſi rationalibus conveniunt, attribuat brutis, civitates, reſpublicas, magiſtratus, poteſtates ad formicas & apes inferens: quorum nihil in formicas aut apes cadit, cùm ratione careant, & proinde nihil rationis ductu faciant. Sed potiùs admiranda eſt Dei benignitas uſque ad bruta ſe extendens, in tantum, ut exemplo eſſe poſſint hominibus, eiſque pudorem incutere; quò animadvertentes formicas magis, fiant induſtrii minúſque prodigi: apes item conſiderando diſcant parere magiſtratibus, & ad publicam incolumitatem conſervandam diſpenſare inter cives functiones & operas: fortaſſis etiam earum bella docent nos juſtè bellum gerere, ſi res ità poſtulet. Nec civitates & pomœria habent, ſed alvearia ſexangula, melliſiciaque, quibus per vices operantur in

γόντων, καὶ διὰ τὰ λογικὰ πάντα ποιεῖν αὐτὸν λεγόντων, συναναιρεῖ (τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ) χρήσιμα δόγματα τῇ Χριστιανῶν κατὰ ταῦτα πρὸς φιλοσοφίαν συμφωνίᾳ· οὐδ' ὁρᾷ πηλίκη βλάβη κωλυτικὴ γίνεται εὐσεβείας ἐκ τοῦ παραδέξασθαι, ὅτι οὐδὲν μυρμήκων ἢ μελισσῶν διαφέρει ὁ ἄνθρωπος παρὰ τῷ Θεῷ. φησὶν [δὲ] "ὅτι εἰ διὰ τοῦθ' οἱ ἄνθρωποι διαφέρειν δοκοῦσι τῶν ἀλόγων, ἐπεὶ πόλεις * ᾤκησαν, καὶ χρῶνται πολιτείᾳ, καὶ ἀρχαῖς, καὶ ἡγεμονίαις· τοῦτ' οὐδὲν πρὸς ἔπος ἐστί, καὶ γὰρ οἱ μύρμηκες καὶ αἱ μέλισσαι*. μελίσσαις γοῦν ἐστιν ἡγεμών, ἔστι δ' ἀκολουθία τε καὶ θεραπεία, καὶ πόλεμοι, καὶ νῖκαι, καὶ τῶν ἡττηθέντων αἱρέσεις, καὶ πόλεις, καὶ προπόλεις γε, καὶ ἔργων διαδοχαί, καὶ δίκαι κατὰ τῶν ἀργῶν τε καὶ πονηρῶν· τοὺς γοῦν κηφῆνας ἀπελαύνουσί τε καὶ κολάζουσιν." Οὐδ' ἐν τούτοις δὲ ἑώρακε, τίνι διαφέρει τὰ ἀπὸ λόγου καὶ λογισμοῦ ἐπιτελούμενα τῶν ἀπ' ἀλόγου φύσεως καὶ κατασκευῆς ψιλῆς γινομένων. ὧν τὴν αἰτίαν οὐδεὶς μὲν ἐνυπάρχων τοῖς ποιοῦσι λόγος ἀναδέχεται (οὐδὲ γὰρ ἔχουσιν αὐτόν) ὁ πρεσβύτατος δὲ [καὶ] υἱὸς μὲν τοῦ Θεοῦ, πάντων δὲ τῶν ὑποκειμένων βασιλεύς, φύσιν ἄλογον πεποίηκε, βοηθοῦσαν ὡς ἄλογον τοῖς οὐκ ἀξιωθεῖσι λόγου. πόλεις οὖν παρ' ἀνθρώποις μετὰ πολλῶν ὑπέστησαν τεχνῶν καὶ διατάξεως νόμων· πολιτεῖαι δέ, καὶ ἀρχαί, καὶ ἡγεμονίαι ἐν ἀνθρώποις ἤτοι αἱ κυρίως εἰσὶν οὕτω καλούμεναι, σπουδαῖαί τινες ἕξεις καὶ ἐνέργειαι, ἢ καὶ αἱ καταχρηστικώτερον οὕτως ὀνομαζόμεναι πρὸς τὴν, κατὰ τὸ δυνατόν, ἐκείνων μίμησιν· ἐκείναις γὰρ ἐνορῶντες οἱ ἐπιτετευγμένως νομοθετήσαντες καὶ * συνεστήσαντο τὰς ἀρίστας πολιτείας, καὶ τὰς ἀρχάς, καὶ τὰς ἡγεμονίας. ὧν οὐδὲν ἐν τοῖς ἀλόγοις ἐστὶν εὑρεῖν· κἂν ὁ Κέλσος τὰ λογικὰ * ὀνόματα, καὶ ἐπὶ λογικῶν τεταγμένα, πόλιν, καὶ πολιτείας, καὶ ἀρχάς, καὶ ἡγεμονίας, ἀναφέρῃ καὶ ἐπὶ μύρμηκας καὶ μελίσσας· ἐφ' οἷς οὐδαμῶς μὲν τοὺς μύρμηκας, ἢ τὰς μελίσσας ἀποδεκτέον, οὐ γὰρ σὺν λογισμῷ ποιοῦσι. τὴν θείαν δὲ φύσιν θαυμαστέον, μέχρι τῶν ἀλόγων ἐκτείνασαν τὸ οἱονεὶ πρὸς τὰ λογικὰ μίμημα. τάχα πρὸς δυσωπίαν τῶν λογικῶν· ἵν' ἐνορῶντες μύρμηξιν ἐργατικώτεροι γίνωνται, καὶ ταμιευτικώτεροι τῶν ἑαυτοῖς χρησίμων· κατανοοῦντές τε μελίσσας πείθωνται μὲν ἡγεμονίαις, διαιρῶνται δὲ τὰ χρήσιμα τῆς πολιτείας ἔργα πρὸς σωτηρίαν τῶν πόλεων. τάχα δὲ καὶ οἱ οἱονεὶ πόλεμοι τῶν μελισσῶν, διδασκαλία ἔγκειται πρὸς τὸ δικαίους καὶ τεταγμένους πολέμους, εἴ ποτε δέοι, γίνεσθαι ἐν ἀνθρώποις. καὶ οὐ πόλις μὲν καὶ προπόλεις ἐν μελίσσαις· ἀλλ' οἱ * σίμβλοι, καὶ τὰ ἑξάγωνα, καὶ τῶν μελισσῶν ἔργα, καὶ ἡ παρ' ἐκείναις διαδοχὴ ὑπ-

De hominum ſocietate cum formicarum [illegible] falsa

* ᾤκισαν.

* λείπει ἴσ. ταὐτὸν ποιοῦσι.

* συνέστησαν.

* νοήματα.

* σίμβλοι.

τῶν, διὰ τοὺς ἀνθρώπους εἰς πολλὰ τοῦ μέλιτος χρῄζοντας, θεραπείας τε σωμάτων πεπονηκότων, καὶ τροφὴν καθάρειον. οὐ παραβλητέον δὲ τὰ τῶν κηφήνων, ὑπὸ τῶν μελισσῶν ἐπιτελούμενα, ταῖς κατὰ τῶν ἀργῶν ἐν ταῖς πόλεσι καὶ πονηρῶν δίκαις, καὶ ταῖς κατ' αὐτῶν κολάσεσιν. ἀλλ', ὡς προεῖπον, τὴν μὲν θείαν φύσιν ἐν τούτοις θαυμαστέον· τὸν δ' ἄνθρωπον, ἐπιλογίσασθαι τὰ περὶ πάντων δυνάμενον, καὶ κοσμῆσαι τὰ πάντων (ἅτε συνεργοῦντα τῇ προνοίᾳ) ἀποδεκτέον· καὶ οὐ μόνης προνοίας Θεοῦ ἔργα ἐπιτελοῦντα, ἀλλὰ καὶ τῆς ἑαυτοῦ. Εἰπὼν δὲ ὁ Κέλσος περὶ τῶν μελισσῶν, ἵνα (τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ) ἐξευτελίσῃ * ἡμᾶς οὐ Χριστιανῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντων ἀνθρώπων τὰς πόλεις, καὶ τὰς πολιτείας, καὶ τὰς ἀρχάς, καὶ τὰς ἡγεμονίας, καὶ τοὺς ὑπὲρ τῶν πατρίδων πολέμους, ἑξῆς ἐπιφέρει, διεξιὼν μυρμήκων ἐγκώμιον· ὅπως τῷ περὶ ἐκείνων ἐγκωμίῳ τὸ τῶν ἀνθρώπων οἰκονομικὸν περὶ τὴν τροφὴν * παραβάλῃ τῷ λόγῳ πρὸς τοὺς μύρμηκας· καὶ τὸ τῶν χειμαδίων προνοητικὸν καταρρίψῃ, ὡς οὐδὲν πλέον ἔχον τῆς ἀλόγου τῶν μυρμήκων ἐν οἷς ἐκεῖνος νομίζει προνοίας. τίνα δ' οὐκ ἂν τῶν ἁπλουστέρων ἀνθρώπων, καὶ οὐκ ἐπισταμένων ἐνορᾶν τῇ φύσει πάντων πραγμάτων, * ἀποτρέψαιτο, τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, ὁ Κέλσος ἀπὸ τοῦ βαρυνομένοις ὑπὸ φορτίων βοηθεῖν, καὶ κοινωνεῖν ἐκείνοις τῶν καμάτων, λέγων περὶ μυρμήκων, "ὡς ἂν "ἀλλήλοις τῶν φορτίων, ἐπειδάν τινα κάμνοντα "ἴδωσιν, ἐπιλαμβάνονται; Ἐρεῖ γὰρ ὁ δεόμενος τῆς διὰ λόγου παιδεύσεως, καὶ μηδαμῶς ἐπαΐων αὐτῆς, Ἐπεὶ τοίνυν μηδὲν διαφέρομεν μυρμήκων καὶ ὅτε τοῖς κάμνουσι διὰ τὸ φέρειν βαρύτατα φορτία βοηθοῦμεν· τί μάτην τὸ τοιοῦτο ποιοῦμεν; καὶ οἱ μὲν μύρμηκες, ἅτε ἄλογα ζῶα τυγχάνοντες, οὐκ ἂν ἐπαρθεῖεν πρὸς τὸ μέγα φρονῆσαι, διὰ τὸ * παραβάλλεσθαι ἀνθρώποις τὰ ἔργα αὐτῶν· οἱ δ' ἄνθρωποι διὰ τὸν λόγον ἀκοῦσαι δυνηθέντες τίνα τρόπον εὐτελίζεται αὐτῶν τὸ κοινωνικόν, βλαβεῖεν ἄν, τὸ ὅσον ἐπὶ τῷ Κέλσῳ, καὶ τοῖς λόγοις αὐτοῦ, οὐκ ἰδόντι, ὅτι Χριστιανισμοῦ ἀποτρέψαι θέλων τοὺς ἐντυγχάνοντας αὐτοῦ τῇ γραφῇ, ἀποτρέπει καὶ τῶν οὐ Χριστιανῶν τὸ πρὸς τοὺς φέροντας τὰ βαρύτατα τῶν φορτίων συμπαθές. ἐχρῆν δ' αὐτόν, εἴπερ ἦν κἂν φιλόσοφος, αἰσθανόμενος τοῦ κοινωνικοῦ, πρὸς τῷ μὴ συναναιρεῖν τοῖς Χριστιανισμοῦ τὰ χρήσιμα τῶν ἐν ἀνθρώποις, καὶ συνεργεῖν (εἰ οἷόν τ' ἦν) τοῖς κοινοῖς ἐν Χριστιανισμῷ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους καλοῖς. εἰ δὲ καὶ τῶν ἀποτεθειμένων καρπῶν τοὺς ἐκφύοντας ἀποκόπτουσιν οἱ μύρμηκες, ἵνα μὴ ἀναφύωνται, μένωσι δὲ δι' ἔτους αὐτοῖς εἰς τροφήν· οὐ λογισμὸν τὸν ἐν μύρμηξι τούτων αἴτιον ὑπονοητέον, ἀλλὰ τὴν παμμήτορα φύσιν, καὶ τὰ ἄλογα κοσμήσασαν, ὡς μηδὲ τὸ ἐλάχιστον καταλιπεῖν, μηδαμῶς φέρον ἴχνος τοῦ ἀπὸ τῆς φύσεως λόγου.

De formicarum & irrationalium ſolertia.

* ἡμῶν.

* καταβάλῃ.

* ἀποτρέψαι.

* παραβάλλεσθαι.

varios uſus hominum, tam in cibis mundioribus quàm in remediis. Sic neque animadverſiones earum in fucos conferendæ ſunt judiciis & pœnis, ignavos ac malos in civitate coercentibus: ſed, ut jam dixi, miranda eſt natura in talibus; homo verò contemplator omnium & moderator exiſtimandus eſt miniſter providentiæ, ut non divinæ tantùm, ſed ſuæ quoq; providentiæ ſubſerviens. Poſthæc Celſus, quò magis non Chriſtianos modò, ſed univerſum humanum genus, cum ſuis civitatibus, rebuspublicis, magiſtratibus, principatibus, cum bellis etiam pro patria gerendis extenuet, ab apibus tranſit ad laudationem formicarum, & jactat ſolertiam earum venturæ hyemi maturè proſpicientium, quaſi nihil ſit præſtantius hâc irrationali providentiâ, ſi tamen meritò eam ipſe dignatur hoc nomine. Quem autem ſimplicium, & naturam negotiorum neſcientium introſpicere, non averteret Celſus, quantum in ſe eſt, à ſublevandis preſſis onere, & laboris parte ſubeunda, quando *de formicis* dicit, *quòd aliæ aliis ſub onere feſſis ſuccurrant?* Is enim, qui rationis diſciplinâ minimè informatus eſt, nec unquam eam audivit, dicet, Si dum ſublevamus feſſos ſub onere, nihilo meliores formicis ſumus, quid laboramus incaſsúm? Et formicæ quidem, ut brutæ, nihilo magnificentiùs de ſeipſis ſentirent, quòd humanæ conferatur earum induſtria: ceterùm homines ratione prædîti, audientes quo pacto vilipendatur eorum paratus ad communicandos labores animus, facilè offenderentur à Celſo ejúſque ſermonibus, non vidente, quòd dum ſuis ſcriptis lectores alienare conatur à Chriſtiana religione, etiam non Chriſtianos alienat ab affectu ſuccurrendi miſerrimè ſub ſarcina laborantibus. Qui, ſi fuiſſet philoſophus, debuerat ſociali jure à natura hominibus inſito tangi, & ad imitationem Chriſtianorum non detrectare vitæ munia, ac pro ſua virili patrocinari eorum virtutibus, præſertim iis quas communes habent cum aliis. Quòd verò fruges arroſas condunt, nè rurſus enaſcantur, ſed per annum alimento ſint; non ratiocinationem formicarum in cauſa debemus credere, ſed almam matrem naturam bruta quoque ſic ornantem, ut etiam minimis addat ſua quædam ingenia.

Niſi fortè Celſus per hæc ſubindicat (ſicut plerumque Platonem ſequitur) unam eſſe omnium animarum ſpeciem, nec differre ab humana formicæ apiſve animam: quod quidem eſt deducentis animam à cœli convexis, non ſolùm in humana, verùm etiam reliquorum animalium corpora. Id verò Chriſtianis non fit veriſimile, quibus perſuaſum eſt hominis animam factam ad imaginem Dei, eſſéque impoſſibile, ut ejus imaginis lineamenta ſemel impreſſa unquam in totum omnino deleantur ex anima, & alia ſuccedant neſcio quàm aliam imaginem referentia in brutis factam. Quoniam verò & *defunctis formicis vivas ait proprium quendam locum ſecernere, illúmque his eſſe monumenta patria*: dicendum, quòd quantò pluribus bruta ornat laudibus, tantò magis, velit nolit, extollit opus conditoris & ornatoris rerum omnium: indicátque quanta ſit hominum dexteritas, quæ in brutis etiam ornare ratione dona naturæ valeat; quamvis Celſus ea nè bruta quidem exiſtimet, quæ communi omnium ſenſu rationis expertia nominantur: itaque nec formicas inter bruta cenſet iſte, qui ſe pollicetur dicturum de tota rerum natura, & veracitatem jactat mox in libri ſui titulo; nam & colloqui eas inter ſe affirmat, dicens, *Adhæc in occurſu colloquuntur, quo fit ut non aberrent à via: ergò perfectè rationales ſunt, ut ſenſu communi & voce ſignificativâ quorumlibet præditæ*: nam voce ſignificandi vim habente peraguntur colloquia, renunciante quicquid ſors tulit, quæ quidem formicis tribuere annon perridiculum fuerit? Nec pudet eum ineptiſſima ſua dogmata etiam poſteris prodentem, ſic hunc de formicis ſermonem claudere, *Age, ſi quis è cœlo in terram deſpiciat, quid ei videbitur intereſſe inter noſtros labores, & formicarum, aut apium?* ſed proſpector hic Celſi è cœlo perluſtrans oculis quæ homines & formicæ faciunt, num ſola corpora utrorumque inſpicit, non item ingenium ratiocinatione motum, cùm è diverſo hujus expertes formicæ feruntur quocunque rapit eas naturalis quædam imaginatio? Atqui abſurdum fuerit eum, qui è tam longinquo, à cœlo uſque ad terram, dignetur inſpicere in hominum & formicarum corpora; non multò magis ſpectare naturas quibus ducuntur, &

εἰ μὴ ἄρα διὰ τούτων λεληθότως βούλεται ὁ Κέλσος (καὶ γὰρ ἐν πολλοῖς Πλατωνίζειν θέλει) ὁμοειδῆ εἶναι πᾶσαν ψυχὴν, καὶ μηδὲν διαφέρειν τὴν τοῦ ἀνθρώπου τῆς τῶν μυρμήκων καὶ τῶν μελισσῶν· ὅπερ κατάγοντός ἐστι τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῶν ἁψίδων τοῦ οὐρανοῦ, οὐκ ἐπὶ τὸ ἀνθρώπινον σῶμα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τὰ λοιπά. τούτοις δ' οὐ πείσονται Χριστιανοὶ, προκατειληφότες τὸ κατ' εἰκόνα γεγενῆσθαι Θεοῦ τὴν ἀνθρωπίνην ψυχήν· καὶ [ἔσω] ὁρῶντες, ὅτι ἀμήχανόν ἐστι τὴν κατ' εἰκόνα Θεοῦ δεδημιουργημένην φύσιν πάντη ἀπαλεῖψαι τοὺς χαρακτῆρας αὐτῆς, καὶ ἄλλους ἀναλαβεῖν οὐκ οἶδα κατ' εἰκόνας τινῶν * γεγενημένους ἐν τοῖς ἀλόγοις. Ἐπειδὴ καὶ "τοῖς ἀποθνήσκουσι μύρμηξί φησι τοὺς ζῶντας ἴδιόν τι ἀποκρίνειν χωρίον, κἀκεῖνο αὐτοῖς εἶναι πάτρια μνήματα"· λεκτέον, ὅτι ὅσῳ πλείονα λέγει τῶν ἀλόγων ζώων ἐγκώμια, τοσούτῳ πλεῖον (κἂν μὴ θέλῃ) αὔξει τὸ τοῦ πάντα κοσμήσαντος λόγου ἔργον· καὶ δείκνυσι τὴν ἐν ἀνθρώποις ἐντρέχειαν, δυναμένην κοσμεῖν τῷ λόγῳ καὶ τὰ πλεονεκτήματα τῆς φύσεως τῶν ἀλόγων· ἐπεὶ Κέλσῳ δοκεῖ μηδ' ἄλογα εἶναι τὰ κατὰ τὰς κοινὰς πάντων ἐννοίας ἄλογα καλούμενα. οὐδὲ τοὺς μύρμηκας γοῦν οἴεται εἶναι ἀλόγους, ὁ περὶ τῆς ὅλης φύσεως ἐπαγγειλάμενος λέγειν, καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐν τῇ ἐπιγραφῇ τοῦ βιβλίου αὐχήσας· φησὶ γὰρ περὶ τῶν μυρμήκων ὡς διαλεγομένων ἀλλήλοις τοιαῦτα, "Καὶ μὲν δὴ καὶ * ἀπαντῶντες ἀλλήλοις διαλέγονται, ὅθεν οὐδὲ τῶν ὁδῶν ἁμαρτάνουσιν· οὐκοῦν καὶ λόγου συμπλήρωσίς ἐστι παρ' αὐτοῖς, καὶ κοιναὶ ἔννοιαι καθολικῶν τινῶν, καὶ φωνὴ, καὶ τυγχάνοντα, καὶ σημαινόμενα." τὸ γὰρ διαλέγεσθαί τινα πρὸς ἕτερον, ἐν φωνῇ γίνεται δηλούσῃ τι σημαινόμενον, πολλάκις δὲ καὶ περὶ τῶν καλουμένων τυγχανόντων ἀπαγγελλούσῃ· ἅπερ καὶ ἐν μύρμηξι λέγειν εἶναι, πῶς οὐ πάντων ἂν εἴη καταγελαστότατον; καὶ οὐκ αἰδεῖταί γε ἐπιφέρων τούτοις, ἵνα καὶ τοῖς μετ' αὐτὸν ἐσομένοις ἐπιδεικνύηται τὴν τῶν δογμάτων * ἑαυτοῦ ἀσχημοσύνην, λέγων, "φέρ' οὖν, εἴ τις ἀπ' οὐρανοῦ ἐπὶ τὴν γῆν ἐπιβλέποι, τί ἂν δόξαι διαφέρειν τὰ ὑφ' ἡμῶν, ἢ τὰ ὑπὸ μυρμήκων καὶ μελισσῶν δρώμενα;" ὁ ἀπ' οὐρανοῦ δὴ ἐπὶ γῆν κατὰ τὴν ὑπόθεσιν αὐτοῦ βλέπων τὰ δρώμενα ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὰ ὑπὸ τῶν μυρμήκων γινόμενα, πότερον ἐφορᾷ μὲν ἀνθρώπων καὶ μυρμήκων σώμασιν, οὐ κατανοεῖ δὲ τὸ λογικὸν, ἡγεμονικὸν, καὶ λογισμῷ κινούμενον; πάλιν τε αὖ τὸ ἄλογον [ἡγεμονικὸν] καὶ ὑπὸ ὁρμῆς καὶ φαντασίας ἀλόγως κινούμενον, μετά τινος φυσικῆς ὑποκατασκευῆς; ἀλλ' ἄτοπον μὲν, ἀπ' οὐρανοῦ βλέποντα ἐπὶ * γῆς, ἐφορᾶν μὲν θέλειν σώμασιν ἀνθρώπων καὶ μυρμήκων, ἀπὸ τοσούτου διαστήματος· μὴ πολὺ δὲ μᾶλλον βλέπειν ἡγεμονικῶν φύσεις, καὶ πη-

Hominis anima ad imaginem Dei facta

* γεγενημένων.

* διαπαντῶντες.

* αὐτοῦ.

* γῆν.

τὴν ὁρμῶν λογικὴν ἢ ἄλογον. εἰ δ' ἅπαξ βλέπει τὴν πασῶν ὁρμῶν πηγὴν· δῆλον ὅτι καὶ τὴν διαφορὰν ἴδοι ἂν, καὶ τὴν ὑπεροχὴν τοῦ ἀνθρώπου, οὐ μόνον παρὰ τοὺς μύρμηκας, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοὺς ἐλέφαντας. ὁ γὰρ βλέπων ἀπ' οὐρανοῦ, ἐν μὲν τοῖς ἀλόγοις, κἂν μεγάλα * ἦν αὐτῶν τὰ σώματα, οὐκ ἄλλην ὄψεται ἀρχὴν, ἢ τὴν (ἵν' οὕτως ὀνομάσω) ἀλογίαν· ἐν δὲ τοῖς λογικοῖς, λόγον τὸν κοινὸν ἀνθρώπων πρὸς τὰ θεῖα καὶ ἐπουράνια, τάχα δὲ καὶ αὐτὸν τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν, δι' ὃν κατ' εἰκόνα γεγονέναι ὠνόμασται τοῦ Θεοῦ· εἰκὼν γὰρ τοῦ ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ ὁ λόγος ἐστὶν αὐτοῦ. Ἑξῆς δὲ τούτοις ὥσπερεὶ ἐπὶ πλειόνων καταβιβάσαι ἀγωνιζόμενος τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, καὶ ἐξομοιῶσαι τοῖς ἀλόγοις, καὶ μηδὲν ὅ, τι καταλιπεῖν θέλων τῶν ἐν τοῖς ἀλόγοις ἱστορουμένων, ἐμφαινόντων τὸ μεῖζον· "καὶ τὰ τῆς γοητείας φησὶν εἶναι καὶ ἔν τισι τῶν "ἀλόγων (ὡς μηδ' ἐπὶ τούτῳ τοὺς ἀνθρώπους σεμνύνεσθαι, μηδὲ θέλειν ἔχειν τὴν πρὸς τὰ ἄλογα ὑπεροχὴν) καί φησι ταῦτα, "Εἰ "δέ τι καὶ γοητείᾳ σεμνύνουσιν ἄνθρωποι, ἀλλ' ἤδη "καὶ κατὰ τοῦτο σοφώτεροι ὄφεις καὶ ἀετοί· πολλὰ "γοῦν ἴσασιν ἀλεξιφάρμακα καὶ ἀλεξίκακα, καὶ "δὴ καὶ λίθων τινῶν δυνάμεις, ἐπὶ σωτηρίᾳ "τῶν νεοττῶν. οἷς ἐὰν ἐπιτύχωσιν ἄνθρωποι, "θαυμαστόν τι κτῆμα ἔχειν νομίζουσι. καὶ πρῶτόν γε οὐκ οἶδ' ὅπως τὴν τῶν ζώων περὶ τὰ φυσικὰ ἀλεξιφάρμακα εἴτε ἐμπειρίαν, εἴτε φυσικήν τινα κατάληψιν, γοητείαν ὀνομάζει· ἐπ' ἄλλο γὰρ τέτριπται τὸ τῆς γοητείας ἔθος ὄνομα. εἰ μὴ ἄρα λεληθότως διαβάλλειν βούλεται, ὡς Ἐπικούρειος, πᾶσαν τὴν τῶν τοιούτων χρῆσιν, ὡς ἐν ἐπαγγελίᾳ γοήτων κειμένην. πλὴν ἀλλὰ δεδόσθω αὐτῷ τὸ τοὺς ἀνθρώπους σεμνύνεσθαι ἐπὶ τῇ τούτων γνώσει μέγα, εἴτε γόητας ὄντας, εἴτε καὶ μή. πῶς ἔτι σοφώτεροι κατὰ τοῦτο ἀνθρώπων εἰσὶν ὄφεις, τῷ μαράθρῳ εἰς ὀξυωπίαν καὶ ταχυτῆτα κινήσεως χρώμενοι· μόνον τοῦτο φυσικὸν οὐκ ἐξ ἐπιλογισμοῦ καταλαβόντες, ἀλλ' ἐκ κατασκευῆς; ἄνθρωποι δὲ οὐκ ἀπὸ ψιλῆς φύσεως ἐπὶ τὸ τοιοῦτον ὁμοίως ὄφεσιν ἔρχονται· ἀλλὰ τῇ μὲν ἐκ πείρας, τῇ δ' ἐκ λόγου, ἔσθ' ὅτε δὲ ἐξ ἐπιλογισμοῦ καὶ κατ' ἐπιστήμην. ὡς εἰ καὶ ἀετοὶ πρὸς σωτηρίαν τῶν ἐν τῇ καλιᾷ νεοττῶν, τὸν λεγόμενον ἀετίτην λίθον εὑρόντες, φέρουσιν ἐπ' αὐτὴν, πόθεν, ὅτι σοφοὶ ἀετοὶ, καὶ τῶν ἀνθρώπων σοφώτεροι, τῶν ἐκ πείρας τὸ τοῖς ἀετοῖς δοθὲν φυσικὸν βοήθημα εὑρόντων διὰ * τὸν λογισμὸν, καὶ συνετῶς χρησαμένων; ἔστω δὲ καὶ ἄλλα ὑπὸ τῶν ζώων γινώσκεσθαι ἀλεξιφάρμακα, τί οὖν τοῦτο

* ᾖ.

De magia & scientia brutis insita

Plin. lib. 8. cap. 27.

Plin. l. 10. c. 3. 30. 14. 36. 21.

* τοῦ λογισμοῦ.

fontem appetitûs rationalis vel irrationalis. Quòd ſi ſemel contuetur omnium fontem appetentiarum; mirum, nî videt etiam harum differentiam, & quantò ſit homo præſtantior, non tantùm formicis, ſed elephantis etiam. Nam is, qui è cœlo proſpicit, videt in brutis, quantumvis vaſto corpore, non alium principatum, quàm irrationalitatem, ut ſic mihi permittam dicere: in rationalibus autem rationem, quæ quidem homini communis eſt cum cœlitibus, & fortè cum ipſo Deo maximo & optimo: cujus ad imaginem non ob aliud factus dicitur, imago enim Dei rerum univerſarum ratio ipſius eſt. Deinde quaſi contendens magis etiam dejicere humanum genus, & brutis ſimile facere, & nihil intactum relinquere ex animalium hiſtoria, duntaxat quod ad præſtantiam eorum perſuadendam faciat, ait *quibuſdam ineſſe artes etiam magicas* (ut neque in hoc tanquam in ſingulari glorientur homines, aut ſibi placeant ut brutis præſtant) *Quòd ſi*, inquit, *ob arcanam magicarum artium ſcientiam homo ſibi videtur eximius, etiam hac parte ſapientiores eo ſunt ſerpentes & aquilæ: nôrunt enim multa adverſus morbos, ceteraq; mala, remedia, & lapillorum quorundam virtutes, quos pro amuleto nidis inſerunt ad tuendam pullorum incolumitatem; quos lapillos homines nacti putant non parùm acceſſiſſe ſuis facultatibus.* Primùm neſcio quomodo naturalium remediorum ſcientiam, quam animalia, ſive per experientiam, ſive ſuopte ingenio conſequuntur, magiam nominet; vulgò enim in deteriorem partem hoc nomen accipitur: niſi fortè, ut Epicureus, latenter calumniari vult totum hoc genus, & omnes qui utuntur talibus, quæ ad magorum profeſſionem pertinere videntur. Veruntamen concedatur ei, homines placere ſibi cognitione rerum talium, ſive hi magi ſint, ſive non: Quomodo hic ſerpentes potiores ſunt hominibus? an ideo, quòd acutè cernendi facultatem, & totius corporis agilitatem petunt à fœniculo, non excogitato remedio utentes, ſed parato & paſſim obvio, ut quod natura porrigat? at homines non inſtinctu naturæ, ut ſerpentes, tractant remedia, ſed partim uſu experiuntur, partim ratione, aliquando ex ratiocinatione & ſcientia. Similiter & aquilæ, tametſi aëtitem, quem vocant, lapidem inventum in nidum ad tutelam pullorum deferunt, ideóne ſapientes ſunt & hominibus ſapientiores, qui experientiâ quod aquilis à natura impertitum eſt auxilium ratiocinando invenerunt, eóque intelligenter uſi ſunt? Eſto habeant animantes aliorum remediorum notitiam, non ſtatim

ſequitur,

ſequitur, ut eorum inventionem rationi potiùs, quàm innatæ ſagacitati debeant. Nam ſi ea inveniſſent rationis beneficio, nunquam definitè quippiam in ſerpentibus inventum eſſet, ſic ſecundum, & tertium aliud aquilæ, & ſic de ceteris: ſed tam multa inveniſſent quàm homines. Nunc quando videmus ſingulis animalibus naturam attribuiſſe certa quædam remedia; ſatis apparet, non ſapientiam neq; rationem ipſis ineſſe, ſed naturalem ad hæc vel illa conſervandorum animalium causâ à ratione factum apparatum: quanquam, ſi velim cum Celſo ſentire, uti poſſem Solomonis dictum è Proverbiis, quod ſic habet, *Quatuor ſunt minima terræ, eadémque ſapientiora ſapientibus; formicæ populus infirmus, qui præparat in meſſe cibum ſibi; erinacei plebs invalida, collocans in petra cubilia; regem locuſta non habet, tamen egreditur uno agmine; ſtellio manibus repens, captu facilis, & habitat in regum palatiis.* Sed hæc non tanquam aperta adduco, imò, ut decet in libro prænotato tali titulo, videlicet Parœmiarum, perſcrutor tanquam ænigmata. Solent enim hi viri quæcunque aliud præ ſe ferunt, aliud ſubſignificant, penitiùs introſpicientibus in multas ſpecies dividere, inter quas ſunt & parœmiæ. Quapropter in Evangeliis noſtris legimus Servatorem noſtrum dixiſſe, *Hæc in parœmiis locutus ſum vobis: adveniet hora quando non ampliùs loquar vobis in parœmiis.* Itaque non iſtæ, quas videmus, formicæ ſapientiores ſunt ſapientibus, ſed quos parœmia ſignificat. Idem dicendum & de ceteris animalibus: quamvis Celſus exiſtimet ſimpliciſſimè ſcriptos Judæorum & Chriſtianorum libros, adeóque qui illos allegoricè interpretantur vim afferunt, & torquent præter autorum ſententiam. Itaque his quoque refelluntur ejus calumniæ, refellitur & opinio de ſerpentibus aquilisque, homine (ut ipſi videtur) ſapientioribus. Volens porrò evincere, nè religione quidem homines antellare ceteris animalibus, ſed & à brutis quibuſdam Deum intelligi, cùm tantopere variatum ſit opinionibus de Deo vel inter acutiſſimos homines, tam Græcos quàm barbaros, ſic loquitur, *Quòd ſi ideo præſtantior putatur homo ceteris animalibus, quia Deum intelligit & agnoſcit; ſciant qui hæc dicunt nè hic quidem ceſſura ſunt ei multa animalia: & meritò, quid enim divinius quàm præſcire futura prænunciaréque?*

πρὸς τὸ μὴ φύσιν, ἀλλὰ λόγον εἶναι τὸν διδάσκοντα ταῦτα ἐν τοῖς ζώοις; εἰ μὲν γὰρ λόγος ἦν ὁ διδάσκων, οὐκ ἂν ἀποτεταγμένως τόδε τι μόνον διέπρεπεν ἐν ὄφεσιν, ἔστω καὶ δεύτερον, καὶ τρίτον, καὶ ἄλλο τι ἐν ἀετῷ, καὶ οὕτως ἐν τοῖς λοιποῖς ζώοις· ἀλλὰ τοσαῦτα ἄν, ὅσα καὶ ἐν ἀνθρώποις. νυνὶ δὲ φανερὸν ἐκ τοῦ ἀποτεταγμένως πρός τινα ἑκάστου φύσιν ζώου νενευκέναι βοηθήματα, ὅτι οὐ σοφία, οὐδὲ λόγος * ἦν ἐν αὐτοῖς· ἀλλά τις φυσικὴ πρὸς τὰ τοιάδε σωτηρίας ἕνεκεν τῶν ζώων κατασκευή, ὑπὸ τοῦ λόγου γεγενημένη. καί τοι γε εἰ ἐβουλόμην ὁμόσε χωρεῖν τῷ Κέλσῳ κατὰ ταῦτα, ἐχρησάμην ἂν Σολομῶντος λέξει ἀπὸ τῶν Παροιμιῶν, οὕτως ἐχούσῃ, Τέσσαρα δ' ἐστὶν ἐλάχιστα ἐπὶ τῆς γῆς, ταῦτα δέ ἐστι σοφώτερα τῶν σοφῶν· οἱ μύρμηκες, οἷς μή ἐστιν ἰσχὺς, καὶ ἑτοιμάζονται θέρους τὴν τροφήν· καὶ οἱ χοιρογρύλλιοι, ἔθνος οὐκ ἰσχυρὸν, οἳ * ἑτοιμάζονται ἐν πέτραις τοὺς ἑαυτῶν οἴκους· ἀβασίλευτόν ἐστιν ἡ ἀκρὶς, καὶ * στρατεύει ἀπὸ ἑνὸς κελεύσματος εὐτάκτως· καὶ ἀσκαλαβώτης, χερσὶν ἐρειδόμενος, καὶ εὐάλωτος ὤν, * οἰκεῖ ἐν ὀχυρώμασι βασιλέως. ἀλλ' οὐ συγχρῶμαι ὡς σαφέσι τοῖς ῥητοῖς, ὁμολόγως δὲ τῇ ἐπιγραφῇ (ἐπιγέγραπται γὰρ τὸ βιβλίον Παροιμίαι) ζητῶ ταῦτα, ὡς αἰνίγματα. ἔθος γὰρ τοῖς ἀνδράσι τούτοις τὰ ἕτερον μέν τι αὐτόθεν δηλοῦντα, ἕτερον δὲ ἐν ὑπονοίᾳ ἀπαγγέλλοντα, διαιρεῖν εἰς εἴδη πολλὰ, ὧν εἰσὶ καὶ αἱ παροιμίαι. διὸ καὶ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ἡμῶν γέγραπται ὁ Σωτὴρ ἡμῶν εἰρηκέναι, Ταῦτα ἐν παροιμίαις λελάληκα ὑμῖν, [ἀλλ'] ἔρχεται ὥρα, ὅτε οὐκέτι ἐν παροιμίαις λαλήσω ὑμῖν. οὐχ οἱ αἰσθητοὶ τοίνυν μύρμηκες σοφώτεροι καὶ τῶν σοφῶν εἰσιν, ἀλλ' οἱ δηλούμενοι ὡς ἐν εἴδει παροιμιῶν. οὕτω δὲ λεκτέον καὶ περὶ τῶν λοιπῶν ζώων· ἀλλὰ πάνυ ἁπλούστατα νομίζει εἶναι καὶ ἰδιωτικὰ ὁ Κέλσος τὰ Ἰουδαίων καὶ Χριστιανῶν βιβλία, καὶ οἴεται τοὺς ἀλληγοροῦντας αὐτὰ, βιαζομένους τὸ βούλημα τῶν γραψάντων, τοῦτο ποιεῖν. ἐληλέγχθω οὖν καὶ διὰ τούτων ὁ Κέλσος μάτην ἡμᾶς διαβάλλων, ἐληλέγχθω δὲ αὐτοῦ καὶ ὁ περὶ ὄφεων καὶ ἀετῶν λόγος, ἀποφαινόμενος εἶναι τούτους ἀνθρώπων σοφωτέρους. Θέλων * δέ τι διὰ πλειόνων μηδὲ τὰς περὶ τοῦ θείου ἐννοίας ἐξαιρέτους εἶναι παρὰ τὰ ἄλλα πάντα ἐν τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀλόγων ζώων τινὰ ἀποφῆναι ἐννοοῦντα περὶ τοῦ Θεοῦ, περὶ οὗ τοσαῦται διαφωνίαι γεγόνασι καὶ τοῖς ὀξυτέροις τῶν πανταχοῦ ἀνθρώπων, Ἑλλήνων, καὶ βαρβάρων, φησὶν, "Εἰ δ', ὅτι καὶ θείας ἐννοίας "ἄνθρωπος ἐπείληπται, νομίζεται ὑπερέχειν τῶν "λοιπῶν ζώων· ἴστωσαν οἱ τοῦτο φάσκοντες, ὅτι "καὶ τούτου πολλὰ τῶν ἄλλων ζώων ἀντιποιήσεται· "καὶ μάλα εἰκότως, τί γὰρ ἄν φαίη τις θειότερον τοῦ "τὰ μέλλοντα προγινώσκειν τε καὶ προδηλοῦν; τοῦτο

* ἐστίν.

Prov. 30. 24.

* ἐποιήσαντο, libb. ed.

* ἐκστρατεύει, libb. ed.

* κατοικεῖ l. c.

Joan. 16. 25.

* δ' ἔπ.

De dei cognitione quam futurorum [illegible] ostendunt animalia

" τοῦτο τοίνυν ἄνθρωποι παρὰ τῶν ἄλλων ζώων, " καὶ μάλιστα παρ' ὀρνίθων, μανθάνουσι. καὶ ὅσοι " τῆς ἐκείνων ἐνδείξεως ἐπαΐουσιν, οὗτοι μαντι- " κοί. εἰ δ' ὄρνιθες ἄρα, καὶ ὅσα ζῶα μαντικὰ " ἐκ Θεοῦ προγινώσκοντα, διὰ συμβόλων ἡμᾶς " διδάσκει, τοσοῦτον ἔοικεν ἐγγυτέρω τῆς θείας " ὁμιλίας ἐκεῖνα πεφυκέναι, καὶ εἶναι σοφώτερα, " καὶ θεοφιλέστατα. φασὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων οἱ " συνετοὶ καὶ ὁμιλίας ἐκείνοις εἶναι, δηλονότι τῶν " ἡμετέρων ἱερωτέρας, καὶ αὐτοί πως γνωρίζειν " τὰ λεγόμενα, καὶ ἔργῳ δεικνύειν ὅτι γνωρίζου- " σιν, ὅταν προειπόντες ὅτι ἔφασαν οἱ ὄρνιθες " ὡς ἄπιασί ποι, καὶ ποιήσουσι τόδε ἢ τόδε, δει- " κνύωσιν ἀπελθόντας ἐκεῖ, καὶ ποιοῦντας ἃ δὴ " προεῖπον. ἐλεφάντων δὲ οὐδὲν εὐορκότερον, " οὐδὲ πρὸς τὰ θεῖα πιστότερον εἶναι δοκεῖ, πάν- " τως δήπου, διότι γνῶσιν αὐτοῦ ἔχουσιν. ὅρα -ῶν δὲ ἐν τούτοις ὅσα ζητούμενα παρὰ τοῖς φιλοσό- φοις (οὐ μόνον Ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν βαρ- βάροις, εἴθ' εὑρόντων εἴτε παρά τινων δαιμό- νων μαθόντων τὰ περὶ οἰωνῶν καὶ τῶν ἄλλων ζώων, ἀφ' ὧν μαντεῖαί τινες ἀνθρώποις γίνεσθαι λέγονται) συναρπάζει, καὶ ὡς ὁμολογούμενα ἐκ- τίθεται. πρῶτον μὲν γὰρ ἐζήτηται, πότερόν ἐστί τις τέχνη οἰωνιστικὴ, καὶ ἁπαξαπλῶς ἡ διὰ ζώ- ων μαντικὴ, ἢ οὐκ ἔστι. δεύτερον δὲ παρὰ τοῖς παραδεξαμένοις εἶναι τὴν δι' ὀρνίθων μαντικὴν, οὐ συμπεφώνηται ἡ αἰτία τοῦ τρόπου τῆς μαντεί- ας· ἐπειδήπερ οἱ μὲν ἀπό τινων δαιμόνων ἢ Θεῶν μαντικῶν φασι γίνεσθαι τὰς κινή- σεις τοῖς ζώοις, ὄρνισι μὲν εἰς διαφόρους πτή- σεις καὶ εἰς διαφόρους φωνὰς, τοῖς δὲ λοιποῖς εἰς τὰς τοιάσδε κινήσεις ἢ τοιάσδε. ἄλλοι δὲ θειο- τέρας αὐτῶν, καὶ πρὸς τοῦτ' ἐπιτηδείους αὐτῶν εἶναι τὰς ψυχάς· ὅπερ ἐστὶν ἀπιθανώτατον. ἐχρῆν οὖν τὸν Κέλσον, διὰ τῶν προκειμένων βουλό- μενον θειότερα καὶ σοφώτερα ἀποδεῖξαι τὰ ἄλο- γα ζῶα τῶν ἀνθρώπων, κατασκευάσαι διὰ πλειόνων, ὡς ὑπάρχουσαν τὴν τοιάνδε μαντι- κὴν· καὶ τὴν ἀπολογίαν μετὰ τοῦτ' ἐναργέστερον ἀποδεῖξαι· καὶ ἀποδεικτικῶς ἀποδοκιμάσαι μὲν τοὺς λόγους τῶν ἀναιρούντων τὰς τοιαύτας δὴ μαν- τείας· ἀποδεικτικῶς δ' ἀνατρέψαι καὶ τοὺς λό- γους τῶν εἰπόντων ἀπὸ δαιμόνων ἢ Θεῶν γίνε- σθαι τὰς κινήσεις τοῖς ζώοις πρὸς τὸ μαντεύ- εσθαι· καὶ μετὰ ταῦτα κατασκευάσαι περὶ τῆς τῶν ἀλόγων ζώων ψυχῆς ὡς θειοτέρας. οὕτω γὰρ ἂν πρὸς τὰ πιθανὰ αὐτοῦ, ἐπιδειξαμένου φιλόσο- φον περὶ τῶν τηλικούτων ἕξιν, κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν ἐνιστάμενοι ἀνατρέποντες μὲν τὸ ὅτι σο- φώτερα τὰ ἄλογα ζῶα τῶν ἀνθρώπων· ψευδο- ποιοῦντες δὲ καὶ ὅτι ἐννοίας ἔχει τὰς θείας ἱερωτέ- ρας ἡμῶν, καὶ ὅτι ὁμιλίας ἔχει πρὸς ἄλληλα ἱε- ράς τινας. νυνὶ δ' ὁ ἐγκαλῶν ἡμῖν, ὅτι πι- στεύομεν τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ, ἀξιοῖ ἡμᾶς πιστεύ- ειν, ὅτι αἱ ψυχαὶ τῶν ὀρνίθων θειοτέρας ἔχουσιν ἐννοίας καὶ τρανωτέρας ἀνθρώπων. ὅπερ εἰ

at iſtam præſcientiam homines ab aliis animalibus diſcunt, præſertim avibus: & quotquot intendunt earum ſignificationibus, hi vates ſunt. Quòd ſi aves & ſimilia quicquid ex Deo præcognoſcunt nobis per ſigna indicant, apparet tantò majorem familiaritatem his intercedere cum ſuperis, tantòque ſapientiora eſſe & Deo chariſſima. Aiunt præterea viri prudentes etiam colloquia inter aves fieri, dubio procul ſacratiora noſtris; eáque ſe intelligere, & quod intelligant declarare, cùm prædictis iis quæ aves dixerant, ſe abire aliquo, & hoc vel illud facturas, oſtendunt illuc abiiſſe & feciſſe quæ prædixerant: elephantis autem nihil circa jusjurandum religioſius, nihil adversùm Deos fidelius eſſe videtur, ideò nimirum quia Deorum notitiam elephanti habent. Vide hic quomodo multa, quæ ad divinationem ex avibus aliiſque animalibus attinent, ſive ea hominum inventa ſunt, ſive dæmonum, de quibus tamen nec inter Græcos philoſophos, nec inter barbaros convenit, iſte pro confeſſis arripit. Primùm enim quæritur, ſítne ars auguralis, & ſitne omnino divinatio per animalia, an nulla ſit. Deinde, qui concedunt eſſe divinationem per aves, de cauſa ejus & modo divinationis non conſentiunt: quoniam alii per dæmonas, aut Deos artis hujus præſides, aiunt moveri, aves quidem ad volatus varios vocéſve, reliquas verò animantes ad motus tales aut tales: alii putant ipſas brutorum animas ſuâpte quâdam divinitate ad hoc idoneas; quod eſt incredibile. Proinde, ſi Celſus volebat tantam divinitatem & ſapientiam brutis aſtruere, ut hâc parte potiora ſint hominibus, debuerat prolixiùs approbare nobis auguralem ſcientiam, & validiùs inſtruere ſuam apologiam, & tollentes eam refellere argumentis gravibus, nec levioribus eos, qui aiunt à dæmonibus diiſve ad ſignificandum moveri animalia; ac tum demum de brutorum anima divinitatis capace contendere. Sic enim, ut viro imbuto philoſophiâ, rationes adducenti veriſimiles teſtificaremus pro viribus, negantes bruta ſapientiora hominibus; & falſum oſtendentes, quòd cogitationes noſtris ſanctiores habeant, quódque ſacra quædam inter ſe celebrent colloquia. Nunc iſte, qui crimini nobis vertit, quòd credimus Deo univerſorum domino, poſtulat ut credamus animas avium habere diviniores & præclariores cogitationes quàm hominum:

De divinatione

id

id ſi verum eſt, aves meliùs de Deo, quàm Celſus, ſentiunt. Nec mirum, cùm Celſus tantopere hominem extenuet: nam ipſius opinione aves habent ſublimiores ac diviniores cogitationes, non modò quàm nos Chriſtiani & eisdem ſcripturis utentes Judæi; ſed quàm Græcorum Theologi, erant enim homines. Ergò, juxta Celſum, capaciores divinæ naturæ ſunt alites præpetes & oſcines, quàm Pherecydes, Pythagoras, Plato, Socrates: ut jam diſcendi causâ frequentandæ ſint avium ſcholæ, ut, quemadmodum Celſi opinio eſt, futura nos vaticinando edocerent; ſic & à dubitatione de Deo homines liberarent, communicatâ cum illis quam de ipſo perceperunt perſpicuâ ſententiâ. Celſum itaque deceat, qui præſtantiores homine aves putat, magiſtris uti avibus, nec ullo alio è Græcis philoſophis. Nos verò paucis ei reſpondimus, coarguendo ejus vanitatem erga conditorem ingratiſſimam: Celſus enim vir erat, qui cùm in honore eſſet non intellexit, propterea avibus quidem aliiſve animantibus quas putat divinitatis participes non comparatus eſt, ſed qui primas illis præ Ægyptiis bruta pro diis colentibus tribuit, ſeipſum &, quod potuit, univerſum hominum genus, tanquam deteriùs & minùs de Deo ſentiret, brutis animantibus ſubjecit. Quærendum igitur ante omnia, ſitne aliqua divinatio ex avibus aliiſve animalibus quæ vaticinari dicuntur, an veriùs nulla ſit. Sunt enim argumenta in utramque partem non contemnenda: altera quæ pudendum videri faciunt, ſi homines ratione præditi malint conſulere alites, quàm oracula dæmonum: altera multis ſubnixa teſtimoniis, quòd multi auſpiciis parendo evaſerint pericula maxima. Sed eſto aliquam eſſe artem augurum, ut qui hoc credunt, diſcant etiam hoc conceſſo longè præſtantiorem brutis eſſe hominem, etiam his quæ conſuluntur ab auguribus, adeò ut nè conferenda quidem ſint. Dicendum igitur, ſi tantam haberent divinitatem futurorum conſciam, ut ex eo quod ſibi ſuperſit poſſint etiam hominibus conſulere, ſine dubio primùm omnium ſibi proſpicerent, cautèque volarent, nec inciderent in laqueos aut retia, quæ ſibi tenduntur ab hominibus, néve ſcopus fierent jaculatoribus: & aquilæ prævidentes ſerpentum inſidias, vel homi-

ἀληθές ἐστιν, ὄρνιθες μᾶλλον συνετωτέρας Κέλσου ἔχουσι περὶ Θεοῦ ἐννοίας· καὶ οὐ θαυμαστὸν εἰ Κέλσος, τὸ ἐπὶ πολὺ τὸν ἄνθρωπον ἐξευτελίζοντος· ἀλλὰ γὰρ, ὅσον ἐπὶ Κέλσῳ, οἱ ὄρνιθες μείζονας καὶ θειοτέρας ἔχουσιν ἐννοίας, οὐ λέγω ἡμῶν Χριστιανῶν, ἢ τῶν ταῖς αὐταῖς ἡμῖν γραφαῖς χρωμένων Ἰουδαίων· ἀλλὰ [γὰρ] καὶ τῶν παρ' Ἕλλησι θεολόγων, ἄνθρωποι γὰρ ἦσαν, μᾶλλον οὖν, κατὰ Κέλσον, κατείληφε τὴν τοῦ θείου φύσιν τὸ τῶν δῆθεν μαντικῶν ὀρνίθων γένος, ἢ Φερεκύδης, καὶ Πυθαγόρας, καὶ Σωκράτης, καὶ Πλάτων. καὶ ἐχρῆν γε ἡμᾶς πρὸς τοὺς ὄρνιθας φοιτᾶν διδασκάλους· ἵν', ὥσπερ κατὰ τὴν τοῦ Κέλσου ὑπόληψιν, διδάσκουσιν ἡμᾶς μαντικῶς τὰ ἐσόμενα· οὕτω καὶ περὶ τὸ ἀμφιβάλλειν περὶ τοῦ θείου ἀπαλλάξωσι τοὺς ἀνθρώπους, ἣν κατειλήφασι τρανὴν περὶ αὐτοῦ ἔννοιαν παραδόντες. Κέλσῳ μὲν οὖν ἀκολουθεῖ, * τὸ διαφέρειν ἡγουμένῳ τῶν ἀνθρώπων τοὺς ὄρνιθας, διδασκάλοις αὐτὸν χρῆσθαι τοῖς ὄρνισι, καὶ μηδενὶ οὕτω τῶν φιλοσοφησάντων παρ' Ἕλλησιν. ἡμῖν δ' ὀλίγα πρὸς τὰ προκείμενα ἀπὸ πολλῶν λεκτέον, διελέγχουσι τὴν ἀχάριστον ψευδοδοξίαν πρὸς τὸν πεποιηκότα αὐτόν· ἄνθρωπος γὰρ καὶ Κέλσος ὤν, ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε, διὸ οὐδὲ παρασυνεβλήθη τοῖς ὄρνισι, καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις, οἷς νομίζει εἶναι μαντικοῖς· ἀλλ' ἐκείνοις παραχωρήσας τὰ πρωτεῖα ὑπὲρ Αἰγυπτίους τοὺς τὰ ἄλογα ζῶα ὡς Θεοὺς προσκυνοῦντας, ἑαυτὸν ὑπέταξε, τὸ δ' ὅσον ἐπ' αὐτῷ, καὶ πᾶν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, ὡς χεῖρον καὶ ἔλαττον νοοῦν περὶ τοῦ θείου, τοῖς ἀλόγοις ζώοις. προηγουμένως μὲν οὖν ζητείσθω, πότερον ὑπάρχει ἡ δι' ὀρνίθων καὶ τῶν λοιπῶν ζώων πεπιστευμένων εἶναι μαντικῶν μαντικὴ, ἢ μὴ ὑπάρχει. καὶ γὰρ ἐκ εὐκαταφρόνητός ἐστιν εἰς ἑκάτερα ἐπιχειρούμενος ὁ λόγος· ὅπου μὲν δυσωπῶν μὴ παραδέξασθαι τὸ τοιοῦτον, ἵνα μὴ τὸ λογικὸν ἀντὶ τῶν δαιμονίων χρηστηρίων ὄρνισι χρήσηται, καταλιπὸν ἐκεῖνα· ὅπου δὲ * διαμαρτυρουμένης ὑπὸ πολλῶν ἐνεργείας παριστὰς, ὅτι πολλοὶ ἀπὸ μεγίστων διεσώθησαν κινδύνων, πεισθέντες τῇ δι' ὀρνίθων μαντικῇ. ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος δεδόσθω, ὑπάρχειν εἶναι τὴν οἰωνιστικήν· ἵνα καὶ οὕτω δείξω τοῖς προκαταληφθεῖσιν, ὅτι καὶ τούτου διδομένου πολλή ἐστιν ἡ τοῦ ἀνθρώπου παρὰ τὰ ἄλογα ζῶα, καὶ παρ' αὐτὰ τὰ μαντικὰ, ὑπεροχὴ, καὶ οὐδαμῶς παρ' ἐκεῖνα συγκριτή. λεκτέον οὖν, ὅτι εἴπερ τις θεία φύσις ἦν ἐν αὐτοῖς τῶν μελλόντων προγνωστικὴ, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον πλουσία, ὡς ἐκ περιουσίας καὶ τῷ βουλομένῳ τῶν ἀνθρώπων δηλοῦν τὰ ἐσόμενα· δῆλον ὅτι πολὺ πρότερον ἐγίνωσκε γε τὰ περὶ ἑαυτῶν, ἐφυλάξατο ἀναπτῆναι κατὰ τόνδε τὸν τόπον, ἐφ' οὗ παγίδας καὶ δίκτυα ἄνθρωποι ἔστησαν κατ' αὐτῶν· ἢ τοξόται στοχαζόμενοι τοῖς ἱπταμένοις βέλη ἐπ' αὐτὰ ἀπέλυον. πάντως δ' ἂν καὶ προεγνωκότες ἀετοὶ τὴν κατὰ τῶν νεοσσῶν ἐπιβουλὴν, εἴτε τῶν ἀναβαινόντων πρὸς αὐτοὺς ὄφεων, καὶ διαφθει-

* τὸ διαφέρειν ἡγουμένων.

Pſal. 48. 21.

Ingratus Celsi erga Deum animus quod bruta hominibus anteferat

* διὰ μάρτυρ. ὑ. π. ἐναργ.

Animalium divinatio ipsorum calamitatibus non praevisis refutata

διαφθειρόντων αὐτοὺς, εἴτε καὶ τινων ἀνθρώπων, εἴτ' εἰς παιδιὰν, εἴτε καὶ εἰς ἄλλην τινὰ χρείαν καὶ θεραπείαν, λαμβανόντων αὐτούς· οὐκ ἂν ἐνόσσευσαν, ἔνθα ἔμελλον ἐπιβουλεύεσθαι· καὶ ἁπαξαπλῶς οὐκ ἄν ποτε τῶν ζώων τι τούτων ἁλωτὸν ἀνθρώποις ἦν, ὡς ἀνθρώπων θειότερον καὶ σοφώτερον. ἀλλὰ καὶ, εἴπερ οἰωνοὶ οἰωνοῖς μάχονται, ὥς φησιν ὁ Κέλσος, θείαν φύσιν ἔχοντες οἱ μαντικοὶ ὄρνεις, καὶ τὰ ἄλλα ἄλογα ζῶα, καὶ ἐννοίας τοῦ θείου, καὶ πρόγνωσιν περὶ μελλόντων, τὰ τοιαῦτα ἑτέροις προεδήλουν· οὐτ' ἂν ἡ καθ' Ὅμηρον στρουθὸς ἐνόσσευσεν ὅπου δράκων ἔμελλεν αὐτὴν καὶ τὰ τέκνα ἀφανίσειν· οὔτ' ἂν ὁ κατὰ τὸν αὐτὸν ποιητὴν δράκων οὐκ ἐφυλάξατο ὑπὸ τοῦ αἰετοῦ ληφθῆναι. φησὶ γὰρ ὁ ἐν ποιήσει θαυμαστὸς Ὅμηρος περὶ μὲν τοῦ προτέρου τοιαῦτα,

Ἔνθ' ἐφάνη μέγα σῆμα· δράκων ἐπὶ νῶτα δαφοινὸς, — Iliad. β'. v. 308.
Σμερδαλέος, * τὸν δ' αὐτὸς Ὀλύμπιος ἧκε φόωσδε — * τόν ῥ' libb. ed.
Βωμοῦ ὑπαΐξας, πρός ῥα πλατάνιστον ὄρουσεν.
Ἔνθα δ' ἔσαν στρουθοῖο νεοσσοὶ, νήπια τέκνα,
Ὄζῳ ἐπ' ἀκροτάτῳ πετάλοις ὑποπεπτηῶτες
Ὀκτὼ· ἀτὰρ μήτηρ ἐνάτη ἦν, ἣ τέκε τέκνα.
Ἔνθ' ὅγε τοὺς ἐλεεινὰ κατήσθιε τετριγῶτας·
Μήτηρ δ' ἀμφεποτᾶτο ὀδυρομένη φίλα τέκνα·
Τὴν δ' ἐλελιξάμενος πτέρυγος λάβεν ἀμφιαχυῖαν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ τέκν' ἔφαγε στρουθοῖο καὶ αὐτήν·
Τὸν μὲν ἀρίζηλον θῆκεν Θεὸς, ὅσπερ ἔφηνε.
Λᾶαν γάρ μιν * θῆκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω. — * ἔθηκε.
Ἡμεῖς δ' ἑσταότες θαυμάζομεν οἷον ἐτύχθη.
Ὡς οὖν δεινὰ πέλωρα Θεῶν εἰσῆλθ' ἑκατόμβας.

περὶ δὲ τοῦ δευτέρου, ὅτι — Iliad. μ'. v. 200.

Ὄρνις γάρ σφιν ἐπῆλθε * περησέμεναι μεμαῶσιν, — * περησέμεναι.
Αἰετὸς ὑψιπέτης ἐπ' ἀριστερὰ λαὸν ἐέργων,
Φοινήεντα δράκοντα φέρων ὀνύχεσσι πέλωρον
Ζωὸν, ἔτ' ἀσπαίροντα· * ὁ δ' οὔπω λήθετο χάρμης. — * καὶ οὔπω l. c.
Κόψε γὰρ αὐτὸν ἔχοντα κατὰ στῆθος παρὰ δειρὴν,
Ἰδνωθεὶς ὀπίσω· ὁ δ' ἀπὸ ἕθεν ἧκε χαμᾶζε,
Ἀλγήσας ὀδύνῃσι, μέσῳ δ' * ἐγκάββαλ' ὁμίλῳ. — * ἐνὶ κάββαλ' l. c.
Αὐτὸς δὲ κλάγξας πέτετο πνοιῇς ἀνέμοιο.
Τρῶες δ' ἐρρίγησαν, ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν
Κείμενον ἐν μέσσοισι, Διὸς τέρας αἰγιόχοιο.

num ad luſus, aut in uſum aliquem pullos ſuos captantium, nunquam ibi nidificarent, ubi non putarent tutos ab inſidiis: denique nullum ex his animalibus capi poſſet ab homine, ut divinius ipſo & ſapientius. Sed & ſi alites pugnent cum alitibus, augurales certè aves & bruta ſenſum divinitatis futurorúmque præſcientiam habentia, ſi Celſo credendum eſt, ſignificarent ea ceteris: neque paſſer ille Homeri nidulâſſet eo loco, in quo draconi præda & cibus fieret unà cum ſuis pullis omnibus: & draco ille, cujus alibi idem meminit, caviſſet nè corriperetur ab aquila. Verſus admirandi poetæ de priore ſunt hi,

--- Quo tempore viſum
Eſt ingens nobis monſtrum, draco terga cruentis
Diſtinctus maculis, aræ ſublapſus ab imo
Proſiliit pede; ſic Saturnius ipſe volebat:
Ipſe vago lapſu ramos amplexus, in altam
Evaſit Platanum, tetigitque cacumina: quarum
Nidus in arce fuit, numero bis quatuor intùs
Paſſeris includens pullos: qui frontibus altis
Hærentes, exultabant implumibus alis.
Quos omnes vano matrem ſtridore vocantes,
Cùm draco peſtifero depaſtus dente fuiſſet,
Ipſam etiam matrem circum ſua pignora fruſtrà
Solicitas querulis quatientem vocibus alas
Corripuit, atróxque avidam demiſit in alvum.
Protinus in ſaxum mutatum Jupiter ipſum
Conſpicuum poſuit, ſed nos horrenda Deorum
Conſtitimus ſtupido mirantes omnia viſu:
Præcipuè quânam ratione ad ſacra Deorum
Tam dirum veniſſet opus monſtrúmque nefandum.

De ſecundo verò hi,

Hæc inter ſuper, ecce, volans Jovis ales acutis
Unguibus, involvens maculoſum terga draconem,
Immanémq; & ſemineceni, quà parte ſiniſtrâ
Trojani hoſtiles certabant vellere muros,
Circuit: ille ferox converſo gutture retro
Imprimit in ſummo raptricis pectore dentes:
Illa dolore amens, reſolutis unguibus anguem
In medios Troas demiſit, & inde volatu
Quàm potuit celeri ſe proripit ales in auras,
Ingenti clamore ſonans. Hæc monſtra videntes
Trojani trepidare omnes, & credere lævum
Augurium Jovis eſſe.—

Ergò

Ergò aquila erat divina, draco verò (nam & hunc obſervant augures) non itá: ſed quia quod fortè contigit certum eſt, numquid & utrumq; vaticinum fuiſſe arguatur? non enim draco divinationem habens caviſſet nè in aquilam incideret? Sunt & alia plurima exempla, ex quibus colligitur, non præſcientiam ineſſe brutorum animæ, ſed, ut poeta loquitur, & vulgus credit, Saturnium hæc in conſpectum hominum mittere. Quin & Apollo accipitris auſpicio quædam ſignificat, & is dicitur hujus Dei celer nuncius. Noſtra autem opinio eſt, malos quoſdam dæmonas, Titanicos (ut ſic dicam) & Giganteos, per impietatem deſciviſſe à Deo vero ejúſque angelis: itaque præcipitatos è cœlo volutari humi circa craſſiora & impuriora corpora, perſpicaces tamen in rebus maximis, quòd nudi ſint terrenis corporibus. Hi talibus negotiis occupati, ut humanum genus abducant à vero Deo, inſinuant ſe animalibus feris rapacitate notis & vafricie, eáque movent ad quidlibet arbitratu ſuo: aut ſpectra quædam horum ipſorum animalium oculis humanis objiciunt volantia, vel aliter ſe moventia, ut homines præoccupati hujuſmodi divinationibus non quærant Deum rerum omnium Dominum, nè veram pietatem examinent, mentémque ſuam in terram dejiciant ad alites, dracones, vulpes, & lupos. Obſervatum eſt enim à talium peritis evidentiora præſagia per hujuſmodi animantes fieri, quòd dæmones non poſſint in manſuetioribus vim ſuam exerere æquè atque in illis, propter ſimilem malitiam, quæ tamen in animalibus non eſt propriè malitia, ſed quiddam ſimile. Unde hoc quoque, ſi quid aliud, in Moſe admiratione dignum exiſtimo, quòd conſideratis animalium differentiis, ſive divinitùs edoctus quid cognationis cum quibus dæmonibus habeant ſingula animalia, ſive ipſe ſapientiâ perveſtigatis eorum ordinibus, omnia pronunciavit impura, è quibus præſagia ſumunt Ægyptii ceterique homines; reliqua verò, quæ non ſunt hujus generis, pura ferè omnia: & in ordine impurorum cenſentur apud eum lupus, vulpes, draco, accipiter, aquila, & his ſimilia. Et maxima ex parte non ſolum in lege, ſed & in Prophetis invenire licet id genus animalium exempla proponi, ceu peſſimorum, nec unquam in bonam

ἆρ' οὖν ὁ μὲν αἰετὸς ἦν μαντικός· ὁ δὲ δράκων, ἐπεὶ καὶ τούτῳ χρῶνται τῷ ζώῳ οἱ οἰωνοσκόποι, οὐκ ἦν μαντικός; τί δὲ, ἐπεὶ τὸ ἀποκληρωτικὸν εὐέλεγκτόν ἐστιν· οὐχὶ καὶ τὸ ἀμφοτέρους εἶναι μαντικοὺς ἐλεγχθείη ἄν; [οὐκ] ἂν γὰρ ὁ δράκων * ἦν μαντικὸς οὐκ ἐφυλάξατο τάδε τινὰ ἀπὸ τοῦ αἰετοῦ παθεῖν; καὶ ἄλλα δ' ἂν μυρία τοιαῦτα * εὕρῃ τις παραδείγματα, παριστάντα ὅτι οὐ τὰ ζῶα μέν ἐστιν ἐν ἑαυτοῖς ἔχοντα μαντικὴν ψυχήν· ἀλλὰ, κατὰ μὲν τὸν ποιητὴν, καὶ τοὺς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων, αὐτὸς Ὀλύμπιος ἧκε φόωσδε. κατὰ δέ τι σημεῖον καὶ Ἀπόλλων ἀγγέλῳ χρῆται ἱέρακι· κίρκος Ἀπόλλωνος εἶναι λέγεται ταχὺς ἄγγελος. κατὰ δὲ ἡμᾶς, δαίμονές τινες φαῦλοι, καὶ (ἵν' οὕτως ὀνομάσω) τιτανικοὶ ἢ γιγάντιοι, ἀσεβεῖς πρὸς τὸ ἀληθῶς θεῖον καὶ τοὺς ἐν οὐρανῷ ἀγγέλους γεγενημένοι, καὶ πεσόντες ἐξ οὐρανοῦ, καὶ περὶ τὰ παχύτερα τῶν σωμάτων καὶ ἀκάθαρτα ἐπὶ γῆς καλινδούμενοι, ἔχοντές τι περὶ τῶν μελλόντων διορατικὸν, ἅτε γυμνοὶ τῶν γηΐνων σωμάτων τυγχάνοντες· καὶ περὶ τοιοῦτον ἔργον καταγινόμενοι, βουλόμενοι ἀπάγειν τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, ὑποδύονται τῶν ζώων τὰ ἁρπακτικώτερα καὶ ἀγριώτερα, καὶ ἄλλα πανουργότερα, καὶ κινοῦσιν αὐτὰ πρὸς ὃ βούλονται, ὅτε βούλονται· ἢ τὰς φαντασίας τῶν τοιωνδὶ ζώων τρέπουσιν ἐπὶ πτήσεις καὶ κινήσεις τοιάσδε. ἵν' ἄνθρωποι, διὰ τῆς ἐν τοῖς ἀλόγοις ζώοις ἁλισκόμενοι μαντικῆς, Θεὸν μὲν τὸν περιέχοντα τὰ ὅλα μὴ ζητῶσι, μηδὲ τὴν καθαρὰν θεοσέβειαν ἐξετάζωσι, πίπτωσι δὲ τῷ λογισμῷ ἐπὶ τὴν γῆν, τοὺς ὄρνεις καὶ τοὺς δράκοντας, ἔτι δ' ἀλώπεκας καὶ λύκους. καὶ γὰρ παρατετήρηται τοῖς περὶ ταῦτα δεινοῖς, ὅτι αἱ ἐναργέστεραι προγνώσεις διὰ τῶν τοιούτων ζώων γίγνονται· ἅτε μὴ δυναμένων τῶν δαιμόνων ἐν τοῖς ἡμερωτέροις τῶν ζώων τοσοῦτον, ὅσον δύνανται διὰ τὸ παραπλήσιον τῆς κακίας, καὶ οὐ κακίαν μὲν, οἱονεὶ δὲ κακίαν οὖσαν ἐν τοῖς τοιοισδὶ τῶν ζώων, ἐνεργῆσαι τοῖσδε τὰ ζῶα. ὅθεν εἴ τι ἄλλο τι Μωϋσέως τεθαύμακα, καὶ τὸ τοιοῦτον θαύματος ἄξιον εἶναι, ὅτι φύσεις καταλαβοῦσας ζώων διαφόρους, καὶ εἴτ' ἀπὸ τοῦ θείου μαθὼν τὰ περὶ αὐτῶν, καὶ τῶν ἑκάστῳ ζώῳ συγγενῶν δαιμόνων, εἴτε καὶ αὐτὸς ἀναβαίνων τῇ σοφίᾳ εὑρὼν ἐν τῇ περὶ ζώων διατάξει, πάντα μὲν ἀκάθαρτα ἔφησεν εἶναι τὰ νομιζόμενα παρ' Αἰγυπτίοις καὶ τοῖς λοιποῖς τῶν ἀνθρώπων εἶναι μαντικὰ, ὡς ἐπίπαν δὲ εἶναι καθαρὰ τὰ μὴ τοιαῦτα. καὶ ἐν ἀκαθάρτοις παρὰ Μωϋσῇ ἐστι λύκος, καὶ ἀλώπηξ, καὶ δράκων, ἀετὸς καὶ ἱέραξ, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις. καὶ ὡς ἐπίπαν οὐ μόνον ἐν τῷ νόμῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς προφήταις εὕροις ἂν ταῦτα τὰ ζῶα εἰς παράδειγμα τῶν χειρίστων παραλαμβανόμενα, οὐδέποτε δὲ εἰς χρηστὸν πράγματος ὀνομα-

* ἂν μαντικὸς.

* εὕρῃ.

Iliad. C'. v. 309.

Odyſſ. o. v. 526.

Origenis ipſius de divinatione ſententia

Et Moſis de hac re ſapientia quod animalia, quibus præſagiorum cauſa utuntur Ægyptii, ſcelesta impura pronunciaverit

Levit. 11. 6, 13, 16.

ὀνομαζόμενον λύκον ἢ ἀλώπεκα. ἔοικεν οὖν τις εἶναι ἑκάστῳ δαιμόνων εἴδει κοινωνία πρὸς ἕκαστον εἶδος ζώων. καὶ ὥσπερ ἐν ἀνθρώποις ἀνθρώπων ἄνθρωποι ἰσχυρότεροί τινές εἰσιν, οὐ πάντως διὰ τὸ ἦθος· τὸν αὐτὸν τρόπον δαίμονες δαιμόνων εἶεν ἂν ἐν μέσοις δυνατώτεροι· καὶ οἱ δὲ μὲν ἐν τοῖσδε τοῖς ζώοις χρώμενοι εἰς ἀπάτην τῶν ἀνθρώπων, κατὰ τὸ βούλημα τοῦ κληθέντος ἐν τοῖς λόγοις ἡμῶν ἄρχοντος τοῦ * αἰῶνος τούτου, ἕτεροι δὲ δι' ἄλλου εἴδους προδηλοῦντες. καὶ ὅρα ἐφ' ὅσον εἰσὶν οἱ δαίμονες μιαροί, ὡς καὶ γαλᾶς ὑπό τινων παραλαμβάνεσθαι πρὸς τὸ δηλοῦν τὰ μέλλοντα· καὶ σὺ δὲ παρὰ σαυτῷ κρῖνον ὁπότερόν ἐστι βέλτιον παραδέξασθαι, ὅτι ὁ ἐπὶ πᾶσι Θεὸς καὶ τούτου ὁ υἱὸς κινοῦσι τὰς ὄρνιθας καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα εἰς μαντικὴν, ἢ οἱ κινοῦντες τὰ τοιαδὶ τῶν ζώων, καὶ οὐκ ἀνθρώπους παρόντων ἀνθρώπων, δαίμονές εἰσι φαῦλοι, καὶ (ὡς ὀνόμασε τὰ ἱερὰ ἡμῶν γράμματα) ἀκάθαρτοι.

Zachar. 13. 2.
Matth. 10. 1.

εἰ γὰρ δὲ θεία ἐστὶν ἡ τῶν ὀρνίθων ψυχὴ, διὰ τὸ δι' αὐτῶν προλέγεσθαι τὰ μέλλοντα· πῶς οὐχὶ μᾶλλον ὅταν κληδόνες ἀπὸ ἀνθρώπου λαμβάνονται, θείαν εἶναι φήσομεν τὴν ψυχὴν ἐκείνων, δι' ὧν αἱ κληδόνες ἀκούονται; θεία οὖν τις ἦν κατὰ τοὺς τοιούσδε ἡ παρὰ τῷ Ὁμήρῳ ἀλετρὶς, περὶ τῶν μνηστήρων εἰποῦσα,

Odyſſ. υ. v. 116.

Ὕστατα καὶ πύματα νῦν ἐνθάδε δειπνήσειαν.

κἀκείνη μὲν θεία ἦν· ὁ δὲ τηλικοῦτος Ὀδυσσεὺς, ὁ τῆς Ὁμηρικῆς Ἀθηνᾶς φίλος, οὐκ ἦν θεῖος, ἀλλὰ συνεὶς τῶν ἀπὸ τῆς θείας ἀλετρίδος εἰρημένων κληδόνων ἔχαιρεν, ὡς ὁ ποιητής φησι,

Ibid. v. 120.

— χαῖρε δὲ κληδόνι δῖος Ὀδυσσεύς.

ἤδη δὲ ὅρα, εἴπερ οἱ ὄρνιθες θείαν ἔχουσι ψυχὴν, καὶ αἰσθάνονται τοῦ Θεοῦ, ἢ (ὡς ὁ Κέλσος ὀνομάζει) τῶν θεῶν· δηλονότι καὶ ἡμεῖς οἱ ἄνθρωποι πταρνύμενοι, ἀπό τινος ἐν ἡμῖν οὔσης θειότητος καὶ μαντικῆς περὶ τὴν ψυχὴν ἡμῶν πταρνύμεθα. καὶ γὰρ τοῦτο μαρτυρεῖται ὑπὸ πολλῶν· διὸ καὶ ὁ ποιητὴς λέγει τὸ,

* ἐπέπταρεν.
Odyſſ. ρ'. v. 545.
* πᾶσιν, libb. ed.

— ὁ δ' * ἔπταρεν εὐχομένοιο.

διὸ καὶ ἡ Πηνελόπη φησὶν

Οὐχ ὁρᾷς ὅ μοι υἱὸς ἐπέπταρε * ὅσσιν ἔπεσσι;

Τὸ δ' ἀληθῶς θεῖον εἰς τὴν τῶν περὶ μελλόντων γνῶσιν οὔτε τοῖς ἀλόγοις χρῆται ζώοις, οὔτε τοῖς τυγχάνουσι τῶν ἀνθρώπων· ἀλλὰ ψυχαῖς ἀνθρώπων ἱερωτάταις καὶ καθαρωτάταις, ἅς τινας θεοφορεῖ τε καὶ προφήτας ποιεῖ. διόπερ εἴ τι ἄλλο θαυμασίως εἴρηται ἐν τῷ Μωϋσέως νόμῳ, καὶ τὰ τοιαῦτα ἐν τοῖς τοιούτοις καταταχτέον, Οὐκ οἰωνιεῖσθε, οὐδ' ὀρνιθοσκοπήσετε. καὶ ἀλλαχοῦ, Τὰ γὰρ ἔθνη, οὓς Κύριος ὁ Θεός σου ἐξολοθρεύσει ἀπὸ προσώπου σου, οὗτοι κληδόνων καὶ μαντειῶν ἀκούσονται· σοὶ δὲ οὐχ οὕτως ἔδωκε Κύριος ὁ Θεός σου. εἶθ' ἑξῆς φησι, Προφήτην ἀναστήσει σοι Κύριος ὁ Θεός σου

Levit. 19. 26.
Deut. 18. 12, 14.
Ibid. v. 15.

partem lupum aut vulpem accipi. Itaque videtur quæque dæmonum ſpecies habere inter animalia quampiam ſpeciem ſibi ſimilem. Et quemadmodum inter homines aliis alii ſunt potentiores, non ſemper quia meliores: ità fieri poteſt ut dæmones dæmonibus ſint potiores in rebus indifferentibus; utentes aliis animalibus alii, quò decipiant homines, juxta voluntatem *principis hujus ſeculi*, ut eum Scriptura nominat, alii verò per aliam ſpeciem præſignificantes. Ac vide malitiam dæmonum, quomodo etiam è muſtelis quidam aptent præſagia: & tecum ipſe reputa, meliúsne ſit fateri Deum ac Dominum rerum, ejúsque filium, aves & reliqua animantia movere ad augurandum, quàm, qui iſta animalia non homines movent, præſentibus verò hominibus, mali ſunt dæmones, &, ut ſacræ noſtræ nominant literæ, impuri. Sin autem divina eſt avium anima, quòd per eas futura prædicuntur, quin potiùs de hominis anima ſic ſentimus, quando ex horum verbis ſumuntur omina. Divina igitur juxta hos fuit apud Homerum ancilla piſtrinaria ſic procis ominans,

Extremam jubeat cœnam illis Juppiter eſſe.

Et hæc quidem divina fuit; non item Ulyſſes amicus Minervæ Homericæ, ſed intellecto ancillæ divinæ omine gaudebat, ut Poeta ait,

Omine gaudebat molitricis divus Ulyſſes.

Jam itaque vide, quòd ſi aves divinam habent animam, & Deum ſentiunt, vel Deos, ut Celſus loquitur, nimirum & nos homines quoties ſternuimus, ex divina quadam affectione animæ id facimus. Sic enim creditur multorum teſtimonio: unde illud Poetæ,

— precanti ſternuit omen.

Et Penelope ſic inquit,

Nonne vides dictis ut gnatus ſternuit omen.

Atqui verus Deus ad ſignificanda futura nec brutis utitur, nec iſtis quæ homini fortuitò accidunt, ſed animas hominum in hunc uſum elegit puriſſimas & ſanctiſſimas, quas numine ſuo correptas reddit fatidicas. Quapropter cum primis mirificè in lege Moyſis præcipitur, *Nec augur, nec auſpex ſit inter vos*: & alibi, *Nam gentes, quas Dominus Deus tuus delebit à facie ſua, ipſæ omina obſervant & auguria: tibi autem non iſta dedit Dominus Deus tuus*: ac mox ſubjungit, *Prophetam excitari faciet Dominus Deus tuus* è ſui-

è fratribus tuis. Et olim Deus per augurem abrogare volens fidem auguribus, afflatum cum ſuo ſpiritu juſſit in hæc verba prorumpere, *Non erunt auſpices in Jacobi progenie, nec in Iſraelitis auguria: tempeſtivè Jacob admonebitur, & Iſraeli verbum ſuum Deus ratum faciet.* Hæc, & ſimilia, cùm non ignoremus: damus operam, ut arcanum illud mandatum ſervemus, *Modis omnibus cuſtodi cor tuum*; nè forte in mentem noſtram obrepat aliquod dæmonium, aut ſpiritus aliquis adverſarius flectat cogitationes noſtras pro ſuo libitu: precamúrque ut illuſtret corda noſtra lumen cognitionis gloriæ Dei, inviſente noſtram imaginativam facultatem Dei ſpiritu, & ſuggerente cogitationes dignas Deo; *Nam quotquot Spiritu Dei ducuntur, hi filii Dei ſunt.* Sciendum autem præſcientiam futurorum non eſſe rem omnino divinam: eſt enim per ſe indifferens, ut quæ cadat in malos æquè ac bonos. Itaq; etiam medici ex arte ſua prævident quædam, etiamſi malis ſint moribus: gubernatores item, etiamſi nequam ſint, habent ſua prognoſtica, unde futuras tempeſtatum mutationes colligunt, experientiâ docti & diutinis obſervationibus, nec tamen ideo pro divinis habentur, ſi ſint impuris moribus. Falſum eſt igitur quod Celſus dicit, *Quid præſcientiâ prænunciationéq; futurorum divinius?* Falſum item, *multa brutorum conari cogitare de Deo*; nullum enim brutum de Deo quicquam intelligit. Falſum & illud, *bruta maximam familiaritatem habere cum Deo*: quando etiam homines alioquin excellentes, ſi mali ſint, longiſſimè abſunt à conſuetudine cum Deo, quæ ſolis verè ſapientibus & ſincerè piis conceditur: quales nobis ſunt Prophetæ & in his Moſes, de cujus magna puritate Scriptura teſtatur dicens, *Moſes ſolus accedet ad Deum propiùs, reliqui non accedent.* Jam illud quàm impiè dictum eſt ab iſto nos accuſante ut impios, *bruta non ſolùm ſapientiora eſſe hominibus, ſed Deo quoque chariora quàm homines?* quod quis non abominetur, draconem, vulpem, lupum, aquilam, accipitrem magis dilectos eſſe Deo, quàm naturam hominum? Nam ſi hoc verum eſſet, neceſſariò conſequeretur, Socratem, Platonem, Pythagoram, Pherecydem, viros divinos & tantoperè laudatos, minùs quàm has animantes charos eſſe Deo. Quæ felicitas in Celſi caput vertat, ut cum iis ex æquo Deo charus ſit, ſitque ipſorum

ἐκ τῶν ἀδελφῶν σου. βουληθεὶς δέ ποτε ὁ Θεὸς διὰ οἰωνοσκόπου ἀποστρέψαι ἀπὸ τῆς οἰωνιστικῆς, πεποίηκε πνεῦμα ἐν τῷ οἰωνοσκόπῳ εἰπεῖν, Οὐ γάρ ἐστιν οἰωνισμὸς ἐν Ἰακὼβ, οὐδὲ μαντεία ἐν Ἰσραήλ. κατὰ καιρὸν ῥηθήσεται τῷ Ἰακὼβ, καὶ τῷ Ἰσραὴλ, τί ἐπιτελέσει ὁ Θεός. Num. 23. 23. ταῦτα δὴ γιγνώσκοντες ἡμεῖς, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια, τηρεῖν βουλόμεθα μυστικῶς εἰρημένην ἐντολὴν τὴν, Πάσῃ φυλακῇ τήρει σὴν καρδίαν· Prov. 4. 23. ἵνα μὴ ἐπιβῇ τι τῶν δαιμονίων τῷ ἡγεμονικῷ ἡμῶν, ἢ πνεῦμά τι τῶν ἐναντίων πρὸς ἃ βούλεται τρέψῃ τὸ φανταστικὸν ἡμῶν. εὐχόμεθα δὲ λάμψαι ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν 2 Cor. 4. 6. τὸν φωτισμὸν τῆς γνώσεως τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, ἐπιδημοῦντος ἡμῶν τῷ φανταστικῷ πνεύματος Θεοῦ, καὶ φαντάζοντος ἡμᾶς τὰ τοῦ Θεοῦ· ἐπεὶ ὅσοι πνεύματι Θεοῦ ἄγονται, οὗτοι υἱοί εἰσι Θεοῦ. Rom. 8. 14. χρὴ δ' εἰδέναι ὅτι τὸ τὰ μέλλοντα προγιγνώσκειν, οὐ πάντως θεῖόν ἐστι· καθ' αὑτὸ γὰρ μέσον ἐστὶ, καὶ πίπτον εἰς φαύλους καὶ ἀστείους. καὶ ἰατροὶ γοῦν ἀπὸ ἰατρικῆς προγιγνώσκουσί τινα, κἂν φαῦλοι τὸ ἦθος τυγχάνωσιν. οὕτω δὲ καὶ κυβερνῆται, κἂν μοχθηροὶ τυγχάνωσιν ὄντες, προγιγνώσκουσιν ἐπισημασίας, καὶ ἀνέμων σφοδρότητας, καὶ τροπὰς περὶ τὸ περιέχον ἔκ τινος πείρας καὶ τηρήσεως· καὶ οὐ δή που παρὰ τοῦτο θείους τις αὐτοὺς εἶναι * φήσει, ἂν τύχωσι μοχθηροὶ εἶναι τὸ ἦθος. ψεῦδος οὖν τὸ παρὰ τῷ Κέλσῳ λεγόμενον τὸ, "Τί ἂν φαίη τις θειότερον "τοῦ τὰ μέλλοντα προγιγνώσκειν τε καὶ προ"δηλοῦν; ψεῦδος δὲ καὶ τὸ, Πολλὰ τῶν ζώων "ἀντιποιεῖσθαι θείας ἐννοίας· οὐδὲν γὰρ τῶν ἀλόγων ἔννοιαν ἔχει τοῦ Θεοῦ. ψεῦδος δὲ καὶ τὸ, "Ἐγ"γυτέρω τῆς θείας ὁμιλίας εἶναι τὰ ἄλογα "ζῶα· ὅπου γε καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ ἔτι φαῦλοι, κἂν ἐπ' ἄκρον προκόπτωσι, πόῤῥω εἰσὶ τῆς θείας ὁμιλίας. μόνοι δὴ ἄρα οἱ κατὰ ἀλήθειαν σοφοὶ καὶ ἀψευδῶς εὐσεβεῖς ἐγγυτέρω τῆς θείας ὁμιλίας εἰσίν· ὁποῖοί εἰσιν οἱ καθ' ἡμᾶς προφῆται, καὶ Μωϋσῆς, ᾧ μεμαρτύρηκε διὰ τὴν πολλὴν καθαρότητα ὁ λόγος εἰπὼν, Ἐγγιεῖ Μωϋσῆς μόνος πρὸς τὸν Θεὸν, οἱ δὲ λοιποὶ οὐκ ἐγγιοῦσι. Exod. 24. 2. πῶς δ' ἀσεβὲς ὑπὸ τοῦ ἀσεβείας ἐγκαλοῦντος εἴρηται τὸ, "Οὐ μόνον σοφώτερα "εἶναι τὰ ἄλογα τῶν ζώων τῆς τῶν ἀνθρώπων "φύσεως· ἀλλὰ καὶ θεοφιλέστερα; καὶ τίς οὐκ ἂν ἀποτραπείη προσέχων ἀνθρώπῳ λέγοντι δράκοντα, καὶ ἀλώπεκα, καὶ λύκον, καὶ ἀετὸν, καὶ ἱέρακα, τῆς ἀνθρώπων φύσεως εἶναι θεοφιλέστερα; ἀκολουθεῖ δ' αὐτῷ τὸ λέγειν ὅτι, εἰ θεοφιλέστερα τάδε τὰ ζῶα τῶν ἀνθρώπων, δῆλον ὅτι καὶ Σωκράτους, καὶ Πλάτωνος, καὶ Πυθαγόρου, καὶ Φερεκύδου, καὶ ὧν πρὸ βραχέος ὕμνησε * θεολόγων, θεοφιλέστερά ἐστι ταῦτα τὰ ζῶα. καὶ ἐπεύξαιτό γε ἄν τις αὐτῷ λέγων, Εἰ σὺ θεοφιλέστερά ἐστι τάδε τὰ ζῶα τῶν ἀνθρώπων, γένοιο μετ' ἐκείνων θεοφιλὴς, καὶ

* φησιν.

* θεολογῶν.

præſcientia futurorum quoad mores media res eſt

*ambientis nos aëris

Contra Celſi blaſphemiam de familiaritate brutorum cum Deo

καὶ ἐξομοιωθείης τοῖς κατὰ σὲ ἀνθρώπων θεοφιλεστέροις. καὶ μὴ ὑπολαμβανέτω γε ἀρὰν εἶναι τὸ τοιοῦτον· τίς γὰρ οὐκ ἂν εὔξαιτο δὶς πείθεται εἶναι θεοφιλεστέροις γενέσθαι πάντη παραπλήσιος, ἵνα καὶ αὐτὸς ὡς ἐκεῖνοι γένηται θεοφιλής; θέλων δὲ τὰς ὁμιλίας τῶν ἀλόγων ζώων εἶναι τῶν ἡμετέρων ἱερωτέρας ὁ Κέλσος, οὐ τοῖς τυχοῦσιν ἀνατίθησι τὴν ἱστορίαν ταύτην, ἀλλὰ τοῖς συνετοῖς. συνετοὶ δὲ κατὰ ἀλήθειαν εἰσὶν οἱ σπουδαῖοι, οὐδεὶς γὰρ φαῦλος συνετός. λέγει τοίνυν τὸν τρόπον τοῦτον, "ὅτι φασὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων οἱ συνετοὶ καὶ ὁμιλίας ἐκείνοις εἶναι, δῆλον ὅτι τῶν ἡμετέρων ἱερωτέρας· καὶ αὐτοί πῃ γνωρίζειν τὰ λεγόμενα, καὶ ἔργῳ δεικνύειν ὅτι οὐκ ἀγνοοῦσιν, ὅταν προειπόντες ὅτι ἔφασαν οἱ ὄρνιθες ὡς ἀπίασί ποι, καὶ ποιήσουσι τόδε ἢ τόδε, δεικνύωσιν ἀπελθόντας ἐκεῖ, καὶ ποιοῦντας ἃ ἤδη προεῖπον." κατὰ μὲν οὖν τὸ ἀληθὲς οὐδεὶς συνετὸς τοιαῦτα ἱστόρησε, καὶ οὐδεὶς σοφὸς ἱερωτέρας εἶπεν εἶναι τὰς τῶν ἀλόγων ζώων ὁμιλίας τῶν τῶν ἀνθρώπων. εἰ δ' ὑπὲρ τοῦ ἐξετάσαι * τὰ Κέλσου τἀκόλουθον σκοποῦμεν, δῆλον ὅτι κατ' αὐτὸν ἱερώτεραι τῶν σεμνῶν Φερεκύδου, καὶ Πυθαγόρου, καὶ Σωκράτους, καὶ Πλάτωνος, καὶ τῶν φιλοσόφων ὁμιλιῶν εἰσὶν αἱ τῶν ἀλόγων ζώων. ὅπερ ἐστὶ καὶ αὐτόθεν οὐ μόνον ἀπεμφαῖνον, ἀλλὰ καὶ ἀτοπώτατον. ἵνα δὲ καὶ πεισθῶμεν, πῶς ἐκ τῆς ἀσήμου φωνῆς τῶν ὀρνίθων μαθόντες ὅτι ἀπίασί ποι οἱ ὄρνιθες, καὶ ποιήσουσι τόδε ἢ τόδε, προδηλοῦσι· καὶ τοῦτ' ἐροῦμεν ὑπὸ τῶν δαιμόνων συμβολικῶς ἀνθρώποις δεδηλῶσθαι, κατὰ σκοπὸν τὸν περὶ τοῦ ἀπατηθῆναι ὑπὸ τῶν δαιμόνων τὸν ἄνθρωπον, καὶ καθαρπασθῆναι αὐτοῦ τὸν νοῦν ἀπ' οὐρανοῦ καὶ Θεοῦ ἐπὶ γῆν καὶ τὰ ἔτι κατωτέρω. Οὐκ οἶδα δ' ὅπως ὁ Κέλσος καὶ ὅρκου ἐλεφάντων ἤκουσε, καὶ ὅτι οὗτοι ἔτι πιστότεροι πρὸς τὸ θεῖον ἡμῶν, καὶ γνῶσιν ἔχουσι τοῦ Θεοῦ. ἐγὼ γὰρ πολλὰ μὲν καὶ θαυμαστὰ οἶδα περὶ τῆς φύσεως τοῦ ζώου καὶ τῆς ἡμερότητος ἱστορούμενα, οὐ μὴν καὶ περὶ ὅρκων ἐλέφαντος συνεῖδον εἰρημένα παρά τινι. εἰ μὴ ἄρα τὸ * ἥμερον, καὶ τὴν ὡσπερεὶ πρὸς ἀνθρώπους αὐτῶν συνθήκην ἅπαξ * γινομένην ὑπ' αὐτοῖς, εὐορκίαν τετήρηκεν ὀνόμασεν, ὅπερ καὶ αὐτὸ ψεῦδός ἐστιν. εἰ γὰρ καὶ σπανίως, ἀλλ' οὖν γε ἱστόρηται, ὅτι μετὰ τὴν δοκοῦσαν ἡμερότητα ἐξηγριώθησαν ἐλέφαντες κατὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ διὰ τοῦτο κατεδικάσθησαν ἀναιρεθῆναι, ὡς οὐκέτι χρήσιμοι. ἐπεὶ δὲ παραλαμβάνει μετὰ ταῦτα, εἰς τὸ καλλωπίσασθαι (ὡς οἴεται) εὐσεβεστέρους τοὺς πελαργοὺς τῶν ἀνθρώπων, τὸ περὶ τὸ ζῶον ἱστορούμενον ἀντιπελαργοῦντος, καὶ τροφὰς φέροντος τοῖς γεγεννηκόσι· λεκτέον, ὅτι καὶ τοῦτ' οὐκ ἀπὸ ἐνθυμήματος τοῦ περὶ τοῦ καθήκοντος ποιοῦσιν οἱ πελαργοί, οὐδ' ἀπὸ λογισμοῦ, ἀλλ' ἀπὸ φύσεως, βουληθείσης τῆς κατασκευαζούσης αὐτοὺς φύσεως παράδειγμα ἐν

Cont. Cel.: parum ſapientiæ iis ineſt, qui brutorum Celſi ab hominibus brutis comparationem laudant

* τοῦ Κέλσου τἀκόλουθον, δῆλον.

De elephantorum iureiurando

* ἡμέτερον.
* τετηρημένην.

De ciconiarum pietate

rum ſimilis, quæ ſuâ ſententiâ hominibus prætulit. Nec tamen putet ſibi malè precatum: quis enim non optârit fieri quàm ſimillimum his, quos putat Deo longè chariſſimos, ut & ipſe ametur à Deo? Adhæc contendens colloquia brutorum ſanctiora eſſe quàm noſtra, dicit hoc ex autoritate non quorumvis, ſed prudentium; ſapientes enim reverà ſunt boni, quando nemo malus prudens eſt: proinde ſic loquitur, *Aiunt viri prudentes etiam colloquia inter bruta illa fieri, dubio procul ſacratiora noſtris: eaque ſe intelligere ſatis declarare ipſâ re, dum prædicant aves dixiſſe ſe aliquò abituras, vel hoc illudve facturas, oſtendunt illuc abiiſſe, & quæ jam prædixerant feciſſe.* Si veritatem conſideremus, hoc nemo dixit ſapiens, nemo prudens putavit ſanctiora brutorum colloquia quàm hominum. Quòd ſi in expendendis Celſi dictis quid ex iis conſequatur attendamus, manifeſtum eſt per ſe ſanctiora eſſe brutorum colloquia, quàm graviſſimas diſputationes Pherecydis, Pythagoræ, Socratis, Platonis, aliorúmque philoſophorum: quod adeò non eſt veriſimile, ut nihil dici poſſit abſurdius. Sed eſto eſſe aliquos, qui ex inarticulata voce avium diſcentes prædicant abituras aliquò, facturáſve hoc aut illud: dicemus hoc quoque dæmonas indicâſſe hominibus, non in aliud, quàm ut eos decipiant, eorumque mentem alienent à Deo, abſtractam à cœlo ad terram, aut etiam inferius. Porrò, quod ad elephantos attinet, neſcio ubinam Celſus juramentum eorum audiverit, eſſéque hos nobis religioſiores erga cœleſte numen, Deúmque noſcere. Equidem memini narrari multa miranda de hujus animalis natura & manſuetudine, nemo tamen, quod ſciam, de elephantorũ jurejurando prodidit: niſi fortaſſe fœdus cum homine ſemel initum perpetuóq; ſervatum intelligi vult hoc nomine; quod nè ipſum quidem verum eſt: nam etſi rarò, nonnunquàm tamen eos oblitos conſuetudinis efferatos contra homines legimus, & ob id è dominorum ſententia necatos ut inutiles. Quoniam autem mox in argumentum pietatis, quâ nos illis inferiores videri vult, adducit ciconias nutricationis vicem reddentes ſuis parentibus: reſpondemus, neque hæc ex reputatione officii ciconias facere aut ratione aliquâ, ſed inſtinctu naturæ in brutis exemplum

emplum præbentis hominibus, ut pudeat eos gratiam autoribus vitæ ſuæ non referre. Quòd ſi Celſus ſciret quantum interſit ratione hæc fiant an naturâ, nunquam in laude pietatis ciconias anteferret hominibus. At ille contentioſè palmam hanc brutis aſſerit, producens etiam Arabicam alitem, Phœnicem, in medium, poſt multorum annorum intervalla in Ægyptum devolantem, eóque deferentem patrem ſuum defunctum in globo myrrhæ ſepeliendum in fano Solis. Id narratur quidem, ſed naturale poteſt eſſe, ſi tamen verum eſt: & fortaſſe divina providentia largitatem ſuam hominibus commendare voluit tam numeroſâ varietate animalium, quibus ornavit mundum hunc, adeò ut non deſit, quod in ſuo genere ſit unicum, non ut ipſam avem miremur, ſed ejus conditorem potiús. Quoniam autem poſt hæc omnia ſic Celſus concludit, Ergò *non homini hæc facta ſunt, ſicut nec leoni, nec aquilæ, nec delphino; ſed quò mundus hic, ità ut opus Dei decet, eſſet integer & modis omnibus abſolutiſſimus, conſtans ex rebus omnibus; idcò diverſa omnia, non ut inter ſe, ſed ut univerſitati congruant: nam hæc Deo curæ eſt, hanc nunquam deſtituit providentia nec detrimentum ſinit capere: hanc nec poſt certa ſeculorum intervalla inviſit, nec iratus hominibus, quibus non magìs indignatur quàm ſimiis aut muribus; nec alicui operum ſuorum minatur, ut quæ ſingula ordine ſuo diſtributa ſint.* Agè, ſaltem paucis ei reſpondeamus. Puto autem jam ex antedictis ſatìs oſtenſum, quòd homini & rationali naturæ facta ſint omnia, potiſſimùm enim propter rationale animal omnia creata ſunt. Neget igitur Celſus facta vel homini, vel leoni, vel cuicunque horum quæ enumerat: nos dicemus, non leoni quidem, neque aquilæ, neque delphino, rerum opifex hæc condidit; ſed univerſa propter rationale animal, & ut Dei hoc opus integrum abſolvatur partibus omnibus: nam huic ut rectè dicto aſſentiendum eſt. Sed non ſolam univerſitatem Deus curat, ut Celſus opinatur: imò præter eam, quicquid rationis eſt particeps, nec unquam curare deſinet: nam (etiamſi detrimenti aliquid capiat rerum univerſitatis pars propter vitiatam rationalem naturam) non ceſſat tamen providentia quò minus peccatum expiet, & poſt intervallum temporum ad ſe convertat omnia. Nec ſimiis iraſcitur aut muribus, ſed homines legum naturæ tranſgreſſores pœnis caſtigat, eiſq; per Prophetas minatur, atq; etiam per

ἀλόγοις ζώοις, δυσωπῆσαι δυνάμενον ἀνθρώπους, ἐνδείξ. περὶ τῆς χάριτος ἀποπνεύειν τοῖς γεγεννηκόσιν. εἰ δὲ ᾔδει Κέλσος ὅσῳ διαφέρει, λόγῳ ταῦτα ποιεῖν τοῦ ἀλόγως αὐτὰ καὶ φυσικῶς ἐνεργεῖν· οὐκ ἂν εὐσεβεστέρους εἶπε τοὺς πελαργοὺς τῶν ἀνθρώπων. ἔτι δὲ, ὡς ὑπὲρ εὐσεβείας τῶν ἀλόγων ζώων μαχόμενος ὁ Κέλσος, παραλαμβάνει τὸ Ἀράβιον ζῶον, τὸν φοίνικα, διὰ πολλῶν ἐτῶν ἐπιδημοῦν Αἰγύπτῳ, καὶ φέρειν ἀποθανόντα τὸν πατέρα, καὶ ταφέντα ἐν σφαίρᾳ σμύρνης, καὶ ἐπιτιθέντα ἔνθα τὸ τοῦ ἡλίου τέμενος. καὶ τοῦτο ἱστόρηται μὲν, δύναται δὲ, ἐάν περ ᾖ ἀληθὲς, καὶ αὐτὸ φυσικὸν τυγχάνειν· ἐπιδαψιλευσαμένης τῆς θείας προνοίας καὶ ἐν ταῖς διαφοραῖς τῶν ζώων παραστῆσαι τοῖς ἀνθρώποις τὸ ποικίλον τῆς τῶν ἐν τῷ κόσμῳ κατασκευῆς, φθάνον καὶ ἐπὶ τὰ ὄρνεα· καὶ ζῶόν τι μονογενὲς ὑπέστησεν, ἵνα καὶ τοῦτο ποιήσῃ θαυμασθῆναι οὐ τὸ ζῶον, ἀλλὰ τὸν πεποιηκότα αὐτό. Ἐπεὶ δὲ τούτοις πᾶσιν ἐπιφέρει ὁ Κέλσος τὸ, "Οὔκουν ἀνθρώπῳ πεποίηται ταῦτα, "ὥσπερ οὐδὲ λέοντι, οὐδὲ ἀετῷ, οὐδὲ δελφῖνι· "ἀλλ' ὅπως ὅδε ὁ κόσμος ὡς ἂν Θεοῦ ἔργον "ὁλόκληρον καὶ τέλειον ἐξ ἁπάντων γένηται· "τούτου χάριν μεμέτρηται τὰ πάντα οὐκ ἀλ"λήλων, ἀλλ' εἰ μὴ πάρεργον, ἀλλὰ τοῦ "ὅλου· καὶ μέλει τῷ Θεῷ τοῦ ὅλου, καὶ τοῦτ' οὔ"ποτε ἀπολείπει πρόνοια, οὐδὲ κάκιον γίνεται, "οὐδὲ διὰ χρόνου πρὸς αὐτὸ ὁ Θεὸς ἐπι"στρέφει, οὐδ' ἀνθρώπων ἕνεκα ὀργίζεται· "ὥσπερ οὐδὲ πιθήκων, οὐδὲ μυῶν, οὐδὲ * τού"τοις ἀπειλεῖ, ὧν ἕκαστον ἐν τῷ μέρει τὴν "αὐτοῦ μοῖραν εἴληφε. φέρε, κἂν διὰ βραχέων πρὸς * ταῦτ' ἀπαντήσωμεν. οἶμαι * δὴ ἀποδεδεῖχθαι ἐκ τῶν προειρημένων, πῶς ἀνθρώπῳ καὶ παντὶ λογικῷ τὰ πάντα πεποίηται· * προηγουμένως γὰρ διὰ τὸ λογικὸν ζῶον τὰ πάντα δεδημιούργηται. Κέλσος μὲν οὖν λεγέτω, ὅτι οὕτως οὐκ ἀνθρώπῳ, οὐδὲ λέοντι, οὐδ' οἷς ὀνομάζει· ἡμεῖς δ' ἐροῦμεν, οὐ λέοντι ὁ δημιουργὸς, οὐδὲ ἀετῷ, οὐδὲ δελφῖνι ταῦτα πεποίηκεν· ἀλλὰ πάντα διὰ τὸ λογικὸν ζῶον, καὶ ὅπως ἂν ὅδε ὁ κόσμος ὡς ἂν Θεοῦ ἔργον ὁλόκληρον καὶ τέλειον ἐξ ἁπάντων γένηται. τούτῳ γὰρ συγκαταθετέον ὡς καλῶς εἰρημένῳ. μέλει δὲ τῷ Θεῷ οὐχ, ὡς Κέλσος οἴεται, μόνου τοῦ ὅλου, ἀλλὰ παρὰ τὸ ὅλον ἐξαιρέτως παντὸς λογικοῦ. καὶ οὐδέποτε ἀπολείψει πρόνοια τὸ ὅλον· οἰκονομεῖ γὰρ (κἂν κάκιον * γίνηται, διὰ τὸ λογικὸν ἁμαρτάνον, μέρος τι τοῦ ὅλου) καθάρσιον αὐτοῦ ποιεῖν, καὶ διὰ χρόνου ἐπιστρέφειν τὸ ὅλον πρὸς ἑαυτόν. ἀλλ' οὐδὲ πιθήκων μὲν ἕνεκα ὀργίζεται, οὐδὲ μυῶν· ἀνθρώποις δὲ ἐπάγει, ἅτε παραβᾶσι τὰς φυσικὰς ἀφορμὰς, δίκην καὶ κόλασιν, καὶ τούτοις διὰ προφητῶν ἀπειλεῖ, καὶ διὰ τοῦ ἐπιδημή-

De Phœnice ave

Contra Celſi concluſionem

* τούτων.

* πῦτ'.

* δὲ.

* προειρημένων.

Origenes laudando Dei in universo condendo tum rationali natura tum curam tum correctione sapiens consilium laudandum perorat.

* γίνη].

σαντος ὅλῳ τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων σωτῆρες· ἵνα διὰ τῆς ἀπειλῆς ἐπιστραφῶσι μὲν οἱ ἀκούοντες· οἱ δὲ ἀμελήσαντες τῶν ἐπιστρεπτικῶν λόγων δίκας κατ' ἀξίαν τίσωσιν, ἃς πρέπον Θεὸν ἐπιτιθέναι κατὰ τῶν ἑαυτῷ συμφερόντως τῷ παντὶ βελτιώματι τῆς τοιαύτης καὶ οὕτως ἐπιπόνου δεομένοις θεραπείας καὶ διορθώσεως. ἀλλὰ γὰρ καὶ τοῦ τετάρτου τόμου αὐτάρκη περιγραφὴν εἰληφότος, αὐτοῦ που καταπαύσομεν τὸν λόγον. Θεὸς δὲ δῴη διὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὅς ἐστι Θεὸς λόγος, καὶ σοφία, καὶ ἀλήθεια, καὶ δικαιοσύνη, καὶ πᾶν ὅ, τι ποτὲ * περὶ αὐτοῦ θεολογοῦσιν αἱ ἱεραὶ γραφαὶ, ἄρξασθαι ἡμᾶς καὶ τοῦ πέμπτου τόμου, ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ἐντευξομένων, καὶ διανύσαι κἀκεῖνον, μετὰ τῆς τοῦ λόγου αὐτοῦ εἰς τὴν ἡμετέραν ψυχὴν ἐπιδημίας καλῶς.

Joan. 1.1. 14.6. 1 Cor. 1.24, 30.

* θεολογοῦσι περὶ αὐτοῦ φασιν ἱεραὶ γρ.

Additā invocatione ut quinti voluminis inchoandi et perficiendi vires Deus per filium suum suppeditaret

cum, qui adventu ſuo ſervavit genus hominum, ut territi ad bonam mentem ſe vertant; contemptores autem ſermonis emendatorii pœnas, ut par eſt, luant meritas; quemadmodum Deum decet punire noxios in ipſorum utilitatem, quibus emendatione tali opus eſt. Ceterùm, quia jam quartum quoque volumen ſatis excrevit, hic finem ſermoni faciamus. Faxit Deus per ſuum filium, qui ipſius eſt ſermo, ſapientia, veritas, juſtitia, & quicquid ei ſacræ Scripturæ de Deo loquentes tribuunt, ut quintum quoque aggrediamur in lectoris utilitatem, cùmque abſolvamus ipſius favore aſpirante noſtro animo.

Τέλος τοῦ δ'. Τόμου.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ
ΚΑΤΑ
ΚΕΛΣΟΥ
ΤΟΜΟΣ ε'.

NOn ſtudio veritæ loquacitatis, quæ non poteſt peccatum effugere, jam quintum librum contra Celſi ſcripta incipimus, ſacer Ambroſi: ſed pro viribus conantes nihil ejus dictorum inexaminatum præterire, præſertim ſicubi videtur non ſtultè accuſare nos aut Judæos. Certè, ſi poſſemus penetrare conſcientias quorumlibet, qui in ejus libros inciderunt, & extrahere tela ſaucîantia non ſatis munitos armaturâ Dei, admoverêque rationale remedium inflicto per Celſum vulneri; perlibenter hoc faceremus: nunc quoniam hoc Dei ſolius opus eſt, per ſpiritum ſuum unà cum Chriſti ſpiritu adire quos adventu ſuo dignatur; nobis autem, qui conamur verbis & ſcriptis homines ad fidem adducere, animus eſt per omnia curare, ut vocemur *operarii ſine ignominia, rectè ſecantes ſermonem veritatis*. Sed unum illud ex omnibus factu videtur præcipuum, ut quæ Celſo viſa ſunt ſimilia veri pro viribus refutemus, tua juſſa fideliter exequentes. Agè, pergamus reliqua convellere, propoſitis ejus verbis, quæ deinceps ſequuntur poſt jam confutata; rectè an ſecus, penes æquum lectorem eſto judicium. Deus faxit nè mens noſtra ejus adſpirationis vacua diſputationem hanc tractet: ut *fides* eorum, quibus prodeſſe optamus, *non ſit in humana ſapientia*; ſed accepto Chriſti ſpiritu, ab eo qui ſolus eum dat pater, adjuti in percipiendo verbo Dei, demoliamur *omnem altitudinem attollentem ſe contra Dei notitiam*, ſimulque faſtum Celſi, quo adverſùm Jeſum noſtrum Moſémque & Prophetas erigitur: ut eo, qui dat verbum evangelizantibus virtute multâ, nobis quoque id præbente, multámque virtutem donante, apud lectores fidem impetremus per verbum atque virtutem Dei. Ac primùm aggrediemur verba ejus hæc, *Deus, ô Judæi & Chriſtiani, neque*

unt ad accuſationem vel Judæorum, vel noſtrorum hominum? Sed iſte, ubi ſe putat anſam vituperandi nactum, *fugam Hebræorum* nominat: ubi verò res poſtulabat ut expenderet quæ de plagis ſcripta ſunt, quibus Deus afflixit Ægyptiorum gentem, ea libenter ſilentio præteriit. Quòd ſi ſeriò reſpondendum eſt ad opinionem Celſi credentis nos idem de Scripturis ſentire quod Judæi ſentiunt, dicam confeſſum eſſe apud utroſque ſacros libros ſcriptos eſſe divino Spiritu, ſed de intellectu eorum non conſentire nos, quando nec vivimus ut Judæi, quòd non ſapiamus juxta externam legis literam. Et dicimus, *quoties legitur Moſes, velamen eſſe obtenſum cordibus eorum,* qui Jeſu Chriſti viam non ingrediuntur, ut eos mens Moſis legiſlatoris lateat. Scimus autem, quòd ſi quis ſe convertat ad Dominum, eſt autem ſpiritus is Dominus, ſublato velamine, retectâque facie, in occultis illis literarum ſenſibus, tanquam in ſpeculo, gloriam Domini contemplabitur, fruetúrque illâ quæ Dei nominatur gloriâ in ſuammet ipſius gloriam: accipiendo pro intellectu id quod vocatur facies, juxta interiorem hominis faciem, repletam luce & gloriâ veritatis, quæ continetur in illis legibus. Poſthæc dicit, *Nemo me putet ignorare, quoſdam Chriſtianorum aſſenſuros communem ſibi eſſe cum Judæis Deum: quoſdam verò dicturos, diverſum atq; adeò contrarium, & ab illo veniſſe filium.* Sed, ſi hoc in Chriſtiana religione improbat quòd plures ſectas habeat, quin eâdem operâ damnat philoſophiam? quandoquidem in philoſophorum ſectis diſcrepatur de rebus non vulgaribus, ſed de maximè cognitu neceſſariis. Accuſanda erit & medicina propter ſectas ſuas. Eſto igitur, negent aliqui eundem eſſe noſtrum & Judæorum Deum, non ideo culpandi ſunt, qui ex communibus Scripturis demonſtrant eundem eſſe Judæorum Deum & gentilium; Paulo, qui ex Judæis ad Chriſtianam religionem acceſſit, manifeſtè dicente, *Gratias ago Deo meo, cujus cultor ſum jam indè à progenitoribus in conſcientia pura.* Sit licèt etiam tertium genus eorum, qui alios animales alios ſpirituales nominant (puto autem eum Valentinianos dicere): quid hoc ad nos eccleſiaſticos, qui damnamus opinionem aſſerentium alios ad ſalutem natos, alios ad interitum; & hos naturâ malos, illos contrà naturâ bonos? Sint rurſum alii, qui arroganti Gnoſticorum nomine polliceantur novâ quandam

ὅμως ταῦτα συμβάλλεται πρὸς τὴν καθ' ἡμῶν ἢ κατὰ Ἰουδαίων κατηγορίαν; ἔνθα μὲν ὅμως ᾤετο χλευάζειν ἡμᾶς ἐν τῷ περὶ τῶν Ἑβραίων λόγῳ, φυγὴν ὠνόμαζεν· ὅπου δ' ἦν τὸ πραγματικὸν ἐξετάσαι περὶ τῶν ἀναγεγραμμένων μαστίγων ἐπεληλυθέναι τῇ Αἰγύπτῳ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, τοῦθ' ἑκὼν ἐσιώπησεν. εἰ δ' ἀκριβῶς χρὴ ἡμᾶς λέγειν τὰ πρὸς τὸν Κέλσον, οἰόμενον τὰ αὐτὰ ἡμᾶς Ἰουδαίοις περὶ τῶν γεγραμμένων δοξάζειν, φήσομεν ὅτι, τὰ μὲν βιβλία θείῳ γεγράφθαι πνεύματι, ὁμολογοῦμεν ἀμφότεροι· περὶ δὲ τῆς ἐκδοχῆς τῶν ἐν τοῖς βιβλίοις, οὐκέτι τὰ ὅμοια φαμέν· οἵ γε οὐδὲ βιοῦμεν ὡς Ἰουδαῖοι, τῷ φρονεῖν, οὐ τὴν κατὰ τὸ ῥητὸν ἐκδοχὴν τῶν νόμων εἶναι τὴν περιέχουσαν τὸ βούλημα τῆς νομοθεσίας. καὶ λέγομεν δ', ὅτι, ἡνίκα ἂν ἀναγινώσκηται Μωϋσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν κεῖται, τῷ τοῖς τὴν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ μὴ ὁδεύουσιν ὁδὸν ἐπικεκρύφθαι τὸ βούλημα τοῦ Μωϋσέως νόμου. ἴσμεν δ' ὅτι ἐὰν ἐπιστρέψῃ τις πρὸς τὸν Κύριον (ὁ δὲ Κύριος τὸ πνεῦμά ἐστι·) περιαιρεθεὶς τὸ κάλυμμα, ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν ἐν τοῖς κεκρυμμένοις νοήμασι κατὰ τὰ γράμματα δόξαν τοῦ Κυρίου ὡσπερεὶ κατοπτρίζεται, καὶ μεταλαμβάνει τῆς καλουμένης θείας δόξης, εἰς τὴν ἑαυτοῦ δόξαν. τροπικῶς μὲν λεγομένου προσώπου, γυμνότερον δ', ὡς ἂν ὀνομάσαι τις, τοῦ νοῦ· ἐν ᾧ ἐστι τὸ τοῦ τὸν κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον πρόσωπον, * πληρούμενον φωτὸς καὶ δόξης ἀπὸ τῆς περὶ τῶν κατὰ τοὺς νόμους ἀληθείας. Ἑξῆς δὲ τούτοις φησί, "Μή με οἰηθῇ τις "ἀγνοεῖν, ὡς οἱ μὲν αὐτῶν συνθήσονται, τὸν "αὐτὸν εἶναι σφίσιν ὅνπερ Ἰουδαίοις Θεόν· οἱ δ' "ἄλλον, ᾧ τοῦτον ἐναντίον, παρ' ἐκείνου τε ἐλ"θεῖν τὸν υἱόν. εἴπερ δὲ τὸ εἶναι αἱρέσεις πλείονας ἐν Χριστιανοῖς, κατηγορίαν οἴεται Χριστιανισμοῦ εἶναι· διὰ τί οὐχὶ καὶ φιλοσοφίας κατηγορία κατὰ τὸ ἀνάλογον νομισθείη ἂν ἡ ἐν ταῖς αἱρέσεσι τῶν φιλοσοφούντων διαφωνία, οὐ περὶ μικρῶν καὶ τῶν τυχόντων, ἀλλὰ περὶ τῶν ἀναγκαιοτάτων; ἄρα δὲ καὶ ἰατρικὴν κατηγορεῖσθαι δεῖ διὰ τὰς ἐν αὐτῇ αἱρέσεις. ἔστωσαν ὅμως ἐν ἡμῖν οἱ μὴ τὸν αὐτὸν λέγοντες τῷ Ἰουδαίων Θεῷ Θεόν· ἀλλ' οὔ τί γε παρὰ τοῦτο κατηγορητέοι οἱ ἀπὸ τῶν αὐτῶν γραμμάτων ἀποδεικνύντες, ὅτι εἷς καὶ ὁ αὐτὸς Θεὸς Ἰουδαίων ἐστὶ καὶ ἐθνῶν. ὡς καὶ τὸν Παῦλον λέγειν σαφῶς, ἀπὸ Ἰουδαίων προσεληλυθότα Χριστιανισμῷ, Χάριν ἔχω τῷ Θεῷ μου, ᾧ λατρεύω ἀπὸ προγόνων ἐν καθαρᾷ συνειδήσει. ἔστω δ' ἔτι καὶ τρίτον γένος τῶν ὀνομαζόντων ψυχικούς τινας, καὶ πνευματικοὺς ἑτέρους· οἶμαι δ' αὐτὸν λέγειν τοὺς ἀπὸ Οὐαλεντίνου. καὶ τί τοῦτο πρὸς ἡμᾶς, τοὺς ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας, κατηγοροῦντας τῶν εἰσαγόντων φύσεις ἐκ κατασκευῆς σωζομένας, ἢ ἐκ κατασκευῆς ἀπολλυμένας; ἔστωσαν δέ τινες καὶ ἐπαγγελλόμενοι εἶναι Γνωστικοί,

Exod. 7. 20. 8. 6, 17, 24. 9. 6, 10, 23. 10, 13, 22. 12. 29.

2 Cor. 3. 15, 16.

* πληρούμενοι.

2 Tim. 1. 3.

Valentiniani

Γνωστικοί, ἀνάλογον τοῖς ἑαυτοὺς ἀναγορεύουσι φιλοσόφοις Ἐπικουρείοις. ἀλλ' οὔτε οἱ τὴν πρόνοιαν ἀναιροῦντες φιλόσοφοι εἶεν ἂν ἀληθῶς, οὔτε οἱ τὰ ἀλλόκοτα ἀναπλάσματα, καὶ μὴ ἀρέσκοντα τοῖς τῆς ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ διαδοχῆς, ἐπεισαγαγόντες εἶεν ἂν Χριστιανοί. ἔστωσαν δέ τινες καὶ τὸν Ἰησοῦν ἀποδεχόμενοι, ὡς παρὰ τοῦτο Χριστιανοὶ εἶναι αὐχοῦντες, ἔτι δὲ καὶ κατὰ τὸν Ἰουδαίων νόμον ὡς τὰ Ἰουδαίων πλήθη βιοῦν ἐθέλοντες· (οὗτοι δ' εἰσὶν οἱ διττοὶ Ἐβιωναῖοι, ἤτοι ἐκ παρθένου ὁμολογοῦντες ὁμοίως ἡμῖν τὸν Ἰησοῦν, ἢ οὐχ οὕτω γεγεννῆσθαι, ἀλλ' ὡς τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους.) τί τοῦτο φέρει ἔγκλημα τοῖς ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας, οὓς ἀπὸ τοῦ πλήθους ὠνόμασεν ὁ Κέλσος; εἶπε δέ τινας εἶναι καὶ Σιβυλλιστάς· τάχα παρακούσας τινῶν ἐγκαλούντων τοῖς οἰομένοις προφῆτιν γεγονέναι τὴν Σίβυλλαν, καὶ Σιβυλλιστὰς τοὺς τοιούτους καλεσάντων. εἶτα, σωρὸν καταχέων ἡμῶν ὀνομάτων, φησὶν εἰδέναι τινὰς καὶ * Σιμωνιανούς· οἳ τὴν Ἑλένην, ἤτοι διδάσκαλον Ἕλενον, σέβοντες, Ἑλενιανοὶ λέγονται. ἀλλὰ λανθάνει τὸν Κέλσον, ὅτι οὐδαμῶς τὸν Ἰησοῦν ὁμολογοῦσιν υἱὸν Θεοῦ Σιμωνιανοί, ἀλλὰ δύναμιν Θεοῦ λέγουσι τὸν Σίμωνα· τερατευόμενοι περὶ αὐτοῦ τινα, οἰηθέντος ὅτι ἐὰν τὰ παραπλήσια προσποιήσηται οἷς ἔδοξε προσπεποιῆσθαι ὁ Ἰησοῦς, δυνήσεται καὶ αὐτὸς παρὰ ἀνθρώποις τοσοῦτον, ὅσον Ἰησοῦς τοῖς πολλοῖς. ἀλλ' οὔτε Κέλσος, οὔτε Σίμων ἐδυνήθησαν νοῆσαι, πῶς Ἰησοῦς, ὡς καλὸς γεωργὸς λόγου Θεοῦ, δεδύνηται τὴν πολλὴν Ἑλλάδα, καὶ τὴν πολλὴν βάρβαρον, ἐπισπεῖραι, καὶ πληρῶσαι λόγων, μετατιθέντων τὴν ψυχὴν ἀπὸ παντὸς κακοῦ, καὶ ἀναγόντων πρὸς τὸν τῶν ὅλων δημιουργόν. Κέλσος μὲν οὖν οἶδε καὶ Μαρκελλιανοὺς ἀπὸ Μαρκελλίνας, καὶ Ἁρποκρατιανοὺς ἀπὸ Σαλώμης, καὶ ἄλλους ἀπὸ Μαριάμμης, καὶ ἄλλους ἀπὸ Μάρθας· ἡμεῖς δέ, οἱ διὰ τὴν κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν φιλομάθειαν οὐ μόνα τὰ ἐν τῷ λόγῳ, καὶ τὰς διαφορὰς τῶν ἐν αὐτῷ ἐξετάσαντες· ἀλλ', ὅση δύναμις, καὶ τὰ τῶν φιλοσοφησάντων φιλαλήθως ἐρευνήσαντες, οὐδέ ποτε τούτοις ὡμιλήσαμεν. ἐμνήσθη δ' ὁ Κέλσος καὶ Μαρκιωνιστῶν, προϊσταμένων Μαρκίωνα· εἶτ', ἵνα δοκῇ καὶ ἄλλους εἰδέναι παρ' οὓς ὠνόμασε, φησὶν ἑαυτῷ συνήθως, "ὅτι ἄλλοι "ἄλλον διδάσκαλόν τε καὶ δαίμονα κακῶς πλα"ζόμενοι, καὶ καλινδούμενοι κατὰ σκότον πολύν, "τῶν Ἀντίνου τοῦ κατ' Αἴγυπτον θιασωτῶν ἀ"νομώτερόν τε καὶ μιαρώτερον. καὶ δοκεῖ μοι ἐπιψαυόμενος τῶν πραγμάτων ἀληθές τι εἰρηκέναι, ὅτι τινὲς ἄλλοι ἄλλον δαίμονα κακῶς πλαζόμενοι, καὶ καλινδούμενοι, * εὕρεντο περιεῖται κατὰ πολὺν τὸν τῆς ἀγνοίας σκότον. περὶ δὲ τῶν κατὰ τὸν Ἀντίνουν, παραβαλλόμενον ἡμῶν τῷ Ἰησοῦ, ἐν τοῖς πρὸ τούτων εἰπόντες, οὐ παλιλλογήσομεν. "καὶ βλασφημοῦσι δέ φησι

* Σιμωνιασμές.

* εὕρεντο.

ſcientiam, quemadmodum quidam ſe nominant Epicureos philoſophos: attamen neque providentiam tollens fuerit germanus philoſophus, neque iſti, qui abſurda figmenta & Jeſu ſucceſſoribus improbata introducunt, Chriſtiani unquam fuerint. Sint alii etiam Jeſum recipientes, eóque Chriſtianos ſe jactitantes, ſervantes nihilominus legem & viventes Judæorum moribus: (videlicet Ebionæi duorum generum, vel nobiſcum fatentes Jeſum natum è virgine, vel non ità, ſed reliquorum more hominum:) quid hoc crimen attinet ad Eccleſiam, quam Celſus vulgi nomine ſignificat? Facit etiam mentionem neſcio quorum Sybilliſtarum; fortaſſe quòd audierat à quibuſdam improbari eos, qui Sibyllam prophetidem exiſtimant, notarique Sibylliſtarum nomine. Deinde, acervum variarum appellationum in nos congerens, ait, ſe nôſſe quoſdam Simonianos, qui Helenam, ſive præceptorem Helenum, venerantes Heleniani dicantur. Sed in hoc fallitur Celſus, cùm Simoniani nolint fateri Jeſum eſſe Dei filium, ſed Simonem dicant Dei virtutem, prodigioſa quædam narrantes de homine vano, qui putârit ſe miraculorum æmulatione non minorem exiſtimationem quàm Jeſus paraturum apud homines. Sed neque Celſus, neque Simon potuerunt intelligere, quomodo Jeſus in morem boni coloni potuerit magnam Græciæ Barbariæque partem opplere verbi ſemine, traducentis animas à vitiis ad conditorem rerum omnium. Celſus porrò novit & Marcellianos à Marcellina, & Harpocratianos à Salome oriundos, tum alios à Mariamne, alios à Martha: nos autem qui diſcendi ſtudio non ſolùm noſtræ doctrinæ varias ſententias perquiſivimus, verùm etiam philoſophorum veritatem veſtigantium ſcripta excuſſimus, nunquam in iſtos incidimus. His addit Celſus Marcioniſtas, ſectatores Marcionis: & ut alios etiam præter jam nominatos videatur nôſſe, more ſuo loquens, *Et alii alios*, inquit, *fingentes ſibi dæmonas & magiſtros decepti volutantur in magnis tenebris turpiùs quàm in Ægypto ſodales Antinoani*. Videtur ſanè rem attigiſſe, dum ab aliis dæmonibus alios dicit involutos erroribus & ignorantiæ tenebris: quòd verò Antinoum confert cum noſtro Jeſu, non repetemus quæ antè ad hoc reſpondimus. *Hi*, inquit, *dicendis*

non-

non-dicendiſque in ſe invicem velitantur conviciis, nunquam concordes propter odia mutua. Ad hoc quoque jam antè reſponſum eſt, & apud philoſophos itidem inveniri ſectas ſectis infenſas, & apud medicos: attamen qui meditati verba Domini Jeſu, ejus doctrinæ conſentanea didicimus & dicere & facere, convitiantibus contrà bene precamur, perſecutores toleramus, obtrectatores noſtros admonemus; non fanda infandáque jacimus in diſſidentes à noſtris opinionibus: ſed, ſiquidem poſſumus, nihil non tentamus, quò illis correctis perſuadeamus, ut ſoli attendant creatori omnium, omniáque tanquam rationem ſummo judici reddituri faciant: quòd ſi nihil proficimus, ſervamus illud præceptum, *Hæreticum hominem poſt unam alteràmve admonitionem devita, ſciens quòd depravatus ſit talis, peccétque à ſeipſo condemnatus.* Præterea qui capiunt illud Servatoris, *Beati pacifici*, & illud, *Beati mites*, non inſectabuntur odioſè vel ſeductos vel ſeductores, nec eos cavillabuntur eſſe Circas blandiloquas. Videtur autem Celſus nè illud quidem Apoſtolicum ſatis intellexiſſe, *In noviſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinæ dæmoniorum, in hypocriſi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium conſcientiam, prohibentium conjugia, ut abſtineatur à cibis, quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus*; ac nè eos quidem, qui his Apoſtoli verbis urgent iſtos, qui novitates & falſitates in ſacram doctrinam invehunt: quapropter ait *quoſdam apud Chriſtianos vocari aurium cauteria, & alios ænigmata*, id quod nondum vidimus. Certum eſt, ſcandali nomen frequens eſſe in noſtris literis, quo ſolemus uti de ſanæ doctrinæ depravatoribus, & ſimpliciorum hominum deceptoribus: quos tamen in eis literis nuſquam Sirenas ſaltatriculas, & ſophiſtrias cerâ aures præmunientes, porcina pro humanis capita imponentes, nominari, comperimus: &, ni fallor, nec in noſtris, nec in hæreticorum ità nominantur ſcripturis: ſolus iſte, qui omnia ſcire profitetur, etiam hoc aſſeverat: ac mox addit, *Omnes autem tantopere inter ſe diſcrepantes, & fœdiſſimis contentionibus mutuò ſe redarguentes, audies jactare illud, Mihi mundus crucifixus, & ego mundo:* Nam hoc ſolùm Celſus retinuiſſe videtur è Paulinis literis: alioquin objiceret nobis alia innumera, velut illud, *In carne viventes non juxta carnem militamus: nam arma*

“ εἰς ἀλλήλους ἔποι πάνδεινα ῥητὰ ϗ ἄῤῥη-
“ τα· ϗ οὐκ ἂν εἴξαιεν οὐδὲ καθ' ὅ, τιοῦν εἰς
“ ὁμόνοιαν, πάντη ἀλλήλους ἀποστυγοῦντες. ϗ
πρὸς ταῦτα δ' ἡμῖν εἴρηται, ὅτι ϗ ἐν φιλοσο-
φίᾳ ἐστὶν εὑρεῖν αἱρέσεις αἱρέσεσι πολεμούσας, ϗ
ἐν ἰατρικῇ. οἱ μὲν τοι τῷ λόγῳ τοῦ Ἰησοῦ ἀκο-
λουθοῦντες, ϗ μεμελετηκότες αὐτοῦ συνῳδὰ τοῖς
λόγοις φρονεῖν, ϗ λέγειν, ϗ ποιεῖν, λοιδορού-
μενοι εὐλογοῦμεν, διωκόμενοι ἀνεχόμεθα, 1 Cor. 4. 12.
* δυσφημούμενοι παρακαλοῦμεν· ϗ * οὐκ ἂν ῥη- * βλασφημού-
τὰ ϗ ἄῤῥητα λέγοιμεν τοὺς ἄλλα δοξάζον- μενοι, l. c.
τας, παρ' ἃ ὑπειλήφαμεν· ἀλλ', εἰ μὲν * ὑπ' ἄν.
δυνάμεθα, πάντα ἂν πράττοιμεν ὑπὲρ
τοῦ αὐτοὺς μεταστῆναι ἐπὶ τὸ βέλτιον, διὰ
τοῦ προσανέχειν μόνῳ τῷ δημιουργῷ, ϗ
πάντα πράττειν, ὡς κριθησομένους· εἰ δὲ μὴ
πείθοιντο οἱ ἑτερόδοξοι, τηροῦμεν τὴν προστάξαν-
τα αὐτοῖς λόγον τοιαῦτα, Αἱρετικὸν ἄνθρωπον Tit. 3. 10.
μετὰ μίαν ϗ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ· εἰδὼς
ὅτι ἐξέστραπται ὁ τοιοῦτος, ϗ ἁμαρτάνει, ὢν
αὐτοκατάκριτος. ἔτι δὲ τὸ, Μακάριοι οἱ εἰρηνο- Matth. 5. 9, 5.
ποιοὶ, οἱ νοήσαντες, ϗ τὸ, Μακάριοι οἱ πρᾳεῖς·
οὐκ ἂν ἀποστυγήσαιμεν τοὺς παραχαράττοντας τὸν
Χριστιανισμὸν, οὐδὲ Κίρκας ϗ κύκηθρα αἱμύλα
λέγοιμεν τοὺς πεπλανημένους. παρακηκοέναι δέ
μοι φαίνεται τῆς τοῦ ἀποστολικῆς λέξεως, φασκού-
σης, Ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀποστήσονταί τινες τῆς 1 Tim. 4. 1.
πίστεως, προσέχοντες πνεύμασι * πλάνοις, ϗ δι- * πλάνης.
δασκαλίαις δαιμονίων, ἐν ὑποκρίσει ψευδολό-
γων, * κεκαυτηριασμένων τὴν οἰκείαν συνεί- * κεκαυστηρια-
δησιν, κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμά- σμένων.
των, ἃ ὁ Θεὸς ἔκτισεν εἰς μετάληψιν μετ' εὐ-
χαριστίας τοῖς πιστοῖς· παρακηκοέναι δὲ ϗ τῶν
ταύταις τῇ ἀποστόλου ταῖς λέξεσι χρησαμένων κατὰ
τῶν παραχαραξάντων τὸν Χριστιανισμόν· διόπερ
εἶπεν ὁ Κέλσος, ἀκοῆς καυστήρια τινας ὀνομά-
ζεσθαι παρὰ Χριστιανοῖς. αὐτὸς δέ φησι, τινὰς
καλεῖσθαι αἰνίγματα· ὅπερ ἡμεῖς οὐχ ἱστορήσα-
μεν. ἀληθῶς δὲ τὸ τοῦ σκανδάλου ὄνομα πολὺ ἐν Matth. 18. 10.
τοῖς γράμμασι τούτοις ἐστίν· ὅπερ εἰώθαμεν λέ- Luc. 17. 1.
γειν περὶ τῶν διαστρεφόντων ἀπὸ τῆς ὑγιοῦς δι-
δασκαλίας τοὺς ἁπλουστέρους ϗ εὐεξαπατήτους.
Σειρῆνας δέ τινας ἐξορχουμένας ϗ σοφιστρίας, κα-
ταστεγαζούσας τὰ ὦτα, ϗ ἀποσυοκεφαλέ- ἀποσυο- ού Not
σας τοὺς πειθομένους, ἡμεῖς οὐκ ἴσμεν ὀνομαζο-
μένους. οἶμαι δ' ὅτι οὐδ' ἄλλος τις τῶν ἐν τῷ
λόγῳ, οὐδ' ἐν ταῖς αἱρέσεσιν. ἀλλ' οὗτος, ὁ
πάντ' εἰδέναι ἐπαγγελλόμενος, ϗ τοιαῦτά
φησι, “ πάντων δέ φησιν ἀκούσῃ τῶν ἐπὶ τοσοῦ-
“ τον διεστηκότων, ϗ σφᾶς αὐτοὺς ταῖς ἔρισιν
“ αἴσχιστα διελεγχόντων, λεγόντων τὸ, Ἐ- Galat. 6. 14.
“ μοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ.
τοῦτο γὰρ μόνον ἀπὸ τοῦ Παύλου ἔοικε μεμνημο-
νευκέναι ὁ Κέλσος· διὰ τί γὰρ οὐ φαμὲν ϗ ἄλ-
λα μυρία τῶν γεγραμμένων, ὡς τὸ, Ἐν σαρκὶ 2 Cor. 10. 3,
γὰρ ζῶντες, οὐ κατὰ σάρκα στρατευόμεθα· (τὰ γὰρ 4, 5.

ὅπλα τῆς στρατείας ἡμῶν οὐ σαρκικά, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ Θεῷ πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων) λογισμοὺς καθαιροῦντες, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ. ἐπεὶ δέ φησιν ὅτι "πάντων * ἀκούσῃ τῶν ἐπὶ τοσοῦτον "διεστηκότων, λεγόντων τό, Ἐμοὶ κόσμος "ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ" καὶ τοῦτο ψεῦδος διελέγξομεν. εἰσὶ γάρ τινες αἱρέσεις τὰς Παύλου ἐπιστολὰς τοῦ ἀποστόλου μὴ προσιέμεναι, ὥσπερ Ἐβιωναῖοι ἀμφότεροι, καὶ οἱ καλούμενοι Ἐγκρατηταί. οὐκ ἂν οὖν οἱ μὴ χρώμενοι τῷ ἀποστόλῳ, ὡς μακαρίῳ τινὶ καὶ σοφῷ, λέγοιεν τό, Ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ. διὸ καὶ ἐν τούτῳ ὁ Κέλσος ψεύδεται, καὶ ἐνδιατρίβει γε κατηγορῶν τῆς ἐν ταῖς αἱρέσεσι διαφορᾶς. οὐ πάνυ δέ μοι δοκεῖ διαρθροῦν ἃ λέγει, οὐδ' ἐπιμελῶς αὐτὰ τεθεωρηκέναι, οὐδὲ κατανενοηκέναι, πῶς πλεῖον Ἰουδαίων ἐπίστασθαι λέγουσιν ἑαυτοὺς οἱ ἐν τοῖς λόγοις διαβεβηκότες Χριστιανοί· καὶ πότερον τοῖς μὲν βιβλίοις συγκατατιθέμενοι, τὰ δὲ νοῦν ἀντεξηγούμενοι, ἢ οὐδὲ συγκατατιθέμενοι τοῖς ἐκείνων γράμμασιν. ἑκάτερα γὰρ εὕροιμεν ἂν ἐν ταῖς αἱρέσεσι. Μετὰ ταῦτά φησι, "Φέρ' οὖν, εἰ καὶ μηδε-"μίαν ἀρχὴν τοῦ δόγματος ἔχουσιν, αὐτὸν "ἐξετάζωμεν τὸν λόγον· πρότερον δὲ ὅσα πα-"ρακηκοότες ὑπ' ἀνοίας διαφθείρουσιν, οὐκ ἐμ-"μελῶς ἐν ἀρχαῖς εὐθὺς ἀπαυθαδιαζόμενοι "περὶ ὧν οὐκ ἴσασι, λεκτέον· ἔστι δὲ τάδε" καὶ εὐθέως λέξεσί τισι, τοῖς παρὰ τῷ Χριστιανῶν λόγῳ συνεχῶς ὀνομαζομέναις, ἀντιπαρατίθησιν ἀπὸ τῶν φιλοσόφων· βουλόμενος τὰ καλὰ τῶν νομιζομένων Κέλσῳ παρὰ Χριστιανοῖς λέγεσθαι, καὶ βέλτιον καὶ τρανότερον εἰρῆσθαι παρὰ τοῖς φιλοσόφοις, ἵνα περισπάσῃ ἐπὶ φιλοσοφίαν τοὺς ἁλισκομένους ὑπὸ τῶν αὐτόθεν ἐμφαινόντων δογμάτων τὸ καλὸν καὶ τὸ εὐσεβές·

militiæ noſtræ non ſunt carnalia, ſed Deo potentia, ad demolitionem omnium ſubſtructionum & cogitationum in altum ſe extollentium adverſus cognitionem Dei. Quin & hoc ipſum, quod ait *omnes jactare has voces, Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo*, falſum eſſe coarguemus. Sunt enim quædam hæreſes, quæ non recipiunt Paulinas epiſtolas, ut Ebionæi utriuſque generis, & qui Encratitæ vocantur. Certè hi, qui non habent Apoſtolum pro viro beato & ſapiente, non dicerent, *Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo:* atque ità etiam hìc Celſus mentitur, multis verbis in varietatem hæreſium invehens: ſed tam indiſtinctè, ut nè hoc quidem mihi videatur conſideràſſe aut intellexiſſe, quomodo ſe dicant plura Judæis nôſſe Chriſtiani: utrùm approbantes libros eorum, aliter tamen interpretantes, an in totum rejicientes eorum Scripturas. Sunt enim inter hæreticos, qui vel hoc vel illud faciunt. Poſt hæc ſic loquitur, *Ergò agè, etiamſi nulla habent idonea dogmatis ſui principia, ipſam doctrinam eorum examinemus: & primùm dicendum quæ parùm intellecta depravant per inſcitiam, ineptè uſurpantes ſibi quæ ignorant: ſunt autem hæc*: ac mox, fidelium Chriſtianorum placita recenſens, opponit eis philoſophica: contendens quicquid bene à Chriſtianis dictum putatur & meliùs & dilucidiùs traditum apud philoſophos, ut ad philoſophiam retrahat à dogmatibus honeſtatem & pietatem præ ſe ferentibus. Nos hìc quinto libro finem faciemus, à reliquis ſextum auſpicabimur.

Καὶ, τὸν πέμπτον δὴ τόμον αὐτόθι καταπαύσαντες, ἀρξώμεθα τοῦ ἕκτου ἀπὸ τῶν ἑξῆς.

* ἀκόσει.

Ebionaei & Encratitae non recipientes Pauli epistolas

Τέλος τοῦ ε'. Τόμου.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ
ΚΑΤΑ
ΚΕΛΣΟΥ
ΤΟΜΟΣ ς΄.

Sextum hunc librum ordientibus nobis, ſacer Ambroſi, contendendum eſt adverſùs Celſi calumnias, non adverſùs opiniones philoſophicas, ut alicui poſſet videri: nam multa, præſertim è Platone, adducit, quæ perſuaderi poſſunt vel prudentibus ex ſacris literis, eáque conatur oſtendere nobis cum aliis eſſe communia, aſſerens *ea aptiùs apud Græcos, ſine illa tamen imperioſa Dei, aut Dei filii, denuntiatione dici.* Ad quod reſpondemus, cùm veritatis profeſſoribus propoſitum ſit prodeſſe quamplurimis mortalium, & pro humanitatis officio quemcunque attrahere, ſive cordatum, ſive inſenſatum; nec ſolùm Græcos aut manſuetos barbaros, ſed quoſvis è feris populis convertere: dubio procul opus eſſe ad hoc formâ dicendi communi, quæ quorumvis auribus ſe accommodet: ceterùm illos, qui valere ſinunt plebeios homines, eóſque, ut educatos illiberaliter, nec capaces bene ordinatæ doctrinæ faſtidiunt, literatorum tantùm ratione habitâ, anguſtis benignitatem ſuam circumſcribere terminis. Hoc autem ideo dico, quia Celſus, aliíque, criminantur Scripturarum noſtrarum in eloquendo ſimplicitatem, quam ad ſe collatam ſplendor cultioris orationis obſcurare videtur: cùm Prophetæ noſtri, & ipſe Jeſus, ejúsq; Apoſtoli attenti fuerint potiſſimùm ad orationis modum, non ſolùm veraciſſimum, ſed etiam ad attrahendam multitudinem maximè commodum: ut ſinguli tandem converſi & attracti pro virili percipiant arcana ſub ſermonis ſimplicitate latentia. Imò, ſi verum fateri licet, paucis profuit, ſi tamen profuit, Platonis & ſimilium exculta & accurata oratio: multò autem pluribus iſta ſimplicitas hominum tam ſtylo quàm doctrinâ ad captum vulgarem ſe attemperantium. Itaque videre licet Platonem doctorum tantùm teri manibus; Epictetum vulgo quoque lectorum

Ἕκτον τοῦτον ἐνιστάμενοι λόγον, πρὸς τὰς Κέλσου κατὰ Χριστιανῶν κατηγορίας, χρῄζομεν ἐν αὐτῷ, ἱερὲ Ἀμβρόσιε, ἀγωνίσασθαι, οὐ πρὸς τὰ ἀπὸ φιλοσοφίας ὑπ' αὐτοῦ ἐκτεθειμένα, ὡς οἰηθείη ἄν τις. παρέθετο γὰρ πλείονα, μάλιστα Πλάτωνος, ὁ Κέλσος, κοινοποιῶν τὰ δυνάμενα ἑλεῖν τινα καὶ συνετὸν, ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων· φάσκων, „βέλτιον αὐτὰ παρ' Ἕλλησιν εἰρῆσθαι, καὶ χωρὶς „ἀνατάσεως καὶ ἐπαγγελίας τῆς ἀπὸ Θεοῦ, ἢ „υἱοῦ Θεοῦ. φαμὲν δ' οὖν ὅτι, εἴπερ τὸ προκείμενόν ἐστι τοῖς πρεσβεύουσι * [τὰ] τῆς ἀληθείας πλείους, ὅση δύναμις, ὠφελεῖν, καὶ προσάγειν, ὡς οἷόν τέ ἐστιν, αὐτῇ διὰ φιλανθρωπίαν παντὸς ἐντυγχάνοντος, οὐ μόνον ἐντρεχῆ, ἀλλὰ καὶ ἀνόητον· πάλιν δ' αὖ οὐχὶ Ἕλληνας μὲν, οὐχὶ δὲ καὶ βαρβάρους (πολὺ δὲ τὸ ἥμερον ἐὰν καὶ τοὺς ἀγροικοτάτους καὶ ἰδιώτας οἷός τέ τις γένηται ἐπιστρέφειν·) δῆλόν ἐστιν, ὅτι χαρακτῆρος ἐν τῷ λέγειν φροντιστέον αὐτῷ κοινωφελοῦς, καὶ δυναμένου πάντας ἐπαγαγέσθαι ἀκούειν. ὅσοι δὲ πολλὰ χαίρειν φράσαντες ὡς ἀνδραπόδοις τοῖς ἰδιώταις, καὶ μὴ οἵοις τε κατακούειν τῆς ἐν φράσει λόγων καὶ τάξει ἀπαγγελλομένων ἀκολουθίας, μόνων ἐφρόντισαν τῶν * ἀνατραφέντων ἐν λόγοις καὶ μαθήμασιν· οὗτοι τὸ κοινωνικὸν εἰς κομιδῇ στενὸν καὶ βραχὺ συνήγαγον. ταῦτα δέ μοι λέλεκται, ἀπολογουμένῳ περὶ τῆς κατηγορουμένης ὑπὸ Κέλσου καὶ ἑτέρων ἐν λέξεσιν εὐτελείας τῶν γραφῶν, ἀμαυροῦσθαι δοκούσης ὑπὸ τῆς ἐν συνθέσει λέξεως λαμπρότητος. ἐπεὶ οἱ καθ' ἡμᾶς προφῆται, Ἰησοῦς τε, καὶ οἱ ἀπόστολοι αὐτοῦ, ἐνεῖδον τρόπῳ ἀπαγγελίας, οὐ τὰ ἀληθῆ μόνον περιέχοντι, ἀλλὰ καὶ δυναμένῳ ἐπαγαγέσθαι τοὺς πολλούς· ἕως προτραπέντες καὶ εἰσαχθέντες ἕκαστος, κατὰ δύναμιν ἀναβαίνωσιν ἐπὶ τὰ ἐν ταῖς δοκούσαις εἶναι εὐτελέσι λέξεσιν ἀπορρήτως εἰρημένα. καὶ, εἰ χρή γε τολμήσαντα εἰπεῖν, ὀλίγους μὲν ὤνησεν (εἴγε ὤνησεν) ἡ περικαλλὴς καὶ ἐπιτετηδευμένη Πλάτωνος, καὶ τῶν παραπλησίως φρασάντων, λέξις· πλείονας δὲ ἡ τῶν εὐτελέστερον ἅμα καὶ πραγματικῶς καὶ ἐστοχασμένως τῶν πολλῶν διδαξάντων καὶ γραψάντων. ἔστι γοῦν ἰδεῖν, τὸν μὲν Πλάτωνα ἐν χερσὶ τῶν δοκούντων εἶναι φιλολόγων μόνον· τὸν δὲ Ἐπίκτητον, καὶ ὑπὸ τῶν τυχόντων

* τὴν ἀλήθειαν.

* ἀναστραφέντων.

καὶ ῥοπὴν πρὸς τὸ ὠφελεῖσθαι ἐχόντων, θαυμαζόμενον, αἰσθομένων τῆς ἀπὸ τῶν λόγων αὐτοῦ βελτιώσεως. καὶ ταῦτά γε, οὐκ ἐγκαλοῦντες Πλάτωνι, φαμέν· (ὁ γὰρ πολὺς τῶν ἀνθρώπων κόσμος χρησίμως καὶ τοῦτον ἤνεγκεν·) ἀλλὰ καὶ δεικνύντες τὸ βούλημα τῶν εἰπόντων τό, Καὶ ὁ λόγος μου, καὶ τὸ κήρυγμά μου, * οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος, καὶ δυνάμεως· ἵν' ἡ πίστις * ἡμῶν μὴ ᾖ ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐν δυνάμει Θεοῦ. φησὶ δὲ ὁ θεῖος λόγος, οὐκ αὔταρκες εἶναι τὸ λεγόμενον (κἂν καθ' αὑτὸ ἀληθὲς καὶ πιστικώτατον ᾖ) πρὸς τὸ καθικέσθαι ἀνθρωπίνης ψυχῆς· ἐὰν μὴ καὶ δύναμίς τις θεόθεν δοθῇ τῷ λέγοντι, καὶ χάρις ἐπανθήσῃ τοῖς λεγομένοις, καὶ αὕτη οὐκ ἀθεεὶ ἐγγινομένη τοῖς ἀνυσίμως λέγουσι. φησὶ γοῦν ὁ προφήτης ἐν ἑξηκοστῷ καὶ ἑβδόμῳ Ψαλμῷ, ὅτι Κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ. ἵν' οὖν ἐπί τινων δοθῇ, τὰ αὐτὰ δόγματα εἶναι Ἕλλησι, καὶ τοῖς ἀπὸ τοῦ λόγου ἡμῶν· ἀλλ' οὔ τι γε καὶ τὰ αὐτὰ δύναται, πρὸς τὸ ὑπαγαγέσθαι καὶ διαθεῖναι ψυχὰς κατὰ ταῦτα. διόπερ οἱ ἰδιῶται, ὡς πρὸς φιλοσοφίαν Ἑλληνικήν, μαθηταὶ τοῦ Ἰησοῦ, ἐκπεριῆλθον πολλὰ ἔθνη τῆς οἰκουμένης, διαθέντες, ὡς ὁ λόγος ἐβούλετο, κατ' ἀξίαν ἕκαστον τῶν ἀκουόντων· καὶ ἀνάλογον τῇ ῥοπῇ τοῦ αὐτεξουσίου αὐτῶν πρὸς ἀποδοχὴν τοῦ καλοῦ πολλῷ βελτίους ἐγένοντο. παλαιοὶ τοίνυν ἄνδρες καὶ σοφοὶ * διαλέγωνται τοῖς * ἐπίσαδης δυναμένοις· καὶ δὴ καὶ Πλάτων, ὁ τοῦ Ἀρίστωνος, τὰ περὶ τοῦ πρώτου ἀγαθοῦ διασημαινέτω ἔν τινι τῶν ἐπιστολῶν, καὶ φασκέτω, Μηδαμῶς εἶναι ῥητὸν τὸ πρῶτον ἀγαθόν, ἀλλ' ἐκ πολλῆς συνουσίας * ἐγγινόμενον, καὶ ἐξαίφνης, οἷον ἀπὸ πυρὸς πηδήσαντος, ἐξαφθὲν φῶς ἐν τῇ ψυχῇ. ὧν καὶ ἡμεῖς ἀκούσαντες συγκατατιθέμεθα ὡς καλῶς λεγομένοις· ὁ Θεὸς γὰρ αὐτοῖς ταῦτα, καὶ ὅσα καλῶς λέλεκται, ἐφανέρωσε. διὰ τοῦτο δὲ καὶ τοὺς τὰ ἀληθῆ περὶ Θεοῦ ὑπολαβόντας, καὶ μὴ τὴν ἀξίαν τῆς περὶ αὐτοῦ ἀληθείας θεοσέβειαν ἀσκήσαντας, φαμὲν ὑποκεῖσθαι ταῖς τῶν ἁμαρτανόντων κολάσεσιν. αὐταῖς γὰρ λέξεσί φησι περὶ τῶν τοιούτων ὁ Παῦλος, ὅτι Ἀποκαλύπτεται ὀργὴ Θεοῦ ἀπ' οὐρανοῦ ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων, τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων· διότι τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς· ὁ Θεὸς γὰρ αὐτοῖς ἐφανέρωσε. τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ, ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα, καθορᾶται, ἥτε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις, καὶ θειότης, εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους. διότι γνόντες τὸν Θεόν, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν, ἢ εὐχαρίστησαν· ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία. φάσκοντες εἶναι *sunt per cogitationes ſuas, & obtenebratum eſt*

1 Cor. 2. 4.
* οὐκ ἐν πειθοῖ σοφίας λόγοις.
* ὑμῶν, libb. ed.

4.° ad persuasionem non eloquentia mea, sed Dei gratia opus esse

Pſal. 67, 11.

* διαλέγωνται.
* ἐπιτάδης, & ἐπιτηδείως alt. Interpres.
Plato ep. vii.
* γιγνομένης, libb. ed.

5.° Platonis de summo bono sententiam laudat. Philosophos recte de Deo sentientes ad pravam religionem impios esse docet

Rom. 1. 18, 19, 20, 21, 22, 23.

admirabilem eſſe utilitatis nomine, quòd ſe præceptis illius admonitos proficere ſentiant. Id quod nolim ità accipi, quaſi dictum in Platonis contumeliam; (eſt enim & hic perutilis elegantioribus:) ſed quò meliùs intelligatur mens ejus qui dixit; *Prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritûs virtutis, ut fides noſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei.* Nos docet divinus ſermo non ſufficere id quod dicitur, etſi verum in ſe ſit, maximéque appoſitum ad perſuadendum, ad hominis animum expugnandum, niſi virtus quædam dicenti divinitùs detur, & in dictis eſſloreſcat donum & gratia; nec illa quidem ſine Dei numine iis inſita, qui cum efficacia dicunt. Idem ait Propheta in Pſalmo ſexageſimo ſeptimo, *Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multâ.* Itaque ut demus quædam placita nobis eſſe cum Græcis communia, certè illorum non tantundem valet ad afficiendas animas. Quo factum eſt, ut rudes, quantum ad Græcam philoſophiam attinet, Jeſu diſcipuli, peragrando multas orbis nationes, afficerent eas pro dignitate auditoris cujuſque, ſicut viſum eſt verbo Dei: & quantò quiſque ad diſcendum erat proclivior, tantò proficiebat in melius. Illi itaque è vetuſtate ſapientes oſtendant intelligentibus & doctis, ipſe etiam Ariſtonis filius, Plato, de primo & ſummo bono pronunciet in quadam epiſtola, & dicat, primum bonum eſſe ineffabile, ſed poſt diuturnam familiaritatem repentè, velut à flamma lumen, ab eo in anima excandeſcere: quæ etiam nos cùm audimus, non aſſentire non poſſumus. Deus enim & hæc, & quicquid aliud bene dixerunt, eis manifeſtavit: quapropter dicimus, eos, qui poſt conceptam veram opinionem de Deo non ut Deum piè coluerunt, reos eſſe pœnæ peccatoribus debitæ. Sic enim de his Paulus ad verbum loquitur, *Palàm fit ira Dei de cœlo adverſùs omnem impietatem & injuſtitiam hominum, qui veritatem in injuſtitia detinent; propterea quòd id, quod de Deo cognoſci poteſt, manifeſtum eſt in illis: Deus enim illis patefecit: ſiquidem quæ ſunt inviſibilia illius, ex creatione mundi, dum per opera intelliguntur, pervidentur: ipſaque æterna ejus potentia ac divinitas, ut ſint inexcuſabiles: propterea quòd cùm Deum cognoverint, non ut Deum glorificaverunt, neque grati fuerunt, ſed fruſtrati inſciens cor eorum. Cùm ſe crederent eſſe*

ſapientes,

ſapientes, ſtulti facti ſunt; mutaverúntque gloriam immortalis Dei, per imaginem, non ſolùm ad mortalis hominis ſimilitudinem effictam, verùm etiam volatilium, & quadrupedum, & reptilium. Veritatem igitur *detinent*, ut noſtræ literæ teſtantur, illi, qui dicunt *primum bonum eſſe ineffabile, ſi verò circa ipſum aſſiduo ſtudio aliquis verſetur, atque illi addictus vivat, fiet ut continuò, veluti ab emicante igne, lumen accendatur, & in ipſo animo ingenitum ſeipſum alat:* ſed qui talia ſcribunt deſcendunt in Piræeum adoraturi ut numen Dianam, & ſpectaturi feſtum Græcorum conventum: abſolutíſque diſputationibus egregiis de anima, ejúſque poſt exactam rectè vitam felicitate, miſſa faciunt præclara illa quæ Deus eis apparuit, humilia parváque ſapiunt, votivum gallum perſolventes Æſculapio: & inviſibilia Dei atque ideas contemplati, ex creatione hujus mundi rebúſque ſenſibilibus, à quibus aſcendentes ad intelligibiles æternam ejus potentiam ac divinitatem non obſcurè viderunt, nihilominus ſtulti facti ſunt in ſuis ratiocinationibus, & cor eorum, quaſi nihil intelligat, volutatur in tenebris atque ignorantia veræ religionis. Licétque videre valde ſibi placentes ſapientiæ, atq; adeò Theologiæ, nomine, adorare ſimulacrum hominis corruptibilis, velléque videri id facere in honorem numinis: quin & ad Ægyptiorum ſuperſtitionem nonnunquam ſe dejicere, & ad cultum volucrium, quadrupedum, atque reptilium. Sed demus, eſſe qui mentem attollant altiùs, certè comperiuntur mutâſſe Dei veritatem in mendacium, venerari ac colere creaturam plùs quàm creatorem: quapropter multiſciis Græcorum ſapientibus errantibus in opinione de Deitate, *Deus elegit ſtulta hujus ſeculi, ut ſapientes pudefaceret, infirma item, ignobilia, contempta, & quæ non ſunt, ut ea quæ ſunt in nihilum redigeret, reverà, ut nè glorietur ulla caro in conſpectu Domini.* Ceterùm ſapientes noſtri, antiquiſſimus Moſes aliíque poſteriores Prophetæ, non ignorantes Deum eſſe inenarrabilem, ſcripſerunt quidem, cum apparuiſſe viris hoc honore dignis, Abrahamo, Iſaaco, Jacobo: ſed in qua eſſentia vel ſpecie, aut quomodo, quívc ſui parte viderint eum, exquirendum reliquerunt his, qui poſſunt conſiderare talia ſimiliter, ut illi à quibus Deus conſpectus eſt, puro corde, non oculis corporeis. Nam juxta noſtrum Jeſum, *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* Quòd autem

σοφοὶ, ἐμωράνθησαν· ϗ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, ϗ πετεινῶν, ϗ τετραπόδων, ϗ ἑρπετῶν. ϗ ἀλήθειαν γοῦν κατέχουσιν, ὡς ϗ ὁ ἡμέτερος μαρτυρεῖ λόγος, οἱ φρονοῦντες ὅτι ῥητὸν οὐδαμῶς ἐστι τὸ πρῶτον ἀγαθὸν, ϗ λέγοντες, ὡς "ἐκ πολλῆς συνουσίας γινομένης περὶ "τὸ πρᾶγμα αὐτὸ ϗ * τοῦ συζῆν, ἐξαίφνης, "οἷον ἀπὸ πυρὸς πηδήσαντος, ἐξαφθὲν φῶς ἐν "τῇ ψυχῇ γενόμενον, αὐτὸ ἑαυτὸ ἤδη τρέφει. ἀλλ' οἱ τοιαῦτα περὶ τοῦ πρώτου ἀγαθοῦ γράψαντες καταβαίνουσιν εἰς Πειραιέα, προσευξόμενοι ὡς Θεῷ τῇ Ἀρτέμιδι· ϗ ὀψόμενοι τὴν ὑπὸ Ἰνδαίων ἐπιτελουμένην πανήγυριν, ϗ τηλικαῦτά γε φιλοσοφήσαντες περὶ τῆς ψυχῆς, ϗ τὴν διαγωγὴν τῆς καλῶς βεβιωκυίας διεξελθόντες, καταλιπόντες τὸ μέγεθος ὧν αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐφανέρωσεν, εὐτελῆ φρονοῦσι ϗ μικρὰ, ἀλεκτρυόνα τῷ Ἀσκληπιῷ ἀποδιδόντες, ϗ τὰ ἀόρατα τοῦ Θεοῦ, ϗ τὰς ἰδέας φαντασθέντες ἀπὸ τῆς κτίσεως τοῦ κόσμου ϗ τῶν αἰσθητῶν, ἀφ' ὧν ἀναβαίνουσιν ἐπὶ τὰ νοούμενα, τήν τε ἀΐδιον αὐτοῦ δύναμιν ϗ θειότητα οὐκ ἀγεννῶς ἰδόντες, οὐδὲν ἧττον ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν· ϗ, ὡς ἀσύνετος, αὐτῶν ἡ καρδία ἐν σκότῳ ϗ ἀγνοίᾳ καλινδεῖται τῇ περὶ τοῦ θεραπεύειν τὸ θεῖον. ϗ ἔστιν ἰδεῖν τοὺς ἐπὶ σοφίᾳ μέγα φρονοῦντας ϗ θεολογίᾳ, ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου προσκυνοῦντας εἰς τιμὴν * φησὶν ἐκείνου· ἔσθ' ὅτε ϗ καταβαίνοντας μετ' Αἰγυπτίων ἐπὶ τὰ πετεινὰ, ἢ τετράποδα, ἢ ἑρπετά. ἵνα ᾗ ϗ δοκοῦσί τινες ταῦτα ὑπεραναβεβηκέναι· ἀλλ' εὑρεθήσονται ἀλλάξαντες τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ ψεύδει, ϗ σεβόντες, ϗ λατρεύοντες τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα. διόπερ τῶν ἐν Ἕλλησι σοφῶν, καὶ πολυμαθῶν, τοῖς ἔργοις περὶ τὸ θεῖον πλανωμένων, ἐξελέξατο ὁ Θεὸς τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου, ἵνα καταισχύνῃ τοὺς σοφοὺς, ϗ τὰ * ἀγενῆ, ϗ τὰ ἀσθενῆ, ϗ τὰ ἐξουθενημένα, ϗ τὰ μὴ ὄντα, ἵνα τὰ ὄντα καταργήσῃ· καὶ ἀληθῶς, ἵνα μὴ καυχήσηται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. πρῶτον δὲ ἡμῶν σοφοὶ, Μωϋσῆς ὁ ἀρχαιότατος, ϗ οἱ ἑξῆς αὐτῷ προφῆται, οὐδαμῶς ῥητὸν ἐπιστάμενοι τὸ πρῶτον ἀγαθὸν, ἔγραψαν μὲν, ὡς Θεοῦ ἐμφανίζοντος τοῖς ἀξίοις καὶ ἐπιτηδείοις, ὅτι ὤφθη ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραὰμ, ἢ τῷ Ἰσαὰκ, ἢ τῷ Ἰακώβ. τίς δὲ ὢν ὤφθη, ϗ ποταπὸς, ϗ τίνα τρόπον, ϗ τίνι, τῶν ἐν ἡμῖν καταλελοίπασιν ἐξετάζειν τοῖς δυναμένοις ἑαυτοὺς ἐμπαρέχειν παραπλησίους ἐκείνοις, οἷς ὤφθη ὁ Θεός· ὀφθεὶς αὐτοῖς οὐ τοῖς τοῦ σώματος ὀφθαλμοῖς, ἀλλὰ τῇ καθαρᾷ καρδίᾳ. ϗ γὰρ, κατὰ τὸν Ἰησοῦν ἡμῶν, Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται. τὸ δ'

* τό.
Plato ibid.
Plato Phædone.
* φασίν.
Rom. 1. 25.
1 Cor. 1. 27, 28, 29.
* ἀγενῆ.
6. cum interim Deus stultos vera sui cognitione imbueret.
7. Notiones de Deo æque sublimes ex Mose & prophetis ... antiponit
Gen. 12. 7. 26. 2. 35. 9.
Matth. 5. 8.

ἐξαίφνης, οἷον ἀπὸ πυρὸς πηδήσαντος, ἐξαφθὲν
φῶς ἐν τῇ ψυχῇ, πρότερον ἰδὼν ὁ λόγος, εἴ-
Oſeæ 10. 12. πών ἐν τῷ προφήτῃ, Φωτίσατε ἑαυτοῖς φῶς
γνώσεως. Καὶ Ἰωάννης δὲ, ὕστερον ἐκείνου γενόμε-
Joan. 1. 3, 9. νος, λέγει, ὅτι [χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν,] ὃ
γέγονεν ἐν τῷ λόγῳ ζωὴ ἦν, καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς
τῶν ἀνθρώπων, ὅπερ φῶς ἀληθινὸν φωτίζει πάντα
ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν ἀληθινὸν, καὶ νοη-
τὸν κόσμον, καὶ ποιεῖ αὐτὸν φῶς τοῦ κόσμου.
2 Cor. 4. 6. Ἔλαμψε γὰρ τοῦτο τὸ φῶς ἐν ταῖς καρδίαις ἡ-
μῶν, πρὸς φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου τῆς δόξης
τοῦ Θεοῦ ἐν προσώπῳ Χριστοῦ. διό φησιν ἀρχαι-
ότατος προφήτης, πρὸ πολλῶν γενεῶν τῆς Κύ-
ρου βασιλείας προφητεύσας, (ὑπὲρ γὰρ τεσσα-
ρεσκαίδεκα γενεὰς πρεσβύτερος αὐτοῦ ἦν)
Pſal. 26. 1. τὸ, Κύριος φωτισμός μου καὶ Σωτήρ μου, τίνα φο-
118. 105. βηθήσομαι; καὶ, Λύχνος τοῖς ποσί μου ὁ νόμος
4. 6. σου, καὶ φῶς ταῖς τρίβοις μου· καὶ, Ἐσημειώθη
ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, Κύριε· καὶ,
35. 10. Ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς· καὶ, ἐπὶ τὸ
φῶς τοῦτο προτρέπων ἡμᾶς, ὁ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ
Eſai 60. 1. λόγος φησὶ, Φωτίζου, φωτίζου Ἱερουσαλήμ· ἥκει
γάρ σου τὸ φῶς, καὶ ἡ δόξα Κυρίου ἐπὶ σὲ * ἀνα-
τέταλκεν. ὁ δ' αὐτὸς οὗτος προφητεύων περὶ
* ἀνατέταλ-κεν. τῆς τοῦ Ἰησοῦ ἐπιδημίας, ἀφιστάντος τῆς ἀπὸ
τῶν εἰδώλων, καὶ ἀγαλμάτων, καὶ δαιμόνων θε-
ραπείας, φησὶν, ὅτι καθημένοις ἐν χώρᾳ καὶ
Eſai. 9. 2. σκιᾷ θανάτου φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς· καὶ πάλιν,
Λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει φῶς εἶδε μέγα.
Matth. 4. 16. ὅρα δὴ τὴν διαφορὰν τοῦ κομψῶς λελεγμένου
ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος περὶ τοῦ πρώτου ἀγαθοῦ, καὶ
τῶν εἰρημένων ἐν τοῖς προφήταις περὶ τοῦ φωτὸς
τῶν μακαρίων· καὶ ὅρα ὅτι ἡ μὲν ἐν Πλάτωνι
περὶ τούτου ἀλήθεια οὐδὲν, ὡς πρὸς εἰλικρινῆ εὐ-
σέβειαν, ὤνησε τοὺς ἐντυγχάνοντας, ἀλλ' οὐδ'
αὐτὸν τὸν τοιαῦτα περὶ τοῦ πρώτου ἀγαθοῦ φιλο-
σοφήσαντα. ἡ δὲ τῶν θείων γραμμάτων εὐτε-
* λέξις. λὴς * λέξεσιν ἐνθουσιᾶν πεποίηκε τοὺς γνησίως
ἐντυγχάνοντας αὐτῇ· παρ' οἷς τρέφεται τοῦτο
τὸ φῶς τῷ ἔν τινι παραβολῇ εἰρημένῳ ἐλαίῳ
τηροῦντι τῶν δᾴδων τὸ φῶς ἐν ταῖς φρονίμοις
Matth. 25. 4. πέντε παρθένοις. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἄλλην λέξιν ἀ-
πὸ τῆς ἐπιστολῆς ἐκτίθεται ἀπὸ τῆς Πλάτωνος
Plato ep. vii. ἐπιστολῆς ὁ Κέλσος, "Εἰ δέ μοι ἐφαίνετο
" γραπτέα τε ἱκανῶς εἶναι πρὸς τοὺς πολλοὺς καὶ
" ῥητὰ, τί [τούτου] κάλλιον ἐπέπρακτ' ἂν ἡμῖν
" ἐν τῷ βίῳ, ἢ τοῖς τε ἀνθρώποις μέγα ὄφελος
" γράψαι, καὶ τὴν φύσιν εἰς φῶς τοῖς * πᾶσι
* πᾶσι. " προαγαγεῖν; φέρε, καὶ περὶ τούτου βραχέα
διαλεχθῶμεν, πότερον μὲν εἶχέ τι Πλάτων
σεμνότερον ὧν ἔγραψε, καὶ θειότερον ὧν κατέ-
λιπεν, ἢ μή; καταλιπόντες ἑκάστῳ ἐξετά-
ζειν κατὰ δύναμιν, δεικνύντες ὅτι καὶ οἱ καθ'
ἡμᾶς προφῆται ἐφρόνουν τινὰ μείζονα γραμ-
μάτων, ἅπερ οὐκ ἔγραψαν. ὁ μὲν γὰρ Ἰεζεκιὴλ
Ezech. 2. 9. κεφαλίδα λαμβάνει βιβλίου, γεγραμμένην ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν, ἐν ᾗ θρῆνος ἦν, καὶ μέλος,

repentè, velut à flamma, lumen excandeſcat in anima, multò antè in Scripturis dictum eſt per Prophetam, *Illuminate vos ſcientiæ lumine.* Sed & Joannes aliquanto pòſt dixit, quòd *vita erat in Verbo, & vita erat lux hominum: quæ quidem vera lux illuſtrat omnem hominem venientem in verum mundum intelligibilem, facitque ut & ipſe ſit mundi lux.* Illuxit enim hæc lux *in cordibus noſtris, ad illuſtrandum evangelium gloriæ Dei in perſona Chriſti.* Quamobrem antiquiſſimus Propheta, qui vixit plùs quàm quartâ decimâ ætate ante Cyrum, *Dominus,* inquit, *illuminatio mea & Servator meus, quem timebo?* &, *Lucerna pedibus meis lex tua, lumen ſemitis meis:* &, *Signatum eſt ſuper nos lumen vultûs tui, Domine:* &, *In lumine tuo videbimus lumen.* Ad hoc lumen invitat nos Eſaias dicens, *Illuminare, illuminare Hieruſalem; venit enim lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt.* Idem vaticinans de adventu Jeſu avocantis à ſimulacris, ſtatuiſque, ac cultu dæmonum, ſic inquit, *Sedentibus in regione & umbra mortis lux orta eſt eis:* & rurſum, *Populus, qui ſedebat in tenebris, vidit lucem magnam.* Vide differentiam inter pulchrum illud Platonis dictum de primo bono, & dicta Prophetarum de beatorum lumine: & quòd Platonis de hoc veritas nihil profuit lectoribus ad ſinceram pietatem, ac nè ipſi quidem, qui ſic de primo bono philoſophatus eſt. Ceterùm ſacræ Scripturæ ſimplex oratio germanum lectorem numine quodam afflatum corripit, quippe qui habet apud ſe lumen illud, quod in parabola quinque prudentes virgines in lampadibus ſuis alunt oleo. Quoniam autem Celſus ex Platonis epiſtola profert & hæc verba, *Quòd ſi mihi & ſcribenda, & in lucem vulgis evulganda viderentur, ecquidnam præclarius in vita nobis poſſet contingere, quàm rem mortalibus profuturam literarum monumentis commendare, & naturam omnium hominum oculis inſpiciendam exhibere?* agè, diſſeramus de his quoque breviter, habueritne Plato aliquid ſanctius ac divinius quàm quæ ſcripto prodidit, an non? idque cuique examinandum relinquamus pro viribus, oſtendentes quòd noſtri quoq; Prophetæ altiora ſapiebant per ſilentium, quàm quæ mandaverunt literis. Nam Ezechiel accipit caput libri ſcriptum à fronte & à tergo, in quo inerat lamentum, & canticum,

καὶ

& væ: juſsúſque librum devorat, nè eum ſcribat & evulget indignis: de Joanne quoque ſcribitur ſimile quiddam cum vidiſſe & feciſſe. Sic & Paulus audivit *verba ineffabilia, quæ non licet proloqui apud homines*: & major his omnibus Jeſus legitur diſcipulis privatim locutus verbum Dei, præſertim in ſeceſſibus; ſed quid eis dixerit non legitur: non enim videbantur talia vulgo ſcribenda vel prædicanda. Quòd ſi licet verum de tantis viris dicere, aio meliùs Platone hos vidiſſe, per gratiam divinitùs ſibi conceſſam, tum quid ſcribendum aut quomodo, quid non ſcribendum nec evulgandum, tum quid prædicandum, quid non. Hanc ſcribendorum & non ſcribendorum differentiam docens nos Joannes, ait *ſe audiſſe tonitrua ſeptem*, arcana quædam indicantia, vetantiáque nè referrentur in literas. Multa hujuſmodi & apud Moſem reperire licet ac Prophetas, antiquiores non Platone ſolùm, ſed & Homero, & ipſis literarum Græcarum inventoribus, digna ſanè gratiâ Dei, quam acceperunt, & ſublimibus ſenſibus referta; nec (ut Celſus putat) parùm intellectas Platonis ſententias depravaverunt: quî enim potuerunt, cùm is nondum natus eſſet? Sin ad Jeſu Apoſtolos poſteriores Platone referatur Celſi dictum, videndum nè hoc vero ſit abſimile, Paulum pellium ſutorem, & Petrum piſcatorem, & Joannem abductum à paternis retibus, malè intellectis Platonis epiſtolis, tales opiniones tradidiſſe de Deo. Solet autem Celſus quædam, ut fide digna, inculcare ſæpius, iterum atque iterum referens quaſi nova nec antè dicta: nos ſemel ad ea reſpondiſſe contenti erimus. Sed cùm Platonis aliud quoddam dicendi genus exponat, unde per interrogationes & reſponſiones ſenſus eorum mentibus illucet, qui Platonicæ philoſophiæ ſtuduerunt: oſtendemus è ſacris literis, quòd etiam divina Scriptura nos hortatur ad Dialecticam: alicubi Salomone dicente, *Eruditio rationibus non examinata decipitur:* alicubi huic atteſtante autore libri Sapientiæ Jeſu Sirachi filio, *Scientia*, inquit, *inſenſati eſt ſermo carens examine.* Itaque benevolæ ratiocinationes apud nos ſunt maximæ, qui ſcimus quòd præpoſitus doctrinæ debet eſſe *idoneus ad convincendos qui contradicere*. Quòd ſi quis per ſegnitiem non exercet ſe in diligenti lectione ſacrarum Scripturarum, nec eas ità, ut Jeſus præcepit, ſcrutatur, perquirens ca-

καὶ οὐαί· καὶ, προςταχθέντες αὐτῷ τῷ λόγῳ, κατε- Ezech. 3. 1.
σθίει τὴν βίβλον, ἵν᾽ αὐτὴν μὴ γράψῃ, καὶ
προδῷ ἀναξίοις. καὶ ὁ Ἰωάννης δὲ τὸ παραπλή-
σιον ἀναγέγραπται ἑωρακέναι καὶ πεποιηκέναι. Apoc. 10. 9.
ἀλλὰ γὰρ καὶ ὁ Παῦλος ἤκουσεν ἄῤῥητα ῥήματα, ἃ 2 Cor. 12. 4.
οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι. ὁ δὲ πάντων τού-
των κρείσσων Ἰησοῦς, ὅτι μὲν ἐλάλει τὸν τοῦ Θεοῦ
λόγον τοῖς μαθηταῖς κατ᾽ ἰδίαν, καὶ μάλιστα Marc. 4. 34.
ἐν ταῖς ἀναχωρήσεσιν, εἴρηται· τίνα δ᾽ ἦν ἃ
ἔλεγεν, οὐκ ἀναγέγραπται. οὐ γὰρ ἐφαίνετο αὐ-
τοῖς γραπτέα ἱκανῶς εἶναι ταῦτα πρὸς τοὺς πολ-
λοὺς, οὐδὲ ῥητά. καὶ, εἰ μὴ φορτικὸν εἰπεῖν περὶ τῶν
τηλικούτων ἀνδρῶν τὸ ἀληθὲς, φημὶ, ὅτι μᾶλ-
λον Πλάτωνος οὗτοι εὗρον, ἀφ᾽ ὧν ἐλάμβανον
χάριτι Θεοῦ νοημάτων, τίνα μὲν τὰ γραπτέα,
καὶ πῶς γραπτέα, τίνα δὲ οὐδαμῶς γραπτέα εἰς
τοὺς πολλοὺς, καὶ τίνα μὲν ῥητὰ, τίνα δὲ οὐ τοι-
αῦτα. πάλιν τε αὖ ὁ Ἰωάννης, διδάσκων ἡ-
μᾶς γραπτέων καὶ οὐ γραπτέων διαφορὰν, ἑπτὰ
βροντῶν φησιν ἀκηκοέναι περὶ τινων διδασκουσῶν Apoc. 10. 4.
αὐτὸν, καὶ ἀπαγορευουσῶν γραφῇ παραδοῦναι τοὺς
λόγους αὐτῶν. πολλὰ δ᾽ ἂν καὶ παρὰ τῷ Μωϋσῇ
εὑρεθείη καὶ τοῖς προφήταις, οὐ μόνον Πλάτωνος,
ἀλλὰ καὶ Ὁμήρου, καὶ τῆς τῶν παρ᾽ Ἕλλησι γραμμάτων
εὑρέσεως πρεσβυτέροις, ἄξια τῆς εἰς αὐτοὺς χά-
ριτος τοῦ Θεοῦ, καὶ μεγαλονοίας πεπληρωμένα· οἵ
τινες οὐχ (ὡς οἴεται Κέλσος) παρακούσαντες τοῦ
Πλάτωνος, τοιαῦτ᾽ εἰρήκασι. πῶς γὰρ οἷόν τ᾽ ἦν
τοῦ μηδέ πω γενομένου αὐτοὺς ἀκηκοέναι; ἵνα δὲ
καὶ ἐπὶ τοὺς Ἰησοῦ ἀποστόλους τις, νεωτέρους γενομέ-
νους Πλάτωνος, ἀναγάγῃ τὸν Κέλσου λόγον· ὅρα εἰ
μὴ αὐτόθεν ἀπίθανόν ἐστι τὸ λέγειν, Παῦλον τὸν
σκηνοποιὸν, καὶ Πέτρον τὸν ἁλιέα, καὶ Ἰωάννην τὸν
καταλιπόντα τὰ δίκτυα τοῦ πατρὸς, παρακούσαν-
τας * τῶν Πλάτωνι ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς εἰρημένων, * τῶν Πλάτω-
τοιαῦτα περὶ τοῦ Θεοῦ παραδεδωκέναι. πολλά- νι ἐν ταῖς ἐπισ.
κις δὲ ἤδη ὁ Κέλσος θρυλλήσας ὡς ἀξιούμενον τῶν εἰρημ.
εὐθέως πιστεύειν, ὡς καινόν τι παρὰ τὰ πρό-
τερον εἰρημένα, πάλιν αὐτό φησιν· ἀρκεῖ δ᾽
ἡμῖν τὰ εἰς ταῦτα λελεγμένα. ἐπεὶ δὲ καὶ ἄλλην
λέξιν ἐκτίθεται Πλάτωνος· δι᾽ ὧν, φησιν, ἐρω-
τήσει καὶ ἀποκρίσει γενομένων ἐλλάμπειν φρο-
νήματι τοῖς κατ᾽ αὐτὸν φιλοσοφοῦσι· φέρε,
παραδείξωμεν ἀπὸ τῶν ἱερῶν γραμμάτων, ὅτι
προτρέπει καὶ ὁ θεῖος λόγος ἡμᾶς ἐπὶ διαλε-
κτικήν· ὅπου μὲν Σολομῶντος λέγοντος, Παι- Prov. 10. 17.
δεία δὲ ἀνεξέλεγκτος πλανᾶται· ὅπου δὲ τοῦ
τὸ σύγγραμμα τὴν Σοφίαν ἡμῖν καταλιπόν-
τος Ἰησοῦ υἱοῦ Σειρὰχ φάσκοντος, Γνῶσις ἀ- Sirac. 21. 18.
συνέτου, ἀδιεξέταστοι λόγοι. εὐμενεῖς δ᾽ οὖν ἔ-
λεγχοι παρ᾽ ἡμῖν εἰσι μᾶλλον, τοῖς μαθοῦσιν
ὅτι δεῖ τὸν προϊστάμενον τοῦ λόγου δυνατὸν εἶναι
τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν. εἰ δέ ῥαθυμοῦσί Tit. 1. 9.
τινες, οὐκ ἀσκοῦντες προσέχειν ταῖς θεί- 1 Tim. 4. 13.
αις ἀναγνώσεσι, καὶ ἐρευνᾶν τὰς γραφὰς, Joan. 5. 39.
καὶ, κατὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ Ἰησοῦ, ζητεῖν τὴν
διάνοιαν

quæ tamen nullo modo à Platone diſcere potuerant

de dialectica uſu laudato

Matth. 7.7. διάνοιαν τῶν γραφῶν, καὶ αἰτεῖν περὶ αὐτῶν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ κρούειν αὐτῶν τὰ κεκλεισμένα, οὐ παρὰ τοῦτο ὁ λόγος κενός ἐστι σοφίας. Εἶτά φησι μετὰ ἄλλας λέξεις Πλατωνικὰς, δηλώσας ὅτι ὀλίγοις ἐστὶ γνωστὸν τὸ ἀγαθόν· "Ἐπεὶ οἱ πολλοὶ μεστοὶ καταφρονήσεως οὐκ ὀρθῆς, ὑψηλῆς καὶ χαύνης ἐλπίδος πληρωθέντες, ὡς σεμνὰ ἄττα μεμαθηκότες, λέγουσί τινα ὡς ἀληθῆ· ὅτι ταῦτα προειρηκὼς ὁ Πλάτων, ὅμως οὐ τερατεύεται, οὐδ' ἀποφράττει τοῦ προαιρεῖσθαι * βουλομένους, τί ποτέ ἐστιν ὃ ἐπαγγέλλεται, τὴν γλῶτταν· οὐδ' αὐτόθεν κελεύει φθάσαντας πιστεύειν, ὅτι τοιόσδε ἐστὶν ὁ Θεὸς, καὶ υἱὸν ἔχει τοιόνδε· καὶ οὗτος κατελθὼν ἐμοὶ διελέξατο. καὶ πρὸς ταῦτά φημι, ὅτι περὶ μὲν Πλάτωνος Ἀρίστανδρος, οἶμαι, ἀνέγραψεν, ὡς οὐκ Ἀρίστωνος υἱοῦ, ἀλλὰ φάσματος ἐν Ἀπόλλωνος εἴδει προσελθόντος τῇ Ἀμφικτιόνῃ. καὶ ἄλλοι δὲ πλείονες τῶν Πλατωνικῶν ἐν τῷ Πλάτωνος βίῳ ταῦτ' εἰρήκασι. περὶ δὲ Πυθαγόρου, πλεῖστα ὅσα τερατολογούμενα, καὶ δείξαντος μὲν ἐν πανηγύρει Ἑλλήνων ἐλεφάντινον τὸν μηρὸν, ἀνεγνωρικέναι δὲ εἰπόντος τὴν ἀσπίδα, ἣ ἐχρῆτο, ὅτ' Εὔφορβος ἦν, καὶ ἐν μιᾷ λεγομένου ἡμέρᾳ ἐν δύο πεφηνέναι πόλεσι, τί χρὴ καὶ λέγειν; ὁ δὲ βουλόμενος κατηγορεῖν ὡς τερατείας ἱστορουμένης περὶ Πλάτωνος καὶ Σωκράτους, ἐκθήσεται καὶ τὸν συνιστάμενον Σωκράτει καθ' ὕπνον κύκνον, καὶ τὸν διδάσκαλον εἰπόντα ἐπὶ τῇ συστάσει τοῦ νεανίσκου, οὗτος ἄρα ὁ κύκνος ἦν. ἀλλὰ καὶ ὅτι τρίτον εἶδεν ὀφθαλμὸν ἑαυτὸν ἔχοντα ὁ Πλάτων, εἰς τερατείαν ἀναλήψεται. οὐ * λείψει δὲ τοὺς κακοήθεις, καὶ * κατηγορεῖν βουλομένους τὰ τοῖς κρείττοσι παρὰ τοὺς πολλοὺς ἐπιφανέντα, διαβολὴ καὶ * κατηγορία· οἵτινες καὶ τὸ Σωκράτους δαιμόνιον ὡς πλάσμα χλευάσουσιν. οὐ τερατευόμεθα οὖν τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ διηγούμενοι· οὐδ' οἱ γνήσιοι αὐτοῦ μαθηταὶ τοιούτους ἀνέγραψαν λόγους περὶ αὐτοῦ. ὁ δὲ πάντ' ἐπαγγελλόμενος εἰδέναι Κέλσος, καὶ πολλὰ τῶν Πλάτωνος παρατιθέμενος, ἑκὼν, οἶμαι, σιωπᾷ τὸν περὶ υἱοῦ Θεοῦ λόγον, τὸν παρὰ Πλάτωνι λεγόμενον ἐν τῇ πρὸς Ἑρμείαν καὶ Κορίσκον ἐπιστολῇ. οὕτω δὲ ἔχει ἡ τοῦ Πλάτωνος λέξις, "Καὶ τὸν τῶν πάντων Θεὸν, ἡγεμόνα τῶν τε ὄντων καὶ τῶν μελλόντων, τοῦ τε * ἡγεμόνος καὶ αἰτίου πατέρα καὶ κύριον ἐπομνύντας, ὃν, ἂν ὄντως φιλοσοφῶμεν, εἰσόμεθα πάντες σαφῶς * εἰς δύναμιν ἀνθρώπων εὐδαιμόνων. καὶ ἄλλην δέ τινα Πλάτωνος λέξιν ἐκτίθεται ὁ Κέλσος, οὕτως ἔχουσαν, "Ἔτι δὲ μακρότερα περὶ αὐτῶν ἐν νῷ μοι γέγονεν εἰπεῖν· τάχα γὰρ ἂν περὶ ὧν λέγω, σαφέστερον ἂν εἴη τι, λεχθέντων αὐτῶν· ἔστι γάρ τις λόγος ἀληθὴς, ἐναντίος τῷ

* βουλομένοις.
Vide ſupra, l. 1. p. 29.
* λείψει.
* κατηγορεῖν.
* κατηγορία.
Plato epiſt. vi.
* ἡγεμονικοῦ.
* πάντες εἰς.
Plato epiſt. vii. p. 342.

rum ſententiam, nec intellectum petit à Deo, nec pulſat fores occluſas, non ſtatim verbum Dei vacuum eſt omni ſapientiâ. Deinde, poſt quædam ex Platone citata in eam ſententiam, quòd à paucis ſummum illud bonum cognoſci poteſt, ſubjungit hæc; *Sunt qui alios temere contemnendo ipſi magnificâ ſed inani ſpe pleni, quaſi neſcio quid præclarum didicerint, dicunt vera nonnulla, ſed quæ Plato multò antè docuit: nec tamen prodigioſè loquitur, nec obturat os ſcitantibus quidnam ſit hoc quod pollicetur, nec jubet ante omnia credere talem eſſe Deum, aut talem habere filium, quódque ipſe ſua ex illius colloquio hauſerit.* Ad hæc reſpondeo, de Platone Ariſtandrum, ni fallor, ſcripſiſſe, non Ariſtonis eum fuiſſe filium, ſed ſpectri, quod Apollini ſimile complexum ſit Amphictionem; cui atteſtantur pleriq; Platonici, qui vitam magiſtri ſui prodiderunt ad poſteros. Quid memorem Pythagoram, de quo multa prodigioſa feruntur, quòd in conventu Græcorum nudaverit femur eburneum, quódque agnoverit clypeum geſtamen ſuum, cùm olim eſſet Euphorbus, conſpectúſque ſit eâdem die in duabus urbibus. Jam qui de Socrate ac Platone prodigioſas narrationes taxare voluerit, proferet cygnum Socrati commendatum per ſomnium, vocémque ipſius magiſtri, quòd Plato is cygnus fuerit, cùm poſtridie adoleſcens ei commendaretur. Similiter & illud, quòd Plato ſibi viſus ſit tertium habere oculum, inter prodigioſa referet: nec deerit unquam parùm candidis de præſtantiſſimo quoque malignè ſentientibus calumnia, quandoquidem ludunt & in Socratis genium tanquam rem fictitiam. Ergò non loquimur prodigioſè, dum acta Jeſu narramus, ſed germani ejus diſcipuli de ipſo ſcripſerunt talia. At Celſus iſte, ut profitetur, omniſcius, tam multa è Platone proferens, datâ operâ, credo, diſſimulat id, quod ille ſcripſit de filio Dei verbo, in ſua ad Hermiam & Coriſcum epiſtola, his verbis, *Obteſtantibus Deum, rerum omnium & quæ ſunt & quæ erunt imperatorem, illiúſque imperatoris & cauſæ patrem, quem quidem, ſi reverà philoſophemur, omnes perſpicuè cognoſcemus, quantùm quidem illa cognitio in felicium virorum facultatem cadere poteſt.* Alia quoque verba Celſus adducit ex eodem ſic, *Jam verò mihi quoque operæ pretium viſum eſt, his in rebus paulò longiori ſermoni indulgere; fortaſſe enim, ſi hæc expoſita fuerint, eorum quæ ſignifico quidpiam luculentius apparebit: eſt enim ſermo quidam*

dam verus illi contrarius, qui hiſce in rebus ſcribendis vel tantillum audeat verſari, ſæpe quidem à me hactenus notatus, & qui nunc etiam dicendus videtur. In unaquaque re tria ſunt genera, ex quibus ſcientiam comparari neceſſe eſt, quartum genus eſt ipſa ſcientia, quintum verò id ipſum ponendum eſt, quod & ſub intelligentiam cadit, & verum eſt; ex his omnibus unum & primum eſt nomen, ſecundum oratio, tertium imago, quartum ſcientia. Juxta hanc rationem poſſumus dicere, quòd *vox clamantis in deſerto* inductus eſt Joannes ante Jeſum, proportione quâdam referens nomen quod apud Platonem eſt. Secundo loco poſt Joannem eſt Jeſus oſtenſus ab eo, cui quadrat illud, *Verbum caro factum eſt*, reſpondétque verbo quod apud Platonem eſt. Tertium porrò Plato ait eſſe ſimulacrum, quâ voce quia nos in alio ſignificato utimur, apertiùs dicemus in animo factâ poſt verbum compunctione, figuram Chriſti in unoquoque à Chriſti verbo imprimi: an autem juxta eandem analogiam quartum, quæ eſt ſcientia, ſit apud nos Chriſtus perfectorum ſapientia; qui poteſt, viderit. Deinde, inquit, *Vides quomodo Plato, quamvis præfatus rem eſſe ineffabilem, tamen nè videatur refugere ad inconvincibilia, rationem reddit hujus difficultatis: fortaſſe nihil eſt explicabile.* Hæc quoniam eò tendere videntur, ut affirmet non eſſe credendum ſimpliciter, ſed rationem reddendam eorum quæ credimus: adducemus & nos Paulum reprehendentem eos qui credunt temere, ubi dicit, *Niſi temere credidiſtis.* Hic Celſus rurſum eadem iterans, quantum in ipſo eſt, cogit & nos iterare eadem. Cùm enim mentio fiat de arrogantibus, negat *Platonem arrogantem fuiſſe aut mendacem, ut qui non profiteatur à ſe inventum novum aliquid, nec è cælo ſe venire nuntium, ſed præ ſe ferat unde ſua ſumpſerit.* Ad hæc reſponderi poteſt, imò arrogantem eſſe Platonem & tumidum, qui in Jovis apud Timæum concione ſic loquitur, *Dii Deorum, quorum ipſe & conditor ſum & genitor*: reliquáq; quæ ſequuntur; quòd ſi quis hæc defendere conabitur; propter ſententiam Jovis apud Platonem concionantis, quin eâdem operâ perquirit ſententiam verborum filii Dei aut creatoris in Scripturis propheticis, majora inventurus quàm in concione Jovis quæ in Timæo legitur: nam divini ſermonis character eſt futurorum prædictio, quæ in naturam humanam non cadit, & judicatur ex eventibus; quando evidens fit divini Spiritûs prænunciatio. Itaque non omni accedenti dicimus, Primùm crede, de quo te doceo, Dei filium eſſe: ſed u-

"τολμήσαντι γράφειν τῶν τοιούτων, * καὶ ὅτι οὖν, πολλάκις μὲν ὑπ' ἐμοῦ καὶ * πρόσθεν λεχθεὶς, ἔοικε δ' οὖν εἶναι καὶ νῦν λεκτέος. ἔστι τῶν ὄντων ἑκάστῳ, δι' ὧν τὴν ἐπιστήμην ἀνάγκη παραγίγνεσθαι, τρία· τέταρτον δ' αὐτή· πέμπτον δ' αὐτὸ τιθέναι δεῖ, ὃ δὴ γνωστόν τε καὶ * ἀληθές ἐστιν. ὧν ἓν μὲν, ὄνομα· δεύτερον δὲ, λόγος· τὸ δὲ τρίτον, εἴδωλον· τὸ τέταρτον δὲ, ἐπιστήμη." καὶ κατὰ ταῦτα δὲ εἴποιμεν ἂν, ὅτι φωνὴ μὲν βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ εἰσῆκται ὁ Ἰωάννης πρὸ τοῦ Ἰησοῦ, ἀνάλογον τῷ παρὰ Πλάτωνι ὀνόματι· δεύτερος δὲ μετὰ τὸν Ἰωάννην δεικνύμενος ὑπ' αὐτοῦ ὁ Ἰησοῦς, ᾧ ἐφαρμόζει τὸ, Ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, ἀνάλογον ὢν τῷ παρὰ Πλάτωνι λόγῳ. Πλάτων μὲν οὖν τὸ τρίτον φησὶν εἴδωλον· ἡμεῖς δὲ, τὸ ὄνομα τοῦ εἰδώλου ἐπ' ἄλλου τάττοντες, τρανότερον εἴποιμεν ἐν τῇ ψυχῇ γινόμενον μετὰ τὸν λόγον, τῶν τραυμάτων τύπον, τοῦτ' ἔστιν ἐν ἑκάστῳ Χριστὸν, ἀπὸ Χριστοῦ λόγου. εἰ δὲ καὶ ἀνάλογόν ἐστι τῷ τετάρτῳ, ὅ ἐστιν ἐπιστήμη, ἡ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς τελείοις σοφία ὁ Χριστὸς, ἐπιστήσει ὁ δυνάμενος. Εἶτά φησιν, ὅτι "ὁρᾷς ὅπως Πλάτων, καίτοι διαβεβαιωσάμενος ὅτι ῥητὸν οὐκ ἔστιν· ὅμως, ἵνα μὴ εἰς ἀνεξέλεγκτον ἀναχωρεῖν δόξῃ, λογισμὸν ὑπέχει ταύτης τῆς ἀπορίας· εἴη γὰρ ἂν τυχὸν ῥητὸν καὶ τὸ μηδέν." ἀλλ' ἐπεὶ τοῦτο φέρει εἰς κατασκευὴν τοῦ δεῖν μὴ ἁπλῶς πιστεύειν, ἀλλὰ λογισμὸν ὑπέχειν τῶν πιστευομένων· χρησόμεθα καὶ ἡμεῖς τῇ Παύλου λέξει, ἐγκαλοῦντι τῷ εἰκῇ πιστεύοντι, ἐν ᾗ φησιν, Ἐκτὸς εἰ μὴ εἰκῇ ἐπιστεύσατε. τὸ ὅσον δ' ἐπ' αὐτῷ, ἀναγκάζει ἡμᾶς ταυτολογεῖν ταυτολογῶν ὁ Κέλσος, λέγων μετὰ τὰς εἰρημένας ὥσπερ ἀλαζόνων ἀλαζονείας, "ὅτι ὁ Πλάτων οὐκ ἀλαζονεύεται καὶ ψεύδεται, φάσκων αὐτὸς καινόν τι εὑρίσκειν, ἢ ἀπ' οὐρανοῦ παρὼν ἀγγέλλειν· ἀλλ' ὁπόθεν ἐστὶ ταῦτα, ὁμολογεῖν." εἴποι ἄν τις οὖν καὶ πρὸς ταῦτα, βουλόμενος ἀπαντᾶν τῷ Κέλσῳ, ὅτι καὶ Πλάτων ἀλαζονεύεται, ἐν τῇ τοῦ Διὸς κατὰ τὸν Τίμαιον δημηγορίᾳ λέγων, "Θεοὶ Θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς καὶ πατὴρ," καὶ τὰ ἑξῆς. ἀλλ' εἰ ἀπολογήσεταί τις περὶ τούτων διὰ τὸν νοῦν τοῦ δημηγοροῦντος παρὰ τῷ Πλάτωνι Διός· διὰ τί ὁ ἐξετάζων τὸν νοῦν τῶν λόγων τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ἢ τῶν ἐν τοῖς προφήταις δημιουργοῦ, οὐχὶ καὶ πλεῖόν τι ἐρεῖ, παρὰ τὴν ἐν τῷ Τιμαίῳ τοῦ Διὸς δημηγορίαν; τὸ γὰρ χαρακτηρίζον τὴν θειότητα, ἡ περὶ μελλόντων ἐστὶν ἀπαγγελία, οὐ κατ' ἀνθρωπίνην φύσιν λεγομένων, καὶ τοῖς ἐκβάσεσι κρινομένων, ὅτι θεῖον πνεῦμα ἦν τὸ ταῦτα ἀπαγγέλλον. οὐ πρὸς πάντα οὖν τὸν προσιόντα φαμὲν, ὅτι πρότερον πίστευσον, ὃν εἰσηγοῦμαί σοι, τοῦτον εἶναι υἱὸν Θεοῦ· ἀλλ' ἑκά-

* [ὂν] ὃ, τι οὖν.
* πρότερον.
* ἀληθῶς ἐστιν
ὄν. ἓν μέν.
Matth. 3. 3.
Joan. 1. 14.
1 Cor. 15. 2.

Platoni arrogantia … ad credendum hortationem …

ϛῳ, κατὰ τὸ πρέπον αὐτοῦ τῷ ἤθει καὶ τῇ καταστάσει, προσάγομεν τὸν λόγον· μαθόντες εἰδέναι, πῶς δεῖ ἡμᾶς ἑνὶ ἑκάστῳ ἀποκρίνεσθαι. καί εἰσιν, οἷς, πλεῖον μὴ δυναμένοις τοῦ προτραπῆναι εἰς τὸ πιστεύειν, τοῦτο κηρύττομεν· ἄλλοις δὲ, ὅση δύναμις, ἀποδεικτικῶς δι' ἐρωτήσεων καὶ ἀποκρίσεων προσερχόμεθα. ἀλλ' οὐδὲ λέγομεν (τὸ μετὰ χλεύης ὑπὸ τοῦ Κέλσου εἰρημένον) "ὅτι πίστευσον, ὃν εἰσηγοῦμαί σοι, τοῦτον εἶναι υἱὸν Θεοῦ, κἂν ᾖ δεδεμένος ἀτιμότατα, ἢ κεκολασμένος αἴσχιστα, κἂν χθὲς καὶ πρώην ἐν τοῖς πάντων ὀφθαλμοῖς ἐπονειδιστότατα κεκαλινδημένος" οὐδὲ φαμὲν, "ταύτῃ καὶ μᾶλλον πίστευσον·" εἰς ἕκαστον γὰρ πειρώμεθα λέγειν, καὶ πλείονα ὧν ἐν τοῖς ἀνωτέρω ἐξεθέμεθα. Μετὰ ταῦτά φησιν ὁ Κέλσος, "ὅτι ἐὰν οἵδε μὲν (λέγων Χριστιανοὺς) εἰσηγῶνται τόνδε, ἄλλοι δ' ἄλλον· κοινὸν δὲ πάντων ᾖ καὶ πρόχειρον, Πίστευσον, εἰ σωθῆναι θέλεις, ἢ ἄπιθι. τί ποιήσουσιν οἱ ἀληθῶς σώζεσθαι θέλοντες; ἢ κύβους ἀναῤῥίψαντες μαντεύσονται, ποῖ τράπωνται, καὶ τίσι προσθῶνται;" καὶ πρὸς τοῦτο δὲ ἀπὸ τῆς * ἐναργείας ὁρμώμενοι ταῦτα φήσομεν· εἰ μὲν πλείους ἦσαν, ὁμοίως τῷ Ἰησοῦ ἱστορούμενοι τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων ἐπιδεδημηκέναι, ὡς υἱοὶ Θεοῦ· καὶ ἕκαστος αὐτῶν περισπάσας τινὰς εἰς αὐτὸν, ὥστ' ἀμφήριστον εἶναι, διὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς ἐπαγγελίας περὶ τοῦ υἱὸν εἶναι Θεοῦ, τὸν ὑπὸ τῶν πιστευόντων αὐτῷ μαρτυρούμενον· χώραν ἂν εἶχε τὸ, "ἐὰν οἵδε μὲν εἰσηγῶνται τόνδε, ἄλλοι δ' ἄλλον· καὶ κοινὸν δὲ πάντων ᾖ καὶ πρόχειρον Πίστευσον, εἰ σωθῆναι θέλεις, ἢ ἄπιθι, καὶ τὰ ἑξῆς. νυνὶ δὲ εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην Ἰησοῦς κεκήρυκται, ἐπιδημήσας τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων μόνος υἱὸς Θεοῦ· οἱ γὰρ ὁμοίως Κέλσῳ ὑπολαβόντες ὁμοίως τετερατεῦσθαι, καὶ διὰ τοῦτο βουληθέντες τερατεύσασθαι, ὡς καὶ αὐτοὶ παραπλησίως κρατήσοντες τῶν ἀνθρώπων, τὸ οὐδὲν εἶναι ἐξηλέγχθησαν· Σίμων τε ὁ Σαμαρεὺς μάγος, καὶ Δοσίθεος ὁ ἀπὸ τῆς αὐτῆς χώρας ἐκείνῳ τυγχάνων. ἐπεὶ ὁ μὲν ἔφασκεν αὐτὸν εἶναι δύναμιν Θεοῦ, τὴν καλουμένην μεγάλην· ὁ δὲ, καὶ αὐτὸς υἱὸς τοῦ Θεοῦ. οὐδαμοῦ γὰρ τῆς οἰκουμένης Σιμωνιανοί· καί τοι γε ὑπὲρ τοῦ πλείονας ὑπαγάγεσθαι ὁ Σίμων τὸν περὶ τοῦ θανάτου κίνδυνον, ὃν Χριστιανοὶ αἱρεῖσθαι ἐδιδάχθησαν, περιεῖλε τῶν μαθητῶν, ἀδιαφορεῖν αὐτοὺς διδάξας πρὸς τὴν εἰδωλολατρείαν. ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἀρχὴν Σιμωνιανοὶ ἐπεβουλεύθησαν. ᾔδει γὰρ ὁ ἐπιβουλεύων δαίμων πονηρὸς τῇ τοῦ Ἰησοῦ διδασκαλίᾳ, οὐδὲν τῶν ἰδίων παραλυθησόμενον βούλημα ἐκ τῶν Σίμωνος * μαθητῶν. οἱ δὲ Δοσιθεανοὶ οὐδὲ πρότερον ἤκμασαν· νυνὶ δὲ παντελῶς ἐκλελοίπασιν, ὥστε τὸν ὅλον αὐτῶν ἱστορεῖσθαι ἀριθμὸν, οὐκ εἶναι ἐν τοῖς τριάκοντα. καὶ Ἰούδας δὲ ὁ Γαλιλαῖος, ὡς ὁ Λουκᾶς ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων ἔγραψεν, ἐβουλήθη ἑαυτόν τινα εἰπεῖν μέγαν, καὶ πρὸ ἐκείνου Θευδᾶς· ἀλλ' ἐπεὶ

* ἐναργείας.

* μαθημάτων.

Act. 5. 37. 36.

numquemq; alloquimur habitâ ratione morum ejus & conditionis; ut qui didicimus ſcire quomodo reſpondendum ſit cuiq;: ſunt enim quibus hoc prædicamus, cùm minùs queant ad fidem adduci; ceteris, quoad ejus fieri poteſt, demonſtramus percontando viciſſim ac reſpondendo. Nec ità, ut Celſus exprobrat, dicimus, *Crede eſſe hunc, de quo te doceo, Dei filium, quamvìs ignominioſè vinctus ſit, & turpi affectus ſupplicio, quamvìs heri & nudiustertiùs in conſpectu omnium tractatus probroſiſſimè*: nec dicimus, *ea propter etiam magìs crede*; nam ad ſingula conamur plura dicere, quæ ſuprà expoſuimus. Poſthæc Celſus de Chriſtianis ſic loquitur, *Si alii hunc inducunt; alii alium: omnibus tamen in promptu ſit commune illud verbum, Crede, ſi vis ſalvus fieri, aut abi. Quid hic facturi ſunt qui verè ſervari cupiunt? num teſſerarum jactu ſortientur quò ſe vertere debeant, & quibus addicere?* Etiam ad hoc apertè reſpondebimus: ſi plures fuiſſent, qui veniſſent in vitam hominum, quemadmodum narrant de Jeſu, Dei filio, & ſinguli ad ſe quoſdam attraherent, ut, propter ſimilitudinem profitentium ſe Dei filios, incerta fides noſtra fieret variantibus teſtimoniis, locum habuiſſent illa verba, *Si alii hunc inducunt, alii alium: omnibus tamen in promptu ſit commune illud, Crede, ſi vis ſalvus fieri, aut abi*, & reliqua. Nunc autem per totum terrarum orbem Jeſus prædicatur veniſſe ad humanum genus unicus Dei filius: nam qui hæc prodigioſis, ſicut Celſus, tribuentes artibus, ſimilibus prodigiis conati ſunt ſibi conciliare favorem multitudinis, nequam fuiſſe deprehenſi ſunt, Simon Samaritanus magus, & Doſitheus ejus conterraneus: quorum alter aiebat ſe virtutem illam magnam Dei, alter verò & ipſe volebat haberi Dei filius. Nunc nuſquam gentium extant Simoniani; quamvis Simon, quò plures ſibi pararet diſcipulos, ſuſtulerit è ſua doctrina mortis periculum, quod Chriſtiani docebantur contemnere, dicens indifferentem rem eſſe idololatriam. Imò nec ulla perſecutio contra Simonianos unquam exorta eſt. Sciebat enim malus dæmon, doctrinæ Jeſu inſidiator, nihil periculi rebus ſuis imminere à Simonis diſcipulis: ceterùm Doſitheani nec unquã floruerunt, & nunc omnino extincti ſunt, ut inter triginta non cenſeantur. Quin & Judas Galilæus, ut Lucas in Actis Apoſtolorum ſcribit, volebat videri magnus aliquis, & prior illo Theudas: ſed, quia

quia non proficiſcebatur à Deo hæc doctrina, perierunt, móxque omnes, qui eos ſectati fuerant, diſperſi ſunt. Quare non teſſeris ſortimur, quò nos debeamus vertere, quémve ſequi, quaſi multi ſint, qui nos queant in diverſa trahere, profitendo ſe à Deo miſſos ad genus humanum. Verùm de his ſatis hactenus: tranſeundum eſt ad aliam Celſi calumniam, nè ſententias quidem noſtras ſcientis, ſed malè intelligendo affirmantis nos dicere, *hominum ſapientiam eſſe apud Deum ſtultitiam*: cùm Paulus dicat, *Sapientia hujus mundi ſtultitia eſt apud Deum*. Hìc Celſus ait *hujus rei cauſam jam dudum redditam*: putátque cauſam eſſe, *quòd velimus per hæc verba ſolos imperitos & fatuos ad nos allicere*. Sed id jam antè à ſe dictum ipſe ſignificat, & nos ad hoc pro viribus reſpondimus: attamen conatur oſtendere hoc quoq; nos mutuatos à Græcorum ſapientibus, dicentibus aliam eſſe divinam, aliam humanam ſapientiam. Itaq; hæc dicta Heracliti adducit in medium; unum illud, *Nam hominum mores rationem non habent, Deorum habent*; alterum, *Vir ſtultus audit à dæmone, ſicut puer à viro*. Adducit & ex Platonis apologia pro Socrate ſcripta illud, *Equidem, viri Athenienſes, non ob aliud, quàm ob ſapientiam quandam, ejuſmodi nomen adeptus ſum. Sed ob quam ſapientiam? fortè ob eam quæ humana ſapientia eſt: nam hâc reverà ſapiens eſſe videor*. Celſus quidem hæc citat, ego verò unum etiam his addam ex Platonis ad Hermiam, & Eraſtum, Coriſcúmq; epiſtola: *Eraſto autem, & Coriſco, præter ſapientiam illam de formis pulcherrimam, aio equidem, licèt ſenex, aliâ etiam opus eſſe ſapientiâ; eâ videlicet, quâ improborum conatus cavere, & adverſùs illos opportunam defenſionem opponere poſſimus; ac proinde ab illorum vi nos ſartos tectoſque tueri. Sunt enim illi fraudum inexperti, quòd apud nos cum moderatis & minimè malis hominibus diu verſati ſunt: itaq; illos aio hujuſmodi quibuſdam adjumentis indigere, ne cogantur quidem ipſi veram ſapientiam contemnere, humanam verò neceſſariámque ſcientiam plus æquo meditari.* Itaque juxta hos alia eſt humana ſapientia, alia divina: humana quidem, quæ à noſtris ſapientia mundi hujus dicitur, quæ eſt ſtultitia apud Deum: divina verò, & ab humana diverſa, ſiquidem eſt divina, per gratiam Dei donata contingit his, qui ſeſe præparando fecerunt ad eam accipiendam idoneos: præſertim his, qui, utriuſque differentiam ſcientes, in ſuis ad Deum precibus dicere ſolent, Etiamſi quis perfectus ſit

οὐκ ἦν ἐκ Θεοῦ αὐτῶν ἡ διδαχὴ, ἀπώλοντο, καὶ πάντες, ὅσοι ἐπείθοντο αὐτοῖς, παραχρῆμα διεσκεδάσθησαν. οὐ κλήροις οὖν ἀναρριπτοῦντες μαντευόμεθα, ποῖ τραπώμεθα, καὶ τίνι προσθώμεθα, ὡς δυναμένων πλειόνων περισπᾶν ἡμᾶς τῇ ἐπαγγελίᾳ τοῦ θεόθεν ἐπιδεδημηκέναι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων. ἀλλὰ γὰρ καὶ περὶ τούτων ἅλις· διὸ μεταβαίνομεν ἐπ' ἄλλην Κέλσου κατηγορίαν, οὐδὲ τὰς λέξεις ἡμῶν εἰδότος, ἀλλ' ἐκ παρακουσμάτων φήσαντος· “ὅτι φαμὲν τὴν ἐν “ἀνθρώποις σοφίαν μωρίαν εἶναι παρὰ Θεῷ” τοῦ Παύλου λέγοντος, Ἡ σοφία τοῦ κόσμου μωρία παρὰ Θεῷ ἐστι. καί φησιν ὁ Κέλσος, “ὅτι “ἡ τούτου αἰτία καὶ πάλαι εἴρηται” οἴεται * δὴ αἰτίαν εἶναι “τὸ βούλεσθαι ἡμᾶς διὰ τῆς λέξεως “ταύτης τοὺς ἀπαιδεύτους καὶ ἠλιθίους προσάγε-“σθαι μόνους. ἀλλ', ὡς καὶ αὐτὸς ἐσημειώσατο, ταὐτὸ εἶπεν ἀνωτέρω· καὶ ἡμεῖς πρὸς τὸν λόγον, κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν, ἀπηντήσαμεν. ὅμως μέντοι ἐβουλήθη καὶ τοῦτο δεῖξαι πεπλασμένον ἡμῖν, καὶ ληφθὲν ἀπὸ τῶν παρ' Ἕλλησι σοφῶν, ἄλλην μὲν εἶναι φησάντων τὴν ἀνθρωπίνην σοφίαν, ἄλλην δὲ τὴν θείαν. καὶ ἐκτίθεταί γε Ἡρακλείτου λέξεις, μίαν μὲν, ἐν ᾗ φησιν, Ἦθος γὰρ ἀνθρώπειον μὲν οὐκ ἔχει γνώμας, θεῖον δὲ ἔχει· ἑτέραν δὲ, Ἀνὴρ νήπιος ἤκουσε πρὸς δαίμονος, ὅκως περ παῖς πρὸς ἀνδρός. ἐκτίθεται δὲ καὶ ἀπὸ τῆς Πλάτωνος γεγραμμένης Σωκράτους ἀπολογίας ταῦτα, Ἐγὼ γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δι' οὐδὲν ἄλλο, ἢ διὰ σοφίαν, τοῦτο τὸ ὄνομα ἔσχηκα. ποίαν δὲ σοφίαν ταύτην; ἥπερ ἐστὶν ἴσως ἀνθρωπίνη σοφία· τῷ ὄντι γὰρ κινδυνεύω ταύτην εἶναι σοφός. ἀλλὰ μὲν οὖν ἐκτίθεται ὁ Κέλσος ταῦτά ἐστιν, ἐγὼ δὲ ἀπὸ τῆς πρὸς Ἑρμίαν, καὶ Ἔραστον, καὶ Κορίσκον Πλάτωνος ἐπιστολῆς καὶ ταῦτα παραθήσομαι· “Ἐράστῳ δὲ καὶ “Κορίσκῳ πρὸς τῇ τῶν * εἰδῶν σοφίᾳ τῇ κα-“λῇ ταύτῃ φημὶ ἐγὼ, καίπερ γέρων ὢν, προσ-“δεῖν σοφίας τῆς περὶ τοὺς πονηροὺς καὶ ἀδίκους φυλα-“κτικῆς, καί τινος ἀμυντικῆς δυνάμεως. ἄπει-“ροι γάρ εἰσι, διὰ τὸ μεθ' * ὑμῶν μετρίων ὄν-“των καὶ οὐ κακῶν, συχνὸν διατετριφέναι τοῦ βίου. “διὸ δὴ τούτων προσδεῖν εἶπον, ἵνα μὴ ἀναγκά-“ζωνται τῆς ἀληθινῆς μὲν ἀμελεῖν σοφίας, τῆς δ' ἀν-“θρωπίνης τε καὶ ἀναγκαίας ἐπιμελεῖσθαι μειζόνως “* ἢ δεῖ. ἐκοῦν κατὰ ταῦτα ἡ μέν τις θεία σοφία ἐστὶν, ἡ δὲ ἀνθρωπίνη. καὶ ἡ μὲν ἀνθρωπίνη ἐστὶν ἡ καθ' ἡμᾶς λεγομένη σοφία τοῦ κόσμου, ἥτις ἐστὶ μωρία παρὰ τῷ Θεῷ· ἡ δὲ θεία, καὶ ἑτέρα παρὰ τὴν ἀνθρωπίνην, εἴπερ ἐστὶ θεία, χάριτι Θεοῦ * δωρουμένη αὐτὴν τοῖς ἑαυτοὺς ἐπιτηδείους πρὸς παραδοχὴν αὐτῆς κατασκευάσασι παραγίνεται· καὶ μάλιστα τοῖς ἐκ τοῦ ἐγνωκέναι τὴν διαφορὰν ἑκατέρας σοφίας πρὸς τὴν ἑτέραν ἐν ταῖς πρὸς Θεὸν εὐχαῖς λέγουσι, Κἂν γάρ τις τέλειος

1 Cor. 3. 19.

* τὴν αἰτίαν.

Plato Apologia Socr.

Idem ep. vi.

* εἰδώλων.

* ἡμῶν.

* ἤδη.

* δωρουμένη.

ἐν υἱοῖς ἀνθρώπων, τῆς ἀπὸ σοῦ σοφίας ἀπούσης, εἰς οὐθὲν λογισθήσεται. καὶ γυμνάσιον μὲν φαμὲν εἶναι τῆς ψυχῆς τὴν ἀνθρωπίνην σοφίαν, τέλος δὲ τὴν θείαν. ἥτις καὶ στερεὰ λέγεται τῆς ψυχῆς εἶναι τροφὴ, παρὰ τῷ

Hebr.5.14. φήσαντι, Τελείων δέ ἐστιν ἡ στερεὰ τροφὴ, τῶν διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα ἐχόντων πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ. καὶ ἀρχαία μὲν ἀληθῶς ἐστιν ἥδε ἡ δόξα, οὐχ, ὡς οἴεται δὲ ὁ Κέλσος, τῆς περὶ αὐτῶν ἀρχαιότητος εἰς Ἡράκλειτον καὶ Πλάτωνα ἀναφερομένης. ἀνωτέρω γὰρ τούτων οἱ προφῆται διέστειλαν τὸ περὶ ἑκατέρας σοφίας. ἀρκεῖ δ' ἐπὶ τοῦ παρόντος εἰπεῖν ἀπὸ τῶν λόγων τοῦ Δαυὶδ τὸ

Pſal.48.9. περὶ τοῦ κατὰ θείαν σοφίαν σοφοῦ λεγόμενον, ὅς τις οὐκ ὄψεται καταφθορὰν, φησὶν, ὅταν ἴδῃ σοφοὺς ἀποθνήσκοντας. ἡ θεία τοίνυν σοφία, ἑτέρα οὖσα τῆς πίστεως, πρῶτόν ἐστι τῶν καλουμένων χαρισμάτων τοῦ Θεοῦ· καὶ μετ' ἐκείνην δεύτερον, τοῖς ἀκριβοῦν τὰ τοιαῦτα ἐπισταμένοις, ἡ καλουμένη γνῶσις· καὶ τρίτον (ἐπεὶ σώζεσθαι χρὴ καὶ τοὺς ἁπλουστέρους, προσιόντας κατὰ δύναμιν τῇ θεοσεβείᾳ) ἡ πίστις. διὸ λέγεται παρὰ τῷ

θεία σοφία

γνῶσις

πίστις

1 Cor.12.8,9. Παύλῳ, Ὧ μὲν γὰρ διὰ τοῦ πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας, ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ πνεῦμα, ἑτέρῳ δὲ πίστις ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι. διόπερ οὐ τοὺς τυχόντας εὕροις ἂν μετειληφότας τῆς θείας σοφίας· ἀλλὰ τοὺς ὑπερέχοντας καὶ διαφέροντας πάντων τῶν Χριστιανισμῷ προσεχόντων· οὐδὲ τοῖς ἀπαιδευτοτάτοις, ἢ ἀνδραπόδοις, ἢ ἀμαθεστάτοις διέξεισί τις τὰ περὶ τῆς θείας σοφίας. καί τοι γε ἄλλους μὲν φησὶν ἀπαιδευτοτάτους εἶναι, καὶ ἀνδράποδα, καὶ ἀμαθεστάτους ὁ Κέλσος, τοὺς μὴ ἐπισταμένους αὐτοῦ τὰ πράγματα, μηδὲ παιδευθέντας τὰ Ἑλλήνων μαθήματα. ἡμεῖς δὲ ἀπαιδευτοτάτους φαμὲν τοὺς μὴ αἰσχυνομένους ἐν τῷ τοῖς ἀψύχοις προσλαλεῖν, καὶ περὶ μὲν ὑγείας τὸ ἀσθενὲς ἐπικαλουμένους, περὶ δὲ ζωῆς τὸ νεκρὸν ἀξιοῦντας, περὶ δὲ ἐπικουρίας τὸ ἀπορώτατον ἱκετεύοντας. κἂν τινες δὲ μὴ ταῦτά φασιν εἶναι τοὺς Θεοὺς, ἀλλὰ μιμημάτων ἀληθινῶν κἀκείνων σύμβολα· οὐδὲν ἧττον καὶ οὗτοι, ἐν βαναύσων χερσὶ τὰ μιμήματα τῆς θειότητος φανταζόμενοι εἶναι, ἀπαίδευτοί εἰσι, καὶ ἀνδράποδα, καὶ ἀμαθεῖς· ὡς τοὺς ἐσχάτους τῶν ἐν ἡμῖν ἀπηλλάχθαι ταύτης τῆς ἀπαιδευσίας καὶ τῆς ἀμαθίας, καὶ φρονιμωτάτους δὲ τὴν θείαν ἐλπίδα νοεῖσθαι καὶ καταλαμβάνεσθαι, φαμέν. οὐ λέγομεν δὲ καὶ οὐχ οἷόν τ' εἶναι, μὴ ἐγγυμνασάμενον τῇ ἀνθρωπίνῃ σοφίᾳ χωρεῖν τὴν θειοτέραν· καὶ μωρίαν πᾶσαν τὴν ἀνθρωπίνην σοφίαν, ὡς πρὸς τὴν θείαν, ὁμολογοῦμεν. Εἶτα δέον αὐτὸν ἀγωνίζεσθαι περὶ τοῦ λόγου, "ὁ δὲ γόητας ἡμᾶς "καλεῖ, καί φησιν, ὅτι φεύγομεν τοὺς χαριεστέ-"ρους περιτραπῆναι, ὡς οὐχ ἑτοίμους ἀπατᾶσθαι· παλεύομεν δὲ τοὺς ἀγροικοτέρους. οὐ γὰρ * εἴδεν

* εἴδεν.

inter filios hominum, ſi à te datâ ſapientiâ careat, pro nihilo reputabitur. Proinde gymnaſium animæ humanam ſapientiam dicimus, ſcopum verò & finem divinam, quæ etiam ſolidus animæ cibus vocatur apud illum, qui ſic loquitur, *Perfectorum autem eſt ſolidus cibus, eorum, qui propter conſuetudinem exercitatos habent ſenſus ad dignoſcendum bonum à malo.* Eſt quidem antiqua hæc opinio, ſed non, ut Celſus putat, ad Platonem referenda, vel Heraclitum: longè enim ante horum ætatem Prophetæ fecerunt hoc diſcrimen utriuſq; ſapientiæ, id quod vel Davidis teſtimonio ſatis manifeſtum eſſe poterit: qui de divinâ ſapientiâ prædito dicit, *non viſurum corruptionem, cùm ſapientes mo ientes viderit.* Divina igitur ſapientia, cùm ſit à fide diverſa, primum locum inter Dei chariſmata, quæ vocant, obtinet; ſecundum verò, ut cenſent qui iſta ſciunt exactiùs, quæ vocatur cognitio; tertium deinde, quia opus eſt etiam ſimpliciores ad pietatem pro viribus accedentes ſalvos fieri, fides: quamobrem dicit Paulus, *Alii quidem per Spiritum datur ſermo ſapientiæ, alii ſermo ſcientiæ per eundem Spiritum, alii verò fides in eodem Spiritu.* Quapropter, nec vulgares homines invenire licet divinæ ſapientiæ participes; ſed præſtantes, & ceteris longè ſuperiores, qui Chriſtianæ ſtudent religioni. Nec imperitiſſimo cuique, viliſſimo, rudiſſimóque enarratur hæc ſapientia, ut Celſus eos nominat, qui neſciunt profanas literas & diſciplinas Græcanicas: nos verò eos dicimus ineruditiſſimos, quos non pudet alloqui res inanimas, & ſanitatem ab infirmis petere, vitam à mortuis, open ab inopibus. Quòd ſi quis dixerit iſta non eſſe Deos, ſed Deorum verorum imagines & ſigna: nihilominus hi quoque imperiti, viles & ineruditi ſunt, qui Deos imaginantur in manufacturis opificum, adeò ut nè infimi quidem è noſtris hominibus laborent hujuſmodi imperitiâ. Attamen vel prudentiſſimos capaces ſpei divinæ fatemur: ſed non dicimus impoſſibile, ut divinam ſapientiam percipiat, qui ſe priùs in humana non exercuerit, ut qui omnem humanam ſapienetiam, ſi ad divinam conferatur, ſtultitiam eſſe ducimus. Hic, ubi agendum erat rationibus, iſte *præſtigiatores nos vocans*, ait *vitari à nobis omnes elegantiores, quòd hi non temere decipiantur; ſolos ruſticiores illaqueari*: neſcit enim jam olim

olim nos habuiſſe viros ſapientes excultos diſciplinis exoticis; Moſem illum eruditum in univerſa doctrina Ægyptiaca; Danielem, Ananiam, Azariam, Miſaelem, peritos omnis literaturæ Aſſyriorum, adeò ut omnes ejus gentis ſapientes ſuperarent decuplo: quin & hodie habent Eccleſiæ in tanta multitudine plebeiorum aliquot excellenter doctos: qui, à carnali quam vocamus ſapientia deficiſcentes, nobis ſe adjunxerunt, & in his quoſdam, qui ab illa ad divinam aſcenderunt ſapientiam. Poſt hæc Celſus, quaſi levi aliquo rumore de Chriſtiana humilitate,ac nè hoc quidem ſatis intellecto tactus, fatetur quidem eam apud nos eſſe: putat tamen hanc quoque perperam deſumptam è Platonis doctrina, qui in libris de Legibus alicubi ſic loquitur, *Deus, quemadmodum & antiquus ſermo teſtatur, omnium rerum & principium, & medium, & finem in ſe habens, rectam viam peragit, explicans vim ſuam atque potentiam per hanc univerſi naturam, pérque omnes illius partes circumquaque permanans: hunc ſequitur juſtitia,eorum, qui à divina lege deficiunt,ultrix atque vindex,cui quidem juſtitiæ is modeſto & compoſito animo adhæret, qui felix eſt futurus, ejúſque ductum atque auſpicium conſtanter proſequitur.* Nec videt apud multò Platone antiquiores extare in precibus voces illas, *Domine, non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei, neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus ſuper me, niſi humiliter.* Unde docemur & hoc, non eam eſſe humilitatem, ſi quis indecenter, & abjectè ſe demittat humi, flexis genubus, aut pronus procumbat lamentantium veſte indutus, & reſperſum habens cineribus caput; nam quiſquis ità, ut hic Propheta, eſt humilis, ambulans in magnis & mirabilibus cogitationibus ſuum intellectum excedentibus, *ſub potenti manu Dei* ſe humiliat: quòd ſi qui, per imperitiam parùm intelligentes hoc de humilitate dogma, illa quæ diximus abjecta factitant: non doctrina in culpa eſt, ſed vulgaris ignorantia, quæ poſtpoſitis potioribus deteriora ſequitur. Magis enim quàm ille apud Platonem humilis eſt & compoſitus, quiſquis ſe componit eò quòd ambulet in magnis & mirabilibus ſuper ſe, & tamen ſponte humiliatur, non ſub quolibet, ſed *ſub potenti manu Dei*, juxta doctrinam Jeſu magiſtri diſcipulorum talium: *qui non rapinam arbitratus eſt, ut eſſet æqualis Deo, ſed ſemetipſum inanivit, formâ ſervi ſumptâ, in ſimilitudine hominum conſtitutus, & figurâ repertus ut homo, humilem præbuit ſemetipſum, factus obediens*

ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς καὶ τοῖς ἔξωθεν μαθήμασι πεπαιδευμένους τοὺς παρ' ἡμῖν σοφούς, Μωϋσέα μὲν πάσῃ Αἰγυπτίων σοφίᾳ· Δανιὴλ δὲ, καὶ Ἀνανίαν, καὶ Ἀζαρίαν, καὶ Μισαὴλ πᾶσι τοῖς Ἀσσυρίων γράμμασιν, ὥστ' αὐτοὺς εὑρεθῆναι πάντων τῶν ἐκεῖ σοφῶν δεκαπλασίους. καὶ νῦν δὲ αἱ ἐκκλησίαι ἔχουσι μὲν ἀνάλογον τοῖς πλήθεσιν ὀλίγους σοφοὺς προσεληλυθότας, καὶ ἀπὸ τῆς καλουμένης παρ' ἡμῖν κατὰ σάρκα σοφίας. ἔχουσι δὲ καὶ τοὺς διαβεβηκότας ἀπ' ἐκείνης ἐπὶ τὴν θείαν σοφίαν. Εἶτα μετὰ ταῦτα ὁ Κέλσος, ὡς ἀπηχηθεὶς τὰ περὶ ταπεινοφροσύνης, καὶ μὴ ἐπιμελῶς αὐτὴν νοήσας, βούλεται μὲν τὴν παρ' ἡμῖν κακολογεῖν· οἴεται δ' αὐτὴν παρήκουσμα εἶναι τῶν Πλάτωνος λόγων, ὅς φησί που ἐν τοῖς νόμοις, "Ὁ μὲν δὴ Θεὸς, ὥσπερ καὶ ὁ παλαι-"ὸς λόγος, ἀρχήν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν "ὄντων ἁπάντων ἔχων, * εὐθείᾳ περαίνει κατὰ "φύσιν * περιπορευόμενος. τῷ δ' ἀεὶ ξυνέπε-"ται δίκη τῶν * ἀπολειπομένων τοῦ θείου νό-"μου τιμωρός· ἧς ὁ μὲν εὐδαιμονήσειν μέλ-"λων ἐχόμενος ξυνέπεται ταπεινὸς καὶ κε-"κοσμημένος· οὐχ ὁρῶν, ὅτι παρὰ τοῖς πολὺ Πλάτωνος ἀρχαιοτέροις λέλεκται ἐν εὐχῇ τὸ, Κύριε, οὐχ ὑψώθη ἡ καρδία μου, οὐδ' ἐμετεωρίσθησαν οἱ ὀφθαλμοί μου, οὐδὲ ἐπορεύθην ἐν μεγάλοις, οὐδὲ ἐν θαυμασίοις ὑπὲρ ἐμέ· εἰ μὴ ἐταπεινοφρόνουν. ἅμα δὲ δηλοῦται διὰ τούτων, ὅτι οὐ πάντως ὁ ταπεινοφρονῶν ἀσχημόνως καὶ ἀπρεπῶς ταπεινοῦται, χαμαιπετὴς ἐπὶ τῶν γονάτων καὶ πρηνὴς ἐρριμμένος, ἐσθῆτα δυστήνων ἀμπισχόμενος, καὶ κόνιν ἐπαμώμενος. ὁ γὰρ κατὰ τὸν προφήτην ταπεινοφρονῶν, πορευόμενος ἐν μεγάλοις καὶ θαυμασίοις, τοῖς ὑπὲρ αὐτὸν, τοῖς ἀληθῶς μεγάλοις δόγμασι καὶ τοῖς θαυμασίοις νοήμασι, ταπεινοῖ ἑαυτὸν ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ Θεοῦ. εἰ δέ τινες, διὰ τὴν ἰδιωτείαν μὴ τρανώσαντες τὸ περὶ τῆς ταπεινοφροσύνης δόγμα, τοιαῦτα ποιοῦσιν· οὐ τὸν λόγον αἰτιατέον, ἀλλὰ τῇ ἰδιωτείᾳ τῶν προθεμένων μὲν τὰ κρείττονα, διὰ δὲ τὸν ἰδιωτισμὸν ἀποτυγχανόντων, συγγνωστέον. μᾶλλον γὰρ τοῦ κατὰ Πλάτωνα ταπεινοῦ καὶ κεκοσμημένου ταπεινὸς καὶ κεκοσμημένος ἐστὶν, ὁ κεκοσμημένος μὲν διὰ τὸ πορεύεσθαι ἐν μεγάλοις καὶ θαυμασίοις ὑπὲρ αὐτόν· ταπεινὸς δὲ, ἐπεὶ καὶ ἐν τούτοις ὤν, ταπεινοῦται ἑκὼν οὐχ ὑπὸ τὸν τυχόντα, ἀλλ' ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ Θεοῦ, διὰ τοῦ διδασκάλου τῶν τοιούτων μαθητῶν Ἰησοῦ· ὃς οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών· καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανά-

Act. 7. 22.
Dan. 1. 4, 20.
1 Cor. 1. 26.
Celsi cavillatio et Orig. correctio de humilitate
Plato lib. 4. de Legibus.
* εὐθείᾳ.
* περιπορευόμενος.
* ἀπολελειμμένων.
Pſal. 130. 1, 2, 3.
1 Petr. 5. 6.
Phil. 2. 6, 7, 8.

τοῦ,

τοῦ, θανάτου δὲ σταυροῦ. καὶ οὕτω μέγα δόγμα τὸ
περὶ ταπεινοφροσύνης ἐστὶν, ὡς μὴ τὸν τυχόντα
διδάσκαλον ἔχειν περὶ αὐτοῦ, ἀλλ' αὐτὸν λέ-
Matth. 11. 29. γειν τὸν τηλικοῦτον ἡμῶν Σωτῆρα, Μάθετε
ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρ-
δίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν.
Μετὰ ταῦτα τὴν κατὰ τῶν πλουσίων ἀπόφασιν
Matth. 19. 24. τοῦ Ἰησοῦ εἰπόντος, Εὐκοπώτερον κάμηλον
εἰσελθεῖν διὰ τρυπήματος ῥαφίδος, ἢ πλούσιον
εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, φησὶν "ἄντικρυς
"ἀπὸ Πλάτωνος εἰρῆσθαι, τοῦ Ἰησοῦ παραφθεί-
"ροντος τὸ Πλατωνικὸν, ἐν οἷς εἶπεν ὁ Πλά-
Plato lib. v. de Legibus. "των· ὅτι ἀγαθὸν ὄντα * διαφερόντως, καὶ
* διαφόρως. "πλούσιον εἶναι διαφερόντως, ἀδύνατον. τίς δ'
οὐκ ἂν, καὶ μετρίως ἐπιστάνειν τοῖς πράγμασι
Ibidem de divite & camelo δυνάμενος, τὸν Κέλσον γελάσαι, οὐ τῶν πι-
στευόντων τῷ Ἰησοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν λοιπῶν
ἀνθρώπων, ἀκούων ὅτι Ἰησοῦς (ὁ παρὰ Ἰουδαί-
οις γεγεννημένος καὶ ἀνατεθραμμένος, καὶ Ἰω-
Matth. 13. 55. σὴφ τοῦ τέκτονος νομισθεὶς εἶναι υἱὸς, καὶ μηδὲ
γράμματα μεμαθηκὼς, οὐ μόνον τὰ Ἑλλήνων,
ἀλλ' οὐδὲ τὰ Ἑβραίων, ὅπερ καὶ αἱ φιλαλήθεις
μαρτυροῦσι γραφαὶ τὰ περὶ αὐτὸν) ἀνέγνω
Πλάτωνα· καὶ ἀρεσθεὶς τῇ περὶ τῶν πλουσίων
ἀποφαινομένῃ αὐτοῦ λέξει, ὡς ἀδύνατόν ἐστιν
ἀγαθὸν εἶναι διαφερόντως καὶ πλούσιον, παρέ-
φθειρεν αὐτὴν, καὶ πεποίηκε τὸ, Εὐκοπώ-
Matth. 19. 24. τερον κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος εἰσ-
ελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ;
εἰ δὲ μὴ μετὰ τοῦ μισεῖν καὶ ἀπεχθάνεσθαι ἐντυ-
χὼν τοῖς εὐαγγελίοις, φιλαλήθης ἦν ὁ Κέλ-
σος, ἐπέστησεν ἂν, τί δή ποτε παρελήφθη κά-
μηλος, τὸ τῶν ζώων ὂν ἐπὶ τῇ κατασκευῇ
σκολιὸν, παραβαλλόμενον τῷ πλουσίῳ· καὶ τί αὐ-
Matth. 7. 14. τῷ ἐβούλετο ἡ στενὴ τῆς ῥαφίδος τρυμαλιὰ,
στενὴν φάσκοντι εἶναι καὶ τεθλιμμένην [τὴν
Levit. 11. 4. ὁδὸν] τὴν ἀπάγουσαν εἰς τὴν ζωήν. καὶ τὸ, κα-
τὰ τὸν νόμον δὲ ἀκάθαρτον τὸ ζῶον ἀναγε-
γράφθαι τοῦτο, ἔχον μέν τι ἀποδεκτὸν τὸ μηρυ-
κᾶσθαι, ἔχον δὲ καὶ ψεκτὸν τὸ μὴ διχηλεῖν, ἐξή-
τασεν ἄν· καὶ ὁπόσακις ἐν ταῖς θείαις παρελήφθη
κάμηλος γραφαῖς, καὶ ἐπὶ τίνων, ἵνα θεωρή-
σῃ τὸ περὶ τῶν πλουσίων τοῦ λόγου βούλημα. οὐκ
Matth. 5. 3. εἴασεν ἂν ἀβασάνιστον. καὶ τὸ μακαρίζεσθαι μὲν
τοὺς πτωχοὺς ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ, ταλανίζεσθαι δὲ τοὺς
πλουσίους· πότερον ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν αὐτῷ ταῦ-
τα πτωχῶν καὶ πλουσίων, ἢ οἶδέ τινα πτωχεί-
αν πάντως μακαριζομένην ὁ λόγος, καὶ πλοῦτον
πάντως ψεκτόν. οὐκ ἂν γὰρ οὐδ' ὁ τυχὼν ἀκρί-
τως τοὺς πτωχοὺς ἐπῄνεσεν, ὧν οἱ πολλοὶ καὶ
φαυλότατοι εἰσι τὰ ἤθη. ἀλλὰ ταῦτα μὲν
ταύτῃ. Ἐπεὶ δ' ἑξῆς ἐξευτελίσαι βουλόμενος
Ubi Celsi figmentum refellit, quod Christianos ex Platonis scriptis plurima depravasse contendit, profert Orig. τὰ περὶ βασιλείας Θεοῦ γεγραμμένα παρ' ἡμῖν,
τούτων μὲν οὐδὲν παρέθετο, ὡς οὐδὲ τῆς παρ'
αὐτῷ ἄξιον ἀναγραφῆς (τάχα ἐπεὶ μηδὲ ᾔδει αὐτὰ) Πλάτωνος δὲ λέξεις ἐκτίθεται ἀπό τε
τῶν ἐπιστολῶν καὶ τοῦ Φαίδρου, ὡς τούτων μὲν ἐνθέως εἰρημένων, οὐδὲν δὲ τοιοῦτον ἐχόντων τῶν

usque ad mortem, mortem autem crucis. Eſtque tam præclarum hoc humilitatis inſtitutum, ut non vulgarem autorem habeat, ſed ipſe noſter Servator dicat, *Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris.* Poſt hæc dictum illud in divites, *Facilius eſſe camelum intrare per foramen acûs, quàm divitem in regnum cælorum*, ait *Jeſum omnino à Platone paucis mutatis deſumpſiſſe: quandoquidem ipſius ſit ſententia, Impoſſibile eſſe, ut eximiè bonus idem egregiè dives ſit.* Quis non rideat Celſum vel mediocriter cordatus, ſive is Chriſtianus ſit, ſive unus reliquorum hominum, dum audit Jeſum (apud Judæos natum & educatum, Joſephi fabri exiſtimatum filium, qui nunquam nè Hebræas quidem, nedum Græcas literas didicerit, ſicut de hoc veraces Scripturæ teſtantur,) legiſſe libros Platonicos: & delectatum ejus ſententiâ de divitibus, *Impoſſibile eſſe, ut eximiè bonus idem egregiè dives ſit*, detorſiſſe nonnihil & novam ex ea feciſſe, *Facilius eſſe camelum per foramen acûs intrare, quàm divitem in regnum Dei?* Quòd ſi Celſus candido animo & veritatis ſtudioſo versâſſet evangelia, didiciſſet curnam ad hanc collationem camelus potiſſimùm adhibeatur, & animal diſtortum conferatur cum divite: tum quid ſibi velit anguſtum illud acûs foramen? cui ſimilis æquè anguſta & compreſſa dicitur via deducens ad vitam: adhæc in lege inter impura cenſeri hoc animal, quod in quantum ruminat admittitur, improbatum quia non dividat ungulam. Conſideràſſet etiam quoties in ſacris literis cameli nomen inveniatur; & de quibus: ut videret verbi Dei voluntatem de divitibus. Nec illud indiſcuſſum reliquiſſet, quòd Jeſus beatos dicat pauperes, divites verò miſeros: utrùm hæc de ſenſibilibus dicta ſint pauperibus & divitibus, an quandam paupertatem omnino beatam nôrit Dei filius, & rurſum penitùs damnandas divitias: quandoquidem nec idiota indiſcretè laudaret pauperes, quorum multi ſunt peſſimis moribus. Verùm hæc quidem hactenus. Quoniam autem deinceps extenuare volens quæ apud nos de regno Dei ſcripta ſunt, nihil horum memorare dignatus eſt, aut fortaſſe nè legerat quidem, ſed Platonis ſententias ex epiſtolis & Phœdro adducit, quaſi divinas, & quaſi nihil tale habeatur in no-

ſtris

ſtris literis: agè, pauca proferamus, ut conferantur cum Platonicis, veriſimiliter quidem & probabiliter dictis, quæ tamen non tantùm apud ipſum philoſophum valuerint, quantum debuerant, ut eum ad veram pietatem & conditorem hujus univerſitatis colendum converterent, ablegatâ, quæ religionem vitiat & contaminat, ſive idololatriâ, ut nos nominamus, ſive ſuperſtitione, ut vulgus loquitur. Hebraicâ certè figurâ in decimo ſeptimo Pſalmo Deus dicitur, *poſuiſſe latibulum ſuum in tenebris*: quo ſignificatur neminem poſſe cogitare de Deo pro dignitate ipſius, velut in tenebris latentis, quantum ad homines cognitionis ejus ſplendorem non ferentes attinet; nec eum cernere valentes, partim propter mentis impuritatem vinctæ humiliato hoc corpore, partim propter ejus anguſtias haudquaquam capaces tanti numinis. Ut autem ſciatur quàm rarum ſit, paucisq; mortalium conceſſum, Deum cognoſcere: ſcriptum eſt, *Moſem ingreſſum eſſe caliginem, ubi Deus erat*: & iterum de eodem, *Moſes ſolus prope Deum accedet, reliqui non accedent*. Ac rurſum, ut Propheta indicaret profunditatem divinorum dogmatum, incomprehenſibilem his qui carent ſpiritu ſcrutante omnia, etiam arcana Dei, *Abyſſus*, inquit, *ſicut veſtimentum amictus ejus*. Quin & Servator noſter ac Dominus, Dei verbum, magnitudinem cognitionis indicans, quâ Pater ejus noſcitur, quódq; pro dignitate ab ipſo ſolo noſcatur, ſecundo verò loco à mentibus illuminatis per verbũ Dei, *Nemo*, inquit, *novit Filium, niſi Pater, neque Patrem niſi Filius, & cui Filius revelaverit*. Nam neque ab æterno genitum, omniſque creatæ naturæ primogenitum, quiſquam pro dignitate poteſt nôſse, niſi Pater ipſe qui genuit: neque Patrem quiſquam æquè ac animatum ejus verbum, veritas & ſapientia. Illius enim quis particeps, qui tollit à Patre tenebras, quas ſibi pro latibulo poſuit, & abyſſum, quâ amictus eſt, revelat, quoad fieri poteſt, cum cognoſcet. Hæc è multis pauca diſſerui, deſumpta è ſacrorum virorum de Deo commentationibus, oſtendens plus gravitatis ineſſe his quàm ſermonibus Platonicis, modò afferas oculos, qui majeſtatem Scripturarum introſpicere valeant. Verba Platonis, quæ Celſus adduxit, ità ſe habent, *Omnium regem omnium circumſtant, & illius gratia univerſa, & bonorum his omnium cauſa*. Secundum autem circa ſecunda, & tertium

ἡμετέρων γραμμάτων· φέρε, ὀλίγα παραβάλλωμεν, παραθέντες ἕνεκεν τῆς πρὸς τὰ Πλάτωνι οὐκ ἀπιθάνως μὲν εἰρημένα, οὐ μὴν καὶ δυνηθέντα τὸν φιλόσοφον ἀξίως ἑαυτοῦ ἀναστραφῆναι ἐν τῇ πρὸς τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων εὐσεβείᾳ, ἣν ἐχρῆν μὴ νοθεύειν, μηδὲ μιαίνειν τῇ (ὡς ἡμεῖς ὀνομάζομεν) * εἰδωλολατρείᾳ, ὡς δὲ καὶ οἱ πολλοὶ λέγοιεν ἂν χρώμενοι τῷ ὀνόματι, καὶ τῇ δεισιδαιμονίᾳ. τρόπῳ δὴ Ἑβραϊκῷ τινι λέγεται περὶ τοῦ Θεοῦ ἐν ἑπτακαιδεκάτῳ Ψαλμῷ, ὅτι ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν ὁ Θεός· ἵνα δηλωθῇ, ὅτι ἀφανῆ καὶ ἄγνωστά ἐστι τὰ κατ᾽ ἀξίαν νοηθέντα ἂν περὶ τοῦ Θεοῦ, * ἀποκρύψαντος ἑαυτὸν ὁιονεὶ ἐν σκότῳ, τοῖς μὴ φέρουσι τὰς τῆς γνώσεως αὐτοῦ μαρμαρυγὰς, μηδὲ δυναμένοις αὐτὸν ὁρᾶν· τῇ μὲν διὰ τὸν μιασμὸν τοῦ νοῦ, σώματι ταπεινώσεως ἀνθρώπων ἐνδεδεμένου, τῇ δὲ διὰ τὴν βραχυτέραν δύναμιν αὐτοῦ τῆς καταλήψεως τοῦ Θεοῦ. ἵνα δὲ δηλωθῇ τὸ σπανίως εἰς ἀνθρώπους φθάνον, καὶ ἐν πάνυ ὀλίγοις εὑρισκόμενον τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ· Μωϋσῆς ἀναγέγραπται εἰσεληλυθέναι εἰς τὸν γνόφον, ὅπου ἦν ὁ Θεός. καὶ περὶ Μωϋσέως πάλιν, Ἐγγιεῖ Μωϋσῆς μόνος πρὸς τὸν Θεὸν, οἱ δὲ λοιποὶ οὐκ ἐγγιοῦσι. πάλιν τε αὖ, ἵνα τὸ βάθος παραστήσῃ ὁ προφήτης τῶν περὶ Θεοῦ δογμάτων, ἄληπτον τυγχάνον τοῖς μὴ ἔχουσι πνεῦμα τὸ πάντ᾽ ἐρευνῶν, ἐρευνῶν δὲ καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, εἶπέ τε, Ἄβυσσος ὡς ἱμάτιον τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ. ἀλλὰ καὶ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν καὶ Κύριος, λόγος τοῦ Θεοῦ, τὸ μέγεθος παριστὰς τῆς γνώσεως τοῦ πατρὸς, ὅτι κατ᾽ ἀξίαν προηγουμένως αὐτῷ μόνῳ λαμβάνεται καὶ γινώσκεται, δευτέρως δὲ τοῖς ἐλλαμπομένοις τὸ ἡγεμονικὸν ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ λόγου καὶ Θεοῦ, φησίν, Οὐδεὶς * ἐπιγινώσκει τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ πατήρ· οὐδὲ τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ υἱὸς, καὶ ᾧ ἂν ὁ υἱὸς ἀποκαλύψῃ. οὔτε γὰρ τὸν ἀγένητον καὶ πάσης γενητῆς φύσεως πρωτότοκον κατ᾽ ἀξίαν εἰδέναι τις δύναται, ὡς ὁ γεννήσας αὐτὸν πατήρ, οὔτε τὸν πατέρα, ὡς ὁ ἔμψυχος λόγος καὶ σοφία αὐτοῦ καὶ ἀλήθεια· οὗ μετοχῇ περιαιροῦντος ἀπὸ τοῦ πατρὸς τὸ λεγόμενον σκότος, ὃ ἔθετο ἀποκρυφὴν αὐτοῦ, καὶ τὸ λεγόμενον περιβόλαιον αὐτοῦ, τὴν ἄβυσσον, καὶ ἀποκαλύπτοντος οὕτω τὸν πατέρα, ὅτι ποτ᾽ ἂν χωρῇ γινώσκειν αὐτὸν, γιγνώσκει. ταῦτα * δ᾽ ἠγησάμην βραχέα ἀπὸ πλείστων ὅσων τῶν περὶ Θεοῦ τοῖς ἱεροῖς ἀνδράσι νενοημένων παραθέσθαι, δεικνὺς, ὅτι τῶν θαυμαζομένων ὑπὸ Κέλσου Πλατωνικῶν λόγων ἔχει τι σεμνότερον, τοῖς ἔχουσιν ὀφθαλμοὺς βλέπειν τὰ σεμνὰ τῶν γραφῶν δυναμένους, τὰ ἱερὰ τῶν προφητῶν γράμματα. ἔχει δ᾽ ἡ Πλάτωνος λέξις, ἣν ὁ Κέλσος ἐξέθετο, τοῦτον τὸν τρόπον, Περὶ τὸν πάντων βασιλέα πάντ᾽ ἐστὶ, καὶ ἐκείνου ἕνεκα πάντα, καὶ ἐκεῖνο αἴτιον ἁπάντων καλῶν. δεύτερον δὲ περὶ τὰ δεύτερα· καὶ τρίτον

Pſal. 17. 11.
Exod. 20. 21.
Ibid. 24. 2.
1 Cor. 2. 10.
Pſal. 103. 6.
Matth. 11. 27.
Coloſſ. 1. 15.

* εἰδωλολατρίᾳ.
* ἀποκρύψαντα ἑαυτόν.
* ἔγνω.
* ἐδοκιμάσαμεν.

τὸν περὶ τὰ τρίτα. ἡ οὖν ἀνθρωπίνη ψυχὴ περὶ αὐτὰ ὀρέγεται μαθεῖν, ποῖα ἄττα ἐστὶ, βλέπουσα εἰς τὰ αὐτῆς συγγενῆ, ὧν οὐδὲν ἱκανῶς ἔχει. τοῦ δὴ βασιλέως πέρι, καὶ ὧν εἶπον, οὐδέν ἐστι τοιοῦτον. ἐδυνάμην δὲ παραθέσθαι τὰ περὶ τῶν παρ' Ἑβραίοις καλουμένων Σεραφεὶμ,
Esaiæ 6. 2. ἀναγεγραμμένων ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ, καλυπτόντων τὸ πρόσωπον καὶ τοὺς πόδας τοῦ Θεοῦ· καὶ τὰ περὶ τῶν ὀνομαζομένων Χερουβεὶμ, ἃ διέγραψεν ὁ
Ezech. 1. 5. 10. 18. Ἰεζεκιὴλ, καὶ τῶν ὡσπερεὶ σχημάτων αὐτῶν, καὶ τίνα τρόπον ὀχεῖσθαι λέγεται ἐπὶ τῶν Χερουβεὶμ ὁ Θεός. ἀλλ', ἐπεὶ πάνυ κεκρυμμένως εἴρηται διὰ τοὺς ἀναξίους καὶ ἀτίμους, μὴ δυναμένους παρακολουθῆσαι τῇ μεγαλονοίᾳ καὶ σεμνότητι θεολογίας, οὐχ ἡγησάμην πρέπον εἶναι ἐν τῷ συγγράμματι τούτῳ περὶ αὐτῶν διαλεχθῆναι. Ἑξῆς δὲ τούτοις φησὶν ὁ Κέλσος, "παρακούσαντάς τινας "Χριστιανοὺς Πλατωνικῶν λέξεων, αὐχεῖν τὸν ὑ"περουράνιον Θεὸν, ὑπεραναβαίνοντας τὸν Ἰουδαίων "οὐρανόν. ἐν τούτοις δὲ οὐ διασαφεῖ, πότερον καὶ τὸν Ἰουδαίων Θεὸν ὑπεραναβαίνουσιν, ἢ μόνον ὃν ὀμνύουσιν οὐρανόν. περὶ μὲν οὖν τῶν ἕτερον ἐπαγγελλομένων Θεὸν, παρὰ τὸν καὶ ὑπὸ Ἰουδαίων προσκυνούμενον, οὐ πρόκειται νῦν ἡμῖν λέγειν· περὶ δὲ ἑαυτῶν ἀπολογησόμεθα, καὶ δείξομεν, ὅτι οὐ δύνανται οἱ παρ' ἡμῖν Ἰουδαίων προφῆται ἀπὸ Πλάτωνός τι εἰληφέναι· πρεσβύτεροι γὰρ ἦσαν αὐτοῦ. οὔτ' οὖν τὴν φάσκουσαν λέξιν, Περὶ τὸν πάντων βασιλέα πάντ' ἐστὶ, καὶ ἐκείνου ἕνεκα πάντα, ἀπὸ Πλάτωνος εἰλήφαμεν, ἀλλὰ [καὶ] τούτων κρειττόνως εἰρημένα ἀπὸ τῶν προφητῶν μεμαθήκαμεν, σαφηνίσαντος τοῦ Ἰησοῦ, καὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, τὸ βούλημα τοῦ ἐν τοῖς προφήταις πνεύματος· ὅπερ οὐκ ἄλλο ἦν τοῦ πνεύματος τοῦ Χριστοῦ. οὔτε τὰ περὶ τοῦ ὑπερουρανίου τόπου πρῶτος ὁ φιλόσοφος παρείσηγεν· ἀλλὰ Δαβὶδ τὴν βαθύτητα καὶ πλῆθος τῶν ἐν τοῖς ὑπεραναβεβηκόσι τὰ αἰσθητὰ τῶν περὶ Θεοῦ θεωρημάτων πάλαι παρέστησεν, εἰπὼν ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Ψαλμῶν, Αἰνεῖτε τὸν Θεὸν οἱ οὐρανοὶ τῶν
Psal. 148. 4. οὐρανῶν, καὶ τὸ ὕδωρ τὸ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν, αἰνεσάτωσαν τὸ ὄνομα Κυρίου. ἐγὼ δὲ οὐκ ἀπογινώσκω τὰς ἀπὸ τοῦ Φαίδρου λέξεις ἀπό τινων Ἑβραίων μεμαθηκότα τὸν Πλάτωνα, ὡς δέ τινες ἀνέγραψαν, ὅτι καὶ τοῖς προφητικοῖς ἐντυχόντα λό-
Plato Phædro, T. 3. p. 247. γοις, ἐκτεθεῖσθαι, ἐν οἷς ἔλεγε· "τὸν δὲ ὑπερουράνιον "τόπον οὔτε τις ὕμνησέ πω τῶν τῇδε ποιητὴς, "οὔτε ποθ' ὑμνήσει κατ' ἀξίαν, καὶ τὰ ἑξῆς. ἐν οἷς ἐστι καὶ τὸ "Ἡ γὰρ ἀχρώματός τε, καὶ ἀσχημάτιστος, "καὶ ἀναφὴς οὐσία, ὄντως οὖσα ψυχῆς "*κυβερνήτῃ, *μόνῳ θεατὴ νῷ χρῆται, περὶ ἣν τὸ "τὸ ἀληθοῦς ἐπιστήμης γένος τοῦτον ἔχει τὸν τό"πον. καὶ ἀπ' ἐκείνων γε τῶν λόγων παιδευθεὶς ὁ Παῦλος ἡμῶν, καὶ ποθῶν ὑπερκόσμια καὶ ὑπερουράνια, καὶ δι' ἐκεῖνα πάντα πράττων,

*κυβερνήτηρα * τῷ μόνῳ θεατῇ· περὶ ὄν. & θεατῇ χρῆται· περὶ ἣν, in libb. ed.

eleas quæ et cælum tran-scendentem induuntcum

circa ea quæ tertia ſunt. Humana igitur anima circa hæc cupit perdiſcere qualia ſint, in ea intendens, quæ ſibi cognata ſunt, quorum nihil ſe habet ſufficienter. De rege verò, & aliis ſuprà dictis, nihil eſt iſtiuſmodi. Poſſem & ego in medium adducere quæ de Seraphin apud Hebræos vocatis ſcribit Eſaias, operientibus Dei pedes & faciem; vel quæ de nominatis Cherubim narrat Ezechiel, quâ ſint effigie, & quomodo Deus dicatur ſuper Cherubim invehi; ſed quia hæc valde opertè dicta ſunt propter indignos non valentes aſſequi majeſtatem & ſublimitatem hujus Theologiæ, non arbitratus ſum convenire huic operi tractationem rerum talium. Deinde Celſus ait, *Quoſdam Chriſtianos, occaſione arreptâ ex Platonis verbis non intellectis, jactare ſupercœleſtem Deum, & cœlum Judæorum tranſcendere*: non ſatis hìc declarans, utrùm & Deum Judæorũ tranſcendant, an ſolum cœlum, per quod illis jurare mos eſt. Ceterum de his, qui alium Deum prædicant præter eum, qui à Judæis adoratur, dicere non eſt hujus propoſiti: ſed noſtram tantùm cauſam agere, & oſtendere, quòd Judæorum Prophetæ nihil potuerunt à Platone accipere, cùm antiquiores eo fuerint. Itaque nè iſta quidem modom recitata indè accepimus, de rege omnium, propter quem ſunt omnia, ſed his longè præſtantiora ex Prophetis hauſimus, ipſo Jeſu interpretante ſuis diſcipulis, quid per hæc oracula ſignificare voluerit Spiritus ſanctus, qui fuit idem etiam Chriſti ſpiritus. Nec primus hic philoſophus docuit de ſupercœleſtibus, ſed jam olim David ſublimiores rebus ſenſibilibus de Deo contemplationes docuit nos dicens, *Laudate Dominum cœli cœlorum, & aquæ quæ ſuper cœlos ſunt laudent nomen Domini.* Illud nolim inficiari, ſententias iſtas, quæ in Phædro leguntur, Platonem hauſiſſe ab aliquibus Hebræis, aut, ut quidem ſcripſerunt, etiam lectis Prophetarum libris, inſeruiſſe diſputationibus ſuis quædam de ſupercœleſtibus; ut illud, *Locum verò ſupercœleſtem neque quiſquam noſtrorum laudavit adhuc poetarum, neque unquam pro dignitate laudabit*: & quæ deinceps ſequuntur: in quibus & illud; *Eſſentia videlicet reverà conſtans, ſine colore tamen, ſine figura, ſine tactu, mente ſolâ utitur, quæ videlicet ſola animum gubernat, circa illam ſolidè illius ſcientiæ genus locum habet.* Illis Prophetarum oraculis eruditus Paulus noſter, ſupermundana & ſupercœleſtia deſiderans, eorúmque conſequendorum causâ nihil non faciens,

faciens, ſic ſcribit in poſteriore ad Corinthios epiſtola, *Nam momentanea levitas aſflictionis noſtræ, mirè ſupra modum, æternum pondus gloriæ parit nobis, dum non ſpectamus ea quæ videntur, ſed ea quæ non videntur: nam quæ videntur temporaria ſunt; at quæ non videntur æterna.* Ubi ſtatim auditori ſuccurrit idoneo, res ſenſibiles ab eo dici quæ videntur, intelligibiles verò quæ non videntur. Sic etiam temporaneorum nomine accipiet ſenſibilia quæ videntur; æternorum verò quæ intelliguntur, non etiam videntur: quorum contemplatione potiri cupiens, præ nimio deſiderio nihili facit, ut leves, quaſvis afflictiones, haud gravatim ferens vel cum maximè affligitur, ſpe illius contemplationis omnem ſuum angorem ſublevante; *Quoniam habemus pontificem maximum, qui* magnitudine virtutis & intelligentiæ ſuæ *penetravit cœlos, Jeſum Dei filium*, pollicentem germanis diſcipulis & dignè divinâ inſtitutione viventibus, evecturum ſe illos ſupra mundana omnia: ait enim, *Ut quò ego vado, ibi & vos ſitis.* Quamobrem nos poſt exactos labores & certamina ſperamus in ſummum cœlum nos evaſuros, & fontes aquæ ſalientis in vitam æternam hauriendo, juxta Jeſu doctrinam, & flumina contemplationum percipiendo, verſaturos cum aquis illis, de quibus Scriptura loquitur, ſupercœleſtibus, laudantibus nomen Domini. Et, quamdiu laudabimus eum, non circumagemur cœli vertigine, ſemper intenti in inviſibilia Dei; non ampliùs ex mundana creatura noſcitantes eum, *ſed facie ad faciem*, ut inquit germanus ille Jeſu diſcipulus: & rurſum aliàs, *Ubi venerit quod perfectum eſt, tunc quod ex parte eſt evacuabitur.* Porrò ſeptem cœli, aut certus aliquis eorum numerus nuſquam eſt in Scripturis receptis ab Eccleſiis Dei: ſed cœli, ſive orbes planetarum, quos Græci vocant, ſive quid ſecretius ſignificetur per eos: viam quoque animarum in terram & à terra Celſus juxta Platonem ait tranſire per planetas; Moſes verò Prophetarum antiquiſſimus in ſomnio Jacobi viſionem divinam narrat, *Scalam in cœlum pertingentem, & angelos Dei deſcendentes aſcendentéſque per eam, Dominum verò innixum ſummæ ſcalæ*; ſive hoc ipſum ſubindicans per ſcalam, ſive majus aliquid: de qua & Philo librum compoſuit, dignum qui examinetur à ſapientibus

ἵν' αὐτῶν τύχῃ, φησὶν ἐν τῇ δευτέρᾳ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ, Τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν, καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν, αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται ἡμῖν· μὴ σκοπούντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα. τὰ γὰρ βλεπόμενα, πρόσκαιρα· τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα, αἰώνια. ἄντικρυς γὰρ τοῖς ἀκούειν δυναμένοις παρίστησι τὰ μὲν αἰσθητὰ λέγων αὐτὰ βλεπόμενα, τὰ δὲ νοητὰ καὶ νῷ μόνῳ καταληπτὰ ὀνομάζων μὴ βλεπόμενα. ἔτι δὲ καὶ πρόσκαιρα μὲν οἶδε, τὰ αἰσθητὰ καὶ βλεπόμενα· αἰώνια δὲ, τὰ νοητὰ, καὶ μὴ βλεπόμενα· καὶ βουλόμενος πρὸς τῇ ἐκείνων θέᾳ γενέσθαι, ὑπὸ τοῦ πρὸς ἐκεῖνα πόθου βοηθούμενος, πᾶσαν θλῖψιν τὸ οὐδὲν, καὶ ἐλαφρόν τινα, ἐνόμιζεν εἶναι· καὶ παρ' αὐτὸν τὸν τῆς θλίψεως καὶ τῶν πόνων καιρὸν μηδαμῶς μὲν βαρούμενος ὑπ' αὐτῶν, ἐπελαφρίζων δὲ, διὰ τὴν περὶ ἐκεῖνα θέαν, πᾶσαν περίστασιν· ἐπεὶ καὶ ἔχομεν ἡμεῖς ἀρχιερέα μέγαν, τῷ μεγέθει τῆς δυνάμεως καὶ τοῦ νοῦ αὐτοῦ διεληλυθότα τοὺς οὐρανοὺς, Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ· ἐπαγγειλάμενον τοῖς γνησίως μαθοῦσι τὰ θεῖα, καὶ ἀξίως αὐτῶν βιώσασι, προάξειν αὐτοὺς ἐπὶ τὰ ὑπερκόσμια· φησὶ γὰρ, Ἵν' ὅπου ἐγὼ * ὑπάγω, καὶ ὑμεῖς ἦτε. διὰ τοῦτο ἡμεῖς μετὰ τοὺς ἐνταῦθα πόνους καὶ τοὺς ἀγῶνας ἐλπίζομεν πρὸς ἄκροις γενέσθαι τοῖς οὐρανοῖς· καὶ πηγὰς ὕδατος ἀλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον ἀναλαβόντες, κατὰ τὴν Ἰησοῦ διδασκαλίαν, ποταμούς τε χωρήσαντες τῶν θεωρημάτων, σὺν τοῖς λεγομένοις ὕδασιν ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν, αἰνοῦσι τὸ ὄνομα Κυρίου, ἔσεσθαι. καὶ ὅσον γε αἰνοῦμεν αὐτὸν, οὐ περιενεχθησόμεθα ἀπὸ τῆς τοῦ οὐρανοῦ περιφορᾶς, ἀεὶ δὲ πρὸς τῇ θέᾳ ἐσόμεθα τῶν ἀοράτων τοῦ Θεοῦ· οὐκέτι ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοουμένων ἡμῖν, ἀλλ', ὡς ὠνόμασεν ὁ γνήσιος τοῦ Ἰησοῦ μαθητὴς, λέγων, Τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον· καὶ τὸ, Ἐὰν ἔλθῃ τὸ τέλειον, τὸ ἐκ μέρους καταργηθήσεται. ἑπτὰ δὲ οὐρανοὺς, ἢ ὅλως περιωρισμένον ἀριθμὸν αὐτῶν, αἱ φερόμεναι ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ οὐκ ἀπαγγέλλουσι γραφαί· ἀλλ' οὐρανοὺς, εἴτε τὰς σφαίρας τῶν παρ' Ἕλλησι λεγομένων πλανήτων, εἴτε καὶ ἄλλό τι ἀπορρητότερον ἐοίκασι διδάσκειν οἱ λόγοι. καὶ τὸ ὁδὸν δὲ εἶναι ταῖς ψυχαῖς ἐς γῆν, καὶ ἀπὸ γῆς, Κέλσος μὲν κατὰ Πλάτωνά φησι γίνεσθαι διὰ τῶν πλανήτων· Μωϋσῆς δὲ, ὁ ἀρχαιότατος ἡμῶν προφήτης, ἐν ὄψει τοῦ προφήτου ἡμῶν Ἰακὼβ, φησὶν ἑωρᾶσθαι θεῖον ἐνύπνιον, κλίμακα εἰς οὐρανὸν φθάνουσαν, καὶ ἀγγέλους τοῦ Θεοῦ ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας ἐπ' αὐτῆς, τὸν δὲ Κύριον ἐπεστηριγμένον ἐπὶ τοῖς ἄκροις αὐτῆς· εἴτε ταῦτα, εἴτε τινὰ μείζονα τούτων, αἰνισσόμενος ἐν τῷ περὶ τῆς κλίμακος λόγῳ· περὶ ἧς καὶ τῷ Φίλωνι συντέτακται βιβλίον, ἄξιον φρονίμου καὶ συνετῆς παρὰ

2 Cor. 4. 17, 18.
Heb. 4. 14.
Joan. 14. 3.
* εἰμὶ l. c.
Joan. 4. 14.
Pſal. 148. 4.
Νόει κατὰ τὶ τοῦ Πλάτωνος ἐν τῷ Φαίδρῳ.
Rom. 1. 20.
1 Cor. 13. 12. 10.
Gen. 28. 12, 13.
Philo Περὶ τοῦ θεοπέμπτους εἶναι τοὺς ὀνείρους. *p. 384. edit. Pariſ.*

τοῖς φιλαληθέσιν ἐξετάσεως. Ἑξῆς δὲ τούτοις βουλόμενος ὁ Κέλσος πολυμάθειαν ἑαυτοῦ ἐπιδείξασθαι ἐν τῷ καθ' ἡμῶν λόγῳ, ἐκτίθεταί τινα καὶ Περσικὰ μυστήρια, ἐν οἷς φησιν, " Αἰνίττεται ταῦτα καὶ ὁ Περσῶν λόγος, καὶ ἡ τοῦ Μίθρου τελετὴ παρ' αὐτοῖς ἐστιν. ἔστι γάρ τι ἐν αὐτῇ σύμβολον τῶν δύο τῶν ἐν οὐρανῷ περιόδων, τῆς τε ἀπλανοῦς, καὶ τῆς εἰς τοὺς πλανήτας αὖ * γεγενημένης, καὶ τῆς δι' αὐτῶν τῆς ψυχῆς διεξόδου. τοιόνδε τὸ σύμβολον· κλῖμαξ ὑψίπυλος, ἐπὶ δ' αὐτῇ πύλη ὀγδόη. ἡ πρώτη τῶν πυλῶν * μολίβδου, ἡ δευτέρα κασσιτέρου, ἡ τρίτη χαλκοῦ, ἡ τετάρτη σιδήρου, ἡ πέμπτη * κεραστοῦ νομίσματος, ἡ ἕκτη ἀργύρου, χρυσοῦ δ' ἡ ἑβδόμη. τὴν πρώτην τίθενται Κρόνου, τῷ μολίβδῳ τεκμηριούμενοι τὴν * βραδυτῆτα τοῦ ἀστέρος· τὴν δευτέραν Ἀφροδίτης, παραβάλλοντες αὐτῇ τὸ φαιδρόν τε καὶ μαλακὸν τοῦ κασσιτέρου· τὴν τρίτην τοῦ Διὸς, τὴν χαλκοβάτην καὶ στερράν· τὴν τετάρτην Ἑρμοῦ, τλήμονα γὰρ ἔργων ἁπάντων, καὶ χρηματιστὴν, καὶ * πολύμητιν εἶναι, τόν τε σίδηρον καὶ τὸν Ἑρμῆν· τὴν πέμπτην Ἄρεος, τὴν ἐκ τοῦ κράματος ἀνώμαλόν τε καὶ ποικίλην· ἕκτην Σελήνης, τὴν ἀργυρᾶν· ἑβδόμην Ἡλίου, τὴν χρυσῆν, μιμούμενοι τὰς χρόας αὐτῶν." Ἑξῆς ἐξετάζει τὴν αἰτίαν τῆς οὕτω κατειλεγμένης τάξεως τῶν ἀστέρων, δηλουμένης διὰ συμβόλων ἐν τοῖς ὀνόμασι τῆς λοιπῆς ὕλης· καὶ μουσικοὺς λόγους προσάπτει ᾗ ἐκτίθεται Περσῶν θεολογίᾳ· προσφιλοτιμεῖται δὲ τούτοις καὶ δευτέραν ἐκθέσθαι διήγησιν πάλιν, ἐχομένην μουσικῶν θεωρημάτων. ἔδοξε δέ μοι τὸ ἐκθέσθαι τὴν λέξιν ἐν τούτοις τοῦ Κέλσου, ἄτοπον εἶναι, καὶ ὅμοιον ᾧ αὐτὸς πεποίηκεν εἰς τὴν περὶ Χριστιανῶν καὶ Ἰουδαίων κατηγορίαν ἀκαίρως παραλαβὼν οὐ μόνον τὰ Πλάτωνος * οὐδ' ἐκείνοις ἀρκεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ τὰ (ὥς φησι) Περσῶν τοῦ Μίθρου μυστήρια, καὶ τὴν διήγησιν αὐτῶν. ὅπως ποτὲ γὰρ ἐχέτω ταῦτα, εἴτε ψευδῶς, εἴτ' ἀληθῶς, τοῖς τὰ τοῦ Μίθρου πρεσβεύουσι, καὶ Πέρσαις· τί δὴ οὐ μᾶλλον ταῦτ' ἐξέθετο, ἤ τι τῶν λοιπῶν μυστηρίων μετὰ τῆς διηγήσεως αὐτῶν; οὐ γὰρ δοκεῖ παρ' Ἕλλησιν εἶναι ἐξαίρετα τὰ τοῦ Μίθρου παρὰ τὰ Ἐλευσίνια, ἢ τὰ παραδιδόμενα τοῖς ἐν Αἰγίνῃ μυουμένοις τὰ τῆς Ἑκάτης. τί δὲ (μᾶλλον εἴπερ βαρβαρικὰ ἐβούλετο μυστήρια ἐκτίθεσθαι μετὰ τῆς διηγήσεως αὐτῶν) οὐ μᾶλλον τὰ Αἰγυπτίων, ἐν οἷς πολλοὶ σεμνύνονται, ἢ τὰ Καππαδοκῶν περὶ τῆς ἐν Κομάνοις Ἀρτέμιδος, ἢ τὰ Θρᾳκῶν, ἢ καὶ τὰ Ῥωμαίων, αὐτῶν τελούντων * (καὶ) τοὺς εὐγενεστάτους τῶν ἀπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς. ἀλλ', εἰ ἄκαιρον αὐτῷ ἔδοξεν ἐκείνων τι παραβαλεῖν, ὡς μηδαμῶς συμβαλλόμενον εἰς τὴν Ἰουδαίων ἢ Χριστιανῶν κατηγορίαν· πῶς οὐχὶ τὸ αὐτὸ ἄκαιρον καὶ ἐπὶ τῆς ἐκθέσεως τῶν Μιθραϊκῶν αὐτῷ ἐφάνη; εἰ δέ τις * βούλοιτο μὴ ἀφ' ἧς παρέθετο αἱρέσεως ἀσημοτάτης, ἀλλὰ ἀπὸ βιβλίων,

* νενεμημένης.
* μολίβου.
* κέρας τοῦ.
* βραδύτητα.
* πολύκμητον.
* ὡς ἐκείνοις.
* τοῖς εὐγενεστάτοις.
* βούλη τὸ μὴ

Celſum plurima e Perſicis myſteriis & placitis [illegible] excerpta in librum inſerere queſtus Origenes

veritatis amatoribus. Deinde, ut in libro contra nos ſcripto Celſus variam eruditionẽ ſuam oſtentaret, inſerit quædam myſteria Perſica, ubi dicit; *Hæc ſubindicat & Perſarum doctrina, & Mithræ ſacrum eis gentile: eſt enim in eo duarum cœli revolutionum ſignificatio, tum ejus quâ ſtellæ fixæ feruntur, tum ejus quâ planetæ, & animæ per eas tranſitûs tale ſymbolum. Scala eſt in altum aliis ſuper alias portis ſurrecta uſque ſummum octavæ portæ fornicem: prima portarum eſt plumbea, ſecunda ſtannea, ahenea tertia, quarta ferrea, quinta mixti numiſmatis, ſexta argentea, ſeptima aurea. Primam faciunt Saturni, plumbo notantes tarditatem ejus ſideris; ſecundam Veneris, comparantes ei ſtanni ſplendorem & mollitiem; tertiam Jovis, æratam & ſolidam; quartam Mercurii, eſt enim laborum patiens & negotiator, æque ac ferrum celebratus hominibus; quintam Martis, propter mixturam inæqualem & variam; ſextam Lunæ argenteam; ſeptimam Solis auream, coloribus ſuis referentes ea ſidera.* Deinde examinat cauſam ſic recenſiti ſtellarum ordinis, indicati per ſymbola nominum portæ reliquæ, admiſcens etiam rationes muſicas ex Perſarum Theologis: móxque pari oſtentatione ſecundam narrationem adjungit, pertinentem ad contemplationes Muſicas; quam ſi referrem æquè ac Celſus abſurdè facerem, qui contra Chriſtianos & Judæos agens non contentus fuit Platonem intempeſtivè allegare, ſed etiam Perſica Mithræ myſteria, eorumque enarrationem protulit. Ea ſive ficta ſunt, ſive reverà celebrantur à Mithriacis & Perſis, cur hæc potiùs ſacra quàm aliorum myſteria, & quemadmodum gerentur, commemorat? non enim majoris apud Græcos exiſtimationis ſunt quàm Eleuſinia, aut quibus apud Æginenſes initiantur ſacra Hecates. Quòd ſi barbarica memorare placuit, quin potiùs Ægyptiorum adduxit à multis venerata, aut Cappadocum Dianæ ſacra in Comanis, aut Thracum, aut Romanorum, quibus initiantur etiam Senatores nobiliſſimi. Hæc ſi intempeſtiva videbantur, ut nihil facientia ad Judæorum Chriſtianorúmve accuſationem: qui factum eſt ut non idem ei videretur de Mithriacis? Quòd ſi quis velit non ab hac ſecta obſcuriſſima, ſed è libris,

vel Judaicis, qui tam in Synagogis quàm à Chriſtianis leguntur, vel ſolorum Chriſtianorum, petere rationes magis myſticæ Introductionis animarum ad contemplandas res divinas: legat finem Ezechielis Prophetiæ, & ejus vatis viſiones; in quibus variæ portæ deſcribuntur, per ænigmata indicantes varios divinarum animarum ad meliora introitus: legat item in Joannis Apocalypſi de civitate Dei cœleſti Hieruſalem, & fundamentis ejus atque portis. Quòd ſi poteſt etiam viam ad res divinas iter facientium per ſymbola & figuras indicatam diſcere; legat librum Moſis, cui titulus eſt Numeri, & quærat aliquem, qui ſe valeat introducere ad myſteria ſcripta de caſtrorum metationibus filiorum Iſraelis, quænam ſint prima ſita verſùs Orientem, quænam verſùs Auſtrum & Africum, quænam verſùs mare, quæve poſtrema Aquiloni objacentia. Videbit enim contemplationes non contemnendas in his locis; non (ut Celſus exiſtimat) ſtultis auditoribus convenientes, atque vilibus; percipiet enim quædam in his ad numerorum naturam pertinentia, adaptata ſingulis tribubus, quæ nunc non eſt tempus exponere. Sciat autem Celſus & qui librum ejus lecturi ſunt, nuſquam in receptis ſacris Scripturis dici ſeptem cœlos; nec aliquid noſtros Prophetas mutuatos à Perſis aut Cabiris, nec Jeſu Apoſtolos, nec ipſum Dei filium. Deinceps poſt Mithriacorum mentionem Celſus jubet eum, qui velit ſacra Chriſtianorum conferre cum Perſicis modò dictis, primùm retegere Chriſtiana, & ſic conſiderare, quid interſit. Et, cùm hactenus non gravatus ſit edere nomina hæreſium quas noverat, hic, ubi maximè debuerat hoc facere, ſi ſciebat, & doceret quænam ſit illa hæreſis, quæ deſcripto à ſe typo utatur, nihil tale fecit: ſed, quantum ex ipſius verbis colligo, iſtam deſcriptionem à ſecta Ophianorum obſcuriſſima ſumpſit, duntaxat ex parte; in eam nos cognoſcendi ſtudio incidimus, invenimúſque ibi figmenta hominum, ſicut Paulus loquitur, *penetrantium domos, & captivantium mulierculas oneratas peccatis, diſtractas cupiditatibus variis, ſemper diſcentes, & nunquam valentes ad cognitionem veritatis pervenire.* Iſtorum tamen diagramma tam abſurdum eſt, ut nec ſimpliciſſimis mulierculis probetur, nec ruſticiſſimis hominibus.

notatu dignum quæremus ex eo, num Moſes, oblitus ſe dixiſſe creatum mundum ſex diebus, ſubjungat, *Hic eſt liber generationis hominum, die quâ fecit Deus cœlum & terram.* Sed nullo pacto fit veriſimile, Moſem nullo ſenſu dixiſſe, poſt enumeratos ſex dies, *Die quâ fecit Deus cœlum & terram.* Quòd ſi quis putat ea verba poſſe referri ad illud ſuperiùs dictum, *In principio fecit Deus cœlũ & terram,* ſciat quòd ante illa verba, *Fiat lux, & facta eſt lux,* &, *Vocavit Deus lucem diem,* dicta ſunt illa, *In principio fecit Deus cœlum & terram.* Impræſentiarum autem de ſenſibilibus & intelligibilibus diſſerere, & quomodo partita ſit in duas ſpecies dierum natura, nobis non eſt propoſitum, nec ea ut quiſq; exigit locus ſcrutari; ſiquidem ſingula propriis opus habent tractatibus ad expoſitionem creationis per Moſen deſcriptæ, éſtq; id à nobis factum pro viribus multò ante hanc cum Celſo conflictationem, meditatis hanc ſex diebus factorum operum contemplationem per annos aliquot. Sciendum tamen quòd apud Eſaiam verbum Dei pollicetur juſtis fore, ut *in perpetua die degant, cui pro Sole luceat ipſe Dominus, & Deus ſit ipſorum gloria.* At iſte, quia fortaſſe in aliquas hæreticorum interpretationes incidit, has voces, *Fiat lux*, quaſi à conditore id optante dictas accipientium, *Quid ais,* inquit, *ſiccine rerum opifex lumen à ſuperis commodatò accepit, ſicut nos in vicinia lucernas accendimus?* ſicut ex alia impia hæreſi deſumpſit illa verba, *Si erat aliquis execrandus Deus Deo magno adverſarius, & ſine conſenſu ejus faciens hæc opera, quomodo lumen utendum accepit ab illo?* Ad quæ tantum abeſt ut reſpondeamus, ut magis errores illos accuſare libeat, inſiſtendo eorum dictis non ignotis, ſicut Celſus facit, ſed exactè cognitis, partim ex ejus ſectæ hominibus, partim ex diligenter evolutis eorum commentariis. Poſt hæc Celſus ſic loquitur, *Equidem de generatione mundi & corruptione, ſitne innatus & incorruptibilis, an natus quidem ſed incorruptibilis, an contrà; nihil nunc dico.* Quapropter nè nos quidem de his diſſeremus, ut alienis à præſenti argumento. Illud non concedimus, ſpiritum Dei ſe in aliena ingeſſiſſe, quando legimus, quòd *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas:* ac nè id quidem, quòd alius quiſpiam mundi conditor præter Deum magnum, malis artibus contra ejus ſpiritum (etiam ipſo Deo ſuperiore id ſuſtinente) everſionem precatus

ἐπιτιμήσωμεν πρὸς αὐτὸν, ὅτι ἄρ᾽ ἔλαθε Μωϋσέα τὸ προειρηκέναι, ἐν ἓξ ἡμέραις συντετελέσθαι τὸν κόσμον δημιουργούμενον· καὶ ἑαυτοῦ ἐπιλαθόμενος τούτοις ἐπιφέρει τὸ, Αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων, ᾗ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. ἀλλ᾽ οὐδαμῶς πιθανόν ἐστι, μηδὲν νενοηκότα Μωϋσέα εἰρηκέναι μετὰ τὰ περὶ τῶν ἓξ ἡμερῶν τὸ, Ἡ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. ἐὰν δέ τις νομίζῃ δύνασθαι ταῦτ᾽ ἀναφέρεσθαι ἐπὶ τὸ, Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν· ἐπιστησάτω ὅτι πρὸ τοῦ, Γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς, καὶ τοῦ, Ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς φῶς ἡμέραν, λέλεκται τὸ, Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. νῦν δὲ διηγήσασθαι τὸν περὶ νοητῶν καὶ αἰσθητῶν λόγον, καὶ τίνα τρόπον διαιρεῖται αἱ φύσεις τῶν ἡμερῶν εἰς ἀμφότερα τὰ εἴδη, οὐ πρόκειται, οὐδὲ τὰ κατὰ τοὺς τόπους ἐξετάσαι· ὅλων γὰρ ἡμῖν συντάξεων χρεία εἰς τὴν διήγησιν τῆς κατὰ Μωϋσέα κοσμοποιΐας· ὅπερ κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν, πρὸ πλείονος χρόνου τῆς ἐνεστηκυίας πρὸς τὸν Κέλσον συντάξεως, πεποιήκαμεν, ἀπὸ πῆς πρὸ πλειόνων ἐτῶν ἕξεως, ἧς ἐχωροῦμεν τότε, διαλαβόντες περὶ τῶν κατὰ Μωϋσέα τῶν ἓξ τῆς κοσμοποιΐας ἡμερῶν. εἰδέναι μέντοι γε χρὴ, ὅτι τοῖς δικαίοις διὰ τοῦ Ἡσαΐου ὁ λόγος ἐπαγγέλλεται, ἐν καλεσάσει ἔσεσθαι ἡμέρας, ἐν ᾗ μὴ ἥλιος, ἀλλ᾽ αὐτὸς ὁ Κύριος φῶς ἔσται αὐτοῖς αἰώνιον, καὶ ὁ Θεὸς δόξα αὐτῶν. παρακούσας δ᾽ οἶμαι μοχθηρᾶς αἱρέσεώς τινος, καὶ κακῶς διηγησαμένης, τὸ Γενηθήτω φῶς, ὡς *εὐκτικῶς ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ εἰρημένον, εἶπεν, "οὐ γὰρ δὴ, "καθάπερ οἱ τοὺς λύχνους ἐν γειτόνων ἐναυόμενοι, φῶς δημιουργὸς ἄνωθεν ἐχρήσατο: καὶ ἄλλης δ᾽ ἀσεβοῦς αἱρέσεως παρακούσας εἶπε καὶ τὸ, "Εἰ μὲν *ἐναντίος τις ἦν τῷ μεγάλῳ Θεῷ Θε"ὸς κατηραμένος, ὁ ταῦτα ποιῶν παρὰ γνώ"μην τὴν ἐκείνου, τί αὐτῷ τὸ φῶς ἐνέχρα; πρὸς ἃ τοσοῦτον ἀπολέομεν ἀπολογήσασθαι, ὥστε τοὐναντίον ἡμᾶς ἐθέλειν τῆς ἐκείνων δόξης ὡς ἐσφαλμένων κατηγορεῖν· καὶ ἱστάμεθα οὐ πρὸς ἃ μὴ οἴδαμεν αὐτῶν, ὡς ὁ Κέλσος, ἀλλὰ πρὸς ἃ ἀκριβῶς γινώσκομεν· τῇ μὲν ἀπ᾽ αὐτῶν ἀκηκοότες, τῇ δὲ τοῖς συγγράμμασιν αὐτῶν ἐπιμελῶς ἐντυχόντες. Μετὰ δὲ ταῦτα Κέλσος φησὶν, "Ἐγὼ δὲ περὶ μὲν γενέσεως κόσμου, καὶ φθορᾶς, "ἢ ὡς ἀγένητος, καὶ ἄφθαρτος, ἢ ὡς γενητὸς "μὲν, ἄφθαρτος δὲ, ἢ ὡς τὸ ἔμπαλιν, οὐδὲν περὶ "τούτου νυνὶ λέγω. διόπερ οὐδ᾽ ἡμεῖς περὶ τῶνδε νυνὶ λέγομεν· οὐ γὰρ ἡ προκειμένη σύνταξις τοῦτ᾽ ἀπαιτεῖ. ἀλλ᾽ οὐδὲ πνεῦμα τοῦ ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ φαμὲν ὡς [ἐν] ἀλλοτρίοις τοῖς τῇδε γεγονέναι, κατὰ τὸ, Πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος· οὐδὲ κακῶς μεμηχανῆσθαί τινα, ὡς ὑπὸ ἑτέρου τοῦ δημιουργοῦ παρὰ τὸν μέγαν Θεὸν, κατὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ φαμὲν, ἀνεχομένου τοῦ *ἀνωτέρω Θεοῦ, δεδεῆσθαι καθαιρέσεως.

Gen. 1. 31.
Exod. 20. 11.
Geneſ. 2. 4.
Eſaiæ 60. 19.
Geneſ. 1. 2.

* εὐκτικῶς.

* ἐναντίωσις.

* ἀνωτέρω.

σεως. Διόπερ μακρὰν χαιρέτωσαν οἱ ταῦτα λέγοντες, καὶ ὁ μὴ πραγματικῶς αὐτῶν κατηγορῶν Κέλσος. ἐχρῆν γὰρ αὐτὸν ἢ μὴ μνημονεῦσαι τῶν τοιούτων, ἢ, κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτῷ φιλάνθρωπον, ἐκθέσθαι αὐτὰ ἐπιμελῶς, καὶ ἀγωνίσασθαι πρὸς τὰ ἀσεβῶς ὑπ' αὐτῶν λεγόμενα. οὐδ', ὅτι δεδωκὼς ὁ μέγας Θεὸς τῷ δημιουργῷ τὸ πνεῦμα ἀπαιτεῖ αὐτὸ, ἀκηκόαμέν ποτε. Εἶθ' ἑξῆς ἀσεβέσι λόγοις ἐγκαλῶν φησι, "Τίς Θεὸς δίδωσί τι, ὡς ἀπαιτήσων; δεομένου γὰρ τὸ ἀπαιτεῖν, δεῖται δὲ οὐδενὸς ὁ Θεός. καὶ τούτοις προστίθησιν, ὡς σοφὸν δή τι κατά τινων λέγων, "Διὰ τί ὁπηνίκα ἐκίχρα κακῶν κιχρεῶν ἠγνόει; λέγει δὲ καὶ τὸ, "Τί περιορᾷ πονηρὸν δημιουργὸν ἀντιπράττοντα "ἑαυτῷ; εἶτ', οἶμαι, φύρων αἱρέσεις αἱρέσεσι, καὶ μὴ ἐπισημειούμενος ὅτι τάδε μέν ἄλλης αἱρέσεώς ἐστι, τάδε δὲ ἄλλης, τὰ πρὸς Μαρκίωνα ὑφ' ἡμῶν ἀπορούμενα προφέρει. τάχα δὲ καὶ τούτων παρακούσας ἀπό τινων εὐτελῶς καὶ ἰδιωτικῶς ἐγκαλεῖ τῶν ἐγκαλούντων λόγων, οὐ μὴν πάνυ συνετῶς. ἐκτιθέμενος μὲν οὖν τὰ κατὰ Μαρκίωνος λεγόμενα, καὶ μὴ ἐπισημειωσάμενος ὅ, τι πρὸς αὐτὸν λέγει, φησὶ, "Τί δὲ λάθρα "πέμπει, καὶ διαφθείρει τὰ τούτου δημιουργήματα; τί δὲ εἰσβιάζεται κρύφα, καὶ περιπείθει, καὶ πλανᾷ; τί δὲ τοὺς ὑπὸ τούτου καταγνωσμένους ἢ κατηραμένους, ὥς φατε, ψυχαγωγεῖ καὶ δίκην ἀνδραποδιστοῦ τινος ὑπεξάγει; "τί δὲ ἀποδιδράσκειν ἀπὸ τοῦ κυρίου διδάσκει; τί "δὲ φεύγειν τὸν πατέρα; τί δ' αὐτοὺς εἰσποιεῖται μὴ "συγχωροῦντος τοῦ πατρός; τί δ' ἐπαγγέλλεται "τῶν ἀλλοτρίων εἶναι πατήρ; Καὶ ἐπιφέρει γε αὐτοῖς οἱονεὶ θαυμαστικῶς τί, [καὶ] "Σεμνός γε "ὁ Θεὸς τῶν παρ' ἄλλῳ καταδίκων ἁμαρτωλῶν καὶ ἀκλήρων καὶ (ὡς αὐτοὶ λέγουσι) σκυβάλων ἐπιθυμῶν εἶναι πατήρ· καὶ ὅν γε ἐξέπεμψεν αὐτοῦ ὑπεξάγοντα, τοῦτον ἁλόντα ἐκδικῆσαι μὴ δυνάμενος. Ἑξῆς δὲ τούτοις ὥσπερ πρὸς ἡμᾶς τοὺς ὁμολογοῦντας οὐκ ἀλλοτρίω πρὸς εἶναι καὶ ξένου Θεοῦ τινὸς τὸν κόσμον, ποιοῦνταί φησιν, "Εἰ δὲ [αὐτοῦ] ταῦτ' ἐστιν "ἔργα, πῶς μὲν κακὰ ὁ Θεὸς ἐποίει; πῶς δὲ "πείθειν καὶ νουθετεῖν ἀδυνατεῖ; πῶς δὲ ἐπ' "αὐτοῖς* ἀχαρίστοις καὶ πονηροῖς γενομένοις μεταμέλει; καὶ τὴν ἑαυτοῦ τέχνην μέμφεται καὶ "μισεῖ, καὶ ἀπειλεῖ καὶ φθείρει τὰ ἴδια ἔκγονα; "ἢ ποῖ ποτε ὑπεξάγει τοῦ κόσμου τοῦδε, ὃν ἐποίησεν αὐτός; Δοκεῖ* δέ μοι καὶ ἐν τούτοις μὴ σαφηνίζειν τίνα ἐστὶ τὰ κακά· καίτοι γε καὶ ἐν Ἕλλησι πολλῶν αἱρέσεων γενομένων περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, συναρπάζειν ὡς ἀκόλουθον ἡμῖν, τοῖς φάσκουσιν ἔργα τοῦ ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ εἶναι καὶ τόνδε τὸν κόσμον, τὸ καθ' ἡμᾶς κακῶν εἶναι ποιητὴν τὸν Θεόν. ἐχέτω μὲν οὖν ὅπως ποτὲ ἔχει τὰ περὶ τῶν κακῶν, πότερον ὁ Θεὸς αὐτὰ πεποίηκεν, ἢ μή· ἀλλ' [οὐκ] ἐκ προηγουμένου

* ἀχαρίστοις.

* δή.

Ad Celsi quæſtionem impiam quomodo Deus mala faciat luculenter reſpondet Orig.

tus eſt. Valeant igitur qui hæc dicunt, unà cum ipſo Celſo non admodum ſcitè illos reprehendente. Debuerat enim aut omnino eos præteriiſſe ſilentio; aut, quod ipſe quoque humanitatis officium exiſtimat, propoſitos in medium errores eorum ut impios confutare acriter. Non enim majorem Deum, quem conditori ſpiritum tradidiſſet, ab eo unquam accepimus repetiiſſe. Ac mox ſtultè accuſans ſermones ut impios, *Quis*, inquit, *Deus ſic dat aliquid ut repoſcat? nam indigentis eſt repoſcere: Deus autem nullâ re indiget*: hisque adjecit quaſi dictum valde ſapiens contra quoſdam prolaturus, *Cur, cùm utendum daret, malo ſe dare neſciebat?* illud præterea ſubdit, *Cur pravum hunc conditorem negligit ſibi adverſantem?* Deinde permiſcens, opinor, hæreſibus hæreſes, nec tamen ipſas diſtinguens quid à quaque ſumpſerit, Marcionis errores nobis incognitos objicit, fortaſſis auditos ex idiota quopiam, non intellectos etiam: & accuſatores eorum nos accuſat; id ipſum parùm diſertè faciens. Itaque Marcionis dicta recitans, ſed tacito autoris nomine, *Cur*, inquit, *clàm mittit & deſtruit ejus opificia? Cur clàm irrumpit, ſubornat & fallit? Cur ab hoc relegatos & execratos allectat, ut dicitis, & plagiarii more ſurripuit? Cur ab hero ſuo docet eos fugere? Cur patrem fugitare? Cur eos adoptat invito patre? Cur ſe patrem alienorum profitetur?* Ac mox velut admirabundus ſubinfert, *En Deum ſingulari majeſtate verendum, qui damnatis ab alio peccatoribus, exorribus, & (ut ipſi dicunt) excrementi pater eſſe cupiat! & quem ipſe miſerat, diſcedentem ab officio retrahere ac punire nequeat.* Ac mox, quaſi ad nos verſus negantes alterius cujuſdam novi Dei hunc mundum eſſe, ſic loquitur, *Quòd ſi hæc ejus ſunt opera, quomodo mala Deus faciebat? quomodo ſuadere ac hortari non poteſt? qui fit ut cum propter malorum ingratitudinem pœniteat, itaque artificium ſuum accuſet ac oderit, minetúrque ſe perditurum ſuam progeniem? aut quò tandem ex hoc mundo educit factum à ſe hominem?* Hic quoque mihi videtur parùm declarare quænam ſint mala iſta, cùm tamen etiam apud Græcos variæ de bonis maliſque opiniones fuerint, arripiens quaſi jam confeſſum & evictum, quòd, cùm juxta noſtra placita mundi hujus opifex ſit Deus optimus maximus, malorum etiam factor ſit. Habeant ſe quomodocunq; iſtæ de malis opiniones, Verùm ea Deus fecerit, an non; haud ta-

men

men ex præcedentium rerum ſequela à Deo facta ſunt: illud miror, ſi non æquè, ut Celſus ex noſtris literis colligit, mala quoq; à Deo facta quando mundum condidit, ità ex ipſius rationibus ſequitur, mala condita eſſe à Deo. Sic enim aliquis poſſet quærere; Si hæc omnia ſunt ejus opera, quomodo Deus mala fecit? quomodo admonere & perſuadere non poteſt? Eſt autem maximum in diſſerendo vitium, ſi quis opinionem aliorum accuſet ut non ſanam, cùm ipſius opiniones comperiantur non alienæ ab eodem crimine. Videamus igitur pauliſper quid de bonis & malis divina Scriptura ſentiat: & quid nobis reſpondendum rogatis quomodo Deus mala fecit, & quomodo monendo & ſuadendo nil proficit. Sanè juxta morem Scripturæ loquendo propriè bona ſunt virtutes, & quæ ab eis proficiſcuntur operationes: ſicut propriè mala his contraria. Ad quod confirmandum ſatis erit nunc ex Pſalmo trigeſimo tertio teſtimonium, *Inquirentes Dominum non minuentur omni bono. Venite filii, audite me: timorem Domini docebo vos. Quis eſt homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos? prohibe linguam tuam à malo, & labia tua nè loquantur dolum. Declina à malo, & fac bonum.* Nam *Declina à malo, & fac bonum,* non dicitur de corporis bonis, ut à quibuſdam nominantur, nec de externis; ſed de bonis maliſve animi. Et qui ejuſmodi bona facit veræ vitæ deſiderio, conſequetur eam ductus amore dies videndi bonos, quibus pro Sole eſt verbum juſtitiæ, & ad eos perveniet ope divinâ liberatus ab hoc præſenti ſeculo malo, & à diebus malis: de quibus dicit Paulus, *Redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt.* Inveniuntur tamen abuſivè & corporis & externa bona dici quæ ad hanc naturalem vitam conferunt, mala verò contraria. Sic enim Job ille uxori ſuæ loquitur, *Si bona accepimus ex manu Domini, mala non ſuſtinebimus?* Quoniam igitur invenitur in divinis Scripturis alicubi ex perſona Domini illud, *Ego ſum qui facio pacem, & conſtituo mala:* alicubi rurſum de eo, *Quòd deſcenderunt mala à Domino in portas Hieroſolymorum, ſtrepitus curruum & equitum:* & multos Scripturæ ſacræ lectores hæc turbaverunt; quòd non valerent perſpicere quid ſignificetur bonorum malorúmque appellatione: probabile eſt Celſum quoque hic hæſitantem quærere quomodo mala Deus fecerit: aut quia for-

θήσεως γεγένηνται τοῖς πρὸς τὰ προηγούμενα· θαυμάζω δὲ εἰ μὴ, ὅπερ ἡμῖν, τοῖς φάσκουσιν ἔργα εἶναι τοῦ ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ καὶ τόνδε τὸν κόσμον, οἴεται ἀκολουθεῖν περὶ τοῦ τὸν Θεὸν τὰ κακὰ πεποιηκέναι, ἀκολουθεῖ, ὅσον ἐφ᾽ οἷς λέγει καὶ αὐτός. εἴποι γὰρ ἄν τις πρὸς τὸν Κέλσον, εἰ αὐτοῦ ταῦτ᾽ ἔστιν ἔργα, πῶς μὲν κακὰ ὁ Θεὸς ἐποίει; πῶς δὲ πείθειν καὶ νουθετεῖν ἀδυνατεῖ; κακία δὲ ἡ μεγίστη ἐν λόγοις ἐστὶν, ὅτε ἐγκαλεῖ τις τοῖς ἑτεροδόξοις περί τινων δογμάτων ὡς οὐχ ὑγιῶν, πολλῷ πρότερον αὐτὸς ἔχων τὰ ἐγκλήματα ἐν τοῖς ἰδίοις δόγμασιν. ἴδωμεν οὖν ἡμεῖς διὰ βραχέων τὰ περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, τῶν κατὰ τὰς θείας γραφάς· καὶ τίνα ἡμῖν λεκτέον πρὸς τὸ, “Πῶς μὲν κακὰ ὁ Θεὸς ἐποίει; πῶς “δὲ πείθειν καὶ νουθετεῖν ἀδυνατεῖ; κυρίως δὴ, κατὰ τὰς θείας γραφὰς, ἀγαθά εἰσιν αἱ ἀρεταὶ, καὶ αἱ κατὰ ταύτας πράξεις· ὥσπερ κυρίως κακὰ, τὰ ἐναντία τούτοις. ἀρκεσθησόμεθα δὲ ἐπὶ τοῦ παρόντος λέξεσι ταῖς ἀπὸ τοῦ τριακοστοῦ τρίτου Ψαλμοῦ, τοῦτο παριστάσαις οὕτως· Οἱ δὲ Pſal. 33. 10,
ἐκζητοῦντες τὸν Κύριον οὐκ ἐλαττωθήσονται 11, 12, 13, 14.
παντὸς ἀγαθοῦ. δεῦτε τέκνα, ἀκούσατέ μου, φόβον Κυρίου διδάξω ὑμᾶς. τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὁ θέλων ζωὴν, ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθάς; παῦσον τὴν γλῶσσάν σου ἀπὸ κακοῦ, καὶ χείλη σου τοῦ μὴ λαλῆσαι δόλον. ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν. τὸ γὰρ Ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθὸν, οὔτε περὶ τῶν σωματικῶν λέγεται ἀγαθῶν ἢ κακῶν, οὕτως ὀνομαζομένων παρά τισιν, οὔτε περὶ τῶν ἐκτός· ἀλλὰ περὶ τῶν κατὰ ψυχὴν ἀγαθῶν ἢ κακῶν. ποιήσας δὲ τὰ τοιάδε ἀγαθὰ, ὡς θέλων τὴν ἀληθινὴν ζωὴν, γένοιτ᾽ ἂν ἐν αὐτῇ ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθάς· ὧν ὁ λόγος τῆς δικαιοσύνης ἐστὶν ἥλιος, φθάσαι ἂν ἐπ᾽ ἐκείνας, ἐξαιρούμενος αὐτὸν τοῦ Θεοῦ ἀπὸ τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος Galat. 1. 4.
πονηροῦ, καὶ ἀπὸ τῶν πονηρῶν ἡμερῶν. περὶ ὧν
εἶπεν ὁ Παῦλος τὸ, Ἐξαγοραζόμενοι τὸν και- Epheſ. 5. 16.
ρὸν, ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσιν. εὑρεθείη δ᾽ ἂν καταχρηστικώτερον καὶ τὰ σωματικὰ καὶ τὰ ἐκτὸς, τὰ μὲν συμβαλλόμενα εἰς τὸν κατὰ φύσιν βίον νομιζόμενα ἀγαθὰ, τὰ δ᾽ ἐναντιούμενα τούτῳ κακά. οὕτω γὰρ ὁ Ἰὼβ λέγει πρὸς τὴν
γυναῖκα τὸ, Εἰ γὰρ τὰ ἀγαθὰ ἐδεξάμεθα ἐκ Job. 2. 10.
χειρὸς Κυρίου, τὰ κακὰ οὐχ ὑποίσομεν; Ἐπεὶ οὖν εὑρίσκεται ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς ὅπου μὲν
ἐκ προσώπου Θεοῦ τὸ, Ἐγὼ ὁ ποιῶν εἰρήνην, Eſaiæ 45. 7.
καὶ κτίζων κακά· ὅπου δὲ πάλιν περὶ αὐτοῦ, Ὅτι κα- Mich. 1. 12.
τέβη κακὰ παρὰ Κυρίου ἐπὶ πύλας Ἱερουσαλὴμ, ψόφος ἁρμάτων καὶ ἱππευόντων· (ἅπερ ἐτάραξε πολλοὺς τῶν ἐντυγχανόντων τῇ γραφῇ, μὴ δυναμένους καθορᾶν τὰ κατ᾽ αὐτὴν περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν σημαινόμενα) εἰκὸς ἐντεῦθεν ἤτοι τὸν Κέλσον ἐπαπορήσαντα εἰρηκέναι, “Πῶς μὲν κακὰ ὁ Θεὸς ἐποίει; ἢ ἀκούσαντά τινος

ἰδιωτικώτερον προσβάλλοντος περὶ τῆς κατὰ τὸν τόπον τὴν ἐκκειμένην λέξιν * ἐκτεθεῖσθαι. ἡμεῖς δὲ φαμὲν, ὅτι κακὰ μὲν, τὴν κακίαν καὶ τὰς ἀπ' αὐτῆς πράξεις, ὁ Θεὸς οὐκ ἐποίησε. πῶς γὰρ οἷόν τ' ἦν τὸ περὶ κρίσεως κήρυγμα παῤῥησίαν ἔχειν, διδάσκον κολάζεσθαι μὲν ἐπὶ ταῖς κατὰ κακίαν πράξεσι, κατ' ἀναλογίαν τῶν ἡμαρτημένων, τοὺς φαύλους· μακαρίους δ' εἶναι, καὶ τεύξεσθαι τῶν ἀπὸ Θεοῦ γερῶν, τοὺς κατ' ἀρετὴν βιώσαντας, ἢ τὰς κατ' ἀρετὴν πράξεις ποιήσαντας· εἰ τὰ * ὄντως κακὰ πεποίηκεν ὁ Θεός; εὖ δ' οἶδα ὅτι ῥητά τινα παραλήψονται τῆς γραφῆς οἱ καὶ ταῦτα βουλόμενοι τολμᾷν φάσκειν ἀπὸ Θεοῦ γεγονέναι, μὴ δυνάμενοι ἓν ὕφος ἀποδεῖξαι τῆς γραφῆς, αἰτιωμένης μὲν τοὺς ἁμαρτάνοντας, ἀποδεχομένης δὲ τοὺς εὖ πράττοντας, καὶ οὐδὲν ἧττον κἀκεῖνα λεγούσης, ἅτινα ταράττειν δοκεῖ, ὀλίγα ὄντα, τοὺς ἀμαθῶς τὰ θεῖα γράμματα ἀναγινώσκοντας. ἐκτίθεσθαι δὲ νῦν τὰς τοιαύτας λέξεις, πολλὰς τυγχανούσας, καὶ τὰς ἑρμηνείας αὐτῶν πολλῆς κατασκευῆς δεομένας, οὐχ ἡγησάμην εἶναι ἁρμόζον τῇ προκειμένῃ συντάξει. κακὰ τοίνυν, εἰ μὲν τὰ κυρίως οὕτως ὀνομαζόμενα ἐξακούοι τις, ὁ Θεὸς οὐ πεποίηκεν· ἀλλὰ τοῖς προηγουμένοις αὐτοῦ ἔργοις ὀλίγα, ὡς πρὸς τὴν τῶν ὅλων διάταξιν τυγχάνοντα, ἐπηκολούθησεν· ὥσπερ ἐπακολουθεῖ τοῖς προηγουμένοις τοῦ τέκτονος ἔργοις τὰ ἑλικοειδῆ ξέσματα, καὶ πρίσματα, καὶ τοῖς οἰκοδόμοις ποιεῖν δοκεῖν τὰ παρακείμενα τῶν οἰκοδομῶν, ὡσπερεὶ κόπρια, ἀποπίπτοντα τῶν λίθων καὶ τῆς κονίας. εἰ δὲ τὰ καταχρηστικῶς οὕτως ὀνομαζόμενα, λεγόμενα σωματικὰ κακὰ καὶ ἐκτὸς, τίς φησι· * διδόσθω ἔσθ' ὅτε τούτων τινὰ πεποιηκέναι τὸν Θεὸν, ἵνα διὰ τούτων ἐπιστρέψῃ τινάς. καὶ τί ἄτοπον ὁ λόγος ἔχειν δύναται; ὥσπερ γὰρ, εἰ καταχρηστικῶς ἀκουόντων ἡμῶν κακὰ τοὺς προσαγομένους πόνους τοῖς παιδευομένοις ὑπὸ πατέρων, καὶ διδασκάλων, καὶ παιδαγωγῶν, ἢ ὑπὸ ἰατρῶν τοῖς θεραπείας ἕνεκεν τεμνομένοις ἢ καυτηριαζομένοις, λέγομεν τὸν πατέρα κακοποιεῖν τοὺς υἱοὺς, ἢ τοὺς παιδαγωγοὺς, ἢ τοὺς διδασκάλους, ἢ τοὺς ἰατρούς· οὐδὲν ἂν κατηγοροῖντο οἱ τύπτοντες ἢ οἱ τέμνοντες· οὕτως εἰ ὁ Θεὸς λέγεται τὰ τοιαῦτα ἐπάγειν, ἐπιστροφῆς καὶ θεραπείας ἕνεκεν τῶν δεομένων τοιούτων πόνων, οὐδὲν ἂν ἄτοπον ὁ λόγος ἔχει· οὔτ' ἂν καταβαίνῃ κακὰ παρὰ Κυρίου ἐπὶ πύλας Ἱερουσαλὴμ, τὴν ὑπόστασιν ἔχοντα ἐν τοῖς ἀπὸ τῶν πολεμίων πόνοις, προσαγομένοις αὐτοῖς εἰς ἐπιστροφήν· οὔτ' ἂν ἐπισκέπτηται ἐν ῥάβδῳ τὰς ἀνομίας τῶν ἐγκαταλιπόντων τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν μάστιξι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν· οὔτ' ἂν λέγῃ τὸ, Ἔχεις ἄνθρακας πυρὸς, κάθισαι ἐπ' αὐτοὺς, οὗτοι ἔσονταί σοι βοήθεια. τοῦτον δὲ τὸν τρόπον καὶ τὸ, Ὁ ποιῶν εἰρήνην, καὶ κτίζων κακὰ, διηγούμεθα· κτίζει γὰρ τὰ σωματικὰ, ἢ τὰ ἐκτὸς κακὰ, καθαίρων καὶ παιδεύων τοὺς μὴ βουληθέντας παιδευθῆναι λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ ὑγιεῖ. Καὶ ταῦ-

Marginal notes: * πεποιηκέναι. — Matth. 25. 46. — * οὕτως. — * διδόσθω. — Mich. 1. 12. — Pſal. 88. 32. — Eſaiæ 47. 14, 15. — Ibid. 45. 7.

taſſe audivit aliquem imperitè hunc locum interpretantem. At nos dicimus quòd malum, hoc eſt, vitium ejúſque opera, Deus non fecit: alioqui quomodo conſiſteret prædicatio futuri judicii, in quo mali pro ratione maleficiorum pœnas perſoluturi ſunt, virtutis autem ſectatores jam beati fruentur deſtinatis à Deo præmiis; ſi Deus malorum eſſet autor, duntaxat in hoc genere? Scio non defore quoſdam, qui, parùm advertentes ad totum Scripturarum contextum, perpetuò culpantem peccatores & approbantem beneficos, audebunt ex eis undecunque decerpere, quò adſtruant etiam in hoc ſenſu à Deo mala fieri, valitura non nihil apud imperitos lectores: verùm hujuſmodi dicta in ſpeciem illis faventia nunc interpretari operoſum fuerit, nec hujus præſentis tractationis proprium. Itaq; mala, ſi intelligantur propriè, Deus non fecit: ſed primarium ejus opus pauca quædam conſecuta ſunt talia, ſuum tamen locum in hac univerſitate habitura; quales primarium fabri opus conſequuntur ſcobinæ ramentáque tortilis; & qualia cæmentariis ædificantibus adjacent lapillorum in fragmentis & calce juxta rudera. Quòd ſi quis de externis & ad corpus pertinentibus loquatur, quæ abuſivè mala dicuntur; concedemus interdum hæc à Deo fieri, ad convertendos aliquos: quid enim hîc abſurdum eſt? Nam in hoc ſignificato *mali* nomen accipiendo, ſicut filios à parentibus, præceptoribus, pædagogiſq; caſtigatos *malè tractari* dicimus, & alios à chirurgis medicinæ causâ ſectos uſtóſve; nemo tamen parentes, aut præceptores, pædagogóſve ſævientes, aut chirurgos ſecantes accuſat: ità quoties Deus dicitur illis vel illis malis ad meliorem mentem convertere quoſdam opus habentes tam duris remediis, nihil inconveniens dictum videtur; neque dum *mala deſcendunt à Domino in portas Hieroſolymitanorum*; hoſte imminente caſtigationis eorum gratiâ: neq; dum legem deſerentium *iniquitates cum virga viſitat, & cum flagellis peccata eorum*: neque dum dicit, *Habes carbones, ſede ſuper eos, hi tibi erunt auxilio*. Eodem modo interpretamur & illud, *Faciens pacem, & condens mala*: condit enim mala corporis & externa, repurgans & caſtigans eos, qui nolunt verbis caſtigari ſanáque doctrinâ. Hactenus ad ea,

Quomodo

Quomodo Deus mala faciat? Ceterùm quod ait, *cum non poſſe monere ac perſuadere*, jam diximus, ſi hoc objiciendum eſt, objici poſſe omnibus aſſertoribus providentiæ. Reſpondendum tamen, non eſſe impoſſibile Deo monere homines, quandoquidem per totam Scripturam monet, & per eos qui divinitùs acceperunt docendi gratiam; niſi *monendi* verbum accipiatur in alio ſignificato præter vulgò receptum, ut intelligatur admonitio in auditoris animo efficax. Similiter de perſuadendo quæſtio eſt jactata apud omnes, quotquot providentiam aſſerunt. Et quoniam perſuaderi, verbum Celſi πείθεσθαι, eſt paſſivum ad ſuum activum relatum, ſicut tonderi dicitur de eo, qui ſe tondendum præbet: ideo eſt opus non ſolùm ſuadentis operâ, verùm etiam eo, qui ſe ſuadenti morigerum præbeat, ea quæ ſuadentur admittens. Itaque dicendum eſt, non ſuadentis culpâ fieri, quòd minùs perſuadeatur; ſed eorum, qui fide dignos Dei ſermones non recipiunt. Id quod verum eſt etiam de hominibus perſuadendi artificibus: fieri enim poteſt, ut aliquis vel uſq; ad ſummum provectus in meditationibus Rhetoricis, in alium obſtinatum ac refractarium incidens, fruſtrà diſertus ſit & eloquens. Quòd autem, etiamſi perſuaſorii ſermones à Deo proficiſcantur, credulitas tamen non veniat à Deo: manniſeſtè Paulus docet his verbis, *Perſuaſio non eſt ex eo, qui nos vocat.* Tale eſt & illud, *Si volueritis, & obedieritis mihi, bona terræ comedetis: ſin nolueritis, & non obedieritis, gladius vos devorabit.* Ut enim aliquis velit quæ dicit monitor, & obediens dignus fiat Dei promiſſionibus; opus eſt auditoris aſſenſu & propoſito: quamobrem illud in Deuteronomio graviter dictum videtur, *Et nunc Iſrael, quid Dominus Deus tuus à te poſtulat, niſi ut timeas Dominum Deum tuum, & ambules in omnibus viis ejus, & ipſum diligas, & cuſtodias omnia mandata ejus?* Jam verborum ſeries poſtulat, ut reſpondeamus & ad illud, quod quærit, *Qui fiat, ut Deum propter malorum ingratitudinem pæniteat, ſuúmque artificium ſuum accuſet, ac oderit, minetúrque ſe perditurum ſuam progeniem?* quo loco non ſine calumnia mendacióque carpit hanc ſcripturam Geneſeos, *Cum videret autem Dominus in immenſum auctam eſſe malitiam hominum in terra, & nihil niſi malum indeſinenter*

τὰ μὲν εἰς τὸ, „Πῶς μὲν ὁ Θεὸς κακὰ ἐποίει. εἰς δὲ τὸ, Πῶς πείθειν καὶ νουθετεῖν ἀδυνατεῖ; προείρηται μὲν, ὅτι πάντων ἂν, εἴπερ ἔγκλημά ἐστι τὸ τοιοῦτον, προσάγοιτο ἡ τοῦ Κέλσου λέξις τοῖς ἀποδεχομένοις πρόνοιαν. ἀπολογήσαιτο δ' ἄν τις, ὅτι νουθετεῖν μὲν οὐκ ἀδυνατεῖ ὁ Θεός· νουθετεῖ γὰρ διὰ πάσης γραφῆς, καὶ διὰ τῶν χάριτι διδασκόντων Θεοῦ τοὺς ἀκούοντας. εἰ μὴ ἄρα ἴδιόν* τι σημαινόμενον ἐξακούοιτο εἰς τὸ Νουθετεῖν, τὸ καὶ ἐπιτυγχάνειν ἐν τῷ νουθετουμένῳ, καὶ ἀκούειν τὸν τοῦ διδασκάλου λόγον· ὅπερ ἐστὶ παρὰ τὴν ἔννοιαν τοῦ τετριμμένου ἐν τῇ συνηθείᾳ σημαινομένου. εἰς δὲ τὸ, „Πῶς πείθειν ἀδυνατεῖ; (καὶ αὐτὸ προσαχθὲν ἂν πᾶσι τοῖς πρόνοιαν παραδεχομένοις) ταῦτα λεκτέον. ἐπειδὴ τὸ Πείθεσθαι ὡσπερεὶ τῶν καλουμένων ἀντιπεπονθότων ἐστὶν, ἀνάλογον τῷ κείρεσθαι ἀνθρώπων, ἐνεργοῦντα τὸ παρέχειν ἑαυτὸν τῷ κείροντι· διὰ τοῦτο οὐ μόνης δεῖται τῆς τοῦ πείθοντος ἐνεργείας, ἀλλὰ καὶ τῆς (ἵν' οὕτως ὀνομάσω) ὑποπτώσεως πρὸς τὸν πείθοντα, ἢ παραδοχῆς τῶν λεγομένων ὑπὸ τοῦ πείθοντος. διὰ τοῦτο, οὐ παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὸν Θεὸν πείθειν λεκτέον τοὺς μὴ πειθομένους μὴ πείθεσθαι, ἀλλὰ παρὰ τὸ ἐκείνους μὴ δέχεσθαι τοὺς πιστικοὺς λόγους τοῦ Θεοῦ. τοῦτο δὲ καὶ ἐπ' ἀνθρώπων λέγων τις, ὀνομαζομένων πειθοῦς δημιουργῶν, οὐκ ἂν ἁμάρτοι· δυνατὸν γὰρ, καὶ τὸν ἄκρως κατειληφότα τὰ τῆς ῥητορικῆς θεωρήματα, καὶ δεόντως αὐτοῖς χρώμενον, πάντα μὲν ποιεῖν πρὸς τὸ πείθειν, μὴ τυγχάνοντα δὲ τῆς προαιρέσεως τοῦ ὀφείλοντος πείθεσθαι δοκεῖν μὴ πείθειν. ὅτι δὲ, κἂν τὸ πιστικοὺς λέγεσθαι λόγους ἀπὸ Θεοῦ ἔρχηται, τό γε πείθεσθαι οὐκ ἔστιν ἀπὸ Θεοῦ· σαφῶς ὁ Παῦλος διδάσκει, λέγων, Ἡ πεισμονὴ οὐκ ἐκ τοῦ καλοῦντος * ἡμᾶς. τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ, Ἐὰν θέλητε, καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· ἐὰν δὲ μὴ θέλητε, μηδὲ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται. ἵνα γάρ τις θέλῃ ἅπερ λέγει ὁ νουθετῶν, καὶ εἰσακούσας αὐτῶν ἄξιος γένηται τῶν τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελιῶν· τῆς προαιρέσεως τοῦ ἀκούοντος δεῖ, καὶ τῆς πρὸς τὰ λεγόμενα ἐπιδόσεως. διόπερ ἐν Δευτερονομίῳ ἐμφατικῶς εἰρῆσθαί μοι δοκεῖ τὸ, Καὶ νῦν Ἰσραὴλ, τί Κύριος ὁ Θεός σου * αἰτεῖ παρὰ σοῦ, ἀλλ' ἢ φοβεῖσθαι Κύριον τὸν Θεόν σου, [καὶ] πορεύεσθαι ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ, καὶ ἀγαπᾶν αὐτὸν, καὶ φυλάσσειν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ; Εἶθ' ἑξῆς ἐστιν ἀπαντῆσαι πρὸς τὸ, „Πῶς δ' ἐπ' αὐτοῖς * ἀχαρίστοις καὶ πονηροῖς „γενομένοις μεταμέλει, καὶ τὴν ἑαυτοῦ τέχνην „μέμφεται, καὶ μισεῖ, καὶ ἀπειλεῖ, καὶ * φθείρει „τὰ ἴδια ἔκγονα; συκοφαντεῖ δὲ ἐν τούτοις καὶ καταψεύδεται τῶν ἐν τῇ Γενέσει γεγραμμένων τὸν τρόπον τοῦτον, Ἰδὼν δὲ Κύριος ὁ Θεὸς, ὅτι ἐπληθύνθησαν αἱ κακίαι τῶν ἐπὶ γῆς, καὶ πᾶς τις διανοεῖται ἐν τῇ καρδίᾳ ἐπι-

Et ad aliam quomodo persuadere et admonere nequeat Deus

* τι σημ. ἐξακούει τὸ Νουθ.

Galat. 5.8.
* ὑμᾶς, l. c.
Eſaiæ 1. 19, 20.

Deut. 10. 12, 13.
* αἰτεῖται. l. c.

* ἀχαρίσ. τοῖς.

* φθείρειν, Interpr.
Gen. 6. 5, 6, 7.

μελᾶς ἐπὶ τὰ πονηρὰ πάσας τὰς ἡμέρας, ἐνε-
θυμήθη ὁ Θεὸς, ὅτι ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ
τῆς γῆς· καὶ διενοήθη [ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ,] καὶ
εἶπεν ὁ Θεὸς, Ἀπαλείψω τὸν ἄνθρωπον, ὃν ἐ-
ποίησα, ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως
κτήνους, καὶ ἀπὸ ἑρπετῶν ἕως τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ· ὅτι
* ἐθυμώθην. * ἐνεθυμήθην, ὅτι ἐποίησα αὐτούς· τὰ μὴ γε-
γραμμένα ἐκτιθέμενος, ὡς δηλούμενα ἀπὸ τῶν γε-
γραμμένων. μεταμέλεια γὰρ ἐν τούτοις οὐκ ὠνομά-
σθη Θεοῦ, οὐδ᾽ ὅτι τὴν ἑαυτοῦ τέχνην μέμφεται,
καὶ μισεῖ. εἰ δὲ δοκεῖ ὁ Θεὸς ἀπειλεῖν τὰ τοῦ κα-
τακλυσμοῦ, καὶ φθείρειν ἐν αὐτῷ τὰ ἴδια ἔκγο-
να· λεκτέον, ὅτι, ἀθανάτου τῆς ψυχῆς τῶν
ἀνθρώπων τυγχανούσης, ἡ μὲν νομιζομένη
ἀπειλὴ ἐπιστρέφειν βούλεται τοὺς ἀκούοντας· ἡ δ᾽
ἐν τῷ κατακλυσμῷ διαφθορὰ τῶν ἀνθρώ-
πων καθάρσιόν ἐστι τῆς γῆς, ὡς καὶ Ἑλλή-
νων οἱ μὴ εὐκαταφρονήτως φιλοσοφήσαντες
εἰρήκασιν ἐν τῷ· Ὅταν δ᾽ οἱ θεοὶ τὴν γῆν
καθαίρωσι. περὶ δὲ τῶν ὡσπερεὶ ἀνθρωποπαθῶν
λέξεων, ἀναφερομένων ἐπὶ τὸν Θεὸν, οὐκ ὀλίγα
ἡμῖν καὶ ἐν τοῖς ἀνωτέρω λέλεκται. Ὑποπτευό-
μενος δ᾽ ἑξῆς ὁ Κέλσος, τάχα δὲ καὶ αὐτὸς
συνιδὼν ὅ,τι δύναται λεχθῆναι ὑπὸ τῶν ἀπο-
λογουμένων περὶ τῶν ἐν τῷ κατακλυσμῷ διαφθα-
ρέντων, φησὶν, "Εἰ μὴ δὲ διαφθείρει τὰ ἴδια
"ἔκγονα, ποῖ ποτε αὐτὰ ὑπεξάγει τοῦ κόσμου
"τοῦδε, ὃν ἐποίησεν αὐτός; καὶ πρὸς τοῦτο δὲ λέ-
γομεν, ὅτι τοῦ μὲν παντὸς κόσμου, συνεστῶτος
ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς, οὐ πάντως ὑπεξάγει τοὺς τὸν
κατακλυσμὸν πεπονθότας· ἀπαλλάττει δ᾽ αὐ-
τοὺς τῆς ἐν σαρκὶ ζωῆς, καὶ ἀπολύσας τῶν σωμά-
των ἀπολύει ἅμα καὶ τοῦ ἐπὶ γῆς τυγχάνειν, ἣν
Matth. 26. 13. πολλαχοῦ τῶν γραφῶν ἔθος ὀνομάζειν κόσμον,
Marc. 16. 15. μάλιστα δ᾽ ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίῳ πλ-
1 Tim. 6, 7. λάκις ἔστιν εὑρεῖν, Κόσμον τὸν περίγειον ὀνομαζό-
Joan. 1. 9. μενον τόπον· ὥσπερ καὶ ἐν τῷ, Ἦν τὸ φῶς τὸ
ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμε-
Ibid. 16. 33. νον εἰς τὸν κόσμον· καὶ, Ἐν τῷ κόσμῳ θλίψιν
* ἔξετε, l. c. * ἔχετε, ἀλλὰ θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον.
εἰ μὲν οὖν ἀκούει τις τοῦ, ὑπεξάγει τοῦ κόσμου τοῦδε
τοῦ περιγείου τόπου, οὐδὲν ἄτοπον ἀπαντᾷ τῷ λό-
γῳ· εἰ δὲ κόσμον τὸ ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς σύστημα
ὀνομάζει τις, οὐ πάντως οἱ τὸν κατακλυσμὸν πα-
θόντες ὑπεξάγονται ἀπὸ τοῦ οὕτως ὀνομαζομέ-
νου κόσμου. καί τοί γε εἴποι ἄν τις, νοήσας τὸ,
2 Cor. 4. 18. Μὴ σκοπούντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ
Rom. 1. 20. μὴ βλεπόμενα· καὶ τὸ, Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ
κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶ-
ται· ὅτι πρὸς τοῖς ἀοράτοις, καὶ ἁπαξαπλῶς ὀ-
νομαζομένοις μὴ βλεπομένοις τυγχάνων, ὑπε-
* ὑπὲρ τὸ ἀγήϊνον. ξῆλθε τὸν κόσμον, τοῦ λόγου αὐτὸν ὑπεξάγοντος
ἐντεῦθεν, καὶ ἐπὶ τὸν * ὑπερουράνιον ἐπὶ τῇ θέᾳ τῶν
καλῶν μεταπιθέντος τόπον. Μετὰ δὲ τὴν ἐξε-
τασθεῖσαν λέξιν (ὡς περὶ σκοπὸν ἔχων τὸ ὅπως ποτὲ πολλῶν λόγων πληρώσαι τὸ βιβλίον) ἄλ-
λαις λέξεσι τὰ παραπλήσιά φησι τοῖς ὀλίγῳ ἀνωτέρω ἐξετασθεῖσιν, ἐν οἷς ἔλεγε, "Μα-

eos verſare animo, recogitavit quid ità hominem feciſſet in terra, ſic ſecum ſtatuens, Delebo hominem, quem creavi, à facie terræ, ab homine uſque animantia, à reptili uſque volucria; recogitavi enim quòd eos fecerim; ex non ſcriptis quaſi ſcripta colligens: nuſquam enim hìc nominatur Dei pœnitentia, nuſquam dicitur odiſſe aut accuſare ſuum opificium. Quòdſi videtur minari diluvium & internecionem ſuæ progeniei; dicendum, quòd, cùm ſit immortalis humana anima, comminatio hæc ad emendationem pertinet; interitus autem hominum per diluvium ad terræ luſtrationem, quemadmodum tradunt etiam Græcorum non contemnendi philoſophi his verbis; *Cùm autem dii terram luſtraverint.* Cæterùm de dictionibus humanos affectus ſignificantibus, quomodo ad Deum referantur, non pauca nobis ſuperiùs dicta ſunt. Porrò Celſus, vel ſuſpicatus, vel intelligens quid hic adverſarii poſſint referre de deletis diluvio, *Quòdſi*, inquit, *parcit ſuæ progeniei, quò illam ex hoc mundo à ſeipſo facto ſubducit?* Reſpondemus & ad hoc, quòd, cùm mundus conſtet è terra cœlóque, diluvium perpeſſos non omnino Deus educit è mundo; ſed auſert ex hac vita quam degunt in corpore, ſolutóſque corporibus exſolvit ſimul è terrena habitatione, quam Scriptura ſolet vocare mundi nomine, præſertim in Evangelio ſecundum Joannem, ubi ſæpiſſimè *mundus* pro locis terrenis invenitur; ſicut cùm dicitur, *Erat lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum*; &, *In mundo preſſuram habebitis, ſed confidite, ego vici mundum.* Itaque ſi quis intelligat eductos ex hoc terreno loco, nihil occurrit inconveniens: ſin mundum pro cœlo ſimul & terra capiat, ad hunc modum non omnino è mundo ſublati ſunt, quos oppreſſit clades illa diluvii. Poſſet etiam aliquis, qui audivit illud, *Non conſiderantibus nobis ea quæ videntur, ſed quæ non videntur*; & illud, *Nam ejus inviſibilia per res ab eo conditas intelliguntur*, his inviſibilibus intentus, dicere quòd è mundo eos Deus exemit, ſubducente hinc Dei verbo ad ſupercœleſtia & res illic ſpectatu digniſſimas. Poſt hæc, modò examinata, ſequuntur alia, quæ in hoc tantùm congeſſiſſe videtur, ut libri moles creſceret, aliis verbis eadem ferme quæ paulò antè dixerat repetens in hunc modum, *Sed longè*

longè ſtultiſſimum eſt, quòd dies quidam mundi creationi attribuuntur, priuſquàm eſſent ulli dies: qui enim eſſe poterant ante cœlum factum, & terram firmatam, & ante curſum Solis? Quid enim iſta differunt ab his ejuſdem Celſi verbis, *Repetamus*, inquit, *rem altiùs, & conſideremus quomodo conveniat primo ſummóque Deo jubere, Fiat hoc, & rurſum hoc aut hoc: & unâ die certum aliquid abſolvere, ſecundâ rurſum amplius, deinceps tertiâ, quartâ, quintâ, ſextâque ſimiliter?* Verùm de his juſſis, *Fiat hoc, & rurſum hoc aut hoc*, pro viribus reſponſum videri poteſt jam tum, quando citavimus illud, *Ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandavit & creata ſunt*: dicendo immediatum opificem eſſe filium Dei verbum, qui velut ſuis manibus mundum fabricaverit: verbi autem Patrem, cujus mandato mundus ſit per ipſum filium conditus, eſſe primarium opificem. Ceterùm de ordine creationis, ut primâ die ſit facta lux, ſecundâ firmamentum, tertiâ deinceps aquæ ſubcœleſtes in unum confluere ſint juſſæ, atque ità terra ſuâpte naturâ protulerit varia germina, & quartâ demum addita ſint mundo ſua luminaria, quintâ producta ſint natatilia, ſextâ terreſtria, poſtremúſque homo; quantum potuimus, diximus in commentariis in Geneſim: quin & in ſuperioribus iſtos reprehendendo, qui nihil penitiùs ſcrutantes ſex diebus aiunt abſolutam mundi creationem, objecimus eis illa verba Scripturæ, *Hic liber generationis cœli & terræ, quando facta eſt dies; quâ fecit Deus cœlum & terram.* Deinde rurſum non intelligens illa verba, *Complevit Deus die ſeptimo opera ſua quæ fecerat, & ceſſavit die ſeptimo ab univerſis operibus quæ fecerat, & benedixit diei ſeptimo, & ſanctificavit illum, quia in illo ceſſaverat ab omnibus operibus ſuis quæ cœpit Deus facere,* putánſque idem eſſe, *requievit* die ſeptimo, & *ceſſavit* die ſeptimo, *Perinde*, inquit, *ac ſi aliquis ignavus opifex jam defeſſus feriis opus haberet ad requiem.* Neſcit enim quiſnam ſit ille poſt ſex dies à mundo condito ſecuturus dies Sabbati; in quo cuncti, qui ſex illis diebus opera ſua perfecerunt, nihilq; eorum prætermiſerunt, quæ pertinerent ad ſuum officium, cum Deo feriabuntur aſcendentes ad ſpectacula & juſtorum beatorúmq; celebritatem. Deinde, quaſi vel Scripturæ dicerent, vel nos earum interpretes, Deum defatigatum quieviſſe, negat Celſus *fas eſſe primum Deum defatigari, aut manibus*

" Πολὺ δ' εὐηθέστερον τὸ, καὶ ἡμέρας τινὰς ἐπιδανεῖσαι τῇ κοσμογονίᾳ, πρὶν εἶναι ἡμέρας· οὐρανοῦ γὰρ οὔπω γεγονότος, οὐδὲ γῆς πω ἐρηρεισμένης, οὐδ' ἡλίου * πως τῇδε φερομένου, πῶς ἡμέραι ἦσαν; Τί γὰρ διαφέρει ταῦτα τῶν, " Ἔτι δ' ἄνωθεν λαβόντες ἐπισκεψώμεθα, πῶς οὐκ ἂν ἄτοπος εἴη Θεὸς ὁ πρῶτος καὶ ὁ μέγιστος, κελεύων, Γενέσθω τόδε, καὶ ἕτερον τόδε ἢ τόδε· καὶ μίᾳ μὲν ἡμέρᾳ τοσόνδε τεκταινόμενος, τῇ δευτέρᾳ δ' αὖθις τοσῷδε πλέον, καὶ τρίτῃ, καὶ τετάρτῃ, καὶ πέμπτῃ, καὶ ἕκτῃ. Δυνάμει δ' εἴπομεν καὶ εἰς τὸ, Κελεύων, Γενέσθω τόδε, καὶ ἕτερον τόδε ἢ τόδε· ὅτε παρεθέμεθα τὸ, Αὐτὸς εἶπε καὶ ἐγενήθησαν, αὐτὸς ἐνετείλατο καὶ ἐκτίσθησαν· λέγοντες τὸν μὲν προσεχῶς δημιουργὸν εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, καὶ ὡσπερεὶ αὐτουργὸν τοῦ κόσμου, τὸν δὲ πατέρα τοῦ λόγου, τῷ προστεταχέναι τῷ υἱῷ ἑαυτοῦ λόγῳ ποιῆσαι τὸν κόσμον, εἶναι πρώτως δημιουργόν. Περὶ δὲ τοῦ μίᾳ μὲν ἡμέρᾳ γεγενῆσθαι τὸ φῶς, δευτέρᾳ δὲ τὸ στερέωμα, τρίτῃ δὲ συνῆχθαι τὰ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ ὕδατα εἰς τὰς συναγωγὰς αὐτῶν, καὶ οὕτω βεβλαστηκέναι τὴν γῆν τὰ ὑπὸ μόνης φύσεως διοικούμενα, καὶ τετάρτῃ τοὺς φωστῆρας καὶ ἀστέρας, καὶ πέμπτῃ τὰ νηκτὰ, καὶ ἕκτῃ τὰ χερσαῖα, καὶ τὸν ἄνθρωπον· κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν ἐν τοῖς πραγματευθεῖσιν εἰς τὴν Γένεσιν εἰρήκαμεν· καὶ ἐν τοῖς ἀνωτέρω δὲ, ἐγκαλοῦντες τοῖς κατὰ τὴν πρόχειρον ἐκδοχὴν φήσασι χρόνους ἓξ ἡμερῶν διεληλυθέναι εἰς τὴν κοσμοποιΐαν, παρεθέμεθα τὸ, Αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὅτε ἐγένετο· ᾗ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Εἶτα πάλιν μὴ κατακούσας τοῦ, Καὶ συνετέλεσεν ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἕκτῃ τὰ ἔργα αὐτοῦ, ἃ ἐποίησε, καὶ κατέπαυσεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὧν ἐποίησε, καὶ εὐλόγησεν ὁ Θεὸς τὴν ἡμέραν τὴν ἑβδόμην, καὶ ἡγίασεν αὐτὴν, ὅτι ἐν αὐτῇ κατέπαυσεν ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὧν ἤρξατο ὁ Θεὸς ποιῆσαι· καὶ οἰηθεὶς ταὐτὸν εἶναι τὸ, Κατέπαυσε τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ, καὶ τὸ, Ἀνεπαύσατο τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ, φησὶ, μετὰ τοῦτο μὲν " ὥσπερ τις ἀτεχνῶς πονηρὸς χειροτέχνης " ἐκκαμὼν, καὶ πρὸς ἀνάπαυσιν * ἀργίας δεη- " θείς. Οὐδὲ γὰρ οἶδε, τίς ἡ, μετὰ τὴν ὅσον ὁ κόσμος συνέστηκεν ἐνεργουμένην κοσμοποιΐαν, ἡ τοῦ σαββάτου καὶ τῆς καταπαύσεως τοῦ Θεοῦ ἡμέρα, ἐν ᾗ ἑορτάσουσιν ἅμα τῷ Θεῷ οἱ πάντα τὰ ἔργα ἑαυτῶν ταῖς ἓξ ἡμέραις πεποιηκότες, καὶ διὰ τὸ μηδὲν παραλελοιπέναι τῶν ἐπιβαλλόντων, ἀναβαίνοντες ἐπὶ τὴν θεωρίαν καὶ τὴν ἐν αὐτῇ τῶν δικαίων καὶ μακαρίων πανήγυριν. Εἶτα, ὡς ἤτοι τῶν γραφῶν οὕτω λεγουσῶν, ἢ καὶ ἡμῶν αὐτῶν οὕτω διηγουμένων περὶ Θεοῦ, ὅτι κάμνων ἀνεπαύσατο, φησὶν, " ὅτι οὐ θέμις τὸν πρῶτον Θεὸν κάμνειν, οὔτε χειρουργεῖν,

[margin] de creatione in ſex diebus reſpondetur.
[margin] * πω.
[margin] Pſal. 32. 9.
[margin] de filio Deo creatore
[margin] p. 310 ad fin.
[margin] Gen. 2. 4.
[margin] Ibid. v. 2, 3.
[margin] de Dei requiete
[margin] * ἀργοῦ.

* θέμις.

πρῶτος δ' δεύτερος Θεὸς

Pſal. 18. 1.

Pſal. 101. 25.

De Deo creationem jubente vid. p. 317. l. 8

Eſaiæ 1. 20.

Ariſtot. lib. 2. de Anima. 8.

Exod. 20. 18.

Celſo dicente nihil eorum ineſſe Deo quæ nobis nota ſunt explicat de lingua Or.

* οὐδ'.

Pſal. 101. 27.

Malach. 3. 6.

* ἐςῖ.

« οὔτε κάμνειν. ὁ μὲν οὖν Κέλσος φησίν, « ὅτι οὐ « * δεῖ τὸν πρῶτον Θεὸν κάμνειν· ἡμεῖς δ' εἴποιμεν ἄν, ὅτι οὐδ' ὁ Θεὸς λόγος κάμνει, οὐδ' ὅσοι τῆς κρείττονος ἤδη καὶ θειοτέρας τάξεως ἔχονται· τὸ γὰρ κάμνειν ἐστὶ τῶν ἐν σώματι. ζητήσεις δέ, πότερον ἢ τῶν ἐν οἱῳποτοῦν σώματι, ἢ τῶν ἐν τῷ γηΐνῳ, καὶ ὀλίγον τούτου βελτίονι. ἀλλ' « οὐδὲ θέμις τὸν πρῶτον Θεὸν χειρουργεῖν. ἐὰν δὲ κυρίως ἀκούσῃς τοῦ χειρουργεῖν, οὐδὲ τὸν δεύτερον, οὐδ' ἄλλο τι τῶν θειοτέρων. ἀλλ' ἔστω καταχρηστικῶς λέγεσθαι τὸ Χειρουργεῖν, ἢ τροπικῶς· ἵνα διηγησώμεθα καὶ τό, Ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα· καὶ, Αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἔστησαν τὸν οὐρανόν· καὶ εἴ τι τούτοις εἴρηται παραπλησίως, τροπολογούντων ἡμῶν χεῖρας καὶ μέλη τοῦ Θεοῦ· τί δῆτα ἄτοπον οὕτω χειρουργεῖν Θεόν; ὡς οὐκ ἄτοπον δὲ οὕτω χειρουργεῖν Θεόν· οὕτως οὐδὲ τὸ κελεύειν αὐτόν, ἵνα καλὰ καὶ ἐπαινετὰ ᾖ τὰ ὑπὸ τοῦ κελεύοντος ἐπιτελούμενα τῷ Θεὸν εἶναι τὸν κεκελευκότα περὶ αὐτῶν. Πάλιν τε αὖ ὁ Κέλσος (τάχα μὲν παρακούσας τοῦ, Τὸ γὰρ στόμα Κυρίου ἐλάλησε ταῦτα, τάχα δὲ καὶ τῶν ἰδιωτῶν προπετευσαμένων περὶ τῆς τῶν τοιούτων διηγήσεως, μὴ νοήσας δὲ ἐπὶ τίνων τάσσεται τὰ ὀνόματι σωματικῶν μελῶν ἐπὶ τῶν δυνάμεων τοῦ Θεοῦ λεγόμενα) φησίν, « Οὐδὲ στόμα αὐτῷ ἐστιν, οὐδὲ φω- « νή. ἀληθῶς· γὰρ οὐκ ἔσται τῷ Θεῷ φωνή (εἴ γε ἐστὶν ἡ φωνὴ ἀὴρ πεπληγμένος, ἢ πληγὴ ἀέρος, ἢ εἶδος ἀέρος, ἢ ὅ,τι δήποτε ὁρίζονται εἶναι τὴν φωνὴν οἱ περὶ ταῦτα δεινοί) ἀλλ' ἡ λεγομένη φωνὴ Θεοῦ, ὡς Θεοῦ φωνὴ ὁρᾶσθαι λέγεται ὑπὸ τοῦ λαοῦ ἐν τῷ, Πᾶς ὁ λαὸς ἑώρα τὴν φωνὴν τοῦ Θεοῦ, τοῦ Ὁρᾶσθαι λαμβανομένου (ἵνα κατὰ τὴν συνήθειαν ὀνομάσω τῆς γραφῆς) πνευματικῶς. ἀλλ' « οὐδ' ἄλλο φησὶν εἶναι τῷ Θεῷ Ὧν ἡ- « μεῖς ἴσμεν· τίνων δ' ἡμεῖς ἴσμεν, οὐ σαφηνίζει. εἰ μὲν γὰρ μελῶν, σύμφαμεν αὐτῷ, προσυπακούοντες ὧν ἴσμεν σωματικῶς καὶ κοινότερον ὀνομαζομένων· εἰ δὲ καθόλου ἀκούσομεν τοῦ ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, πολλὰ ὧν ἡμεῖς ἴσμεν [ἐξακουομένως] ἔστι γὰρ αὐτῷ ἀρετή, καὶ μακαριότης, καὶ θειότης. εἰ δέ τις ἀκούσει ὑψηλότερον τοῦ Ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, (ἐπεὶ πάντα ἃ ἴσμεν ἐλάττονά ἐστι τοῦ Θεοῦ·) οὐδὲν ἄτοπον, καὶ ἡμᾶς παραδέξασθαι, ὅτι οὐδέν ἐστι τῷ Θεῷ ὧν ἡμεῖς ἴσμεν· κρείττονα γάρ ἐστι πάντων, ὧν οἶδεν οὐ μόνη ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπεραναβεβηκότων αὐτήν, τὰ προσόντα Θεῷ. * εἰ δὲ ἀνεγνώκει τὰς τῶν προφητῶν λέξεις, τοῦ μὲν Δαυὶδ λέγοντος, Σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ· τοῦ δὲ Μαλαχίου, οἶμαι, Καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι· εὗρεν ἄν, ὅτι οὐδεὶς ἡμῶν φησιν εἶναι μεταβολὴν ἐν τῷ Θεῷ, οὔτ' ἔργῳ, οὔτ' ἐπινοίᾳ. μένων γὰρ ὁ αὐτὸς διοικεῖ τὰ μεταβλητά, ὡς πέφυκε, καὶ λόγος αὐτοῦ * αἱρεῖ διοικεῖσθαι.

operari, aut mandare. Celſus igitur dicit, *non oportere Deum primum laborare:* ad quod reſpondemus, nec Deum verbum defatigari, nec eos, qui ad meliorem & diviniorem ordinem pertinent; nam defatigari eſt degentium in corpore: & quæritur omniúmne in qualicunque corpore, an in terreno tantùm, aut paulò præſtantiore. Sed *neque fas eſt primum Deum operari manibus.* Imò, ſi vocem hanc accipias propriè, nè ſecundum quidem, aut ullam naturam diviniorem. Sed fac abuſivè dictum operari manibus, aut figuratè: ſicut interpretamur & illud, *Opera manuum tuarum annuntiat firmamentum;* &, *Opera manuum tuarum ſunt cœli;* & ſi quid ad eundem modum dictum eſt, cùm figuratè manus Dei & membra exponimus, quid abſurdi prædicamus de Deo, dicentes manuum ejus opera? Et ſicùt manibus operari Deum non eſt abſurdum, ſi rectè intelligatur: ità neque jubere; quandoquidem honeſta ſunt ipſius juſſa & laudabilis, Deóque digniſſima. At Celſus rurſum (non intelligens illud Scripturæ, *Os Domini loquutum eſt hæc,* aut juxta vulgarem ſenſum temere accipiens, nec ſciens nomina membrorum corporalium Dei pro ejus potentiis uſurpari:) *Nec os,* inquit, *eſt ei, nec vox.* Verum eſt eum non habere vocem, ſi vox eſt aer percuſſus, aut aeris percuſſio, aut aeris ſpecies, aut quomodocunque vocem definiunt quorum hæc eſt profeſſio: ſed quæ Dei vox dicitur, legitur ut Dei vox viſa à populo, ubi Scriptura inquit, *Omnis populus vidit vocem Dei:* quo loco etiam *videre* (juxta morem ſacrarum literarum) intelligitur ſpiritualiter. *Imò,* inquit, *nec aliud quicquam ineſt ei harum rerum, quas ei tribuimus;* nec tamen explicat quid ei tribuamus. Si de membris loquitur; ea non corporaliter intelligimus, ſed accipiendo juxta communem conſuetudinem largiùs: quòd ſi dixit in genere quicquid ei tribuimus, ea permulta ſunt, virtus, beatitudo, divinitas. Quòd ſi ſublimius intelligendum eſt quod dixit (cùm omnia quæ illi tribuimus minora ſint ipſius dignitate) fatemur nihil eorum ei adeſſe, quæ nos agnoſcimus: nam quæ inſunt ei ſuperant omnem ſcientiam, non humanam ſolùm, ſed etiam excellentiorum naturarum. Si legiſſet Celſus Prophetarum dicta, ut illud Davidis, *Tu autem idem ipſe es:* & apud Malachiam, *Idem ipſe ſum, & non mutor:* vidiſſet neminem noſtrûm de Deo prædicare ullas mutationes, vel cogitationum, vel operum; nam immutabilis ipſe manens diſponit mutabilia pro natura ipſorum & ſui verbi

verbi arbitrio. Deinde (rurſum non percipiens diſcrimen inter imaginem Dei & factum ad eam imaginem; quòd imago Dei ſit primogenitus totius creaturæ, ipſum verbum, ipſa veritas, ipſa ſapientia, bonitatem ejus exprimens; ceterùm homo factus ſit ad imaginem Dei: & quòd omnis vir, cujus Chriſtus caput eſt, imago Dei ſit & gloria: ac nè id quidem ſciens, in quo conſiſtat ille character imaginis, nimirum vel in eo, quod non habuit, vel quod ampliùs non habet *veterem hominem cum ſuis actibus*, exinde dicatur ad imaginem creatoris) ſic loquitur, *Non fecit Deus hominem ad ſuam imaginem; non enim talis eſt Deus, ut alicui ſpeciei ſit ſimilis: jam quale eſt compoſiti hominis parti deteriori, hoc eſt corpori, putare ineſſe aliquid ad Dei factum imaginem?* Excipit Celſus corpus ab hac imagine: nam, ſi corpori ſoli ineſſet, anima pars hominis potior privaretur iſtâ imagine, & eſſet in corpore corruptibili, quod nemo noſtrûm diceret. Quòd ſi compoſitum ex utroque imago Dei eſt, conſequetur etiam Deum compoſitum eſſe velut ex anima & corpore, ut imago potioris ſit in anima hominis, deterioris autem & corporalis in corpore, id quod nemo noſtrûm diceret. Reliquum eſt ut hæc imago ſit in interiori (ſicut nos vocamus) homine, qui renovatur, & aptus natus eſt ad referendam conditoris imaginem, intelligendo eum demum ad imaginem fieri, qui ſit *perfectus ſicut pater cœleſtis perfectus eſt*: & exaudit vocem illam, *Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus Dominus Deus veſter*: diſcénſque illud, *Eſtote imitatores Dei*, excipit in anima ſua proba Dei characteres, quando ejus corpus, qui quæ Dei ſunt in Dei ſuſcepit imagine, ſit templum Dei, iſtiuſmodi habens animam, ínq; illa Deum, propter ejus imaginem. Deinde rurſum multa ſibi ſumit quaſi à nobis conceſſa, quæ nemo Chriſtianorum ſanam mentem habentium concederet: nemo enim noſtrûm dicit, *Deum eſſe figuræ aut coloris participem*: ac nè *motus* quidem; quia natura ejus firma eſt & ſtabilis, & juſtum ad eadem invitat dicens, *Tu autem ſta mecum*. Quòd ſicubi moveri dicitur, quale eſt & illud, *Audiverunt Dominum Deum deambulantem in paradiſo ſub veſperam*: ſic intelligendum eſt, quaſi diſcedere videatur Deus peccatoribus: vel ſic accipiendum, ſicut figuratè dormire Deus aut iraſci dicitur, aut aliud ſimile. Sed *neque ſubſtantiæ particeps eſt*: participatur enim

αὐτά. Εἶτά φησιν ὁ Κέλσος (μὴ εἰδὼς τὴν διαφορὰν τοῦ κατ᾽ εἰκόνα Θεοῦ, καὶ τῆς εἰκόνος αὐτοῦ, ὅτι εἰκὼν μὲν τοῦ Θεοῦ ὁ πρωτότοκος πάσης κτίσεώς ἐστιν, ὁ αὐτολόγος, καὶ ἡ αὐτοαλήθεια, ἔτι δὲ καὶ ἡ αὐτοσοφία, εἰκὼν οὖσα τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ, κατ᾽ εἰκόνα δὲ τοῦ Θεοῦ ὁ ἄνθρωπος πεποίηται· ἔτι δὲ καὶ ὅτι πᾶς ἀνὴρ, οὗ Χριστὸς ἐστι κεφαλὴ, εἰκὼν καὶ δόξα Θεοῦ ὑπάρχει. ἀλλ᾽ οὐδὲ ἐπιστήσας ἐν τίνι τῶν τοῦ ἀνθρώπου τὸ κατ᾽ εἰκόνα τοῦ Θεοῦ χαρακτηρίζεται· καὶ ὅτι ἐν τῇ μὴ ἐχούσῃ, ἢ μηκέτι ἐχούσῃ τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον σὺν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ, ἐκ τοῦ μὴ ἔχειν ταῦτα χρηματίζουσῃ κατ᾽ εἰκόνα τοῦ κτίσαντος, φησὶ) τὸ, „Οὐδ᾽ „ἄνθρωπον ἐποίησεν εἰκόνα αὐτοῦ· οὐ γὰρ τοιόσ- „δε ὁ Θεὸς, οὔτ᾽ ἄλλῳ εἴδει οὐδενὶ ὅμοιος. ἆρ᾽ „[δ᾽] ἔστι τοῦ συνθέτου ἀνθρώπου τῷ χείρονι „μέρει, λέγω δὲ τῷ σώματι, νομίζειν ἐνυπάρ- „χειν τὸ κατ᾽ εἰκόνα τοῦ Θεοῦ; ὡς δ᾽ ὁ Κέλσος ἐξείληφεν, ἐνταῦθα εἶναι τὸ κατ᾽ εἰκόνα αὐτοῦ. εἰ γὰρ τὸ κατ᾽ εἰκόνα τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ σώματί ἐστι μόνῳ, ἐστέρηται τὸ κρεῖττον ἡ ψυχὴ τοῦ κατ᾽ εἰκόνα, καὶ ἔστιν ἐν τῷ φθαρτῷ σώματι, ὅπερ οὐδεὶς ἡμῶν λέγει· εἰ δ᾽ ἔστιν ἐν τῷ συναμφοτέρῳ τὸ κατ᾽ εἰκόνα τοῦ Θεοῦ, ἀνάγκη σύνθετον εἶναι τὸν Θεὸν, καὶ οἱονεὶ συνεστῶτα * τὸν Θεὸν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, ἵνα τὸ μὲν κατ᾽ εἰκόνα τὸ κρεῖττον ᾖ ἐν τῇ ψυχῇ, τὸ δ᾽ ἔλαττον, καὶ * κατὰ τὸ σῶμα, ἐν τῷ σώματι, ὅπερ οὐδεὶς ἡμῶν φησι. λείπεται δὴ τὸ κατ᾽ εἰκόνα τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ καθ᾽ ἡμᾶς λεγομένῳ ἔσω ἀνθρώπῳ, καὶ ἀνακαινουμένῳ, καὶ πεφυκότι γίγνεσθαι κατ᾽ εἰκόνα τοῦ κτίσαντος, νοεῖσθαι τὸ κατ᾽ εἰκόνα· ὅτε γίνεταί τις τέλειος, ὡς ὁ πατὴρ ὁ οὐράνιος τέλειός ἐστι· καὶ ἀκούει ὅτι Ἅγιοι ἔσεσθε, ὅτι ἐγὼ ἅγιος Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν· καὶ μανθάνων τὸ, Μιμηταὶ τοῦ Θεοῦ γίνεσθε, ἀναλαμβάνει εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἐνάρετον ψυχὴν τοὺς χαρακτῆρας τοῦ Θεοῦ· ὅτε καὶ ναός ἐστι τοῦ ἐν τῷ κατ᾽ εἰκόνα ἀνειληφότος τὰ τοῦ Θεοῦ τὸ σῶμα τοῦ τοιαύτην ἔχοντος ψυχὴν, καὶ ἐν τῇ ψυχῇ διὰ τὸ κατ᾽ εἰκόνα τὸν Θεόν. Πάλιν δ᾽ αὖ ἑαυτῷ συνάπτει πλεῖστα λέγων, ὡς ἐφ᾽ ἡμῶν διδόμενα, ἅπερ οὐδεὶς τῶν ἐν Χριστιανοῖς νοῦν ἐχόντων δίδωσιν. οὐ γάρ φησί τις ἡμῶν, ὅτι „μετέχει σχήματος ὁ Θεὸς, ἢ χρώματος· „ἀλλ᾽ οὐδὲ κινήσεως μετέχει ὁ, διὰ τὸ ἑστηκέναι καὶ βεβαίαν εἶναι τὴν φύσιν αὐτοῦ, προσκαλούμενος καὶ τὸν δίκαιον ἐπὶ τὰ παραπλήσια, καὶ λέγων, Σὺ δὲ αὐτοῦ στῆθι * μετ᾽ ἐμοῦ. εἰ δὲ τινες λέξεις οἱονεὶ κίνησίν τινα παριστῶσιν αὐτοῦ, ὡς καὶ ἡ λέγουσα, Ἤκουσαν [τῆς φωνῆς] Κυρίου τοῦ Θεοῦ περιπατοῦντος ἐν τῷ παραδείσῳ τὸ δειλινόν· οὕτως ἀκουστέον τῶν τοιούτων, ὡς κινουμένου νοουμένου τοῦ Θεοῦ τοῖς ἡμαρτηκόσι· ἢ οὕτως ἀκουστέον τῶν τοιούτων, ὡς καὶ ὕπνος Θεοῦ τροπικῶς λεγομένου, ἢ ὀργῆς, ἢ τινος τῶν * παραπλησίων. ἀλλ᾽ „οὐδ᾽ οὐσίας μετέχει ὁ Θεός· μετέχεται γὰρ μᾶλλον

Coloſſ. 1. 15.
Geneſ. 1. 26.
1 Cor. 11. 3, 7.
Coloſſ. 3. 9.
* καὶ αὐτὸν ἐκ.
* κατὰ.
Epheſ. 3. 16.
Coloſſ. 3. 10.
Matth. 5. 48.
Levit. 11. 44.
Epheſ. 5. 1.
1 Cor. 6. 19.
Deut. 5. 31.
* μεθ᾽ ἡμῶν.
Geneſ. 3. 8.
Pſal. 77. 31, 49.
* παραπλήσιαν.

μᾶλλον ἢ μετέχει· καὶ μετέχεται ὑπὸ τῶν ἐχόντων πνεῦμα Θεοῦ. καὶ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν οὐ μετέχει μὲν δικαιοσύνης· δικαιοσύνη δὲ ὢν μετέχεται ὑπὸ τῶν δικαίων. πολὺς δ' ὁ περὶ τῆς οὐσίας λόγος καὶ δυσθεώρητος· καὶ μάλιστα, ἐὰν ᾖ κυρίως οὐσία, ἡ ἑστῶσα καὶ ἀσώματος ᾖ· ἵν' εὑρεθῇ, πότερον ἐπέκεινα οὐσίας ἐστὶ πρεσβείᾳ καὶ δυνάμει ὁ Θεὸς μεταδιδοὺς οὐσίας, οἷς μεταδίδωσι κατὰ τὸν ἑαυτοῦ λόγον καὶ αὐτῷ λόγῳ· ἢ καὶ αὐτός ἐστιν οὐσία, πάλιν τῇ φύσει ἀόρατος λέγεται ἐν τῷ περὶ τοῦ Σωτῆρος λόγῳ φάσκοντι, Ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου· σημαίνεται δὲ ἐκ τῆς ἀοράτου φωνῆς ὁ ἀσώματος. Ζητητέον δὲ καὶ εἰ οὐσίαν μὲν οὐσιῶν λεκτέον, καὶ ἰδέαν ἰδεῶν, καὶ ἀρχὴν, τὸν μονογενῆ καὶ πρωτότοκον πάσης κτίσεως· ἐπέκεινα δὲ πάντων τούτων τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ Θεόν. Ὁ μὲν οὖν Κέλσος περὶ Θεοῦ φησιν, "ὅτι ἐξ αὐ"τοῦ τὰ πάντα, ἀπολύσας, οὐκ οἶδ' ὅπως, τὰ πάντα αὐτοῦ· ὁ δ' ἡμέτερος Παῦλος ἐξ αὐτοῦ λέγει, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, παριστὰς τὴν ἀρχὴν τῆς τῶν πάντων ὑποστάσεως ἐν τῷ Ἐξ αὐτοῦ, καὶ τὴν συνοχὴν ἐν τῷ Δι' αὐτοῦ, καὶ τὸ τέλος ἐν τῷ Εἰς αὐτόν. ἀληθῶς δὲ ἐξ οὐδενὸς ὁ Θεός. Ἐπεὶ δέ φησιν, "ὅτι οὐδὲ λόγῳ ἐφικτός" διαστέλλομαι τὸ σημαινόμενον, καί φημι, Εἰ μὲν λόγῳ τῷ ἐν ἡμῖν, εἴτε ἐνδιαθέτῳ, εἴτε καὶ προφορικῷ· καὶ ἡμεῖς φήσομεν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐφικτὸς τῷ λόγῳ ὁ Θεός. εἰ δὲ νοήσαντές τὸ, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος· ἀποφαινόμεθα, ὅτι τούτῳ τῷ λόγῳ ἐφικτός ἐστιν ὁ Θεός (οὐ μόνῳ αὐτῷ καταλαμβανόμενος, ἀλλὰ καὶ ᾧ αὐτὸς ἀποκαλύψῃ τὸν πατέρα) ψευδοποιήσομεν τὴν Κέλσου λέξιν, φάσκοντος, "Οὐδὲ λόγῳ ἐφικτός "ἐστιν ὁ Θεός. καὶ τὸ, "οὐκ ὀνομαστός ἐστι, διαστολῆς δεῖται. εἰ μὲν γὰρ, ὅτι οὐδὲν τῶν ἐν λέξεσι καὶ σημαινομένοις δύναται παραστῆσαι τὰς ἰδιότητας τοῦ Θεοῦ, ἀληθές ἐστι τὸ λεγόμενον· εἴ γε καὶ πολλαὶ ποιότητες οὐκ εἰσὶν ὀνομασταί. τίς γὰρ δύναται ὀνόμασι διαφορὰν δοῦναι ποιότητος, γλυκύτητος φοίνικος, καὶ γλυκύτητος ἰσχάδος; τίς δὲ ὀνόματι δύναται διαστεῖλαι καὶ παραστῆσαι τὴν ἑκάστου ἰδίαν ποιότητα; οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν, εἰ οὐκ ἔστιν οὕτως ὀνομαστὸς ὁ Θεός. εἰ δὲ τὸ ὀνομαστὸν λαμβάνεις καθὸ οἷόν τέ ἐστιν ὀνόμασι παραστῆσαί τι τῶν περὶ αὐτοῦ εἰς τὸ χειραγωγῆσαι τὸν ἀκροατὴν, καὶ ποιῆσαι νοῆσαι περὶ Θεοῦ, κατὰ τὸ ἐφικτὸν τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, τινὰ τῶν περὶ αὐτοῦ· οὐδὲν ἄτοπον λέγειν αὐτὸν ὀνομαστόν. οὕτω δὲ διαστελλόμεθα καὶ τὸ, "οὐδὲν "γὰρ πέπονθεν ὀνόματι καταληπτόν. ἀληθὲς δὲ καὶ τὸ ἔξω παντὸς πάθους εἶναι τὸν Θεόν. καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ· ἴδωμεν δὲ καὶ τὴν ἑξῆς αὐτοῦ λέξιν, δι' ἧς οἱονεὶ προσωποποιεῖταί τινα, μετὰ

for. ἢ *vel* ἡ

Coloſſ. 1. 15.

de Deo omnium principio auctore et fine.

Rom. 11. 36.

Deus incomprehensibilis

Joan. 1. 1.

magis quàm participat; & participatur ab habentibus Dei ſpiritum. Et Servator noſter non eſt particeps juſtitiæ; ſed, cùm ipſe ſit juſtitia, participatur à juſtis. Porrò de eſſentia difficilis ac longa eſt diſquiſitio, præſertim de propria, firma & incorporea: ut inveniatur utrùm Deus, omni eſſentiâ ſuperior, per potentiam & adminiſtrationem eſſentiam communicet quibus communicat ſecundùm verbum ſuum, & ipſi verbo; an & ipſe ſit eſſentia, licèt naturâ inviſibilis dicatur, ubi de Servatore ait Scriptura, *Qui eſt imago Dei inviſibilis*, hoc eſt, incorporei. Quærendum etiam an eſſentia eſſentiarum, & idearum idea, principiúmq; dicatur unigenitus & totius creaturæ primogenitus, univerſis autem ſuperior Pater ejus & Deus. Celſus quidem de Deo dicit, *ex ipſo eſſe omnia*, neſcio quomodo abſolvens ab eo omnia: Paulus verò noſter dicit, *ex ipſo, & per ipſum, & in ipſum omnia*, oſtendens principium omnium ſubſtantiæ, his verbis *Ex ipſo*, conſervationem his *Per ipſum*, finem his *In ipſum*. Ipſe autem Deus non aliunde quàm ex ſeipſo habet eſſentiam. Quoniam autem dicit, *cum neq; ratione comprehenſibilem*: diſtinguo ſignificatum, & dico, Si intelligatur de ratione, quæ vel inſerta eſt nobis, vel è nobis ſe exerit, hâc non eſſe Deum comprehenſibilem. Sin de illa, quæ erat in principio, & erat apud Deum, & ipſa erat Deus, aimus hâc Deum eſſe comprehenſibilem (nec verbo ſolùm cognitum, ſed cuicunque Patrem revelaverit) falſitatis ergò arguemus quod Celſus affirmat, *nequaquam eſſe comprehenſibilem Deum.* Quin & quòd *innominabilem* cenſet, diſtinctione opus eſt. Si enim hoc vult, quòd in verborum ſignificatis nihil poteſt Dei proprietates exprimere, verum eſt: quandoquidem multæ qualitates non ſunt nominabiles. Quis enim diſcernat nominibus qualitatem dulcedinis palmulæ, & dulcedinis caricæ? quis ſingularum rerum proprias qualitates nominibus queat diſtinguere? Non mirum igitur, ſi hoc pacto Deus eſt innominabilis. Quòd ſi *nominabile* accipiatur, quatenus auditorem poteſt nominibus ad aliquam cognitionem Dei manuducere, quantum naturæ humanæ licet comprehendere, non abſurdè diceretur *nominabilis.* Similiter diſtinguimus & quod dicit, *nihil accidere Deo nomine comprehenſibile*: & fatemur eum extra omnes affectus eſſe. Et de his hactenus: videamus jam & ſequentia, ubi fingit perſonam cujuſdam poſt hæc audita ſic inferentis

rentis dubitationem, *Quomodo igitur Deum cognoſcam? quomodo viam ad illum ducentem diſcam? quomodo eum mihi oſtendis? quandoquidem nunc oculis meis offundis tenebras, ut nihil clarè videam.* Deinde, quaſi huic percontatori reſpondens, cauſam putat cur tenebræ oculis offunduntur ei tribuendam, qui ſuperiora illa protulerit, dicens, *In ſplendidam lucem è tenebris productos non poſſe intueri, radiis aciem lædentibus, adeò ut ſe cæcari exiſtiment.* Ad hæc quoque dicimus, ſedere in tenebris & hærere in eis omnes, qui ſunt intenti pictorum, fictorum, ſtatuariorum non probandis artibus, nolentes mentem oculóſque attollere ab his viſibilibus & ſenſibilibus ad creatorem, qui eſt lux: contrà in luce eſſe omnes, qui ſequuntur prælucens verbum Dei, & commonſtrans per quantam imperitiam, impietatem, numinis ignorantiam adoraverint iſta frivola pro Deo, manuducénſque volentes mentis incolumitatem ad ingenitum Deum maximum. *Populus* enim gentium *ſedens in tenebris vidit lucem magnam, & ſedentibus in umbris infernalibus exorta eſt lux,* nimirum Jeſus ille Deus. Nullus itaque Chriſtianus Celſo, aut ulli ex iſtis divini verbi calumniatoribus, ad hunc modum reſpondebit, ut dicat, *Quomodo cognoſcam Deum?* Singuli enim eorum, quiſque pro ſuo captu, cognoverunt Deum, nec eſt inter eos qui dicat, *Quomodo viam ad eum ducentem diſcam?* ut qui audiverunt ex Servatore, *Ego ſum via, veritas, & vita:* obitérque guſtaverunt veritatem accedentes ad eum. Nemo item Chriſtianus Celſo diceret, *Quomodo mihi Deum oſtendis?* Illud verum eſt, quòd auditis ejus tenebricoſis ſermonibus reſponderet, Quid mihi tenebras offundis ob oculos? Celſus enim & ſimiles conantur tenebras oculis noſtris offundere: nos verò luce verbi diſpellimus tenebras impiorum dogmatum. Poſſet etiam Chriſtianus dicere Celſo levibus & obſcuris nugis perſtrepenti, Nihil illuſtre in tuis video ſermonibus. Non enim è tenebris in claram lucem nos Celſus producit, ſed vult è luce in tenebras retrahere, faciens ex luce tenebras, & lucem è tenebris: caditque in eum illud præclarè dictum ab Eſaia, hoc modo, *Væ ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras.* Nos autem, oculis animarum noſtrarum apertis per verbum Dei, videntes quid interſit inter lucem & tenebras, in luce modis omnibus perſiſtere decrevimus,

τὸ ἀκοῦσαι τούτων, τοιαῦτα λέγοντα, "Πῶς οὖν "γνῶ τὸν Θεόν; καὶ πῶς τὴν ἐκεῖσε ὁδὸν "μάθω; καὶ πῶς αὐτόν μοι δεικνύεις; ὡς νῦν "γε σκότον μου τῶν ὀφθαλμῶν προβάλλεις, "καὶ οὐδὲν ἐναργὲς βλέπω. Εἶτα πρὸς τὸν οὕτως ἐπαπορήσαντα οἱονεὶ ἀποκρίνεται, καί [φησι] τὴν αἰτίαν τοῦ * σκότου εἶναι τῶν ὀφθαλμῶν καταχεχύσθαι τοῦ εἰπόντος τὰ προειρημένα ἀποδιδόναι νομίζει, φάσκων, "Οὓς ἄν τις εἰς λαμ"πρὸν φῶς ἐκ σκότους προαγάγῃ, τούτους, μὴ "δυναμένους ἀντέχειν ταῖς μαρμαρυγαῖς, κολά"ζεσθαι τὴν ὄψιν, καὶ βλάπτεσθαι, καὶ νομίζειν "τυφλοῦσθαι. καὶ πρὸς ταῦτα δὲ φήσομεν, καθῆσθαι μὲν ἐν σκότῳ, καὶ ἱδρῦσθαι ἐν αὐτῷ πάντας, τοὺς εἰς τὰς τῶν ζωγράφων, καὶ πλαστῶν, καὶ ἀνδριαντοποιῶν ἐνορῶντας κακοτεχνίας, μὴ βουλομένους δὲ ἀναβλέψαι καὶ ἀναβῆναι τῷ νῷ ἀπὸ ὁρατῶν καὶ πάντων αἰσθητῶν ἐπὶ τὸν ὅλων δημιουργὸν, ὅς ἐστι φῶς· ἐν φωτὶ δὲ τυγχάνειν πάντα, τὸν τοῖς τοῦ λόγου αὐγαῖς ἀκολουθήσαντα, δείξαντος ἀφ' ὅσης ἀγνοίας καὶ ἀσεβείας καὶ τῆς περὶ τὸ θεῖον ἀμαθίας ταῦτα ἀντὶ τοῦ Θεοῦ προσεκυνεῖτο, καὶ χειραγωγήσαντος τὸν τοῦ βουλομένου σώζεσθαι νοῦν πρὸς τὸν ἀγένητον καὶ ἐπὶ πᾶσι Θεόν. Λαὸς γὰρ ὁ καθήμενος ἐν * σκοτίᾳ, ὁ τῶν ἐθνῶν, φῶς εἶδε μέγα· καὶ τοῖς καθημένοις ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου φῶς ἀνέτειλεν, ὁ Θεὸς Ἰησοῦς. οὐδεὶς οὖν Χριστιανὸς ἀποκρίνεται τῷ Κέλσῳ, ἤ τινι τῶν κατηγορούντων τοῦ θείου λόγου, φάσκων, "Πῶς γνῶ τὸν Θεόν; ἕκαστος γὰρ αὐτῶν, ὡς ἐγχωρεῖ, ἔγνω τὸν Θεόν. καὶ οὐδείς φησι, "Πῶς τὴν ἐκεῖσε ὁδὸν μάθω; ἅτε ἀκούσας τοῦ εἰπόντος, Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή· καὶ γευσάμενος ἐν τῷ ὁδεύειν τῆς ἀπὸ τοῦ ὁδεύειν ὠφελείας. καὶ οὐδεὶς ἂν Χριστιανῶν λέγοι Κέλσῳ, "Πῶς μοι δεικνύεις τὸν Θεόν; τοῦτο δὲ ἐν τοῖς προκειμένοις ὁ Κέλσος εἶπεν ἀληθὲς, ὅτι ἀκούσας τις αὐτοῦ τῶν λόγων ἀποκρίνεται, ἰδὼν δ' ὅτι λόγοι σκότους εἰσὶν οἱ λόγοι αὐτοῦ, ὅτι σκότος μου τῶν ὀφθαλμῶν προβάλλεις. Κέλσος μὲν οὖν καὶ οἱ παραπλήσιοι αὐτῷ περιβάλλειν σκότον τῶν ὀφθαλμῶν ἡμῶν θέλουσιν· ἡμεῖς δὲ τῷ φωτὶ τοῦ λόγου ἐξαφανίζομεν τὸ σκότος τῶν ἀσεβῶν δογμάτων. εἴποι δ' ἂν ὁ Χριστιανὸς πρὸς Κέλσον, οὐδὲν ἐναργὲς καὶ πληκτικὸν λέγοντα, τὸ, Οὐδὲν ἐναργὲς βλέπω ἐν τοῖς σοῖς λόγοις. οὐκ ἐκ σκότους τοίνυν εἰς λαμπρὸν φῶς προάγει ἡμᾶς ὁ Κέλσος· ἀλλὰ βούλεται ἐκ φωτὸς μεταστῆσαι εἰς σκότος· ποιεῖς τὸ σκότος εἶναι φῶς, καὶ τὸ φῶς σκότος, καὶ ὑποκείμενος τῷ καλῶς εἰρημένῳ ὑπὸ Ἡσαΐου τὸν τρόπον τοῦτον, Οὐαὶ οἱ τιθέντες τὸ σκότος φῶς, καὶ τὸ φῶς σκότος. ἀλλ' ἡμεῖς, ἀνοίξαντος τοῦ λόγου τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς ἡμῶν, ὁρῶντες διαφορὰν φωτὸς καὶ σκότους, ἐν φωτὶ μὲν παντὶ τρόπῳ ἱστασθαι προαι-

Ad quæstiones de Deo cognoſcendo perperam a Celſo Chriſtianis mandatas reſpondendo Or. rectam viam declarat et errorem paganorum indigitat.

* σκότει.

ἀγένητος Θεός

Matth. 4.16.

* σκότει, l. c.

Joan. 14.6.

Eſaiæ 5.20.

ρύμεθα, πρὸς δὲ σκότῳ οὐδαμῶς προσιέναι βουλόμεθα. ἔμψυχον δὲ τυγχάνον τὸ ἀληθινὸν φῶς ἐπίσταται, τίνι μὲν δεικτέον ἐστὶ τὰς μαρμαρυγάς, τίνι δὲ φῶς· οὐ παριστάντος αὐτοῦ λαμπρότητα ἑαυτοῦ, διὰ τὴν ἔτι ἐνυπάρχουσαν ἀσθένειαν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐκείνου. εἰ δ' ὅλως χρὴ λέγειν κολαζομένης καὶ βλαπτομένης ὄψιν· τίνος ἂν ἄλλου φήσομεν τοὺς ὀφθαλμοὺς ταῦτα πάσχειν, ἢ τοῦ ὑπὸ τῆς περὶ Θεοῦ ἀγνοίας συνεχομένου, καὶ τοῦ ὑπὸ τῶν παθῶν ἐμποδιζομένου βλέπειν ἀλήθειαν; Χριστιανοὶ μὲν οὖν οὐδαμῶς νομίζουσι πηροῦσθαι ὑπὸ τῶν Κέλσου ἢ τινος ἄλλου τῆς ἀσεβείας λόγων. οἱ δ' αἰσθανόμενοι ἑαυτῶν πηρουμένων ὑπὸ τοῦ κατακολουθεῖν ὄχλοις πλανωμένων, καὶ ἔθεσιν ἑορταζόντων δαιμονίοις, προσίτωσαν τῷ χαριζομένῳ ὀφθαλμοὺς λόγῳ·
Matth. 20.30. ἵν', ὁμοίως τοῖς παρὰ τῇ ὁδῷ ἐρριμμένοις πτωχοῖς καὶ τυφλοῖς ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ θεραπευθεῖσι,
Lucæ 18.38. διὰ τὸ εἰρηκέναι αὐτῷ, υἱὲ Δαυὶδ ἐλέησόν με, ἐλεηθέντες ἀπολάβωσι τοὺς ὀφθαλμοὺς καινοὺς καὶ καλούς, ὁποίους λόγῳ Θεοῦ δημιουργῆσαι ἄν. διόπερ ἐὰν ἔρηται ἡμᾶς Κέλσος, πῶς οἰόμεθα γνωρίζειν τὸν Θεόν, καὶ πῶς πρὸς αὐτὸν σωθήσεσθαι· ἀποκρινούμεθα, ὅτι ἱκανός ἐστιν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, γενόμενος ἐν τοῖς ζητοῦσιν αὐτόν, ἢ τοῖς ἐπιφαινόμενον αὐτὸν παραδεχομένοις, γνωρίσαι καὶ ἀποκαλύψαι τὸν πατέρα, πρὸ τῆς παρουσίας αὐτοῦ οὐχ ὁρώμενον. τίς δ' ἄλλος σῶσαι καὶ προσαγαγεῖν τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ δύναται τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχήν, ἢ ὁ
ὁ Θεὸς λόγος Joan. 1.1. Θεὸς λόγος; ὅστις ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν ὤν, διὰ τοὺς κολληθέντας τῇ σαρκὶ καὶ γενομένους ὅπερ σάρξ, ἐγένετο σάρξ, ἵνα χωρηθῇ ὑπὸ τῶν μὴ δυναμένων αὐτὸν βλέπειν καθὸ λόγος ἦν, καὶ πρὸς Θεὸν ἦν, καὶ Θεὸς ἦν. καὶ σωματικῶς γε λαλούμενος, καὶ ὡς σὰρξ ἐπαγγελλόμενος, ἐφ' ἑαυτὸν καλεῖ τοὺς ὄντας σάρκα, ἵν' αὐτοὺς ποιήσῃ πρῶτον μορφωθῆναι κατὰ λόγον, τὸν γενόμενον σάρκα· καὶ μετὰ τοῦτο αὐτοὺς ἀναβιβάσῃ ἐπὶ τὸ ἰδεῖν αὐτόν, ὅπερ ἦν πρὶν γένηται σάρξ. ὥστε αὐτοὺς ὠφεληθέντας, καὶ ἀναβάντας ἀπὸ τῆς κατὰ
2 Cor. 5.16. σάρκα εἰσαγωγῆς, εἰπεῖν τό, Εἰ καὶ Χριστὸν ποτὲ κατὰ σάρκα ἐγνώκαμεν, ἀλλὰ νῦν οὐκ ἔτι γι-
Joan. 1.14. νώσκομεν. σὰρξ οὖν ἐγένετο· καὶ γενόμενος σὰρξ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, οὐκ ἔξω γινόμενος ἡμῶν· σκηνώσας δὲ καὶ γενόμενος ἐν ἡμῖν οὐκ ἔμεινεν ἐπὶ τῆς πρώτης μορφῆς· ἀλλ', ἀναβιβάσας ἡμᾶς ἐπὶ τὸ λογικὸν ὑψηλὸν ὄρος, ἔδειξεν ἡμῖν
Matth. 17.1, 2, 3. τὴν ἔνδοξον μορφὴν ἑαυτοῦ, καὶ τὴν λαμπρότητα τῶν ἐνδυμάτων αὐτοῦ· καὶ οὐχ ἑαυτοῦ γε μόνου, ἀλλὰ καὶ τοῦ πνευματικοῦ γε νόμου, ὅς ἐστιν ἐν δόξῃ ὀφθεὶς μετὰ Ἰησοῦ Μωσῆς. ἔδειξε δ' ἡμῖν καὶ πᾶσαν προφητείαν, οὐδὲ μετὰ τὸ ἐνανθρωπῆσαι ἀποθνήσκουσαν, ἀλλ' ἀναλαμβανο-

tenebris verò haudquaquam volumus accedere. Ceterùm lux vera, quoniam etiam viva eſt, ſcit, cui ſplendor oſtendendus ſit, cui lux, non ſuſtinenti ſplendorem propter oculorum imbecillitatem. Quòd ſi qui meritò dicendi ſunt oblæſos habere oculos, in nullos id dictum magìs competit, quàm in occupatos ſpiritu ignorantiæ veri numinis, & in iſtos, qui affectibus variis impediti nequeunt veritatem cernere. Certè Chriſtiani nullo modo ſe putant cæcari Celſi aliorúmve impiis ſermonibus. Ceterùm qui ſe ſentiunt occæcari exemplis imperiti vulgi, & moribus hominum dæmonia ſuis celebritatibus colentium, accedant ad verbum largiens oculos: ut, quemadmodum olim cœci, juxta viam humi mendicantes, ſanitatem à Jeſu impetraverunt, miſericordiam conſequuti, quòd imploràſſent miſeratorem filium Davidis; ità & ipſi recipiant novos ac bonos oculos, quales à verbo Dei creari decet. Quapropter ſi nos Celſus interrogaverit, quomodo putemus nos cognoſcere Deum, & per illum ſalutem acquirere: reſpondebimus idoneum eſſe Dei verbum, ut ingreſſum quærentibus ſe, ſuúmque adventum expectantibus, Patrem revelet, qui cerni non poteſt niſi per præcedentem adventũ filii. Quis enim alius valeat ſervare, & ad Deum optimum maximum humanam animam adducere, quàm Deus verbum? qui cùm in principio apud Deum eſſet, propter carni cohærentes & carnales caro factus eſt, ut caperetur ab eis, à quibus alioqui nè videri quidem poterat, in quantum verbum erat, & apud Deum erat, & Deus erat. Nunc corporaliter loquens, & ut caro ſe præbens, ad ſe vocat omnes carneos; ut eos primùm formatos juxta verbum, quod caro factum eſt, deinde ad contemplationem ſuiipſius provehat, cernatúrque ab eis, quid ante carnem ſumptam fuerat: ut per ejus carnem introducti ad ſublimiora dicant illud Apoſtolicum, *Etſi Chriſtum aliquando ſecundùm carnem noveramus, nunc certè non ampliùs ſic eum novimus.* Itaque caro factus eſt, & factus caro habitavit in nobis, cùm non eſſet nobis extraneus. Poſtquam autem habitavit & converſatus eſt nobiſcum, non retinuit formam priſtinam; ſed ſubductis nobis in rationalem montem excelſum oſtendit formam ſuam glorioſam, & ſplendorem ſuorum veſtimentorum; nec ſuam tantùm, verùm etiam legis ſpiritualis: is enim eſt Moſes cum Jeſu viſus in gloria. Præterea nobis oſtendit omnem Propheriam, nè poſt aſſumptum quidem ab ipſo hominem emortuam, ſed in cœlum

cœlum receptam, cujus Elias fuit ſymbolum. Quæ quiſquis contemplatus eſt poteſt dicere, *Vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi unigeniti à patre: plenus gratiâ & veritate.* Celſus igitur parùm philoſophicè finxit quæ nos putabat ad interrogata reſponſuros, *quomodo credamus nos perventuros ad noſcendum Deum, & quomodo ſalutem per eum conſequuturos*: nos tamen non aliud, quàm quod dixi, reſponderemus. At Celſus, quaſi bonus conjector, talem nobis reſponſionem affingit, *Quoniam magnus eſt Deus & contemplatu difficilis, ideo proprio ſpiritu immiſſo in corpus noſtro ſimile demiſit eum huc, ut ex ipſo poſſemus audire atque diſcere.* Juxta noſtram autem doctrinam non ſolus univerſorum Deus & Pater magnus eſt: communicavit enim ſuam magnitudinem cum unigenito & primogenito creaturæ totius; ut, cùm inviſibilis Dei ſit imago, magnitudine quoque imaginem Patris referat: alioqui non habitura erat imago illius inviſibilis Dei pulchram (ut ità loquar) proportionem, niſi magnitudo etiam accederet. Porrò Deus juxta noſtram opinionem, cùm ſit incorporeus, eſt inviſibilis; contemplativis tamen hominibus corde, id eſt mente, cernitur: corde autem non vulgari, ſed puro; nefas eſt enim cor pollutum intueri in Deum, ſed purum neceſſe eſt ut ſit, quod puri contemplatione dignum habeatur. Fatemur etiam Deum contemplatu difficilem; ſed non ſolum, imò & ejus unigenitum. Eſt enim difficilis contemplatu Deus verbum, difficilis & ſapientia, per quam Deus creavit omnia: quis enim eam per ſingula creatoris opera conſiderare valeat? Ergò non ideo Deus contemplatu difficilis filium miſit quaſi contemplatu facilem: quod non intelligens Celſus ex noſtra perſona dixit, *Quoniam ipſe contemplatu eſſet difficilis, ideo proprium ſpiritum huc miſiſſe, inſertum in corpus noſtro ſimile, ut ex eo poſſemus audire & diſcere.* Verùm, ut nos oſtendimus, etiam filius (cùm eſſet contemplatu difficilis, ut verbum Dei, per quod omnia facta ſunt) inter nos converſatus eſt. Quòd ſi Celſus intelligeret quæ dicimus de Dei ſpiritu, & quòd *quotquot aguntur Dei ſpiritu, hi ſunt Dei filii*: nunquam ex noſtra perſona ſibi ipſe reſpondiſſet, *quòd Deus immiſſo in corpus proprio ſpiritu huc eum demiſerit.* Semper enim Deus impartit ſuum ſpiritum ejus capacibus, non tamen per ſeparationem & diviſionem dignis inſertum. Non eſt enim corpus juxta noſtram doctrinam ſpiritus, ſicut nec ignis ille corpus eſt, qui Deus eſſe di-

μένην εἰς οὐρανόν, ἧς σύμβολον Ἠλίας ἦν. ὁ δὲ ταῦτα θεωρήσας εἴποι ἂν τό, Ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς [παρὰ] πατρός· πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. Joan. 1. 14. Κέλσος μὲν οὖν ἰδιωτικώτερον ἀνέπλασεν ἃ οἴεται ἡμᾶς λέξειν περὶ τὸ πύσμα αὐτοῦ, "Πῶς οἰόμεθα γνωριεῖν τὸν Θεόν; καὶ πῶς σωθήσεσθαι πρὸς αὐτόν; ἡμεῖς δὲ εἴποιμεν ἂν τὰ προειρημένα. πλὴν φησὶν ὁ Κέλσος ἡμᾶς ἀποκρινεῖσθαι, εἰκότι στοχασμῷ, ὁμολογῶν ἀναγράφειν ἡμῶν τὴν ἀπόκρισιν οὕτως ἔχουσαν, "Ἐπειδὴ μέγας ἐστὶ καὶ δυσθεώρητος ὁ Θεός, πνεῦμα ἴδιον, ἐμβαλὼν εἰς σῶμα ἡμῖν ὅμοιον, δεῦρο κατέπεμψεν, ὡς ἂν δυνηθείημεν ἀκοῦσαι παρ' αὐτοῦ καὶ μαθεῖν. οὐ μόνος δὲ μέγας καθ' ἡμᾶς ἐστιν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς καὶ πατήρ· μετέδωκε γὰρ ἑαυτοῦ καὶ τῆς μεγαλειότητος τῷ μονογενεῖ καὶ πρωτοτόκῳ πάσης κτίσεως· Coloss. 1. 15. ἵν', εἰκὼν αὐτὸς τυγχάνων τοῦ ἀοράτου Θεοῦ, καὶ ἐν τῷ μεγέθει σώζῃ τὴν εἰκόνα τοῦ πατρός. οὐ γὰρ οἷόν τ' ἦν εἶναι σύμμετρον (ἵν' οὕτως ὀνομάσω) καὶ καλὴν εἰκόνα τοῦ ἀοράτου Θεοῦ, μὴ καὶ τὸ μεγέθους παριστᾶσαν τὴν εἰκόνα. ἀλλὰ καὶ ὁ Θεὸς καθ' ἡμᾶς τῷ μὲν μὴ εἶναι σῶμα ἀόρατός ἐστιν· τοῖς δὲ θεωρητικοῖς καρδίᾳ θεωρητός, τουτέστι τῷ καρδίᾳ δὲ οὐ τῇ τυχούσῃ, ἀλλὰ τῇ καθαρᾷ· οὐ γὰρ θέμις μεμολυσμένην καρδίαν ἐνορᾶν Θεῷ, ἀλλὰ δεῖ καθαρὸν εἶναι τὸ τοῦ καθαροῦ κατ' ἀξίαν θεωρητικόν. ἔστω δὴ καὶ δυσθεώρητος ὁ Θεός· ἀλλ' οὐ μόνος δυσθεώρητός ἐστί τινι, ἀλλὰ καὶ ὁ μονογενὴς αὐτοῦ. δυσθεώρητος γὰρ ὁ Θεὸς λόγος, δυσθεώρητος δὲ * οὕτωσὶ καὶ σοφία ἐστίν, ἐν ᾗ τὰ πάντα πεποίηκεν ὁ Θεός· τίς γὰρ δύναται καθ' ἕκαστον τῶν πάντων τὴν σοφίαν, ἐν ᾗ ὁ Θεὸς καὶ ἕκαστον τῶν πάντων πεποίηκε, θεωρῆσαι; οὐ διὰ τὸ δυσθεώρητον οὖν ὁ Θεὸς εἶναι, ὡς εὐθεώρητον τὸν Θεὸν τὸν υἱὸν ἔπεμψεν· ἅπερ μὴ νοήσας ὁ Κέλσος εἶπεν ὡς ἐκ προσώπου ἡμῶν, "Διὰ τὸ δυσθεώρητος εἶναι, πνεῦμα ἴδιον ἐμβαλὼν εἰς σῶμα ἡμῖν ὅμοιον δεῦρο καθέπεμψεν, ὡς ἂν δυνηθείημεν ἀκοῦσαί τε παρ' αὐτοῦ καὶ μαθεῖν. ἀλλ', ὡς ἀποδεδώκαμεν, καὶ ὁ υἱὸς δυσθεώρητος ὤν, ἅτε λόγος Θεὸς, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. Joan. 1. 3, 14. εἰ δὲ * συνίει Κέλσος ἃ λεγόμενα περὶ πνεύματος Θεοῦ, καὶ ὅτι ὅσοι πνεύματι Θεοῦ ἄγονται, οὗτοι υἱοὶ Θεοῦ εἰσιν· Rom. 8. 14. οὐκ ἂν ἑαυτῷ ὡς ἀφ' ἡμῶν ἀπεκρίνατο, "ὅτι πνεῦμα ἴδιον ἐμβαλὼν εἰς σῶμα ὁ Θεὸς δεῦρο κατέπεμψεν. ἀεὶ γὰρ ὁ Θεὸς μεταδίδωσι τοῖς δυναμένοις μετέχειν αὐτοῦ, τοῦ ἰδίου πνεύματος, οὐ κατ' ἀποτομὴν καὶ διαίρεσιν ἐγκατοικοῦν τοῖς ἀξίοις. οὐδὲ γὰρ σῶμα τὸ καθ' ἡμᾶς πνεῦμα, ὡς οὐδὲ σῶμα τὸ πῦρ, ὅπερ

* ἐπεί.

* συνιεῖ.

Hebr.12.29. εἶναι λέγεται Θεὸς ἐν τῷ, Ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον· πάντα γὰρ ταῦτα τροπικῶς λέγεται, εἰς παράστασιν τῆς ἀπὸ τῶν συνήθων καὶ σωματικῶν ὀνομάτων τῆς νοητῆς φύσεως. καὶ ὥσπερ, ἐὰν
1 Cor.3.12. λέγηται τὰ ἁμαρτήματα ξύλα εἶναι, καὶ χόρτος, καὶ καλάμη, οὐκ ἐροῦμεν εἶναι τὰ ἁμαρτήματα σώματα·
Ibid. verſu eodem. καὶ ἐὰν λέγηται τὰ ἀνδραγαθήματα χρυσὸς εἶναι, καὶ ἄργυρος, καὶ λίθος τίμιος, οὐ φήσομεν εἶναι τὰ ἀνδραγαθήματα σώματα. οὕτω κἂν λέγηται ὁ Θεὸς εἶναι πῦρ καταναλίσκον τὰ ξύλα, καὶ τὸν χόρτον, καὶ τὴν καλάμην, καὶ πᾶσαν οὐσίαν ἁμαρτίας, οὐ σῶμα αὐτὸν νοήσομεν. ὡς δ', ἐὰν λέγηται πῦρ, οὐ σῶμα νοοῦμεν αὐτόν· οὕτως ἐὰν λέγηται πνεῦμα ὁ Θεὸς, οὐ σῶμα αὐτὸν λέγομεν εἶναι. πρὸς γὰρ ἀντιδιαστολὴν τῶν αἰσθητῶν ἔθος τῇ γραφῇ τὰ νοητὰ ὀνομάζειν πνεύματα, καὶ πνευματικά· ὅτε ἐὰν λέ-
2 Cor. 3.5,6. γῃ ὁ Παῦλος, Ἀλλ' ἡ ἱκανότης ἡμῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ, ὃς καὶ ἱκάνωσεν ἡμᾶς διακόνους καινῆς διαθήκης, οὐ γράμματος, ἀλλὰ πνεύματος· τὸ γὰρ γράμμα ἀποκτείνει, τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ· γράμμα μὲν τὴν αἰσθητὴν ὠνόμασεν ἐκδοχὴν τῶν θείων γραμμάτων, πνεῦμα δὲ τὴν νοητήν. οὕτω τοίνυν καὶ ἐν τῷ πνεῦμα ὁ Θεός· ἐπεὶ καὶ Σαμαρεῖς καὶ Ἰουδαῖοι σωματικῶς καὶ τυπικῶς ἐποίουν τὰ προστασσόμενα ὑπὸ τοῦ νόμου, εἶπεν
Joan.4.21,24. ὁ Σωτὴρ πρὸς τὴν Σαμαρεῖτιν, ὅτι Ἔρχεται ὥρα, ὅτε οὔτε ἐν Ἱεροσολύμοις, οὔτε ἐν τῷ ὄρει τούτῳ,* προσκυνήσουσι τῷ πατρί· πνεῦμα ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. δι' ὧν ἐδίδαξεν, ὅτι οὐκ ἐν σαρκὶ δεῖ προσκυνεῖν καὶ σαρκικαῖς θυσίαις τὸν Θεὸν, ἀλλ' ἐν πνεύματι. καὶ γὰρ αὐτὸς ἀνάλογον, ἐν πνεύματι καὶ νοητῶς λατρεύειν τινὰ αὐτῷ, πνεῦμα νοηθείη ἄν. ἀλλὰ καὶ οὐκ ἐν τύποις προσκυνεῖν δεῖ τῷ πνεύματι, ἀλλ' ἐν ἀληθείᾳ, ἥτις διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο,
2 Cor.3.16, 17,15. μετὰ τὸ δοθῆναι τὸν νόμον διὰ Μωϋσέως. ἡνίκα γὰρ ἐὰν ἐπιστρέψωμεν πρὸς Κύριον (ὁ δὲ Κύριος τὸ πνεῦμά ἐστι) περιαιρεῖται τὸ τῇ καρδίᾳ κάλυμμα, ἐπικείμενον ἡνίκα ἂν ἀναγινώσκηται Μωϋσῆς. ὡς μὴ νοήσας δὴ τὰ περὶ
1 Cor.2.14. τοῦ πνεύματος τοῦ Θεοῦ ὁ Κέλσος (ψυχικὸς γὰρ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ Θεοῦ· μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστι, καὶ οὐ δύναται γνῶναι* ὅ,τι πνευματικῶς ἀνακρίνεται) ἑαυτῷ συνάπτει, εἰρόμενος ἡμᾶς, λέγοντας πνεῦμα εἶναι τὸν Θεὸν, μηδὲν ἐν τούτῳ διαφέρειν τῶν παρ' Ἕλλησι Στωϊκῶν, φασκόντων ὅτι ὁ Θεὸς πνεῦμά ἐστι διὰ πάντων διεληλυθὸς, καὶ πάντ' ἐν ἑαυτῷ περιέχον. διήκει μὲν γὰρ ἡ ἐπισκοπὴ καὶ ἡ πρόνοια τοῦ Θεοῦ διὰ πάντων, ἀλλ' οὐχ ὡς τὸ τῶν Στωϊκῶν πνεῦμα· καὶ πάντα μὲν περιέχει τὰ προνοούμενα ἡ πρόνοια, καὶ περιείληφεν αὐτά, οὐχ ὡς σῶμα δὲ περιέχον περιέχει, ὅτι καὶ σῶμά ἐστι τὸ περιεχόμενον· ἀλλ' ὡς

* προσκυνήσετε, l. c.

* ὅτι, l. c.

citur apud eum, qui inquit, *Deus noſter ignis conſumens*: nam hæc omnia figuratè dicuntur, ut per corporea conſuetáque nobis nomina indicetur natura illa intelligibilis. Et ſicut, quando peccata dicuntur eſſe *ligna, fœnum, ſtipula,* non accipimus peccata eſſe corpora; & quando bona opera dicuntur eſſe *aurum, argentum, gemmæ,* non ſtatim etiam ſunt corpora: ità cùm dicitur Deus *ignis conſumens* ligna, fœnum & ſtipulam, omnémque peccati ſubſtantiam, non ſtatim corpus eum intelligimus. Et quemadmodum, quoties ignis nomine cenſetur, non intelligimus corporeum: ſic, dum eum vocamus ſpiritum, corpus tamen illum eſſe non dicimus. Nam ad differentiam ſenſibilium Scriptura ſolet intelligibilia vocare ſpiritus & ſpiritualia: ut cùm Paulus dicit, *Sed ſufficientia noſtra ex Deo eſt, qui nos fecit idoneos miniſtros Novi Teſtamenti, non literæ, ſed ſpiritûs; nam litera occidit, ſpiritus vivificat*: ubi literam nominavit, cùm juxta ſenſum divinas literas accipimus, ſpiritum verò, cùm juxta intellectum. Ità quod ad Deum ſpiritum attinet, quoniam Samaritani Judæique corporaliter & juxta figuras mandata legis obſervabant, dixit Servator ad Samaritanam, *Venit hora, quando nec Hieroſolymis, nec in hoc monte, adorabunt Patrem meum: Deus ſpiritus eſt, & qui eum adorant, in ſpiritu & veritate debent adorare.* Quibus verbis docuit, non carnaliter adorandum eſſe Deum, nec colendum carnalibus ſacrificiis, ſed ſpiritu. Ipſum eſſe ſpiritum etiam indè colligitur, quoniam æquè pollet, ſi quis eum in ſpiritu & intelligibiliter colat. Imò nec in figuris adorandus eſt ſpiritus, ſed in veritate, quæ per Jeſum Chriſtum eluxit poſt datam legem Moſis miniſterio. Cùm enim converſi fuerimus ad Dominum (qui Dominus ipſe eſt ſpiritus) *tolletur velamen, quo tegitur cor, quando Moſes legitur.* Quapropter Celſus, ut nihil intelligens de ſpiritu Dei (*animalis enim homo non capit ea quæ ſunt divini ſpiritûs; ſunt enim ei ſtultitia, nec poteſt noſſe, quòd judicentur ſpiritualiter*) ſibi hoc aſſumit ſomnians, nos, cùm Deum eſſe ſpiritum dicimus, nihil hâc parte differre à Græcorum Stoicis, affirmantibus Deum eſſe ſpiritum, qui meet per omnia, omniáque in ſe contineat. Penetrat quidem aſpectus Dei ac providentia per omnia, ſed non ſicut ille Stoicorum ſpiritus: & continet omnia, quibus per ſuam providentiam proſpicit; at non corporaliter

poraliter complectitur, cùm corpus ambiatur à divina potentia. Itaque juxta Stoicorum ſententiam (corporeos eſſe principatus aſſerentium, ac proinde corruptibiles, ut, niſi abſurditas rei vetaret, ipſe ſummus Deus non abſit à corruptionis periculo) etiam verbum Dei, ad homines & minima quæque pertingens, nihil aliud eſt quàm corporeus ſpiritus: juxta noſtram autem doctrinam, (quæ & rationalem animam conatur oſtendere præſtantiorem omni naturâ corporeâ, ut ſubſtantiam inviſibilem & incorpoream,) Deus verbum corpus eſſe non poteſt, per quem condita ſunt omnia, qui efficit, ut omnia ratione fiant, non humana tantùm, verùm etiam minima, quæ ad regnum naturæ pertinent. Quare licebit per nos Stoicis, ut deflagratione abſumant omnia: nos nullam incorpoream ſubſtantiam ſcimus eſſe cremabilem, nec ignibus abſumi hominis animam, aut angelorum, thronorum, dominationum, principatuum, poteſtatum ſubſtantiam. Idcirco Celſus, ſpiritualium rerum ignarus, in vanum effudit illa verba, *Si Dei filius eſt ſpiritus humano indutus corpore, nec ipſe Dei filius immortalis eſſe poterit.* Ac rurſum ſermonem ipſe ſuum confundens, quaſi noſtrorum hominum quidam negarent ſpiritum eſſe Deum, Dei filium tamen faterentur eſſe ſpiritum, evincere ſe putat, *nullius ſpiritûs eam eſſe naturam, ut ſempiternus ſit*: ſicut ſuprà, cùm diceremus Deum eſſe ignem conſumentem, negabat *eam ignis naturam, quæ in æternum maneat*: non videns quomodo Deum ignem eſſe prædicemus, & quarum rerum conſumptivum, nimirum peccati & malitiæ. Decet enim Deum bonum, ut, ubi quiſque certatorum qualis vir ſit in certaminibus declaraverit, igne pœnarum abſumat ejus vitia. Ac rurſum ſumit ſibi nunquam à nobis conceſſa, quòd *neceſſe ſit iterum Deum ſpirare: unde conſequi, non potuiſſe Jeſum reſurgere cum corpore; nec enim Deus recepiſſet quem dederat ſpiritum, contaminatum jam naturâ corporis.* Quos ſermones cùm noſtri non ſint, ſtultum eſſet quaſi noſtros tueri. Deinde iterum eadem repetens, quaſi non antea multis cavillatus ſit in nativitatem Dei ex virgine, ad quod jam pro virili reſpondimus, ſic loquitur, *Quòd ſi voluit ſpiritum ex ſe emittere, quid opus erat inſpirare in uterum fœminæ? poterat enim, ut qui jam ſciebat homines fingere, huic quoque corpus affingere, ne proprium ſpiritum in tantam contaminationem mitteret; atque hoc pacto è ſupernis profatus hoc ipſo plus ſibi conciliaſſet fidei.*

δύναμις θεία καὶ περιειληφυῖα τὸ περιεχόμενον. Κατὰ μὲν οὖν τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς (σωματικὰς λέγοντας εἶναι τὰς ἀρχὰς, καὶ διὰ τοῦτο πάντα φθείροντας, κινδυνεύοντας δὲ καὶ αὐτὸν φθεῖραι τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν, εἰ μὴ πάνυ ἀπεμφαῖνον τοῦτ' αὐτοῖς ἐδόκει τυγχάνειν) καὶ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, ὁ μέχρις ἀνθρώπων καὶ τῶν ἐλαχίστων καταβαίνων, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ πνεῦμα σωματικόν· κατὰ δὲ ἡμᾶς, (καὶ τὴν λογικὴν ψυχὴν πειρωμένους ἀποδεικνύναι κρείττονα πάσης σωματικῆς φύσεως, καὶ οὐσίαν ἀόρατον, καὶ ἀσώματον) οὐκ ἂν σῶμα εἴη ὁ Θεὸς λόγος, δι' οὗ τὰ πάντ' ἐγένετο, ὁ φθάνων ἵνα πάντα διὰ λόγου γένηται, οὐχ ἕως ἀνθρώπων μόνων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐλαχίστων εἶναι νομιζομένων καὶ ὑπὸ φύσεως διοικουμένων. Πάντα μὲν οὖν οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς ἐκπυρούτωσαν· ἡμεῖς δὲ ἀσώματον οὐσίαν οὐκ ἴσμεν ἐκπυρουμένην, οὐδ' εἰς πῦρ ἀναλυομένην τὴν ἀνθρώπου ψυχὴν, ἢ τὴν ἀγγέλων, ἢ θρόνων, ἢ κυριοτήτων, ἢ ἀρχῶν, ἢ ἐξουσιῶν ὑπόστασιν. Διόπερ μάτην λέλεκται τῷ Κέλσῳ, ὡς μὴ εἰδότι τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ Θεοῦ, "ὅτι ἐπείπερ πνεῦμά ἐστιν ἀπὸ "τοῦ Θεοῦ ὁ υἱὸς ἐν ἀνθρωπίνῳ γεγονὼς σώματι, "οὐδ' ἂν αὐτὸς εἴη ἀθάνατος ὁ τοῦ Θεοῦ υἱός. Εἶτα πάλιν ἑαυτῷ φύρει τὸν λόγον, ὡς τινων ἀφ' ἡμῶν οὐχ *ὁμολογησάντων πνεῦμα εἶναι τὸν Θεὸν, ἀλλὰ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ οἴεται ἀπαντᾶν λέγων, "ὅτι οὐδεμία τοιαύτη φύσις ἐστὶ πνεύματος "ὥστ' ἀεὶ διαμένειν· *ὥσει καὶ λεγόντων ἡμῶν ὅτι ὁ Θεὸς πῦρ ἐστι καταναλίσκον, ἔλεγεν "ὅτι οὐδεμία τοιαύτη ἐστὶ φύσις πυρὸς ὥστ' ἀεὶ "διαμένειν. οὐχ ὁρῶν πῶς λέγομεν εἶναι πῦρ τὸν Θεὸν ἡμῶν, καὶ τίνα ἀναλωτικὸν, ὅτι ἁμαρτημάτων καὶ τῆς κακίας. Πρέπει γὰρ Θεῷ ἀγαθῷ, μετὰ τὸ ἕκαστον φανῆναι ἀγωνισάμενον, ὁποῖος γέγονεν ἀγωνιστὴς, ἀναλῶσαι τῷ πυρὶ τῆς κολάσεως τὴν κακίαν. Εἶτα πάλιν ἑαυτῷ τὸ μὴ λεγόμενον ὑφ' ἡμῶν λαμβάνει, "ὅτι ἀναγκαῖον "ἐστὶ τὸ ἀναπεπνευκέναι τὸν Θεόν· καὶ τούτῳ ἀκό"λουθον τὸ μὴ δύνασθαι ἀναστῆναι μετὰ τοῦ σώ"ματος τὸν Ἰησοῦν. οὐκ ἂν γὰρ ἀπείληφεν ὃ δέ"δωκε πνεῦμα ὁ Θεὸς καταμεμολυσμένον τῇ "τοῦ σώματος φύσει. εὐήθης οὖν ἀπαιτῶν ἡμᾶς περὶ τοὺς λόγους, ὡς ἡμετέρους, τοὺς μὴ ἡμετέρους. Εἶθ' ἑξῆς ταυτολογῶν, μετὰ τὸ πολλὰ ἐν τοῖς ἀνωτέρω εἰπεῖν, καὶ χλευάσαι τὴν ἐκ παρθένου γένεσιν τοῦ Θεοῦ, πρὸς ἣν κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν ἀπηντήσαμεν, φησίν, "Εἰ δ' "ἐβούλετο πνεῦμα ἐξ ἑαυτοῦ καταπέμψαι, τί "ἔδει τοῦτο εἰς γυναικὸς γαστέρα ἐμπνεῖν; ἐδύνατο "γὰρ, ἤδη πλάσσειν ἀνθρώπους εἰδὼς, καὶ τούτῳ "περιπλάσαι σῶμα, καὶ μὴ τὸ ἴδιον πνεῦμα "εἰς τοσοῦτον μίασμα ἐμβαλεῖν· οὕτως μὲν τ' "ἂν οὐδ' ἠπιστεῖτο, εἰ ἄνωθεν εὐθὺς ἐσπάρτο.

* ὁμολογούντων.

* ὡς εἰ.

Καὶ ταῦτ' εἶπεν, ἐπεὶ μὴ εἶδε τὴν καθαρὰν καὶ παρθενικὴν γέννησιν, καὶ ἀπὸ μηδεμιᾶς φθορᾶς, τοῦ μέλλοντος ὑπηρετήσασθαι τῇ ἀνθρώπων σωτηρίᾳ σώματος. οἴεται δὲ ὁ τὸν Στωϊκὸν λόγον ἐκτιθέμενος, καὶ μὴ περιπεπτωκὼς μόνος τὰ περὶ ἀδιαφόρων μεμαθηκέναι, εἰς μίασμα ἐμβεβλῆσθαι τὴν θείαν φύσιν· καὶ μεμιάνθαι εἴτε γενομένην ἐν γυναικὸς σώματι, ἕως περιπλασθῇ αὐτῇ τὸ σῶμα, εἴτε σῶμα ἀνειληφυῖαν. παραπλήσιόν τι ποιῶν τοῖς οἰομένοις τὰς αὐγὰς τοῦ ἡλίου μιαίνεσθαι ἐν τοῖς βορβόροις καὶ τοῖς δυσώδεσι σώμασι, καὶ μὴ μένειν κἀκεῖ καθαράς. καὶ εἰ κατὰ τὴν Κέλσου δὲ ὑπόθεσιν χωρὶς γενέσεως περιεπλάσατο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ, εὐθὺς ἂν οἱ βλέποντες τὸ σῶμα ἐπίστευον ὅτι οὐκ ἀπὸ γενέσεως ἦν· οὐδὲ γὰρ τὸ βλεπόμενον ἐπαγγέλλει καὶ τὴν φύσιν, ὅθεν γεγένηται. οἱονεὶ καθ' ὑπόθεσιν μέλι ἦν τι μὴ ἀπὸ μελισσῶν, οὐκ ἂν τοῦτό τις ἀπήγγελλεν ἀπὸ τῆς γεύσεως, ἢ τῆς ὄψεως, ὅτι μὴ ἀπὸ μελισσῶν ἐστιν· ὡς οὐδὲ τὸ ἀπὸ μελισσῶν δείκνυσι τῇ αἰσθήσει τὴν ἀρχήν, ἀλλ' ἡ πεῖρα δείκνυσιν, ὅτι τοῦτ' ἀπὸ μελισσῶν ἐστιν. οὕτω δὲ καὶ ἡ πεῖρα διδάσκει, ὅτι ἀπὸ ἀμπέλου ὁ οἶνος· οὐ γὰρ ἀναφέρει ἡ γεῦσις τὸ ἀπὸ ἀμπέλου. τὸν αὐτὸν τρόπον τοίνυν τὸ αἰσθητὸν σῶμα οὐκ ἀπαγγέλλει τὸν τρόπον τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. παραστήσει δὲ τὸ λεγόμενον ἀπὸ τῶν ἐν οὐρανοῖς, ὧν τῆς ὑποστάσεως καὶ τῆς λαμπρότητος αἰσθόμεθα, βλέποντες αὐτά· ἀλλ' οὐ δήπου ἡ αἴσθησις ἡμῖν ὑποβάλλει, πότερον γενητὰ ἢ ἀγένητά ἐστιν· αἱρέσεις γοῦν καὶ περὶ τούτων συνέστησαν. ἀλλὰ καὶ οἱ λέγοντες αὐτὰ γενητά, οὐχ ὁμονοοῦσι περὶ τοῦ πῶς ἐστι γενητά· οὐδὲ γὰρ ὑποβάλλει καὶ αἴσθησις αὐτῶν, κἂν βιασάμενος ὁ λόγος εὕρῃ ὅτι γενητά ἐστι, περὶ τοῦ τίνα τρόπον γεγένηται. Εἶθ' ἑξῆς ἐπαναλαμβάνει, πολλάκις ἤδη εἰπὼν τὰ περὶ τῆς γνώμης Μαρκίωνος, καὶ πῆ μὲν ἀληθῶς τὰ Μαρκίωνος ἐκτίθεται, πῆ δὲ κἀκείνων παρήκουσε· πρὸς ἃ οὐκ ἀναγκαῖον ἡμᾶς ἀπαντᾶν, ἢ καὶ ἐλέγχειν. Εἶτα πάλιν ἑαυτοῦ ἐπιφέρει τὰ ὑπὲρ Μαρκίωνος καὶ τὰ κατ' αὐτοῦ, λέγων τίνα μὲν ἐκφεύγει τῶν ἐγκλημάτων, τίσι δὲ περιπίπτει· καὶ ὅτε βούλεται συναγορεύειν τῷ φάσκοντι λόγῳ, προπεφητεῦσθαι αὐτόν, ἵνα κατηγορήσῃ Μαρκίωνος καὶ τῶν ἀπ' αὐτοῦ, σαφῶς φησιν, "ὅτι πόθεν ἀποδειχθήσεται Θεοῦ παῖς ὁ τοιαῦτα κολασθείς, εἰ μὴ περὶ τούτου προείρηται; Εἶτα πάλιν παίζει, καὶ (ὡς ἔθος αὐτῷ) χλευάζει, "δύο εἰσάγων υἱοὺς Θεῶν, τὸν τοῦ δημιουργοῦ ἕνα, καὶ τὸν κατὰ Μαρκίωνα Θεοῦ ἕτερον· καὶ ἀναζωγραφεῖ αὐτῶν μονομαχίας, λέγων αὐτὰς εἶναι ὡς τῶν ὀρτύγων καὶ τῶν πατέρων θεομαχίας· ἢ διὰ γῆρας ἀργοῦντες αὐτοὺς ὄντας, καὶ ληροῦντας, μηδὲν μὲν ἀλλήλοις διαπεῖραι, ἐᾶν δὲ τοὺς παῖδας μάχεσθαι. ὅπερ οὖν εἶπεν ἐν τοῖς ἀνωτέρω, τοῦτο φήσομεν πρὸς αὐτόν, Ποία γυνὴ

Hæc dixit, quia neſciebat puram & virgineam incorruptámque nativitatem corporis, cujus miniſterio ſervandum erat humanum genus. Putat autem juxta Stoicorum opinionem, diſſimulatâ doctrinâ de indifferentibus, in contaminationem miſſam & contaminatam divinam naturam: ſive quòd manſiſſet in mulieris corpore, donec & ipſi corpus formaretur; ſive hoc ipſo, quòd corpus ſumpſiſſet: non aliter quàm qui putant radios Solis pollui contactu cœni vel cadaveris, nec ibi quoque puritatem ſuam ſervare. Quòd ſi juxta Celſi propoſitum abſque nativitate Jeſus corpus aſſumpſiſſet, non ſtatim qui corpus id viderent, abſque nativitate factum crederent: aſpectus enim non indicat naturam & originem. Verbi gratiâ, fac aliquod mel non ab apibus profectum, de hoc nemo ex guſtu aſpectûve pronuntiaret, non eſſe oriundum ab apibus; ſicut nec id quod ab apibus eſt confectum guſtu declarat ſuum principium, ſed id experientiâ diſcimus: ità eadem experientia docet nos, vinum eſſe ortum ex vite; guſtus enim non refert à vite originem: eodem igitur modo ſenſibile corpus non indicat rationem ſuæ ſubſiſtentiæ. Quod autem dicimus confirmatur per cœleſtia corpora, quorum ſplendorem ſenſu percipimus; nec tamen is ſenſus nos docet utrùm creata ſint an non; nam de hoc inter ſectas non convenit. Quin & illi, qui facta eſſe dicunt, non conſentiunt quomodo facta ſint: ut enim eſſe facta evincatur rationibus, ſenſus tamen non docet quomodo facta ſint. Ac rurſum toties inculcatas Marcionis opiniones repetit, nonnunquam verè has recitans, interdum non intellectas etiam: quæ, quia nihil ad nos attinent, indignæ ſunt reſponſione. Móxque iterum ad Marcionem reverſus pro illo & contrà diſſerit, partim damnans eum, partim liberans à crimine: &, dum vult patrocinari his, qui aiunt Chriſtum prænuntiatum Prophetarum oraculis, accuſans Marcionem ejúſque ſectatores, apertè dicit, *Quis affectum tali ſupplicio crederet Dei filium, niſi eſſet id à Prophetis prædictum?* Deinde more ſuo cavillatur, *duos inducens filios Deorum, alterum conditoris, alterum Marcionitarum Dei, eorúmque monomachias depingens: quas dicit ſimiles coturnicum certaminibus, quæ per ætatem pugnæ jam inutiles, non amplius in ſe invicem ſæviant, ſinántq; pugnare ſuos filios.* Hic ipſi occinemus quod ſuperiùs dixerat,

Quæ

Quæ anus mulcens infantulum non erubeſceret dicendo talia, qualia hic in opere, cui *Veri ſermonis* inſcripſit titulum? Cùm enim deberet ſeriò contendere, omiſſis ſeriis ludit & ſcurratur, putans ſe mimos ſcribere aut dicteria, non videns hoc alienum ab inſtituto volentis nos à Chriſtiana pietate ad ſua dogmata traducere. Qui, ſi graviter loqueretur, fortaſſe credibiliora diceret: nunc, quia cavillatur, ludit, ſcurratur, dicemus eum hoc facere, quòd meliora non habeat, alioquin in tantam nugacitatem non incideret. Poſt hæc dicit, *Quoniam divinus ſpiritus erat in corpore, debebat eſſe præſtantior ceteris ſtaturâ, aut formâ, aut robore, aut voce, aut majeſtate, aut eloquentiâ. Eſt enim incredibile, cui plus divinitatis inerat, eum nullâ re fuiſſe præſtantiorem ceteris: at hic nihilo erat potior; ſed, quod ipſi fatentur, parvus & deformis erat & humilis.* Hinc quoque ſatis apparet, quòd, quoties ei Jeſum accuſare libet, credulus eſt Scripturis noſtris, unde accuſandi occaſiones ſibi, ut putat, oblatas arripit, citans earum teſtimonia: ubi verò eaſdem ſentit adverſari ſuis calumniis, eas ſe ſcire diſſimulat. Fatemur ſcriptum de Jeſu corpore deſpicabili, quamvis non habeatur apertè aſcriptum, parvum fuiſſe ac vile. Eſt autem locus apud Eſaiam prædicentem venturum eum non ſupra modum decorâ ſpecie, nec excellenti pulchritudine, *Domine, quis credidit auditui noſtro? & brachium Domini cui revelatum eſt? annuntiavimus in conſpectu ejus ſicut infantulus, ſicut radix in terra ſiti ſqualida: non eſt ſpecies ei, nec decor; ſed ſpecies ejus ſine honore, & deficiens ſupra filios hominum.* Hæc ergò Celſus audivit, quòd putaret pro ſe eſſe, & ad accuſationem Jeſu facere; non item illa è Pſalmo quadrageſimo quarto, quomodo dicantur, *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime ſpecie tuâ & pulchritudine, & intende, proſperare & regna.* Sed fac eum non legiſſe hanc Prophetiam; aut legiſſe quidem, ſeductum tamen à malis interpretibus non putare quicquam eam ad Chriſtum pertinere: quid dicet de Evangelio, ubi conſcenſo excelſo monte transformatus eſt coram diſcipulis, & viſus eſt in gloria: quando & Moſes & Elias in gloria viſi colloquebantur de ipſius exitu complendo in Hieruſalem? niſi fortè dum Propheta dicit, *Vidimus eum non habentem pulchritudinem*, & reliqua; Celſus aſſentit Prophetiam hanc ad Jeſum referendam, cœ-

κολακεύουσα παιδίον οὐκ αἰδεσθείη τοιαῦ-
τα λέγειν, ὁποῖα οὗτος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἀλη-
θεῖ λόγῳ; δέον γὰρ αὐτὸν πραγματικῶς στῆναι
πρὸς τοὺς λόγους· ὁ δὲ ἐάσας τὰ πράγματα παίζει
καὶ βωμολοχεῖ, οἰόμενος μίμους γράφειν ἢ τινα
σκώμματα, οὐχ ὁρῶν, ὅτι ἡ τοιαύτη ἀγωγὴ τοῦ
λόγου παρὰ τὴν πρόθεσιν τὴν αὐτοῦ ἐστι, βου-
λομένου καταλιπόντας ἡμᾶς Χριστιανισμὸν προσ-
έχειν αὐτοῦ τοῖς δόγμασιν. ἅτινα εἰ μὲν ἐσε-
μνολόγει, τάχα πιθανώτερα ἦν· ἐπεὶ δὲ
χλευάζει, καὶ παίζει, καὶ βωμολοχεῖ, φήσομεν,
ὅτι ἀπορίᾳ σεμνῶν λόγων (οὐ γὰρ εἶχεν αὐτοὺς,
οὐδὲ ἠπίστατο) εἰς τοσαύτην ἐνέπεσε φλυαρίαν.
Ἑξῆς τούτοις λέγει, “ὅτι ἐπειδὴ θεῖον πνεῦμα
“ἦν ἐν σώματι· πάντως τι παραλλάττειν αὐτὸν
“τῶν λοιπῶν ἐχρῆν, κατὰ μέγεθος, ἢ κάλ- Dedit ſpeciē & formā
“λος, ἢ ἀλκὴν, ἢ φωνὴν, ἢ κατάπληξιν, ἢ
“πειθώ. ἀμήχανον γὰρ ὅτῳ θεῖόν τι πλέον τῶν
“ἄλλων προσῆν, μηδὲν ἄλλου διαφέρειν· τοῦτο
“δὲ οὐδὲν ἄλλου διέφερεν, ἀλλ᾽ (ὥς φασι) μι-
“κρὸν καὶ δυσειδὲς καὶ ἀγεννὲς ἦν. φαίνεται δὴ
καὶ ἐν τούτοις, ὅτι ἐὰν μὲν κατηγορεῖν θέλῃ τοῦ Ἰη- *. πιστεύειν.
σοῦ, ὡς * πιστεύων ταῖς παρέχειν δοκούσαις αὐ-
τῷ γραφαῖς ἀφορμὰς κατηγορίας, λέγει τὰ ἀπ᾽
αὐτῶν· ὅπου δὲ κατὰ τὰς αὐτὰς γραφὰς δόξαι ἄν
τις τὰ ἐναντία λέγεσθαι τοῖς εἰς κατηγορίαν πα-
ραλαμβανομένοις, ταῦτα οὐδὲ προσποιεῖται εἰ-
δέναι. ὁμολογουμένως τοίνυν γέγραπται τὰ περὶ
τοῦ δυσειδὲς γεγονέναι τὸ Ἰησοῦ σῶμα· οὐ μὴν
ὡς ἐκτέθειται καὶ ἀγεννὲς, οὐδὲ σαφῶς δηλοῦται
ὅτι μικρὸν ἦν. ἔχει δὲ ἡ λέξις οὕτω παρὰ τῷ
Ἠσαΐᾳ ἀναγεγραμμένη, προφητεύοντι αὐτὸν
ἐπιδημήσοντα τοῖς πολλοῖς οὐκ ἐν ὡραίῳ εἴδει, οὐ- Eſaiæ 53. 1,
δέ τινι ὑπερέχοντι κάλλει, Κύριε, τίς ἐπίστευσε 2, 3.
τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ βραχίων Κυρίου τίνι ἀπε- * παιδίον.
καλύφθη; ἀνηγγείλαμεν ἐναντίον αὐτοῦ, ὡς * παι-
δίον, ὡς ῥίζα ἐν γῇ διψώσῃ. οὐκ ἔστιν εἶδος αὐ-
τῷ, οὐδὲ κάλλος· ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον,
καὶ ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. ἆρ᾽
οὖν τούτων μὲν ὁ Κέλσος ἤκουσεν, ἐπεὶ ᾤετο αὐ-
τῷ χρήσιμα εἶναι εἰς τὸ κατηγορεῖσθαι τὸν Ἰησοῦν·
οὐκέτι δὲ προσέσχε τοῖς λεγομένοις ἐν τεσσαρακο- Pſal. 44. 4, 5.
στῷ τετάρτῳ Ψαλμῷ, τίνα τρόπον λέγεται, Πε-
ρίζωσαι τὴν ῥομφαίαν σου ἐπὶ τὸν μηρόν σου, δυ-
νατέ. τῇ ὡραιότητί σου, καὶ τῷ κάλλει σου, καὶ * ἔντεινε.
* ἔντεινον, καὶ κατευοδοῦ, καὶ βασίλευε. ἔστω δὲ,
μὴ ἀνεγνωκέναι αὐτὸν τὴν προφητείαν ἢ ἀν-
εγνωκότα περισπᾶσθαι ὑπὸ τῶν παρερμηνευόντων
αὐτὴν, ὡς οὐ περὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ προφητευομένην·
τί φήσει καὶ περὶ τοῦ εὐαγγελίου, ἐν ᾧ ἀναβὰς εἰς Matth. 17. 1.
ὑψηλὸν ὄρος μετεμορφώθη ἔμπροσθεν τῶν μα-
θητῶν, καὶ ὤφθη ἐν δόξῃ; ὅτε καὶ Μωσῆς καὶ Ἡ-
λίας ὀφθέντες ἐν δόξῃ ἔλεγον τὴν ἔξοδον αὐτοῦ,
ἣν ἔμελλε πληροῦν ἐν Ἱερουσαλήμ. ἢ ἐὰν μὲν Lucæ 9. 31.]
προφήτης λέγῃ, Εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶ-
δος, οὐδὲ κάλλος, καὶ τὰ ἑξῆς, [καὶ] ὁ Κέλσος προσδέχεται τὴν προφητείαν ταύτην ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν
ἀναφέρεσθαι.

ἀναφέρεσθαι; τυφλώττων περὶ τὴν παραδο-
χὴν τοῦ λεγομένου, καὶ οὐχ ὁρῶν, ὅτι μεγάλη
κατασκευή ἐστι τοῦ τὸν ἄμορφον εἶναι δοκοῦντα Ἰησοῦν
υἱὸν εἶναι Θεοῦ, τὸ περὶ πολλῶν ἐτῶν τῆς γενέσεως
αὐτοῦ προεφητεῦσθαι καὶ περὶ τοῦ εἴδους αὐτοῦ. ἐὰν
δ᾽ ἄλλος προφήτης ὡραιότητα καὶ κάλλος εἶναι λέ-
γῃ περὶ αὐτὸν, οὐκέτι βούλεται τὴν προφητείαν
εἰς Χριστὸν ἀναφέρεσθαι. καὶ εἰ μὲν σαφῶς ἦν ἀπὸ
τῶν εὐαγγελίων λαβεῖν, ὅτι οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ
κάλλος, ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον ἦν, καὶ ἐκλεῖ-
πον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων· εἶπεν ἄν τις,
οὐ κατὰ τὸ προφητικὸν εἰρηκέναι ταῦτα τὸν Κέλσον,
ἀλλὰ κατὰ τὸ εὐαγγελικόν. νυνὶ δ᾽ οὔτε τῶν εὐαγ-
γελίων, ἀλλ᾽ οὐδὲ τῶν ἀποστόλων ἐμφαινόντων,
ὅτι οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος· σαφὲς ὅτι τὸ ἀπὸ
τῆς προφητείας ἀναγκάζεται παραδέχεσθαι, ὡς
ἀληθευόμενον περὶ Χριστοῦ, ὅπερ οὐκέτι ἐπιτρέπει
τὰς περὶ Ἰησοῦ κατηγορίας προβαίνειν. Πάλιν
τε αὖ ὁ λέγων, "Ἐπειδὴ θεῖον πνεῦμα ἦν ἐν
" σώματι, πάντως παραλλάττειν αὐτὸ τῶν λοι-
" πῶν ἐχρῆν, ἢ κατὰ μέγεθος, ἢ φωνὴν, ἢ ἀλ-
" κὴν, ἢ κατάπληξιν, ἢ πειθώ· πῶς οὐχ ἑώρα
τὸ παραλλάττον τοῦ σώματος αὐτοῦ πρὸς τὸ τοῖς
ὁρῶσι δυνατὸν, καὶ διὰ τοῦτο χρήσιμον, τοιοῦτο
φαινόμενον, ὁποῖον ἔδει ἑκάστῳ βλέπεσθαι; καὶ οὐ
* φύσιν. θαυμαστὸν, τὴν * φύσει τρεπτὴν καὶ ἀλλοιωτὴν,
καὶ εἰς πάντα ἃ βούλεται ὁ δημιουργὸς ὕλην με-
ταβλητὴν, καὶ πάσης ποιότητος ἣν ὁ τεχνίτης
βούλεται δεκτικὴν, ὁτὲ μὲν ἔχειν ποιότη-
Esaiæ 53. 2. τα, καθ᾽ ἣν λέγεται τὸ, Οὐκ εἶχεν εἶδος,
οὐδὲ κάλλος· ὁτὲ δὲ οὕτως ἔνδοξον καὶ κατα-
Matth. 17. 6. πληκτικὴν καὶ θαυμαστὴν, ὡς ἐπὶ πρόσωπον
πεσεῖν τοὺς θεατὰς τοῦ τηλικούτου κάλλους, συν-
αναβάντας τῷ Ἰησοῦ τρεῖς ἀποστόλους. ἀλλ᾽ ἐρεῖ,
ταῦτ᾽ εἶναι πλάσματα, καὶ μύθων οὐδὲν δια-
φέροντα, ὡς καὶ τὰ λοιπὰ τῶν περὶ Ἰησοῦ παρα-
δόξων. καὶ πρὸς τόδε μὲν οὖν διὰ πλειόνων ἐν
τοῖς πρὸ τούτων ἀπελογησάμεθα. ἔχει δέ τι
* μυστικώτε- καὶ * μυστικὸν ὁ λόγος, ἀπαγγέλλων τὰς τοῦ
ρον. Ἰησοῦ διαφόρους μορφὰς ἀναφέρεσθαι ἐπὶ τὴν τοῦ
θείου λόγου φύσιν, οὐχ ὁμοίως φαινομένου τοῖς τε
πολλοῖς, καὶ τοῖς ἀκολουθεῖν αὐτῷ εἰς ὑψηλὸν (ὃ
ἀποδεδώκαμεν) ὄρος δυναμένοις· τοῖς μὲν γὰρ ἔτι
κάτω τυγχάνουσι, καὶ μηδέπω ἐπὶ τὸ ἀναβαίνειν
παρεσκευασμένοις, ὁ λόγος οὐκ ἔχει εἶδος, οὐδὲ
κάλλος· τὸ γὰρ εἶδος αὐτοῦ τοῖς τοιούτοις ἐστὶν ἄτι-
μον, καὶ ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς ὑπὸ ἀνθρώπων
γεγεννημένους λόγους, τροπικῶς ἐν τούτοις καλου-
μένους υἱοὺς ἀνθρώπων. εἴποιμεν γὰρ ἂν πολλῷ ὡ-
ραιοτέρους φαίνεσθαι τοὺς τῶν φιλοσοφούντων λόγους,
ὄντας υἱοὺς ἀνθρώπων, παρὰ τὸν τοῖς πολλοῖς
κηρυσσόμενον Θεοῦ λόγον, ὃς ἐμφαίνει καὶ μωρίαν
1 Cor. 1. 21. κηρύγματος· καὶ διὰ τὴν ἐμφαινομένην μωρίαν τοῦ
κηρύγματος, λέγουσιν οἱ τοῦτο μόνον θεωροῦντες,

cutiens circa ejus intellectum, nec videns quantopere aſtruat fidem de Jeſu Dei filio hoc ipſum, quòd tot ante nativitatem ipſius ſeculis viſus eſt vatibus non habens pulchritudinē: quòd ſi alius Propheta prædicit ejus formam & pulchritudinem, id verò negat eſſe de Chriſto Prophetiam. Ceterùm ſi manifeſtè perciperemus ex Evangeliis eum non habuiſſe vel formam vel pulchritudinem, ſed fuiſſe infeliciore ſpecie quàm reliquos filios hominum; diceret aliquis Celſum hìc autoritatem Evangeliſtarum ſequutum non Prophetarum: nunc, cùm nihil tale vel Evangelia vel Apoſtoli ſignificent, quòd caruerit ſpecie vel pulchritudine, cogitur fateri ſe Prophetarum veritatem agnoſcere, atque non ſinitur his ad calumnias contra Jeſum abuti poſtea. Quid? quòd dum hæc verba diceret, *Siquidem divinus ſpiritus erat in humano corpore, debuerat eſſe ceteris præſtantior ſtaturâ, aut formâ, aut robore, aut voce, aut majeſtate, aut eloquentiâ*, non vidit ejus præſtantiam, duntaxat his utilem, qui poſſunt eam pro ſuo captu cernere. Nec mirum eſt, materiam ſuâpte naturâ vertibilem, alterabilem, in quicquid conditori placet mutabilem, & cujuscunque qualitatis quam ei voluerit ſuus opifex addere capacem, modò talem habere qualitatem, juxta quam dicatur non habuiſſe ſpeciem vel pulchritudinem; modò tam glorioſam, mirandam, ſtupendámque, ut in faciem prociderent ſpectatores tam excellentis pulchritudinis: dico tres illos Apoſtolos, qui unà cum Jeſu montem aſcenderant. Verùm hæc figmenta eſſe cauſabitur, nihilo potiora fabulis, ſicut & reliqua, quæ de Jeſu feruntur miracula, ad quod jam antè copioſè reſpondimus. Ceterùm præſens hæc hiſtoria non caret myſterio, ſignificans varias Jeſu formas referri ad Dei verbi naturam, non eodem modo apparentem vulgo, & his, quibus datum eſt montem, quem expectamus, cum eo conſcendere: nam his, qui adhuc hærent in inferioribus, nondum parati aſcendere, verbum non habet ſpeciem nec pulchritudinem, apud tales enim ſpecies ejus eſt deſpicabilis, & poſthabetur humanis diſſertationibus, quandoquidem non ſine figura dicti ſunt filii hominum. Diceremus enim quòd talibus multò magis arrident, & pulchri videntur philoſophorum ſermones, ut filiis hominum, deteriore loco prædicationem divini verbi cenſentibus, quod illi putant habere quandam ſtultitiæ ſpeciem: quam ſolam dum ſpectant, ſic ſecum loquuntur,

Videmus

Vidimus eum, & non habebat ſpeciem, nec pulchritudinem. At qui valent aſcendentem in montem excelſum aſſequi, his aſpiciendum ſe offert divinâ ſpecie: cui ſpectaculo ſufficit quiſquis, ſicut Petrus, ad ædificandam ſuper ſe per verbum Eccleſiam eſt idoneus, tali comparatâ habitudine, ut nè inferorum quidem portæ ſibi prævaleant, ipſius verbi beneficentiâ ſuper portas mortis exaltato, ut annuntiet omnes Dei laudes in portis filiæ Sion: aut ſi qui ſunt per prædicationem renati jam magniloqui conferendi cum filiis tonitrui. Sed qui poteſt Celſo ejuſque ſimilibus, Chriſtianas literas tantùm inſectandi ſtudio legentibus, contingere, ut intelligant quid ſignificet Jeſu formarum varietas? addo etiam ætatum ejus, atq; geſtorum vel ante paſſionem vel poſt reſurrectionem à mortuis. Deinceps autem in hunc modum Celſus loquitur, *Præterea, ſi voluit Deus, ſicut in Comœdia Jupiter è longo ſomno experrectus, humanum genus à malis eripere, quid ità in unum angulum miſit iſtum (quem jactatis) ſpiritum? cùm deberet ſimiliter alia inſpirare corpora, & per totum orbem dimittere. Comicus certe riſum ſpectatoribus motur us facit Jovem è ſomno excitum ad Athenienſes & Lacedæmonios mittere Mercurium: tu verò non putas ridiculum figmentum, ad Judæos mitti Dei filium?* Vide hìc quoque philoſophicam gravitatem Celſi, è Comœdia petentis riſûs materiam, & ſuo Jovi experrecto mittenti Mercurium comparantis noſtrum Deum conditorem omnium. Qua de re jam antè dictum eſt à nobis, quòd non velut è longo ſomno experrectus Deus ad humanum genus Jeſum miſerit, qui, etſi juſtis de cauſis nunc demum incarnationis diſpenſationem ſuſcepit, ſemper tamen in homines fuit beneficus: nihil enim unquam inter homines boni geſtum eſt, niſi Dei verbo animis eorum præſente, quantulacunq; tempore capacium ejus energiæ. Quin & adventus Jeſu in unum, ut videtur, angulum ratione non caruit: quoniam oportebat ut ad eos, qui unum Deum didicerunt, ejuſq; Prophetas legebant & de Chriſto præconia, veniret qui per Prophetas prænuntiatus fuerat; eo præſertim tempore, quo ex uno angulo divulgandus erat toto orbe terrarum habitabilium. Quapropter non opus erat, ut multa ubiq; fierent corpora, multique, quales Jeſu, ſpiritus ad illuminandum Dei verbo orbem habitatum ab hominibus: ſatis enim erat unum verbum, tanquam juſtitiæ Sol ex-

Εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος. τοῖς μὲν τι ἀκολουθεῖν αὐτῷ δύναμιν ἀνειληφόσι πρὸς τὸ ἕπεσθαι καὶ ἀναβαίνοντι αὐτῷ εἰς τὸ ὑψηλὸν ὄρος, θειοτέραν μορφὴν ἔχει τὴν βλέπειν, εἴ τις ἐστι Πέτρος (χωρήσας τὴν τῆς ἐκκλησίας ἐν αὐτῷ οἰκοδομὴν ἀπὸ τοῦ λόγου· καὶ τοσαύτην ἕξιν ἀνειληφὼς, ὡς μηδεμίαν πύλην ᾅδου κατισχύσειν αὐτοῦ· ὑψωθέντος διὰ τὸν λόγον ἐκ τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου, ὅπως ἂν ἐξαγγείλῃ πάσας τὰς αἰνέσεις τοῦ Θεοῦ ἐν ταῖς πύλαις τῆς θυγατρὸς Σιών) καὶ εἴ τινές εἰσιν ἐκ λόγων τὴν γένεσιν λαβόντες, μεγαλόφωνοί τινες, οὐδὲν ἀποδέοντες υἱῶν βροντῆς. ἀλλὰ πόθεν Κέλσῳ, καὶ τοῖς ἐχθροῖς τοῦ θείου λόγου, καὶ μὴ φιλαλήθως τὰ Χριστιανισμοῦ ἐξετάζουσιν, εἰδέναι τὸ βούλημα τῶν διαφόρων τοῦ Ἰησοῦ μορφῶν; ἐγὼ δὲ λέγω καὶ ἡλικιῶν, καὶ εἴ τι τῶν πρὸ τοῦ παθεῖν αὐτῷ πεπραγμένων, καὶ τῶν μετὰ τὸ ἀναστῆναι ἀπὸ τῶν νεκρῶν. Ἑξῆς δὲ τοιαῦτά τινα λέγει ὁ Κέλσος, "Ἔτι μὴν, εἴπερ ἐβούλετο ὁ Θεὸς, ὥσπερ ὁ παρὰ τῷ κωμῳδῷ Ζεὺς, ἐκ τοῦ μακροῦ ὕπνου διυπνίσας ῥύσασθαι τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἐκ κακῶν· τί δή ποτε εἰς μίαν γωνίαν ἔπεμψε τοῦτο (ὅ φατε) πνεῦμα; δέον πολλὰ ὁμοίως διαφυσῆσαι σώματα, καὶ κατὰ πᾶσαν ἀποστεῖλαι τὴν οἰκουμένην. ἀλλ' ὁ μὲν κωμῳδὸς ἐν τῷ θεάτρῳ γελωτοποιῶν συνέγραψεν ὅτι Ζεὺς ἐξυπνισθεὶς Ἀθηναίοις καὶ Λακεδαιμονίοις τὸν Ἑρμῆν ἔπεμψε· σὺ δ' οὐκ οἴει * καταγέλαστον πεποιηκέναι Ἰουδαίοις πεμπόμενον τὸν Θεοῦ τὸν υἱόν; ὅρα δὴ καὶ ἐν τούτοις τὸ ἄσεμνον τοῦ Κέλσου, ἀφιλοσόφως κωμῳδίας ποιητὴν γελωτοποιὸν παραλαβόντος, καὶ τῷ παρ' αὐτῷ διυπνισθέντι πέμποντι Ἑρμῆν παραβάλλοντος τὸν τῶν πάντων δημιουργὸν Θεὸν ἡμῶν. εἰρήκαμεν δὴ ἐν τοῖς πρὸ τούτων, ὅτι οὐχ ὥσπερ ἀπὸ μακροῦ ὕπνου διαναστὰς ὁ Θεὸς ἔπεμψε τὸν Ἰησοῦν τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, τὴν μὲν κατὰ τὴν ἐνσωμάτωσιν οἰκονομίαν νῦν δι' εὐλόγους αἰτίας ἐπιτελέσαντα, ἀεὶ δὲ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων εὐεργετήσαντα. οὐδὲν γὰρ τῶν ἐν ἀνθρώποις καλῶν γεγένηται, μὴ τοῦ θείου λόγου ἐπιδημήσαντος ταῖς ψυχαῖς τῶν κἂν ὀλίγον χρόνον δυναμένων δέξασθαι τὰς τοιαύτας τοῦ θείου λόγου ἐνεργείας. ἀλλὰ καὶ ἡ δοκοῦσα εἰς μίαν γωνίαν ἐπιδημία τοῦ Ἰησοῦ εὐλόγως γεγένηται· ἐπείπερ ἐχρῆν τοῖς ἕνα Θεὸν μεμαθηκόσι, καὶ τοὺς προφήτας αὐτοῦ ἀναγινώσκουσι, καὶ κηρυσσόμενον Χριστὸν μανθάνουσιν, ἐπιδημῆσαι τὸν προφητευόμενον, καὶ ἐπιδημῆσαι ἐν καιρῷ, ὅτ' ἔμελλεν ἐκχεῖσθαι ἀπὸ μιᾶς γωνίας ἐπὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. διὸ καὶ χρεία οὐκ ἦν πολλὰ γενέσθαι πανταχοῦ σώματα, καὶ πολλὰ ἀνάλογον τῷ Ἰησοῦ πνεύματα, ἵνα ἡ πᾶσα τῶν ἀνθρώπων οἰκουμένη φωτισθῇ τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ. ἤρκει γὰρ ὁ εἷς λόγος, ὡς δικαιοσύνης ἥλιος ἀνατείλας

Esaiæ 53. 2.
Matth. 16.18.
Psal. 9. 14.
Marc. 3. 17.

Contra impium Celsi scomma quasi ex longo somno experrectus Deus unum tantum in unum angulum ad genus humanum e malis eripiendum miserit

* καταγελαστότερον.

Gravi increpatione utitur et breviter magnâ ... et argumentis rationis vindicat divinam utrâque ... condonationem

Malach. 4. 2.

Joan. 1. 12. ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας ἐκπέμψαι τὰς ἐπὶ τὴν ψυχὴν τῶν βουλομένων αὐτὸν παραδέξασθαι φθανούσας αὐγάς. εἰ δὲ καὶ πολλά τις ποθεῖ σώματα πεπληρωμένα θείου πνεύματος ἰδεῖν, ἀνάλογον ἐκείνῳ τῷ ἑνὶ Χριστῷ, διακονούμενα τῇ πανταχοῦ τῶν ἀνθρώπων σωτηρίᾳ· κατανοείτω τοὺς πανταχοῦ ὑγιῶς καὶ μετὰ βίου ὀρθοῦ διδάσκοντας τὸν Ἰησοῦ λόγον, Χριστοὺς καὶ αὐτοὺς ὑπὸ τῶν θείων γραφῶν

1 Paral. 16. 22. κεχρισμένους ἐν τῷ, Μὴ * ἅπτεσθε τῶν Χριστῶν μου, καὶ

Psal. 104. 15. ἐν τοῖς προφήταις μου μὴ πονηρεύεσθε. καὶ γὰρ ὥσ-

* ἅψησθε.

Joan. 2. 18. περ ἠκούσαμεν ὅτι Ἀντίχριστος ἔρχεται, καὶ οὐδὲν ἧττον μεμαθήκαμεν, ὅτι Ἀντίχριστοι πολλοί εἰσιν ἐν τῷ κόσμῳ· τὸν αὐτὸν τρόπον ὅτι Χριστὸς ἐπιδεδήμηκε γνόντες θεωροῦμεν ὅτι δι' αὐτὸν πολλοὶ Χριστοὶ γεγόνασιν ἐν τῷ κόσμῳ, οἵτινες, ἀνάλογον ἐκείνῳ, ἠγάπησαν δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησαν ἀδικίαν· καὶ διὰ τοῦτο ἔχρισε καὶ αὐτοὺς ὁ Θεὸς, ὁ Θεὸς τοῦ Χριστοῦ, ἐλαίῳ ἀγαλλιάσεως. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ὅσῳ ὑπὲρ τοὺς μετόχους αὐτοῦ

Hebr. 1. 9. ἀγαπήσας δικαιοσύνην, καὶ μισήσας ἀνομίαν, καὶ τὴν ἀπαρχὴν εἴληφε τοῦ χρίσματος, καὶ (εἰ χρὴ οὕτως ὀνομάσαι) ὅλον τὸ χρίσμα τοῦ τῆς ἀγαλλιάσεως ἐλαίου· οἱ δὲ μέτοχοι αὐτοῦ, ἕκαστος

* μετέχει.

ὡς κεχώρηκε, * μετέχειν καὶ τοῦ χρίσματος αὐ-

Coloſſ. 1. 18. τοῦ. διόπερ, ἐπεὶ Χριστὸς κεφαλή ἐστι τῆς ἐκκλησίας, ὡς εἶναι ἓν σῶμα Χριστὸν καὶ τὴν ἐκκλησίαν·

Pſal. 132. 2. τὸ μύρον ἐπὶ κεφαλῆς καταβέβηκεν ἐπὶ τὸν πώγωνα, τὰ σύμβολα τοῦ τελείου ἀνδρὸς, Ἀαρὼν, καὶ ἔφθασε καταβαῖνον τοῦτο τὸ μύρον ἐπὶ τὴν ᾤαν τοῦ ἐνδύματος αὐτοῦ. καὶ ταῦτα δέ μοι λελέκται πρὸς τὸν ἄσεμνον τοῦ Κέλσου λόγον εἰπόντος, "Ἔδει πολλὰ ὁμοίως διαφυσῆσαι σώματα, καὶ κατὰ πᾶσαν ἀποστεῖλαι τὴν οἰκουμένην." ὁ μὲν οὖν κωμῳδὸς γελωτοποιῶν τὸν Δία κοιμώμενον πεποίηκε * τι καὶ διυπνιζόμενον, καὶ πέμ-

* τι καί.

ποντα πρὸς τοὺς Ἕλληνας τὸν Ἑρμῆν· ὁ δὲ λόγος, ἄϋπνον ἐπιστάμενος φύσιν τὴν τοῦ Θεοῦ, διδασκέτω ἡμᾶς, ὅτι κατὰ καιροὺς οἰκονομεῖ τὰ τοῦ κόσμου πράγματα ὁ Θεὸς, ὡς ἀπαιτεῖ τὸ εὔλογον. οὐ θαυμαστὸν δὲ εἰ, διὰ τὸ μεγάλας εἶναι καὶ

Sap. 17. 1. δυσδιηγήτους τὰς κρίσεις τοῦ Θεοῦ, αἱ ἀπαίδευτοι πλανῶνται ψυχαὶ, καὶ Κέλσος σὺν αὐταῖς. οὐδὲν οὖν καταγέλαστόν ἐστιν ἐν τῷ, Ἰουδαίοις, παρ' οἷς γεγόνασιν οἱ προφῆται, πεπέμφθαι τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ· ἵν' ἐκεῖθεν ἀρξάμενος σωματικῶς δυνάμει καὶ πνεύματι ἀνατείλῃ τῇ μηκέτι βουλομένῃ ἔρημον Θεοῦ τυγχάνειν οἰκουμένῃ ψυχῶν. Ἑξῆς δὲ τούτοις ἐνθεώτατα ἐξ ἀρχῆς ἔδοξε Κέλσῳ λέγειν ἔθνη Χαλδαίους, ἀφ' ὧν ἡ ἀπατηλὸς γενεθλιαλογία νενέμηται τοὺς ἀνθρώπους. ἀλλὰ καὶ Μάγους τοῖς ἐνθεωτάτοις κατατάττει ἔθνεσιν ὁ Κέλσος, ἀφ' ὧν ἡ παρώνυμος τοῦ ἔθνους αὐτῶν μαγεία καὶ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν, ἐπὶ διαφθορᾷ καὶ ὀλέθρῳ τῶν χρωμένων αὐτῇ, ἐπιδεδήμηκε. καὶ Αἰγυπτίους μὲν ἐν μὲν τοῖς ἀνωτέρω καὶ

ortus à Judæa, mittendis radiis in animas excipere volentium. Quòd ſi quis deſiderat videre multa corpora repleta divino ſpiritu, &, quemadmodum unicus ille Chriſtus, miniſtrantia ſaluti hominum ubivis degentium; conſideret eos, qui paſſim rectâ vitâ ſanâque Jeſu doctrinâ prælucent hominibus, vocari & ipſi Chriſti in divinis literis, ubi legitur, *Nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetis meis nè malignemini.* Nam ſicut audivimus, quòd Antichriſtus veniat, & nihilominùs didicimus multos Antichriſtos eſſe in mundo: eodem modo, agnoſcentes Chriſti adventum, contemplamur multos per eum in mundo factos Chriſtianos, qui ad ipſius ſimilitudinem *dilexerunt juſtitiam & oderunt iniquitatem*; *quapropter & eos unxit Deus*, ille inquam Chriſti Deus, *oleo exultationis.* Sed Chriſtus, quia præ participibus ſuis dilexit juſtitiam, odio verò habuit iniquitatem, & primitias hujus unctionis accepit, & (ut ità loquar) totam unctionem olei hujus exultatorii. Ceterùm participes ejus, quantum quiſque capere potuit, tantum ejus unctionis adeptus eſt: quamobrem, cùm Chriſtus ſit caput Eccleſiæ, ut pro uno corpore cenſeatur Chriſtus & Eccleſia, unguentum capitis deſcendit in barbam Aaronis, quod eſt inſigne viri perfecti, pervenitque deſcendendo uſque ad oram veſtimenti. Atque hæc dicta ſint ad indecorum Celſi dicterium, *Quòd debuerint ſimiliter inſpirari multa corpora, & per totum orbem dimitti.* Ergò Comicus iſte riſum captans Jovem dormientem finxit, ac mox experrectum mittentem ad Græcos Mercurium: at noſtra doctrina, quæ novit Dei naturam pervigilem, docet nos, quòd Deus res hujus mundi ratione ſummâ diſpenſat pro opportunitate temporum. Non eſt autem mirandum, ſi, cùm ſint judicia Dei magna & inenarrabilia, imperitorū animæ falluntur, & Celſus inter ceteras. Itaque non eſt ridendum, ad Judæos, apud quos Prophetæ fuerunt, miſſum eſſe Dei filium, ut illinc initio facto corporaliter, virtute ac ſpiritu oriretur animis non ampliùs terram à Deo deſertam colere volentibus. Deinceps autem placuit Celſo diviniſſimas gentes dicere, primùm Chaldæorum, à quibus in homines propagata eſt fallax genethliacorum diſciplina: deinde Magorum, à quibus denominata Magia, & ad ceteras gentes profecta corruptelam in eas invexit & perniciem. Ægyptios quoque, quamvis ſuperiùs eorum errorem taxaverit,

rit, quòd intra ornatiſſimos templorum ſuorum ambitus nihil ſacrorum incluſum aſſervent præter ſimias, crocodilos, capras, aſpides, ſimiléſque beſtias, nunc annumerat diviniſſimis jam indè ab initio: fortaſſe quia jam indè ab initio Judæis fuerunt infenſiſſimi. In hunc diviniſſimarum gentium ordinem accenſet etiam Perſas, infames matrum ac filiarum concubitu: atque Indos etiam, quos paulò antè humanis carnibus veſci dixerat. Judæos verò, qui nihil unquam tale fecerunt per tot ſecula, adeò non dixit divinos, ut dicat mox perituros. Id autem jam velut vaticinatur de eis: non videns quàm præſentem olim horum Reſpublica Deum habuerit; & quòd per peccatum eorum gentibus externis ſalus contigerit; & delictum eorum attulerit mundo divitias, donec compleatur gentium introitus, ut poſtea totus, quem Celſus non intelligit, Iſrael ſalutem conſequatur. Illud neſcio quomodo de Deo prædicet, *quòd, cùm ſit omniſcius, ignoraverit ſe tamen mittere filium ad malos homines, occiſuros eum per ſummum ſcelus*. Mihi videtur oblitus eorum, quæ de Jeſu Chriſto prædicantur, præſciviſſe illum divino ſpiritu quicquid paſſurus erat, & omnia prædicta fuiſſe Prophetarum vaticiniis. Unde ſequitur falſum eſſe, *quòd neſcierit Deus filium ſe ad malos mittere, affecturos eum ſupplicio*: quamvis mox ipſe ait *nos huc refugere, ut dicamus omnia hæc prænuntiata vatum priſcorum oraculis*. Sed, quoniam ſextus liber jam ſatis excrevit, faciemus ſeptimo initium, in quo videbimus quid Celſus contra nos afferat, dicentes omnia de Chriſto prænuntiata per Prophetas: ad quæ quoniam prolixiùs reſpondendum eſt, nè ſermonem cogamur interrumpere, hìc ſextum librum alioqui majorem juſto molem habiturum finire volumus.

παρὰ τῷ Κέλσῳ ἐπλανῶντο, ὡς σεμνοὺς μὲν ἔχοντες περιβόλους τῶν νομιζομένων ἱερῶν, ἔνδον δὲ οὐδὲν ἀλλ' ἢ πιθήκους, ἢ κροκοδείλους, ἢ αἶγας, ἢ ἀσπίδας, ἢ τινα τῶν ζώων· νυνὶ δὲ ἔδοξε Κέλσῳ ἐνθεώτατον εἰπεῖν καὶ τὸ Αἰγυπτίων ἔθνος, καὶ ἐνθεώτατον ἐξ ἀρχῆς· τάχα, ἐπεὶ Ἰουδαίοις ἐξ ἀρχῆς προσπεπολεμήκασι. καὶ Πέρσαι δὲ, οἱ τὰς μητέρας γαμοῦντες, καὶ θυγατράσι μιγνύμενοι, ἔνθεον ἔθνος εἶναι τῷ Κέλσῳ δοκοῦσι· ἀλλὰ καὶ * Ἰνδοὶ, ὧν τινας ἐν τοῖς προειρημένοις ἔλεγε καὶ ἀνθρωπείων γεγεῦσθαι σαρκῶν. μηδὲν δὲ τούτων Ἰουδαίους, μάλιστα τοὺς πάλαι, πράττοντας οὐ μόνον οὐκ εἶπεν ἐνθεωτάτους, ἀλλὰ καὶ αὐτίκα ἀπολουμένους. τοῦτο μὲν ἤδη καὶ ὡς μαντικὸς λέγει περὶ αὐτῶν· οὐχ ὁρῶν πᾶσαν τὴν περὶ Ἰουδαίους, καὶ τὴν σεμνὴν πάλαι πολιτείαν αὐτῶν, τοῦ Θεοῦ οἰκονομίαν· καὶ ὡς τῷ ἐκείνων παραπτώματι ἡ σωτηρία γεγένηται τοῖς ἔθνεσι· καὶ τὸ παράπτωμα αὐτῶν, πλοῦτος κόσμου· καὶ τὸ ἥττημα αὐτῶν, πλοῦτος ἐθνῶν· * ἄχρις οὗ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, ἵνα μετὰ τοῦτο πᾶς, ὃν οὐ νοεῖ Κέλσος, Ἰσραὴλ σωθῇ. οὐκ οἶδα δ' ὅπως φησὶ περὶ τοῦ Θεοῦ, "ὅτι ὁ πάντα εἰδὼς τοῦτο οὐκ ἠπίστατο, ὅτι κακοῖς ἀνθρώποις, καὶ ἁμαρτησομένοις, καὶ κολάσουσιν αὐτοῦ τὸν υἱὸν πέμπει." ἀλλ' ἔοικε νῦν μὲν ἑαυτὸν ἐπιλελῆσθαι τοῦ φάσκοντος λόγου, πάντα, ἃ πείσεται Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, προεωρακέναι θείῳ πνεύματι, καὶ προπεφητευκέναι τοὺς τοῦ Θεοῦ προφήτας. διὸ οὐχ ἕπεται τὸ "μὴ ἐγνωκέναι τὸν Θεὸν, ὅτι κακοῖς καὶ ἁμαρτησομένοις ἀνθρώποις πέμπει τὸν υἱὸν, καὶ κολάσουσιν αὐτόν." εὐθέως δὲ λέγει τὸ, "πάλαι ταῦτα προειρῆσθαι, ἐν ἀπολογίᾳ ὑφ' ἡμῶν λέγεσθαι." ἀλλ', ἐπεὶ αὐτάρκη περιγραφὴν εἴληφεν ὁ ἕκτος ἡμῶν τόμος, αὐτοῦ που καταπαύσαντες τὸν λόγον ἀρξόμεθα (Θεοῦ διδόντος) ἑβδόμου· ἐν ᾧ ἀπαντᾶν νομίζει πρὸς τὸ ὑφ' ἡμῶν λέγεσθαι, τοὺς προφήτας πάντα τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ προειρηκέναι. ἅτε ἐπεὶ πλείονά ἐστι, καὶ πλείονος λόγου δεῖται τὰ πρὸς αὐτά· οὔτε διακόψαι ἐβουλήθημεν, ὑπὸ τοῦ μεγέθους ἀναγκαζόμενοι τοῦ βιβλίου, οὔτε, ὑπὲρ τοῦ μὴ διακόψαι τὸν λόγον, μείζονα ποιῆσαι καὶ ὑπὲρ τὸ σύμμετρον τὸν ἕκτον τόμον.

* Ἰνδῶν.

Rom. 11. 25, 26.

* ἕως τὸ πλήρ.

Scomma de fatis filii ignotis [illegible]

Lucæ 24. 26, 27.

Τέλος τοῦ ς'. Τόμου.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ
ΚΑΤΑ
ΚΕΛΣΟΥ
ΤΟΜΟΣ ζ'.

Ἐν ἓξ τοῖς πρὸ τούτων, ἱερὲ ἀδελφὲ Ἀμβρόσιε, ἀγωνισάμενοι, κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν, βιβλίοις πρὸς τὰς Κέλσου κατὰ Χριστιανῶν κατηγορίας, καὶ μηδὲν, ὅση δύναμις, ἀβασάνιστον καὶ ἀνεξέταστον ἐάσαντες, μηδὲ παρελθόντες, πρὸς ὃ, ὡς οἴονται ἡμῖν, ἀπηντήσαμεν, Θεὸν ἐπικαλεσάμενοι δι' αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ κατηγορουμένου ὑπὸ Κέλσου, ἵν' ἡμῖν ἐλλάμψῃ ἐν τῇ καρδίᾳ, ἀλήθεια τυγχάνων, τὰ ἀνατρεπτικὰ τοῦ ψεύδους, ἀρχόμεθα καὶ ἑβδόμου συγγράμματος, τὸ προφητικὸν ἐκεῖνο ἐν τῇ πρὸς Θεὸν

Pſal. 53. 6.

λέγοντες εὐχῇ, τὸ, Ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου ἐξολόθρευσον αὐτοὺς, δῆλον δ' ὅτι τοὺς ἐναντίους τῇ ἀληθείᾳ λόγους (ἐπεὶ γὰρ ἀληθείᾳ Θεοῦ ἐξολοθρεύονται) ἵν', ἐξολοθρευθέντων αὐτῶν, οἱ πάντες * πυρασμοῦ ἀπολυθέντες εἴπωσι

* πειρασμοῦ.
Ibid. v. 7.

τὸ ἑξῆς ἐκείνῳ, τὸ, Ἑκουσίως θύσω σοι, λογικὴν καὶ ἄκαπνον θυσίαν προσφέροντες τῷ Θεῷ τῶν ὅλων. πρόκειται δὲ νῦν τῷ Κέλσῳ κατηγορῆσαι τοῦ φάσκοντος λόγου, ὑπὸ τῶν παρὰ Ἰουδαίοις προφητῶν προειρῆσθαι τὰ περὶ τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν. καὶ πρῶτόν γε, κατ' ἀρχὰς, ἐξετάζωμεν ὧν οἴεται, τοὺς μὲν ἄλλον εἰσηγουμένους Θεὸν, παρὰ τὸν Ἰουδαίων Θεὸν, μηδαμῶς δύνασθαι ἀπαντᾷν πρὸς τὰς ἐπαπορήσεις αὐτοῦ· ἡμᾶς δὲ, τοὺς τὸν αὐτὸν τηρήσαντας Θεὸν, καταφεύγειν ἐπὶ τὴν διὰ τῶν προφητευομένων περὶ Χριστοῦ ἀπολογίαν. καί φησι πρὸς ταῦτα, "Ἴδωμεν ὅτῳ ἐκφεύξονται παραίτησιν; οἱ μὲν "ἄλλον εἰσηγούμενοι Θεὸν, οὐδεμίαν· οἱ δὲ τὸν "αὐτὸν, αὖθις τὸ αὐτὸ ἐροῦσιν, ἐκεῖνο δὴ τὸ "σοφὸν, ὅτι ἐχρῆν οὕτω γενέσθαι· τεκμήριον δὲ, "πάλαι γὰρ ταῦτα προείρητο. φήσομεν δὲ πρὸς ταῦτα, ὅτι οὕτως ἐστὶν ἀσθενῆ τὰ εἰρημένα περὶ τοῦ Ἰησοῦ καὶ Χριστιανῶν ἐν τοῖς ὀλίγῳ πρὸ τούτων, ὡς καὶ τοὺς ἄλλον εἰσηγουμένους Θεὸν, καὶ τοῦτο πράττοντας ἀσεβῶς, εὐχερέστατα ἀπαντῆσαι πρὸς τὰ ὑπὸ Κέλσου λεγόμενα· καὶ εἰ μὴ ἄτοπον ἦν ἀφορμὰς διδόναι τοῖς ἀσθενεστέροις πρὸς παραδοχὴν χειρόνων δογμάτων, καὶ ἡμεῖς ἂν τοῦτο πεποιήκαμεν, ἵν' ἐλέγξωμεν ψευδὲς τὸ περὶ τῶν, τοὺς ἄλλον εἰσηγουμένους Θεὸν μηδεμίαν ἔχειν ἀπολογίαν πρὸς τὰ ὑπὸ Κέλσου λελεγμένα. νυνὶ δὲ ἡμεῖς, φέρε, περὶ τῶν προφητῶν πρὸς τοῖς ἀνωτέρω εἰρημένοις ἀπολο-

Celſi cavillatio de vaticiniis de Jeſ. Xto

Lib. 1. p. 20. 39 Lib. 3. p. 112.

POſt longum certamen, quod ſex ſuperioribus libris contra Celſum Chriſtianorum calumniatorem, quantum potuimus, decertavimus, nihil, quoad licuit, indiſcuſſum relinquendo, invocato divino numine per ipſum Chriſtum, quem Celſus calumniis impetit, ut, cùm ſit veritas, illuceſcat cordi noſtro ad ſubverſionem mendacii; ſeptimum jam ordimur à precatione illa Prophetica, *Deus in veritate tua diſperde eos*, nimirum ſermones veritati adverſarios: (nam hi per Dei veritatem diſperduntur,) ut his diſperditis omnes à tentatione liberati dicant id, quod mox ſequitur, *Voluntariè ſacrificabo tibi*, videlicet rationalem & ſine fumo victimam, Deo univerſorum Domino gratiſſimam. Eſt autem nunc inſtitutum Celſi accuſare eos, qui aiunt Prophetarum Judæorum vaticinia de Jeſu Chriſto præcinere. Illud primùm inquirimus, quòd eos exiſtimet, qui alium quempiam præter Judæorum Deum inducunt, nequaquam poſſe ad ipſius objecta reſpondere; nos, etiam eundem Deum retinentes, ut nosmet defendamus, ad Prophetarum de Chriſto oracula confugere. Verba ipſius ſunt hæc, *Videamus quid pro ſe adducturi ſint? certè hi, qui alium Deum inducunt, nihil: qui eundem, aſſerent illud ſapiens dictum, oportuiſſe hæc ità fieri; argumentum autem hoc, quòd olim hæc à Prophetis prædicta ſint.* Ad quod reſpondemus, tam eſſe infirma, quæ paulò antè de Jeſu & Chriſtianis ille in medium attulit, ut etiam ab impia ſecta Deum alium introducentium refelli poſſint facilè; quod nos ipſi faceremus ipſorum nomine, ni vereremur nè imbeciliores anſam indè arriperent declinandi ad deteriora dogmata; ut dictum Celſi falſitatis argueremus aſſeverantis eos, qui alium quempiam Deum inducunt, nequaquam poſſe ad ejus objecta reſpondere. Quare, his omiſſis, de Prophetis dicemus, ut antè cœpimus, & primùm ad

illud

illud quod ait, Pythia, Dodonæ, Claria, Branchidarum, Ammonis, aliáque innumera oracula, quorum monitis per omnes ferme terras deductæ ſunt coloniæ, haberi pro nihilo: ceterùm Judæorum dicta non dicta, more gentis ambigua, qualia hodiéque Phœnicum ſunt & Palæſtinorum, miranda putari ac certiſſima. Dico igitur de modò enumeratis oraculis, poſſe nos ex autoritate Ariſtotelis & Peripateticorum multa proferre, Pythiæ ceteriſque fidem abrogantia: poſſe item ex Epicuro ejúſque ſectatoribus tranſcribere quid de his ſentiant, oſtenderéque, quòd ipſi Græci nihili pendant Græciæ oracula vel celebratiſſima. Sed faciamus non eſſe figmenta hominum, quæ feruntur de afflata numine Pythia, ceteriſque id genus vatibus: videamus annon, ſi diligenter rei veritatem expendamus, evinci poſſit, etiamſi maximè ſint oracula, non conſequi neceſſariò præeſſe illis numen aliquod; ſed potiùs quoſdam malos dæmonas, & ſpiritus inſenſos humano generi, opponentéſque ſe animis ad cœlum per virtutis viam ac veram pietatem tendentibus, nè redeant ad Deum. Certè de Pythia, quo non aliud manteium eſt celebrius, narratur vatem illam Apollinis deſidere ſuper foramen ſpecûs Caſtalii, & aſcendentem indè ſpiritum per muliebre gremium recipere, quo repleta profert iſta præclara & divina, ut putantur, oracula. Conſidera nunc, annon hoc ipſo abunde intelligatur ſpiritûs illius impuritas, non per cæcos meatus multò puriores muliebri gremio penetrantis in animam fatidicam, ſed per eos, quos vir honeſtus non ſuſtineret aſpicere, nedum tangere: idque non ſemel atque iterum, quod fortaſſe ferendum erat, ſed quotieſcunque illa inflata Phœbo prophetare creditur. Quin & illud, quòd extra ſe rapta, velut magicis artibus furiata, ipſa quid agat non intelligit, non eſt opus divini ſpiritûs: oportebat enim, ut quis divino numine afflatus priùs adjuvaretur, & perſpicaciùs eo maximè tempore divinitatem ſibi ineſſe ſentiret, quàm reliqui ab oraculo edocti quid ad meliorem & naturæ conſentaneam vitam conducat, ſeu quid proſit aut expediat. Nos ſanè colligimus è ſacris Scripturis, quòd Judæorum Prophetæ illuſtrati

γνησόμεθα· φησὶν οὖν, "Τὰ μὲν ὑπὸ τῆς "Πυθίας, ἢ Δωδωνίων, ἢ Κλαρίου, ἢ ἐν * Βραγ-"χίδαις, ἢ ἐν Ἄμμωνος ὑπὸ μυρίων τε "ἄλλων θεοπρόπων προειρημένα, ὑφ' ὧν "ἐπιεικῶς πᾶσα γῆ κατῳκίσθη, ταῦτα μὲν "οὐδενὶ λόγῳ τίθενται· τὰ δ' ὑπὸ τῶν ἐν Ἰου-"δαίᾳ τὸν ἐκείνων τρόπον λεχθέντα ἢ μὴ "λεχθέντα, καὶ ὥσπερ εἰώθασιν ἔτι νῦν οἱ πε-"ρὶ Φοινίκην τε καὶ Παλαιστίνην, ταῦτά γε "θαυμαστὰ καὶ ἀπαράλλακτα ἡγοῦνται. λέγομεν οὖν περὶ τῶν καταλεγομένων χρηστηρίων, ὅτι δυνατὸν μὲν ἡμῖν, συναγαγεῖν ἀπὸ Ἀριστοτέλους, καὶ τῶν τὰ τοῦ Περιπάτου φιλοσοφησάντων, οὐκ ὀλίγα εἰπεῖν εἰς ἀνατροπὴν τοῦ περὶ τῆς Πυθίας καὶ τῶν λοιπῶν χρηστηρίων λόγου· δυνατὸν δὲ καὶ τὰ λελεγμένα τῷ Ἐπικούρῳ, καὶ τοῖς ἀσπαζομένοις αὐτοῦ τὸν λόγον περὶ τῶν αὐτῶν, παραθεμένους δεῖξαι ὅτι καὶ Ἑλλήνων τινὲς ἀνατρέπουσι τὰ νομιζόμενα καὶ τεθαυμασμένα ἐν πάσῃ Ἑλλάδι θεοπροπεῖα. ἀλλὰ γὰρ δεδόσθω, μὴ εἶναι πλάσματα, μηδὲ προσποιήσεις ἀνθρώπων περὶ θεοσέβειαν, τὰ περὶ τὴν Πυθίαν καὶ τὰ λοιπὰ χρηστήρια· ἴδωμεν ὅμως, εἰ μὴ καὶ οὕτω δύναται, τοῖς φιλαλήθως ἐξετάζουσι τὰ * πράγματα, ἀποδεικνύναι, ὅτι, καὶ τῶν παραδεξαμένων εἶναι ταῦτα τὰ μαντεῖα, οὐκ ἀναγκαῖον * προσίεσθαι, ὅτι θεοί τινές εἰσι παρ' αὐτοῖς· ἀλλ' ἐκ * τοὐναντίου δαίμονές τινες φαῦλοι, καὶ πνεύματα ἐχθρὰ τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, καὶ κωλύοντα τὴν τῆς ψυχῆς ἄνοδον, καὶ δι' ἀρετῆς πορείαν, καὶ τῆς ἀληθινῆς εὐσεβείας ἀποκατάστασιν πρὸς τὸν Θεόν. ἱστόρηται τοίνυν περὶ τῆς Πυθίας, ὅπερ δοκεῖ τῶν ἄλλων μαντείων λαμπρότερον τυγχάνειν, ὅτι περικαθεζομένη τὸ τῆς Κασταλίας στόμιον ἡ τοῦ Ἀπόλλωνος προφῆτις δέχεται πνεῦμα διὰ τῶν γυναικείων κόλπων· οὗ πληρωθεῖσα ἀποφθέγγεται τὰ νομιζόμενα εἶναι σεμνὰ καὶ θεῖα μαντεύματα. ὅρα δὴ διὰ τούτων, εἰ μὴ τὸ τοῦ πνεύματος ἐκείνου ἀκάθαρτον καὶ βέβηλον ἐμφαίνεται, μὴ διὰ μανῶν καὶ ἀδήλων πόρων, καὶ πολλῷ γυναικείων κόλπων καθαρωτέρων, ἐπεισιὸν τῇ ψυχῇ τῆς θεσπιζούσης· ἀλλὰ διὰ τούτων, ἃ οὐδὲ θέμις ἦν τῷ σώφρονι καὶ ἀνθρώπῳ βλέπειν, οὐ λέγω δ' ὅτι καὶ ἅπτεσθαι· καὶ τοῦτο ποιεῖν οὐκ ἅπαξ που, οὐδὲ δὶς (ἴσως γὰρ ἔδοξεν ἀνεκτότερον τὸ τοιοῦτο τυγχάνειν) ἀλλὰ τοσαυτάκις, ὁσάκις προφητεύειν ἐκείνη ἀπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος πεπίστευται. ἀλλὰ καὶ τὸ εἰς ἔκστασιν καὶ μανικὴν ἄγειν κατάστασιν τὴν δῆθεν προφητεύουσαν, ὡς μηδαμῶς αὐτὴν ἑαυτῇ παρακολουθεῖν, οὐ θείου πνεύματος ἔργον ἐστίν· ἐχρῆν γὰρ τὸν κάτοχον τῷ θείῳ πνεύματι, πολλῷ πρότερον παντὸς, ἤπερ τοῦ ἀπὸ τῶν χρησμῶν διδασκομένου, τὸ συμβαλλόμενον εἰς τὸν μέτριον καὶ κατὰ φύσιν βίον, ἢ πρὸς τὸ λυσιτελὲς, ἢ πρὸς τὸ συμφέρον, ὠφεληθῆναι, καὶ διορατικώτερον παρ' ἐκεῖνο μάλιστα καιροῦ τυγχάνειν, ὅτε συνέστιν αὐτῷ τὸ θεῖον. ὅθεν ἡμεῖς ἀποδείκνυμεν, συνάγοντες ἀπὸ τῶν ἱερῶν γραμμάτων, ὅτι οἱ ἐν Ἰουδαίοις προφῆται,

* Βραγχίδαις. Pauſan. Achaic. & Arcad.

ejuſdem de oraculis Cent:

Origen. arg. contra Pyth. & alia orac.

* πράγματα.

* προσιέσθαι.

* τοῦ ἐναντίου.

Diodor. Sic. lib. 16.

de fœdo Pythiæ afflatu

2 de furore vatis inutili

4 ad Judaicorum prophetarum ac rebus divinis & humanis ... comparatio

ἐγὼ), ἐλλαμπόμενοι ἀπὸ τοῦ θείου πνεύματος, πρῶτοι, ἀπέλαυον καὶ αὐτῆς τῆς παρεπιδημίας γενομένης, προσαπολαύοντες τῆς τοῦ κρείττονος εἰς αὐτοὺς ἐπιδημίας· καὶ διὰ τῆς πρὸς τὴν ψυχὴν αὐτῶν (ἵν' οὕτως ὀνομάσω) ἁφῆς τοῦ καλουμένου ἁγίου πνεύματος, διορατικώτεροί τε τὸν νοῦν ἐγίνοντο, καὶ τὴν ψυχὴν λαμπρότεροι, ἀλλὰ καὶ τὸ σῶμα οὐδαμῶς ἔτι ἀντιπρᾶττον τῷ κατ' ἀρετὴν βίῳ, ἅτε καὶ τὸ παρ' ἡμῖν καλούμενον φρόνημα τῆς σαρκὸς νενεκρωμένον. πνεύματι γὰρ θειοτέρῳ τὰς τοῦ σώματος πράξεις, καὶ ἀπὸ τοῦ φρονήματος τῆς σαρκὸς ἀρχομένας ἔχθρας

Rom. 8. 7. * τυγχάνοντες.

* τυγχάνειν πρὸς Θεόν, θανατοῦν πειρώμεθα. εἰ δ' ἐξίσταται, καὶ οὐκ ἐν ἑαυτῇ ἐστὶν ἡ Πυθία, ὅτε μαντεύεται· ποδαπὸν νομιστέον πνεῦμα, τὸ σκότον καταχέαν τοῦ νοῦ καὶ τῶν λογισμῶν; ἢ τοιοῦτον ὁποῖόν ἐστι καὶ τὸ τῶν δαιμόνων γένος, οὓς οὐκ ὀλίγοι Χριστιανῶν ἀπελαύνουσι τῶν πασχόντων, οὐδενὶ περιέργῳ καὶ μαγικῷ ἢ φαρμακευτικῷ πράγματι, ἀλλὰ μόνῃ εὐχῇ καὶ ὁρκώσεσιν ἁπλουστέραις, καὶ ὅσα ἂν δύναιτο προσάγειν ὁ ἁπλούστερος ἄνθρωπος; ὡς ἐπίπαν γὰρ ἰδιῶται τὸ τοιοῦτον πράττουσι, παριστάσης τῆς ἐν τῷ λόγῳ Χριστοῦ χάριτος τὸ τῶν

3 ex fuga dæmonum evocantibus Xtianis

* δαιμονίων.

* δαιμόνων εὐτελὲς καὶ ἀσθενές, οὐ πάντως δεόμενον, πρὸς τὸ ἡττηθῆναι, καὶ εἶξαι ὑπεξελθεῖν ἀπὸ ψυχῆς ἀνθρώπου καὶ σώματος, σοφοῦ τινος καὶ δυνατοῦ ἐν ταῖς λογικαῖς περὶ τῆς πίστεως ἀποδείξεσιν. ἀλλὰ καὶ εἴπερ πεπίστευται οὐ παρὰ Χριστιανοῖς καὶ Ἰουδαίοις μόνοις, ἀλλὰ καὶ παρ' ἄλλοις πολλοῖς Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων, ὅτι ζῇ καὶ ὑπάρχει μετὰ τὸν ἀπὸ τοῦ σώματος χωρισμὸν ἡ ἀνθρωπίνη ψυχή· καὶ τῷ λόγῳ παρίσταται, ὅτι ἡ μὲν καθαρά, καὶ μὴ βεβαρημένη ὑπὸ τῶν τῆς κακίας μολιβδίδων, μετέωρος φέρεται ἐπὶ τοὺς τόπους τῶν καθαρωτέρων καὶ αἰθερίων σωμάτων, καταλιποῦσα τὰ τῇδε παχέα σώματα καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς μιάσματα· ἡ δὲ φαύλη, καὶ ὑπὸ τῶν ἁμαρτάδων καθελκομένη ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ μηδ' ἀναπνεῦσαι δυναμένη, τῇδε φέρεται, καὶ καλινδεῖται, ἡ μέν τις ἐπὶ τὰ μνήματα, ἔνθα καὶ ὦπται σκιοειδῶν ψυχῶν φαντάσματα, ἡ δέ τις ἁπαξαπλῶς περὶ τὴν γῆν· ποδαπὰ χρὴ νομίζειν εἶναι πνεύματα, τὰ ὅλους (ἵν' οὕτως ὀνομάσω) αἰῶνας προσδεδεμένα, ὥσπερ εἴτε μαγγανείαις τισίν, εἴτε καὶ διὰ τὴν σφετέραν κακίαν, οἰκοδομαῖς καὶ τόποις; ὁ λόγος δὴ αἱρεῖ φαῦλ' ἅπαντα νομίζειν εἶναι τὰ τοιαῦτα, τῇ προγνωστικῇ δυνάμει, μέσῃ τυγχανούσῃ, εἰς ἀπάτην ἀνθρώπων χρώμενα, καὶ πρὸς τὸ ἀπασπᾶσαι αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς καθαρᾶς εἰς αὐτὸν εὐσεβείας. δηλοῖ δὲ τὸ τοιοῦτον τοὺς αὐτοὺς τυγχάνειν κακούς, τὸ ἀπὸ τῶν θυσιῶν ἀναθυμιάσεσι καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν αἱμάτων καὶ ὁλοκαυτωμάτων ἀπορροίαις τρεφόμενα αὐτῶν τὰ σώματα, φιληδονούντων τοῖς τοιούτοις ἐπ' αὐτῷ τυγχάνειν τοῦ ὡσπερεὶ φιλοζωεῖν· ἀνάλογον φαύλοις ἀνθρώποις, οὐκ ἀσπαζομένοις μὲν τὸ καθα-

4 ex crassa dæmonum ... indole

divino ſpiritu, quatenus opus erat illuſtrari divinorum conſiliorum interpretes, primi fruebantur adventu ad ſe numinis; contactique animam (ut ità loquar) ſancto ſpiritu, & hanc adipiſcebantur ſplendidiorem, & mentem perſpicaciorem: atq; adeò corpus ipſum, non ampliùs ſpiritu contumax, aut rectam vitæ rationem faſtidiens, nimirum *emortuum* (ſicut noſtri loquuntur) *carnis concupiſcentiis*. Perſuaſum eſt enim nobis, quòd corporis opera, & cum Deo inimicitiæ, quæ ſapientiæ carnis ſuam debent originem, mortificantur perdiviniorem ſpiritum. Quòd ſi Pythia extra ſe rapitur, dum fata canit; qualis exiſtimandus eſt ille ſpiritus offundens menti ac rationi tenebras, cùm ſit ſimilis huic dæmonum generi, quod non pauci Chriſtiani ejiciunt ex obſeſſis corporibus, idque ſine omni curioſitate magorum & veneficorum, ſed ſolis precibus adjurationibúſque ſimplicibus, quæ ſunt artes hominum ſimplicium? Nam plerunque plebeii homines hæc faciunt, per verbum ſuum coarguente dæmonum infirmitatem Chriſti gratiâ, quòd non opus ſit, ad profligandos eos ex anima hominis & corpore, ſapientibus verbis & validis de fide rationibus. Porrò, cùm perſuaſum habeant non ſolùm Chriſtiani & Judæi, verùm etiam alii multi tam Græci quàm barbari, quòd ſuperſit & vivat poſt diſceſſum à corpore humana anima; & rationi conſentaneum ſit, quòd quæcunque pura eſt, nec malitiæ quaſi plumbeis gravata globis, ſublimis evolat ad puriora loca ætheris, relictis craſſi corporis ſordibus: contrà, quæcunque mala eſt, & in terram depreſſa peccatorum onere, ſine reſpiratione agitatur & volutatur huc & illuc, quædam circa monumenta, ubi etiam umbroſa quædam animarum ſpectra interdum conſpiciuntur, aliæ circa terram paſſim volitantes; quales eſſe ſpiritus eos cenſendum eſt, qui tot integris ſeculis, ſive aliquibus incantationibus, ſive ſuàpte malitiâ, ſunt alligati certis locis & ædificiis? hos omnes ratio jubet haberi pro malis, & arte divinatoriâ, quæ quidem eſt indifferens, abutentibus ad decipiendos homines, & abſtrahendos à vero numine, cultúque hujus puriſſimo. Quòd autem tales ſint, apparet ex ſacrificiorum nidoribus & victimarum cruoribus, in quibus eorum corpora deliciantur; non aliter quàm mali homines, qui, neglectâ

neglectâ puriore vitâ, toti voluptatibus corporis dediti vitam degunt terrenam & humilem. Si autem Deus eſſet, ut Græci putant, Apollo Delphicus, quem potiùs deberet eligere prophetam quàm virum ſapientem? aut, ſi talis non inveniretur, certè proficientem in melius? quî ſit autem ut in hoc prophetandi miniſterio virum fœminæ non prætulerit? aut, ſi fœminam malebat, ut qui non poſſet aliâ re delectari quàm mulierum gremiis, cur non virginem mulieri fatidicæ prætulit? nunc ille, admirandus apud Græcos Pythius, non ſapientem, ac nè virum quidem divino, ut Græci putant, afflatu dignatus eſt: imò nec inter fœminas quidem virginem aliquam, aut ſapientem, aut eruditam in philoſophia, ſed vulgarem quampiam mulierem. Fortaſſis enim, qui tunc erant virorum præſtantiſſimi, meliores erant quàm ut in eos vis numinis decumberet Apollinei. Atqui, ſi Deus fuiſſet, debuerat iſtâ futurorum præſcientiâ homines ineſcare (ut ità loquar) ad meliorem frugem & mores emendatiores: nunc nihil tale de illo proditum legitur. Nam etſi Socratem pronuntiavit omnium hominum ſapientiſſimum: tamen hanc ejus laudem obſcuravit, additâ mentione Sophoclis & Euripidis, dum inquit, *Sapiens Sophocles, ſapientior Euripides.* Itaque dum Socrates præſtantior cenſetur collatus ad Tragicos, contendentes in ſcena & theatro de vulgari præmio, nunc miſerationem ſpectatoribus moventes, nunc riſum (nihil enim aliud captant ſatyrica dramata): non admodum ornatur ejus gravitas & veracitas philoſophica. Et fortaſſe non tam propter philoſophiam appellavit eum omnium hominum ſapientiſſimum, quàm propter nidores ſacrificiorum, quos offerebat tum ipſi tum reliquis dæmonibus. Et dæmones propter hæc magis exaudiunt vota ſacrificantium, quàm propter virtutem & ejus opera. Quapropter poetarum optimus Homerus res Græcorum deſcribens, & docens quid potiſſimum dæmonas faciat ſacrificantibus exorabiles, induxit Chryſen paucis coronis & taurorum caprorúmque femoribus emercantem quicquid Græcis propter filiam imprecatus eſt; ut peſte adacti Chryſeïda ſibi redderent. Memini etiam me legere apud quendam Pythagoricum, qui ſcripſit de reconditioribus hujus poetæ ſenſibus, quod Chryſæ verba ad Apollinem, & ab Apolline immiſſa Græcis peſtilentia nos doceat, non ignoratos fu-

ῥᾷον ἔξω σωμάτων ζῆν, προσίενται δὲ διὰ τὰς σωματικὰς ἡδονὰς τὴν ἐν τῷ γεώδει σώματι ζωήν. εἰ γὰρ δὲ Θεὸς ἦν, ὡς Ἕλληνες οἴονται, ὁ ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλων, τίνα μᾶλλον ἐχρῆν αὐτὸν ἐκλέξασθαι προφήτην, ἢ τὸν σοφόν; ἢ, μὴ εὑρισκομένου τοιούτου, κἂν τὸν προκόπτοντα; πῶς δ' ἂν οὐκ ἄνδρα μᾶλλον προφητεύειν ἐβούλετο, ἢ γὰρ γυναῖκα; εἰ δὲ καὶ τὸ θῆλυ ἤθελεν, ὡς τάχα μὴ δυνάμενος, ἢ μὴ τερπόμενος ἄλλῳ τινὶ, ἢ τοῖς κόλποις τῶν γυναικῶν· πῶς οὐχὶ παρθένον μᾶλλον ἐχρῆν αὐτὸν ἐπιλέξασθαι, ἢ γὰρ γυναῖκα, τὴν τὸ βούλημα αὐτοῦ θεσπίζουσαν; νυνὶ δὲ ὁ θαυμαζόμενος παρ' Ἕλλησι Πύθιος οὐδένα μὲν σοφὸν, ἀλλ' οὐδ' ὅλως ἄνδρα ἄξιον ἔκρινε τῆς (ὡς Ἕλληνες ὑπολαμβάνουσι) θείας κατακωχῆς. ἀλλ' οὐδ' ἐν τῷ θήλει γένει παρθένον τινὰ, ἢ σοφὴν, καὶ ἀπὸ φιλοσοφίας ὠφελημένην· ἀλλά τινα γυναῖκα ἰδιῶτιν. τάχα γὰρ οἱ ἐν ἀνθρώποις κρείττονες βελτίους ἦσαν τῆς εἰς τὴν κατακωχὴν ἐνεργείας αὐτοῦ. ἔδει δὲ καὶ, εἴπερ Θεὸς ἦν, τῇ προγνώσει αὐτὸν χρήσασθαι δελέατι (ἵν' οὕτως ὀνομάσω) πρὸς τὴν ἐπιστροφὴν, καὶ θεραπείαν, καὶ ἠθικὴν κατόρθωσιν τῶν ἀνθρώπων· νυνὶ δὲ οὐδὲν ἡ ἱστορία τοιοῦτον παραδίδωσι περὶ αὐτοῦ. εἰ γὰρ καὶ ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτην εἶπε σοφώτατον εἶναι, ἤμβλυνε τὸν ἔπαινον αὐτοῦ τὸ πρὸς τοῦτο λεγόμενον περὶ Εὐριπίδου καὶ Σοφοκλέους ἐν τῷ, *Plato Apologiâ Socratis.*

Σοφὸς Σοφοκλῆς, σοφώτερος δ' Εὐριπίδης. *Suid.*

τραγῳδοποιῶν οὖν σοφῶν ὑπ' αὐτοῦ λελεγμένων, κρείττων εἶναι νομισθεὶς ὁ Σωκράτης τῶν ἐπὶ τῆς σκηνῆς καὶ τῆς ὀρχήστρας τοῦ τυχόντος ἄθλου ἕνεκεν ἀγωνιζομένων, καὶ ὅπου μὲν λύπας καὶ οἴκτους τοῖς θεαταῖς ἐμποιούντων, ὅπου δὲ ἀσέμνους γέλωτας (τοιοῦτον γάρ τι βούλεται τὰ σατυρικὰ δράματα) οὐ πάνυ τι τὸ διὰ φιλοσοφίαν καὶ ἀλήθειαν ἐμφαίνει σεμνὸν, καὶ διὰ σεμνότητα ἐπαινετόν. καὶ τάχα οὐ τοσοῦτον διὰ φιλοσοφίαν ἀνδρῶν εἶπεν αὐτὸν ἁπάντων σοφώτατον, ὅσον διὰ τὰς θυσίας, καὶ ἃς * προσῆγε κνίσας αὐτῷ τε καὶ τοῖς λοιποῖς δαίμοσι. καὶ διὰ ταῦτα εἰσακούουσι μᾶλλον τούτων οἱ δαίμονες τὰ ἀξιώματα ὑπὸ τῶν αὐτοῖς προσαγόντων, ἢ διὰ τὰ ἔργα τῆς ἀρετῆς. διόπερ διαγράφων τὸ γινόμενον ὁ τῶν ποιητῶν ἄριστος Ὅμηρος, καὶ διδάσκων, τίνα μάλιστά ἐστι τὰ πείθοντα τοὺς δαίμονας ποιεῖν ἃ βούλονται οἱ θύοντες, εἰσήγαγε τὸν Χρύσην, ἕνεκεν ὀλίγων στεφάνων, καὶ μηρίων ταύρων καὶ αἰγῶν, τυγχάνοντα ὧν ᾔτησε καθ' Ἑλλήνων διὰ τὴν θυγατέρα ἵνα λοιμάξαντες ἀποδῶσιν αὐτῷ τὴν Χρυσηΐδα. μέμνημαι δὲ παρά τινι τῶν * Πυθαγορείων, ἀναγεγραφότι περὶ τῶν ἐν ὑπονοίᾳ παρὰ τῷ ποιητῇ λελεγμένων, ἀναγνοὺς, ὅτι τὰ τοῦ Χρύσου πρὸς τὸν Ἀπόλλωνα ἔπη, καὶ ὁ ἐξ Ἀπόλλωνος ἐπιπεμφθεὶς τοῖς Ἕλλησι λοιμὸς, διδάσκει ὅτι ᾔδει ὁ Ὅμηρος

sed rudiorum et sequioris sexus delectu

* προσήνεγκε.

Iliad. ά. v. 39, 40.

* Πυθαγορείων.

Ὅμηρος

Ὅμηρος πονηρούς τινας δαίμονας, χαίροντας ταῖς κνίσσαις καὶ ταῖς θυσίαις, μισθοὺς ἀποδιδόναι τοῖς θύουσι τὴν ἑτέρων φθορὰν, εἰ τοιοῦτο οἱ θύοντες εὔχοιντο. καὶ ὁ Δωδώνης δὲ μεδέων δυσχειμέρου, παρ' ᾧ εἰσιν οἱ προφῆται ἀνιπτόποδες χαμαιεῦναι, ἀποδοκιμάσας τὸ τῶν ἀνδρῶν

Pauſan. lib. 10. & Suid.

εἰς προφητείαν γένος, ταῖς Δωδωνίσι χρῆται, ὡς καὶ ὁ Κέλσος παρέστησεν. ἔστω δέ τις τούτοις παραπλήσιος Κλάριος, καὶ ἕτερος ἐν Βραγχίδαις, καὶ ἄλλος ἐν Ἄμμωνος, ἢ ὅπη ποτὲ γῆς μαντευόμενοι· πόθεν οὖν δειχθήσεται, καὶ εἰ θεοὶ μέν εἰσι, οὐ δαιμόνια δέ τινα; τῶν δ' ἐν

* προφῆται.

Præſtant: Jud: Proph.

Ἰουδαίοις προφητῶν οἱ μὲν * ἀπὸ προφητείας καὶ τῆς θείας κατακωχῆς, ὡς ἂν σοφοί· οἱ δ' ἀπ' αὐτῆς τῆς προφητείας φωτισθέντες τὸν νοῦν τοιοῦτοι γεγόνασιν, αἱρεθέντες ὑπὸ τῆς προνοίας εἰς τὸ πιστευθῆναι τὸ θεῖον πνεῦμα, καὶ τοὺς ἀπὸ τούτου λόγους, διὰ τὸ τοῦ βίου δυσμίμητον, καὶ σφόδρα εὔτονον, καὶ ἐλευθέριον, καὶ πάντῃ πρὸς θάνατον καὶ κινδύνους ἀκατάπληκτον. τοιούτους γὰρ καὶ

* ἐρεῖ.

ὁ λόγος * αἱρεῖ δεῖν εἶναι τοὺς τοῦ ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ προφήτας, οἵτινες παίγνιον ἀπέφηναν τὴν Ἀντισθένους, καὶ Κράτητος, καὶ Διογένους εὐτονίαν. δι' ἀλήθειαν γοῦν καὶ τὸ ἐλευθερίως ἐλέγχειν

Hebr. 11. 37, 38.

τοὺς ἁμαρτάνοντας, ἐλιθάσθησαν, ἐπρίσθησαν, * ἐπειράσθησαν, ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον.

* ἐπειράσθησαν.

περιῆλθον γὰρ ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, κακουχούμενοι, ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι, καὶ ὄρεσι, καὶ σπηλαίοις καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ ἐπὶ γῆς κόσμος· ἀεὶ ἐνορῶντες τῷ Θεῷ, καὶ τοῖς ἀοράτοις τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ βλεπομένοις αἰσθητῶς, καὶ διὰ τοῦτο οὖσιν αἰωνίοις. ὁ δὲ βίος ἑκάστου τῶν προφητῶν ἀναγέγραπται· ἀρκεῖ δὲ ἐπὶ τοῦ παρόντος παραθέσθαι τὸν Μωϋσέως βίον (καὶ γὰρ αὐτοῦ φέρονται προφητεῖαι, ἀναγεγραμμέναι ἐν τῷ νόμῳ) καὶ τὸν Ἱερεμίου, φερόμενον ἐν τῇ ὁμωνύμῳ αὐτοῦ προφητείᾳ· καὶ τὸν Ἡσαΐου, ὃς ἐπορεύθη, ὑπερτείνας

Eſaiæ 20. 3.

πᾶσαν ἄσκησιν, γυμνὸς καὶ ἀνυπόδετος ἔτεσι τρισίν. ἴδε δὲ καὶ τὴν εὐτονίαν, τοῦ Δανιὴλ καὶ τῶν σὺν

Dan. 1. 16.

αὐτῷ, τὸν ἐγκρατέστατον βίον, ἀναγνοὺς τὴν ὑδροποσίαν αὐτῶν, καὶ ὅτι ἡ τροφὴ ἦν αὐτοῖς ὄσπρια,

-T-

ἐμψύχων ἀπεχομένοις. εἰ δὲ δύνασαι καὶ τὰ πρὸ τούτων ἴδε τοῦ, Νῶε προφητεύοντα· καὶ τὸν

Geneſ. 9. 25. 27. 27. 49. 1.

Ἰσαὰκ τῷ υἱῷ ἐπευξάμενον προφητικῶς· καὶ τὸν Ἰακὼβ λέγοντα ἑκάστῳ τῶν δώδεκα, Δεῦτε, ἵνα ἀναγγείλω ὑμῖν τί ἔσται ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν. οὗτοι δὴ, καὶ ἄλλοι μυρίοι, προφητεύσαντες τῷ Θεῷ, καὶ τὰ περὶ Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ προεῖπον. διόπερ ἐν οὐδενὶ μὲν τιθέμεθα λόγῳ τὰ ἀπὸ τῆς Πυθίας, ἢ Δωδωνίδων, ἢ Κλαρίου, ἢ ἐν Βραγχίδαις, ἢ ἐν Ἄμμωνος, ἢ ὑπὸ μυρίων ἄλλων λεγομένων θεοπρόπων προειρημένα· τὰ

* ὑπὸ τῶν.

δ' * ὑπὸ τῶν ἐν Ἰουδαίᾳ προφητευσάντων τεθήπαμεν, ὁρῶντες ὅτι ἄξιος ἦν αὐτῶν ὁ ἐρρωμένος, καὶ εὔτονος, καὶ σεμνὸς βίος, πνεύματος Θεοῦ

iſſe Homero malos quoſdam dæmonas, gaudentes nidoribus & ſacrificiis, quâ mercede corrupti ſacrificatoribus ſuis perniciem aliorum retribuant, ſi modò id illi poſtulent. Quin & ille Dodonæ præſes hybernis incommodæ, cujus prophetæ humi cubitant illotis pedibus, rejectis viris ad prophetiam aſcivit fœminas Dodonidas, ut ipſe Celſus indicat. Jam eſto alius his ſimilis Clarius, alius in Branchidarum manteio, rurſus in Ammonis alius, aut ubivis gentium reddens oracula: unde diſcemus Deos eſſe hos, non dæmonas? Ceterùm Judæorũ Prophetæ, quidam divinitùs inſpirati prophetaverunt, hâc ipsâ functione ſapientes redditi: alii horum oraculis illuſtrati animam, ſimiles eorum facti ſunt, electi per divinam providentiam, quibus crederentur ſancti Spiritûs eloquia, propter incomparabilem vitæ integritatem, fortitudinem, libertatem, & contemptum mortis periculorúmque omnium. Tales enim verbum eligit Prophetas Dei maximi, ad quos collati ridiculi eſſent Antiſthenes rigidi, & Cratetes, ac Diogenes. Namq; propter veritatem & libertatem in reprehendends peccatis *Lapidati ſunt, diſſecti ſunt, tentati ſunt, occiſione gladii occubuerunt. Oberrabant enim in ovillis & caprinis pellibus, deſtituti, afflicti, in deſertis errantes & montibus, & ſpeluncis cavernisque terræ, quibus indignus erat terrenus hic mundus*; ſemper contemplantes inviſibilia Dei, nullóque ſenſu comprehenſibilia, proindéq; ſempiterna. Horum ſingulorum vitæ mandatæ ſunt literis: nobis inpræſentiarum vel Moſes ſufficit, hujus enim Prophetias Lex continet; vel Hieremias, cujus titulo extat Prophetia; vel Eſaias, qui per triennium nudus & diſcalceatus ambulavit, duriſſimè victitans: quin & puerorum, Danielis ſociorúmq;, auſteram vitam conſidera, aquæ potu contentorum & leguminibus, ab animatis in totum abſtinentium: & ſuperiora quoq; tempora, ſi potes, Noe prophetantem; Iſaacum filio bene precantem ritu prophetico; Jacobum duodecim filiorum ſingulos invitantem, *Venite, annuntiabo vobis quid futurum ſit diebus ultimis.* Hi & innumeri alii Dei Prophetæ de Jeſu Chriſto prædixerunt. Quæ quidem cauſa eſt, ut nihili pendamus Pythia, Dodonæa, Claria, Branchidarum, Ammoniſq; oracula, & ſi qua celebrantur alia, ſoláq; miremur Judaica, videntes horum fortem, conſtantem, honeſtámq; vitam dignam fuiſſe, ut in animis eorum miro quodam modo divinus Spiritus

ritus vaticinaretur, qui cum dæmonum divinationibus nihil haberet ſimilitudinis. Illud non intelligo, quomodo Celſus, cùm dixiſſet, *Ceterùm Judæorum, more illius gentis, dicta*, ſubjunxit, *non dicta*. Videtur enim ſignificare, fieri poſſe, ut ſcripta ſint, quamvis nunquam dicta fuerint: non enim novit rationem temporum, & quòd multis antè annis prædixerint innumera, & in his Chriſti quoq; adventum. Adhæc, quò magis calumniaretur priſcos Prophetas, ait *eos prophetâſſe quemadmodum nunc etiam Phœnices & Palæſtini ſolent*; non ſatis diſertè indicans num de aliquibus loquatur alienis à Judæorum Chriſtianorúmque doctrina, an de quibuſdam more Judaico ad æmulationem Prophetarum futura prædicentibus. Verùm utcunque ſe habent, quæ dicit, mendacii convincitur. Nam neque externi à fide noſtra quicquam habent Prophetis ſimile, neque Judæa gens poſt Jeſu adventum ullos Prophetas habuiſſe proditur. Conſtat enim eos deſtitutos eſſe à Spiritu ſancto, poſtquam impii fuerunt in Deum, & in illum, quem Prophetarum oracula deſignaverant. Signa autem Spiritûs ſancti extiterunt ſub initium Jeſu prædicationis, ſed plura poſt ejus aſſumptionem, poſtea rurſum pauciora: veruntamen nunc quoque ſunt ejus apud paucos veſtigia, qui purgatas habent animas verbo & huic convenientibus actionibus. *Spiritus enim ſanctus diſciplinæ fugiet fictum, & diſcedet à cogitationibus inſipientibus.* Quoniam autem etiam modum prophetandi Phœnicium & Palæſtinum pollicetur ſe dicturum, quaſi bene auditum & cognitum: agè, conſideremus hæc quoque. Primùm ait *eſſe complures Prophetiarum ſpecies*, quas tamen non exponit; nec enim ullas habebat, ſed falsò prætendebat: quos autem dicat in hoc genere perfectiſſimos, videamus. *Multi*, inquit, *vulgares & innominati quacunque de cauſa vel inter ſacra vel abſque ſacris, quidam etiam circulatoriè ſe ingerentes vel urbibus vel exercitibus, geſtus quoſdam edunt fanaticos. Singulis autem in promptu ſunt illa verba conſueta, Ego ſum Deus, aut Dei filius, aut divinus Spiritus. Veni autem, quia mundo inſtat interitus, & vos homines perituri eſtis propter veſtras iniquitates: At ego ſervare vos volo, videbitiſque me iterum redeuntem cum cœleſtibus copiis. Beatus qui nunc me colit: reliquos omnes in ignem æternum conjiciam unà cum ipſis urbibus eorum & regionibus. Et homines, qui nunc ſuas pœnas neſciunt, tunc fruſtrà gement ſerâ tacti pœnitentiâ; qui autem mihi crediderint, eos ſervabo in æternum.*

τρόπῳ * προφητεύοντος καινῷ, καὶ οὐδὲν ἔχοντι παραπλήσιον ταῖς ἀπὸ δαιμόνων μαντείαις. οὐκ οἶδα δ' ὅπως ὁ Κέλσος, εἰπὼν "τὰ δ' ὑπὸ "τῶν ἐν Ἰουδαίᾳ πρὸ ἐκείνων τρόπῳ λεχθέντα, προσέθηκεν," ἢ μὴ λεχθέντα. ὡς ἄπιστος φάσκων δύνασθαι καὶ μὴ λελέχθαι αὐτά· ἀλλ' ἀναγεγράφθαι τάχα τὰ μὴ λεχθέντα. οὐ γὰρ οἶδε τοὺς χρόνους, οὐδ' ὅτι περὶ πολλῶν ἐτῶν μυρία προειπόντες ἔλεγον καὶ περὶ τῆς Χριστοῦ ἐπιδημίας. πάλιν τε αὖ, τοὺς ἀρχαίους προφήτας διαβάλλειν ἐθέλων, φησὶν "αὐτοὺς πεπροφητευκέναι τὸν τρόπον τοῦτον, ὃν εἰώθασι, φησὶν, ἔτι "νῦν οἱ περὶ Φοινίκην τε καὶ Παλαιστίνην. μὴ δηλώσας πότερον ἀλλοτρίους λέγει τινὰς τοῦ Ἰουδαίων λόγου καὶ Χριστιανῶν, ἢ καὶ κατὰ τὸν χαρακτῆρα τῶν προφητῶν Ἰουδαϊκῶς προφητεύοντας. ὅπως δ' ἂν ἔχῃ ἃ λέγει, ἐλέγχεται ἐψευσμένα. οὔτε γὰρ τῶν τῆς πίστεως ἀλλοτρίων παραπλήσιόν τι τοῖς προφήταις πεποιήκασι, οὔτε νεώτεροι καὶ μετὰ τὴν Ἰησοῦ ἐπιδημίαν ἱστόρηνται ἐν Ἰουδαίοις τινὲς προφητεύσαντες. τὸ γὰρ ἅγιον πνεῦμα ὁμολόγηται ἐκείνους καταλελοιπέναι, ἀσεβήσαντας εἰς τὸν Θεὸν, καὶ τὸν προφητευθέντα ὑπὸ τῶν παρ' αὐτοῖς προφητῶν. σημεῖα δὲ τοῦ ἁγίου πνεύματος κατ' ἀρχὰς μὲν τῆς Ἰησοῦ διδασκαλίας, μετὰ δὲ τὴν ἀνάληψιν αὐτοῦ πλείονα ἐδείκνυτο, ὕστερον δὲ ἐλάττονα· πλὴν καὶ νῦν ἔτι ἴχνη ἐστὶν αὐτοῦ παρ' ὀλίγοις, τὰς ψυχὰς τῷ λόγῳ καὶ ταῖς κατ' αὐτὸν πράξεσι κεκαθαρμένοις. ἅγιον γὰρ πνεῦμα παιδείας φεύξεται δόλον, καὶ ἀπαναστήσεται ἀπὸ λογισμῶν ἀσυνέτων. ἐπεὶ δὲ καὶ τὸν τρόπον τῶν ἐν Φοινίκῃ καὶ Παλαιστίνῃ μαντειῶν ἐπαγγέλλεται φράσειν ὁ * Κέλσος, ὡς ἀκούσας καὶ πάνυ καταμαθὼν φέρε, καὶ ταῦτα κατανοήσωμεν. πρῶτον δὴ λέγει "πλείονα εἴδη "εἶναι προφητειῶν· μὴ ἐκτιθέμενος αὐτά. οὐδὲ γὰρ εἶχεν, ἀλλὰ ψευδῶς ἐναπελείνετο. ὃ δέ φησιν εἶναι τελεώτατον παρὰ τοῖς τῇδε ἀνδράσιν ἴδωμεν. "Πολλοὶ, φησὶ, "καὶ ἀνώνυμοι ῥᾷστα "ἐκ τῆς προστυχούσης αἰτίας, καὶ ἐν ἱεροῖς, καὶ "ἔξω ἱερῶν, οἱ δὲ καὶ ἀγείροντες καὶ ἐπιφοιτῶντες "πόλεσιν, ἢ στρατοπέδοις, κινοῦνται δῆθεν ὡς "θεσπίζοντες. πρόχειρον δ' ἑκάστῳ καὶ σύνηθες "εἰπεῖν, ἐγὼ ὁ Θεός εἰμι, ἢ Θεοῦ παῖς, ἢ πνεῦ"μα θεῖον. ἥκω δέ· ἤδη γὰρ ὁ κόσμος ἀπόλλυται, "καὶ ὑμεῖς, ὦ ἄνθρωποι, διὰ τὰς ἀδικίας οἴχε"σθε. ἐγὼ δὲ σῶσαι θέλω· καὶ ὄψεσθέ με αὖθις "μετ' οὐρανίου δυνάμεως ἐπανιόντα. μακάριος "ὁ νῦν με θρησκεύσας, τοῖς δ' ἄλλοις ἅπασι "πῦρ αἰώνιον ἐπιβαλῶ, καὶ πόλεσι, καὶ χώραις. "καὶ ἀνθρώποις, οἳ μὴ τὰς ἑαυτῶν ποινὰς ἴσασι, "μεταγνώσονται μάτην καὶ στενάξουσι· τοὺς δέ μοι "πεισθέντας, αἰωνίους φυλάξω. Εἶτα τούτοις

* προφητεύοντος.

Cavill. de vatic. a Jud.

Confutat. brev.

Sap. 1. 5.

* λόγοις.

Cavill. de incertis prophetar. sensu & obscuro: item de fanaticorum spiritu

del. 5

ἑξῆς φησι, « Ταῦτ' ἐπανατεινάμενοι προσεπιθέασιν ἐφεξῆς ἄγνωστα, καὶ πάροιστρα, καὶ πάντῃ ἄδηλα, ὧν τὸ μὲν * γνῶμα οὐδεὶς ἂν ἔχων νοῦν εὑρεῖν δύναιτο, ἀσαφῆ γὰρ καὶ τὸ μηδὲν· ἀνοήτῳ δὲ ἢ γόητι παντὶ περὶ παντὸς ἀφορμὴν ἐνδίδωσιν, ὅπῃ βούλεται τὸ λεχθὲν σφετερίζεσθαι. » ἐχρῆν δὲ αὐτὸν, εἴπερ εὐγνωμόνει πρὸς τὴν κατηγορίαν, ἐκθέσθαι αὐταῖς λέξεσι τὰς προφητείας· εἴτ' ἐν αἷς Θεὸς παντοκράτωρ ἐπαγγέλλεται εἶναι ὁ λέγων, εἴτ' ἐν αἷς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, εἴτε καὶ ἐν αἷς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον * λέγων εἶναι ἐπιστεύετο. οὕτω γὰρ ἐφιλονείκησεν ἀνασκευάσαι τὰ εἰρημένα, καὶ δεῖξαι ὅτι οὐκ ἔνθεοι ἦσαν οἱ λόγοι, προτρέποντες ἐπιστροφὴν ἀπὸ τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ ἐλέγχοντες τὰ παρόντα, καὶ προλέγοντες περὶ τῶν μελλόντων. διὸ καὶ οἱ κατ' αὐτοὺς ἀπογραψάμενοι τὰς προφητείας αὐτῶν ἐφύλαξαν· ἵνα καὶ οἱ μεταγενέστεροι ἀναγινώσκοντες θαυμάζωσιν ὡς λόγια Θεοῦ, καὶ ὠφελούμενοι οὐ μόνον ἀπὸ τῶν ἐπιπληκτικῶν καὶ ἐπιστρεπτικῶν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν προγνωστικῶν, ἐκ τῆς ἐκβάσεως πειθόμενοι περὶ τοῦ θεῖον εἶναι πνεῦμα τὸ προειρηκὸς, τὴν κατὰ τὸν λόγον εὐσέβειαν ἀσκοῦντες διατελῶσι, πειθόμενοι τῷ νόμῳ καὶ τοῖς προφήταις. οἱ μὲν οὖν προφῆται ὅσα ἦν αὐτόθεν νοηθῆναι τοῖς ἀκούουσι χρήσιμα, καὶ συμβαλλόμενα τῇ τῶν ἠθῶν ἐπανορθώσει, χωρὶς πάσης ἐπικρύψεως, κατὰ τὸ βούλημα τοῦ Θεοῦ, εἰρήκασιν· ὅσα δὲ μυστικώτερα ἦν, καὶ ἐποπτικώτερα, καὶ ἐχόμενα θεωρίας τῆς ὑπὲρ τὴν πάνδημον ἀκοὴν, ταῦτα δι' αἰνιγμάτων καὶ ἀλληγοριῶν, καὶ τῶν καλουμένων σκοτεινῶν λόγων, καὶ τῶν ὀνομαζομένων παραβολῶν ἢ παροιμιῶν, ἀπεφήναντο· ἵν' οἱ μὴ φυγοπονοῦντες, ἀλλὰ πάντα πόνον ὑπὲρ ἀρετῆς καὶ ἀληθείας ἀναδεχόμενοι, ἐξετάσαντες εὕρωσι, καὶ εὑρόντες, ὡς λόγος αἱρεῖ, οἰκονομήσωσιν. ὁ δὲ γενναῖος Κέλσος, ὡσπερεὶ θυμωθεὶς ἐπὶ τῷ μὴ νενοηκέναι * τῶν προφητῶν τοὺς τοιούτους λόγους, ἐλοιδόρησεν αὐτοὺς, εἰπὼν, « ὅτι ταῦτα ἐπανατεινάμενοι προσεπιθέασιν ἐφεξῆς ἄγνωστα, καὶ πάροιστρα, καὶ πάντῃ ἄδηλα, ὧν τὸ μὲν γνῶμα οὐδεὶς ἂν νοῦν ἔχων εὑρεῖν δύναιτο, ἀσαφῆ γὰρ καὶ τὸ μηδὲν· ἀνοήτῳ δὲ ἢ γόητι παντὶ περὶ παντὸς ἀφορμὴν ἐνδίδωσιν, ὅπῃ βούλεται τὸ λεχθὲν σφετερίζεσθαι. » καὶ πανούργως μοι ἔδοξε ταῦτ' εἰρηκέναι, κωλύειν, τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, βουλόμενος τοὺς ἐντυγχάνοντας ταῖς προφητείαις βασανίζειν καὶ ἐξετάζειν αὐτῶν τὸν νοῦν· καὶ πέπονθέ τι πρᾶγμα παραπλήσιον τοῖς εἰποῦσι περί τινος προφήτου, εἰσελθόντος πρός τινα καὶ τὰ μέλλοντα προειπόντος αὐτῷ, « Τί εἰσῆλθεν ὁ ἐπίληπτος οὗτος πρὸς σέ; » εἰκὸς μὲν οὖν εἶναι λόγους, πολλῷ τῆς ἡμετέρας ἕξεως σοφωτέρους, τοὺς δυναμένους ἀποδεικνύναι ψευδόμενον ἐν τούτοις τὸν Κέλσον, καὶ ἐνθέους τὰς προφητείας· πλὴν καὶ ἡμεῖς, κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν, πεποιήκαμεν, « τὰ (ὥς φησι Κέλσος) πάροιστρα, καὶ πάντῃ ἄδηλα,

Deinde inquit, *Hæc incerta, fanatica, & obſcura oſtentantes, quo rum mentem ne ſapiens quidem invenire queat propter obſcuritatem, materiam præbent ſtultis & præſtigiatoribus uſurpandi ea in quamlibet ſententiam.* Atqui, niſi eſſet accuſator iſte lividus, debuerat totidem verbis recitare ipſas Prophetias, quibus ſe quis aut Deum omnipotentem aſſeverat, aut Dei filium, aut quibus ſe perſuadet eſſe ſanctum Spiritum. Sed tum ſudaſſet multùm, ſi voluiſſet oſtendere, nihil divinum ineſſe illis ſermonibus, à peccatis revocantibus peccatores & objurgantibus, futuráque prædicentibus: nam ideo Prophetiarum autores ſcriptis eas tradiderunt aſſervandas poſteris; ut lectores admirarentur tanquam divina oracula, & proficerent non tantùm ex reprehenſionibus admonitionibúsque, verùm etiam ex prædictionibus, &, ex earum eventu agnoſcentes divinum ſpiritum fatidicum, juxta pietatis doctrinam ſe exercerent obediendo legi ac Prophetis. Certè ipſi Prophetæ quicquid erat opus mox ab auditoribus intelligi, & quicquid ad corrigendos mores faciebat, abſque ullis involucris propoſuerunt eis, ità ut Deus voluit: quicquid autem arcanum erat, & diſpiciendum ampliùs, ut vulgari captu ſublimius, id figuris obſcurioribus convelaverunt, ænigmatis, allegoriis, parœmiis ac parabolis; ut non ab ignavis inveniretur & ſegnibus, ſed à virtutis ac veritatis ſtudioſis perſcrutatoribus, & inventum juxta divinam doctrinam in uſum proprium verteretur. At præclarus hic Celſus, velut iræ impotens, quòd Propheticas voces intelligere non valeat, conviciis eas impetit, dicens *oſtentari quædam incerta, fanatica, & obſcura, eóque intellectu ſapienti nemini; ſed ſtultis & præſtigiatoribus occaſionem præbentia uſurpandi ea in quamlibet ſententiam.* Mihi videtur verſutè dixiſſe, volens, quantum in ſe eſſet, arcere lectores à diligentiùs diſcutiendis & examinandis Prophetarum ſenſibus: in quo imitatur illos, qui, Prophetâ quodam ingreſſo ad quendam ut ederet oraculum, poſtquam is abîit, dixerunt, *Cur iſte mente captus ad te venit?* Hic fortaſſe opus eſſet aliquo nobis ſapientiore, qui Celſum mendacii coarguat, declarando quàm divini ſint ſermones Prophetici: attamen nos quoque pro noſtris facultatibus, id fecimus, *obſcura illa, &* (ut Celſus vocat) *fa-*

* γνῶναι.

* λέγειν εἶναι.

* τοὺς τῶν προφ. τοιούτους.

4. Reg. 9. 11.

natica,

natica, exponendo ad verbum in commentariis, quos ſuper Eſaiam, atque Ezechielem, & aliquot è duodecim numero ſcripſimus: quòd ſi Deus ampliùs conatus noſtros in enarrandis ipſius literis provexerit, quocunque illi viſum fuerit tempore; adjicientur vel reliqua quæ ſuperſunt, vel quantum interpretationibus illuſtrare nobis dabitur. Alii quoque cordati viri, ſcrutando Scripturam, intellectum ejus invenire poterunt; licèt reverà ſit multis locis obſcura, ſed non ſic, ut intelligatur à nemine, quantumvis Celſus id aſſeverat. Nec talis eſt, ut eam ſtultus quiſpiam aut præſtigiator explanare aut arbitrio ſuo torquere valeat: ſed ſolus, quicunque verè ſapiens in Chriſto eſt, totam ſeriem occultioris Prophetiæ perceperit, ſpiritualia cum ſpiritualibus conferens, & conſuetis Scripturam locutionibus adſtruens ſingula. Neque Celſo fides adhibenda eſt dicenti, *Se tales homines audiviſſe*. Nulli enim Celſi ætate Prophetæ fuerunt priſcis ſimiles; alioqui ſimiliter extarent ſcriptæ illorum Prophetiæ, conſervatæ à ſuis admiratoribus. Illud autem mihi evidentiſſimum videtur Celſi mendacium, quòd *Prophetæ, quos audierat, ipſo redarguente, faſſi ſint quibus in rebus deficerent; & quòd captantes alia ſuper alia figmenta commenti ſint*. Debuerat enim nominâſſe iſtos, quos ait ſibi auditos, ut prolatis nominibus facilè fieret judicium, verâne an falſa Celſus diceret. Putat etiam illos, qui res Chriſti autoritate Prophetarum aſſerunt, nil poſſe ad ejus objecta reſpondere, quoties ibi aliquid miſerum de Deo dici, aut turpe, aut impurum, aut ſceleratum deprehenditur: atque hîc, perinde ac nullam admitterent apologiam, permulta ſibi congerit, quæ nemo concederet. Sciendum autem, quòd qui volunt juxta Scripturas vitam ſuam inſtituere, & non ignorant illud dictum de inſipientibus, *Scientiam eorum eſſe verba inſcrutabilia*, & illud, *Semper parati ad reddendam noſtræ ſpei rationem omnibus poſcentibus*, non eò tantùm confugiunt, ut dicant hæc olim prædicta fuiſſe Prophetarum oraculis: ſed & objectiones non temere, ut videri poſſet, factas conantur diſſolvere, & declarare, nihil ineſſe in eis ſermonibus vel miſerum, vel turpe, vel impurum, vel ſceleratum; ſed quæ ſacram Scripturam intelligentes accipere oporteat. Debuerat igitur ex ipſis Prophetis producere quæ offendebant, ſive quid miſerum, ſive turpe, ſive impurum, ſive ſceleſtum videbatur, ſi modò tale quid in eis reperit; ſic enim vehementior

πρὸς λέξιν διηγησάμενοι ἐν τοῖς πραγματευθεῖσιν ἡμῖν εἰς τὸν Ἡσαΐαν, καὶ εἰς τὸν Ἰεζεκιὴλ, καὶ εἰς τινας τῶν δώδεκα. Θεοῦ δὲ διδόντος τὴν ἐν τῷ λόγῳ αὐτοῦ προκοπὴν, καθ' οὓς βούλεται χρόνους προστεθήσεται τοῖς ἤδη * ὑπαγορευθεῖσιν εἰς ταῦτα ἤτοι τὰ λείποντα, ἢ ὅσα γ' ἂν φθάσωμεν σαφηνίσαι. καὶ ἄλλοι δὲ, οἱ βουλόμενοι ἐξετάζειν τὴν γραφὴν, νοῦν ἔχοντες τὸ γνῶμα αὐτῆς εὑρεῖν ἂν δύναιντο· ἔστι πολλαχοῦ ἀληθῶς ἀσαφῆ μὲν, οὐ μὴν (ὥς φησι Κέλσος) τὸ μηδέν. ἀλλ' οὐδὲ δύναταί τις ἀνόητος ἢ γόης ἐξομαλίσαι ἢ ὅπῃ ποτὲ βούλεται τὸ λεχθὲν στρεβλῶσαι· μόνος δὲ καὶ πᾶς ὁ κατ' ἀλήθειαν ἐν Χριστῷ σοφὸς τὸν εἱρμὸν πάντα * ἀποδώη ἂν τῶν μετ' ἐπικρύψεως εἰρημένων ἐν ταῖς προφητείαις, πνευματικὰ πνευματικοῖς συγκρίνων, καὶ κατασκευάζων ἀπὸ τῆς συνηθείας τῶν γραφῶν ἕκαστον τῶν εὑρισκομένων. οὐ πιστευτέον δὲ τῷ Κέλσῳ λέγοντι "τοιούτων ἀνθρώπων "γεγονέναι αὐτήκοον. οὐδὲ γὰρ κατὰ τοὺς Κέλσου χρόνους γεγόνασί τινες προφῆται τοῖς ἀρχαίοις παραπλήσιοι· ἐπεὶ κἂν παραπλησίως τοῖς πάλαι γραφεῖσιν ἀνεγράφησαν καὶ ἐξῆς προφητεῖαι ὑπὸ τῶν ἀποδεξαμένων καὶ θαυμασάντων αὐτάς. δοκεῖ δέ μοι πάνυ δῆλον εἶναι τὸ τοῦ Κέλσου ψεῦδος· "ὅτι οἱ δῆθεν προφῆται, ὧν * αὐ-"τήκοος ἐγένετο, ἐλεγχθέντες ὑπὸ Κέλσου, "ὡμολόγησαν αὐτῷ οὗτινος ἐδέοντο· καὶ ὅτι ἐ-"πλάσαντο λέγοντες ἀλλοπρόσαλλα. ἔδει δ' αὐτὸν καὶ ὀνόματα θεῖναι ὧν ἔφασκεν αὐτήκοος γεγονέναι· ἵνα ἐκ τῶν ὀνομάτων, εἴ γε εἶχεν εἰπεῖν, σαφῆ τοῖς κρίνειν δυναμένοις, πότερον ἀληθῆ ἢ ψευδῆ ἔλεγεν. οἴεται δὲ καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν προφητῶν ἀπολογουμένους περὶ τοῦ κατὰ τὸν Χριστὸν μηδὲν μὲν δύνασθαι πρὸς ἔπος λέγειν, ἐπὰν φαίνηταί τι πονηρὸν, ἢ αἰσχρὸν, ἢ ἀκάθαρτον λεγόμενον περὶ τοῦ θεοῦ, ἢ μιαρόν. διὸ καὶ ὡς μηδεμιᾶς οὔσης ἀπολογίας, συνείρει ἑαυτῷ μυρία περὶ τῶν μὴ διδομένων. εἰδέναι * δὲ χρὴ, ὅτι καὶ οἱ βουλόμενοι κατὰ τὰς θείας ζῆν γραφὰς, καὶ ἐπιστάμενοι, ὅτι Γνῶσις ἀσυνέτου ἀδιεξέταστοι λόγοι, καὶ ἀναγνόντες τὸ, Ἕτοιμοι ἀεὶ πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ αἰτοῦντι * ἡμᾶς λόγον περὶ τῆς ἐν * ἡμῖν ἐλπίδος, οὐκ ἐπὶ μόνον τὸ προειρῆσθαι τάδε τινὰ καταφεύγουσιν· ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰς δοκούσας ἀπεμφάσεις λύειν πειρῶνται, καὶ δεικνύειν οὐδὲν εἶναι πονηρὸν ἐν τοῖς λόγοις, οὐδ' αἰσχρὸν, οὐδ' ἀκάθαρτον, οὐδὲ μιαρόν· ἀλλὰ τοιοῦτον γίγνεσθαι, ὡς χρὴ ἐκδέχεσθαι τοῖς συνιεῖσι τὴν θείαν γραφήν. ἐχρῆν δ' αὐτὸν ἀπὸ τῶν προφητῶν τὸ φαινόμενον ἐν αὐτοῖς πονηρὸν, ἢ τὸ δοκοῦν αὐτῷ αἰσχρὸν, ἢ τὸ νομιζόμενον αὐτῷ ἀκάθαρτον, ἢ ὃ ὑπελάμβανεν εἶναι μιαρὸν, παραθέσθαι, εἴ περ τοιαῦτα ἔβλεπεν ἐν τοῖς προφήταις εἰρημένα· πληκτικώτερος γὰρ ἂν ὁ

* εἰς τ. ὑπαγ.
* ἀποδοίη.
* αὐτήκοος.
3 quod nulli iis similes comparuerint
* εἰδέναι χρή.
Sirac. 21. 18.
1 Pet. 3. 15.
* ὑμᾶς, l. c.
* ὑμῖν, l. c.
cavillationem de Celsi objectionibus quae Prophetae [illegible] de Deo praedixerint

 λόγος

λόγος αὐτοῦ ἦν, καὶ πρὸς ὃ ἐβούλετο ἀνυστικώτερος· νυνὶ δὲ οὐ παρέθετο, ἀλλ' ἐπαγγελλόμενος ἀπειλεῖ τοιαῦτα φανεῖσθαι ἐν ταῖς γραφαῖς, καταψευδόμενος αὐτῶν. πρὸς οὖν * κενοὺς ψόφους ὀνομάτων οὐδεὶς λόγος αἱρεῖ ἀπολογήσασθαι, ὑπὲρ τοῦ δεῖξαι, ὅτι οὐδὲν πονηρόν, ἢ αἰσχρόν, ἢ ἀκάθαρτον, ἢ μιαρόν ἐστιν ἐν τοῖς τῶν προφητῶν λόγοις. ἀλλ' οὐδὲ ποιεῖ ἢ πάσχει αἴσχιστα ὁ Θεός, οὐδὲ τῷ κακῷ διακονεῖται, ὡς οἴεται Κέλσος· οὐδὲ γὰρ προείρηταί τι τοιοῦτον, κἂν λέγῃ αὐτὸς προειρῆσθαι. * εἰ γὰρ ἔμελλεν ὁ Θεὸς τῷ κακῷ διακονήσεσθαι, ἢ ποιεῖν, ἢ πάσχειν αἴσχιστα, ἔδει παραθέσθαι τὰς ἀπὸ τῶν προφητῶν εἰς τοῦτο λέξεις· καὶ μὴ μάτην μολύνειν ἐθέλειν τοὺς ἀκούοντας αὐτοῦ. ἃ μὲν οὖν πείσεται Χριστός, προεῖπον οἱ προφῆται, καὶ τὴν αἰτίαν τεθείκασι τοῦ, δι' ὃ πείσεται· καὶ ὁ Θεὸς ἠπίστατο ἃ ἄρα ὁ Χριστὸς αὐτοῦ πείσεται. πόθεν δ', ὅτι καὶ μιαρώτατα καὶ ἀκαθαρτότατα ταῦτ' ἦν; ὥς φησιν ὁ Κέλσος. ἀλλὰ δόξει διδάσκειν πῶς μιαρώτατα καὶ ἀκαθαρτότατα ταῦτ' ἄττα ἦν, ἃ καὶ ὑπέμεινεν· ἐπεί φησι, “Τί γὰρ ἄλλο ἦν Θεοῦ τὸ προβάτων σάρκας ἐσθίειν, καὶ χολήν, ἢ ὄξος πίνειν, πλὴν σκατοφαγεῖν; Θεὸς δὲ καθ' ἡμᾶς προβάτων σάρκας οὐκ ἤσθιεν. ἵνα γὰρ καὶ δόξῃ, ὅτι ἤσθιεν· ὡς σῶμα φορῶν, ὁ Ἰησοῦς ἤσθιεν. ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς χολῆς καὶ τοῦ ὄξους προφητευθέντων, ἐν τῷ, Ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμά μου χολήν, καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος· ἐν τοῖς ἀνωτέρω προειρηκότες ἀναγκαζόμεθα ὑπὸ τοῦ Κέλσου παλιλλογεῖν. ἀεὶ γὰρ οἱ τῷ τῆς ἀληθείας ἐπιβουλεύοντες λόγῳ, χολὴν * ἣν ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν κακίας, καὶ ὄξος τὸ ἀπὸ τῆς ἰδίας ἐπὶ τὰ φαῦλα ῥοπῆς προσάγουσι τῷ Κυρίῳ τοῦ Θεοῦ· ὃς γευσάμενος οὐ θέλει πιεῖν. Εἶτα μετὰ ταῦτα, βουλόμενος ἀνατρέπειν τὴν πίστιν τῶν, διὰ τὸ προπεφητεῦσθαι, παραδεξαμένων τὰ τοῦ Ἰησοῦ, φησί, “Φέρε, ἐὰν προείπωσιν οἱ προφῆται τὸν μέγαν Θεόν, ἵνα μηδὲν ἄλλο φορτικώτερον εἴπω, δουλεύσειν, ἢ νοσήσειν, ἢ ἀποθανεῖν· τεθνήξεσθαι δεήσει τὸν Θεόν, ἢ δουλεύσειν, ἢ νοσήσειν, ἐπειδὴ προείρηται· ἵνα πιστευθῇ ἀποθανὼν ὅτι Θεὸς ἦν; ἀλλ' οὐκ ἂν προείποιεν τοῦτο οἱ προφῆται· κακὸν γάρ ἐστι καὶ ἀνόσιον. οὐκοῦν οὔτ' εἰ προεῖπον, οὔτ' εἰ μὴ προεῖπον, σκεπτέον· ἀλλ' εἰ τὸ ἔργον ἄξιόν ἐστι Θεοῦ, καὶ καλόν. τῷ δ' αἰσχρῷ καὶ κακῷ, κἂν πάντες ἄνθρωποι μαινόμενοι προλέγειν δοκῶσιν, ἀπιστητέον. πῶς οὖν τὰ περὶ τοῦτον, ὡς περὶ Θεόν, πραχθέντα ἐστὶν ὅσια; φαίνεται δὴ διὰ τούτων ἰσχυρὸν μέν τι πρὸς πειθὼ τῶν ἀκουόντων ὑπονενοηκέναι τὸ περὶ τοῦ προπεφητεῦσθαι τὸ Ἰησοῦ κεφάλαιον· ἄλλῳ δὲ πιθανῷ πειρᾶσθαι ἀνατρέπειν τὸν λόγον, φάσκων, “οὐκοῦν οὔτ' εἰ προεῖπον, οὔτ' εἰ μὴ προεῖπον, σκεπτέον.” ἐχρῆν δ', εἴπερ μὴ παραλογιστικῶς, ἀλλ' ἀποδεικτικῶς ἐβούλετο ἐνστῆναι τῷ λεγομένῳ, εἰπεῖν, Οὐκοῦν ἀποδεικτέον ὅτι οὐ

* κενοὺς.

* ἔμελλε τὸν Θεὸν τ. κ. δ. ἢ π. ἢ π. αἴσχιστα, παραθέσθαι τάς.

Pſal. 68. 22.

* τὴν ἀπό.

Matth. 27.34.

Celſi verba

fuiſſet oratio, & ad perſuadendum efficacior: nunc nihil profert, ſed intentando calumnias facturum ſe id minatur, contra Scripturam interim mentiens. Itaque non eſt reſpondendum ad inanem vocum ejus ſtrepitum, ut declaretur nihil miſerum, aut turpe, aut impurum, aut ſceleſtum ineſſe Prophetarum ſermonibus. Deus nihil turpe vel facit vel patitur, nec malo miniſtrat, ut Celſus opinatur: nihil enim tale prædictum eſt de eo; licèt is prædictum aſſerat. Nam, ſi Deus malo miniſtraturus erat, aut facturus aliquid turpe paſſurúſve, oportuit eum è Prophetarum dictis hoc evincere; nec fruſtrà velle ſuos auditores nefariis nugis contaminare. De Chriſto certè vaticinati ſunt Prophetæ, cauſam addendo, propter quam paſſurus eſſet; & Deus ſciebat quæ paſſurus eſſet Chriſtus ſuus. Quid hìc impuritatis Celſus oſtendit? an fortè dicet impura & miſera, quæ ille ſuſtinuit? *Quid refert*, inquit, *utrùm Deum ovillam & fel edere, acetúmque bibere dicas; an veſci excrementis?* At nos Deum non opinamur ovillam edere. Si enim ediſſe videtur; ut corpus geſtans, Jeſus comedit. Ceterùm quod de aceto felléque per Prophetas prænuntiatum eſt, *Dederunt in cibum mihi fel, & ſitientem aceto potaverunt*; quamvis ad hoc reſponſum ſit ſuperiùs, Celſus tamen cogit nos iterum eadem repetere: ſemper enim veritatis inſidiatores fel ſuæ malitiæ, & acetum proclivitatis ad malum offerunt Domino Deo; qui guſtatum non vult bibere. Deinde ſubverſurus fidem propter Prophetias de Jeſu credentium, *Age*, inquit, *fac Prophetas de magno Deo prædixiſſe, ſerviturum eum (nè quid dicam gravius) aut ægrotaturum, aut moriturum, neceſſe erit eum ſervire, ægrotare, mori, quia ſic prænuntiatum eſt à vatibus, ut mortuus credatur eſſe Deus? ſed hoc nunquam Prophetæ canerent: eſt enim malum & impium. Itaque non eſt ſpectandum quid prædictum ſit, quid non; ſed quid decorum & dignum Deo. Sin aliquid malum eſt ac turpe, etiamſi omnes inſani homines prædixiſſent, non eſt credendum. Num igitur pium videtur, ſic tractatum eſſe Deum?* Hic ſibi videtur nactus vehemens argumentum contra fidem eorum, qui Prophetias de Jeſu audiverunt, & ex altera parte veriſimile quiddam, quo Prophetiam evertere conatur: negans *ſpectandum quid prædictum ſit, quid non.* Atqui, ſi non vaframentis agere voluiſſet, debuerat dicere, Igitur evincendum non

non eſſe prædicta; aut ſecùs, quàm prædictum ſit, eveniſſe quæ Jeſu acciderant: atque ità inferre quod illatum voluit. Sic enim appareret quas Prophetias nos ad Jeſum referamus, & quàm ſtrenuè nos refellat adverſarius; & conſtitiſſet utrùm ingenuè dicta Prophetarum, quibus nos fidem de Jeſu aſtruimus, evertat; aut deprehenderetur quàm impudenter conetur depravare veritatem, quaſi non ſit veritas. Et quia quædam impoſſibilia & indecora Deo præſupponens ait, *Si hæc de Deo maximo prædicta fuiſſent, num propter eam prædictionem deberemus talia de Deo credere?* putátq; hinc colligi, quòd, etiamſi certum eſſet prædixiſſe hæc ſacros vates de Dei filio, tamen non eſſe credenda, quandoquidem ſit impoſſibile hæc eum pati aut facere: dicendum præſuppoſitionem hanc abſurdam eſſe, ut quæ conjungat naturâ inter ſe pugnantia; id quod ſic demonſtrabitur. Si veridici Prophetæ Dei univerſorum Domini ſervitúrum eum, aut ægrotatúrum, aut moriturum prædixerunt, fatemur hæc ità eventura: neceſſe eſt enim non mentiri Dei Prophetas. Sed ſi Prophetæ iidem hæc de ſummo Deo vaticinantur, quoniam quæ naturaliter ſunt impoſſibilia falſa ſunt, non evenient circa Deum vera Prophetarum præſagia. Quoties autem duo conjuncta in res inter ſe contrarias deſinunt, quod theorema vocatur ex duabus Prophetiis, non conſiſtunt etiam utraque antecedentia: ut in præſenti negotio, dum Prophetæ Dei maximi prædicunt eum ſervitúrum, ægrotaturum, moriturum. Unde illud colligitur, haudquaquam prædixiſſe Prophetas ſummum Deum vel ſervitutem ſubiturum quandoque, vel morbo afficiendum, vel mortem denique obiturum. Sic enim ratiocinamur. Si primum, etiam ſecundum; quòd ſi non primum, neque ſecundum: Ergò neque primum. Sic & de materialibus argutantur Stoici, aſſerentes illud, Si ſcis te mortuum, non es mortuus; mox illud ſequitur, Ergò non nôſti te mortuum: quæ connexa verò in hunc modum diſponunt, Si ſcis te mortuum, eſt quod ſcis: ergò eſt quòd es mortuus: ac rurſum, Si ſcis te mortuum, & eſt quod ſcis, non mortuus es: quoniam autem mortuus ſcit, manifeſtè ſequitur, ut, cùm ſcias te mortuum, non ſis mortuus. Sequitur autem, ut dixi, utramque ratiocinationem: Ergò neſcis te mortuum. Tale quiddam eſt & in Celſi propoſitione, quam ſuperius recitavimus; quamvis aliud eſt de Prophetiis Jeſum prænuntiantibus: non enim

προεῖπον· ἢ οὐ, καθὼς προεῖπον, τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ πεπλήρωται ἐν τῷ Ἰησοῦ λεχθέντα· καὶ ἐπιφέρειν τὴν δοκοῦσαν αὐτῷ ἀπόδειξιν. οὕτω γὰρ ἐφαίνετο ἄν, τίνα μὲν αἱ προφητεῖαι λέγουσιν ὑφ' ἡμῶν ἀναφερόμεναι ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν, πῶς δὲ οὗτος ψευδοποιεῖ τὴν ἐκδοχὴν ἡμῶν· καὶ εὑρέθη ἄν, πότερον γνησίως ἀνατρέπει τὰ ὑφ' ἡμῶν φερόμενα ἀπὸ τῶν προφητῶν εἰς τὸν περὶ τοῦ Ἰησοῦ λόγον· ἢ ἁλίσκεται ἀναισχύντως βιάζεσθαι θέλων τὴν τῆς ἀληθείας ἐνάργειαν, ὡς οὐκ ἀλήθειαν; ἐπεὶ δ' ἀδύνατά τινα καὶ ἀπρεπῆ Θεῷ, καθ' ὑπόθεσιν, τιθείς, φησιν, "Εἰ ταῦτα προηγόρευτο περὶ τοῦ ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ· ἆρ', ἐπεὶ προλέγεται, πιστευτέον δεῖ τὰ τοιαῦτα περὶ Θεοῦ; καὶ νομίζει κατασκευάζειν, ὅτι, κἂν ἀληθῶς ὦσι προειρηκότες οἱ προφῆται περὶ υἱοῦ Θεοῦ τοιαῦτα, ἀδύνατον ἦν, αὐτὸν παθεῖν ἢ δρᾶσαι χρῆναι, πιστεύειν τοῖς προειρημένοις, λεκτέον, ὅτι ἡ ὑπόθεσις αὐτοῦ ἄτοπος οὖσα, ποιήσαι ἂν συνημμένα, εἰς τὰ ἀλλήλοις ἀντικείμενα, λήγοντα· ὅπερ οὕτω δείκνυται. Εἰ οἱ ἀληθῶς προφῆται τοῦ ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ δουλεύειν, ἢ νοσεῖν ἀεί, ἢ τεθνήξεσθαι * φήσουσι τὸν Θεόν, συμβήσεται ταῦτα περὶ τὸν Θεόν· ἀψευδεῖν γὰρ ἀνάγκη τοὺς τοῦ μεγάλου Θεοῦ προφήτας. ἀλλὰ καὶ εἰ οἱ ἀληθῶς προφῆται τοῦ ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ τὰ αὐτὰ ταῦτά φασιν, ἐπεὶ τὰ τῇ φύσει ἀδύνατα οὐκ ἔστιν ἀληθῆ· οὐκ ἂν συμβαίη περὶ τὸν Θεόν, ἃ λέγουσιν οἱ προφῆται, ἀληθῆ. ὅταν δὲ δύο συνημμένα λήγῃ εἰς τὰ ἀλλήλοις ἀντικείμενα, τῷ καλουμένῳ διὰ δύο τροπικῶν θεωρήματι, ἀναιρεῖται τὸ ἐν ἀμφοτέροις τοῖς συνημμένοις ἡγούμενον· ὅπερ ἐν τούτοις ἐστὶ τό, προλέγειν τοὺς προφήτας τὸν μέγαν Θεὸν δουλεύσειν, ἢ νοσήσειν, ἢ τεθνήξεσθαι. συνάγεται οὖν τό, οὐκ ἄρα προεῖπον οἱ προφῆται τὸν μέγαν Θεὸν δουλεύσειν, ἢ νοσήσειν, ἢ τεθνήξεσθαι. καὶ ὑπάγεταί γε ὁ λόγος τρόπῳ τοιούτῳ. Εἰ τὸ πρῶτον, καὶ τὸ δεύτερον· εἰ οὐ τὸ πρῶτον, οὐ τὸ δεύτερον· οὐκ ἄρα τὸ πρῶτον. φέρουσι δὲ καὶ ἐπὶ ὕλης τὸν τρόπον τοῦτον οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς, λέγοντες τό, Εἰ ἐπίστασαι ὅτι τέθνηκας, οὐ τέθνηκας· ἀκολουθεῖ τό, οὐκ ἄρα ἐπίστασαι ὅτι τέθνηκας. τὸν τρόπον δὲ τοῦτον κατασκευάζουσι τὰ συνημμένα, Εἰ ἐπίστασαι ὅτι τέθνηκας, ἔστιν ὃ ἐπίστασαι· ἔστιν ἄρα τὸ τέθνηκας. καὶ πάλιν, Εἰ ἐπίστασαι ὅτι οὐ τέθνηκας, καὶ ἔστιν ὃ ἐπίστασαι, οὐ τέθνηκας. ἐπεὶ δὲ ὁ τεθνηκὼς ἐπίσταται· δηλονότι εἰ ἐπίστασαι ὅτι τέθνηκας, οὐ τέθνηκας. καὶ ἀκολουθεῖ, ὡς προεῖπον, ἀμφοτέροις τοῖς συνημμένοις τό, οὐκ ἄρα ἐπίστασαι ὅτι τέθνηκας. τοιοῦτόν τι ἐστὶ καὶ περὶ τὴν Κέλσου ὑπόθεσιν, λέγοντος ἣν προεξεθέμεθα λέξιν· ἀλλ' οὐδ' ἅπερ ἐν * ὑποθέσει παρειλήφαμεν παραπλήσιά ἐστι ταῖς περὶ Ἰησοῦ προφητείαις. οὐ γὰρ

* φήσομεν.

* ὑποθέσει.

solutio Dialecticorum more

del. οὐ vid. not.

προεῖπον αἱ προφητεῖαι Θεὸν σταυρωθήσεσθαι, αἵ τινές φασι περὶ τοῦ ἀναδεξαμένου τὸν θάνα-
Eſaiæ 53.2,3. τον, Καὶ εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος, ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον καὶ ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων· ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὢν καὶ πόνῳ, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν. ὅρα οὖν, σαφῶς ἄνθρωπον εἰρήκασι τὸν πεπονθότα ἀνθρώπινα. καὶ αὐτὸς ἀκριβῶς εἰδὼς Ἰησοῦς, ὅτι τὸ ἀποθνῆσκον ἄνθρωπος ἦν,
Joan.8.40. φησὶ πρὸς τοὺς ἐπιβουλεύοντας αὐτῷ, Νῦν δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι, ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα, ἣν ἤκουσα * παρὰ τοῦ
* ἀπὸ.
Θεοῦ. εἰ δέ τι θεῖον ἐν τῷ κατ' αὐτὸν νοουμένῳ ἀνθρώπῳ ἐτύγχανεν, ὅπερ ἦν ὁ μονο-
Joan.1.14. γενὴς τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁ πρωτότοκος πάσης κτίσεως,
Coloſſ.1.15. ὁ λέγων, Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια, καὶ ἐγώ εἰμι
Joan.14.6. ἡ ζωὴ, καὶ ἐγώ εἰμι ἡ θύρα, καὶ ἐγώ εἰμι ἡ ὁ-
10.9. δὸς, καὶ, Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ
6.50. καταβάς· ἄλλος δή που ὁ περὶ τούτου καὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ λόγος ἐστὶ, παρὰ τὸν περὶ τοῦ νοουμένου κατὰ τὸν Ἰησοῦν ἀνθρώπου. διόπερ οὐδ' οἱ πάνυ ἁπλούστατοι, καὶ λόγοις οὐκ ἐντεθραμμένοι ἐξεταστικοῖς, Χριστιανοὶ εἴποιεν ἂν τεθνηκέναι τὴν ἀλήθειαν, ἢ τὴν ζωὴν, ἢ τὴν ὁδὸν, ἢ τὸν ἐξ οὐρανοῦ καταβάντα ζῶντα ἄρτον, ἢ τὴν ἀνάστασιν· (φησὶ γὰρ ἑαυτὸν ἀνάστασιν εἶναι ὁ ἐν τῷ φαινομένῳ ἀνθρώπῳ κατὰ τὸν Ἰησοῦν διδάξας
Joan.11.25. τὸ, Ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις.) ἀλλὰ καὶ οὐδεὶς [οὕτως] ἐμβρόντητος ἡμῶν ἐστιν, ἵν' εἴπῃ, τέθνηκεν ἡ ζωὴ, ἢ τέθνηκεν ἡ ἀνάστασις. ἦν δ' ἂν τὸ τῆς ὑποθέσεως τοῦ Κέλσου χώραν ἔχον, εἰ ἐφάσκομεν προειρηκέναι τοὺς προφήτας τεθνήξεσθαι τὸν Θεὸν λόγον, ἢ τὴν ἀλήθειαν, ἢ τὴν ζωὴν, ἢ τὴν ἀνάστασιν, ἤ τι τῶν ἄλλων, ἅ φησιν εἶναι ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ. ἀληθεύει οὖν ἐν μόνῳ κατὰ τὸν τόπον ὁ Κέλσος τῷ, "Ἀλλ' οὐκ "ἂν προείποιεν τοῦτο οἱ προφῆται· κακὸν γάρ ἐστι καὶ ἀνόσιον. τί δὲ τοῦτο ἢ ὅτι ὁ μέγας Θεὸς δουλεύσει ἢ τεθνήξεται; ἄξιον δὲ Θεοῦ τὸ προφητευθέν ἐστιν ὑπὸ τῶν προφητῶν, ὅτι τῆς θείας φύσεως ἀπαύγασμα καὶ χαρακτήρ τις ἐνανθρωπήσει ψυχῇ ἱερᾷ τῇ τοῦ Ἰησοῦ συνεπιδημήσει τῷ βίῳ, ἵνα σπείρῃ λόγον οἰκειοῦντα τῷ τῶν ὅλων Θεῷ τὸν παραδεξάμενον αὐτὸν εἰς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν καὶ γεωργήσαντα, καὶ ἐπὶ
* πάντας.
τέλος ἀγαγόντα * πάντα, ὧν τὴν δύναμιν ἐν ἑαυτῷ ἔχει, τοῦ ἐν ἀνθρώπου σώματι καὶ ψυχῇ ἐσομένου Θεοῦ λόγου. οὕτω δ' ἔσται, ὡς μὴ ἀποκεκλεῖσθαι τὰς αὐγὰς αὐτοῦ ἐν ἐκείνῳ μόνῳ,
* μηδ' ὀνομάζεσθαι.
* μηδὲ νομίζεσθαι ὅτι οὐδαμοῦ ἀλλαχοῦ ἐστι τὸ τῶν αὐγῶν τούτων ποιητικὸν φῶς, Θεὸς λόγος ὤν. τὰ περὶ τὸν Ἰησοῦν τοίνυν, καθὸ μὲν γενόμενα Θεότητι ἐν αὐτῷ πραχθέντα, ἐστὶν ὅσια, καὶ οὐ μαχόμενα τῇ περὶ τοῦ θείου ἐννοίᾳ· καθὸ δὲ ἄνθρωπος ἦν, παντὸς μᾶλλον ἀνθρώπου κεκοσμημένος τῇ ἄκρᾳ μετοχῇ τοῦ αὐτολόγου,

prædixerunt Deum crucifigendum, quando de mortem aſſumente ſic loquuntur, *Vidimus eum non habentem ſpeciem, nec pulchritudinem, ſed ſpecies ejus ſine honore ſupra ceteros filios hominum: homo in plaga conſtitutus & dolore, & ſciens ferre infirmitatem.* Vide ut apertè hominem nominent, qui humana paſſus eſt. Et ipſe Jeſus, bene ſciens quod moriturum erat eſſe hominem, ait ſuis inſidiatoribus, *Nunc autem quæritis me interficere, hominem, qui veritatem vobis loquutus ſum, quam audivi à Deo.* Quòd ſi quid in hoc, quem per ſe hominem intelligimus, divinitatis inerat, id quod erat unigenitus Dei & primogenitus creaturæ totius, cujus verba ſunt, *Ego ſum veritas, ego ſum vita, ego ſum janua, ego ſum via*, &, *Ego ſum panis vivens, qui è cœlo deſcendit*: alia de hoc ejúſque eſſentiâ conſideratio eſt, ſeorſum ab eo, quem in Jeſu intelligimus, homine. Quamobrem nè ſimpliciſſimus quidem Chriſtianus, & inexercitatus in doctrina exquiſitiore, diceret obiiſſe veritatem, aut vitam, aut viam, aut vivum panem, qui deſcendit è cœlo, aut reſurrectionem: (nam reſurrectionem ſe eſſe ait, qui in ſpecie hominis Jeſu docebat dicens, *Ego ſum reſurrectio.*) nec ullus noſtrûm ità inſanit ut dicat, mortua eſt vita, mortua eſt reſurrectio. Invenirentur autem tales, ſi locum haberet ſuppoſitio Celſi, ſi fateremur prædixiſſe Prophetas moriturum Dei verbum, aut veritatem, aut vitam, aut reſurrectionem, aut aliquid eorum, quæ de ſe prædicat Dei filius. Itaque in tantum verè Celſus hoc loco proloquutus eſt, *Quòd nunquam hoc Prophetæ prædicerent*: id enim eſſet malum ac impium. Quid autem hoc, niſi magnum Deum moriturum eſſe aut ſerviturum? Ceterùm quæ Prophetæ prædixerunt, Deo digna ſunt, ſplendorem naturæ divinæ characterémq; in humana ſancta Jeſu anima eſſe inviſurum vitam hominum, ut ſeminaret verbum conciliaturum Deo univerſorum Domino cunctos, quicunque id in animam ſuam reciperent & excolerent, & omnia, quæ poſſunt, perficerent, Dei verbo in hominis corpore animâque affuturo: quod eo fit pacto, ſi ejus radii non ſuo ſolùm corpore intercludantur, nec Deus verbum lumen talibus coruſcans radiis eſſe alibi credatur. Igitur in quantum cogitantur geſta Jeſu, quæ in eo patravit Deitas, pia ſunt, nec aliena à ſanctis de Deo cogitationibus: in quantum autem homo erat, ſupra omnes homines ornatus participatione ipſius verbi &

& ipſius ſapientiæ, ſuſtinuit, ut ſapiens & perfectus, quicquid oportebat ſuſtinere nihil non facientem pro genere hominum ſive rationalium. Nec abſurdum eſt, mortuum fuiſſe hominem, mortémque ejus propoſitam eſſe in exemplum moriendi pro pietate, atque etiam primùm hanc profligâſſe illius mali potentiam diaboli latè per orbem terrarum dominantis. Porrò ſigna deſtructionis ejus ſunt hi, qui propter adventum Jeſu fugiunt ubique poſſeſſores ſuos dæmonas, & ab eorum ſervitute liberati totos ſe Deo dedicant, indies in puriore pietate proficientes pro viribus. Poſt hæc ſic pergit Celſus, *Nec illud etiam animadvertunt, ſi de hoc Judæorum Prophetæ prædixerunt, eum fore Dei filium, qui factum ſit, ut ille quidem per Moſem legiſlatorem juberet divitias parare ac potentiam, replere terram progenie, totas hoſtium gentes delere ferro, nè ſervatis quidem impuberibus, & totaliter occidere; quod & ipſe, ut Moſes fatetur, fecit in conſpectu Judaici populi, etiam ipſis diſertè minitans, ni pareant, habiturum ſe eos pro hoſtibus: filius verò ejus, homo Nazarenus, leges ferret contrarias, nè acceſſum quidem ad patrem ſuum concedens cuicunque vel diteſcenti, vel principatum affectanti, vel ad ſapientiam enitenti aut gloriam; nec magìs quàm corvis nobis curandam rem penuariam; veſtis item minorem curam habendam quàm lilia habeant; ſemel percutienti præbendam iterum faciem? Uter mentitur, Moſes an Jeſus? An fortè Pater, cùm hunc mitteret, oblitus erat quid olim Moſi mandaverit? an damnatis propriis legibus mutavit ſententiam, & cum contrariis mandatis miſit nuntium?* Hoc loco Celſo, ut profitetur, omniſcio quiddam accidit idiotâ quàm philoſopho dignius, dum in Scripturis nihil ſupra literam intelligit, nec putat in Prophetis latere ſenſum profundiorem; non videns cœleſtem doctrinam nunquam tam apertè fuiſſe commendaturam ex inopinato corporales divitias rectè viventibus, cùm conſtet plurimos viros juſtiſſimos vixiſſe in ſumma inopia. Certè ipſi Prophetæ, per vitæ puritatem conſequuti divinum Spiritum, *obambulabant in ovilis & caprinis pellibus, egeni, oppreſſi, afflicti, errantes in deſertis, & montibus, ſpeluncis & cavernis terræ. Multæ ſunt* enim *juſtorum anguſtiæ*, ſicut canit hymnographus. Quòd ſi Celſus legiſſet Moſis legem, veriſimile eſt, quòd illa verba, *Fœnerabaris multis gentibus, ipſe verò ad uſuram mutuum non accipies*, quæ ad legis obſervatorem dicuntur, putâſſet pro-

καὶ τῆς αὐτοσοφίας, ὑπέμεινεν, ὡς σοφὸς καὶ τέλειος, ἅπερ ἐχρῆν ὑπομεῖναι τὸν ὑπὲρ παντὸς τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, ἢ καὶ τῶν λογικῶν, πάντα πράττοντα. καὶ οὐδὲν ἄτοπον, καὶ ἀποτεθνηκέναι τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὸν θάνατον αὐτοῦ οὐ μόνον παράδειγμα ἐκκεῖσθαι τοῦ ὑπὲρ εὐσεβείας ἀποθνήσκειν, ἀλλὰ γὰρ καὶ εἰργάσθαι ἀρχὴν καὶ προκοπὴν τῆς καταλύσεως τοῦ πονηροῦ καὶ διαβόλου, πᾶσαν τὴν γῆν νενεμημένου. σημεῖα δὲ τῆς καθαιρέσεως εἰσιν αὐτοῦ οἱ διὰ τὴν ἐπιδημίαν Ἰησοῦ πανταχόθεν φυγόντες μὲν τοὺς κατέχοντας αὐτοὺς δαίμονας· διὰ δὲ τοῦ ἠλευθερῶσθαι ἀπὸ τῆς ὑπ' ἐκείνους δουλείας, ἀναθέντες ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ καὶ τῇ, κατὰ τὸ δυνατὸν αὐτοῖς, καθαρωτέρᾳ ὁσημέραι εἰς αὐτὸν εὐσεβείᾳ. Ἑξῆς δὲ τούτοις τοιαῦτά φησιν ὁ Κέλσος, "Ἐκεῖνο δ' οὐκ ἐνθυμηθήσονται πάλιν, εἰ προεῖπον οἱ τοῦ Ἰουδαίων Θεοῦ προφῆται, τοῦτον ἐκείνου παῖδα ἐσόμενον, πῶς ἐκεῖνος μὲν διὰ Μωϋσέως νομοθετεῖ πλουτεῖν, καὶ δυναστεύειν, καὶ καταπιμπλάναι τὴν γῆν, καὶ καταφονεύειν τοὺς πολεμίους ἡβηδὸν, καὶ παγγενεὶ κτείνειν, ὅπερ καὶ αὐτὸς ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν Ἰουδαίων, ὥς φησι Μωϋσῆς, ποιεῖ, καὶ πρὸς ταῦτα, ἂν μὴ πείθωνται, διαῤῥήδην αὐτοὺς τὰ τῶν πολεμίων δράσειν, ἀπειλεῖ· ὁ δ' υἱὸς ἄρα αὐτοῦ, ὁ Ναζωραῖος ἄνθρωπος, ἀντινομοθετεῖ, μηδὲ παριτητὸν εἶναι πρὸς τὸν πατέρα τῷ πλουτοῦντι, ἢ φιλαρχοῦντι, ἢ σοφίας ἢ δόξης ἀντιποιουμένῳ· δεῖν δὲ σίτων μὲν καὶ ταμείου μὴ μᾶλλόν τι φροντίζειν ἢ τοὺς κόρακας, ἐσθῆτος δὲ ἧττον ἢ τὰ κρίνα, τῷ δ' ἅπαξ τυπτήσαντι παρέχειν καὶ αὖθις τύπτειν; πότερον Μωϋσῆς ἢ Ἰησοῦς ψεύδεται; ἢ ὁ πατὴρ, τοῦτον πέμπων, ἐπελάθετο τίνα Μωϋσῇ διελέξατο; ἢ καταγνοὺς τῶν ἰδίων νόμων μετέθετο, καὶ τὸν ἄγγελον καὶ ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις ἀποστέλλει;" πέπονθε δὴ διὰ τούτων Κέλσος πρᾶγμα, ὁ πάντ' ἐπίστασθαι ἐπαγγελλόμενος, ἰδιωτικώτατον, περὶ τοῦ νοῦ τῶν γραφῶν οἰηθεὶς πλέον τῶν κατὰ τὸ γράμμα λέξεων μηδένα λόγον εἶναι βαθύτερον ἐν τῷ νόμῳ καὶ τοῖς προφήταις· οὐχ ὁρῶν, ὅτι οὐκ ἂν οὕτω προφανῶς ἀπιθάνως τὸν σωματικὸν * ἐπηγγέλλετο πλοῦτον τοῖς ὀρθῶς βιώσασιν ὁ λόγος, δεικνυμένων δικαιοτάτων ἐν ἄκρᾳ πενίᾳ βεβιωκέναι. οἱ γοῦν προφῆται, καὶ διὰ τὸ καθαρῶς βεβιωκέναι τὸ θεῖον πνεῦμα χωρήσαντες, περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι, ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι, καὶ ὄρεσι, καὶ σπηλαίοις καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς. πολλαὶ γὰρ αἱ θλίψεις τῶν δικαίων, κατὰ τὸν ὑμνῳδόν. εἴπερ δὲ ἀνέγνω τὸν Μωϋσέως νόμον ὁ Κέλσος, εἰκὸς, ὅτι τὸ, Δανειεῖς ἔθνεσι πολλοῖς, σὺ δὲ οὐ δανειῇ, λεγόμενον πρὸς τὸν τηροῦντα τὸν νόμον, ᾠήθη ποιεῖν εἰ),

ὡς

Obj. Celſ. [illegible]

Lucæ 12.24.

Ibid. 6.29.

Reſp. Orig. de arcano Script. ſenſu.

* ἀπηγγέλλετο.

Hebr. 11.37, 38.

Pſal. 34.19.

Deut. 15.6. 28.12.

ὥς' ἐν ἐπαγγελίᾳ λέγεσθαι περὶ δικαίου. τοσοῦτον πλουτήσειν τὸν τυφλὸν πλοῦτον, ὥστε, διὰ τὸ πλῆθος τῶν χρημάτων, οὐ μόνον Ἰουδαίοις δανείζειν τὸν δίκαιον, ἀλλ' οὐδ' ἄλλῳ ἑνὶ ἔθνει, ἢ δευτέρῳ, ἢ τρίτῳ, ἀλλὰ πολλοῖς· πόσα οὖν ὁ δίκαιος ἐκέκτητο χρήματα, μισθὸν τῆς δικαιοσύνης αὐτὰ κατὰ τὸν νόμον λαβὼν, ἵνα δανείζῃ πολλοῖς ἔθνεσιν; ἀκόλουθον δ' ἐστὶ τῇ τοιαύτῃ ἐκδοχῇ καὶ τὸ ὑπολαμβάνειν ὅτι οὐδέ ποτε ὁ
Deut. 15.6. 23.19. 28.12. δίκαιος δανείζεται· ἐπεὶ γέγραπται, Σὺ δὲ οὐ δανειῇ. ἆρ' οὖν ἔμεινε τὸ ἔθνος τοσούτοις χρόνοις ἐν τῇ κατὰ Μωϋσέα θεοσεβείᾳ, περιφανῶς βλέπον ψευδόμενον, ὅσον ἐπὶ τῷ Κέλσῳ, τὸν νομοθέτην; οὐδὲ γὰρ ἱστόρηταί τις τοσοῦτον πλουτήσας, ὡς δεδανεικέναι ἔθνεσι πολλοῖς. ἀλλ' οὐ πιθανὸν, οὕτως αὐτοὺς διδασκομένους ἀκούειν τοῦ νόμου, ὡς Κέλσος ᾤετο, καὶ περιφανῶς βλέποντας ψευδεῖς τὰς κατὰ τὸν νόμον ἐπαγγελίας, ἀγωνίζεσθαι περὶ τοῦ νόμου. ἐὰν δὲ τὰς ἀναγεγραμμένας τις ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ φέρῃ παράδειγμα τοῦ καταπεφρονηκέναι αὐτοὺς τοῦ νόμου, τάχα διὰ τὸ κατεγνωκέναι αὐτοῦ ὡς ψευδομένου· λεκτέον πρὸς αὐτὸν, ὅτι ἀναγνωστέον καὶ τοὺς χρόνους, ἐν οἷς ὅλος ὁ λαὸς ἀναγέγραπται, μετὰ τὸ πεποιηκέναι τὸ πονηρὸν ἐνώπιον Κυρίου, ἐπὶ τὸ βέλτιον καὶ τὴν κατὰ τὸν νόμον θεοσέβειαν μεταβεβληκέναι. ἀλλὰ καὶ, ὅπερ δυναστεύειν αὐ-
* λόγος. τοῖς ὁ * νόμος ἐπαγγέλλεται, λέγων, Ἄρξεις σὺ δὲ
Deut. 15.6. 28.12. ἐθνῶν πολλῶν, σοῦ δὲ οὐκ ἄρξουσι, καὶ μηδὲν δηλοῦται διὰ τούτων βαθύτερον· δῆλον ὅτι πολλῷ πλέον κατεγίνωσκεν ὁ λαὸς τῶν κατὰ τὸν νόμον ἐπαγγελιῶν. παραφράζει δέ τινας λέξεις ὁ Κέλσος, ἐμφαινούσας πληρωθήσεσθαι πᾶσαν τὴν γῆν διὰ τοῦ Ἑβραϊκοῦ σπέρματος· ὅπερ, ὡς
* μηνύοντος. πρὸς τὴν ἱστορίαν, * μηνίοντος (ἵν' οὕτως ὀνομάσω) τοῦ Θεοῦ, γεγένηται μετὰ τὴν Ἰησοῦ ἐπιδημίαν, ὑπὲρ εὐλογίας ἀποδιδόντος. ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ ἐν ἐπαγγελίᾳ εἰρῆσθαι Ἰουδαίοις καταφονεύειν τοὺς πολεμίους λεκτέον, εἴ τις ἀναλέγοιτο καὶ περιέχοι ἐπιμελῶς τὰς λέξεις, εὕροι ἂν ἀδύνατον εἶναι τὴν ὡς πρὸς τὸ ῥητὸν ἐκδοχήν. ἀρκεῖ δ' ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀπὸ τῶν Ψαλμῶν παραθέσθαι, τίνα τρόπον ὁ δίκαιος
Psal. 100.8. εἰσάγεται λέγων πρὸς ἑτέροις καὶ τὸ, Εἰς τὰς πρωΐας ἀπέκτεινον πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς τῆς γῆς, τοῦ ἐξολοθρεῦσαι ἐκ πόλεως Κυρίου πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν. πρόσχες δὴ τῷ ῥητῷ καὶ τῇ διαθέσει τοῦ λέγοντος, εἰ ἐδύνατο ἀνδραγαθήματα προδιηγησάμενος (ἅπερ ἔκκειται τῷ βουλομένῳ ἀναγινώσκειν) ἐπιφέρειν τὸ ὡς πρὸς τὴν λέξιν δυνατὸν, ὅτι οὐκ ἄλλῳ καιρῷ τῆς ἡμέρας, ἢ τῷ ἑωθινῷ, ἀνῄρει πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς τῆς γῆς, ὡς μηδένα καταλιπεῖν αὐτῶν ζῶντα· καὶ εἰ ἐξωλόθρευσεν

miſſionem juſto factam; in tantum exuberaturas ei cœcas divitias, ut præ multitudine pecuniarum juſtus non Judæis modò fœneretur, aut uni genti vel alteri, ſed compluribus: ô quantum pecuniarum juſtus acquiſivit in mercedem juſtitiæ, ut juxta legem fœneretur multis gentibus! Ex eodem intellectu & illud colligitur, juſtum nunquam ad uſuram mutuum accipere; quia ſcriptum eſt, *Tu verò ad uſuram mutuum non accipies.* Ergò hæc gens tot ſeculis permanſit in Moſaica religione, cùm legiſlatorem manifeſtè, ut Celſus vult, mentientem videret? nuſquam enim in hiſtoriis reperitur aliquem ſic eſſe ditatum, ut fœneraretur multis gentibus. Sed non eſt probabile eos didiciſſe ſic legem audire, ut Celſus opinatur, & videndo vanas ejus promiſſiones tam contentioſè decertâſſe pro illa. Quòd ſi quis objiciat peccata populi in argumentum contemptæ legis, fortaſſe ob fidem ei non habitam: ad hoc reſpondebimus, legendum etiam quod ſcribitur de tempore, quo totus populus, poſt perpetratum malum in conſpectu Domini ad meliorem mentem converſus, legis religionem complexus eſt. Imperium quoque in gentes externas etſi illis lex eſt pollicita dicens, *Imperium habebis in multas gentes, tibi autem non dominabuntur*; & nihil per hæc profundius ſignificetur: liquidò patet populum longè aliter legis promiſſiones interpretatum eſſe. Corruptè etiam profert nonnullas dictiones Celſus, ut quæ dicunt omnes terras Hebræorum ſemine repletum iri; quod ſanè, quoad hiſtoriam, Deo (ut ità dicam) ſuam iram exercente, effectum eſt poſt Jeſu adventum, quo tempore illam benedictionem impartitus eſt. Ad illud verò, quòd in promiſſione Judæis fuerit denuntiatum, internecione delendas hoſtiles copias, dicimus, ſi quis diligenter verba examinet, inventurum non poſſe juxta verba ipſa intelligi. Id ità eſſe ut ſciatur, contentus ero pauca è Pſalmis in teſtimonium producere, quomodo juſtus introducatur, dicens inter cetera etiam illud, *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut diſperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitates.* Attende contextum verborum; & inſtitutum loquentis, an potuerit poſt commemorata tot præclara facinora, (quæ unicuique, ſi libeat, licet ibi legere) ſubinferre ut rem juxta verborum ſenſum poſſibilem: quòd non alio diei tempore quàm matutino internecione occiderit omnes peccatores terræ, ut nè unum quidem ſuperſtitem relinqueret: & num ex Hieroſo-

Hieroſolymis profligaverit univerſos, quotcunque iniquitatem operabantur. Ad eundem modum permulta licet invenire in lege quoque ſimilia, ſicut illud, *Neminem illorum vivum captum reliquimus ſuperſtitem.* Addit mox, eſſe illis prædictum cum interminatione, niſi legi pareant, fore, ut eodem pacto ipſi tractentur habiti pro hoſtibus, ſicut ipſi hoſtes ſuos tractare ſint ſoliti. Sed, priuſquam Celſum audiamus, pergentem conferre inter ſe quæcunque putat ſe inveniſſe in inſtitutis Chriſti Moſaicæ legi contraria, reſpondendum eſt ad jam antè propoſita. Dicimus igitur legem eſſe duplicem, videlicet alteram juxta literam, alteram juxta intellectum, ſicut & majores noſtri docuerunt. Jam illam juxta literam non tam nos, quàm Deus per quendam Prophetam *jus non bonum* nominat, & *præcepta non bona*: ea verò, quæ juxta intellectum accipitur, apud eundem Prophetam ex Dei perſona & *jus bonum & recta mandata* dicitur: non enim apertè contraria eadem de re Propheta dicit. Quem imitatus Paulus noſter pronuntiavit *literam occidere*; quod perinde eſt, ac ſi verba dixiſſet occidere. Ceterùm *ſpiritus*, inquit, *vivificat*, quod tantundem valet, ac ſi nos eorum intellectu vitam conſequi ſcripſiſſet. Itaque licet etiam apud Paulum, ſicut apud Prophetas, invenire quædam in ſpeciem contraria. Sicut enim Ezechiel dicit quodam loco, *Dedi eis juſtificationes non bonas, in quibus non vivent in eis*; & alicubi, *Dedi eis juſtificationes bonas, præceptaque bona, in quibus vivent in eis*; vel in hanc certè ſententiam: ſic etiam Paulus alicubi legalem literam incuſare volens, dicit, *Quòd ſi miniſtratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria, ità ut non poſſent intendere filii Iſraël in faciem Moÿſis, propter gloriam vultûs ejus, quæ evacuatur: quomodo non magis miniſtratio ſpiritûs erit in gloria?* alicubi verò, laudans legem & ſuſcipiens, ſpiritualem etiam nominat his verbis, *Scimus quia lex ſpiritualis eſt*; item illis, *Itaque lex quidem ſancta, & præceptum ſanctum, juſtum, bonumque.* Ergò, quando legis verba divitias pollicentur juſtis, Celſus quidem juxta literam occidentem putat cæcas illas divitias promitti: nos autem eas perſpicaces intelligimus, quibus aliquis ditatur *in omni doctrina, omnique ſcientia*; quo ſenſu etiam præcipimus *divitibus hujus ſeculi, ne altum ſapiant, neve ſperent in divitiarum inſtabilitate, ſed in Deo vivente, qui benignè præbet ad fruendum omnia, ut benefaciant diteſcántque bonis operibus, & ſint liberales communicatores.*

ἀπὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ πάνθ' ὁντινοῦν ἄνθρωπον ἐργαζόμενον τὴν ἀνομίαν. πολλὰ δ' ἂν εὕροις καὶ ἐν τῷ νόμῳ τοιαῦτα, ὡς τό, Οὐ κατελίπομεν αὐτῶν ζωγρείαν. φέρει δ' ὁ Κέλσος καὶ τὸ προειρῆσθαι αὐτοῖς, μὴ πειθομένοις τῷ νόμῳ, τὰ αὐτὰ πείσεσθαι, ἅπερ ἔδρων τοὺς πολεμίους. καὶ πρὶν ἄν τι παρατιθεὶς τούτοις ὁ Κέλσος χρήσηται οἷς νομίζει ἐναντιώμασι πρὸς τὸν νόμον ἀπὸ τῆς Χριστοῦ διδασκαλίας, λεκτέον περὶ τῶν προειρημένων. φαμὲν τοίνυν ὅτι ὁ νόμος διττός ἐστιν· ὁ μέν τις πρὸς ῥητόν, ὁ δὲ πρὸς διάνοιαν, ὡς καὶ τῶν προειρημένων τινὲς ἐδίδαξαν. καὶ ὁ μὲν πρὸς τὸ ῥητὸν οὐ τοσοῦτον ὑφ' ἡμῶν, ὅσον ὑπὸ τοῦ ἔν τινι τῶν προφητῶν λέγοντος Θεοῦ, εἴρηται εἶναι δικαιώματα οὐ καλά, καὶ προστάγματα οὐ καλά. ὁ δὲ πρὸς διάνοιαν κατὰ τὸν αὐτὸν προφήτην ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ λέγεται εἶναι δικαιώματα καλά, καὶ προστάγματα καλά. οὐ γὰρ περιφανῶς ἐναντία λέγει ὁ προφήτης ἐν ταὐτῷ. ᾧ ἀκολούθως καὶ ὁ Παῦλος τὸ μὲν γράμμα εἶπεν ἀποκτείνειν, ὅπερ ἴσον ἐστὶ τῷ τὸ ῥητόν· τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖν, ὅπερ ἰσοδυναμεῖ τῷ πρὸς διάνοιαν. ἔστι γοῦν παρὰ τῷ Παύλῳ ἀνάλογόν τι εὑρεῖν τοῖς νομισθεῖσιν ἂν ἐναντιώμασι κατὰ τὸν προφήτην. ὡς γὰρ ὅπου μὲν Ἰεζεκιὴλ λέγει, *Ἔδωκα αὐτοῖς δικαιώματα οὐ καλά, καὶ προστάγματα οὐ καλά, ἐν οἷς οὐ ζήσονται ἐν αὐτοῖς· ὅπου δέ, *Ἔδωκα αὐτοῖς δικαιώματα καλά, καὶ προστάγματα καλά, ἐν οἷς ζήσονται ἐν αὐτοῖς· ἤτοι ἰσοδυναμοῦντα γε τούτοις· οὕτω καὶ ὁ Παῦλος, ὅπου μὲν τὸ τοῦ νομικοῦ γράμματος διαβαλεῖν θέλει, φησίν, Εἰ δὲ ἡ διακονία τοῦ θανάτου [ἐν] γράμμασιν ἐντετυπωμένη ἐν λίθοις ἐγενήθη ἐν δόξῃ, ὥστε μὴ δύνασθαι ἀτενίσαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ εἰς τὸ πρόσωπον Μωϋσέως, διὰ τὴν δόξαν τοῦ προσώπου αὐτοῦ τὴν καταργουμένην· πῶς οὐχὶ μᾶλλον ἡ διακονία τοῦ πνεύματος ἔσται ἐν δόξῃ; ὅπου δὲ θαυμάζει τὸν νόμον καὶ ἀποδέχεται, πνευματικὸν αὐτὸν ὀνομάζει, λέγων, *Οἴδαμεν δ' ὅτι ὁ νόμος πνευματικός ἐστιν· ἀποδέχεται δὲ ἐν τῷ, *Ὥστε ὁ μὲν νόμος ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία καὶ δικαία καὶ ἀγαθή. ἐὰν οὖν ἡ λέξις τοῦ νόμου πλοῦτον ἐπαγγέλληται τοῖς δικαίοις, Κέλσος μὲν κατὰ τὸ ἀποκτεῖνον γράμμα νομιζέτω τὸν τυφλὸν πλοῦτον λέγεσθαι ἐν ἐπαγγελίᾳ· ἡμεῖς δὲ τὸν ὀξὺ βλέποντα, καθ' ὃ πλουτεῖ τις ἐν παντὶ λόγῳ καὶ πάσῃ γνώσει· καὶ καθ' ὃ παραγγέλλομεν τοῖς πλουσίοις ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, μὴ ὑψηλὰ φρονεῖν, μηδ' ἠλπικέναι ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι, ἀλλ' * ἐν τῷ Θεῷ τῷ ζῶντι, τῷ παρέχοντι πάντα πλουσίως εἰς ἀπόλαυσιν, ἀγαθοεργεῖν, πλουτεῖν ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς, εὐμεταδότους εἶναι, κοινωνικούς.

Num. 21. 35.
Deut. 2. 34.
Ezech. 20. 25.
Ibid. v. 21.
2 Cor. 3. 6.
Ezech. 20. 25.
Ibid. v. 21.
2 Cor. 3. 7, 8.
Rom. 7. 14.
12.
1 Tim. 6. 17,
18.
1 Cor. 1. 5.
* ἐπὶ Θεῷ τῷ παρ.

κούς. καὶ γὰρ ὁ ἐν ἀληθινοῖς ἀγαθοῖς πλοῦτος, λύ-
Prov. 13. 8. τρον ἐστὶν ἀνδρὸς ψυχῆς, κατὰ τὸν Σολομῶντα· ἡ δ' ἐναντία τούτῳ πτωχεία ὀλέθριον, δι' ἣν ὁ πτωχὸς οὐχ ὑφίσταται ἀπειλήν. ἀνάλογον δὲ τοῖς ἀποδεδομένοις περὶ τοῦ πλούτου λεκτέον καὶ περὶ τῆς δυναστείας, καθ' ἣν εἷς δίκαιος δι-
Deut. 32. 30. ώξεσθαι λέγεται χιλίους, καὶ δύο μετακινεῖν μυριάδας. εἰ περὶ δὲ ταῦτα νενόηται ἐν τοῖς κατὰ τὸν πλοῦτον· ὅρα εἰ μὴ ἀκόλουθόν ἐστιν ἐπαγγελίᾳ Θεοῦ, τὸν πλουτοῦντα ἐν παντὶ λόγῳ, καὶ πάσῃ γνώσει, καὶ πάσῃ σοφίᾳ, καὶ ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ, δανείζειν ἀπὸ τοῦ, κατὰ τὸν λόγον, καὶ τὴν σοφίαν, καὶ τὴν γνῶσιν, πλούτου ἔθνεσι
Rom. 15. 19. πολλοῖς. ὡς ἐδάνεισε Παῦλος, κύκλῳ ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ ἕως τοῦ Ἰλλυρικοῦ πληρῶν τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ πᾶσιν ἔθνεσιν, οἷς ἐπεδή-
2 Cor. 12. 1. μησε. καὶ ἐπεὶ κατὰ ἀποκάλυψιν αὐτῷ ἐγνωρίζετο τὰ θεῖα, φωτιζομένῳ τὴν ψυχὴν ὑπὸ τῆς τοῦ λόγου θειότητος, διὰ τοῦτο αὐτὸς οὐκ ἐδανείζετο, οὐδὲ χρείαν εἶχεν ἀνθρώπου διακονουμένου αὐτῷ τὸν λόγον. οὕτω δὲ γεγραμμένον καὶ τό,
Deut. 15. 6. Ἄρξεις σὺ ἐθνῶν πολλῶν, σοῦ δὲ οὐκ ἄρξουσι· κατὰ τὴν ἀπὸ τοῦ λόγου δυναστείαν ὑποτάσσων τῇ Χριστοῦ Ἰησοῦ διδασκαλίᾳ τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, ἦρχεν αὐτῶν, οὐδέ ποτε ἐν χώρᾳ * ὑποτεταγμένος ἀνθρώποις ὡς κρείττοσι γενόμενος· οὕτω δὲ κατεπίμπλα τὴν γῆν. Εἰ δὲ καὶ περὶ τοῦ καταφονεύειν δεῖ διηγήσασθαι ἅμα, καὶ τὸ δυνατὸν τοῦ δικαίου περὶ πάντα λεκτέον, ὅτι φάσκων,
Psal. 100. 8. Εἰς τὰς πρωΐας ἀπέκτεινον πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς τῆς γῆς, τοῦ ἐξολοθρεῦσαι ἐκ πόλεως Κυρίου πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν, γῆν
Rom. 8. 7. μὲν τροπικῶς ἔλεγε τὴν σάρκα, ἧς τὸ φρόνημα ἔχθρα ἐστὶν εἰς Θεόν· πόλιν δὲ Κυρίου, τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν, ἐν ᾗ ἦν ναὸς Θεοῦ, χωρήσας δόξαν καὶ ὑπόληψιν ὀρθὴν περὶ Θεοῦ, καὶ θαυμαζομένην ὑπὸ πάντων τῶν ὁρώντων αὐτήν. ἅμα οὖν τῇ τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης αὐγαῖς ἐπιλαμψάσαις αὐτοῦ τῇ ψυχῇ, ὡς περὶ δυναμούμενος ὑπ' αὐτῶν, καὶ κρατυνόμενος, ἀνῄρει πᾶν τὸ φρόνημα τῆς σαρκός, λεγόμενον ἁμαρτωλοὺς γῆς, καὶ ἐξωλόθρευεν ἀπὸ τῆς ἐν τῇ ψυχῇ ἑαυτοῦ πόλεως Κυρίου πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν λογισμούς, καὶ τὰ ἐχθρὰ τῇ ἀληθείᾳ ἐνθυμήματα. οὕτω δὲ καὶ ἀναιροῦσιν οἱ δίκαιοι πᾶσαν τὴν τῶν πολεμίων καὶ ἀπὸ κακίας ἐρχομένων ζωγρίαν, ὡς μηδὲ νήπιον καὶ ἄρτι ὑποφυόμενον κακὸν καταλιπεῖν. ἡμεῖς οὕτως ἀκούομεν καὶ τοῦ ἐν ἑκατοστῷ τριακοστῷ ἕκτῳ Ψαλμῷ ῥητοῦ, οὕτως
Psal. 136. 8, 9. ἔχοντος, Θυγάτηρ Βαβυλῶνος ἡ ταλαίπωρος, μακάριος ὃς ἀνταποδώσει σοι τὸ ἀνταπόδομά σου, ὃ ἀνταπέδωκας ἡμῖν· μακάριος, ὃς κρατήσει καὶ ἐδαφιεῖ τὰ νήπιά σου πρὸς τὴν πέτραν. νήπια γὰρ Βαβυλῶνος, ἑρμηνευομένης συγχύσεως, οἱ ἄρτι ὑποφυόμενοι καὶ ἀνατέλλοντες ἐν τῇ ψυχῇ εἰσι συγχυτικοὶ λογισμοί, οἱ

* ὑποτεταγμένε. καὶ ὑποτεταγμένη.

res: nam verorum bonorum *divitiæ redemptio ſunt viri animæ*, ut inquit Solomon; paupertas autem, his contraria, pernicioſa, propter quam *minas non ſuſtinet*. Eadem ratio eſt & de potentia juſti, quâ perſequuturus dicitur *mille viros, & duo juſti* profligaturi *decem millia*. Quòd ſi ſic intelligantur quæ dicta ſunt de divitiis; vide annon magis conveniat Dei promiſſioni, fore, ut dives in omni verbo, & omni ſcientiâ ſapientiâque, atque bonis operibus, fœneretur doctrinæ, & ſapientiæ, cognitioniſque ſuæ divitias multis gentibus. Quemadmodum fecit Paulus per circuitum à Hieroſolymis uſque Illyricum, replens Evangelio Chriſti omnes gentes ad quaſcunque pervenit. Et, quia per revelationem diviniſſimæ res innotuerant illuminato à verbo Dei, idcirco non accipiebat mutuum ad uſuram, nec opus habebat, ut doceretur ab homine. Et quia ſimiliter ſcriptum eſt illud, *Imperium habebis in multas gentes, tibi autem non dominabuntur*: per verbi potentiam plurimos ex gentibus doctrinæ Chriſti ſubjugans, imperium obtinebat in eos, cùm ipſe nunquam & nullibi hominibus ſubjiceretur tanquam præſtantioribus. Sic autem etiam terram implebat. Quòd ſi etiam de interficiendo enarrandum eſt, déque juſti in omnibus rebus potentia; reſpondendum; quòd, dum ſe dicit *in matutino omnes peccatores terræ interficere, ut diſperdat de civitate Domini omnes operantes iniquitatem*, per *terram* figuratè ibi ſignificatur caro, cujus *ſapientia inimica eſt Deo*: per *Dei* verò *civitatem*, ipſius anima, in qua erat Dei templum, quod capiebat opinionem & perſuaſionem rectam de Deo, ut miraculo eſſet omnibus eam videntibus. Itaque ſimul atque Solis juſtitiæ radii alluxiſſent ejus animæ, tanquam animatus ab eis & corroboratus ſubvertebat omnem carnis ſapientiam, quam *terræ peccatores* vocat, & diſperdebat ex anima ſua, *civitate Dei*, omnes cogitationes *operantes iniquitatem*, & affectus veritatis adverſarios. Ad eundem modum juſti enecant in captivitatem redacta omnia infenſa ſibi vitia, non parcentes nec recens ſubnaſcentibus. Sic audivimus illud dictum in Pſalmo centeſimo trigeſimo ſexto, *Filia Babylonis miſera, beatus, qui reddet tibi retributionem, quam reddidiſti nobis; beatus, qui corripiet parvulos tuos, & ad petram allidet*: nam *parvuli Babylonis*, quæ interpretatur *Confuſio*, ſunt ſubnaſcentes & ſuborientes in anima cogitationes conturbatoriæ

batoriæ vitioſæque; quas qui ſuperat, ità ut firmitati ac ſoliditati rationis allidat earum capita, is infantulos Babylonis ad petram affligit, mactus virtutis hujus nomine. Itaque licèt Deus jubeat totas gentes & omnes puberes internecione deleri, nihil hìc docet Jeſu præceptis contrarium: faciat licèt ipſe hæc eadem hoſtibus & impiis in conſpectu populi Judæorum, ſed qui in occulto Judæi ſunt; hæc verba ſignificant, quòd legi & verbo Dei rebelles, cùm ſint hoſtibus ſimiles, & vitiis quaſi impinguati, hæc meritò patiuntur propter deſertam Dei diſciplinam. Liquet igitur hominem Nazarenum non ferre leges priſcis contrarias, de divitiis, déque vitandis contentionibus: & quòd *difficile ſit divitem intrare in regnum cælorum*, ſive quis ſimpliciter accipiat divitem diſtractum propter opes in curas varias, & quaſi ſenticetis præpeditum quò minùs fructum afferat; ſive abundantem falſis dogmatibus, de quo legitur in Proverbiis, *Melior pauper juſtus, quàm dives mendax.* Quod autem de ambitione vetita Celſus adjicit, videtur hauſiſſe ex illis dictis; *Qui vult eſſe inter vos primus, ſit miniſter omnium*; &, *Principes gentium dominationem in eos exercent*; &, *Qui eis pro poteſtate imperant, ſervatores appellantur & bene meriti*: quæ tamen non ſunt contraria his, *Imperium habebis multarum gentium, tibi autem nemo dominabitur*, & præcipuè earum rerum de cauſa, quas jam declaravimus. At rurſum ſapientiæ mentionem injicit, putans Jeſum arcere ſapientes à patris ſui aditu. At quales ſapientes? Si eos, qui ſibi contraxerunt quendam habitum ex hujus mundi ſapientia, quæ *apud Deum eſt ſtultitia*; fatebimur non patère acceſſum ad ejus patrem talibus. Quòd ſi nomine ſapientiæ Chriſtus intelligatur, quandoquidem *Chriſtus eſt Dei virtus & Dei ſapientia*: tali ſapienti non ſolùm liberum patère acceſſum ad Patrem dicimus, verùm etiam hunc aliis non eâdem ſpiritûs gratiâ ornatis longè præſtantiorem aſſerimus. Gloriæ quoque inter homines captationem fatemur à Jeſu damnatam, ſed non minùs in Scriptura veteri. Itaque Propheta quidem, ſeipſum execrans, ſi eſſet peccatis obnoxius, inter magna malam reputat mundanam gloriam: loquitur autem ſic, *Domine Deus meus, ſi feci hoc, ſi eſt iniquitas in meis manibus, ſi retribui retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis: perſequatur inimicus animam meam & comprehendat, conculcet in terra vitam meam, & gloriam*

ἀπὸ κακίας ὢν ὁ κρατῶν, ὡς καὶ τῷ στερεῷ καὶ εὐτόνῳ τοῦ λόγου προσαρρῆξαι αὐτῶν τὰς κεφαλὰς, ἐδαφίζει τὰ νήπια τῆς Βαβυλῶνος πρὸς τὴν πέτραν, γινόμενος διὰ τοῦτο μακάριος. Ἐὰν δὲ οὖν τὰ τῆς κακίας καὶ παντελῶς κτείνειν κελεύῃ ὁ Θεὸς, οὐδὲν ἐναντίον διδάσκων οἷς Ἰησοῦς κατήγγειλε· καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν ἐν κρυπτῷ Ἰουδαίων ποιείτω ὁ Θεὸς τὴν τῶν πολεμίων καὶ πάντων τῶν ἀπὸ κακίας ἀναίρεσιν. καὶ πάσχειν γε ἔσω τοὺς μὴ πειθομένους νόμῳ καὶ λόγῳ Θεοῦ, ὁμοιωθέντας τοῖς πολεμίοις, καὶ πιανθέντας ἀπὸ τῆς κακίας, πάσχειν ταῦτα, ἅπερ ἄξιον πάσχειν τοὺς ἀποστάντας λόγου Θεοῦ. σαφὲς μὲν οὖν καὶ ἐκ τούτων, πῶς Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος ἄνθρωπος οὐκ ἀντινομοθετεῖ τοῖς περὶ πλούτου καὶ τῶν ἐξητασμένων εἰρημένοις περὶ τοῦ, * δύσκολον εἶναι πλούσιον εἰσέρχεσθαι εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν. εἴτε πλούσιόν τις λαμβάνει ἁπλούστερον, ἢ ὑπὸ πλούτου περισπώμενον, καὶ ὡς ὑπὸ ἀκανθῶν αὐτοῦ ἐμποδιζόμενον φέρειν τοὺς τοῦ λόγου καρπούς· εἴτε καὶ τὸν ἐν τοῖς ψευδέσι δόγμασι πλουτοῦντα, περὶ οὗ ἐν Παροιμίαις γέγραπται, * Κρείσσων πτωχὸς δίκαιος, ἢ πλούσιος ψεύστης. εἰκὸς δὲ ἀπὸ τοῦ, Ὁ θέλων ἐν ὑμῖν εἶναι πρῶτος ἔσω πάντων * διάκονος· καὶ, Οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν κατακυριεύουσιν αὐτῶν· καὶ, Οἱ ἐξουσιάζοντες ἐν αὐτοῖς εὐεργέται καλοῦνται· εἰληφέναι τὸν Κέλσον, Τί Ἰησοῦς φιλαρχίαν ἐκώλυεν; ἵνα τινὰ οὐκ ἐναντίαν εἶναι νομιστέον * τοῦ, Ἄρξεις σὺ ἐθνῶν πολλῶν, σοῦ δὲ οὐκ ἄρξουσι· μάλιστα διὰ τὰ ἀποδεδομένα εἰς τὴν λέξιν. Ἑξῆς δὲ τούτοις παρεμβέβληκε περὶ τῆς σοφίας ὁ Κέλσος, οἰόμενος τὸν Ἰησοῦν διδάσκειν, μὴ προσιτὸν εἶναι πρὸς τὸν πατέρα τὸν σοφόν. εἴπωμεν δὲ πρὸς αὐτὸν, Ποῖον σοφόν; εἰ μὲν γὰρ τοῦτον, ὃς πεποίωται κατὰ τὴν λεγομένην σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου, ἥτις μωρία παρὰ τῷ Θεῷ· καὶ ἡμεῖς φαμὲν μὴ προσιτὸν εἶναι πρὸς τὸν πατέρα τὸν οὕτω σοφόν· εἰ δὲ σοφίαν τις νοήσαι τὸν Χριστὸν, ἐπεὶ Χριστός ἐστι Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία· οὐ μόνον προσιτὸν φαμὲν τὸν πατέρα τῷ οὕτω σοφῷ λεγομένῳ εἶναι, ἀλλὰ καὶ πολλῷ τῶν μὴ τοιούτων διαφέρειν τὸν κεκοσμημένον χαρίσματι τῷ καλουμένῳ λόγῳ σοφίας, διὰ τοῦ πνεύματος διδομένῳ. Πάλιν τε αὖ τὸ δόξης ἀπηγορεῦσθαι τῆς παρ' ἀνθρώποις, οὐ κατὰ τὴν Ἰησοῦ μόνου διδασκαλίαν κωλύεσθαί φαμεν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν παλαιὰν γραφήν. ἐπαρώμενος γοῦν ἑαυτῷ τις τῶν προφητῶν, εἰ ἔνοχος εἴη τοῖς ἁμαρτήμασιν, ἐν οἷς ἀντὶ μεγίστου κακοῦ συμβῆναι ἂν αὐτῷ καὶ τὴν βιωτικὴν δόξαν· λέγει δὲ οὕτω, Κύριε ὁ Θεός μου, εἰ ἐποίησα τοῦτο, εἰ ἔστιν ἀδικία ἐν χερσί μου, εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακὰ, ἀποπέσοιμι ἄρα ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν μου κενός· καταδιώξαι ἄρα ὁ ἐχθρὸς τὴν ψυχήν μου καὶ καταλάβοι, καὶ καταπατήσαι εἰς γῆν τὴν ζωήν μου, καὶ τὴν δόξαν

Matth. 19. 23.
* δύσκολως πλέσιον, l. c.
Matth. 13. 22.
Prover. 28. 6.
* Κρείσσων πτ.
Marc. 10. 44.
* δῦλος, l. c.
Matth. 20. 25.
Lucæ 22. 25.
* τῷ.
Deut. 15. 6.
1 Cor. 3. 19.
1 Cor. 1. 24.
Matth. 23. 7.
Psal. 7. 3, 4, 5.

* χοῦν, l. c. δέξαν μου εἰς * χοῦν καταςκηνῶσαι. ἀλλ'
Matth. 6. 25. οὐδὲ τὸ, Μὴ μεριμνᾶτε τί φάγητε, ἢ τί πί-
Lucæ 12. 24. ητε· καλανοήσατε τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρα-
νοῦ, ἢ καλανοήσατε τοὺς κόρακας, ὅτι οὐ σπείρου-
σιν, οὐ δὲ θερίζουσι· καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος
* αὐτά. τρέφει * αὐτούς· πόσῳ μᾶλλον ὑμεῖς διαφέρετε
Matth. 6. 28. τῶν πετεινῶν; καὶ περὶ ἐνδύματος τί μεριμνᾶτε;
καταμάθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ, καὶ τὰ ἑξῆς, ἐν-
αντία ἐστὶ τῆς ἐν τῷ νόμῳ εὐλογίας, διδασκού-
Levit. 26. 5. σαις τὸν δίκαιον ἐσθίοντα πληρωθήσεσθαι· καὶ τῷ ὑπὸ
Proverb. 13. τοῦ Σολομῶντος τοῦτον εἰρημένῳ τὸν τρόπον, Δί-
26. καιος ἐσθίων * ἐμπίπλησι ψυχήν, ψυχαὶ δὲ ἀ-
* ἐμπιμπλᾶται, σεβῶν ἐνδεεῖς. χρὴ γὰρ ὁρᾶν τινὰ τῆς ψυχῆς τρο-
l. c. φὴν δηλουμένην ἐν τῇ κατὰ τὸν νόμον εὐλογίᾳ·
ἧς οὐχ ὁ σύνθετος πληροῦται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἡ
ψυχὴ μόνη. ἀπὸ δὲ τοῦ εὐαγγελίου λαμβάνειν δεῖ
τάχα μέν τι καὶ βαθύτερον, τάχα δέ τι καὶ ἁπλού-
στερον· ὅτι χρὴ μὴ ξενίζεσθαι ταῖς περὶ τῶν τρο-
φῶν καὶ ἐνδυμάτων τὴν ψυχὴν φροντίσιν· ἀλλ'
εὐτέλειαν ἀσκοῦντα, πεποιθότα ἀπὸ τοῦ Θεοῦ προ-
νοεῖσθαι, εἰ μόνων τις τῶν ἀναγκαίων φροντίζοι. ὁ
μὲν οὖν Κέλσος, μὴ ἀντιπαραθεὶς τὰ δοκοῦν-
τα ἐναντία ἀπὸ τοῦ νόμου τοῖς ἀπὸ τοῦ εὐαγγελίου,
φησὶ καὶ τό, "Τῷ δ' ἅπαξ τυπτήσαντι παρέχειν
" καὶ αὖθις τύπτειν. ἡμεῖς δ' ἐροῦμεν, εἰδέναι μὲν
Matth. 5. 38. καὶ τὸ ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ
ὀδόντος, εἰρημένον τοῖς πάλαι· ἀνεγνωκέναι δὲ
Lucæ 6. 29. καὶ τὸ, Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν τῷ τύπτοντί σε εἰς
τὴν σιαγόνα, παρέχειν καὶ τὴν ἄλλην. ἀλλ' ἐ-
πεὶ ἐμπνευσθείς, οἶμαι, ὁ Κέλσος ἀπὸ τῶν δι-
* θειότητα. αιρούντων τὴν κατὰ τὸ εὐαγγέλιον * θεότητα, ἐκ
* θειότητος. τῆς νομικῆς * θεότητος, τὰ τοιαῦτα τίθησι· λε-
κτέον πρὸς τὸν λόγον αὐτοῦ, ὅτι οἶδε καὶ τὰ πα-
λαιὰ γράμματα, τῷ τύπτοντί σε εἰς τὴν δεξιὰν
σιαγόνα πάρεχε καὶ τὴν ἄλλην. ἐν γοῦν τοῖς Ἱερε-
Thren. 3. 27, μίου Θρήνοις γέγραπται, Ἀγαθὸν ἀνδρί, ὅταν
28, 29. ἄρῃ ζυγὸν * ἐκ νεότητος αὐτοῦ, καθήσεται κα-
* ἐν νεότητι. ταμόνας, καὶ σιωπήσεται, ὅτι ἦρεν ἐφ' ἑαυτῷ·
δώσει τῷ παίοντι αὐτὸν σιαγόνα, καὶ χορτασθή-
σεται ὀνειδισμῶν. οὐκ ἀντιδιατάσσεται Θεοῦ τὸ
εὐαγγέλιον τῷ τοῦ νόμου Θεῷ, οὐδὲ περὶ τὴν κατὰ τὸ
ῥητὸν κατὰ κόρρης πληγῆς· οὐδ' ὁπότερος ψεύδεται
οὔτε Μωϋσῆς, οὔτε Ἰησοῦς· οὐδ' ὁ πατήρ, τὸν Ἰη-
σοῦν πέμπων, ἐπελάθετο τίνα Μωϋσῇ διετά-
ξατο. ἀλλ' οὐδὲ καταγνοὺς τῶν ἰδίων νόμων με-
τέγνω, καὶ τὸν ἄγγελον ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις ἀπο-
στέλλει. εἰ δὲ χρὴ κἂν ὀλίγα περὶ τῆς διαφόρου πο-
λιτείας εἰπεῖν, ἣν ποτὲ Ἰουδαῖοι κατὰ Μωϋσέα
πρότερον ἐπολιτεύοντο, καὶ ἣν Χριστιανοὶ νῦν κατὰ
τὴν Ἰησοῦ διδασκαλίαν θέλουσι κατορθοῦν· φή-
σομεν, ὅτι οὔτε τῇ κλήσει τῶν ἐθνῶν ἥρμοζε κατὰ
τὸν Μωϋσέως, ὡς πρὸς τὸ γράμμα, πολιτεύεσθαι
νόμον, ὑπὸ Ῥωμαίοις τεταγμένων· οὔτε τοῖς
πάλαι Ἰουδαίοις οἷόν τ' ἦν τὸ σύστημα τῆς πολι-

meam deducat in pulverem. Sed neq; illud Evangelicum, *Nolite cogitare quid edatis, aut quid bibatis; conſiderate volucres cœli, aut conſiderate corvos, quòd non ſeminent, neque metant; & pater veſter cœleſtis alit eos; quantò magis vos potiores eſtis volucribus? & de veſtimentis quid eſtis ſoliciti? conſiderate præſentia lilia,* & quæ ſequuntur, contraria ſunt fauſtis in lege imprecationibus, promittentibus fore ut *juſtus edendo ſaturetur;* aut Solomoni dicenti, quòd *juſtus edendo replet animam, animæ verò impiorum egeſtate laborant.* Oportet enim animadvertere legis benedictionem loqui de cibo animarum, quo non hic compoſitus homo expletur, ſed ſola anima. Ceterùm Evangelii locus fortaſſe profundius aliquid continet, fortaſſis etiam ſimpliciter intelligendus, non eſſe diſtendendam animam variis de cibo & cultu ſolicitudinibus, ſed frugalitati ſtudendum cum fiducia, quòd Deus providebit his, qui contenti ſunt neceſſariis. Hactenùs Celſus nihil oſtendit in Evangelio legi contrarium: nunc profert illud, *Ei, qui te ſemel percuſſit, præbe os iterum.* Reſpondemus, ſcire nos dictum eſſe antiquis, *Oculum pro oculo, dentem pro dente:* legiſſe & hoc, *Ego autem dico vobis, quiſquis impegerit alapam in dexteram tuam maxillam, obverte illi & alteram.* At, cùm Celſus eos audiverat, qui legis & Evangelii divinitatem ſolent diſtinguere, hæc protulit; cujus dictis ſic reſpondendum duxi, vel illud optimè vetus teſtamentum percalluiſſe, *Quiſquis impegerit alapam in dexteram tuam maxillam; obverte illi & alteram:* ſiquidem in Hieremiæ Threnis ſcriptum eſt, *Bonum eſt viro, cùm portaverit jugum ab adoleſcentia ſua, ſedebit ſolitarius & tacebit, quia levavit ſuper ſe: præbebit percutienti ſe maxillam, & ſaturabitur opprobriis.* Evangelium Deo legis autori ſe non opponit, nè in hoc quidem dicto, quod ad alapam attinet: neuter mentitur, non Moſes, non Jeſus; nec Pater, Jeſum mittens, oblitus erat quid Moſi mandaverit; neque pœnitentiâ ductus, damnatâ propria lege, miſit Evangelium docturum contraria mandatis priſtinis. Quòd ſi paucis verbis dicendum eſt de differentia rationis vivendi, quam Judæi quondam Moſe præeunte ſequuti ſunt, & hujus, ad quam nunc Chriſtiani, Jeſu doctore, mores ſuos dirigunt: arbitramur quòd nec vocationi gentium conveniebat juxta legem Moſis, ità ut ejus litera ſonat, degere, cùm Romano Imperio ſint ſubditæ; neque Judæi poterant conſervare in eodem ſtatu ſuam Rem-

publicam

publicam, ſi perſuaſum eis fuiſſet recipere inſtituta Evangelica. Nam Chriſtiano ritu vivendo non poterant juxta Moſis legem vel in hoſtes ſævire cædibus, vel in ſententiâ juſtè damnatos lapidibus populariter conjectis animadvertere, aut ignis ſupplicio: quando nè nunc quidem, ſi noſtram religionem amplectantur, poſſunt legis præſcripta facere. Itaque, ſi tum propriam Rempublicam in regione propria habentibus ademptum fuiſſet jus pugnandi pro patria, & ſuppliciorum aut quarumcunque pœnarum mulctandis adulteris & homicidis aliiſve facinoroſis; nihil vetabat quin oppreſſi ab inimicis gentibus delerentur funditùs, quaſi ſuiſmet legibus enervati, & cohibiti, quò minùs arcerent hoſtiles. Nunc poſteaquam divina providentia, quæ olim legem dederat, nunc Jeſu Chriſti Evangelium, ritus Judaicos ceſſare voluit; urbem eorum diruit, totúmque illum Dei cultum unà cum ipſo templo ſuſtulit, qui conſtabat ſacrificiis præſcriptis in lege Moſaica. Et ſicut illam religionem, quæ jam diſplicebat, in totum ſuſtulit: ſic Chriſtianam quotidianis incrementis auxit in immenſum, eique fiduciam addidit; quamvìs innumeris obſtaculis, quò minùs Jeſu doctrina per orbem propagaretur, impedientibus. Sed quoniam Deo viſum eſt etiam gentes fructum hujus prædicationis percipere, irrita facta ſunt omnia conſilia hominum huic obnitentium: quantò magìs enim ejus profeſſores opprimebantur à regibus ac præſidibus gentium, populis in eos undiq; coorientibus; tantò magìs creſcebat piorum numerus. Poſt hæc Celſus multis verbis objicit nobis opiniones de Deo, quæ nunquam noſtræ fuerunt, quaſi *corporeum* prædicemus & *humanâ ſpecie*; conatúrque ſubvertere quæ nos non adſtruimus: quare ſupervacaneum fuerit, vel ipſius criminationem, vel noſtram dilutionem hìc inſerere. Nam, ſi reverà eſſent noſtra de Deo dogmata, quæ nobis tribuit, eáque iſte reprehenderet; neceſſe eſſet ipſa verba proferre in medium, & noſtris confirmatis confutare calumnias adverſarii: cùm verò iſte vel nunquam audita ex ſuo capite commentus ſit, vel, ſi quæ hujuſmodi audiit, ex hominibus ſimpliciſſimis hauſerit, Scripturarum mentem non intelligentibus; quorſum attinet nos incaſſùm verba fundere? nam Scriptura manifeſtè Deum incorporeum prædicat, unde illud, *Deum nemo vidit unquam*: & *imago* dicitur eſſe *inviſibilis Dei primogenitus creaturæ totius*, quaſi dicat incorporei. Diſſeruimus autem & de his mediocriter jam antea; cùm examina-

τείας ἔχειν ἀκαθαίρετον, εἰ, καθ' ὑπόθεσιν, τῇ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον πολιτείᾳ ἐπείθοντο. ἀναιρέσει μὲν γὰρ πολεμίων, ἢ τῶν παρὰ τὸν νόμον πεποιηκότων, καὶ ἀξίων κριθέντων τῆς διὰ πυρὸς, ἢ λίθων, ἀναιρέσεως, οὐχ ὅσιον ἦν Χριστιανοὺς χρῆσθαι κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον· εἴ γε οὐδ' οἱ Ἰουδαῖοι θέλοντες κατ' ἐκεῖνον δύνανται ταῦτα, ὡς ὁ νόμος προσέταξεν, ἐπιτελεῖν. πάλιν τε αὖ, ἐὰν ἀνέλῃς ἀπὸ τῶν τότε Ἰουδαίων, σύστημα ἴδιον πολιτείας καὶ χώρας ἐχόντων, τὸ ἐπεξιέναι τοῖς πολεμίοις, καὶ στρατεύεσθαι ὑπὲρ τῶν πατρίων, καὶ ἀναιρεῖν ἢ ὁπωσποτε κολάζειν τοὺς μοιχεύσαντας, ἢ φονεύσαντας, ἢ τι τῶν τοιούτων παραπλήσιον πεποιηκότας· οὐδὲν λείπεται * ἢ τὸ ἄρδην αὐτοὺς ἀθρόως ἀθρόως ἀπολέσθαι, ἐπιτιθεμένων τῶν πολεμίων τῷ ἔθνει, ὡς ὑπὸ τοῦ ἰδίου νόμου ἐκνενευρισμένων, καὶ κωλυομένων ἀμύνεσθαι τοὺς πολεμίους. καὶ μὴν βουλομένη γε ἡ πάλαι μὲν τὸν νόμον δεδωκυῖα πρόνοια, νῦν δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ εὐαγγέλιον, κρατεῖν ἔτι τὰ Ἰουδαίων· καθεῖλεν αὐτῶν τὴν πόλιν, καὶ τὸν ναὸν, καὶ τὴν παρὰ τῷ ναῷ διὰ θυσιῶν καὶ τῆς ἀναγεγραμμένης λατρείας θεραπείαν τοῦ Θεοῦ. ὥσπερ δ' ἐκεῖνα, μὴ βουλομένη ἐπιτελεῖσθαι ἔτι, καθεῖλε· τὸν τρόπον τὸν αὐτὸν τὰ Χριστιανῶν ηὔξησε καὶ ὁσημέραι εἰς πλῆθος, ἤδη δὲ καὶ παῤῥησίαν ἐπιδέδωκε· καί τοι γε μυρίων ὅσων κωλυμάτων γινομένων πρὸς τὸ μὴ ἐπινεμηθῆναι τὴν Ἰησοῦ διδασκαλίαν τῇ οἰκουμένῃ. ἀλλ' ἐπεὶ Θεὸς ἦν ὁ βουλόμενος καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ὠφεληθῆναι διὰ τῆς Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας, πᾶσα [μὲν] ἀνθρωπίνη βουλὴ κατὰ Χριστιανῶν καθῃρέθη· ὅσῳ γὰρ αὐτοὺς ἐταπείνουν βασιλεῖς καὶ ἐθνῶν ἡγούμενοι, καὶ δῆμοι πανταχοῦ, τοσούτῳ πλείους ἐγίνοντο, καὶ κατίσχυον σφόδρα. Ἑξῆς δὲ τούτοις ὁ Κέλσος, διὰ πλειόνων τὰ μὴ λεγόμενα ὑφ' ἡμῶν πλάττεις ὡς λεγόμενα ὑφ' ἡμῶν περὶ τοῦ Θεοῦ, "ὡς σῶμά τις τῇ φύσει τυγχάνοντος, καὶ ἀνθρωποειδὲς σώματος, ἀνατρέπειν ἐθέλει τὰ μὴ πιστευόμενα ὑφ' ἡμῶν· ἅπερ περιττὸν παραθέσθαι, ἢ τὴν ἀνατροπὴν αὐτῶν. εἰ μὲν γὰρ ἃ λέγει ἡμᾶς φάσκειν περὶ Θεοῦ * λεγόμενα, καὶ πρὸς αὐτὰ ἴσχυε· ἀναγκαῖον ἦν ἡμῖν τὸ τιθέναι τὰς λέξεις αὐτοῦ, καὶ κατασκευάζειν μὲν τὰ ἡμέτερα, λύειν δὲ τὰ ἐκείνου. εἰ δὲ αὐτὸς * συνείρει ἃ ἤτοι ἀπ' οὐδενὸς ἤκουσεν, ἢ, ἵνα καὶ δοθῇ ὅτι ἤκουσεν, ἀπό τινων ἁπλῶν, καὶ ἀκεραίων, καὶ μὴ εἰδότων τὸ τοῦ λόγου βούλημα· οὐ χρὴ ἡμᾶς ταυτολογεῖν περὶ τὰ μὴ ἀναγκαῖα. σαφῶς γὰρ ἀσώματον φασιν οἱ λόγοι τὸν Θεόν· διὸ καὶ Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε· καὶ εἰκὼν λέγεται εἶναι τοῦ ἀοράτου Θεοῦ ὁ πρωτότοκος πάσης κτίσεως, ὡς εἰ ἔλεγεν ἀσωμάτου. μετρίως δ' ἐν τοῖς πρὸ τούτων καὶ περὶ Θεοῦ διειλήφαμεν, ἐξετάζοντες,

Marginalia: * εἰ τό. — * ἐλεγόμενα. — * συνείρει. — Joan. 1.18. — Coloſſ. 1. 15.

Joan. 4. 24.

τάζοντες, πῶς νοηθείη τὸ, Πνεῦμα ὁ Θεὸς, ϗ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, ἐν πνεύματι ϗ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. Μετὰ δὲ τὰ περὶ τοῦ Θεοῦ, ἐν οἷς ἡμᾶς συκοφαντεῖ, πυνθάνεται ἡμῶν,

Celsi cavillatio de Resurrectione.

"Ποῖ ἀπελεύσεσθαι μέλλομεν; ϗ τίνα ἐλπίδα ἔχομεν; ϗ ὡς ἀποκρινάμενος, τίθησι δῆθεν ἡμετέρας φωνὰς οὕτως ἐχούσας, "Εἰς ἄλλην γῆν, "ταύτης κρείττονα. ϗ πρὸς τοῦτό φησιν, "Ἱστόρηται θείοις ἀνδράσι παλαιοῖς εὐδαίμων βίος ψυχαῖς εὐδαίμοσιν· ὠνόμασαν δὲ αὐτὸν οἱ μὲν μακάρων νήσους, οἱ δὲ Ἠλύσιον πεδίον, ἀπὸ τῆς λύσεως τῶν ἐνθένδε κακῶν· ὥσπερ ϗ Ὅμηρος,

Odyſſ. δ'. v. 563.

Ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον ϗ πείρατα γαίης
Ἀθάνατοι πέμψουσι,
--- τῇ περ ῥηΐστη βιοτή. --

"Πλάτων δ' ἀθάνατον τὴν ψυχὴν ἡγούμενος, ἐκείνην τὴν χώραν, ἔνθα στέλλεται,

Plato Phædone.

"ἄντικρυς γῆν ὀνομάζει οὕτω· πάμμεγά τι εἶναι "φήσας αὐτὸ, ϗ ἡμᾶς οἰκεῖν τοὺς μέχρι Ἡρακλείων στηλῶν ἀπὸ Φάσιδος ἐν σμικρῷ τινι μορίῳ, ὥσπερ περὶ τέλμα μύρμηκας, ἢ βατράχους περὶ τὴν θάλασσαν οἰκοῦντας ϗ ἄλλους ἄλλοθι πολλοὺς ἐν πολλοῖς τοιούτοις τόποις οἰκεῖν. εἶναι γὰρ πανταχῇ περὶ τὴν γῆν πολλὰ κοῖλα, ϗ παντοδαπὰ ϗ τὰς ἰδέας ϗ τὰ μεγέθη· εἰς ἃ συνερρυηκέναι τό τε ὕδωρ, ϗ τὴν ὁμίχλην, ϗ τὸν ἀέρα· αὐτὴν δὲ τὴν γῆν καθαρὰν ἐν καθαρῷ κεῖσθαι τῷ οὐρανῷ. ὑπολαμβάνει τοίνυν ὁ Κέλσος τὰ περὶ τῆς ἄλλης γῆς κρείττονος, ϗ πολλῷ ταύτης διαφερούσης, εἰληφέναι ἡμᾶς ἀπό τινων νομιζομένων αὐτῷ θείων παλαιῶν ἀνδρῶν, ϗ μάλιστα Πλάτωνος, τοῦ ἐν τῷ Φαίδωνι περὶ τῆς καθαρᾶς ἐν καθαρῷ κειμένης οὐρανῷ φιλοσοφήσαντος· οὐχ ὁρῶν ὅτι Μωϋσῆς, ὁ πολλῷ ϗ τῶν Ἑλληνικῶν γραμμάτων ἀρχαιότερος, εἰσήγαγε τὸν Θεὸν ἐπαγγελλόμενον τὴν ἁγίαν γῆν, ϗ ἀγαθὴν ϗ πολλὴν, ῥέουσαν γάλα ϗ μέλι, τοῖς κατὰ τὸν νόμον ἑαυτοῦ βιώσασιν. οὐδ', ὡς οἴονταί τινες, τὴν ἀγαθὴν, τὴν κάτω νομιζομένην Ἰουδαίαν, κειμένην ϗ αὐτὴν ἐν τῇ ἀρχῆθεν κατηραμένῃ ἐν τοῖς ἔργοις τῆς παραβάσεως τοῦ Ἀδὰμ γῇ. τὸ γὰρ, Ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου, ἐν λύπαις φαγῇ αὐτὴν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου, περὶ ὅλης εἴρηται τῆς γῆς· ἣν ἐν λύπαις, τουτέστι πόνοις, ἐσθίει πᾶς ἄνθρωπος ἐν τῷ Ἀδὰμ ἀποθνῄσκων· ϗ ἐσθίει πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς. ϗ ὡς ἐπικατάρατος πᾶσα ἡ γῆ ἀκάνθας ϗ τριβόλους ἀνατελεῖ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς τοῦ ἐν τῷ Ἀδὰμ ἐκβληθέντος ἀπὸ τοῦ παραδείσου· ϗ ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἐσθίει πᾶς ἄνθρωπος τὸν ἑαυτοῦ ἄρτον, ἕως ἐπιστρέψει εἰς τὴν γῆν, ἐξ ἧς ἐλήφθη. πολλὴν μὲν οὖν ἔχει λόγον ὅλα τὰ κατὰ τὸν τόπον τοῦτον, διηγήσεως εἰς τὴν σαφήνειαν τῶν λέξεων καλ-

Exod. 3. 8.

Resp. Orig. terram promiſſam intellig. eſſe de aliqua inferioris hu. orb. parte.

Geneſ. 3. 17.

Ibid. v. 18. 24. 19.

remus, quomodo intelligatur illud, *Deus eſt ſpiritus, & qui adorant eum, adorare debent in ſpiritu & veritate.* Poſt hanc de Deo calumniam ſciratur ex nobis, *Quonam, aut cum qua ſpe, ſimus abituri?* ac mox ipſe ſibi ex noſtra perſona reſpondet ſic, *In aliam terram hâc meliorem:* ad quod ſubinfert, *Proditum eſt à divinis hominibus, priſcis, & beatas animas vitam beatam degere; locum autem eum quidem beatorum inſulas nominant, alii campum Elyſium, etymologiâ Græcæ vocis indè deductâ, quòd ſoluti ſint malis omnibus; de quo Homerus ſic canit,*

In nemus Elyſium poſthæc, ſedéſque beatas,
Ab Jove mitteris, in quo ſuaviſſima vita eſt.

Plato item immortalem credens animam, locum, quò mittitur, apertè terram nominat; dicens latam magnámque terræ eſſe plagam, nos verò incolere ea loca, quæ ſunt à Phaſide uſque ad columnas Herculis, in parva quadam particula, tanquam formicæ circulati cujuſdam campi porrectam planitiem, aut ranæ circa mare; aliosque aliis in locis variè varios homines habitare: eſſe enim undique per univerſam terram multas & varias concavitates ex ipſa & forma & magnitudinis mole, in quas & aqua, & tenebræ, & aer confluxerint; ipſam verò terram puram in puro ſitam eſſe cœlo. Itaq; Celſus ſuſpicatur quæ de terra longè hâc præſtantiore opinamur, deſumpſiſſe nos à quibuſdam, quos ipſe divinos viros antiquos exiſtimat, è Platone maximè, qui in Phædone, de pura terra in cœlo puro ſita philoſophatur: non videns quòd Moſes, literis Græcorum multò antiquior, induxit Deum promittentem terram ſanctam, bonam & magnam, lacte melléque manantem, omnibus, qui juxta legem ejus viverent; non, ut quidam opinantur, iſtam fertilem Judæam infernam, quæ & ipſa ſita eſt in parte terræ maledictæ in ſuis operibus propter Adæ tranſgreſſionem. Nam illa execratio, *Maledicta terra in operibus tuis, in moleſtiis comedes ex ea, omnibus diebus vitæ tuæ*, ad totam terram pertinet: ex qua in moleſtiis, hoc eſt, laboribus, edit omnis homo in Adam mortuus, idque omnibus diebus vitæ ſuæ: & omnis terra, ut maledicta, ſpinas ac tribulos producit omnibus diebus vitæ cujuſcunque in Adamo ejecti è Paradiſo: & in ſudore vultûs ſui edit omnis homo ſuum pabulum, donec revertatur in terram, ex qua deſumptus eſt. Hoc loco cùm multa dici poſſint ad clariorem ejus explicatio-

explicationem, nos paucis inpræſentiarum contenti ſumus, hoc agentes, ne quis de Judæa intelligat quod de terra bona dictum eſt, quam Deus juſtis pollicetur. Ergò, ſi tota hæc terra maledicta eſt in operibus Adæ, & eorum, qui in ipſo mortui ſunt; dubio procul etiam omnes ejus portiones maledictionis hujus ſunt participes; inter quas eſt terra Judæa: ità ut non poſſint in eam competere quæ leguntur de terra bona & magna, de terra fundente lac & mel; tametſi ſymbolicè Judæa & Hieruſalem umbra ſit quædam illius terræ puræ, quæ bona & magna in cœlo puro ſita eſt, in qua eſt cœleſtis Hieruſalem: de qua diſſerens Apoſtolus, ut reſuſcitatus cum Chriſto & ſuperna quærens, mentémque cóſequutus nullis addictam Judaicis fabulis, ſic ait, *Sed acceſſiſtis ad montem Sion, & civitatem Dei viventis, cœleſtem Hieroſolymam, & ad celebritatem angelorum multorum millium.* Ut autem quis credat nos hæc non ſine ſpiritu Dei dicere de terra bona magnáque, legat omnes Prophetas, docentes reditum in Hieroſolymam eorum, qui aberraverunt ab ea, aut exciderunt, denique quomodocunq; in civitatem Dei reſtituendorum: quæ & locus Dei apud quendam dicitur, *In pace ſancta locus ejus*; & alibi, *Magnus Dominus & laudabilis nimis, in civitate Dei noſtri, in monte ſancto ejus bene fundato exultatione univerſæ terræ.* Inpræſentiarum ſufficiet trigeſimi ſexti Pſalmi teſtimonium, in quo hæc de terra juſtorum habentur, *Qui autem ſuſtinent Dominum expectantes, ipſi hæreditate poſſidebunt terram*; & paulò poſt, *Mites autem hæreditate poſſidebunt terram, & in multitudine pacis deliciabuntur*; & paulò pòſt, *Juſti hæreditate poſſidebunt terram, & habitabunt in ea in ſeculum ſeculi.* Vide annon pura terra in cœlo puro per hæc ſignificetur, ſi quis aures idoneas afferat ad id, quod in eodem Pſalmo rectè dicitur, *Suſtine Dominum & cuſtodi vias ejus; & exaltabit te, ut hæreditate terram poſſideas.* Quin & ea, quæ de lapidibus pretioſis, trahentibus originem à gemmis illius terræ, Plato memorat, videntur mihi ſumpta ex Eſaia de civitate Dei ſcribente ſic, *Ponam propugnaculo tua Jaſpidem, & lapides tuos Cryſtallinos, & murum tuum lapides lectiſſimos*; ac rurſum, *Ponam fundamenta tua Sapphirum.* Hanc Platonicam fabulam per Allegoriam interpretantur qui cum gravitate tractant ſcripta ejus philoſophi. Ceterùm prophetias, ex quibus & Platonem hæc ſumpſiſſe conjectamus,

ἐκδιηγήσασθαι· ὀλίγοις δ' ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀρκεσθέντες, βουλόμενοι ἀπολύσασθαι ἀφορμὴν, τοῦ ὡς περὶ τῆς Ἰουδαίας γῆς ὑπολαμβάνοντος εἰρῆσθαι τὰ περὶ ἀγαθῆς γῆς, ἣν ὁ Θεὸς ἐπαγγέλλεται τοῖς δικαίοις. εἴπερ ὅλη ἡ πᾶσα γῆ αὕτη ἐπικατάρατός ἐστιν ἐν τοῖς ἔργοις τοῦ Ἀδὰμ, ϗ τῶν ἐν αὐτῷ ἀποθανόντων, δῆλον ὅτι ϗ πάντα τὰ μέρεια αὐτῆς μετέχει τῆς ἀρᾶς, ἐν οἷς ἐστι ϗ ἡ Ἰουδαία γῆ· ὥστε μὴ δύνασθαι ἐφαρμόζειν αὐτῇ τὸ, Εἰς γῆν ἀγαθὴν ϗ πολλὴν, εἰς γῆν ῥέουσαν γάλα ϗ μέλι· κἂν συμβολικῶς σκιὰ εἶναι ἀποδεικνύηται ἡ Ἰουδαία ϗ ἡ Ἱερουσαλὴμ τῆς καθαρᾶς ἐν καθαρῷ κειμένης οὐρανῷ γῆς ἀγαθῆς ϗ πολλῆς, ἐν ᾗ ἐστιν ἡ ἐπουράνιος Ἱερουσαλήμ. περὶ ἧς διαλαβὼν ὁ ἀπόστολος, ὡς συνεγερθεὶς Χριστῷ, ϗ τὰ ἄνω ζητῶν, ϗ νοῦν εὑρὼν οὐδαμῶς ἐχόμενον Ἰουδαϊκῆς μυθολογίας, φησὶν, Ἀλλὰ προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, ϗ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, ϗ * μυριάδων ἀγγέλων πανηγύρει. ἵνα δέ τις πεισθῇ, μὴ παρὰ τὸ βούλημα τοῦ θείου πνεύματος ἡμᾶς λέγειν περὶ τῆς παρὰ Μωϋσῇ γῆς ἀγαθῆς ϗ πολλῆς· ἐπιστησάτω πᾶσι μετὰ τοῖς προφήταις, διδάσκουσι τὴν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐπάνοδον τῶν πεπλανημένων, ϗ ἀποπεπτωκότων ἀπ' αὐτῆς, ϗ ἁπαξαπλῶς ἀποκαθισταμένων εἰς τὸν καλούμενον τόπον ϗ πόλιν τοῦ Θεοῦ παρὰ τῷ εἰπόντι, ὅτι Ἐν εἰρήνῃ ἁγίᾳ ὁ τόπος αὐτοῦ· λέγοντι δὲ ϗ τὸ, Μέγας ὁ Κύριος, ϗ αἰνετὸς σφόδρα, ἐν πόλει τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, [ἐν] ὄρει ἁγίῳ αὐτοῦ, * εὐρίζοντι ἀγαλλιάματι πάσης τῆς γῆς. ἀρκεῖ δὲ ἐπὶ τοῦ παρόντος παραθέσθαι τὰ ἀπὸ τοῦ τριακοστοῦ ἕκτου Ψαλμοῦ, οὕτως ἔχοντα περὶ τῆς τῶν δικαίων γῆς, Οἱ δ' ὑπομένοντες τὸν Κύριον, αὐτοὶ κληρονομήσουσι γῆν· ϗ μετ' ὀλίγα, Οἱ δὲ πραεῖς κληρονομήσουσι γῆν, ϗ κατατρυφήσουσιν ἐπὶ πλήθει εἰρήνης· ϗ μετ' ὀλίγα, Οἱ εὐλογοῦντες αὐτὸν κληρονομήσουσι γῆν· ϗ πάλιν, Οἱ δίκαιοι κληρονομήσουσι γῆν, ϗ κατασκηνώσουσιν εἰς αἰῶνα αἰῶνος ἐπ' αὐτῆς. ὅρα δ' εἰ μὴ τὸ καθαρὰν εἶναι ἐν καθαρῷ τῷ οὐρανῷ τὴν γῆν, δηλοῦται τοῖς ἀκούειν δυναμένοις τῶν ὑπὸ εἰρημένων ἐν τῷ αὐτῷ Ψαλμῷ, Ὑπόμεινον τὸν Κύριον, ϗ φύλαξον τὴν ὁδὸν αὐτοῦ· ϗ ὑψώσει σε τοῦ κατακληρονομῆσαι τὴν γῆν. δοκεῖ δέ μοι ϗ τὰ περὶ τῶν τιμίων εἶναι νομιζομένων λίθων, ἀπορροίαν τινα λεγομένων ἔχειν ἀπὸ τῶν ἐν τῇ κρείττονι γῇ λίθων, εἰληφέναι τὸν Πλάτωνα ἀπὸ τῶν ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ ἀναγεγραμμένων περὶ τῆς πόλεως τοῦ Θεοῦ περὶ ἧς γέγραπται, Θήσω τὰς ἐπάλξεις σου ἴασπιν, ϗ * τοὺς λίθους σου λίθους κρυστάλλου, ϗ τὸν περίβολόν σου λίθους ἐκλεκτούς· ϗ πάλιν, Θήσω τὰ θεμέλιά σου σάπφειρον. οἱ μὲν οὖν παρὰ Πλάτωνι ἀλληγοροῦντες μῦθον οἱ σεμνότερον τὰ τοῦ φιλοσόφου ἐξειληφότες διηγοῦνται. τὰς δὲ προφητείας, ἀφ' ὧν στοχαζόμεθα ϗ τὸν Πλάτωνα εἰληφέναι, οἱ συγ-

Coloſſ. 3. 1.
Hebr. 12. 22.
* μυριάσι.
Pſal. 75. 2.
47. 1.
* εὐρίζω.
Pſal. 36. 9, 11, 22. 29.
Ibid. v. 34.
Eſaiæ 54. 12.
* τὰς πύλας, l. c.
Ibid. v. 11.

οἱ συγγενῶς τοῖς προφήταις καὶ ἐνθέως βιώσαντες, καὶ πάντα τὸν χρόνον ἀναθέντες τῇ ἐξετάσει τῶν ἱερῶν γραμμάτων, τοῖς ἐπιτηδείοις διὰ βίου καθαρότητα καὶ τὴν περὶ τὰ θεῖα φιλομάθειαν παραστήσουσιν. ἡμῖν δὲ προκείμενον ἦν δεῖξαι, ὅτι ἡμεῖς μὲν οὐκ ἀπὸ Ἑλλήνων ἢ Πλάτωνος τὰ περὶ τῆς ἁγίας γῆς εἰλήφαμεν· ἐκεῖνοι δὲ, νεώτεροι γενόμενοι οὐ μόνον τοῦ ἀρχαιοτάτου Μωϋσέως, ἀλλὰ καὶ τῶν πλείστων προφητῶν, ἤτοι παρακηκόασί τινων αἰνισσομένων περὶ τῶν τοιούτων· ἢ καὶ ταῖς ἱεραῖς ἐντυχόντες γραφαῖς, παραποιήσαντες αὐτὰ, τοιαυτά τινα περὶ τῆς κρείττονος εἰρήκασι γῆς. σαφῶς δ᾽ ὁ Ἀγγαῖος παρίστησιν ἄλλο μὲν εἶναι τὴν ξηρὰν, ἄλλο δὲ τὴν γῆν, ξηρὰν καλῶν ταύτην ἐφ᾽ ἧς ἐσμέν· λέγει δὲ οὕτως,
Aggæ. 2. 6. Ἔτι ἅπαξ ἐγὼ σείσω τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν ξηρὰν, καὶ τὴν θάλασσαν. ὥσπερ δὲ αὐτὸς τὴν διήγησιν ἀνατίθεται τῷ παρὰ Πλάτωνι μύθῳ, κειμένῳ ἐν τῷ Φαίδωνι, λέγων τάδε, "Τί δὲ διὰ τούτων ἐμφαίνει, οὐ πάνυ γνῶναι ῥᾴδιον· εἰ μὴ ὅστις ἐπαΐειν δύναιτο, τί ποτ᾽ ἐστὶν ἐκεῖνο ὅ φησιν· Ὑπὸ ἀσθενείας καὶ βραδυτῆτος οὐχ οἵους εἶναι διεξελθεῖν ἐπὶ τὸ ἔσχατον τὸν ἀέρα· καὶ εἰ ἡ φύσις ἱκανὴ εἴη ἀνασχέσθαι θεωροῦσα γνῶναι ἂν ὅ,τι ἐκεῖνός ἐστιν ὁ ἀληθῶς οὐρανὸς, καὶ τὸ ἀληθινὸν φῶς· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡμεῖς τὰ περὶ τῆς ἁγίας καὶ ἀγαθῆς γῆς, καὶ τῆς ἐν αὐτῇ πόλεως τοῦ Θεοῦ, οὐ κατὰ τὴν ἐνεστῶσαν νομίζοντες εἶναι πραγματείαν σαφηνίσαι, ὑπερτιθέμεθα εἰς τὰ ἐξηγητικὰ τῶν προφητῶν· ἀπὸ μέρους, κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν, διηγησάμενοι περὶ πόλεως Θεοῦ ἐν τοῖς πραγματευθεῖσιν ἡμῖν εἰς τὸν πεντηκοστὸν πέμπτον Ψαλμὸν, καὶ τὸν πεντηκοστὸν ἕβδομον Ψαλμόν. οἶδε δὲ ὁ ἀρχαιότατος Μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν λόγος τὰ ἀληθινὰ πάντα, ὁμώνυμα τοῖς τῇδε καθολι-
1 Joan. 2. 8. κωτέροις· οἷον, ἀληθινὸν φῶς, καὶ οὐρανὸν ἕτερον
Hebr. 9. 24. παρὰ τὸ στερέωμα, καὶ τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλι-
Malach. 4. 2. ον ἄλλον παρὰ τὸν αἰσθητόν. καὶ ἁπαξαπλῶς δέ φησιν, ὅτι πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν αἰσθητῶν, ὧν
Dan. 9. 14. οὐδέν ἐστιν ἀληθινὸν, τὸ, Θεὸς ἀληθινὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· ἐπ᾽ ἄλλων μὲν τιθέντων τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ, ἐπὶ ἡττόνων δὲ τὰ λεγόμενα ἔργα τῶν χειρῶν
Psal. 102. 25. αὐτοῦ. μεμφόμενος γοῦν τισὶ διὰ τοῦ Ἡσαΐου φησὶ,
Esaiæ 5. 12. Τὰ ἔργα Κυρίου οὐκ ἐμβλέπουσι, καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ οὐ κατανοοῦσι. καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον.
* ἐπὶ δὲ. * Ἐπεὶ δὲ τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγον (πολὺν ὄντα καὶ δυσθεώρητον, καὶ δεόμενον σοφοῦ, εἴπερ τι ἄλλο τῶν δογμάτων, καὶ ἐπὶ πλεῖον διαβεβηκότος· ἵνα τὸ ἄξιον τοῦ Θεοῦ παραστήσῃ, καὶ τὸ μεγαλοφυὲς τοῦ δόγματος, διδάσκων τίς λόγον ἔχων σπέρματος τὸ
2 Cor. 5. 4. καλούμενον κατὰ τὰς γραφὰς σκῆνος τῆς ψυχῆς, ἐν ᾧ οἱ δίκαιοι ὄντες στενάζουσι βαρούμενοι, μὴ θέλοντες αὐτὸ ἐκδύσασθαι, ἀλλ᾽ ἐπενδύσασθαι) μὴ νοήσας ὁ Κέλσος, τὸ ἀπὸ ἰδιωτῶν, καὶ μηδε-

hi, qui ad æmulationem Prophetarum vitam ſuam inſtituerunt, ſemper occupati examinandis ſacris literis, enarrabunt idoneis ad hæc audienda per vitæ puritatem & divinarum rerum ſtudia: nos hoc agimus nunc, ut oſtendamus nec à Platone, nec ab aliis Græcis acceptum eſſe quod de terra ſancta credimus: imò illos, ut poſteriores ætate, non ſolùm ab antiquiſſimo Moſe, ſed & ab aliis Prophetis, mutuatos quicquid vel propter ænigmata parùm intellectum, vel alioqui ex Scripturis depravatum de hac terra tranſtulerint in ſuas commentationes. Manifeſtè autem ex Aggæo diſcimus, aliud eſſe aridam, aliud terram, dum aridam vocat hanc in qua degimus: is ità loquitur, *Adhuc ſemel, & ego concutiam cælum & terram, & aridam atq; maria.* Quemadmodum autem ipſe hanc fabulam ad autorem Platonem refert, apud quem in Phædone legitur, dicens, *Ceterùm quid hæc ſignificent, non cuivis cognitu eſt facile: niſi quis intelligere queat, quid ſit id quod ait; Præ infirmitate ac tarditate non poſſe eos penetrare ad extremum aerem; &, ſi modò natura eorum par eſſet tantæ contemplationi, poſſe eos cognoſcere, hoc eſſe verum cœlum verúmque lumen:* ità & nos, quia de ſancta & bona terra tractare non exiſtimamus præſentis eſſe inſtituti, differemus hanc operam in tempus aliud, quo Prophetas enarrabimus; quamvis jam ex aliqua parte de civitate Dei tractavimus in explicatione Pſalmorum quinti & ſeptimi ſupra quadrageſimum. Novit autem antiquiſſima ſcriptura Moſis & Prophetarum vera hæc omnia, quæ eodem cum rebus apud nos uſitatis cenſentur nomine: ut verum lumen, & cœlum aliud quàm hoc firmamentum, & juſtitiæ Solem alium quàm hunc ſenſibilem: & in univerſum ad differentiam horum ſenſibilium, quorum nullum eſt verum, dictum eſt illud, *Deus vera ſunt opera tua;* Prophetâ alia vocante opera Dei, alia (videlicet minora) opera ejus manuum: unde per Iſaiam quoſdam Deos coarguens dicit, *Opera Dei non aſpiciunt, nec manuum ejus opera conſiderant.* Et de his quidem hactenùs. Quoniam autem de reſurrectione longum & difficilem ſermonem (qui non minùs quàm quodvis dogma opus habet doctore provecto ac ſapiente, qui & Dei dignitatem & dogmatis magnitudinem commendet, oſtendens ſimile eſſe ſemini hoc animæ, ut Scriptura vocat, tabernaculum, in quo juſti ingemiſcunt nolentes id exuere, ſed ſuperindui) Celſus non intelligens, mirum ni auditu ab imperitis

tis aliquibus non valentibus ejus rationem reddere, totam rem irridet: unum etiam ad ſuperiùs de hoc dicta addendum eſt, falli Celſum, qui putat nos reſurrectionis nomine accipere migrationem animarum ex corporibus in corpora juxta Græcorum opinionem; ſed ſcimus animam ſuâpte naturâ incorpoream & inviſibilem, in quocunque corporeo loco degat, opus habere corpore conveniente loci ejus naturæ: quod interdum geſtat exuto priore, neceſſario quidem, ſed jam ſupervacuo ad ſequentia; interdum priori ſuperinduitur, opus habenti meliore veſtimento ad regionem priorem æthereæm cœleſtémque. Etenim naſcitura corpus accepit idoneum inhabitandæ vulvæ certo tempore, ac rurſum quod erat neceſſarium in terra victuro: deinceps cùm conſtet tabernaculum terreſtre aliquod eſſe, & illi habitaculum neceſſarium, tamen Scriptura dicit corrumpi, foréque ut tabernaculum ſuperinduat *domum non manu factam ſempiternam in cœlis.* Aiunt autem homines Dei, corruptibile hoc induturum incorruptionem, quæ quidem differt ab incorruptibili; & mortale hoc induturum immortalitatem, quæ item differt ab immortali: nam ſicut ſe habet ſapientia ad ipſum ſapiens, & juſtitia ad ipſum juſtum, & pax ad ipſum pacatum; ità ſe habet incorruptio ad ipſum incorruptum, immortalitas ad ipſum incorruptum, immortalitas ad ipſum immortale. Vide quò nos invitet Scriptura, dicens, *Induite incorruptionem & immortalitatem:* quæ res dum pro indumento ſunt, indutum talibus indumentis eáque retinentem non ſinunt corrumpi aut emori. Atque hæc ut audaciùs proferrem, coëgit me iſtius ruditas, non intelligentis, quid dicatur reſurrectio, ac proinde irridentis cavillantíſque quod non intelligit. Putans autem nos, eò quòd ſciamus & noſcamus Deum reſurrectionem aſſerere, colligens ſibi quæcunque vult, ſic loquitur, *Certè redarguti modis omnibus & convicti, rurſum, quaſi nihil audiſſent, ad eandem quæſtionem redeunt, Quomodo igitur poſſimus noſcere ac videre Deum? Quomodo eum accedere?* Sciat igitur quicunq; vult, quòd ſi alioqui opus habemus corpore, quia corporaliter habitemus locum corporeum, & tali corpore, qualis ejus loci natura eſt, &, cùm corpore indigeamus, ſuperinduamur prædicto tabernaculo; tamen ad cognitionem Dei nullo habemus opus corpore. Nam id, quod Deum noſcit, non eſt oculus corporis, ſed mens videns, facta ad conditoris imaginem,

τι λόγῳ παραστῆσαι δυναμένων, ἀκηκοὼς περὶ αὐτῆς, χλευάζει τὸ λεγόμενον· χρήσιμον πρὸς τοῖς ἀνωτέρω εἰρημένοις ἡμῖν περὶ τούτου, τοῦτο μόνον ὑποσημειώσασθαι πρὸς τὸν λόγον, ὅτι οὐχ, ὡς οἴεται Κέλσος, τῆς μετενσωματώσεως παρακούσαντες τὰ περὶ ἀναστάσεως φαμέν· ἀλλ' εἰδότες ὅτι ἡ τῇ ἑαυτῆς φύσει ἀσώματος καὶ ἀόρατος ψυχή, ἐν παντὶ σωματικῷ τόπῳ τυγχάνουσα, δεῖται σώματος οἰκείου τῇ φύσει * τῷ τόπῳ ἐκείνῳ. ὅπερ ὅτε μὲν φορεῖ ἀπεκδυσαμένη πρότερον ἀναγκαῖον μὲν, περισσὸν δὲ ὡς πρὸς τὰ δεύτερα· ὅτε δὲ ἐπενδυσαμένη ᾧ πρότερον εἶχε, δεομένη κρείττονος ἐνδύματος εἰς τοὺς καθαρωτέρους καὶ αἰθερίους καὶ οὐρανίους τόπους. καὶ ἀπεξεδύσατο μὲν ἐπὶ τὴν τῇδε γένεσιν ἐρχομένη τὸ χρήσιμον πρὸς τὴν ἐν τῇ ὑστέρᾳ τῆς κυούσης, ἕως ἦν ἐν αὐτῇ χορίον· ἐνεδύσατο δὲ ὑπ' ἐκεῖνο ὃ ἦν ἀναγκαῖον τῷ ἐπὶ γῆς μέλλοντι διαζῆν. εἶτα πάλιν ὄντος τινὸς σκήνους ἐπιγείου, οἰκίας ἀναγκαίας πως τῷ σκήνει [καὶ] καταλύεσθαι μέν φασιν οἱ λόγοι τὴν ἐπίγειον οἰκίαν τοῦ σκήνους, τὸ δὲ σκῆνος ἐπενδύσασθαι οἰκίαν ἀχειροποίητον, αἰώνιον ἐν τοῖς οὐρανοῖς. λέγουσι δὲ οἱ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωποι, τὸ μὲν φθαρτὸν ἐνδύσασθαι αὐτὸ ἀφθαρσίαν, τὴν διαφέρουσαν τοῦ ἀφθάρτου· τὸ δὲ θνητὸν ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν, ἑτέραν τυγχάνουσαν τοῦ ἀθανάτου. ὃν γὰρ λόγον ἔχει σοφία πρὸς τὸ σοφὸν, καὶ δικαιοσύνη πρὸς τὸ δίκαιον, καὶ εἰρήνη πρὸς τὸ εἰρηνικόν· τοῦτον τὸν λόγον ἀφθαρσία μὲν πρὸς ἄφθαρτον, ἀθανασία δὲ πρὸς ἀθάνατον. ὅρα οὖν ἐφ' οἷα προτρέπει ὁ λόγος, ἐνδύσασθαι λέγων τὴν ἀφθαρσίαν καὶ τὴν ἀθανασίαν· ἅτινα, ὡς ἐνδύματα τῷ ἐνδυσαμένῳ καὶ περιεχομένῳ τῶν τοιούτων ἐνδυμάτων, οὐκ ἐᾷ φθαρῆναι ἢ ἀποθανεῖν τὸν περικείμενον αὐτά. καὶ ταῦτα δ' ἡμῖν ἀποτετολμήσθω, διὰ τὸν μὴ νοήσαντα ὅ, τι ποτὲ λεγόμενον τὴν ἀνάστασιν, καὶ διὰ τοῦτο γελῶντα καὶ χλευάζοντα * ὃ οὐκ οἶδε λεγόμενον. Οἰόμενος δ' ἡμᾶς, διὰ τὸ γνῶναι καὶ ἰδεῖν τὸν Θεὸν, προσεσθίειν τὰ περὶ τῆς ἀναστάσεως, συνείρει ἑαυτῷ ἃ βούλεται, καὶ τοιαῦτά φησιν, "Ὅταν δὴ πάντοθεν ἐξείργωνται καὶ διελέγχωνται πάλιν, ὥσπερ οὐδὲν ἀκηκοότες, ἐπανίασιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐρώτημα, Πῶς οὖν γνῶμεν καὶ ἴδωμεν τὸν Θεόν; καὶ πῶς ἴωμεν πρὸς αὐτόν;" ἴστω οὖν ὁ βουλόμενος, ὅτι κἂν εἰς ἄλλα δεώμεθα σώματος, τῷ ἐν τόπῳ * σωματικῶς τυγχάνειν, καὶ τοιούτου, ὁποία ἐστὶν ἡ φύσις τοῦ σωματικοῦ τόπου, καὶ δεόμενοι τοῦ σώματος, ἐπενδυόμεθα τῷ σκήνει τὰ προειρημένα· ἀλλ' εἰς γνῶσίν γε Θεοῦ σώματος οὐδαμῶς χρῄζομεν. τὸ γὰρ γινῶσκον Θεὸν οὐκ ὀφθαλμός ἐστι σώματος, ἀλλὰ νοῦς, ὁρῶν τὸ κατ' εἰκόνα τοῦ

Resp. 2. [illegible]

* τῶ τόπε ἐκείνε.

2 Cor. 5. 1.

1 Cor. 15. 43.

* ὃν οὐκ οἶδε λόγον.

* σωματικῷ.

Resp. 3 ad Dei [illegible]

κτίσαντος, καὶ τὸ δυνάμενον γιγνώσκειν Θεὸν προνοίᾳ Θεοῦ ἀντειληφώς. καὶ τὸ ὁρῶν δὲ Θεὸν καθαρά ἐστι καρδία, ἀφ᾽ ἧς οὐκέτι ἐξέρχονται διαλογισμοὶ πονηροὶ, οὐ φόνοι, οὐ μοιχεῖαι, οὐ
Matth.15.19. πορνεῖαι, οὐ κλοπαὶ, οὐ ψευδομαρτυρίαι, οὐ βλα-
Matth.6.23. σφημίαι, οὐκ ὀφθαλμὸς πονηρὸς, οὐδ᾽ ἄλλό τι
Matth.5.8. τῶν ἀτόπων. διὸ λέγεται, Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται. ἐπεὶ δ᾽ οὐκ αὐτάρκης ἡ ἡμετέρα προαίρεσις πρὸς τὸ πάντη καθαρὰν ἔχειν τὴν καρδίαν, ἀλλὰ Θεοῦ ἡμῖν δεῖ, κτίζοντος αὐτὴν τοιαύτην· διὰ τοῦτο λέγεται ὑπὸ τοῦ ἐπισταμέ-
Psal.50.10. νου εὔχεσθαι, Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ Θεός. ἀλλ᾽ οὐδ᾽, ὡς ἐν τόπῳ ὄντος τοῦ Θεοῦ, πευσόμεθά τινος, καὶ ἐροῦμεν, Πῶς ἴωμεν πρὸς αὐτόν; κρείττων γὰρ ὁ Θεὸς παντὸς τόπου, καὶ περιεκτικὸς παντὸς ὑπάρχει· καὶ οὐδέν ἐστι τὸ περιέχον τὸν Θεόν. τὸ εἶναι δὲ ὀπίσω πρὸς τὸν Θεὸν
Deut.13.4. οὐ σωματικῶς προστέτακται ἡμῖν τὸ, Ὀπίσω Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου πορεύσῃ· οὐδὲ σωματικῶς ὁ προφήτης, κολληθεὶς τῷ Θεῷ, φησὶν ἐν τῇ
Psal.62.8. εὐχῇ, Ἐκολλήθη ὀπίσω σου ἡ ψυχή μου. καταψεύδεται οὖν ἡμῶν Κέλσος, λέγων "προσδέ-
"χεσθαι ἡμᾶς ὀφθαλμοῖς σώματος Θεὸν ὄψε-
"σθαι, καὶ ὠσὶ τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσεσθαι, καὶ χερ-
"σὶν αἰσθηταῖς ψαύσειν αὐτοῦ. οἴδαμεν δὲ ὁμωνύμως τοῖς σώματος ὀφθαλμοῖς λεγομένους ὑπὸ τῶν θείων λόγων ὀφθαλμοὺς, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ὦτα, καὶ τὰς χεῖρας, καὶ (τὸ τούτων παραδοξότερον) αἴσθησιν θειοτέραν, καὶ ἑτέραν παρὰ τὴν συνήθως ὑπὸ τῶν πολλῶν ὀνομαζομένην.
Psal.118.18. ἐὰν γὰρ λέγῃ ὁ προφήτης, Ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσιά σου
Ibid.18.8. ἐκ τοῦ νόμου σου· ἢ, Ἡ ἐντολὴ Κυρίου τηλαυγὴς,
12.3. φωτίζουσα ὀφθαλμούς. ἢ, Φώτισον τοὺς ὀφθαλμούς μου, μή ποτε ὑπνώσω εἰς θάνατον· οὐχ οὕτω τις ἐμβρόντητός ἐστιν, ὡς νομίζειν ὀφθαλμοῖς σώματος κατανοεῖσθαι τὰ θαυμάσια τοῦ θείου νόμου, ἢ τὴν τοῦ Κυρίου ἐντολὴν φωτιστικὴν εἶναι τῶν τοῦ σώματος ὀφθαλμῶν, ἢ ὕπνον θανάτου ἐμποιητικὸν συμβαίνειν περὶ τοὺς τοῦ σώματος ὀφθαλμούς.
Matth.13.9. ἀλλὰ καὶ, ἐὰν λέγῃ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν ἀκουέτω· καὶ ὁ τυχὼν συνίησι περὶ θειοτέρων ταῦτα λέγεσθαι ὤτων. κἂν λέγηται Λό-
Jerem.1.9. γος Κυρίου γεγονέναι ἐν χειρὶ Ἰερεμίου τοῦ προ-
Levit.8.36. φήτου, ἢ ἄλλου τινός· ἢ νόμος ἐν χειρὶ Μωϋ-
Psal.76.2. σῇ· ἢ ὅτι Ταῖς χερσί μου ἐξεζήτησα τὸν Θεὸν, καὶ οὐκ ἠπατήθην· οὐχ οὕτως ἐστί τις ἀνόητος, ὡς μὴ ἐκλαμβάνειν χεῖράς τινας εἶναι τροπικῶς καλου-
1 Joan.1.1. μένας, περὶ ὧν καὶ Ἰωάννης λέγει, Αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς. εἰ δὲ καὶ περὶ τῆς κρείττονος αἰσθήσεως καὶ οὐ σωματικῆς βούλει ἀπὸ τῶν ἱερῶν γραμμάτων μαθεῖν, ἄκουσον Σολομῶντος ἐν ταῖς Παροιμίαις λέγον-
Prov.2.5. τος, Αἴσθησιν θείαν εὑρήσεις. οὐ χρεία τοίνυν ἡμῖν, ὡς οὕτω ζητοῦσι τὸν Θεὸν, ἀπιέναι, ὅπου

& facultatem videndi Deum nacta per divinam providentiam: & id, quod videt Deum, eſt cor mundum, ex quo non ampliùs exeunt malæ cogitationes, non cædes, non adulteria, non ſcortationes, non furta, non falſa teſtimonia, non blaſphemiæ, non oculus malus, non aliud quicquam inconveniens: quapropter dicitur, *Beati mundi corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* Ceterùm quia noſtrum propoſitum non eſt ſufficiens ad hoc, ut mundum habeamus cor, ſed Deo eſt opus, qui tale nobis creet: idcirco qui ſcit precari dicit, *Cor mundum crea in me Deus.* Nec percontabimur quomodo ad Deum accedemus, cùm is loco non contineatur: eſt enim omni loco præſtantior, ut complectens in ſe omnia, cùm ipſum nihil poſſit capere. Ergò accedere Deum non jubemur corporaliter, dum audimus illud, *Poſt Dominum Deum tuum ambulabis:* neque corporaliter Propheta cohærens Deo in precibus, *Adhæſit*, inquit, *poſt te anima mea.* Mentitur ergò Celſus contra nos, dicens, *Quòd ſperemus nos Deum viſuros oculis corporeis, & auribus vocem ejus audituros, & manibus ſenſibilibus eum contrectaturos.* Novimus autem eodem nomine, quo corporeos, dici alios in Scripturis oculos, ſimiliterque & aures, & manus, & (quod magìs mireris) ſenſum diviniorem, & alium, quàm qui vulgò ſic nominatur. Cùm enim dicit Propheta, *Revela oculos meos, ut conſiderem mirabilia de lege tua*; aut, *Mandatum Domini lucidum, illuminans oculos*; aut, *Illumina oculos meos, nè quando obdormiam in mortem:* nemo eſt tam ſtupidus, qui putet oculis corporeis conſiderari legis divinæ mirabilia, aut mandatum Domini illuſtrativum eſſe oculorum corporis, aut ſomno lethali opprimi corporeos oculos. Item, cùm Servator noſter dicit, *Qui habet aures audiendi, audiat*: vel quivis è plebe intelligit hæc dici de divinioribus auribus. Et, cùm dicitur, *Verbum Domini factum in manu Hieremiæ Prophetæ*, aut cujuſpiam alterius; aut, *lex in manu Moſis*; aut, *Manibus meis quæſivi Deum, & non ſum deceptus*: nemo eſt ità inſipiens, ut non intelligat manus quaſdam figuratè vocari, de quibus & Joannes dicit, *Manus noſtræ palpaverunt de verbo vitæ.* Quòd ſi etiam de meliore ſenſu, non corporeo, vis è ſacris literis diſcere, audi Solomonem in Proverbiis dicentem, *Senſum divinum invenies.* Non eſt igitur opus nobis, Deum quærentibus, ire, quò nos Celſus mittit,

mittit, ad Trophonii, ad Amphiarai, ad Mopſi: ubi ait, *humanâ ſpecie Deos videri, eâque non falſâ, ſed manifeſtè conſpicuâ.* Scimus enim hos eſſe dæmonas, & paſci ſanguinibus nidoribúſque à victimis exhalantibus, retineríque in his, quos ex cupiditate nacti ſunt, carceribus; quos Græci templa Deorum exiſtimant, nos verò compertum habemus, eſſe impoſtorum dæmonum talia domicilia. Poſt hæc malitioſè Celſus loquitur de jam dictis diis humanâ ſpecie ſe offerentibus, *quòd non ſemel prætervolent, quemadmodum ſeductor iſtorum; ſed ſemper cum quibuſvis, colloquium eorum expetentibus, verſentur familiariter.* Quibus verbis ſignificare videtur, pro ſpectro ſe Jeſum habere, poſt reſurrectionem viſum diſcipulis, quaſi celeri volatu raptum præter eorum oculos. Ceterùm Deos iſtos, quibus *humanam ſpeciem* tribuit, ait *nemini cupienti non facere copiam ſui colloquii.* Num potuit ſpectrum (ut iſte putat) prætervolans ad decipiendos homines, etiam poſt hanc oculorum illuſionem, operari tam efficaciter, & convertere talium animas, eiſque perſuadere, ut omnia juxta placitum Dei faciant, ut poſtulandi rationem in judicio? Quomodo ſpectrum nominatum fugat dæmonia, aliáſque non contemnendas virtutes operatur; non unum locum ſortitum, ut iſti, quos narrat, *dii humanâ ſpecie*, ſed pertranſiens totum orbem habitabilem, & congregans attrahénsq; ſuâ divinâ vi quotquot ad bene vivendum proniores invenit? Poſt hæc, ad quæ reſpondimus quantum potuimus, rurſum ità Celſus loquitur, *Dicent iterum, Quomodo cognoſcetur Deus, niſi ſenſu percipiatur? Quis poteſt eum ſine ſenſu cognoſcere?* ac mox ad hæc reſpondens inquit, *Non hominis, nec animæ, ſed carnis eſt hæc vox: audiant tamen ſi quid audire poſſunt. O timidi amatores corporis, ſi conniventes ſenſibus mente ſurſum aſpiciatis, & avertentes carnis oculum mentis illius expergefeceritis; ità demum Deum videbitis. Et, ſi hujus viæ ducem quæritis, fugiendi ſunt impoſtores & præſtigiatores ſpectra vobis commendantes: ne ſitis modis omnibus ridiculi, ceteros deos vituperantes, ut idola, ipſi verò eum, vel reverà idolis miſeriorem, ac ne idolum quidem, ſed mortuum, colentes, & patrem quærentes ejus ſimilem.* Primùm, quod ad Proſopopœiam attinet, affingentis nobis ſermones de reſurrectione, dicimus, artifi-

ἡμᾶς πέμπει ὁ Κέλσος, εἰς Τροφωνίου, καὶ εἰς Ἀμφιάρεω, καὶ εἰς Μόψου· «ἔνθα φησὶν ἀνθρωποειδεῖς θεωρεῖσθαι θεούς, καὶ (ὡς λέγει ὁ Κέλσος) οὐ ψευδομένους, ἀλλὰ καὶ ἐναργεῖς. ἴσμεν γὰρ ἡμεῖς τούτους δαίμονας ὄντας, τρεφομένους κνίσαις καὶ αἵμασι, καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν θυσιῶν ἀναθυμιάσεσι, καὶ οὕτω περιχαρακτηρισμένους ἐν τοῖς ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας αὐτῶν κατασκευασθεῖσι δεσμωτηρίοις· ἅπερ ἱερὰ θεῶν Ἕλληνες νενομίκασιν, ἀλλ' ἡμεῖς ἴσμεν ἀπατεώνων δαιμόνων εἶναι τὰ τοιαῦτα οἰκητήρια. Μετὰ ταῦτα κακοήθως ὁ Κέλσος φησὶ περὶ τῶν προειρημένων ἀνθρωποειδῶν κατ' αὐτὸν θεῶν, «ὅτι ὀφθείη τις αὐτοὺς οὐχ ἅπαξ παραῤῥυέντας, ὥσπερ τὸν τούτους ἐξαπατήσαντα· ἀλλ' ἀεὶ τοῖς βουλομένοις ὁμιλοῦντας. καὶ ἔοικέ γε διὰ τούτων φάσμα μὲν νενομικέναι τὸν Ἰησοῦν, μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἐπιφανέντα τοῖς μαθηταῖς, ὥσπερεὶ παραῤῥυέντα πρὸς τὸ ὀφθῆναι αὐτοῖς. οὓς δ' ὀνόματι λέγων «ἀνθρωποειδεῖς «θεούς, τούτους οἴεται «ἀεὶ τοῖς βουλομένοις «ὁμιλεῖν. πῶς δὲ δύναται φάσμα, ὥς φησιν αὐτός, παραῤῥυὲν ἐπ' ἀπάτῃ τῶν θεασαμένων, καὶ μετὰ τὴν τότε ὄψιν τοσαῦτα ἐνεργεῖν, καὶ ἐπιστρέφειν τὰς τῶν τοιούτων ψυχάς, καὶ πειθὼ ἐμποιεῖν αὐταῖς περὶ τοῦ πάντα δεῖν ἀρεσκόντως πράττειν Θεῷ, ὡς κριθησομένους; πῶς δὲ φάσμα ὀνομασθὲν ἀπελαύνει δαιμόνια, καὶ ἄλλας οὐκ εὐκαταφρονήτους ἐνεργείας ἐνεργεῖ· οὐχ ἕνα κεκληρωμένος τόπον, ὡς οἱ κατ' αὐτὸν ἀνθρωποειδεῖς θεοί, ἀλλὰ διήκων ἐπὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, καὶ συνάγων καὶ ἕλκων τῇ αὐτοῦ θειότητι οὓς ἂν εὕρῃ πρὸς τὸν καλὸν βίον κλίναντας ἑαυτούς; Μετὰ ταῦτα, πρὸς ἃ κατὰ τὸ δυνατὸν εἰρήκαμεν, τοιαῦτα πάλιν ὁ Κέλσος φησίν, «Οἱ δὲ καὶ πάλιν ἐρήσονται, Πῶς αἰσθήσει μὴ καταλαμβανόμενοι γνώσονται τὸν «Θεόν; τί χωρὶς αἰσθήσεως μαθεῖν ἐστι δυνατόν; εἶτα πρὸς ταῦτα ἀποκρινόμενός φησιν, «Οὐκ ἀνθρώπου μέν, οὐδὲ τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ «σαρκὸς ἡ φωνή. ὅμως δ' οὖν ἀκουσάτωσαν, εἴ «τι καὶ ἐπαΐειν δύνανται, ὡς δειλὸν καὶ φιλοσώ«ματον γένος, ἐὰν αἰσθήσει μύσαντες * ἀνα«βλέψητε νῷ, καὶ σαρκὸς ἀποστραφέντες * ὀφ«θαλμὸν τὸν τῆς ψυχῆς ἐγείρητε· μόνως οὕτω «τὸν Θεὸν ὄψεσθε. κἂν ἡγεμόνα ταύτης τῆς «ὁδοῦ ζητῆτε, φευκτέοι μὲν ὑμῖν οἱ πλάνοι «καὶ γόητες, καὶ τὰ εἴδωλα προξενοῦντες· ἵνα «μὴ παντάπασιν ἦτε καταγέλαστοι, τοὺς μὲν «ἄλλους, τοὺς δεικνυμένους θεούς, ὡς εἴδωλα βλα«σφημοῦντες, τὸν δὲ καὶ * αὐτῶν ὡς ἀληθῶς εἰ«δώλων ἀθλιώτερον, καὶ μηδὲ εἴδωλον ἔτι, «ἀλλ' ὡς νεκρὸν σέβοντες, καὶ πατέρα ὅμοιον «αὐτῷ ζητοῦντες. Καὶ πρῶτόν γε λεκτέον πρὸς τὴν προσωποποιΐαν αὐτοῦ, ἀναπλάσαντος ἡμῖν λόγους, ὡς ὑφ' ἡμῶν λεγομένους εἰς τὴν περὶ ἀναστάσεως σαρκὸς ἀπολογίαν, ὅτι ἀρετὴ μέν προσ-

* ἀναβλέψαντες.

* ψυχῆς ὀφθαλμὸς ἐγείρητε.

* αὐτὸν.

Jeſum poſt reſurrect. ſpectri loco fuiſſe Celſ. innuit

Reſpons. Orig.

ωποποιεῖτο

ωποποιοῦντός ἐστι, τηρῆσαι τὸ βούλημα καὶ τὸ ἦθος τοῦ προσωποποιουμένου· κακία δὲ, ὅτε τὰ μὴ ἁρμόζοντά τις περιτίθησι ῥήματα τῷ προσώπῳ τοῦ λέγοντος. καὶ ὁμοίως γε ψεκτοὶ οἱ προσωποποιοῦντες βαρβάροις, καὶ ἀπαιδεύτοις, ἢ οἰκότριψιν, ἢ καὶ μηδέποτε φιλοσόφων λόγων ἀκηκοόσι, μηδὲ ἐν σχολάσασιν αὐτοῖς, περιτιθέντες * φιλοσοφίαν· ἣν ἔμαθε μὲν ὁ προσωποποιῶν, οὐκ εἰκὸς δὲ ἦν εἰδέναι τὸν προσωποποιούμενον· καὶ πάλιν αὖ οἱ τοῖς καθ' ὑπόθεσιν ὑποκειμένοις σοφοῖς, καὶ τὰ θεῖα ἐγνωκόσι περιτιθέντες τὰ ὑπὸ ἰδιωτικῶν παθῶν ὑπὸ ἀπαιδεύτων λεγόμενα, καὶ ὑπὸ ἀγνοίας ἀπαγγελλόμενα. ὅθεν Ὅμηρος μὲν ἐν πολλοῖς θαυμάζεται, τηρήσας τὰ τῶν ἡρώων πρόσωπα, ὁποῖα αὐτὰ ὑπέθετο ἀπ' ἀρχῆς, οἷον τὸ Νέστορος, ἢ τὸ Ὀδυσσέως, ἢ τὸ Διομήδους, ἢ τὸ Ἀγαμέμνονος, ἢ Τηλεμάχου, ἢ Πηνελόπης, ἤ τινος τῶν λοιπῶν· Εὐριπίδης δὲ ὑπὸ Ἀριστοφάνους κωμῳδεῖται, ὡς ἀκαιροῤῥήμων, διὰ τὸ πολλάκις περιτεθεικέναι λόγους δογμάτων, ὧν ἀπὸ Ἀναξαγόρου ἤ τινος ἔμαθε τῶν σοφῶν, βαρβάροις γυναιξὶν, ἢ οἰκέταις. εἰ γὰρ τοιαύτη μέν ἐστιν ἡ ἐν τῷ προσωποποιεῖν ἀρετὴ, τοιαύτη δὲ ἡ κακία· πῶς οὐκ εὐλόγως τις καταγελάσεται Κέλσου, Χριστιανοῖς περιτιθέντος τὰ μὴ ὑπὸ Χριστιανῶν λεγόμενα; εἰ μὲν γὰρ ἰδιωτῶν ἀνέπλασε λόγους· πόθεν τοῖς τοιούτοις δύναμις διακρίνειν αἴσθησιν ἀπὸ τοῦ νοῦ, καὶ αἰσθητὰ νοητῶν, καὶ δογματίζειν παραπλησίως τοῖς ἀναιροῦσι * νοητὰς οὐσίας Στωϊκοῖς, ὅτι αἰσθήσει καταλαμβάνεται τὰ καταλαμβανόμενα, καὶ πᾶσαν κατάληψιν ἤρτηται τῶν αἰσθήσεων; εἰ δὲ ἀναπλάσσει λόγους τῶν φιλοσοφούντων, καὶ ἐπιμελῶς, ὅση δύναμις, ἐξεταζόντων τὰ Χριστοῦ· οὐδὲ τούτοις ἀκόλουθα πεποίηκεν. οὐδεὶς γὰρ, μαθὼν ἀόρατον εἶναι τὸν Θεὸν, καὶ εἶναί τινα δημιουργήματα ἀόρατα, τουτέστι νοητὰ, λέγοι ἂν (ὡς ἀπολογούμενος περὶ τῆς κατὰ τὴν ἀνάστασιν) τὸ, Πῶς αἰσθήσει μὴ καταλαμβανόμενον γνώσονται τὸν Θεόν; ἢ, Τί χωρὶς αἰσθήσεως μαθεῖν δυνατόν ἐστιν; καὶ οὐκ ἐν ἀναχωροῦσι καὶ ἀναγινωσκομένοις ὑπὸ ὀλίγων μόνον καὶ φιλομαθῶν, ἀλλ' ἐν τοῖς δημωδεστέροις γέγραπται, ὅτι Τὰ ἀόρατα τοῦ Θεοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται. δι' ὧν ἔστιν ἰδεῖν, ὅτι εἰ καὶ τοὺς ἐν βίῳ ἀνθρώπους χρὴ * ἀπὸ αἰσθήσεων ἄρξασθαι καὶ τῶν αἰσθητῶν, μέλλοντας ἀναβαίνειν ἐπὶ τὴν τῶν νοητῶν φύσιν· ἀλλ' οὔ τι γε ἐν αἰσθητοῖς καταμένειν χρή. οὔτε χωρὶς αἰσθήσεως ἐροῦσιν ἀδύνατον εἶναι μαθεῖν τὰ νοητά· γενόμενοι δέ τοι, Τίς χωρὶς αἰσθήσεως μαθεῖν δυνατός ἐστιν; ἐλέγξουσιν ἐκ συλλόγου τοῦτο ὑπὸ τοῦ Κέλσου ἐπιφερόμενον τὸ "Οὐκ ἀνθρώπου μὲν, " οὐδὲ ψυχῆς, ἀλλὰ γὰρ σαρκὸς φωνή. *Non hominis, sed carnis eſt hæc vox.* Itaque, cùm

* φυσιολογίαν.

Ariſtoph. Acharnenſ.

* νοητῶν οὐσιῶν Στ.

Rom. 1. 20.

* ὑπὸ.

cium fingentis perſonas in eo conſiſtere, ut ſervet decorum in moribus & voluntate perſonæ quam inducit; vitium verò, ſi parùm convenientia verba perſonæ loquenti affingat. Itaque non probantur artifices, inducentes philoſophicè loqui perſonas barbaras, ineruditas, ſerviles, quæ nunquam audierunt philoſophos, nec eos approbârunt; licèt enim fabulæ autor non ſit rudis placitorum philoſophiæ, tamen veriſimile eſt illas talia non callere: ſicut vice verſâ non decet, ubi perſona fingitur ſapiens, huic tribui vulgares affectus, & ſententias plebeias, magnam præ ſe ferentes imperitiam. Unde Homerus laudatur, quòd in heroum perſonis decorum ſervet, perpetuò ſui ſimiles faciens, Neſtorem, Ulyſſem, Agamemnonem, Telemachum, Penelopen & reliquos: Euripides verò ab Ariſtophane Comico taxatur, ut importunè loquax, quòd perſæpe Anaxagoreas ſententias, & ſi quas alias ipſe à philoſophis didicerat, tribuat barbaris mulierculis, aut mancipiis. Quòd ſi proſopopœiæ illud vitium, atque illa virtus eſt: annon meritò ridebitur Celſus, Chriſtianos loquentes faciens quæ nunquam fuerunt Chriſtianorum placita? Nam ſi ſunt idiotæ, quos inducit; quomodo tales nôrunt diſcrimen inter ſenſum & mentem, inter ſenſibilia & intelligibilia? undenam his placita Stoicis ſimilia, tollentibus è rerum natura ſubſtantias intelligibiles, & ſenſu omnia comprehendi docentibus, nec aliter quàm ſenſu percipi? Sin hos ſermones fingit eſſe veriatorum diligenter in Chriſtiana philoſophia; nè ſic quidem decorum ſervatum eſt: nemo enim, qui didicit Deum eſſe inviſibilem, eſſéque quaſdam ejus creaturas inviſibiles, hoc eſt, intelligibiles, reſurrectionem his verbis adſtrueret, *Quomodo cognoſcemus Deum ſenſu incomprehenſibilem? aut, Quid ſine ſenſu diſcere poſſumus?* atqui non in ſecretioribus literis, & quæ à paucis ſtudioſis leguntur, ſed in iſtis vulgatioribus ſcriptum eſt, quòd *inviſibilia Dei è mundi creati opificio intellecta cernuntur.* Unde ſcire licet, quòd etiam in hac vita homines oportet à ſenſibus & ſenſibilibus incipere, ut aliquando aſcendant ad naturam intelligibilium, nec tamen manendum inſenſibilibus. Itidem, nemo noſtrûm dicet impoſſibile ſine ſenſu intelligibilia diſcere: imò, cùm ipſi hæc ſine ſenſu diſcant, coarguunt Celſum temere inferre verba illa, *Non hominis, nec* dicamus Dominum Deum noſtrum eſſe mentem,

mentem, aut quiddam etiam mente omnique ſubſtantiâ præſtantius, ſimplicem, inviſibilem, incorporeum, non ab alio comprehenſibilem fatemur, quàm à mente facta ad ipſius imaginem: *nunc quidem* (ut verbis Paulinis utamur) *per ſpeculum & ænigma, tunc autem facie ad faciem.* Cùm autem dico *faciem*, nemo ſignificatum calumnietur propter vocabulum: ſed diſcat illud, quod dictum eſt, *Revelatâ facie Domini gloriam tanquam in ſpeculo referentes, in eandem imaginem transformamur à gloria in gloriam*, non faciem ſenſibilem hic intelligendo, ſed figuratè accipiendo, ſicut & oculos, & quicquid ſuperiùs eodem quo membra corporis nomine cenſeri demonſtravimus. Quin & homo, hoc eſt, anima pro inſtrumento utens corpore, quæ aliter *interior homo* dicitur, non ità reſponderet, ut Celſus ſcribit: ſed ſicut ab hominibus Dei didicit. Ceterùm carnali voce nunquam Chriſtianus uteretur, ut qui didicit ſpiritu mortificare actiones corporis, & ſemper mortificationem Jeſu circumferre in ſuo corpore; audivitque illud præceptum, *Mortificate membra veſtra terrena*; ſciens etiam quid ſignificet illud, *Non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis in ſeculum, quia carnes ſunt*; item illud, *Qui in carne ſunt Deo placere non poſſunt*: ideóque faciens omnia, ut jam non ampliùs in carne ſit, ſed in ſolo ſpiritu. Nunc videamus, quò nos vocet, ut ex ipſo audiamus quomodo cognoſcendus ſit Deus; quamvis putet, neminem Chriſtianum exaudire poſſe quæ dicturus eſt, inquiens, *Audiant tamen, ſi quid exaudire poſſunt.* Quid igitur eſt, quod nos audire ex ſe vult? homo philoſophus, cùm docere debeat, agit conviciis, &, cùm debeat in exordio ſermonis præ ſe ferre benevolentiam erga auditores, his, qui mortem perferunt, nè vel voce tenus Chriſtianam abjurent religionem, & hujus gratiâ paratiores ſunt quovis ſupplicii genere mortíſque affici, objicit ac dicit, *O timidum genus hominum*, ac mox nos vocat *hominum genus amantiſſimum corporis*, cùm tamen dicamus, *Etiamſi Chriſtum aliquando novimus in carne, ſed nunc non novimus*: & tam incunctanter pro pietate corpus deponamus, quàm promptè philoſophus vix veſtem exueret. Denique ſic nos alloquitur, *Si conniventes ſenſibus mente ſurſum aſpiciatis, & avertentes carnis oculum mentis illum expergefeceritis, tum Deum videbitis*: & putat hæc quæ de duplicibus oculis à Græcis hauſit, non eſſe priùs tractata in noſtrate philoſo-

νοῦν, ἢ ἐπέκεινα νοῦ καὶ οὐσίας, λέγοντες εἶναι ἁπλοῦν, καὶ ἀόρατον, καὶ ἀσώματον, τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, οὐκ ἂν ἄλλῳ τινὶ, ἢ τῷ κατὰ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐκείνου γενομένῳ, φήσομεν καταλαμβάνεσθαι τὸν Θεόν· νῦν μὲν (ἵνα τῇ λέξει χρήσωμαι τοῦ Παύλου) δι' ἐσόπτρου * καὶ αἰνίγματι, τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. πρόσωπον δὲ ἐὰν λέγω, μὴ συκοφαντείτω τις διὰ τὴν λέξιν τὸν δηλούμενον νοῦν ἀπ' αὐτῆς· ἀλλὰ μανθανέτω ἐν τῷ, Ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενοι, [καὶ] τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμενοι ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, οὐ πρόσωπον αἰσθητὸν ἐν τοῖς τοιούτοις παραλαμβανόμενον, ἀλλὰ κατὰ τροπολογίαν νοούμενον, ὡς καὶ ὀφθαλμοὺς, καὶ ὦτα, καὶ ὅσα ἐν τοῖς ἀνωτέρω ὁμώνυμα τοῖς τοῦ σώματος μέλεσι παρεστήσαμεν. καὶ ἄνθρωπος μὲν οὖν, τουτέστι ψυχὴ χρωμένη σώματι, λεγομένη ὁ ἔσω ἄνθρωπος, ἀλλὰ καὶ ψυχὴ ἀποκρίνεται, οὐχ ὡς ὁ Κέλσος ἀνέγραψεν· ἀλλ' ὡς αὐτὸς διδάσκει ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος. σαρκὸς δὲ φωνῇ οὐκ ἂν Χριστιανὸς χρήσαιτο, μαθὼν πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦν, καὶ πάντοτε τὴν νέκρωσιν τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι περιφέρειν· καὶ, Νεκρώσατε τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ εἰδὼς τί δηλοῦται ἐκ τοῦ, Οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις εἰς τὸν αἰῶνα, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας· ἐπιστάμενος δὲ καὶ, ὅτι Οἱ ἐν σαρκὶ ὄντες Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται· καὶ διὰ τοῦτο πάντα πράττων, εἰς τὸ μηδαμῶς αὐτὸν ἔτι εἶναι ἐν τῇ σαρκὶ, ἀλλ' ἐν μόνῳ τῷ πνεύματι. Ἴδωμεν δὲ καὶ ἐπὶ τίνα ἡμᾶς καλεῖ, ἵν' αὐτοῦ ἀκούσωμεν, τίνι τρόπῳ γνωσόμεθα τὸν Θεόν· ἐφ' οἷς οἴεται μηδένα Χριστιανῶν ἐπαΐειν δύνασθαι τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων· φησὶ γὰρ, "Ὅμως δ' οὖν ἀκουσάτωσαν, εἴ τι καὶ ἐπαΐειν δύνανται. τίνων οὖν ἡμᾶς ἀκούειν ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων βούλεται, κατανοητέον, ὁ φιλόσοφος. δέον διδάσκειν ἡμᾶς, ὁ δὲ διαλοιδορεῖται· καὶ δέον εὔνοιαν ἑαυτοῦ δεῖξαι ἐν τῷ προοιμίῳ τῶν λόγων τὴν πρὸς τοὺς ἀκούοντας, ὁ δέ φησι τοῖς ἕως θανάτου ἀποθνήσκουσιν, ἵνα μὴ ἐξομόσωνται μηδὲ μέχρι φωνῆς τὸν Χριστιανισμὸν, καὶ παρεσκευασμένοις πρὸς πᾶσαν αἰκίαν, καὶ πάντα τρόπον θανάτου, "Ὡς δειλὸν γένος. λέγει δ' ἡμᾶς εἶναι καὶ "φιλοσώματον γένος, τοὺς" φάσκοντας, Εἰ καὶ Χριστόν ποτε κατὰ σάρκα ἐγνώκαμεν, ἀλλὰ νῦν οὐκ ἔτι γινώσκομεν· καὶ οὕτω προχείρως ὑπὲρ εὐσεβείας τιθέντας τὸ σῶμα, ὡς οὐδὲ τὸ ἱμάτιον ἀποδύσαιτ' ἂν εὐχερῶς φιλόσοφος. φησὶν οὖν πρὸς ἡμᾶς, "ὅτι, Ἐὰν αἰσθήσει "μύσαντες ἀναβλέψητε νῷ, καὶ σαρκὸς ἀποστρα"φέντες ὀφθαλμὸν τὸν τῆς ψυχῆς ἐγείρητε, μό"νως οὕτω τὸν Θεὸν ὄψεσθε· καὶ οἴεται αὐτὰ, λέγω δὴ τὰ περὶ διττῶν ὀφθαλμῶν, ἀπὸ Ἑλλήνων λαβὼν, μὴ προπεφιλοσοφῆσθαι παρ' ἡμῖν.

1 Cor. 13.12.
* ἐν αἰνίγματι, l. c.
2 Cor. 3. 18.
Lib. 4. p. 186.
Lib. 6. p. 318.
Rom. 7. 22.
Ephes. 3. 16.
Rom. 8. 13.
2 Cor. 4. 10.
Coloss. 3. 5.
Genes. 6. 3.
Rom. 8. 8, 9.
2 Cor. 5. 16.

λεκτέον δ', ὅτι Μωϋσῆς, ἀναγράφων τὴν κοσμοποιΐαν, εἰσάγει τὸν ἄνθρωπον πρὸ μὲν τῆς παραβάσεως, πῇ μὲν βλέποντα, πῇ δὲ μὴ βλέποντα· βλέποντα μὲν, ἐν τῷ λέγεσθαι περὶ τῆς
Genes. 3. 6. γυναικὸς, ὅτι Εἶδεν ἡ γυνὴ, ὅτι καλὸν τὸ ξύλον εἰς βρῶσιν, ϗ ὅτι ἀρεστὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν, ϗ ὡραῖόν ἐστι τοῦ κατανοῆσαι· μὴ βλέποντα δὲ, οὐ μόνον ἐν τῷ λέγεσθαι ὡς περὶ τυφλῶν
Ibid. v. 5. ὀφθαλμῶν ὑπὸ τοῦ ὄφεως τῇ γυναικὶ τὸ, Ἤδει γὰρ ὁ Θεὸς, ὅτι ᾗ ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, διανοιχθήσονται οἱ ὀφθαλμοὶ ὑμῶν· ἀλλὰ ϗ ἐν
Ibid. v. 7. τῷ, Ἔφαγον, ϗ διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ τῶν δύο. διηνοίχθησαν μὲν οὖν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ τῆς αἰσθήσεως, οὓς καλῶς ἦσαν μύσαντες, ἵνα μὴ περισπώμενοι ἐμποδίζωνται βλέπειν τῷ τῆς ψυχῆς ὀφθαλμῷ· οὓς δὲ πρὶν εἶχον βλέποντας τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοὺς, ϗ εὐφραινομένους ἐπὶ τῷ Θεῷ ϗ τῷ παραδείσῳ αὐτοῦ, τούτους (οἶμαι) διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἔμυσαν. ὅθεν ϗ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, τὸ διττὸν τοῦτο τῶν ὀφθαλμῶν ἐπιστάμενος
Joan. 9. 39. εἶδος ἐν ἡμῖν, φησὶ τὸ, Εἰς κρίμα ἐγὼ εἰς τὸν
* εἰσῆλθον. κόσμον τοῦτον * ἦλθον, ἵνα οἱ μὴ βλέποντες βλέπωσι, ϗ οἱ βλέποντες τυφλοὶ γένωνται· μὴ βλέποντας μὲν αἰνιττόμενος τοὺς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοὺς, οὓς ὁ λόγος ποιεῖ βλέπειν· βλέποντας δὲ, τοὺς τῶν αἰσθήσεων, τούτους δὲ ἐτύφλου
* τόπον. ὁ λόγος, ἵνα ἀπερισπάστως ἡ ψυχὴ βλέπῃ ἃ δεῖ. παντὸς οὖν τοῦ κατὰ * τρόπον Χριστιανίζοντος ὁ τῆς ψυχῆς ἐγήγερται ὀφθαλμὸς, ϗ ὁ τῆς αἰσθήσεως μέμυκε· ϗ ἀνάλογον τῇ ἐγέρσει τοῦ κρείττονος ὀφθαλμοῦ, ϗ τῇ μύσει τῆς ὄψεως τῆς αἰσθήσεως, νοεῖται ϗ θεωρεῖται ἑκάστῳ ὁ ἐπὶ πᾶσι Θεὸς, ϗ ὁ υἱὸς αὐτοῦ, λόγος ϗ σοφία τυγχάνων, ϗ τὰ λοιπά. Ἑξῆς δὲ τοῖς ἐξετασθεῖσιν ὁ Κέλσος, ὡς πρὸς πάντας Χριστιανοὺς, ἀποτείνει
[illegible] λόγον, ὅν τινα πρὸς τοὺς πάντῃ ἀλλοτρίους τῆς Ἰησοῦ διδασκαλίας ὁμολογοῦντας εἶναι, εἰ ἄρα, λέγειν ἥρμοζεν. Ὀφιανοὶ γὰρ (ὡς ϗ
Lib. 3. p. 119.
Lib. 6. p. 291, 294. ἐν τοῖς ἀνωτέρω ἐλέγομεν) τὸν Ἰησοῦν ἐξ ὅλων ἀρνούμενοι, ἢ εἴτινες ἄλλοι τὰ παραπλήσια ἐκείνοις φρονοῦντές, εἰσιν οἱ τὰ εἴδωλα προμνώμενοι, πλάνοι ϗ γόητες· ϗ ἐκεῖνοί εἰσιν οἱ τὰ ὀνόματα τῶν θυρωρῶν ἀθλίως ἐκμανθάνοντες. μάτην οὖν πρὸς Χριστιανούς φησι τὸ, "Κἂν ἡγεμόνα τῆς ὁδοῦ ταύτης ζητῆτε, "φευκτέοι μὲν ὑμῖν οἱ πλάνοι ϗ γόητες, ϗ τὰ "εἴδωλα προμνώμενοι. ϗ μὴ ἐπιστάμενος ὅτι οἱ τοιοῦτοι οὐκ ἔλαττον Κέλσου, ὡς γόητες, σὺν ἐκείνῳ κακῶς λέγουσι τὸν Ἰησοῦν ϗ πᾶσαν τὴν κατ' αὐτὸν θεοσέβειαν, φησὶ, φύρων ἡμᾶς ἐν ἐκείνοις τῷ ἑαυτοῦ λόγῳ, "ἵνα μὴ παντάπασιν "ἦτε καταγέλαστοι, τοὺς μὲν ἄλλους, τοὺς δεικνυμένους Θεοὺς, ὡς εἴδωλα βλασφημοῦντες· τὸν "δὲ ϗ αὐτῶν ὡς ἀληθῶς εἰδώλων ἀθλιώτερον, "ϗ μηδὲ εἴδωλον ἔτι, ἀλλ' ὄντως νεκρὸν, σέβοντες, ϗ πατέρα ὅμοιον αὐτῷ ζητοῦντες. Ὅτι γὰρ μὴ ἐπιστάμενος τί μὲν Χριστιανοὶ λέγουσι,

phia. At nos dicimus Moſen, ubi deſcribit mundi creationem, introducere hominem, modò videntem, modò non videntem: videntem, ubi loquitur de muliere, *Vidit mulier bonum eſſe lignum ad veſcendum, & pulchrum aſpectu, & intellectu venuſtũ*; ceterùm non videntem, non ſolùm ubi ſerpens mulieri loquitur, tanquam de cæcis ipſorum oculis, *Sciebat Deus, quòd quicunq; die ederitis ex ipſo, aperientur oculi veſtri*; verùm etiam in eo quod dicitur, *Ederunt, & aperti ſunt duorum oculi*. Itaq; aperti ſunt eorum oculi ſenſûs, quos bene priùs concluſerant, nè per eos diſtracti impedirentur, quò min' cernerent animæ oculo; quos autem priùs habuerant perſpicaces animæ oculos, fruentes Deo ſimul & ejus paradiſo, eos (opinor) propter peccatum clauſerunt. Unde Servator quoq; noſter, ſciens duplicem hanc oculorum ſpeciem in nobis, dicit, *In judicium ego in mundum hunc veni, ut qui non vident videant, & qui vident cæci fiant*; ſubindicans, non videntes, animæ oculos, quos Dei verbum facit videre; videntes autem, ſenſuum oculos, quos Dei verbum excæcabat, ut anima indiſtracta cerneret ea, quæ deberet cernere. Omnes igitur, qui officium Chriſtiani faciunt, erectos habent mentis oculos, clauſos verò ſenſuum: & quantò magis quiſque apertos habet potiores oculos, clauſos verò ſenſibiles, tantò magis intelligit & contemplatur Deum, rerum omnium Dominum, filiúmque verbum ejus & ſapientiam, & reliqua. Deinceps autem Celſus quaſi ad omnes Chriſtianos ſermonem dirigit, qui non competit niſi in quoſdam ex profeſſo à religione noſtra alieniſſimos. Nam Ophiani (à quibus abnegari Jeſum ſuperiùs diximus) aut qui ſunt alii horum denuo ſimiles, ſpectra commendant, homines magi & impoſtores: hi ſunt enim illi miſeri, qui janitorum ediſcunt nomina. Temere igitur Chriſtianis dicit illud, *Si ducem hujus viæ quæritis, fugiendi ſunt vobis iſti præſtigiatores & impoſtores, qui ſpectra commendant*. Et neſciens, quòd hi ipſi non minùs quàm Celſus veneficorum more Jeſum convitiis inceſſunt, totámque inſtitutam ab eo pietatem, ſuâ loquacitate nos cum illis confundens, *Nè ſitis*, inquit, *omnino ridiculi, ceteros deos vituperantes ut idola; ipſi verò eum, vel reverà idolis miſeriorem, ac nè idolum quidem, ſed mortuum, colentes, & patrem quærentes ejus ſimilem*. Quòd enim neſciens diſcrimen inter Chriſtiano-

rum

rum placita & iſtorum figmenta, ſed putans noſtra eſſe crimina, quæ eis objiciuntur, hæc nobis falsò impingat, liquet ex ipſius verbis his; *Per talem fraudem, & mirandos illos conſiliarios, & dæmoniaca quæ effunditis verba ad leonem, & amphibium, & aſiniformem, alios etiam, & divinos janitores; quorum nomina ediſcitis miſeri, quæ propter miſerè torquemini, & crucifigimini.* At non intelligit, quòd nemo ex iſtis, qui leoniformes, aſiniformes, amphibios, janitores aſcensûs faciunt, conſtanter in ſua religione uſque ad ſupplicium perſeverat; ſed noſtræ pietatis eſt hæc excellentia, & (ut ità dicam) nimietas, cujus amore nullum mortis genus ſubterfugimus. Et crucifigi dat iis, qui nihil tale pati ſolent: nobis, qui propter pietatem crucifigimur, exprobrat illorum de leoniformi amphibióque fabulas cum figmentis ceteris. Itaque non propter Celſi monita fugiemus iſtos leoniformes, nunquam à nobis receptos; ſed propter Jeſu doctrinam figmentis hujuſmodi contradicimus, non aſſenſuri talem eſſe Michaelis faciem, aut ceterorum qui recenſentur. Nunc conſiderandum, quem nobis ſequendum Celſus proponat, quaſi non habeamus duces priſcos viros ſanctiſſimos. Mittit nos ad divinitùs afflatos (ut ait) poetas, & ſapientes & philoſophos, quos tamen non nominat; cúmque duces eos fore polliceatur, oſtendit nobis incertùm quos afflatos poetas, & ſapientes, & philoſophos. Quòd ſi appoſuiſſet eorum nomina, non temere contendiſſemus cæcos nobis duces ab eo dari ut cadamus: aut, ſi non omnino cæcutientes, certè lapſos circa pleraque veritatis placita. Sive igitur Orpheum vult eſſe afflatum Deo poetam, ſive Parmenidem, ſive Empedoclem, ſive ipſum Homerum, aut etiam Heſiodum; oſtendat qui vult, quomodo melius iter facient, qui talibus utuntur ducibus, aut quid ad vitam utilitatis ab eis accipiunt, magìs quàm alii, qui, propter Jeſu doctrinam relictis omnibus ſacratis ſtatuis, atque etiam omni ſuperſtitione Judaicâ, per verbum Dei ad ſolum ipſius patrem ſuſpiciunt. Qui ſunt autem illi, ſive ſapientes, ſive philoſophi, à quibus Celſus vult nos multa divina audire, & Moſen ceterósque Prophetas Dei rerum omnium conditoris miſſos facere, qui reverà tam multa dixerunt divinitùs, & adventum clariſſimum prænuntiaverunt ejus, qui eſt ad pietatem via factus hominibus, nemini non guſtum præbens ſu-

τί δὲ οἱ τοιούτους μύθους * ἀναπλάσαντες, ἀλλ' οἰόμενος ἡμῖν προσεῖναι τὰ ἐκείνοις προσαγόμενα ἐγκλήματα, ταῦτα λέγει πρὸς ἡμᾶς οὐ προσόντα ἡμῖν, δῆλον ἐκ τοῦ· « Διὰ τὴν μεγάλην ταύτην ἀπάτην, καὶ τοὺς θαυμαστοὺς ἐκείνους * συμβούλους, καὶ τὰ δαιμόνια ῥήματα, « * τὰ πρὸς τὸν λέοντα, καὶ τὸν ἀμφίβιον, καὶ τὸν ὀνοειδῆ, καὶ τοὺς ἄλλους, καὶ τοὺς θεσπεσίους θυρωρούς· ὧν τὰ ὀνόματα ἀθλίως ἐκμανθάνοντες οἱ δύστηνοι κακῶς * δαιμονᾶτε, καὶ ἀνασκολοπίζεσθε. καὶ οὐκ * οἶδέ γε ὅτι οὐδεὶς τῶν τὸν λεοντοειδῆ, καὶ τὸν ὀνοειδῆ, καὶ τὸν ἀμφίβιον νομιζόντων εἶναι θυρωροὺς τῆς ἀνόδου, ἕως θανάτου ἵσταται κἂν ὑπὲρ τῆς νομιζομένης αὐτῷ ἀληθείας· ἀλλὰ τὸ ὑφ' ἡμῶν δι' εὐσέβειαν (ἵν' οὕτως εἴπω) ὑπερβάλλον γινόμενον, παρεχόντων ἑαυτοὺς παντὶ τρόπῳ θανάτου. καὶ τὸ ἀνασκολοπίζεσθαι ἐκείνοις προσάγει, τοῖς μηδὲν τούτων πάσχουσιν· ἢ ἡμῖν, τοῖς ἀνασκολοπιζομένοις δι' εὐσέβειαν, ὀνειδίζει τὴν ἐκείνων περὶ τὸν λεοντοειδῆ καὶ τὸν ἀμφίβιον, καὶ τὰ λοιπὰ μυθοποιΐαν. οὐ διὰ Κέλσον τοίνυν φεύγομεν τὸν περὶ λεοντοειδοῦς καὶ τῶν λοιπῶν λόγον· (οὐδὲ γὰρ τὴν ἀρχὴν τοιοῦτόν τι παρεδεξάμεθα) ἀλλ' ἀκολουθοῦντες τῇ διδασκαλίᾳ Ἰησοῦ τὸ ἐναντία ἐκείνοις λέγομεν, οὐ συγκατατιθέμενοι τῷ τοιόνδε εἶναι τῷ προσώπῳ τὸν Μιχαὴλ, καὶ τοιόνδε ἕτερόν τινα τῶν καταλεγομένων. τίνι δὲ καὶ ἐπακολουθεῖν ἡμᾶς ὁ Κέλσος βούλεται, ὡς ἐκ ἀπορούντας παλαιῶν ἡγεμόνων καὶ ἱερῶν ἀνδρῶν, κατανοητέον. ἀναπέμπει ἡμᾶς ἐπὶ ἐνθέους (ὥς λέγει) ποιητὰς, καὶ σοφοὺς, [καὶ] φιλοσόφους, μὴ τιθεὶς αὐτοῖς ὀνόματα· καὶ τοὺς ὁδηγοὺς δείξειν ἐπαγγελλόμενος * ἀσαφῶς ἀποφαίνεται, τοὺς ἐνθέους ποιητὰς, καὶ σοφοὺς, καὶ φιλοσόφους. εἰ δὲ ἐτίθει τὰ ὀνόματα ἑκάστου τούτων· καὶ ἀγωνίζεσθαι εὔλογον ἡμῖν ἐφαίνετο, ὅτι τυφλώττοντας περὶ τὴν ἀλήθειαν ὁδηγοὺς ἡμῖν δίδωσιν, ἵνα σφαλλώμεθα· ἢ, εἰ καὶ μὴ πάνυ τυφλώττοντας, περὶ πολλά γε τῆς ἀληθείας δόγματα ἐσφαλμένους. εἴτ' οὖν Ὀρφέα βούλεται ἔνθεον εἶναι ποιητὴν, εἴτε Παρμενίδην, εἴτ' Ἐμπεδοκλέα, εἴτε καὶ αὐτὸν Ὅμηρον, ἢ καὶ Ἡσίοδον· δεικνύτω ὁ βουλόμενος, πῶς βέλτιον ὁδεύουσιν οἱ τούτοις ὁδηγοῖς χρώμενοι, καὶ ὠφελοῦνται περὶ τὸν κατὰ τὸν βίον, παρὰ τοὺς καταλιπόντας διὰ τὴν Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίαν πάντα ἀγάλματα καὶ ἱδρύματα, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν Ἰουδαϊκὴν δεισιδαιμονίαν, καὶ πρὸς μόνον ἀναβλέποντας διὰ τοῦ λόγου τοῦ Θεοῦ τὸν πατέρα τοῦ λόγου Θεόν. τίνες δὲ καὶ οἱ σοφοὶ, ἢ οἱ φιλόσοφοι, παρ' ὧν βούλεται πολλὰ καὶ θεῖα ἀκοῦσαι ἡμᾶς ὁ Κέλσος, καταλιπόντας θεράποντα Θεοῦ Μωϋσέα, καὶ προφήτας τοῦ τῶν ὅλων δημιουργοῦ, ἀληθῶς ἐνθέους μυρία ὅσα εἰρηκότας· καὶ αὐτὸν ἐπιλάμψαντα τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, καὶ καταγγείλαντα ὁδὸν θεοσεβείας, καὶ μηδένα (τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ) ἄγευ-
στον

* ἀναπλάσαντες.
* συμβόλους.
* ἃ περὶ.
* κακοδαιμονᾶτε.
* εἰδὼς.
* ἀσαφῶς.

στον καταλιπόντα τῶν ἰδίων μυστηρίων, ἀλλὰ δι᾽ ὑπερβάλλουσαν φιλανθρωπίαν ἔχοντα μὲν διδόναι τοῖς συνετωτέροις θεολογίαν, ἐπάραι τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῶν τῇδε πραγμάτων δυναμένην· οὐδὲν δ᾽ ἧττον συγκαταβαίνοντα καὶ ταῖς ὑποδεεστέραις ἕξεσιν ἰδιωτῶν ἀνδρῶν καὶ ἁπλουστέρων γυναικῶν, οἰκετῶν τε, καὶ ἁπαξαπλῶς τῶν ὑπὸ μηδενὸς ἢ Ἰησοῦ μόνου βεβοηθημένων πρὸς τὸ (ὡς ἐνεχώρει) βέλτιον αὐτοὺς βιοῦν, μετὰ δογμάτων ὧν ἐδύναντο περὶ Θεοῦ χωρεῖν; Εἶτα μετὰ ταῦτα, ὡς ἐπὶ ἐναργέστερον διδάσκαλον τῶν θεολογίας πραγμάτων, ἀναπέμπει ἡμᾶς ἐπὶ τὸν Πλάτωνα, παρατιθέμενος αὐτοῦ τὰς ἀπὸ τοῦ Τιμαίου λέξεις οὕτως ἐχούσας, "Τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα λέγειν εἰς πάντας ἀδύνατον. εἶτ᾽ ἐπιφέρει τούτοις, λέγων, "Ὁρᾶτε ὅπως * ζητεῖται θεοπρέποις ἀληθείας ὁδὸς, καὶ ὡς ᾔδει Πλάτων, ὅτι ταύτῃ βῆναι πᾶσιν ἀδύνατον. ἐπειδὴ δὲ τούτου χάριν ἐξεύρηται σοφοῖς ἀνδράσιν, ὡς ἂν τοῦ ἀκατονομάστου καὶ πρώτου λάβοιμέν τινα ἐπίνοιαν, διαδηλοῦσαν αὐτὸν ἢ τῇ συνθέσει τῇ ἐπὶ τὰ ἄλλα, ἢ ἀναλύσει ἀπ᾽ αὐτῶν, ἢ ἀναλογίᾳ τὸ ἄλλως ἄρρητον θέλων διδάξαι· θαυμάσαιμι δ᾽ ἂν εἰ ἀκολουθῆσαι δύνησθε, παντελῶς τῇ σαρκὶ ἐνδεδεμένοι, καὶ μηδὲν καθαρὸν βλέποντες. μεγαλοφυῶς μὲν καὶ οὐκ εὐκαταφρονήτως τὴν ἐκκειμένην λέξιν ὁ Πλάτων προφέρεται. ὅρα δὲ εἰ μὴ φιλανθρωπότερον ὁ θεῖος λόγος εἰσάγει τὸν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν, Θεὸν λόγον γινόμενον σάρκα· ἵνα εἰς πάντας δυνατὸς ᾖ φθάνειν ὁ λόγος, ὃν καὶ τὸν εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν φησὶν ὁ Πλάτων. Πλάτων μὲν οὖν λεγέτω τὸν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς ἔργον εἶναι εὑρεῖν, ἀδύνατον ἐμφαίνων εἶναι τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει τὸ εὑρεῖν κατ᾽ ἀξίαν τὸν Θεόν· ἢ εἰ μὴ κατ᾽ ἀξίαν, ἀλλ᾽ ἐπὶ πλεῖόν γε καὶ παρὰ τοὺς πολλούς (ὅπερ εἰ ἦν ἀληθὲς, καὶ Θεὸς κατ᾽ ἀλήθειαν εὕρητο Πλάτωνι, ἤ τινι τῶν Ἑλλήνων οὐκ ἄλλο τι ἐσέβον καὶ Θεὸν ἐκάλουν, καὶ προσεκύνουν, ἤτοι τοῦτον καταλιπόντες ἢ συμπαραλαμβάνοντές τι τὰ μὴ συμπαραληπτὰ τῷ τηλικούτῳ Θεῷ.) ἡμεῖς δὲ ἀποφαινόμεθα, ὅτι οὐκ αὐτάρκης ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ὁπωσποτοῦν ζητῆσαι τὸν Θεὸν, καὶ εὑρεῖν αὐτὸν καθαρῶς, μὴ βοηθηθεῖσα ὑπὸ τοῦ ζητουμένου· εὑρισκομένου τοῖς ὁμολογοῦσι, μετὰ τὸ παρ᾽ αὐτοὺς ποιεῖν, ὅτι δέονται αὐτοῦ, ἐμφανίζοντος ἑαυτὸν οἷς ἂν κρίνῃ εὔλογον εἶναι ὀφθῆναι, ὡς πέφυκε Θεὸς μὲν ἀνθρώπῳ γινώσκεσθαι, ἀνθρώπου δὲ ψυχὴ ἔτι οὖσα ἐν σώματι γινώσκειν τὸν Θεόν. ἀλλὰ καὶ λέγων ὁ Πλάτων,

Plato Timæo.

* ζητεῖτε θεοπρέπεις καὶ ἀληθείας ὁδοῖς.

Joan. 1. 1.

orum myſteriorum, propter immenſam ſuam humanitatem, quippe qui prudentioribus largitur Theologiam attollentem animos à preſentibus negotiis ad ſublimia, nihilominùs condeſcendens ad captum inferiorum, quales ſunt viri plebeii & illiterati, ſimplicéſque mulieres ac mancipia, denique omnes, quotquot à nemine niſi à ſolo Jeſu opem poſtulant, & rationem (quantum fieri poteſt) vivendi meliùs, ſervantes interim dogmata de Deo quæ poſſunt capere? Deinde ad Platonem nos mittit, quaſi ad doctorem dilucidioris Theologiæ, citans ex Timæo verba ejus hæc, *Factorem igitur univerſitatis hujus parentémque & invenire arduum eſt, & qui cum invenerit, ad omnes ut hunc perferat impoſſibile:* ac mox ipſe infert, *Videte, quomodo divinis viris veritatis via quæritur, útque Plato ſciverit, hanc non eſſe cuivis meabilem. Poſtquam autem viri ſapientes eam invenerunt in hoc, ut illius primi & innominabilis adipiſcamur intellectum aliquem, manifeſtantem eum, ſive per compoſitionem rerum aliarum ex aliis, ſive per reſolutionem in eaſdem, ſive proportione quod aliàs inexplicabile eſt velit edocere: demirabor, ſi vos hunc aſſequi poteritis, in totum detenti vinculis, & nihil cernentes, quod purum ſit.* Equidem fateor, nobilem & non contemnendam eſſe hanc Platonis ſententiam. Videndum tamen, annon majoris ſit erga humanum genus benignitatis, quòd Scriptura divina Deum verbum prædicat; qui, quamvis *in principio fuiſſet apud Deum, caro factus eſt,* ut ad omnes pervenire poſſet ejus prædicatio, quem etiam inventum Plato negat enuntiare poſſe omnibus. Dicat itaq; Plato conditorem illum, & univerſi parentem, inventu eſſe negotioſum, arguens impoſſibile fore humanæ naturæ, ut Deum pro ejus dignitate inveniat, aut ſi non ut dignum eſt, ſaltem magna ex parte, & plùs quàm vulgo ſit cognitus (in quo tamen, ſi non falleretur, & reverà inventus fuiſſet ab ipſo aliove Græcorum; non aliud quiddam coluiſſent, aut Deum vocâſſent, aut præter eum adorâſſent, vel derelinquentes, vel aſſumentes ea, quæ minùs eſſent in tanto Deo admittenda) at nos dicimus, non eſſe ſufficientem humanam naturam ad quomodocunque quærendum Deum, cúmque purè inveniendum, niſi adjuvetur ab ipſo qui quæritur; qui invenitur à fatentibus, præter ſuum conatum, opus ſe habere ipſius auxilio, oſtendentis ſe his, quos hoc honore dignatur, quatenus vel natura Dei poteſt innoteſcere homini, vel hominis anima valet in corpore manens Deum cognoſcere. Cæterùm Plato, cùm ait, *Etiam inventum facto-*

rem parentémque hujus univerſitatis non poſſe cuivis annuntiari, non dicit eum ineffabilem & innominabilem, ſed poſſe de illo verba fieri. At Celſus, oblitus quid citârit, negat *Deum nominabilem*, dicens, *Sed poſtquam viri ſapientes eam invenerunt in hoc, ut illius primi & innominabilis adipiſcamur intellectum aliquem*. Nos autem non ſolùm Deum dicimus ineffabilem; verùm etiam alia quædam præter eum; quorum Paulus coactus meminiſſe, ſic ait, *Audivi arcana verba, quæ non licet homini loqui*; hoc vocabulo, *Audivi*, uſus pro *Intellexi*, juxta illud, *Qui habet aures audiendi, audiat*. Fatemur tamen, factorem parentémque hujus univerſitatis videre eſſe difficile. Videtur autem non modò juxta illud, *Beati mundi corde, quoniam ipſi Deum videbunt*; ſed etiam juxta id, quod dixit imago ipſius inviſibilis Dei, *Qui vidit me, vidit patrem illum meum, à quo miſſus ſum*. [De his enim nemo, præditus mente, dixerit, Jeſum, referendo hæc ad ſenſile ſuum & hominibus conſpicuum corpus, affirmâſſe, *Qui me vidit, vidit patrem, qui miſit me.*] hac namq; ratione viderunt Deum Patrem etiam omnes, qui acclamaverunt, *Crucifige, crucifige*; & Pilatus quoque, qui poteſtatem accepit in ejus humanitatem: quod perabſurdum eſt. Verùm id dictum non vulgariter accipiendum liquet ex his, quæ Philippus audivit, *Tantum temporis vobiſcum ſum, & non nôſti me, Philippe?* quod quidem Servator ei dixit poſtulanti videre Patrem, dicentíque, *Oſtende nobis Patrem, & ſatis eſt nobis*. Ergò quicunque intelligit, quomodo ſit audiendum de unigenito Dei filio, primogenito creaturæ totius, quòd *verbum caro factum eſt*, intelliget, quomodo quiſquis vidit imaginem viſibilis Dei cognoſcet patrem & factorem hujus univerſitatis. Et Celſus quidem vel compoſitione aliorum ex aliis, qualis eſt Geometrarum, vel diſſolutione, aut etiam proportionibus inter ſe relatis, ut iidem Geometræ ſolent facere, putat poſſe cognoſci Deum, aut ſaltem perveniri ad ſummi boni veſtibulum: verbum autem Dei, dum dicit, *Nemo novit Patrem niſi Filius, & cui Filius revelaverit*, oſtendit, quòd per numinis favorem inſinuantis ſe in animum quodammodo afflatum Deus cognoſcatur. Eſt enim probabile, cognitionem Dei majorem eſſe, quàm pro captu hominis, quo ſit, ut tam ſæpe circa eam fallantur homines: ſed bonitate ac humanitate Dei, mirandâque &

ὅτι τὸν εὑρόντα ἀδύνατόν ἐστιν εἰς πάντας λέ-
γειν τὸν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦ παντός, ἄῤῥη-
τον μὲν καὶ ἀκατονόμαστον οὔ φησιν αὐτὸν εἶναι,
ῥητὸν δ' ὄντα εἰς λόγους δύνασθαι λέγεσθαι.
Εἶθ', ὥσπερ ἐπιλαθόμενος ὧν παρέθετο Πλά-
τωνος λέξεων, ὁ Κέλσος φησὶν ἀκατονόμαστον
εἶναι Θεὸν τούτοις, "Ἐπειδὴ δὲ τούτου χάριν ἐξη-
"ύρηται σοφοῖς ἀνδράσιν, ὡς ἂν τοῦ ἀκατονο-
"μάστου καὶ πρώτου λάβοιμέν τινα ἐπίνοιαν.
ἡμεῖς δὲ οὐ μόνον τὸν Θεὸν, ἄῤῥητον εἶναί φα-
μεν, ἀλλὰ καὶ ἕτερα τῶν μετ' αὐτόν· ἅπερ βια-
ζόμενος ὁ Παῦλος σημῆναί φησι τὸ, Ἤκουσα 2 Cor. 12. 4.
ἄῤῥητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι,
τῷ Ἤκουσεν ἀντὶ τοῦ Συνῆκα χρησάμενος, ἀνά-
λογον τῷ, Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν ἀκουέτω. τὸν Matth. 11. 15.
ποιητὴν δὴ καὶ πατέρα τοῦ παντὸς ἡμεῖς φα-
μὲν ἔργον ἰδεῖν. βλέπεται δὲ οὐ μόνον κατὰ τὸ,
Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Matth. 5. 8.
Θεὸν ὄψονται· ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ λεγόμενον ὑπὸ
τῆς εἰκόνος τοῦ ἀοράτου Θεοῦ ἐν τῷ, Ὁ ἑωρα- Coloſſ. 1. 15.
κὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα τὸν πέμψαντά Joan. 14. 9.
με. ἐν τούτοις γὰρ οὐδεὶς ἂν νοῦν ἔχων φήσειεν,
ὅτι ἀναφέρων ταῦτα ὁ Ἰησοῦς ἐπὶ τὸ αἰσθητὸν
αὐτοῦ καὶ βλεπόμενον τοῖς ἀνθρώποις σῶμα εἶ-
πε τὸ, Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα
τὸν πέμψαντά με· ἔσονται γὰρ κατὰ τοῦτο ἑωρα-
κότες τὸν πατέρα Θεὸν καὶ πάντες οἱ λέγον-
τες, Σταύρου, σταύρου αὐτὸν, καὶ ὁ ἐξουσίαν κατὰ τοῦ Lucæ 23. 21.
ἀνθρωπίνου Πιλάτος λαβών· ὅπερ ἐστὶν ἄτο- Joan. 19. 10.
πον. ὅτι δὲ τὸ, Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν
πατέρα τὸν πέμψαντά με, οὐκ ἐπὶ τὴν κοινο-
τέραν ἐκδοχὴν ἀναφέρεται· δῆλον ἐκ τοῦ εἰ-
ρῆσθαι τῷ Φιλίππῳ, Τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν Joan. 14. 9.
εἰμὶ, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με, Φίλιππε; τοῦτο δ' εἴ-
ρηκεν αὐτῷ ἀξιοῦντι καὶ λέγοντι, Δεῖξον ἡμῖν Ibid. v. 8.
τὸν πατέρα, καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν. νοήσας τις οὖν πῶς
δεῖ ἀκούειν περὶ μονογενοῦς Θεοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ,
τοῦ πρωτοτόκου πάσης κτίσεως, καθότι ὁ λόγος
γέγονε σὰρξ, ὄψεται πῶς ἰδών τις τὴν εἰκόνα
τοῦ ἀοράτου Θεοῦ γνώσεται τὸν πατέρα καὶ ποιη-
τὴν τοῦδε τοῦ παντός. Κέλσος μὲν οὖν ἤτοι
τῇ συνθέσει τῇ ἐπὶ τὰ ἄλλα, ἀνάλογον τῇ
παρὰ τοῖς γεωμέτραις καλουμένῃ συνθέσει, ἢ
τῇ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἀναλύσει, ἢ καὶ ἀναλογίᾳ
ἀνάλογον τῇ παρὰ τοῖς αὐτοῖς ἀναλογίᾳ, οἴ-
εται γιγνώσκεσθαι τὸν Θεὸν, ἐπὶ τὰ πρόθυρα
εἰ ἄρα τοῦ ἀγαθοῦ δυνάμενός τινας οὕτως ἐλ-
θεῖν· ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ λόγος εἰπὼν, Οὐδεὶς ἔγνω Matth. 11. 27.
τὸν πατέρα εἰ μὴ ὁ υἱὸς, καὶ ᾧ ἂν ὁ υἱὸς ἀπο-
καλύψῃ, θείᾳ τινὶ χάριτι, οὐκ ἀθεεὶ ἐγγινομέ-
νῃ τῇ ψυχῇ, ἀλλὰ μετά τινος ἐνθουσιασμοῦ,
δηλοῖ γιγνώσκεσθαι τὸν Θεόν. καὶ γὰρ εἰκὸς,
μείζονα μὲν ἢ κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν εἶναι
τὴν γνῶσιν τοῦ Θεοῦ (διὸ καὶ τὰ τοσαῦτα
παρ' ἀνθρώποις ἐστὶ περὶ Θεοῦ σφάλματα)
χρηστότητι δὲ καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Θεοῦ, καὶ παρα-

δόξῃ καὶ θειοτέρᾳ χάριτι, φθάνειν τὴν τοῦ Θεοῦ γνῶσιν ἐπὶ τοὺς προγνώσει Θεοῦ προκαταληφθέντας, ὅτι ἀξίως βιώσουσι τοῦ ἐγνωσμένου, οὐδαμῶς παραχαράττοντες τὴν εἰς αὐτὸν εὐσέβειαν, οὔτε ἂν ὑπὸ τῶν ἀγνοούντων ὅ, τι ποτέ ἐστιν εὐσέβεια, καὶ πᾶν ὅ, τι ποτ' οὖν μᾶλλον ἀναπλαττόντων εἶναι τὴν εὐσέβειαν ἢ ὅπερ ἐστὶν ἡ εὐσέβεια, τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἀπάγωνται, οὔτε ἂν καταγελαστότατοι εἶναι νομίζωνται. ὁρῶν δ', οἶμαι, ὁ Θεὸς καὶ τὴν ἀλαζονείαν, ἢ τὴν πρὸς τοὺς ἄλλους ὑπεροψίαν, τῶν μεγάλα μὲν φρονούντων ἐπὶ τῷ ἐγνωκέναι τὸν Θεὸν, καὶ ἀπὸ φιλοσοφίας τὰ θεῖα μεμαθηκέναι, παραπλησίως δὲ τοῖς ἀπαιδευτοτάτοις ἐπὶ τὰ ἀγάλματα· καὶ τοὺς ναοὺς αὐτῶν, καὶ τὰ θρυλλούμενα μυστήρια ἀγόντων, ἐξελέξατο τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου, τοὺς ἐν Χριστιανοῖς ἁπλουστάτους, καὶ πολλῶν φιλοσόφων μετριώτερον καὶ καθαρώτερον βιοῦντας· ἵνα καταισχύνῃ τοὺς σοφοὺς, οὐκ αἰσχυνομένους ἐν τῷ τοῖς ἀψύχοις προσομιλεῖν ὡς θεοῖς, ἢ θεῶν εἰκόσι. τίς γὰρ νοῦν ἔχων οὐ καταγελάσεται τοῦ μετὰ τοὺς τηλικούτους καὶ τοσούτους ἐν φιλοσοφίᾳ περὶ Θεοῦ ἢ θεῶν λόγους, ἐνορῶντος τοῖς ἀγάλμασι, καὶ ἤτοι αὐτοῖς ἀναπέμποντος τὴν εὐχὴν, ἢ διὰ τῆς τούτων ὄψεως, ἐφ' ὃν φαντάζεται δεῖν ἀναβαίνειν ἀπὸ τοῦ βλεπομένου καὶ συμβόλου ὄντος, * ἀναφέροντές τε ἐπὶ τὸν νοούμενον; Χριστιανὸς δὲ, καὶ ὁ ἰδιώτης, πάντα μὲν τόπον τοῦ κόσμου πέπεισται εἶναι μέρος τοῦ ὅλου, ναοῦ τοῦ Θεοῦ ὄντος τοῦ παντὸς κόσμου· ἐν παντὶ δὲ τόπῳ εὐχόμενος, μύσας τοὺς τῆς αἰσθήσεως ὀφθαλμοὺς, καὶ ἐγείρας τοὺς τῆς ψυχῆς, ὑπεραναβαίνει τὸν ὅλον κόσμον. καὶ οὐδ' ἐπὶ τὴν ἀψῖδα ἵσταται τοῦ οὐρανοῦ, ἀλλ' εἰς τὸν ὑπερουράνιον γενόμενος τῇ διανοίᾳ τόπον, ὁδηγούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πνεύματος, καὶ ὡσπερεὶ ἔξω τοῦ κόσμου τυγχάνων, ἀναπέμπει οὐ περὶ τῶν τυχόντων τὴν εὐχὴν τῷ Θεῷ· ἔμαθε γὰρ ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ μηδὲν μικρὸν, τουτέστιν αἰσθητὸν, ζητεῖν, ἀλλὰ μόνα τὰ μεγάλα καὶ ἀληθῶς θεῖα, ὅσα συμβάλλεται δεδομένα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸ ὁδεῦσαι ἐπὶ τὴν παρ' αὐτῷ διὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ λόγου ὄντος Θεοῦ μακαριότητα. Ἴδωμεν δὲ καὶ ἅ φησιν ἡμᾶς διδάξειν, εἰ ἄρα αὐτοῖς ἀκολουθῆσαι δυνησόμεθα, ἐν οἷς λέγει ἡμᾶς παντελῶς ἐνδεδέσθαι τῇ σαρκί. οἵ, ἐὰν βιῶμεν ὀρθῶς, καὶ κατὰ τὸν Ἰησοῦ λόγον * ἀκούοντες, λύσει τὸ, Ὑμεῖς οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν πνεύματι, εἴπερ πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. φησὶ δ' "ἡμᾶς καὶ μηδὲν καθαρὸν βλέπειν, τοὺς πειρωμένους μηδὲ μέχρι τῶν λογισμῶν ὑπὸ τῶν ἐνθυμημάτων τῆς κακίας μολύνεσθαι, καὶ ἐν τῇ εὐχῇ λέγοντας, Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ Θεὸς, καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου· ἵνα τῇ μόνῃ προσηκούσῃ βλέπειν Θεὸν καρδίᾳ καθαρᾷ θεασώμεθα αὐτόν. ἃ δὲ λέγει, τοιαῦτά ἐστιν, "Οὐσία καὶ γένεσις

1 Cor. 1. 27.

* ἀναφέροντά τε.

Matth. 6. 33.

* ἀκούοντες τὸ, Ὑμεῖς.

Rom. 8. 9.

Psal. 50. 10.

Matth. 5, 8.

planè divinâ ipſius gratiâ, concedi ejus cognitionem duntaxat his, qui ad hoc prædeſtinati ſunt, ut cognito Deo dignè vivant, nuſquam depravantes pietatem, etiamſi ab ignorantibus eam, & quidvis aliud præter verum eam fingentibus, rapiantur ad ſupplicium, aut etiamſi omnibus ſint ludibrio. Ceterùm Deus videns, opinor, arrogantiam & ſuperciliosum faſtum eorum, qui alios præ ſe contemnunt, inflati cognitione Dei hauſtâ è philoſophia, cùm interim haud ſecùs quàm imperitiſſimus quiſque ad ſtatuas & templa celebratáque illa myſteria ducant alios, *elegit mundi ſtultitiam*, eos, qui eſſent inter Chriſtianos ſimpliciſſimos, modeſtiùs ac puriùs viventes, quàm multi philoſophi; *ut pudefaceret iſtos ſapientes*, qui non erubeſcunt res inanimas tanquam Deos alloqui, aut deorum imagines. Quis enim ſanæ mentis non rideat eum, qui, poſt egregias illas & valde philoſophicas de Deo ſive diis diſputationes, ſtatuas reſpicit, & aut preces eis offert, aut per earum contemplationem, tanquam ſigni alicujus conſpicui, conatur animum erigere ad imaginationem intelligibilis numinis? At Chriſtianus, etiam idiota, perſuaſiſſimum habet, quemvis mundi locum partem eſſe univerſi, & mundum univerſum eſſe templum Dei; & in quovis loco precatur clauſis ſenſibilibus oculis, erectis autem animæ luminibus: atque ità ſuper totum mundum aſcendit. Nec conſiſtit in cœli convexis, ſed tranſcenſis mente locis ſupercœleſtibus, ductu divini ſpiritûs velut jam extra mundum raptus, offert Deo preces de rebus non vulgaribus: didicit enim à Jeſu nihil parvum, hoc eſt, ſenſibile petere, ſed ſola magna & revera divina, quæcunque à Deo conceſſa perducunt ad eam, quæ apud ipſum eſt per VERBUM Deum filium ejus, beatitudinem. Videamus tamen quæ ſint illa, quæ nos docere vult, ſi modò aſſequi poterimus homines devincti carne, quos tamen, ſi rectè vivamus, doctrinæ Jeſu attendentes, illud ſolvet, *Non in carne eſtis, ſed in ſpiritu, ſi ſpiritus Dei in vobis inhabitat*; dicens *nos etiam nihil purum videre*, cùm tamen conemur nos incontaminatos ſervare à malis quoq; cogitationibus, & inter precandum dicamus, *Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innova in meis viſceribus*; ut puro corde, quod ſolum aptum eſt ad talem viſionem, Deum contemplemur. Verba Celſi ſunt hæc, *Subſtantia & generatio*,

ratio, intelligibile & viſibile: cum ſubſtantia veritas, error cum generatione. Circa veritatem igitur verſatur ſcientia, circa alterutrum opinio: & intelligibilis quidem rei eſt intellectus, viſus autem rei viſibilis. Cognoſcit autem intelligibilia quidem mens, viſibilia verò oculus. Quod igitur in rebus viſibilibus eſt Sol, qui nec oculus eſt nec viſus, ſed oculo videndi cauſa, ſimúlque viſui, ut per eum conſiſtat, & viſibilibus ut videantur, omnibúſque ſenſibilibus ut fiant, atque etiam ſibi ipſe ut cernatur: hoc in rebus intelligibilibus eſt ille, qui nec mens eſt, nec intellectus, nec ſcientia, ſed homini intelligendi cauſa, & intellectui, ut per ipſum cognoſcatur, & intelligibilibus omnibus, ipſique veritati, ipſique ſubſtantiæ, ut ſint, ipſe his omnibus ſuperior, ineffabili quadam potentiâ ſuâ intelligibilibus. Hæc ſunt, quæ dicuntur ſanæ mentis hominibus: quorum ſi aliquid vos quoque intelligitis, bene habetis. Et ſpiritus, ſi quem putatis deſcendentem à Deo nuntiare divinas res, idem hic eſt ſpiritus talia prædicans, quo repleti viri priſci multa bona nuntiaverunt: ea ſi non poteſtis auſcultare, tacete, & celate veſtram imperitiam; néve dixeritis cæcutire eos, qui cernunt, & claudos eſſe eos, qui currunt, cùm ipſi habeatis claudas animas, mutilati eſtis, & in corpore vitam ducitis, videlicet emortuo. Ad hæc nos (qui non ſolemus adverſari, cùm aliquid bene dicitur vel ab alienis à noſtra fide hominibus, neque contendere, neque conari ea, quæ ſana ſunt, ſubvertere,) reſpondemus, quòd iſti quidem, qui convitiantur pietatem erga Deum pro virili ſectantibus, idiotis per fidem eum apprehendentibus, prudentioribus cum ratione & gratiarum actione vota creatori omnium facientibus, idque per pontificem eum, qui homines hanc pietatis ſinceritatem docuit, & vocant eos *claudos animâ, mutilóſque*, & qui dicunt *in corpore vivere mortuo* meditantes ex animo dicere illud Apoſtolicum, *In carne viventes non ſecundum carnem militamus; arma enim militiæ noſtræ non ſunt carnalia, ſed Deo fortia:* videre debent, nè hoc ipſo, quòd malè loquuntur Dei cultoribus, declarent claudas ſibi eſſe animas, & mutilatum interiorem hominem, malè mulctando ſeipſos, dum conviciis debacchantur in conantes bene vivere, & privando ſe æquitate bonóque illo habitu, qui naturaliter rationali naturæ per creatorem eſt inſitus. Hi verò, qui inter cetera didicerunt à verbo Dei, quod etiam faciunt, ut conviciis appetiti bene precentur, perſecutores ſuos ſuſtineant, oblequutores ſuos comiter

" νοητὸν, ὁρατόν· μετὰ οὐσίας μὲν ἀλήθεια, μετὰ
" δὲ γενέσεως πλάνη. περὶ ἀλήθειαν μὲν οὖν
" ἐπιστήμη, περὶ δὲ θάτερον δόξα· καὶ νοητοῦ μὲν
" ἐστι νόησις, ὁρατοῦ δὲ ὄψις. γινώσκει δὲ νοητὸν
" μὲν νοῦς, ὁρατὸν δὲ ὀφθαλμός. ὅπερ οὖν ἐν
" τοῖς ὁρατοῖς ἥλιος, οὔτ' ὀφθαλμὸς ὤν, οὔτ'
" ὄψις, ἀλλ' ὀφθαλμῷ τε τοῦ ὁρᾶν αἴτιος, καὶ
" ὄψει τοῦ δι' αὐτὸν συνίστασθαι, καὶ ὁρατοῖς τοῦ
" ὁρᾶσθαι, πᾶσιν αἰσθητοῖς τοῦ γίνεσθαι, καὶ μὴν
" αὐτὸς αὑτῷ τοῦ βλέπεσθαι· τοῦτο ἐν τοῖς νοη-
" τοῖς ἐκεῖνος, ὅσπερ οὔτε νοῦς, οὔτε νόησις, οὔτ'
" ἐπιστήμη, ἀλλὰ νῷ τε τοῦ νοεῖν αἴτιος, καὶ νο-
" ήσει τοῦ δι' αὐτὸν εἶναι, καὶ ἐπιστήμῃ τοῦ δι' αὐ-
" τὸν γιγνώσκειν, καὶ νοητοῖς ἅπασι· καὶ αὐτῇ
" ἀληθείᾳ καὶ αὐτῇ οὐσίᾳ, τοῦ εἶναι πάντων ἐπέ-
" κεινα, ὢν ἀῤῥήτῳ τινὶ δυνάμει νοητός. ταῦτ'
" εἴρηται μὲν ἀνθρώποις νοῦν ἔχουσιν· εἰ δέ τι
" αὐτῶν καὶ ὑμεῖς συνίετε, ἐφ' ἡμῖν ἔχει. καὶ
" πνεῦμα, εἴ τι οἴεσθε κατιὸν ἐκ Θεοῦ προαγ-
" γέλλειν τὰ θεῖα, τοῦτ' ἂν εἴη τὸ πνεῦμα τὸ
" ταῦτα κηρύττον, οὗ δὴ πλησθέντες ἄνδρες
" παλαιοὶ πολλὰ κἀγαθὰ ἤγγειλαν· ὧν εἰ μὴ
" δύνασθε ἐπαΐειν, σιωπᾶτε, καὶ τὴν ἑαυτῶν
" ἀμαθίαν ἐγκαλύπτετε, καὶ μὴ λέγετε τυ-
" φλώττειν τοὺς βλέποντας, καὶ χωλοὺς εἶναι τοὺς
" τρέχοντας, αὐτοὶ πάντῃ τὰς ψυχὰς ἀποκεχω-
" λωμένοι καὶ ἠκρωτηριασμένοι, καὶ τῷ σώματι
" ζῶντες, τουτέστι τῷ νεκρῷ. Πρὸς ταῦτα δ'
ἡμεῖς φήσομεν (οἱ μελετήσαντες μηδενὶ ἀπε-
χθάνεσθαι τῶν καλῶς λεγομένων, κἂν οἱ ἔξω τῆς
πίστεως λέγωσι καλῶς, μὴ προσφιλονεικεῖν αὐ-
τοῖς, μηδὲ ζητεῖν ἀνατρέπειν τὰ ὑγιῶς ἔχον-
τα,) ὅτι οἱ μὲν λοιδορούμενοι τοῖς κατὰ δύνα-
μιν εἰς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν εὐσεβεῖν θέλουσιν,
ἀποδεχομένοις ἰδιωτικῶς τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν, καὶ
συνετωτέραν τὴν μετὰ λόγου εἰς αὐτὸν εὐσέβει-
αν, μετ' εὐχαριστίας ἀναπεμπόντων εὐχὰς τῷ
δημιουργῷ τοῦ παντὸς, καὶ ἀναπεμπόντων αὐτὰς,
ὡς διὰ ἀρχιερέως τοῦ τὴν εἰλικρινῆ θεοσέβειαν
ἀνθρώποις παραδεδωκότος· καὶ καλοῦντες αὐτοὺς
κεχωλωμένους τὰς ψυχὰς καὶ ἠκρωτηριασμένους,
λέγοντες δὲ καὶ σώματι ζῶντας τῷ νεκρῷ τοὺς
μελετῶντας ἀπὸ διαθέσεως λέγειν τὸ, Ἐν σαρ- 2 Cor. 10. 3.
κὶ γὰρ * ζῶντες οὐ κατὰ σάρκα στρατευόμεθα· τὰ * στρατευόν-
γὰρ ὅπλα τῆς στρατείας ἡμῶν οὐ σαρκικὰ, ἀλλὰ τες, l. c.
δυνατὰ τῷ Θεῷ· ὁράτωσαν, μὴ κατ' αὐτὸ
τοῦτο λέγειν κακῶς ἀνθρώπους εὐχομένους εἶναι
Θεοῦ, τὰς ψυχὰς ἑαυτῶν χωλὰς κατασκευά-
ζωσι, τὸν ἔσω ἑαυτῶν ἄνθρωπον ἀκρωτηριάζω-
σιν, ἀποκόπτοντες αὐτοῦ, διὰ τῶν εἰς ἑτέρους
δυσφημιῶν, τοὺς καλῶς βιοῦν ἐθέλοντας, τὸ
ἐπιεικὲς καὶ τὸ εὐσταθὲς, ἐγκατεσπαρμένα φυσικῶς
ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ τῇ λογικῇ φύσει. οἱ δὲ πρὸς 1 Cor. 4. 12,
ἑτέροις μαθόντες ἀπὸ τοῦ θείου λόγου, καὶ ποιοῦν- 13.
τες, καὶ τὸ λοιδορούμενοι εὐλογεῖν, διωκόμενοι * Vide ſuprà,
ἀνέχεσθαι, * δυσφημούμενοι παρακαλεῖν ἔτι ἂν lib. 5. p. 273.

et rectius de Deo sentiunt et puriorem agunt vitam sine philosophia

εἶεν οἱ τὰς τῆς ψυχῆς βάσεις ὀρθώσαντες, καὶ ὅλην τὴν ψυχὴν καθαίροντες καὶ εὐτρεπίζοντες· οὐχ ἵνα λέξεσι μόναις οὐσίαν ἀπὸ γενέσεως χωρίζωσι, καὶ νοητὸν ἀπὸ ὁρατοῦ, καὶ τὴν μὲν ἀλήθειαν τῇ οὐσίᾳ συνάπτωσι, τὴν δὲ μετὰ γενέσεως πλάνην παντὶ τρόπῳ φεύγωσι· σκοποῦντες ὡς ἔμαθον, οὐ τὰ γενέσεως, ἅπερ ἐστὶ
2 Cor. 4. 18. βλεπόμενα, καὶ διὰ τοῦτο πρόσκαιρα, ἀλλὰ τὰ κρείττονα· εἴτ' οὐσίαν αὐτά τις βούλεται καλεῖν· εἴτε διὰ τὰ νοητὰ τυγχάνειν, ἀόρατα· εἴτε διὰ τὸ ἔξω αἰσθήσεως εἶναι αὐτῶν τὴν φύσιν, μὴ βλεπόμενα. οὕτω δὲ καὶ τοῖς τῆς γενέσεως ἐνορῶσιν οἱ τοῦ Ἰησοῦ μαθηταὶ, ὥστε οἱονεὶ ἐπιβάθρᾳ χρῆσθαι αὐτοῖς πρὸς τὴν κατανόησιν τῆς τῶν νοητῶν φύσεως· (τὰ γὰρ ἀόρα-
Rom. 1. 20. τα τοῦ Θεοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου, τουτέστι τὰ νοητὰ, τοῖς ποιήμασι νοούμενα, ἐν τῷ νοεῖσθαι, καθορᾶται.) καὶ οὐχ ἵστανταί γε, ἀναβάντες ἀπὸ τῶν τοῦ κόσμου κτισμάτων, ἐν τοῖς ἀοράτοις τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ γὰρ ἱκανῶς ἐκείνοις ἐγγυμνασάμενοι, καὶ
Ibidem. συνιέντες αὐτὰ, ἀναβαίνουσιν ἐπὶ τὴν ἀΐδιον δύναμιν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἁπαξαπλῶς τὴν θειότητα αὐτοῦ· ἐπιστάμενοι ὅτι ὁ μὲν φιλάνθρωπος
Ibid. v. 19. Θεὸς τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸ ἑαυτοῦ γνωστὸν ἐφανέρωσεν οὐ μόνον τοῖς ἀνακειμένοις αὐτῷ, ἀλλὰ καί τισι τῶν ἔξω τῆς εἰλικρινοῦς θεοσεβείας καὶ εἰς αὐτὸν εὐσεβείας· τινὲς δὲ τῶν Θεοῦ προνοίᾳ ἀναβεβηκότων ἐπὶ τὴν τῶν τηλικούτων γνῶσιν, οὐκ
Ibid. v. 18, 20, 21. ἄξια τῆς γνώσεως δρῶντες, ἀσεβοῦσι, καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατέχουσιν· οὐκ ἀπολογίας ἔτι χώραν ἐπὶ τῇ γνώσει τῶν τηλικούτων ἔχειν δυνάμενοι παρὰ τῷ Θεῷ. μαρτυροῦνται γοῦν ὑπὸ τοῦ θείου λόγου οἱ τὰ παρὰ τῷ Κέλσῳ ἐκκείμενα καταλαβόντες, καὶ κατὰ τὰ δόγματα ταῦτα φιλοσοφεῖν ἐπαγγελλόμενοι, ὅτι γνόντες τὸν Θεὸν οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν ἢ εὐχαρίστησαν· ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη (μετὰ τὸ τηλικοῦτο φῶς τῆς περὶ ὧν ἐφανέρωσεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς γνώσεως) ἡ ἐπειγομένη ἀσύνετος αὐτῶν καρδία. ἔστι γοῦν ἰδεῖν,
Ibid. v. 22. τίνα τρόπον οἱ φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, μεγάλης μω-
23, 24, 25. ρίας δείγματα ἐμφαίνουσιν· ὅτε μετὰ τὰς τηλι-
* ἤλλαξαν, l. c. καύτας ἐν τῇ διατριβαῖς περὶ Θεοῦ καὶ τῶν νοητῶν λόγους * ἠλλάξαντο τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν. διὸ καὶ αὐτοὶ μὲν καταλειφθέντες ὑπὸ τῆς προνοίας, ὡς οὐκ ἀξίως βιώσαντες τῆς φανερωθείσης αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἐγκαλινδοῦνται ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν αὐτῶν εἰς ἀκαθαρσίαν· καὶ ἀτιμάζεται αὐτῶν τὰ σώματα ἐν ἀσχημοσύναις καὶ ἀκολασί-
* ἀντήλλαξαν. αις, [οἵτινες] ἄνωθεν * μετήλλαξαν τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ ψεύδει, καὶ ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα. οἱ δ' ὑπ' αὐτῶν ἐπὶ ἰδιωτείᾳ ἐξουθενημένοι,

admoneant, ipſi ſunt, qui habent rectos greſſus animæ, mundando eam & ornando; ut non verbis tantùm à generatione diſtinguant ſubſtantiam, intelligibilia à viſibili, & veritatē conjungant cum ſubſtantia, errorem cum generatione cohærentē fugiant modis omnibus; conſiderando, quòd didicerunt non res generationis, quæ ſunt viſibiles & temporaneæ, ſed præſtantiores; ſive quis eas ſubſtantiam vocare vult; ſive inviſibilia, quia intellectu ſolo percipiuntur; ſive inſenſibilia, quia viſum alióſque ſenſus effugiunt. Ad eundem modum etiam res generationis inſpiciunt Jeſu diſcipuli, ut eis tanquam gradibus ſenſilibus utantur ad cognitionem naturæ rerum ſub ſolo intellectu percipiendarum; (*nam inviſibilia Dei ex creatione mundi*, hoc eſt, intelligibilia ex creaturis intelligendo, *conſpiciuntur*:) nec tamen poſtquam à creaturis mundi ad inviſibilia Dei pervenerunt, in hoc gradu conſiſtunt; ſed ſatis ibi priùs exercitati mox altiùs aſcendunt ad ſempiternam Dei potentiam ipſámque Deitatem; ſcientes, quòd Deus quidem amator humani generis veritatem ſuam, & quicquid ſui cadit in notitiam hominum, manifeſtavit non ſolùm ſibi dicatis, verùm etiam quibuſdam à ſincera religione verâque pietate extraneis: quidam verò per divinam providentiam evecti ad tantarum rerum cognitionem, non gerentes ſe dignes hâc cognitione, impiè faciunt, *detinentes veritatem in injuſtitia, ut ſint jam inexcuſabiles* poſt acceptam ſemel tantam cognitionem. Certè ſacra Scriptura teſtatur de talibus, quòd, poſtquam perceperunt hæc quæ Celſus nunc expoſuit, profeſſores talium dogmatum, *dicentes ſibi Deum cognitum, non ut Deum glorificaverunt, aut grati fuerunt; ſed vani facti ſunt in ſuis cogitationibus, &* (poſt acceptam à Deo tantam cognitionis lucem) *obtenebratum eſt ultrò cor eorum inſipiens.* Itaque videre licet iſtos ſapientiæ profeſſores edere magna ſtultitiæ ſpecimina, dum, poſt egregias illas diſputationes ſcholis agitatas de Deo rebúſq; intelligibilibus, *mutant gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis hominis corruptibilis, atque etiam volucrum, quadrupedum, reptilium.* Quapropter & ipſi, à providentia deprehenſi non dignè cognitione ſibi revelatâ vivere, volutantur in concupiſcentiis ſuorum cordium & impuritatibus, dedecorantes ſua corpora laſciviis & turpitudinibus, eò quòd *veritatem Dei mutàrint in mendacium, & venerati ſint coluerintq; creaturam magis quàm creatorem.* Ceterùm homines idiotæ, ab eis pro nihilo habiti, ut ſtulti & illiberales,

ſi

ſi modò committant ſe in fidem Dei, & doctrinam Jeſu recipiant, tantùm abſunt ab omni laſcivia, ſpurcitia, turpitudine libidinum, ut, in morem perfectorum ſacerdotum ab omni coitu abhorrentium, multi eorum in totum caſtè puréque vivant, alieni à congreſſu mulierum etiam legitimo. Et apud Athenienſes quidem unicus pontifex, nè ipſe quidem ſatis ſibi fidens, quòd imperare poſſit maſculis cupiditatibus, cicutâ oblitis virilibus putatur ſatis idoneus ad caſtè obeundas ejus civitatis ſolennes ceremonias: at apud Chriſtianos non deſunt viri, quibus cicutâ ad hoc nil opus eſt, ut Deo caſtè ſerviant; ſed pro cicuta eis verbum Dei ſufficit ad expellendas è cogitatione omnes concupiſcentias, & vacandum precationibus. Apud alios quoque, ut putantur, deos, virgines exiguæ numero, ſive ab hominibus cuſtoditæ, ſive non (nec enim hoc nunc quæritur) videntur perſeverare in caſtitate, religionis gratiâ: ceterùm apud Chriſtianos non propter humanos honores, non propter mercedes pecuniarias, non propter gloriolas viget virginitatis ſtudium; & quamprimùm approbaverunt Deum habere in notitia, conſervantur à Deo in hac mente laudabili, & pietatis officiis, pleni omni bonitate ac juſtitiâ. Hæc dico, non quòd contentiosè adverſer bonis Græcorum opinionibus, nec quòd accuſem ſana eorum dogmata: ſed ut demonſtrem, & hæc, & his etiam majora diviniorâque dicta eſſe à divinis viris Dei Prophetis, & Jeſu Apoſtolis: quæ perquiruntur à tendentibus ad perfectiorem Chriſtianiſmum, ſcientibus, quòd *Os juſti meditabitur ſapientiam, & lingua ejus loquetur judicium: lex Dei ejus in corde ipſius.* Quin & apud hos, qui vel propter literarum imperitiam, vel propter ſimplicitatem, vel propter doctorum penuriam ad pietatem adhortantium, minùs hæc intelligunt, credunt tamen in Deum maximum, in ejúſque unigenitum filium Verbum & Deum, invenire licet ſæpenumero majorem gravitatis, puritatis, & morum ſimplicitatem; cujus illi non ſunt participes, qui ſe ſapientes nominant, volutando ſe cum pueris in modum nefarium, maſculi in maſculos patrantes turpitudinem. Et ipſe quidem non declaravit, quomodo *cum generatione ſit error*; nec quid ſibi vellet docuit, ut hæc cum noſtra doctrina collata conſideraremus. Prophetæ autem, ſubindicantes hanc de generationis negotio ſapientiam, ſacrificium pro peccato aiunt offerri etiam pro recèns genitis,

καὶ μωροὶ, καὶ ἀνδράποδα εἶναι λεγόμενοι, κἂν μόνον παραδῶσιν ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ, παραδεξάμενοι τὴν τοῦ Ἰησοῦ διδασκαλίαν, τοσοῦτον ἀποδέουσιν ἀσελγείας καὶ ἀκαθαρσίας καὶ πάσης τῆς ἐν συνουσίαις ἀσχημοσύνης· ὡς καὶ τρόπον τελείων ἱερέων πᾶσαν συνουσίαν ἀποστρεφόντων, πολλοὺς αὐτῶν παντελῶς καθαρεύειν, οὐ μόνον ἀπὸ πάσης μίξεως. καὶ εἷς μέν τις παρ' Ἀθηναίοις ἱεροφάντης, οὐδὲ * πεποιθόμενος ἑαυτῷ τὰς ἀρσενικὰς ὀρέξεις, ὡς κύριος αὐτῶν εἶναι δυνάμενος καὶ κρατεῖν αὐτῶν ἐς ὅσον βούλεται, κωνειαθεὶς τὰ ἀρσενικὰ μέρη, καθαρὸς εἶναι νομίζεται περὶ τὴν νενομισμένην παρ' Ἀθηναίοις ἁγιστείαν. ἔστι δ' ἐν Χριστιανοῖς ἰδεῖν ἄνδρας μὴ δεηθέντας κωνείου, ἵνα τὸ θεῖον καθαρῶς θεραπεύσωσιν· ἀλλ' ἀρκουμένους λόγῳ ἀντὶ κωνείου, ὡς πᾶσαν ἐπιθυμίαν ἀπὸ τῆς διανοίας αὐτῶν ἐξελάσαντες τὸ θεῖον εὐχαῖς θεραπεύουσι. παρ' ἄλλοις δὲ νομιζομένοις θεοῖς εἰσὶ παρθένοι πάνυ εὐαρίθμητοι, εἴτε ὑπὸ ἀνθρώπων φρουρούμεναι, εἴτε καὶ μὴ (οὐ γὰρ τοῦτο πρόκειται νῦν ἐξετάζειν) δοκοῦσι διατελεῖν ἐν τῇ διὰ τὴν εἰς τὸ θεῖον τιμὴν καθαρότητι· ἐν δὲ Χριστιανοῖς οὐ διὰ τὰς παρὰ ἀνθρώποις τιμὰς, οὐ διὰ μισθοὺς καὶ ἀργύρια, οὐδὲ διὰ δοξάριον, ἀσκοῦσι τὴν παντελῆ παρθενίαν· καὶ ὡς ἐδοκίμασαν τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, τηροῦνται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐν δοκίμῳ νῷ, καὶ τῷ ποιεῖν τὰ καθήκοντα, * πληρούμεναι πάσης δικαιοσύνης καὶ ἀγαθότητος. ταῦτα δὴ λέλεκταί μοι, οὐ φιλονεικοῦντι μὲν τοῖς καλῶς καὶ παρ' Ἕλλησι νενοημένοις, οὐδὲ κατηγοροῦντι τῶν ὑγιῶν δογμάτων· βουλομένῳ δὲ παραστῆσαι, ὅτι καὶ ταῦτα, ἀλλὰ καὶ τούτων ἔτι μείζονα καὶ θειότερα λέλεκται μὲν παρὰ τοῖς θείοις ἀνδράσι, προφήταις τοῦ Θεοῦ καὶ ἀποστόλοις τοῦ Ἰησοῦ· ἐξετάζεται δὲ παρὰ τοῖς τελειότερον Χριστιανίζειν ἐθέλουσι, καὶ ἐπισταμένοις ὅτι Στόμα δικαίου μελετήσει σοφίαν, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτοῦ λαλήσει κρίσιν· ὁ νόμος τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ. ἀλλὰ καὶ παρ' οἷς εἴτε διὰ πολλὴν ἰδιωτείαν, εἴτε δι' ἁπλότητα, εἴτε καὶ δι' ἀπειρίαν τῶν προτρεψάντων ἐπὶ τὴν λογικὴν εὐσέβειαν, ταῦτα μὲν οὐ τετράνωται, Θεὸς δὲ ὁ ἐπὶ πᾶσι πιστεύεται, καὶ ὁ τούτου μονογενὴς υἱὸς λόγος καὶ Θεὸς, εὑρεθείη ἂν σεμνότης καὶ καθαρότης καὶ ἤθους ἀφέλεια, καὶ * ἁπλότης πολλάκις κρείττων· ὧν οἱ φάσκοντες εἶναι σοφοὶ μὴ ἀντειληφότες, ἐγκυλινδοῦνται μετὰ παίδων, ἐν οἷς οὐ θέμις, ἄῤῥενες ἐν ἄῤῥεσι τὴν ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενοι. ὁ μὲν οὖν οὐκ ἐσαφήνισε πῶς μετὰ γενέσεώς ἐστι πλάνη· οὐδὲ παρέστησεν ὅ,τι ποτὲ ἐβούλετο· ἵνα κατανοήσωμεν συγκρίνοντες τὰ αὐτοῦ τοῖς ἡμετέροις. οἱ δὲ προφῆται, αἰνιττόμενοι * ὅ,τι περὶ τῶν γενέσεως πραγμάτων σοφὸν, θυσίαν περὶ ἁμαρτίας λέγουσιν ἀναφέρεσθαι καὶ περὶ τῶν ἄρτι γεγεννημένων, ὡς

* πεπεισμένος.

* πληρούμενοι.

Pſal. 36. 31.

* ἁπλότητες.

Rom. 1. 27.

de natura corruptione plenius

* ὅτι.

 οὐ καθα-

Pſal. 50. 5. οὐ καθαρῶν ἀπὸ ἁμαρτίας. φασὶ δὲ καὶ τὸ, Ἐν ἀνο-
μίαις συνελήφθην, καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ
με ἡ μήτηρ μου. ἀλλὰ καὶ ἀποφαίνονται ὅτι Ἀπ-
Ibid. 57. 3. ηλλοτριώθησαν οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ μήτρας, πα-
ράδοξον λέγοντες καὶ τὸ, Ἐπλανήθησαν ἀπὸ γα-
στρὸς, ἐλάλησαν ψευδῆ. οὕτω δὲ πᾶσαν τὴν τῶν
αἰσθητῶν διαβάλλουσιν οἱ καθ᾽ ἡμᾶς σοφοὶ φύσιν,
ὥστε πῆ μὲν ματαιότητα εἰρῆσθαι τὰ σώματα, ἐν
Rom. 8. 20. τῷ, Τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη, οὐχ
ἑκοῦσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα ἐπ᾽ ἐλπίδι·
πῆ δὲ ματαιότητα ματαιοτήτων, εἰπόντος τοῦ Ἐκ-
Eccleſ. 1. 2. κλησιαστοῦ, Ματαιότης ματαιοτήτων τὰ πάν-
τα ματαιότης. τίς δ᾽ οὕτω διαβέβληκε τὴν ἐν-
ταῦθα τοῦ ἀνθρώπου ψυχῆς ζωὴν, ὡς ὁ εἰπὼν,
Pſal. 38. 5. Πλὴν τὰ σύμπαντα ματαιότης, πᾶς ἄνθρω-
πος ζῶν; οὐ γὰρ ἐδίστασε περὶ τῆς διαφορᾶς τοῦ
ζῆν τῆς ψυχῆς ἐνταῦθα, καὶ ἔξω τῶν ἐνθάδε·
οὐδ᾽ ἔλεγε μὲν,

Euripid.
Τίς οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
Τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν;

Pſal. 43. 25. θαρρεῖ δὲ λέγειν τὰ ἀληθῆ ἐν τῷ, Ἐταπεινώ-
21. 15. θη εἰς χοῦν ἡ ψυχὴ ἡμῶν· καὶ, Εἰς χοῦν θανά-
Rom. 7. 24. του κατήγαγές με. καθὸ καὶ τὸ, Τίς με ῥύσεται ἐκ
τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; λέλεκται, καὶ τὸ,
Philip. 3. 21. Ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡ-
Pſal. 43. 19. μῶν. προφήτης δέ ἐστι καὶ ὁ εἰπὼν τὸ, Ἐταπεί-
νωσας ἡμᾶς ἐν τόπῳ κακώσεως· κακώσεως τόπον
λέγων, τὸν περίγειον τόπον, ἐφ᾽ ὃν ἐκβληθεὶς ἀπὸ
τοῦ παραδείσου διὰ τὴν κακίαν ἐλήλυθεν ὁ Ἀ-
δὰμ, ὅπερ ἐστὶν ἄνθρωπος. καὶ ὁ λέγων δὲ, ὅτι
1 Cor. 13. 12. Βλέπομεν ἄρτι δι᾽ ἐσόπτρου καὶ ἐν αἰνίγματι, τό-
2 Cor. 5. 6, 8, τε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον· ἔτι δὲ καὶ τὸ, Ἐν-
δημοῦντες ἐν τῷ σώματι ἐκδημοῦμεν ἀπὸ τοῦ Κυ-
ρίου, διὸ εὐδοκοῦμεν ἐκδημῆσαι ἐκ τοῦ σώματος,
καὶ ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν Κύριον· ὅρα πηλίκα περὶ
τῆς διαφορᾶς ζωῆς τῶν ψυχῶν τεθεώρηκε. καὶ
τί με δεῖ ἐπὶ πλεῖον ἀποπαρατίθεσθαι τῇ λέξει
Κέλσου, ὡς πολλῷ πρότερον τούτων παρ᾽ ἡμῖν
λελεγμένων, ὅτε καὶ ἐκ τῶν εἰρημένων σαφές ἐστι
τὸ βούλημα ἡμῶν; ἐν τούτοις δὲ καὶ οἱονεὶ τίθησιν,
"Ἢ πῶς πνεῦμα θεῖον κατιὸν ἐκ Θεοῦ προαγ-
"γέλλει τὰ θεῖα, τοῦτ᾽ ἂν εἴη τὸ πνεῦμα, τὸ
"ταῦτα κηρύττον, οὗ δὴ πλησθέντες ἄνδρες
"παλαιοὶ πολλὰ κἀγαθὰ ἤγγειλαν; οὐκ οἶδε
δὲ διαφορὰν τῶν παρ᾽ ἡμῖν ἀκριβουμένων [ἐν]
Sap. 12. 1. τοῖς λέγουσιν ὅτι καὶ Τὸ ἄφθαρτόν σου πνεῦμά ἐστιν
ἐν πᾶσι, διὸ τοὺς παραπίπτοντας κατ᾽ ὀλίγον
Joan. 20. 22. ἐλέγχει ὁ Θεός· οὐκ ἴσασι δὲ ἄλλα καὶ τὸ, Λάβετε
πνεῦμα ἅγιον, τὴν ποσότητα τοῦ διδομένου ἑτέ-
Act. 1. 5. ραν ἐμφαίνειν παρὰ τὸ δηλούμενον ἐκ τοῦ, Βαπτι-
σθήσεσθε ἐν πνεύματι ἁγίῳ οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας
ἡμέρας. ἔργον δέ ἐστι ταῦτ᾽ ἐπιμελῶς νοήσαντα
ἰδεῖν διαφορὰν τῶν ἐκ διαλειμμάτων πλειόνων
χρησμάτων τὴν τῆς ἀληθείας κατάληψιν,
tervallis & gradibus alius alio largiorem

quaſi hi quoq; non ſint puri à peccato. Dicunt porrò etiam illud, *In iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea*; quin & quòd *peccatores alienati ſunt à vulva*: addúntque (quod mireris) *Aberraverunt ab utero, loquuti ſunt mendacium*. Et in tantum accuſant noſtri ſapientes naturam rerum ſenſibilium, ut alicubi *vanitatem* appellent corpora, ut ibi *Vanitati enim creatura ſubditur non volens, ſed propter eum qui ſubdidit in ſpe*: alicubi *vanitatem vanitatum*, ſic enim ait Eccleſiaſtes, *Vanitas vanitatum, omnia vanitas*. Quis autem æquè accuſavit hominis vitam, quæ hìc degitur, atq; ille qui dixit, *Veruntamen ſimul omnia vanitas, omnis homo vivens?* Non enim dubitavit de differentia vitæ, quam agit anima vel in terris, vel extra terras; nec dixit,

Quis ſcit, num vivere ſit mori,
Mori verò vivere?

ſed confidenter verum proloquitur, dicens, *Humiliata eſt in pulvere anima mea*; &, *In pulverem mortis deduxiſti me*. Quale eſt & illud, *Quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Item illud, *Qui reformabit corpus humilitatis noſtræ*. Propheta verò eſt & ille, qui inquit, *Humiliáſti nos in loco afflictionis*: locum afflictionis vocans terrenum hunc, in quem Adam, hoc eſt homo, paradiſo ejectus eſt propter peccatum ſuum. Et qui dicit, *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem*; item, *Peregrinantes in corpore peregrinamur à Domino, propterea probamus exire de corpore, & migrare ad Dominum*: vide quàm magna de vitarum differentia contemplatus eſt. Et quid opus eſt me ampliùs citatis è Scriptura locis approbare, quòd hæc dicta multò apud nos antiquiora ſint, quando id ex jam relatis eſt perſpicuum? Id quod etiam ipſe concedere videtur his verbis, *Si quis Spiritus divinitùs deſcendens res divinas prænuntiat, nimirum ipſe eſt, qui hæc prædicat; quo repleti viri priſci multa bona nuntiaverunt*. Neſcit autem quantò præſtantiùs noſtri dicant, *Incorruptibilis tuus Spiritus eſt in omnibus; quapropter delinquentes Deus paulatim caſtigans arguit*: aiunt etiam his verbis, *Accipite Spiritum ſanctum*, aliam quantitatem doni hujus ſignificari, quàm illis, *Baptizabimini Spiritu ſancto poſt non paucos hos dies*. Operoſum autem fuerit, his per diligentem cogitationem expenſis, videre differentiam eorum, qui certis quibuſdam ceu inhauſtum veritatis perceperunt: & quid inter-

interſit inter eos, qui modicam Dei cognitionem habent, & eos, qui pleniùs edocti divinitùs ſemper cum Deo verſantur, & aguntur ejus ſpiritu. Id quod ſi Celſus animadvertiſſet, non objiceret nobis imperitiam, nec vetaret nos dicere cæcutire illos, qui putant pietatem pertinere ad ſtatuas ab artificibus factas è variis materiis. Nemo enim, qui cernit animæ oculis, alio modo Deum colit, quàm ſicut ipſe docuit; videlicet, videndo creatorem in opificio ſuo, omnia vota ad illum dirigendo, omnia faciendo tanquam in ejus conſpectu, quem nè cogitationes quidem noſtræ latent. Itaq; profitemur nos & cernere, & duces cæcorum eſſe, donec accedentes ad verbum Dei recipiant animæ oculos excæcatos per ignorantiam. Quòd ſi fecerimus digna præcepto illo, *Vos eſtote lux mundi*, & illâ doctrinâ quòd *lux in tenebris lucet*; erimus etiam lux in tenebris, & erudiemus inſipientes, docebimúſque parvulos. Nec eſt quod indignetur Celſus, quia clauſos & oblæſos animæ pedibus dicimus eos, qui ad falsò exiſtimata ſacra currunt, tanquam ad vera, nec vident nihil ſacri eſſe poſſe in artificum operibus. Currunt tamen etiam, qui juxta Jeſu doctrinam piè vivunt, donec decurſo ſtadio dicant verè & ex animo, *Certamen bonum certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi: reliquum eſt, ut accipiam coronam juſtitiæ mihi repoſitam.* Et unuſquiſque noſtrûm ſic currit, ut non in incertum; & ſic pugilatum exercet contra vitia, ut non videatur aerem diverberare vanis ictibus, ſed impetere principes aeris & ſpiritus *nunc operantes in filiis inobedientiæ.* Dicat licèt Celſus, *nos vivere in mortuo corpore*, qui audivimus illud, *Si juxta carnem vixeritis, moriemini, quod ſi Spiritu actiones corporis mortificaveritis, vivetis*; & didicimus illud, *Si Spiritu vivimus, Spiritu etiam ambulemus*: poſſumus operibus adverſarios coarguere mendacii, vivendo mortificato corpore. Poſt hæc, ad quæ, ut potuimus, reſpondimus, ſic nos alloquitur, *Quantò erat ſatius, ſi placebat novare aliquid, de alio quopiam egregiè defuncto, dignoque hic opinione, recipere divinitatis conſecratæ fabulam? ſi non placuit Hercules, aut Æſculapius, & priſcorum virtus inclyta, Orpheum habebatis, virum ſine controverſia ſancto afflatum ſpiritu, & violentâ morte necatum. Sed is fortè ab aliis occupatus eſt prioribus. Certè Anaxarchus, in mortarium conjectus, dum crudeliſſimè contunderetur, vocem emiſit inter pœnas egregiam, & verè divini*

βραχεῖαν ἐπίνοιαν Θεοῦ· καὶ τῶν ἐπὶ πλεῖον θεοφορηθέντων, καὶ ἀεὶ μετὰ Θεοῦ ἑστηκότων, καὶ διὰ παντὸς ὑπὸ θείου πνεύματος ἀγομένων. ὅπερ εἰ ἦν ἐξητακὼς καὶ νενοηκὼς ὁ Κέλσος, οὐκ ἀμαθίαν ἡμῖν ἐνεκάλει, οὐδὲ περιΐστατο μὴ λέγειν τυφλώττειν τοὺς ἐν ὑλικαῖς τέχναις ἀνθρώπων, τὰ κατὰ τὰ ἀγάλματα, οἰομένους ἐνδιάκειν τὴν εὐσέβειαν. οὐδεὶς γὰρ βλέπων τοῖς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοῖς ἄλλῳ τρόπῳ σέβει τὸ θεῖον, παρὰ τὸν ὑποδεικνύντα ἐνορᾷν αἰεὶ τῷ τοῦ παντὸς δημιουργῷ, καὶ πᾶσαν εὐχὴν ἀναφέρειν ἐκείνῳ, καὶ πάντα πράττειν ὡς ἐν ὀφθαλμοῖς Θεοῦ, ἐπὶ διατοῦ ἐνορῶντος ἡμῶν καὶ τοῖς λογισμοῖς. εὐχόμεθα οὖν ἡμεῖς καὶ βλέπειν, καὶ ὁδηγοὶ εἶναι τυφλῶν, ἕως προσελθόντες τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ ἀπολάβωσι τὰς ὑπὸ τῆς ἀγνοίας τυφλωθείσας ὄψεις τῆς ψυχῆς αὐτῶν. ἐὰν δὲ καὶ ποιῶμεν ἄξια τοῦ εἰπόντος τοῖς μαθηταῖς, Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου, καὶ τοῦ διδάξαντος λόγου ὅτι (Matth. 5. 14.) Τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει· ἐσόμεθα καὶ φῶς τῶν ἐν σκότει, καὶ παιδεύσομεν τοὺς ἄφρονας, καὶ (Joan. 1. 5.) διδάξομεν τοὺς νηπίους. μὴ ἀγανακτείτω δὲ Κέλσος, ἐπὰν χωλοὺς λέγωμεν καὶ τὰς βάσεις τῆς ψυχῆς πεπηρωμένους, τοὺς ἐπὶ τὰ νομιζόμενα ἱερὰ, ὡς ἀληθινὰ ἱερὰ, τρέχοντας, καὶ μὴ ὁρῶντας, ὅτι οὐδὲν βαναύσων ἔργον δύναται εἶναι ἱερόν. τρέχουσι δὲ καὶ οἱ κατὰ τὴν διδασκαλίαν Ἰησοῦ εὐσεβοῦντες, ἕως ἐπὶ τὸ τέλος φθάσαντες τοῦ δρόμου εἴπωσιν ἐῤῥωμένῃ καὶ ἀληθευούσῃ τῇ διαθέσει, Τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον (2 Tim. 4. 7.) τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα· λοιπὸν, ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος. καὶ ἕκαστός γε ἡμῶν οὕτω τρέχει, ὡς οὐκ ἀδήλως· καὶ οὕτω (1 Cor. 9. 26.) πρὸς τὴν κακίαν πυκτεύει, ὡς οὐκ ἀέρα δέρων, ἀλλὰ τοὺς ὑπὸ τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, τοῦ πνεύματος τοῦ νῦν ἐνεργοῦντος ἐν τοῖς υἱοῖς (Ephes. 2. 2.) τῆς ἀπειθείας. λεγέτω δ' ἡμᾶς ὁ Κέλσος σώματι τῷ νεκρῷ ζῶντας, ἀκούοντας, Εἰ κατὰ σάρκα (Rom. 8. 13.) ζῆτε, μέλλετε ἀποθνήσκειν, εἰ δὲ πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦτε, ζήσεσθε· καὶ μανθάνοντας τὸ, Εἰ πνεύματι ζῶμεν, πνεύματι (Galat. 5. 25.) καὶ στοιχῶμεν· * εἴποτε τοῖς ἔργοις ἡμᾶς (* εἰ ἦπ.) ἐλέγξαι ψευδόμενον τὸν ἐγκαλοῦντα περὶ ἡμῶν, ὅτι τῷ σώματι ζῶμεν τῷ νεκρῷ. Μετὰ ταῦτα τοίνυν, πρὸς ἃ κατὰ δύναμιν, ἀπηντήσαμεν, φησὶ πρὸς ἡμᾶς, "Πόσῳ δ' ἦν * ὑμῖν ἄμεινον, (* ἡμῖν.) "ἐπειδή γε καινοτομῆσαί τι ἐπεθυμήσατε, "περὶ ἄλλον τινὰ τῶν γενναίως ἀποθανόντων, καὶ "θεῖον μῦθον δέξασθαι δυναμένων, σπουδάσαι; "φέρε, εἰ μὴ ἤρεσκεν Ἡρακλῆς, καὶ Ἀσκληπιός, καὶ οἱ πάλαι δεδοξασμένοι, Ὀρφέα εἴχετε, ἄνδρα ὁμολογουμένως ὁσίῳ χρησάμενον "πνεύματι, καὶ αὐτὸν βιαίως ἀποθανόντα. ἀλλ' "ἴσως ὑπ' ἄλλων προείληπτο. Ἀνάξαρχον γοῦν, "ὃς εἰς ὅλμον ἐμβληθεὶς, καὶ παρανομώτατα "συντριβόμενος, εὖ μάλα κατεφρόνει τῆς κολά-

σεως

"σεως, λέγων, Πτίσσε, πτίσσε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον, αὐτὸν γὰρ οὐ πτίσσεις· θείου τινὸς ὡς ἀληθῶς πνεύματος ἡ φωνή. ἀλλὰ καὶ τοῦτον φθάσαντές τινες ἠκολούθησαν φυσικοί. οὐκ οὖν Ἐπίκτητος; ὃς, τοῦ δεσπότου στρεβλοῦντος αὐτοῦ τὸ σκέλος, ὑπομειδιῶν ἀνεκπλήκτως ἔλεγε, Κατάξεις· καὶ κατάξαντος, Οὐκ ἔλεγον, εἶπεν, ὅτι κατάξεις; τί τοιοῦτον ὁ ὑμέτερος Θεὸς κολαζόμενος ἐφθέγξατο; ὑμεῖς δὲ κἂν Σίβυλλαν, ᾗ χρῶνταί τινες ὑμῶν, εἰκότως ἂν μᾶλλον προεστήσασθε ὡς τοῦ Θεοῦ παῖδα· νῦν δὲ παρεγγράφειν μὲν εἰς τὰ ἐκείνης πολλὰ καὶ βλάσφημα εἰκῆ δύνασθε· τὸν δὲ βίῳ μὲν ἐπιῤῥητοτάτῳ, θανάτῳ δὲ οἰκτίστῳ χρησάμενον, Θεὸν τίθεσθε. πόσῳ τούτου ἐπιτηδειότερος ἦν ὑμῖν Ἰωνᾶς ἐπὶ τῇ κολοκύντῃ, ἢ Δανιὴλ ὁ ἐκ τῶν θηρίων, ἢ οἱ τῶν δὲ ἔτι τερατωδέστεροι; Ἐπεὶ οὖν ἀναπέμπει ἡμᾶς ἐπὶ τὸν Ἡρακλέα, * ἀπομνημονεύματα τῶν λόγων αὐτοῦ ἡμῖν παραστησάτω, καὶ περὶ τῆς παρ' Ὀμφάλῃ ἀσέμνου δουλείας αὐτοῦ ἀπολογησάσθω· δεικνύτω δὲ, εἰ θείας τιμῆς ἄξιος ἦν ὁ τοῦ γεωργοῦ βίᾳ καὶ λῃστρικῶς λαβὼν τὸν βοῦν, καὶ καταθοινησάμενος, καὶ ἡσθεὶς ἐφ' οἷς ἐκεῖνος καταρώμενος ἔλεγε πρὸς αὐτὸν ἐσθίοντα· ὡς καὶ μέχρι τοῦδε ἱστορεῖσθαι τὸν Ἡρακλέους δαίμονα λαμβάνειν μετὰ τῶν ἀρῶν τὴν θυσίαν. καλεῖ δ' ἡμᾶς ἐπὶ τὴν περὶ Ἀσκληπιοῦ ταυτολογίαν, προειρηκότας καὶ περὶ αὐτοῦ· ἀλλ' ἡμεῖς ἐκείνοις ἀρκούμεθα. τί δὲ καὶ θαυμάσας Ὀρφέως ὁμολογουμένως φησὶν αὐτὸν, ὁσίῳ χρησάμενον πνεύματι, καλῶς βεβιωκέναι. θαυμάζω δὲ, εἰ μὴ καὶ Κέλσος διὰ μὲν τὴν πρὸς ἡμᾶς φιλονεικίαν, καὶ ἵνα Ἰησοῦν ἐξευτελίσῃ, νῦν ὑμνεῖ Ὀρφέα. ὅτε δ' ἐνετύγχανεν αὐτοῦ τοῖς ὡς περὶ θεῶν ἀσεβέσι μύθοις, οὐκ ἀπεστρέφετο τὰ ποιήματα, ὡς μᾶλλον [ἢ] τὰ Ὁμήρου ἄξια ἐκβάλλεσθαι τῆς καλῆς πολιτείας· καὶ γὰρ πολλῷ χείρονα περὶ τῶν νομιζομένων εἶπε θεῶν Ὀρφεὺς ἢ Ὅμηρος. γενναῖος μὲν οὖν ὁ Ἀνάξαρχος, λέγων πρὸς τὸν Κύπρου τύραννον * Ἀριστοκρέοντι, "Πτίσσε, πτίσσε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον·" μονογενὲς δὲ τοῦτο περὶ Ἀναξάρχου ἴσασι θαυμαζόμενον Ἕλληνες. ἐφ' ᾧ εἰ καὶ ὡς Κέλσος, ἀξίως ἐχρῆν τινὰς σέβειν ἄνθρωπον δι' ἀρετὴν, οὐκ ἦν εὔλογον ἀναγορεύεσθαι τὸν Ἀνάξαρχον Θεόν. καὶ ἐπὶ Ἐπίκτητον δὲ ἡμᾶς ἀναπέμπει, θαυμάσας τὸ εὐγενὲς μὲν αὐτοῦ λελεγμένον, οὐ μὴν ὥστε παραβληθῆναι αὐτοῦ τὸν ἐπὶ τῇ κατάξει τοῦ σκέλους λόγον ταῖς παραδόξοις τοῦ Ἰησοῦ ἔργοις, ἀπιστουμένοις ὑπὸ Κέλσου, καὶ λόγοις· διὰ τὸ καὶ δυνάμει λελέχθαι θείᾳ μέχρι δεῦρο ἐπιστρέφουσαν οὐ τῶν ἁπλουστέρων τινὰς μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς τῶν συνετωτέρων. Ἐπεὶ δέ φησι μετὰ τὸν κατάλογον τῶν τοσούτων ἀνδρῶν τὸ, "Τί τοιοῦτον ὁ ὑμέτερος Θεὸς κολα-

* ἀπομνημονεύματα λόγων.

* Νικοκρέοντι, Plutarch. lib. περὶ ἠθ. ἀρετῆς. Laert. Cicero 2. Tuſc.

2. de Aeſculapio Lib 3 p.123 124

3 de Orpheo

4. de Anaxarcho

5 de Epicteto

cujuſdam ſpiritûs, Tunde Anaxarchi follem, ipſum enim non tundis. Sed & hunc ſibi jam vendicaverant quidam Phyſici. Quid Epictetus? cui cùm herus torqueret crus, ſubridens imperterritè, Perfringes, inquit: cúmque ille fregiſſet, Nonne prædicebam, inquit, quòd perfringes? Quid tale veſter Deus inter pœnas profatus eſt? Vel Sibylla, cujus autoritate nituntur quidam veſtri homines, dignior erat ut eam decerneretis haberi Dei filiam: nunc verò hujus carminibus temere inſeruiſtis multa maledica; illum autem poſt vitam infamem & mortem miſerrimam feciſtis Deum. Quantò digniorem hoc honore habebatis Jonam ſub cucurbita, aut Danielem è lacu leonum incolumem, alióſque his prodigioſiores etiam? Quoniam igitur nos remittit ad Herculem, res geſtas ejus nobis proferat, & excuſet turpem ſervitutem, quam apud Omphalen ſerviit: doceátque, quomodo divinis honoribus ſit dignus, qui latronis in morem ereptum vi bovem agricolæ devoravit, magnâ voluptate illum cœnanti ſibi malè precantem audiens, ut feratur hodiéque ſacrificari ejus genio cum execrationibus. Ad Æſculapium quoque nos vocat denuò, quaſi non jam antè de hoc reſponſum ſit, quod etiam nunc ſatis eſt. In Orpheo porrò quid miratur tantopere, ut perſuaſum habeat cum rectè vitam inſtituiſſe non ſine ſancto ſpiritu? Mirum, nî res ejus exaggerans per contentionem, quò magis Jeſum noſtrum deprimat. Ejus de diis impias fabulas cùm legeret, non averſatus eſt, digniores, quàm Homericæ, ut ejiciantur ex illa præclara Republica: pejora enim de receptis apud Græcos diis Orpheus quàm Homerus cecinit. Fortiter ſanè & Anaxarchus ad Ariſtocreontem Cypri tyrannum dixit, *Tunde, tunde Anaxarchi follem*, quod ſcriptores in eo mirantur unicum. Id ſi Celſus ut venerandæ virtutis indicium magni penderet, improbè faceret quiſquis contradiceret: non tamen eo dicto philoſophus promeruit, ut haberetur pro numine. Jam quòd ad Epictetum nos remittit admiratus apophthegma ejus generoſum, non eſt tamen cur conferatur hæc de fracto crure narratio cum tot miraculoſis Jeſu operibus, utcunque Celſus ea figmenta exiſtimat: cùm tamen per divinam eorum vim hodiéque convertantur non ſolùm ſimpliciores quidam, verùm etiam multi è prudentioribus. Quoniam autem poſt enumeratos tot viros infert, *Quid tale veſter Deus inter pœnas profatus*

ſatus eſt? Poſſumus ad hoc dicere, quòd inter flagra & cruciatus ejus ſilentium majorem præ ſe tulit fortitudinem ac patientiam, quàm omnes Græcorum voces in ſimilibus caſibus editæ; ſive credat Celſus, ſive non credat, quod integrè ſcriptum eſt à viris optimæ fidei, & inter cetera de conſtanti inter flagra ſilentio; ſicut & de coccinea chlamyde induta ei per ludibrium, déque arundine in manum pro ſceptro indita: quæ omnia ſummâ manſuetudine pertulit, nè verbo quidem ignaviam aut ſtomachationem indicans in tanta immanitate ſceleratorum hominum. Itaque non præ deſperata duritia inter flagra tacuit, ſed præ manſuetudine omnes illuſiones tolerans. Ac nè illa quidem vox timiditatis fuit, ut quidem putant, cùm diceret, *Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat hic calix à me: veruntamen non ut ego volo, ſed ut tu.* Habet utiq; rationem hæc, ut videtur, deprecatio callcis, quem nominat, quam reddidimus aliàs pleniùs & exquiſitiùs. Ut autem vel ſimpliciſſimè hoc dictum accipiamus, vide annon etiam cum ſumma pietate precatio hæc ad Deum dirigitur; cùm vulgus hominum caſus ſuos non prædeſtinationi tribuat, ſed ferat quicquid fortè contigit, dum ità poſtulat temporis neceſſitas: hæc tamen vox non ferentis fuit, ſed probantis quicquid fiebat, & præferentis propriis affectibus id, quod divina providentia ſemel ſtatuerat. *Veruntamen,* inquit, *non quod ego volo, ſed quod tu.* Deinde neſcio quid ei venit in mentem, ut cenſeret Sibyllam à nobis potiùs quàm Jeſum appellandum fuiſſe Dei filium, aſſeverans, *nos multa ejus verſibus inſeruiſſe maledica,* non tamen indicans, quæ ſint illa quæ inſeruimus: indicâſſet autem, ſi antiqua habuiſſet incorruptiora exemplaria, in quibus non reperiantur quæ putat à nobis interpolata. Quod tamen non fecit, ſed maluit jam iterum ac tertiò *vitam* Jeſu *infamem* nominare; non expenſis ſingulis illius vitæ actionibus, cur infames ei videantur, nè putetur ſine ratione convitia mera in ignotum jacere. Qui ſi vel ſpeciem infamiæ notâſſet in vita ejus ac moribus, conati fuiſſemus reſpondere ad ſingula. Quod verò ad mortem miſeram attinet, idē poſſet dici & de Socrate, & de Anaxarcho, cujus modòmeminit, & de aliis innumeris: niſi fortè dicturus eſt, aut Jeſu mortem fuiſſe miſerrimam,

“ζόμενος ἐφθέγξατο; εἴποιμεν ἂν πρὸς αὐτὸν, ὅτι ἡ παρὰ ταῖς μάστιξι καὶ ταῖς πολλαῖς αἰκίαις αὐτοῦ σιωπὴ παντὸς τοῦ ἐν Ἕλλησιν, ἐν περιστάσεσι τυγχάνοντος, φθεγξαμένου μᾶλλον ἐνέφηνε καρτερίαν καὶ ὑπομονήν· εἴ γε κἂν τούτῳ πιστεύειν ὁ Κέλσος βούλεται εὐγνωμόνως ἀναδεξαμένῳ ὑπὸ φιλαλήθων ἀνδρῶν, τῶν καὶ τὰ παράδοξα ἀψευδῶς εἰρηκότων, καὶ τὴν παρὰ ταῖς μάστιξι σιωπὴν αὐτοῦ ἐκείνοις συναριθμησάντων. ἀλλὰ καὶ ἐμπαιζόμενος, καὶ ἐνδυόμενος τὴν κοκκίνην χλαμύδα, καὶ τὸν ἀκάνθινον στέφανον τῇ κεφαλῇ περιτιθέμενος, καὶ τὸν κάλαμον λαμβάνων ἐπὶ τῆς χειρὸς ἀντὶ σκήπτρου, ἄκρᾳ πραότητι ἐχρήσατο, μηδὲν μηδ' * ἀγεννὲς μηδ' ἀγανακτητικὸν εἰπὼν πρὸς αὐτοὺς, τοσαῦτα κατ' αὐτοῦ τολμήσαντας. οὐκ ἦν οὖν, κατὰ τὸν ἀπὸ καρτερίας παρὰ ταῖς μάστιξι σιωπήσαντα, καὶ ἀπὸ πραότητος πάντα ὑπομένοντα τὰ παρὰ τῶν ἐμπαιζόντων προσαγόμενα, εἰρηκέναι ἀπὸ ἀγεννείας (ὡς οἴονταί τινες) καὶ τὸ, Πάτερ, εἰ δυνατὸν, τὸ ποτήριον παρελθέτω τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ· πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ. ἔχει μὲν οὖν λόγον ἡ δοκοῦσα ὑποπαραίτησις εἶναι τοῦ καλουμένου ποτηρίου, ὃν ἐν ἄλλοις ἐπὶ πλεῖον ἐξητάσαμεν καὶ ἀποδεδώκαμεν. ἵνα δ' ἁπλούστερον ἀκούσωμεν τοῦ λελεγμένου, ὅρα εἰ μὴ μετὰ τῆς πρὸς Θεὸν εὐσεβείας καὶ ἡ εὐχὴ εἴρηται, παντὸς οὐ πρoσιοῦ τὸ περιστατικὸν οὐ προηγούμενον εἶναι νομίζοντος, ἀλλ' ὑπομένοντος τὸ μὴ προηγουμένως εἶναι συμβαῖνον, ὅταν καιρὸς καλῇ· ἀλλὰ καὶ οὐκ ἐνδεδωκότος ἦν, εὐαρεστουμένου δὲ τοῖς συμβαίνουσι, καὶ προτιμῶντος τὰ ἀπὸ προνοίας προϊστάμενα, ἡ λέγουσα φωνὴ, Πλὴν οὐ τί ἐγὼ θέλω, ἀλλὰ τί σύ. Εἶτ', οὐκ οἶδ' ὅπως, ἐβούλετο ἡμᾶς μᾶλλον Σίβυλλαν ἀναγορεῦσαι παῖδα Θεοῦ, ἢ Ἰησοῦν, ἀποφαινόμενος, “ὅτι παρενεγράψαμεν εἰς τὰ ἐκείνης πολλὰ καὶ βλάσφημα· καὶ μὴ ἀποδείξας μηδ' * ὅ, τι παρενεγράψαμεν. ἀπέδειξε δ' ἂν, εἰ τὰ ἀρχαιότερα καὶ καθαρώτερα ἐδείκνυε, καὶ οὐκ ἔχοντα ἃ οἴεται παρεγγεγράφθαι. μὴ ἀποδείξας δὲ μηδ' ὅτι βλάσφημά ἐστι ταῦτα· εἶτα πάλιν οὐ δὶς, οὐδὲ τρὶς, ἀλλὰ δὴ πολλάκις ἐπιρρητότατον εἶπε τὸν Ἰησοῦ βίον· οὐ τὰς καθ' ἕκαστον τῶν ἐν τῷ βίῳ αὐτοῦ πεπραγμένων, ἃς νομίζει μᾶλλον εἶναι ἐπιρρητοτάτων· ἵνα τοῦτ' εἰπὼν δόξῃ μὴ μόνον ἀναπόδεικτα ἀποφαίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ λοιδορεῖν ὃν οὐκ ἐπίσταται. εἰ γὰρ τὰ εἴδη τοῦ ἐπιρρητοτάτου βίου ἐν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ φαινόμενα αὐτῷ ἐκτεθειμένος ἦν, κἂν ἠγωνισάμεθα πρὸς ἕκαστον τῶν δοκούντων εἶναι αὐτῷ ἐπιρρητότατον. τὸ δὲ καὶ θανάτῳ οἰκτίστῳ κεχρῆσθαι τὸν Ἰησοῦν, δύναιτ' ἂν λέγεσθαι καὶ περὶ Σωκράτους, καὶ περὶ Ἀναξάρχου, οὗ περὶ βραχέος ἐμνημόνευσε, καὶ περὶ ἄλλων μυρίων· ἢ οἴκτιστος μέν ἐστιν ὁ Ἰησοῦ θάνατος, οὐχὶ

Eſaiæ 53.7.
Matth.27.14.
1 Petri 2.23.
Matth.27.28, 29.
* ἀγεννές.
Matth.26.39.
* ὅτι.

δὲ καὶ ὁ ἐκείνων, ἢ ὁ ἐκείνων μὲν οὐκ οἰκτρός, ὁ δὲ τοῦ Ἰησοῦ οἴκτιστος. Ὁρᾷς οὖν καὶ ἐνταῦθα, ὅτι σκοπὸς ἦν τῷ Κέλσῳ τὸ διαλοιδορεῖσθαι πρὸς τὸν Ἰησοῦν, κινουμένῳ, οἶμαι, ὑπό τινος πνεύματος, καταλυθέντος ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ, καὶ καθαιρεθέντος· ἵνα μηκέτι ἔχῃ κνίσας καὶ αἵματα, εἰς ἃ τρεφόμενον ἠπάτα τοὺς ἐν τοῖς ἐπὶ γῆς ἀγάλμασι ζητοῦντας Θεόν, καὶ μὴ ἀναβλέποντας εἰς τὸν ἐπὶ πᾶσιν ἀληθῶς Θεόν.

p. de Jona

Εἶθ᾽ ἑξῆς, ὡς περὶ σκοπὸν ἔχων τὸ συμπληρῶσαι βιβλίον, βούλεται ἡμᾶς μᾶλλον τὸν Ἰωνᾶν νομίσαι Θεόν, ὑπὲρ Ἰησοῦν· Ἰωνᾶν, τὸν κη-

Jon. 3.4. ρύξαντα μετάνοιαν μιᾷ πόλει τῇ Νινευΐ, προκρίνων Ἰησοῦ τοῦ κηρύξαντος μετάνοιαν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, καὶ μᾶλλον ἐκείνου ἀνύσαντος. καὶ

Jon. 2. 1. τὸν μὲν ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους παραδόξως μείναντα καὶ παραδόξως τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας ἐβούλετο ἡμᾶς ἀναγορεῦσαι Θεόν· τὸν δ᾽ ἀναδεξάμενον ὑπὲρ ἀνθρώπων ἀποθανεῖν, οὐκ ἤθελε Κέλσος, μεμαρτυρημένον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ διὰ τῶν προφητῶν, ἄξιον εἶναι τῆς δευτερεύσης

Xtus secunda post universorum Deum honore dignus

μετὰ τὸν Θεὸν τῶν ὅλων, δι᾽ ἃ ἐποίησεν ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς ἀνδραγαθήματα, τιμῆς. καὶ Ἰωνᾶς μέν, ἵνα μὴ κηρύξῃ τὸ προστεταγμένον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, κατεπόθη ὑπὸ τοῦ κήτους· Ἰησοῦς δέ, ἐπεὶ ἐδίδαξεν ἅπερ ὁ Θεὸς ἐβούλετο, τὸν ὑπὲρ ἀνθρώπων θάνατον ἀνεδέξατο.

p. de Daniele

Ἑξῆς δέ φησιν, „ὅτι ἔδει μᾶλλον τὸν Δανι-

Dan. 6. 23. „ήλ, ἀναβάντα ἀπὸ τῶν λεόντων, προσκυνεῖσθαι „ὑφ᾽ ἡμῶν, ὑπὲρ τὸν Ἰησοῦν, τὴν ἀγριότητα

Coloss. 2. 15. πάσης ἀντικειμένης δυνάμεως καταπατήσαντα,

Lucæ 10. 19. καὶ ἡμῖν δόντα ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων, καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ.

Εἶτα μὴ ἔχων ἄλλους λέγειν φησίν, „Ἢ εἴ „τινες ἔτι τερατωδέστεροι, ἅμα ἵνα λοιδορήσῃ τὸν Ἰωνᾶν καὶ τὸν Δανιήλ· τὸ γὰρ ἐν Κέλσῳ πνεῦμα εὐλογεῖν δικαίους οὐκ ἠπίστατο. Μετὰ ταῦτα δὲ ἴδωμεν καὶ τὴν ἑξῆς αὐτοῦ λέξιν οὕτως ἔχουσαν, „Ἔστιν αὐτοῖς καὶ τοιόνδε παράγ„γελμα, τὸν ὑβρίζοντα μὴ ἀμύνεσθαι· κἂν „τύπτῃ, φησί, τὴν ἑτέραν γνάθον, σὺ δὲ καὶ τὴν „ἄλλην πάρεχε. ἀρχαῖον καὶ τοῦτο εὖ μάλα „πρόσθεν εἰρημένον, ἀγροικότερον δ᾽ αὐτοὶ ἀπ„εμνημόνευσαν. ἐπεὶ καὶ Πλάτωνι πεποίηται

Plato Critone. „Σωκράτης Κρίτωνι διαλεγόμενος τάδε, Οὐ„δαμῶς ἄρα δεῖ ἀδικεῖν· οὐ δῆτα. οὐδ᾽ ἀδι„κούμενον ἄρα ἀνταδικεῖν, ὡς οἱ πολλοὶ οἴονται· „ἐπειδή γε οὐδαμῶς δεῖ ἀδικεῖν· οὐ φαίνεται. „τί δὲ δή; κακουργεῖν δεῖ, ὦ Κρίτων, ἢ οὔ; οὐ δεῖ „δή που, ὦ Σώκρατες. τί δέ, [δεῖ] ἀντικα„κουργεῖν * κακῶς πάσχοντα, ὡς οἱ πολλοί φασι, „δίκαιον ἢ οὐ δίκαιον; οὐδαμῶς· τὸ γάρ που κακῶς „ποιεῖν ἀνθρώπους τοῦ ἀδικεῖν οὐδὲν διαφέρει. „ἀληθῆ λέγεις· οὔτε ἄρα ἀνταδικεῖν δεῖ, οὐδὲ κα-

* κακὸν πάσχοντα.

illorum non item; aut illorum non miserrimam, Jeſu verò miſerrimam. Vides igitur hìc quoque Celſo fuiſſe propoſitum conviciis Jeſum impetere, concito, ut opinor, ab aliquo dæmonio per Jeſum debellato, quod, antea nidoribus & cruoribus paſci ſolitum, dementaverat homines Deum quærentes in ſtatuis terreſtribus, nec ſuſpicientes ad verum Deum, univerſorum Dominum. Deinde, quaſi hoc ſolùm ageret, ut libri chartas expleret, mavult nos vel Jonam potiùs Deum habere, quàm Jeſum; Jonam, qui uni civitati Ninive pœnitentiam prædicavit, præferens Jeſu totius mundi ad pœnitentiam converſoris prædicatione longè efficaciori: & miraculo ſervatum è ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, poſtquam deglutitus fuerat, Deum à nobis vult conſecrari; eum verò, qui pro hominibus mortem pertulit, probatum omnium Prophetarum teſtimoniis, Celſus non vult eſſe Deo univerſorum Domino honore proximum ob egregia in cœlo ſimul & terra merita: & Jonas quidem, à Deo ſibi demandatam prædicationis provinciam fugiens, à ceto abſorptus eſt; Jeſus verò, poſt abſolutum injunctæ à Deo prædicationis munus, pro humano genere mortem ſuſtinuit. Mox autem ait, *Satiùs fuiſſe Danielem è lacu leonum incolumem à nobis coli, quàm Jeſum*, conculcatorem omnis efferæ poteſtatis adverſariæ; qui etiam nobis dedit poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici. Deinde, non habens alios quos proferret, ait, *aut aliquem his etiam portentoſiorem*; interim in Jonam & Danielem convitium jaciens: nec enim ſciebat bene loqui juſtis hominibus. Nunc videamus quid deinceps attexat, *Habent præcepta hujuſmodi, Injuriam ne repellito: quòd ſi quis etiam in maxillam te percuſſerit, obverte ei alteram. Vetus & hoc eſt, longè dictum antea, ſed hìc commemoratum ruſticiùs.* Quippe Socratem Plato hæc Critoni diſſerentem inducit, *Nullo igitur modo facienda eſt injuria, nullo planè: neque igitur etiam licet ei, cui ſit injuria, injuriam viciſſim rependere, quemadmodum vulgus exiſtimat, quatenus nullatenùs fas eſt facere injuriam. Non videtur. Quid verò? licétne damnum cuiquam inferre, Crito, an non? non certè licet, Socrates. Quid verò? ſatne an nefas erit ei, qui paſſus fuerit damnum, rurſus alii damnum importare, quemadmodum vulgus ait? nefas erit, atqui facere injuriam & inferre damnum nullo modo inter ſe differunt. Verum dicis, non igitur rependenda eſt injuria, neque damnum cuiquam mortali-*

mortalium inferendum, quicquid tandem paſſi ſuerimus à quolibet incommodi. Hæc Plato: & paulò poſt, Vide ergò & tu etiam atque etiam num communiter ità tibi mecum videatur, & indè deliberationis primordium arceſſamus, hoc ſubſtrato fundamento, nullo modo rectum faſque eſſe, neque facere, neque rependere injuriam, neque malum cuiquam inferre, aut vindictam ſumere ab eo, qui prior malo nos affecerit, nos illi viciſſim malum inferendo; illud, inquam, vide: an verò ab hac ſententia abhorreas, nec iſti conſentias principio? mihi quidem, & jampridem, & nunc quidem maximè videtur ità. Et Platonis quidem hæc fuerunt placita; atque etiam ante eum aliis divinis hominibus idem viſum eſt. Verùm de his aliiſque, quæ iſti in ſuum uſum depravant, hactenùs: qui plura de hoc ſcire cupit, cognoſcet facilè. Ad hoc & omnia quæ Celſus, quia non audet perfrictâ fronte negare vera eſſe, communia nobis cum Græcis aſſerit, reſpondendum eſt: Si quod placitum ſanum eſt & utile, relatum idem & apud Græcorum aliquem, ſive Platonem, ſive alium; & apud Judæos in Moſis voluminibus, aut Prophetarum alicujus; & apud Chriſtianos in Jeſu ſermonibus, aut alicujus apoſtoli: non ideo debere accuſari quæ apud Judæos aut Chriſtianos reperiuntur, quòd eadem ſint in Græcis literis; præſertim cùm conſtet Hebraicas antiquiores eſſe, quàm Græcas. Et contrà, ſi eadem Græci eloquuntur venuſtiùs, non ſtatim putandum eſt ea dici etiam meliùs, quàm ſimplicia noſtra enuntiata frugaliter: quandoquidem Prophetæ, ſimplici ſtylo uſi, reliquerunt nobis libros ſcriptos Hebraicè, non inornatâ tamen compoſitione juxta linguam propriam. Quòd ſi dicendum eſt aliquid penè incredibile, hæc ipſa communia dogmata meliùs tradi in Hebræorum Prophetarum aut Chriſtianorum literis, rem exemplo à cibis ſumpto & apparatu ipſorum comprobabimus. Sit aliquis ſalubris cibus, veſcentibus ad robur conferens, cum bene paratum & condimentis inſtructum ſumant, non homines inaſſueti, agreſtes, in tuguriis educati, & qui præ inopia eo abſtinent, ſed ſoli delicati & divites: ſed non hoc & illo modo, nec, ut videtur, iis qui lautiores habentur paratum, ſed qualem edere conſueverunt pauperes, & agreſtiores, & ipſa plebecula, talem comedunt totæ hominum myriades. Quod cùm ità ſit, & concedatur tali apparatu ſolos delicatos ſanari, cùm nemo è plebe hujuſmodi cibos ſu-

" πῶς ποιεῖν οὐδένα ἀνθρώπων, οὐδ' ἂν ὅ, τιοῦν " πάσχῃ * ὑπ' αὐτῶν. ταῦτά φησιν ὁ Πλά- " των· καὶ αὖθις τάδε, Σκόπει δὴ οὖν καὶ σὺ εὖ " μάλα, πότερον κοινωνεῖς καὶ συνδοκεῖ σοι· καὶ " ἀρχώμεθα ἐντεῦθεν * βουλευόμενοι, ὡς οὐδέ " ποτε ὀρθῶς ἔχοντος οὔτε τοῦ ἀδικεῖν, οὔτε τοῦ " ἀνταδικεῖν· οὔτε κακῶς πάσχοντα ἀμύ- " νεσθαι ἀντιδρῶντα κακῶς· ἢ * ἀφίστασαι, καὶ οὐ " κοινωνεῖς τῆς ἀρχῆς; ἐμοὶ μὲν γὰρ καὶ πάλαι " οὕτω, καὶ νῦν ἔτι δοκεῖ. Πλάτωνι μὲν οὖν οὕ- " τως ἤρεσεν· ἦν δὲ καὶ πρόσθεν ἔτι θείοις ἀν- " δράσιν δεδογμένα. ἀλλὰ τούτων μὲν πέρι, καὶ " τῶν ἄλλων, ὅσα παραφθείρουσιν, ἀρκείτω τὰ " εἰρημένα· καὶ ὅτῳ φίλον ἐπὶ πλεῖόν τι αὐ- " τῶν ζητεῖν, * εἴσεται. Πρὸς τοῦτο δὴ, καὶ πρὸς πάντα ὅσα ἐκοινοποίησεν ὁ Κέλσος, μὴ δυνηθεὶς αὐτῶν ἀντιβλέψαι τῇ ἀληθότητι, φάσκων αὐτὰ παρ' Ἕλλησιν εἰρῆσθαι, τοιαῦτα λεκτέον· Εἰ ὠφέλιμόν ἐστι τὸ δόγμα, καὶ τὸ βούλημα αὐτοῦ ὑγιὲς, εἴρηται δὲ Ἕλλησι μὲν, παρὰ Πλάτωνι, ἤ τινι τῶν Ἑλλήνων σοφῶν· Ἰουδαίοις δὲ παρὰ Μωϋσῇ, ἤ τινι τῶν προφητῶν· Χριστιανοῖς δὲ τοῖς ἀναγραφεῖσιν Ἰησοῦ λόγοις ἢ λελεγμένοις παρά τινι τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ· οὐ νομιστέον κατηγορεῖσθαι τὸ λεγόμενον παρὰ Ἰουδαίοις ἢ παρὰ Χριστιανοῖς ἐκ τοῦ καὶ παρ' Ἕλλησιν αὐτὰ εἰρῆσθαι· καὶ μάλιστα, ἐὰν ἀποδεικνύηται τὰ Ἰουδαίων πρεσβύτερα τῶν Ἑλληνικῶν. οὐδὲ πάλιν ὑπὸ τοῦ κάλλους τῆς Ἑλληνικῆς φράσεως λεγόμενον τὸ αὐτὸ, πάντως κρεῖττον εἶναι νομιστέον τοῦ εὐτελέστερον ἀπαγγελλομένου καὶ ἁπλουστέραις λέξεσι παρὰ Ἰουδαίοις ἢ Χριστιανοῖς· καίτοι γε ἡ πρώτη Ἰουδαίων λέξις, ᾗ οἱ προφῆται χρησάμενοι καταλελοίπασιν ἡμῖν βιβλία, Ἑβραίων διαλέκτῳ καὶ σοφῇ συνθέσει τῶν ἐν τῇ διαλέκτῳ κατ' ἐκείνους ἀναγέγραπται. εἰ δὲ χρὴ καὶ τὴν τῶν δογμάτων ταὐτότητα, κἂν παράδοξος ὁ λόγος εἶναι δοκῇ, δεῖξαι βέλτιον εἰρημένην παρὰ τοῖς Ἰουδαίων προφήταις, ἢ τοῖς λόγοις Χριστιανῶν· οὕτω τὸν λόγον κατασκευαστέον, ἀπό τινος τοῦ περὶ τὰς τροφὰς καὶ τὴν σκευασίαν αὐτῶν παραδείγματος. ἔστω τι ὑγιεινὸν βρῶμα, καὶ ἰσχύος τοῖς ἐσθίουσιν ἐμποιητικὸν, τοῦτο δὲ οὕτω μὲν σκευασθὲν, καὶ τοιοῖσδε ἡδύσμασιν ἀρτυθὲν, λαμβανέτωσαν οὐχ οἱ μὴ μαθόντες (ἄγροικοι, καὶ ἐν ἐπαύλεσιν ἀνατεθραμμένοι, καὶ πένητες) τὰ τοιάδε ἐσθίειν, ἀλλ' οἱ πλούσιοι καὶ ἁβροδίαιτοι μόνοι· οὐχ * ἐκείνως δὲ καὶ ἐκείνως τι, ὡς δοκεῖ, τοῖς νομιζομένοις καθαρειωτέροις σκευασθὲν, ἀλλ' ὡς μεμαθήκασιν ἐσθίειν οἱ πένητες, καὶ οἱ ἀγροικότεροι, καὶ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἐσθιέτωσαν μυριάδες ὅλαι. εἰ οὖν καὶ διδῶται, ἀπὸ μὲν τῆς τοιᾶσδε διασκευασίας, τοὺς νομιζομένους καθαρειωτέρους μόνους ὑγιάζεσθαι, οὐδενὸς τῶν πολλῶν προσβάλλοντος τοῖς τοιοῖσδε

βρώμα-

* παρ'.

* βουλόμενοι.

* ἀφίστασαι.

Celſus de non ulciſcend. ex Platone

* εἴσεται.

Reſp. primo cum ſententia ... Hebr. ... prolatam.

2. melius acto.

* ἐκείνως δὲ, —οι— ὡς δοκεῖ, τοῖς νομ.

βρώμασιν, ἀπὸ δὲ τῆς τοιᾶσδε τὰ πλήθη τῶν ἀνθρώπων ὑγιεινότερον διάγειν· τίνας μᾶλλον, τοῦ κοινωνικοῦ ἕνεκεν, ἀποδεξόμεθα τῶν ὑγιεινῶν βρωμάτων χάριν; ἆρά γε τοὺς τοῖς λογίοις χρησίμως αὐτὰ σκευάζοντας, ἢ τοὺς τοῖς πλήθεσι; τῆς ἴσης (δεδόσθω γὰρ) ὑγιείας καὶ εὐεξίας ἐγγινομένης ἀπὸ τῶν οὑτωσὶ σκευασθέντων, ἢ οὑτωσί· ἀλλὰ φανερὸν, ὅτι αὐτὸ τὸ φιλάνθρωπον καὶ τὸ κοινωνικὸν* ὑποβάλλει, κοινωφελέστερον εἶναι ἰατρὸν τὸν τῆς τῶν πολλῶν ὑγιείας προνοησάμενον, ἤπερ τὸν τῆς ὀλίγων μόνων. εἰ νενόηται δὴ τὸ παράδειγμα· μεταβιβαστέον αὐτὸ ἐπὶ τὴν ποιότητα τῆς τῶν λογικῶν ζώων λογικῆς τροφῆς. καὶ ὅρα εἰ μὴ Πλάτων μὲν, καὶ οἱ Ἑλλήνων σοφοὶ, ἐν οἷς λέγουσι καλῶς, παραπλήσιοί εἰσι τοῖς προνοησαμένοις ἰατροῖς τῶν καθαριωτέρων εἶναι νομιζομένων μόνων, τοῦ πλήθους τῶν ἀνθρώπων καταφρονησάντων· οἱ δὲ ἐν Ἰουδαίοις προφῆται, καὶ οἱ τοῦ Ἰησοῦ μαθηταὶ, οἱ μακρὰν χαίρειν εἰπόντες τῇ ποικίλῃ τῆς λέξεων συνθέσει, καὶ τῇ (ὡς ὠνόμασεν ἡ γραφὴ) σοφίᾳ ἀνθρώπων, καὶ σοφίᾳ κατὰ σάρκα, τὴν γλῶσσαν αἰνιττομένῃ, ὁμοιωθεῖσιν τοῖς τὴν αὐτὴν τῶν βρωμάτων ποιότητα ὑγιεινοτάτην προνοησαμένοις, συνθέσει λέξεων σκευάσαι καὶ εὐτρεπίσαι φθάνουσιν ἐπὶ τὰ πλήθη τῶν ἀνθρώπων, καὶ μὴ ξενιζούσῃ τὴν διάλεκτον αὐτῶν, μηδὲ διὰ τοῦ ξενισμοῦ ἀποτρεπούσῃ ἀκούειν ὡς ἀσυνήθων τῶν τοιῶνδε διαλέξεων. καὶ γὰρ εἴπερ πρόκειται τῷ (ἵν' οὕτως ὀνομάσω) λογικῷ βρώματι, ἀνεξικάκον καὶ πρᾶον ποιῆσαι τὸν ἐμφαγόντα· πῶς οὐ βέλτιον συσκευασάμενος εἴη ἂν λόγος, ὁ πλήθη ἀνεξικάκων καὶ πρᾴων κατασκευάζων, ἢ προκοπτόντων γε ἐπὶ ταύτας τὰς ἀρετὰς, παρὰ τὸν πάνυ ὀλίγους καὶ εὐαριθμήτους, ἵνα δοθῇ, ἀνεξικάκους καὶ πρᾴους ποιοῦντα. ὥσπερ δὲ εἰ ὁ τοὺς Αἰγυπτιάζοντας ἢ τοὺς Συριάζοντας ὠφελεῖν ὑγιέσιν δόγμασιν ἐβούλετο, Ἕλλην τυγχάνων, προενοήσατο ἂν μαθεῖν τὰς τῶν ἀκουσομένων διαλέκτους, καὶ (ὡς Ἕλληνες ὀνομάζουσι) βαρβαρίζειν μᾶλλον ὑπὲρ τῆς Αἰγυπτίων καὶ Σύρων βελτιώσεως, ἢ Ἕλλην μὲν, ὡς μὴ δυνάμενος χρήσιμον λέγειν Αἰγυπτίοις καὶ Σύροις· οὕτως ἡ προνοουμένη θεία φύσις οὐ τῶν πεπαιδεῦσθαι νομιζομένων μόνον τῶν Ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ τῶν λοιπῶν Ἑλλήνων, συγκατέβη τῇ ἰδιωτείᾳ τοῦ πλήθους τῶν ἀκροωμένων· ἵνα τῇ συνηθείᾳ αὐτοῖς χρησαμένη λέξει προκαλέσηται ἐπὶ ἀκρόασιν τὸ τῶν ἰδιωτῶν πλῆθος, δυνάμενον ἐξ εὐχερείας μετὰ τὴν ἅπαξ γενομένην εἰσαγωγὴν φιλοτιμήσασθαι πρὸς τὸ καὶ βαθύτερα τῶν κεκρυμμένων νοημάτων ἐν ταῖς γραφαῖς καταλαβεῖν. Καὶ τῷ τυχόντι γὰρ δῆλον ταῦτα ἀναγινώσκοντι, ὅτι πολλὴ τοῦ αὐτόθεν ἐμφαινομένου βαθύτερον ἔχειν δύναται νοῦν τοῖς ἀναπείθουσιν αὐτοὺς τῇ ἐξετάσει τοῦ λόγου, φανερούμενον κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς εἰς τὸν λόγον χρήσεως, καὶ εἰς τὴν ἄσκησιν αὐτοῦ προθυμίας. ἐκεῖνο κατεσκεύασται, ὅτι (ὡς

* ὑποβάλλει.

1 Cor. 2. 4.

2 Cor. 1. 12.

μένων μηδενὶ χρήσι-
μον δύναιθαι

mat, ab illo verò quamplurimos homines habere meliùs: quoſnam potiùs, communitatis causâ, ad condiendos ſalubres cibos accipiemus? an eos, qui locupletibus eos apparant, an eos qui plebi? Ut enim æquè ſanitatem & bonam habitudinem efficiunt, ſive hoc ſive illo modo parati; palàm tamen facit ratio ipſa humanitatis & communitatis, in publicum utiliorem eſſe medicum, qui multorum ſanitati conſulit, quàm qui paucorum. Hoc exemplum ſi eſt intellectum; tranſeamus à cibis corporis ad cibos animarum rationalium proprios: & videamus annon Plato & Græcorum ſapientes ſimiles ſint medicis illis, qui ſolis lautioribus proſpiciunt, neglectâ plebeiorum multitudine: Judæorum verò Prophetæ & Jeſu diſcipuli, qui valere juſſerunt verborum ornamenta, & humanam ſapientiam (ut Scriptura vocare ſolet) & ſapientiam ſecundùm carnem, ſuâ linguâ ænigmaticâ referunt illos, qui cibos curant quàm ſaluberrimos, eâ compoſitione verborum, eoq; apparatu, qui ſit accommodatiſſimus ad captum multitudinis, conſuetam linguam deſiderantis, & offendi ſolitæ ſermonum novitatibus, inauditiſque antea diſputationibus. Nam ſi in hoc factus eſt rationalis (ut ità loquar) cibus, ut eum, qui ſe guſtârit, mitem ac tolerantem faciat; annon meliùs paratus erit ſermo, qui totas plebes mites ac patientes reddit, aut certè in his virtutibus facit proficere, quàm qui exiguos numeros ſic afficit, ſi quos tamen afficit? Et quemadmodum, ſi aliquis Græcus propoſitum haberet Ægyptios aut Syros ſanâ doctrinâ inſtituere, eorum linguas perdiſcere curaret, barbarizare malens, quod apud Græcos turpe eſt, quàm ſuâ linguâ utendo Ægyptiis ac Syris eſſe inutilis: ità divina potentia, providens non ſolis eruditis Græcis, ut exiſtimantur, ſed etiam reliquis, condeſcendit ad idioticum captum audituræ multitudinis; ut conſuetis verbis apud eam utendo imperitos ad auſcultandum alliceret; præſertim cùm eis facilè foret poſt primam illam introductionē ſtudiosè ſcrutari ſenſus reconditiores in ſacris Scripturis & perveſtigare. Cuivis enim eſt perſpicuum, qui modò has legat, quòd qui eas diligenter examinant multò retruſiora inveniunt, quàm quæ videntur primâ ſpecie, idque tantò magis, quantò quis plùs eis impendat operæ ac ſtudii. Oſtenſum eſt ergò, quòd

quòd Jeſus rudi hoc & ruſtico ſermone (ut Celſus appellat) dicens, *Percutienti te in maxillam obverte & alteram, & vocanti in judicium ut auferat tibi tunicam, dimitte & pallium*, plùs vitæ hominum profuit, quàm illa Platonis in Critone diſputatio, quam tantum abeſt ut idiotæ audiant, ut vix poſt abſolutum diſciplinarum orbem teratur à Græcorum philoſophis. Conſiderandum etiam, quòd doctrina de patientia non fit per verborum ſimplicitatem deterior, ſed meram hanc eſſe Celſi calumniam, cujus verba ſunt, *Verùm de his, aliiſque, quæ iſti in ſuum uſum depravant, hactenus: qui plura de hoc ſcire cupit, cognoſcet facilè.* Agè, jam videamus quæ deinceps ſequuntur in hunc modum. *Tranſeamus ad alia. Non ferunt templa, aras, & ſtatuas inſpicere. Nè Scythæ quidem, & Numidæ, & Seres impii, non aliæ gentes, quæ tam religione carent quàm legibus. Idem de Perſis narrat Herodotus. Perſarum, inquit, ritus hos novi: ſtatuas, aras, templa, nec ipſi dedicant, & alios pro ſtultis habent, qui hoc faciunt: ut equidem opinor, quia Deos non credunt eſſe hominibus ortos, quæ Græcorum eſt opinio. Atqui Heraclitus ſic de his pronuntiat, Ità preces offerunt iſtis ſimulacris, ac ſi quis fabuletur cum ſtipitibus, quia nec deos nec heroas ſciunt, quinam ſint. Quid igitur hi nos docent Heraclito ſapientius? Iſte ſubindicat, ſtultum eſſe vota deponere apud ſtatuas, niſi quis noſcat Deos & heroas, quinam ſunt. Hujuſmodi eſt Heracliti ſententia: at iſti in totum contemnunt Deorum ſtatuas. Si ideo, quòd lapis, aut lignum, aut æs, aut aurum ab hoc vel illo expolita non ſit Deus, ridicula eſt hæc ſapientia: quis enim alius, niſi ſit totus fatuus, hæc Deos credit, non diis dicatas ſtatuas? Quòd ſi putant, nè pro imaginibus quidem Deorum habendas, & aliam eſſe Dei formam, ut etiam Perſis videtur; imprudentes ſuum dogma redarguunt, cùm dicunt ad imaginem Dei creatum eſſe hominem, & ei ſpecie ſimilem. Sed de ſimilitudinibus quidem aſſentient, ceterùm negabunt eſſe deos, quibus hæc dedicantur; contendéntque eſſe dæmonia: fugiendam autem Dei cultori venerationem dæmonum.* Ad hæc quoque dicendum; licèt Scythæ, Afrique Numidæ, & impii Seres, aliæque gentes (ut Celſus ait) tam religione carentes quàm legibus, atque etiam Perſæ, averſentur templa, aras, ſtatuas, non eandem averſandi cauſam eſſe illis & nobis. Examinanda ſunt enim

φησι Κέλσος) ἀγροικότερον εἰπὼν ὁ Ἰησοῦς, Τῷ τύπτοντί σε εἰς τὴν σιαγόνα πάρεχε καὶ τὴν ἄλλην, καὶ τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι, καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες καὶ τὸ ἱμάτιον, βιωφελέστερον κεκίνηκε τὸν λόγον καὶ παρέστησεν οὕτως εἰπὼν, ἢ ὡς ἐν τῷ Κρίτωνι Πλάτων, οὗ μηδ' ἀκούειν ἰδιῶται δύνανται, ἀλλὰ * μόγις οἱ τὰ ἐγκύκλια πρὸς τῆς σεμνῆς Ἑλλήνων φιλοσοφίας μεμαθηκότες. κατανοητέον δὲ καὶ, ὅτι οὐ παραφθείρεται ὁ περὶ ἀνεξικακίας νοῦς ὑπὸ τῆς τῆς λέξεως εὐτελείας, ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ συκοφαντεῖ τὸν λόγον λέγων ὁ Κέλσος, "Ἀλλὰ περὶ δὲ μὲν τούτων, καὶ ἄλλων, ὅσα παραφθείρουσιν, ἀρκείτω τὰ εἰρημένα· καὶ ὅτῳ φίλον ἐπὶ πλέον τι αὐτῶν ζητεῖν, εἴσεται. φέρε δὲ, ἴδωμεν καὶ τὰ ἑξῆς, ἐν οἷς ταῦτά φησι. "Σκοπῶμεν δ' ἐκεῖθεν· οὐκ ἀνέχονται νεὼς ὁρῶντες, καὶ βωμοὺς, καὶ ἀγάλματα. οὐδὲ γὰρ Σκύθαι τοῦτο, οὐδὲ Λιβύων οἱ Νομάδες, οὐδὲ Σῆρες οἱ ἄθεοι, οὐδ' ἄλλα ἔθνη τὰ δυσαγέστατα καὶ ἀνομώτατα. ὅτι δὲ καὶ Πέρσαι οὕτως ὀνομάζουσιν, Ἡρόδοτος ἐν τοῖσδε ἱστορεῖ· Πέρσας δὲ οἶδα νόμοισι * τοιοῖσδε χρεωμένους. ἀγάλματα μὲν, καὶ βωμοὺς, καὶ ναοὺς οὐκ ἐν νόμῳ * ποιευμένους * ἱδρύεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖσι ποιοῦσι μωρίην ἐπιφέρουσιν· ὡς μὲν ἐμοὶ * δοκέειν, διότι οὐκ ἀνθρωποφυέας ἐνόμισαν τοὺς θεοὺς, καθάπερ οἱ Ἕλληνες, εἶναι. καὶ μὴν καὶ Ἡράκλειτος ὧδέ πως ἀποφαίνεται, Καὶ τοῖς ἀγάλμασι τουτέοισιν εὔχονται, ὁκοῖον εἴ τις τοῖς δόμοισι λεσχηνεύοιτο, οὔ τι γιγνώσκων θεοὺς, οὐδ' ἥρωας, οἵτινές εἰσι. τί γοῦν σοφώτερον τοῦ Ἡρακλείτου ἡμᾶς διδάσκουσιν; ὁ μὲν γε μάλα ἀπορρήτως ὑποσημαίνει, ἠλίθιον τὸ τοῖς ἀγάλμασιν εὔχεσθαι, ἐὰν μὴ γιγνώσκῃ τις θεοὺς καὶ ἥρωας, οἵτινές εἰσιν· Ἡράκλειτος μὲν οὕτως. οἱ δὲ ἄντικρυς τὰ ἀγάλματα ἀτιμάζουσιν. εἰ μὲν ὅτι λίθος, ἢ ξύλον, ἢ χαλκὸς, ἢ χρυσὸς, ὃν ὁ δεῖνα ἢ ὁ δεῖνα εἰργάσατο, οὐκ ἂν εἴη Θεὸς, γελοία ἡ σοφία. τίς γὰρ καὶ ἄλλος, εἰ μὴ πάντη νήπιος, ταῦτα ἡγεῖται Θεοὺς, ἀλλὰ θεῶν ἀναθήματα, καὶ ἀγάλματα; εἰ δ' ὅτι μηδὲ θείας εἰκόνας ὑποληπτέον, ἄλλην γὰρ εἶναι Θεοῦ μορφὴν, ὥσπερ καὶ Πέρσαις δοκεῖ· λελήθασιν αὐτοὶ σφᾶς αὐτοὺς ἐλέγχοντες, ὅταν φῶσιν, ὅτι ὁ Θεὸς ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον ἰδίαν εἰκόνα, τὸ δὲ εἶδος ὅμοιον ἑαυτῷ. ἀλλὰ συνθήσονται μὲν, εἶναι ταῦτα ἐπὶ τιμῇ τινων, ἢ ὁμοίων, ἢ ἀνομοίων τὸ εἶδος· οὐκ ἔτι δὲ θεοὺς εἶναι, οἷς ταῦτα ἀνάκειται, ἀλλὰ δαίμονας· οὐδὲ χρῆναι θεραπεύειν δαίμονας, ὅστις σέβει Θεόν. Καὶ πρὸς ταῦτα δὲ λεκτέον· ὅτι, εἴπερ Σκύθαι, καὶ Λιβύων οἱ Νομάδες, καὶ Σῆρες, (οὕς φησιν ἀθέους εἶναι ὁ Κέλσος,) καὶ ἄλλα ἔθνη δυσαγέστατα καὶ ἀνομώτατα, ἀλλὰ καὶ Πέρσαι, οὐκ ἀνέχονται νεὼς ὁρῶντες, καὶ βωμοὺς, καὶ ἀγάλματα· οὐ παρὰ τὸ καὶ ἡμᾶς μὴ ἀνέχεσθαι αὐτῶν. ἐξεταστέον γὰρ τὸ

τοῦτο ἰδεῖν ἔστι τὸ μὴ ἀνέχεσθαι τούτων ἐκείνους

Matth. 5. 39.

* μόνης οἱ.

Herodot. l. 1.
* τοιοῖσι, l. c.
* ποιευμένους.
* ἱδρύεσθαι, καὶ ἱδρύσαι.
* δοκέειν, ὅτι, l. c.

Respondet Orig.

τὰ δόγματα, ἀφ' ὧν * ὁρμώμενοι οὐκ ἀπέχονται ναῶν καὶ ἀγαλμάτων, ἵνα μὴ ἀναγκασθῶσί γε αἰσθέσθαι, ὁ μὲν ἀπὸ ὑγιῶν δογμάτων οὐκ ἀπέχεται, ἐπαινεῖται ὁ μὴ ἀπεχόμενος· ὁ δ' ἀπὸ ἐναντίων, ψέγεται. δυνατὸν γὰρ τὸ αὐτὸ ἀπὸ διαφόρων δογμάτων γίνεσθαι. οἷον ἐπὶ παραδείγματος, Ἐκκλίνουσι τὸ μοιχεύειν οἱ τὰ τοῦ Κιτιέως Ζήνωνος φιλοσοφοῦντες, ἀλλὰ καὶ οἱ τὰ Ἐπικούρου, τινὲς δὲ καὶ τῶν πάνυ ἰδιωτῶν· ἀλλ' ὅρα, ὅση διαφορά ἐστι περὶ τὸ τῆς μοιχείας ἐκκλίνειν τῶν τοιῶνδε. οἱ μὲν, διὰ τὸ κοινωνικὸν καὶ παρὰ φύσιν εἶναι τῷ λογικῷ ζώῳ, νοθεύειν τὴν ὑπὸ τῶν νόμων ἑτέρῳ προκαταληφθεῖσαν γυναῖκα, καὶ φθείρειν τὸν ἄλλου * ἀνθρώπου οἶκον. οἱ δὲ ἀπὸ Ἐπικούρου οὐ διὰ ταῦτα οὐ μοιχεύουσιν, ὅτι ἀπέχονται τοῦ μοιχεύειν, ἀλλὰ διὰ τὸ νενομικέναι τέλος τὴν ἡδονήν· πολλὰ δ' ἀπαντᾷ κωλυτικὰ τῆς ἡδονῆς τῷ εἴξαντι μιᾷ τῇ τοῦ μοιχεύειν ἡδονῇ, καὶ ἔσθ' ὅτε φυλακαὶ, ἢ φυγαὶ, ἢ θάνατοι· πολλάκις δὲ πρὸ τούτων καὶ κίνδυνοι, κατὰ τὸ ἐπιτηρεῖν τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἔξοδον ἀπὸ τῆς οἰκίας, καὶ τῶν τὰ ἐκείνου φρονούντων. ὥστ' εἰ ὑποθοῖτο δυνατὸν μοιχεύοντα λαθεῖν καὶ τὸν ἄνδρα τῆς γυναικὸς, καὶ τοὺς οἰκέτας αὐτοῦ, καὶ τοὺς παρ' οἷς τις ἂν ἐκ τοῦ μοιχεύειν ἀδοξεῖ· κἂν ἐμοίχευσε διὰ τὴν ἡδονὴν ὁ Ἐπικούρειος. ὁ δὲ καὶ ὁ ἰδιώτης ποτὲ, παρὸν μοιχεύειν, ὁ μοιχεύων, εὑρεθεὶς ἂν αἴτιος διὰ τὸ ἀπειλοῦντα ἐν τε τοῖς νόμοις φόβον καὶ τὰς κολάσεις * τοῦ μοιχεύειν· καὶ οὐ διὰ τὸ θηρᾶσθαι πλείονας ἡδονὰς ὁ τοιοῦτος ἀπέχετ' ἂν τοῦ μοιχεύειν. ὁρᾷς οὖν ὅτι τὸ ἓν εἶναι νομιζόμενον ἔργον, ἡ τῆς μοιχείας ἀποχὴ, παρὰ τοὺς πράξαντας οὐκ ἀπὸ τῶν αὐτῶν τὸ ταυτὸν, ἀλλὰ διάφορον γίνεται· ἢ γὰρ ἀπὸ ὑγιῶν δογμάτων, ἢ ἀπὸ μοχθηρῶν καὶ ἀσεβεστάτων, τῶν ἐν τῷ Ἐπικουρείῳ ἢ τῷ ποτὲ ἰδιώτῃ. ὥσπερ οὖν τὸ ἓν τοῦτο πρᾶγμα, ἡ τῆς μοιχείας ἀποχὴ, ἓν εἶναι δοκοῦν, πολλὰ ἀλλάσσεται πολλάκις, παρὰ τὰ διάφορα δόγματα καὶ τοὺς πράξαντας· οὕτω καὶ τῶν μὴ ἀνεχομένων παρὰ βωμοῖς, καὶ ναοῖς, καὶ ἀγάλμασι σέβειν τὸ θεῖον, Σκυθῶν μὲν, ἢ Λιβύων ἐν Νομάσιν, ἢ Σηρῶν ἐν ἀθέοις, ἢ Περσῶν, ἀπὸ δογμάτων τούτων διαφόρων ἔχει, ἢ ὧν Χριστιανοὶ καὶ Ἰουδαῖοι οὐκ ἀνέχονται τῆς τοιαύτης ὑπολαμβανομένης εἰς τὸ θεῖον θρησκείας. οὐδεὶς ἐκείνων, διὰ τὸ ἐκκλίνειν καὶ καταπέμπειν καὶ κατάγειν τὴν περὶ τὸ θεῖον θρησκείαν ἐπὶ τὴν τοιαύτην ὕλην οὕτω μετατιθέναι, οὐκ ἀνέχεται βωμῶν καὶ ἀγαλμάτων· ἀλλὰ διὰ τὸ δεδιδάχθαι περὶ δαιμόνων, ὅτι τοιοῖσδε προσκαθέζονται τόποις καὶ χωρίοις, ἤτοι ὑπό τινων μαγγανειῶν κληθέντες, ἢ καὶ ἄλλως δυνηθέντες προκαταλαβεῖν ἑαυτοῖς τόπους, ἐν οἷς τῶν θυσιῶν ἀπολαύουσι λίχνως παρανομουμένας, παράνομον ἡδονὴν καὶ παρανόμους θηρεύοντες. Χριστιανοὶ δὲ καὶ Ἰουδαῖοι διὰ τὸ,

dogmata, quibus moti ſtatuas & templa abominantur qui hoc faciunt: ut vel laudetur, cui conſtat facti ſui ratio; vel temerarius averſator vituperetur. Fieri enim poteſt ut diverſas ſuper his opiniones habeant. Exempli gratiâ, Vitant adulterium philoſophi, qui Zenonem Citienſem ſectantur; vitant & quibus Epicurus placet magiſter; nonnulli etiam ex illiterata plebecula: ſed vide quàm variæ ſint horum voluntates in fugiendo adulterio. Illi peccari contra naturam & ſocietatem humanam putant, ſi quis vitiet mulierem legitimè conjunctam alteri, & familiam ejus adulteret: Epicurei verò non hac de cauſa abſtinent; ſed quia omnes actiones ſuas ad unum ſcopum voluptatem dirigunt: multis autem ſeipſum fraudat voluptatibus, qui huic uni ſuccumbit, interdum etiam in carceres, exilia, mortes incidit: & ante factum non caret periculo, dum obſervat mariti è domo exitum, & aliorum qui illi favent. Itaque fac eum fallere poſſe maritum, domeſticos ejus, & ceteros, à quibus ſibi timet opprobrium, quantum attinet ad voluptatem, etiam adulter Epicurus fiet. Quòd ſi etiam idiota non mœchatur, cùm poſſit, in cauſa eſt legum ac pœnarum metus, non contemptus voluptatum. Vides quomodo, cùm ſimplex negotium videatur adulterii fuga, tamen pro diverſis hominum voluntatibus ſit varium: aut enim à ſanis placitis naſcitur, aut à nequam & impiis, ut in idiota hujuſmodi, & Epicureo. Sicut autem hæc ab adulteriis abſtinentia, cùm una eſſe videatur, deprehenditur multiplex pro varietate opinionum ac voluntatum: ita etiam inter abhorrentes à ſtatuarum, templorum, altarium ceremoniis, Scythæ, Numidæ, impiique Seres & Perſæ, aliis moventur rationibus quàm Chriſtiani & Judæi, quibus religio eſt ſic numen colere. Illarum enim gentium nemo ab his alienus eſt, quòd vereatur numen ad viles has ceremonias detrahere, quæ verſantur circa aras, & materias effigiatas variis imaginibus; nec quòd intelligat dæmonas devinctos hærere certis locis & ſtatuis, ſive incantatos quibuſdam magicis carminibus, ſive aliàs incubantes locis ſemel præoccupatis, ubi lurconum more ſe oblectant victimarum nidoribus, voluptatem captantes nefariam & vetitam divinis atque naturæ legibus. Ceterùm Chriſtiani homines & Judæi ſibi temperant ab his propter illud legis,

* ὁρμώμενοι.

* ἄλλου ἀνθρώπου.

* ὁ μοιχ.

Dominum Deum tuum timebis, ipſi ſoli ſervies; item propter illud, *Non erunt tibi alienii dii præter me*; &, *Non facies tibi ipſi ſimulacrum, nec ullam effigiem eorum quæ in cælo ſunt & in terra ſub cælo, nec eorum quæ in aquis degunt infra terram; non adorabis ea, nec ſervies illis*; item propter illud, *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies*; aliáque multa his ſimilia, quæ adeò nos prohibent ab aris & ſimulacris, ut etiam mori jubeant citiùs, quàm contaminemus noſtram de Deo fidem talibus impietatibus. Porrò de Perſis ſuperiùs diximus, ſimulacra quidem non colentibus, Solem verò & Dei creaturas adorantibus; quod nobis interdictum eſt illo præcepto, Nolite ſervire creaturæ magìs quàm Creatori, ſcientibus futurum olim, *ut creatura hæc liberetur à ſervitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei*, & quòd *expectatio creaturæ revelationem filiorum Dei expectat*, & quòd *vanitati creatura ſit ſubjecta non volens, ſed propter eum, qui ſubjecit eam in ſpe*; nec debere nos res corruptioni ſervientes & vanitati ſpe meliorum ſubjectas colere loco Dei, qui nullius indiget, aut loco filii ejus primogeniti creaturæ totius. Atque hæc de Perſarum gente dixiſſe ſufficiet, aras & ſtatuas averſantium, ſed creaturæ magìs quàm Creatori ſervientium. Quoniam autem etiam Heracliti dictum appoſuit, quo ille ſubindicat, *ſtultè facere eos, qui ſimulacris preces offerunt, niſi nôrint Deos & heroas quinam ſint*: dicendum, ſciri poſſe Deum, & ipſius unigenitum, & eos, quicunque à Deo honorantur Deorum appellatione, deitatis ejus participes, diverſos eſſe à diis gentium, qui ſunt dæmonia: impoſſibile tamen eſſe, ut qui Deum novit ſupplex fiat ſtatuis. Nec hoc tantum ſtultum eſt, ſi quis preces ſimulacris offerat, ſed etiam cùm aliquis id ſimulat vulgi opinionibus ſe attemperans, quod faciunt philoſophi Peripatetici, & qui ſectantur ſectam Epicuri aut Democriti. Nihil enim adulterinum debet ineſſe in anima hominis verè pii erga Deum optimum maximum. Nos verò ideo quoque non honoramus ſimulacra, quia, quantum poſſumus, cavemus, nè quo modo incidamus in eam credulitatem, ut & his tribuamus divinitatis aliquid. Et hoc eſt crimen quod Celſo impingimus, aliisque omnibus, qui hæc non eſſe deos fatentur,

Κύριον τὸν Θεόν σου φοβηθήσῃ, ϗ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις· διὰ τὸ, Οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ· ϗ, οὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλον, οὐδὲ παντὸς ὁμοίωμα, ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ [ἄνω] ϗ ὅσα ἐν τῇ γῇ κάτω, ϗ ὅσα ἐν * τῷ ὕδατι ὑποκάτω τῆς γῆς, οὐ προσκυνήσεις αὐτοῖς, οὐδὲ μὴ * λατρεύσῃς αὐτοῖς· ϗ διὰ τὸ, Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, ϗ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις· ϗ ἄλλα πλεῖστα τούτοις παραπλήσια, οὐ μόνον ἐκτρέπονται νεὼς, ϗ βωμοὺς, ϗ ἀγάλματα· ἀλλὰ ϗ ἐπὶ τὸ ἀποθνήσκειν, ὅτε δεῖ, ἑτοίμως ἔρχονται ὑπὲρ τοῦ μὴ μολῦναι τὴν περὶ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ὑπόληψιν, διά τινος τοιούτου παρανομήματος. εἴρηται δὲ ἐν τοῖς ἀνωτέρω περὶ Περσῶν πρὸς τὸ νεὼς μὲν αὐτοὺς μὴ ἱδρύεσθαι, σέβειν δὲ τὸν ἥλιον ϗ τὰ τοῦ Θεοῦ δημιουργήματα· ἅπερ ἡμῖν ἀπηγόρευται, διδασκομένοις μὴ λατρεύειν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα· ἀλλ' εἰδέναι μὲν, ὅτι ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ· ϗ, ὅτι ἡ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ ἀπεκδέχεται· ϗ, ὅτι τῇ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη, οὐχ ἑκοῦσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα ἐπ' ἐλπίδι· ϗ μὴ μὴν ϗ δεῖν τὰ ἐπὶ τῇ δουλείᾳ τῆς φθορᾶς, ϗ ἐπὶ τῇ ματαιότητι ὑποτεταγμένα, ϗ ἐπ' ἐλπίδι κρείττονι ταῦτα πάσχοντα, ἐν χώρᾳ τιμᾶν Θεοῦ τοῦ ἀνενδεοῦς, ἢ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ϗ πρωτοτόκου πάσης κτίσεως. ἀρκεῖ τοίνυν πρὸς ἐκείνοις καὶ ταῦτα περὶ τοῦ Περσῶν ἔθνους, βωμοὺς ϗ ἀγάλματα ἐκτρεπομένων, λατρευόντων δὲ τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα. Ἐπεὶ δὲ ϗ τὴν Ἡρακλείτου παρέθετο λέξιν, ὑποδιηγησάμενος αὐτὴν ὑποσημαίνουσαν, „ Ἠλίθιον εἶναι τὸ τοῖς „ ἀγάλμασιν εὔχεσθαι, ἐὰν μὴ γιγνώσκῃ τις „ θεοὺς ϗ ἥρωας, οἵτινές εἰσι· λεκτέον, ὅτι γιγνώσκειν μὲν ἔστι Θεὸν, ϗ τὸν μονογενῆ αὐτοῦ, ϗ τοὺς τετιμημένους ὑπὸ Θεοῦ τῇ Θεὸς προσηγορίᾳ, ϗ μετέχοντας τῆς θειότητος αὐτοῦ, ἑτέρους ὄντας παρὰ πάντας τοὺς θεοὺς τῶν ἐθνῶν, οἵτινές εἰσι δαιμόνια· οὐ μὴν δυνατόν ἐστι ϗ γιγνώσκειν τὸν Θεὸν, ϗ τοῖς ἀγάλμασιν εὔχεσθαι. ϗ οὐ μόνον τὸ εὔχεσθαι τοῖς ἀγάλμασιν ἠλίθιόν ἐστιν, ἀλλὰ γὰρ ϗ τὸ συμπεριφερόμενον τοῖς πολλοῖς προσποιεῖσθαι τοῖς ἀγάλμασιν εὔχεσθαι· ὁποῖον ποιοῦσιν οἱ τὰ ἀπὸ τοῦ Περιπάτου φιλοσοφοῦντες, ϗ οἱ τὰ Ἐπικούρου ἢ Δημοκρίτου ἀσπαζόμενοι. οὐδὲν γὰρ νόθον χρὴ ἐνυπάρχειν τῇ ψυχῇ τοῦ ἀληθῶς εἰς τὸ θεῖον εὐσεβοῦς. οὐ τιμῶμεν δὲ τὰ ἀγάλματα ϗ διὰ τὸ μὴ, τὸ ὅσον ἐφ' ἡμῖν, καταπίπτειν εἰς ὑπόληψιν τὴν περὶ τοῦ εἶναι τὰ ἀγάλματα θεοὺς ἑτέρους. διὸ ϗ ἐγκαλοῦμεν Κέλσῳ ϗ πᾶσι τοῖς ὁμολογοῦσι μὴ εἶναι ταῦτα θεοὺς, ὅτι τῷ δοκεῖν εἶναι σοφῶν ϗ ἡ φαινομένη περὶ τὰ ἀγάλματα τιμὴ * εἰς ϗ ἀναλεθριοῦντες οἱ πολλοὶ οὐ

deferre hos honores ſtatuis, cùm ſapientes credantur; adeò ut vulgus exemplo

μόνον

Deut. 6. 13.
Exod. 20, 3, 4.
* τοῖς ὕδασιν, libb. ed.
* λατρεύσεις, l. c.
Matth. 4. 10.
Lib. VI. p. 290.
Rom. 1. 25.
8. 21.
Ibid. v. 19.
Ibid. v. 20.
Pſal. 49. 1.
Pſal. 95. 5.
* [ἢ] ϗ ἀπλῶς

μόνον κατὰ συμπεριφορὰν σέβειν αὐτὰ νομίζοντες, ἁμαρτάνουσιν, ἀλλὰ γὰρ καὶ καταπίπτοντες τῇ ψυχῇ ἐπὶ τὸ νομίζειν ταῦτα εἶναι θεοὺς, καὶ μηδ' ἀνεχόμενοι ἀκούειν, ὅτι οὐκ εἰσὶ ταῦτα θεοὶ τὰ ὑπ' αὐτῶν προσκυνούμενα. Κέλσος μὲν οὖν φησιν "αὐτὰ μὴ ἡγεῖσθαι θεοὺς, ἀλλὰ θε-"ῶν ἀναθήματα· μὴ ἀποδεικνὺς, πῶς οὐκ ἀνθρώπων εἰσὶ ταῦτα ἀναθήματα· ἀλλ' (ὡς ὠνόμασεν) αὐτῶν τῶν Θεῶν. σαφὲς γὰρ, ὅτι ἐστὶν ἀνθρώπων πεπλανημένων περὶ τὸ θεῖον ταῦτα ἀναθήματα. ἀλλ' οὐδὲ θείας εἰκόνος ὑπολαμβάνομεν εἶναι τὰ ἀγάλματα, ἅτε μορφὴν ἀοράτου Θεοῦ καὶ ἀσωμάτου μὴ διαχαράσσοντες Θεοῦ. ἐπεὶ δὲ ὑπολαμβάνει ἡμᾶς ὁ Κέλσος τοῖς ἐναντίοις περιπίπτειν, ὅτε φαμὲν μὴ εἶναι ἀνθρωπόμορφον τὸ θεῖον, καὶ ὅτε πιστεύομεν, ὅτι ὁ Θεὸς ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον ἰδίαν εἰκόνα, καὶ ἐν εἰκόνι Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν· λεκτέον, ὡς καὶ ἐν τοῖς ἀνωτέρω εἴρηται, ὅτι τὸ, Κατ' εἰκόνα Θεοῦ, ἐν ψυχῇ λογικῇ, τῇ ποιᾷ κατ' ἀρετὴν, σώζεσθαι φαμέν. καὶ ἐνθάδε μέντοι ὁ Κέλσος, μὴ ἰδὼν διαφορὰν εἰκόνος Θεοῦ, καὶ τοῦ κατ' εἰκόνα Θεοῦ, φησὶν ἡμᾶς λέγειν "ὅτι ὁ Θεὸς ἐποίησε "τὸν ἄνθρωπον ἰδίαν εἰκόνα καὶ εἶδος ὅμοιον "ἑαυτῷ· εἴρηται δὲ ἐν τοῖς ἀνωτέρω καὶ πρὸς ταῦτα. Εἶθ' ἑξῆς φησι περὶ Χριστιανῶν, "ὅτι "συνθήσονται μὲν εἶναι ταῦτ' ἐπὶ τιμῇ τι-"νων, ἢ ὁμοίων, ἢ ἀνομοίων τὸ εἶδος· οὔτε "δὲ θεοὺς εἶναι, οἷς ταῦτ' ἀνάκειται, ἀλλὰ "δαίμονας· οὔτε χρῆναι θεραπεύειν δαίμονας, "ὅστις σέβει Θεόν. καὶ εἰ ἠπίστατό γε τὸν περὶ δαιμόνων λόγον, καὶ ἂν ἕκαστος αὐτῶν ἐνεργεῖ, εἴτε καλούμενος ὑπὸ τῶν περὶ ταῦτα δεινῶν, εἴτε καὶ ἑκουσίως ἐπιδιδοὺς ἑαυτὸν ᾗ βούλεται καὶ δύναται ἐνεργείᾳ· καὶ διειλήφει τὸν περὶ δαιμόνων λόγον, πολὺν ὄντα καὶ δυσληπτον τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει· οὐκ ἂν ἐνεκάλεσεν ἡμῖν φάσκουσιν, ὅτι οὐ χρὴ θεραπεύειν δαίμονας, ὅστις σέβει τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεόν. καὶ τοσοῦτόν γε ἀποδέομεν τοῦ θεραπεύειν δαίμονας, ὥστε καὶ ἀπελαύνειν αὐτοὺς εὐχαῖς, καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ἱερῶν γραμμάτων μαθήμασιν, ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν, καὶ ἀπὸ τῶν τόπων, ἐν οἷς * αὐτοὺς ἱδρύκασιν· ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ζώων. πολλάκις γὰρ * ἐπὶ τῇ λύμῃ καὶ τῶν τοιούτων ἐνεργοῦσί τινα οἱ δαίμονες. Διὰ δὲ τὰ ἀνωτέρω πολλὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ ἡμῖν εἰρημένα, οὐ χρὴ νῦν πάλιν λέγειν πρὸς τὸ, "ὅτι μὲν οὖν αὐτοὶ διελέγχονται σαφῶς οὐ Θε-"ὸν, ἀλλ' οὐδὲ δαίμονας, ἀλλὰ νεκρὸν σέβον-"τες· τοῦτο μὲν οὖν αὐτίκα διὰ τοῦτο παραλιπόντες ἴδωμεν τὰς ἑξῆς τοῦ Κέλσου λέξεις, ἐν αἷς φησι, "Πρότερον δὲ ἐρήσομαι, διὰ τί δαίμονας οὐ θε-"ραπευτέον; οὐ πάντα μέντοι κατὰ γνώμην "διοικεῖται τοῦ Θεοῦ; καὶ πᾶσα ἐξ ἐκείνου πρό-"νοια; καὶ ὅ, τι περ ἂν ἐν τοῖς ὅλοις εἴτε Θεοῦ "ἔργον, εἴτ' ἀγγέλων, εἴτ' ἄλλων δαιμόνων,

Gen. 1.27.

p.319.

5 de dæmonibus

Xiani Dæmones expellunt.

* αὐτοῖς.
* ἐν τῇ.

eorum in errorem trahatur, in tantum depreſſum animas falsâ religione, ut negantem hos eſſe Deos nè audire quidem ſuſtineant, quos ipſi aſſueverunt colere. Celſus certè ait ſe credere, *non Deos hæc eſſe, ſed Deorum anathemata:* non declarans, quomodo hæc non hominum anathemata ſint, ſed Deorum, ut ipſe vocat. Liquet enim hæc dedicari ab hominibus falſam opinionem de Deo habentibus. Ac nè imagines quidem eorum putamus ſtatuas, ut qui Deum incorporeum & inviſibilem nullâ figurâ circumſcribamus. Quoniam autem Celſus dicit, noſtras opiniones inter ſe pugnare, dum negamus in Deo humanam ſpeciem, & dum credimus hominem ab eo factum ad ipſius imaginem: reſpondendum ut ſuprà, imaginem hanc Dei in anima rationali conſervari per virtutem, & quòd Celſus non intelligens aliud eſſe imaginem Dei, aliud ad imaginem Dei, ait nos dicere, *quòd Deus fecit hominem ſuam imaginem, & ſpecie ſibi ſimilem;* ad quod jam ſuperiùs reſponſum eſt. Poſt hæc ait, *Chriſtianos conceſſuros hæc eſſe ſimulacra eorum, quorum imaginem vel exprimunt vel non: negaturos tamen hos eſſe Deos, cùm ſint veriùs dæmonia, nec deberi ab homine pietati dicato ullum cultum dæmonibus.* Qui, ſi ſciſſet quid tradatur de dæmonibus & ſingulorum operationibus, quas faciunt vel invocati à peritis talium artium, vel ſponte prout volunt ac poſſunt, percepiſſetque diputationem de illis, ſanè prolixam & excedentem captum humani ingenii, non reprehendiſſet negantes dæmonibus cultum deberi à piis veri Dei cultoribus. Et tantum abeſt ut eos veneremur, ut precibus, & ſacrarum literarum recitatione, profligemus eos ex obſeſſis hominibus, & ex locis ſibi dicatis, interdum etiam ex animalibus: nonnunquam enim, ut hæc quoque lædant, operantur dæmones. Quoniam autem ſuperiùs permulta de Jeſu à nobis dicta ſunt, non eſt opus, ut iteremus eadem, quò reſpondeatur dicenti ipſi, *certè maniſeſtariis argumentis convincuntur, ſe non dæmonem, ſed mortuum colere:* quapropter, hoc omiſſo, videamus quid deinceps Celſus dicat his verbis, *Ac primùm interrogabo, cur non ſint colendi dæmones, annon cuncta arbitrio Dei diſpenſantur, & pendent ab ejus providentia? annon omne quod uſpiam geritur, ſive per Deum ſive per Angelos, ſive per dæmones, alios ſive*

ſive per Heroes, id omne legem à ſummo Deo præſcriptam habet? annon horum quiſq; poteſtatem eam ſortitus eſt, quâ dignus eſt habitus? Ergò eum, qui à Deo poteſtatem accepit, cultor Dei non venerabitur, quia non licet ſervire pluribus dominis? Vide hic quoque quàm multa pro conceſſis arripuit, diſquiſitione non mediocri egentia, atque etiam ſcientiâ profundiore ac ſecretiore de diſpenſatione rerum omnium: nam hoc ipſum diſpenſari per Dei voluntatem omnia, venit examinandum, utrùm hæc gubernatio pertineat etiam ad peccata, an non? Nam, ſi ad ea quoq; pertinet, non ad humana tantùm pertinet, verùm etiam dæmonum, & ſi qua alia præter corporeas natura eſt peccatis obnoxia. Quod qui dicit, viderit quanta abſurditas ſequatur hanc propoſitionem, omnia diſpenſari Dei arbitrio: ſequetur enim, ut quicquid peccatur per malitiam fiat ex voluntate Dei. Quod quidem aliud eſt quàm fieri non prohibente Deo. Quòd ſi quis propriè intelligat diſpenſari quæ fiunt per malitiam, nimirum omnia fient ex Dei voluntate, nec ullus peccator contra Dei diſpenſationem prævaricabitur. Similiter diſtinguendum eſt de providentia, omnia procedere à divina providentia de bonis intelligendo. Quòd ſi accipiantur ſimpliciter omnia etiam mala, falſum erit omnia fieri ex Dei providentia: niſi quis contendat, etiam ea, quæ per conſequens fiunt, ex providentia Dei fieri. Idem affirmat, quòd *quicquid vel à Deo fit, vel ab angelis, vel à dæmonibus, vel ab heroibus, omnia hæc legem Dei habeant*: quod tamen non verè affirmat: nec enim iniqui juxta Dei ſummi legem iniquè faciunt. Patet autem evidenti ratione, non ſolùm malos homines contra hanc legem facere, ſed etiam malos dæmonas & malos angelos. Eſſe porrò malos dæmonas non nos ſoli dicimus, ſed alii quoque ferme omnes, quicunque ponunt eſſe dæmonas. Ergò non omnia habent legem Dei maximi. Nam quæcunque per propriam inadvertentiam, malitiam, miſeriam, bonorum ignorantiam deſciverunt à lege Dei, non habent legem Dei, ſed (ut more Scripturæ loquar) habent *legem peccati*. Itaq; juxta opinionem multorum, qui ponunt eſſe dæmonas, etiam mali dæmones non habent legem Dei, ſed contra legem agunt: noſtri autem homines idem opinantur de omnibus dæmonibus, quotquot exciderunt à via ducente ad ſummum bonum, cùm antea non fuiſſent dæmones; elséq; hoc genus eorum,

" εἴτε ἡρώων, πάντα ταῦτα ἔχει νόμον ἐκ τοῦ " μεγίστου Θεοῦ; τέτακται δὲ ἐφ' ἑκάστῳ δύναμιν λαχὼν, ὅστις ἠξιώθη; οὔκουν δεῖ, τὸν ἐκεῖθεν ἐξουσίας τετυχηκότα, οὐ θεραπεύει δικαίως " ὁ σέβων τὸν Θεόν; οὔτε γὰρ οἷόν τε, φησὶ, δουλεύειν τὸν αὐτὸν πλείοσι κυρίοις; ὅρα δὴ καὶ ἐν τούτοις ὅσα συναρπάζει, δεόμενα οὐκ εὐκαταφρονήτου ἐξετάσεως, ἀλλὰ καὶ ἐπιστήμης βαθυτέρας καὶ ἀπορρητοτέρας περὶ τῆς τῶν ὅλων πραγμάτων διοικήσεως. τὸ γὰρ, πάντα κατὰ γνώμην διοικεῖσθαι τοῦ Θεοῦ, πῶς λέγεται, ἐξεταστέον· καὶ πότερον τὸ διοικεῖσθαι φθάνει καὶ ἐπὶ τὰ ἁμαρτανόμενα ἢ μή. εἰ μὲν γὰρ φθάνει τὸ διοικεῖσθαι καὶ ἐπὶ τὰ ἁμαρτανόμενα οὐ μόνον ἐν ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ δαίμοσι, καὶ εἴτε ἄλλο τῶν ἔξω σωμάτων πέφυκεν ἁμαρτάνειν· ὁράτω τὴν ἀτοπίαν ὁ τοῦτο λέγων, τοῦ πάντα κατὰ γνώμην διοικεῖσθαι τοῦ Θεοῦ· ἀκολουθεῖ γὰρ τῷ λόγῳ, καὶ τὰ ἁμαρτανόμενα, καὶ πάντα τὰ ἀπὸ κακίας, κατὰ γνώμην διοικεῖσθαι τοῦ Θεοῦ. ἔστι δὲ οὐ ταὐτὸν ὅτι τῷ οὐ κωλύοντος τοῦ Θεοῦ γίνεται. εἰ δὲ καὶ κυρίως τις ἀκούοι τοῦ διοικεῖσθαι, διοικεῖσθαι μὲν λέγει τὰ ἀπὸ κακίας διοικούμενα· δηλονότι πάντα κατὰ γνώμην διοικεῖται τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐ παρανομεῖ εἰς τὴν διοίκησιν τοῦ Θεοῦ πᾶς ἁμαρτάνων. τὸ δ' ὅμοιον καὶ περὶ προνοίας διασταλτέον, καὶ λεκτέον· ὅτι τὸ Πάντα ἐξ ἐκείνου προνοίᾳ σημαίνει μέν τι ἀληθὲς, ὅτε ἡ πρόνοια ἀγαθοῦ ἐστιν. εἰ δ' ἁπαξαπλῶς πάντα τὰ γινόμενα προνοίᾳ εἶναι φήσομεν, κἂν κακῶς τι γίνηται, ψεῦδος ἔσται τὸ, Πάντα ἐξ ἐκείνου προνοίᾳ· εἰ μὴ ἄρα καὶ τὰ κατ' ἐπακολούθησιν τῶν ἐκ προνοίας Θεοῦ λέγοι τις εἶναι ἐκ προνοίας Θεοῦ. ἀποφαίνεται δὲ " καὶ ὅ, τι περ ἂν ᾖ ἐν τοῖς ὅλοις, " εἴτε Θεοῦ ἔργον, εἴτ' ἀγγέλων, εἴτε ἄλλων " δαιμόνων, εἴτε ἡρώων, πάντα ταῦτα ἔχει " νόμον ἐκ τοῦ μεγίστου Θεοῦ· καὶ οὐκ ἀληθῆ γε λόγον ἀποφαίνεται. οὐδὲ γὰρ τὰ παρανομοῦντα ἑπόμενα νόμῳ τῷ ἀπὸ μεγίστου Θεοῦ παρανομεῖ. παρανομεῖν δὲ ὁ λόγος δείκνυσιν οὐ μόνον ἀνθρώπους φαύλους, ἀλλὰ καὶ τοὺς φαύλους δαίμονας, καὶ τοὺς φαύλους ἀγγέλους. φαύλους δὲ δαίμονας οὐ μόνοι λέγομεν ἡμεῖς, ἀλλὰ καὶ σχεδὸν πάντες, ὅσοι δαίμονας τιθέασιν εἶναι. οὐ πάντα οὖν ἔχει νόμον ἐκ τοῦ μεγίστου Θεοῦ. ὅσα γὰρ παρ' ἰδίαν ἀπροσεξίαν, κακίαν, ἢ πονηρίαν, ἢ ἄγνοιαν, τῶν καλῶν ἀποπέπτωκεν τοῦ θείου νόμου· οὐκ ἔχει τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' (ἵνα ὀνομάσω κυρίῳ ὀνόματι, καὶ τῷ κατὰ τὴν γραφὴν) τὸν νόμον ἔχει τῆς ἁμαρτίας. κατὰ μὲν οὖν τοὺς πολλοὺς τῶν τιθέντων εἶναι δαίμονας, καὶ οἱ φαῦλοι δαίμονες οὐκ ἔχουσι τὸν ἀπὸ Θεοῦ νόμον, ἀλλὰ παρανομοῦσι· κατὰ δὲ ἡμᾶς, πάντες δαίμονες, ἀποπεσόντες τῆς ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν ὁδοῦ, πρότερον οὐκ ὄντες δαίμονες· καὶ ἔστιν εἶδος τῶν

distinguit Orig. Dei voluntatem ab officio ipsius potestatis quae omnia [illegible]

Psal. 77. 54.

2 Petri 2. 4.

ac quod Dæmones Dei legibus non pareant eos non adeo[illegible] esse concludit

Rom. 8. 2.

ἐκπεσόντων Θεοῦ τὰ τῶν δαιμόνων. διόπερ οὐ χρὴ θεραπεύειν δαίμονας, ὅστις σέβει Θεόν. δηλοῦται δὲ τὰ περὶ τοὺς δαίμονας καὶ ἐκ τῶν καλούντων δαίμονας ἐπὶ τοῖς ὀνομαζομένοις φίλτροις, ἢ μισήτροις, ἢ ἐπὶ κωλύσει πράξεων, ἢ ἄλλων τοιούτων μυρίων· ἅπερ ποιοῦσιν οἱ δι' ἐπῳδῶν καὶ μαγγανειῶν μεμαθηκότες καλεῖν καὶ ἐπάγειν δαίμονας ἐφ' ἃ βούλονται. διόπερ ἡ πάντων δαιμόνων θεραπεία ἀλλοτρία ἡμῶν ἐστι, τῶν σεβόντων τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεόν. καὶ θεραπεία δαιμόνων ἐστὶν ἡ θεραπεία τῶν ὀνομαζομένων θεῶν.

Pſal.95.5. Πάντες γὰρ οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια. δῆλον δὲ καὶ τοῦτο ἐκ τοῦ εἰς τὰ δοκοῦντα ἐπισημότερα τῶν νομιζομένων ἱερῶν κατακλήσεις περιέργους γεγονέναι, καὶ κατὰ τὰς ἀρχὰς τῆς ἱδρύσεως τῶν ποιουμένων ξοάνων καὶ νεῶν· ὥς τινας κατακλήσεις οἱ τῇ τῶν δαιμόνων διὰ μαγγανειῶν θεραπείᾳ σχολάζοντες πεποίηνται. διὸ δέδεικται ἡμῖν φεύγειν ὡς ὄλεθρον τὴν τῶν δαιμόνων θεραπείαν· δαιμόνων δὲ θεραπείαν εἶναί φαμεν πᾶσαν τὴν νομιζομένην παρ' Ἕλλησι παρὰ βωμοῖς καὶ ἀγάλμασι καὶ ναοῖς θεῶν θρησκείαν. Εἶπε δὲ καὶ [εἰς] τὸ, "Τέτακται "δὲ ἐφ' ἑκάστῳ δύναμιν λαχὼν τοῦ μεγίστου Θεοῦ, "ὅστις ἠξίωται ἐπινοεῖν ἔργου. δεῖται δὲ πάνυ βαθυτέρας ἐπιστήμης, καὶ δυναμένης παραστῆσαι, πότερόν ποτε, ὡς οἱ δήμιοι ἐν ταῖς πόλεσι, καὶ οἱ τεταγμένοι ἐπὶ τῶν σκυθρωπῶν μὲν, ἀναγκαίων δὲ, ἐν ταῖς πολιτείαις πραγμάτων, οὕτως εἰσὶ τεταγμένοι μοχθηροὶ δαίμονες ἐπί τινων ὑπὸ τοῦ διοικοῦντος τὰ ὅλα λόγου Θεοῦ· ἢ, ὥσπερ οἱ ἐν ταῖς ἐρημίαις λῃστεύοντες, καὶ ἕνα τινὰ προστησάμενοι ἄρχειν αὐτῶν· οὕτως οἱ δαίμονες, οἱονεὶ κατὰ τόπους τῆς γῆς συστήματα πεποιημένοι, ἄρχοντά τινα ἑαυτοῖς πεποιήκασι, τὸν ἡγησόμενον αὐτῶν εἰς τὰς πράξεις, ἃς εἵλοντο ὑπὲρ τοῦ *βλάπτειν καὶ λῃστεύειν ἀνθρώπων ψυχάς. χρεία δὲ τῷ μέλλοντι εἰς ταῦτα λέγειν καλῶς, ἵνα περὶ Χριστιανῶν ἀπολογήσηται, ἐστερημένων ἄλλό τι σέβειν παρὰ τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν, καὶ τὸν πρωτότοκον πάσης κτίσεως λόγον αὐτοῦ, διηγήσασθαι καὶ τὸ, Πάντες, ὅσοι ἦλθον πρὸ ἐμοῦ, κλέπται εἰσὶ καὶ λῃσταὶ, καὶ οὐκ ἤκουσεν αὐτῶν τὰ πρόβατα· καὶ τὸ, Ὁ κλέπτης οὐκ ἔρχεται, εἰ μὴ ἵνα κλέψῃ, καὶ θύσῃ, καὶ ἀπολέσῃ· καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον εἴρηται παραπλήσιον ἐν τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν· ὥσπερ καὶ τὸ, Ἰδοὺ, δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ, καὶ οὐδὲν ὑμᾶς οὐ μὴ ἀδικήσει· καὶ τὸ, Ἐπ' ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ, καὶ καταπατήσεις λέοντα καὶ δράκοντα. ἀλλ' οὐδὲν μὲν ᾔδει ταῦτα ὁ Κέλσος. εἰ γὰρ ᾔδει, οὐκ ἂν εἶπε, "καὶ ὅ, τι περ "ἂν ᾖ ἐν τοῖς ὅλοις εἴτε Θεοῦ ἔργον, εἴτ' ἀγγέ"λων, * εἴτ' ἄλλων δαιμόνων, εἴτε ἡρώων·

et quo ſinguli munus ſuum à Deo demandatum ſit diſtinguendum eſſe docet [handwritten margin note]

* κλέπτειν καὶ βλάπτειν.

et Celſi illationi opponit SS. Scripturae monita [handwritten margin note]

Joan.10.8.

Ibid. v. 10.

Lucæ 10.19.

Pſal.90.13.

* εἴτε δαιμόνων.

qui Deum deſeruerunt: quapropter quiſquis Deum colit, non debet ſervire dæmonibus. Liquent etiam res dæmonum ex eorum invocatoribus, qui horum operâ utuntur ad excitandos amores & odia, aut ad impediendas actiones, innumeráque alia ſimilia, quæ faciunt per incantationes magicas, docti vocare & inducere dæmonas ad quicquid libuerit: quamobrem omnis dæmonum cultura eſt aliena à nobis ſummi Dei cultoribus. Eſt autem cultura dæmonum, etiam iſtos qui Dii nominantur colere. *Omnes enim Dii gentium dæmonia*: id quod liquet ex templis, quæ ut ſacratiora putantur à præſente incoli numine, quòd ab initio dedicationis receperunt in delubra tales dæmonas per invocationes curioſas & magicas. Idcirco viſum eſt nobis cultum dæmonum fugere non aliter quàm perniciem certiſſimam: quo nomine comprehendimus omnes religiones Græcanicas, quæ verſantur circa templa Deorum, & aras, ac ſtatuas. Quod autem dicit, *Ordinatione Dei maximi ſuam cuique poteſtatem contigiſſe, prout hoc vel illo opere dignus eſt habitus*, opus habet non vulgari ſapientiâ, quæ docere poſſit, utrum ſicut carnifices in civitatibus præfecti ſunt triſtibus miniſteriis, neceſſariis tamen ad ſtatum Reipublicæ; ità mali dæmones habeant ſua miniſteria attributa à Deo univerſorum Domino: an quemadmodum in ſolitudinibus latrones conſtituto ſibi principe, ità dæmones certis regionibus catervatim graſſentur ſub aliquo ſui generis principe, cujus ductu prædentur & vexent homines. Ceterùm qui de his rebus volet bene diſſerere, & reſpondere pro Chriſtianis recuſantibus colere quicquam præter Deum univerſorum Dominum, & verbum ejus primogenitum creaturæ totius, enarrare debebit & illud Evangelicum, *Omnes, quotquot ante me venerunt, fures ſunt & latrones, & non audierunt eos oves*; & illud, *Fur autem non venit, niſi ut furetur, & mactet, & perdat*; & ſi quid hujuſmodi eſt in ſacris literis, ut illud, *Ecce, dedi vobis omnem poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit*; item illud, *Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem*. Verùm hæc Celſus neſcivit. Si enim ſciviſſet, non dixiſſet, *Omne quod uſpiam geritur, ſive per Deum, ſive per Angelos, ſive per dæmones alios, ſive per Heroes,*

roes, id omne legem habet à ſummo Deo præſcriptam? annon horum quiſque eam poteſtatem ſortitus eſt, qui dignus eſt habitus? ergò cum qui à Deo poteſtatem accepit cultor Dei non venerabitur? His & illud adjicit, *Quia non licet ſervire duobus dominis*: quæ poſtrema verba tractabimus in ſequenti volumine, abſoluto jam hoc ſeptimo, quo Celſi ſcriptis reſpondimus.

"ταῦτ' ἔχει νόμον ἐκ τοῦ μεγίστου Θεοῦ; τέ-"τακται δ' ἐφ' ἑκάστῳ δαίμων λαχὼν, ὅστις "ἠξίωται; τοῦτον οὖν, τὸν ἐκεῖθεν ἐξουσίας τε-"τυχηκότα, οὐ θεραπεύσει δικαίως * ὁ σέβων "τὸν Θεόν; τούτοις δ' ἐπιφέρει τὸ, "Οὐ γὰρ δύ-"νατε δουλεύειν τὸν αὐτὸν πλείοσι κυρίοις. Περὶ δὲ ἐν τῷ ἑξῆς βιβλίῳ διαληψόμεθα, ἅτε αὐτάρκη περιγραφὴν εἰληφότος τοῦ ἑβδόμου τόμου πρὸς τὸ σύγγραμμα Κέλσου ἡμῖν γεγραμμένου.

* ὅστις σέβει τὸν Θεόν.

Τέλος τοῦ ζ'. Τόμου.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ
ΚΑΤΑ
ΚΕΛΣΟΥ
ΤΟΜΟΣ η΄.

Ἤδη ἐφθάσαμεν ἐπὶ τὸ συμπληρῶσαι ἑπτὰ βιβλία, θέλω δὲ ἄρξασθαι καὶ ὀγδόου. Θεὸς δὲ καὶ ὁ μονογενὴς αὐτοῦ λόγος παρέστω ἡμῖν, ἵνα γενναίως μὲν τὰ Κέλσου ψεύδη διελεγχθῇ, μάτην ἐπιγεγραμμένα ἀληθὴς λόγος· δυνατῶς δὲ καὶ (τὸ ὅσον ἐπὶ τοῖς ὑπαγορευομένοις) τὰ Χριστιανισμοῦ ἀποδειχθῇ· εὐχομένοις τὸ, Ὑπὲρ Χριστοῦ πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ Θεοῦ
2 Cor. 5. 20.
παρακαλοῦντος ἡμᾶς δι' ἡμῶν εἰπεῖν τῇ τοῦ Παύλου διαθέσει, καὶ πρεσβεῦσαι ὑπὲρ Χριστοῦ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, ὡς ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος ἐπὶ τὴν πρὸς ἑαυτὸν φιλίαν παρακαλεῖ· βουλόμενος οἰκειῶσαι δικαιοσύνῃ, καὶ ἀληθείᾳ, καὶ ταῖς λοιπαῖς ἀρεταῖς, τοὺς πρὸ τῆς παραδοχῆς τῶν Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ δογμάτων ἐν σκότῳ τῷ περὶ Θεοῦ, καὶ ἀγνοίᾳ τῇ περὶ τοῦ κτίσαντος ἐνδιατρίψαντας. καὶ πάλιν δὲ ἐρῶ, ὅτι ὁ Θεὸς * δῴη ἡμῖν τὸν γνήσιον
* δώη.
καὶ ἀληθῆ λόγον, τὸν Κύριον τὸν κραταιὸν καὶ δυνατὸν ἐν πολέμῳ τῷ κατὰ τῆς κακίας. ἤδη δὲ καὶ ἐπὶ τὴν ἑξῆς λέξιν Κέλσου καὶ τὰ πρὸς αὐτὴν ὁδευτέον ἐστὶν ἡμῖν. ἐπηπόρησε δὲ ἐν τοῖς περὶ τούτων πρὸς ἡμᾶς, διὰ τί δαίμονας οὐ θεραπεύομεν; καὶ πρὸς ἃ εἶπε περὶ δαιμόνων, ἀπηντήσαμεν κατὰ τὸ φαινόμενον ἡμῖν βούλημα τοῦ θείου λόγου. Εἶθ' ἑξῆς ἐκείνοις ἡμᾶς εἰσάγει λέγοντας πρὸς τὴν ἐπαπόρησιν αὐτοῦ, θέλοντες ἡμᾶς καὶ τοὺς δαίμονας θεραπεύειν, ὅτι οὐκ ἐνδέχεται δουλεύειν τὸν αὐτὸν πλείοσι κυρίοις. "Τοῦτο δ', ὡς οἴεται, στάσεως εἶναι φωνὴν, τῶν "(ὡς αὐτὸς ὠνόμασεν) ἀποτειχιζόντων ἑαυ"τοὺς καὶ ἀπορρηγνυμένων ἀπὸ τῶν λοιπῶν ἀν"θρώπων. νομίζει δὲ τοὺς τοῦτο λέγοντας, τὸ "ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς, ἀπομάττεσθαι τὸ σφέτερον "πάθος εἰς τὸν Θεόν. διὸ καὶ ἐπὶ μὲν ἀνθρώ"πων χώραν ἔχειν οἴεται, τὸν δουλεύοντά τινι "μὴ ἀνθ' ὅλον καὶ ἄλλῳ δουλεύειν ἀνθρώπῳ· "ὡς βλαπτομένου τοῦ ἑτέρου ἀπὸ τῆς διαφόρου "δουλείας· μηδὲ τὸν φθάσαντα συγκεκοινωνηκέ"ναι τινὶ, συνομνύειν καὶ ἑτέρῳ· ὡς βλάπτον"τα λόγον ἔχειν τὸ μὴ δουλεύειν ἅμα διαφό"ροις ἥρωσι καὶ τοῖς τοιούτοις δαίμοσιν. ἐπὶ δὲ "Θεοῦ, πρὸς ὃν οὔτε βλάβη τις οὔτε λύπη φα"νῇ, ἄλογον νομίζει τὸ φυλάττεσθαι, ὁμοίως τοῖς περὶ ἀνθρώπων, καὶ ἡρώων, καὶ τοιῶνδε δαιμό-

Absoluto ſeptimo volumine, octavum aggreſſurus precor Deum & Verbum ejus unigenitum, ut adſit mihi fortiter confutaturo Celſi mendacia, fucata vano veritatis titulo, ſimúlque Chriſtianæ religioni contra calumniatorem patrocinaturo: quando & nobis licet dicere, *pro Chriſto legatione fungimur*, Deo jubente nos Paulinis verbis uti ex animo & pro Chriſto legatum agere apud homines, ipſo Dei verbo invitante ad amicitiam, quos conciliatos ſibi cupit per juſtitiam, veritatem, virtutéſque ceteras, hactenus ante cognita Jeſu Chriſti dogmata verſatos in tenebris, ut ignorantes Deum conditorem ſuum atque Dominum. Oro igitur iterum atque iterum, ut Deus det mihi verbum illud ſuum potens & verum, forte in bello quod contra vitia geritur. Jámque ad ſequentem Celſi contextum pergendum eſt, cujus ſuprà meminimus, ubi ſcitatur qua de cauſa gravemur dæmonas colere? ad quod reſpondimus, prolatis in medium quæcunque è ſacris Dei Scripturis de natura dæmonum didicimus. Ac mox inibi nos inducit ad ejus interrogationem poſtulantis ut colamus etiam dæmonas, prætexentes illud Evangelicum, *Impoſſibile eſſe ſervire pluribus ſimul Dominis.* *Hanc vocem* illle *ſeditioſam* exiſtimat, velut ipſe dixit, *abrumpentium ſeſe à ſocietate reliquorum hominum.* Putátque, *Nos hoc dicto aſſricare Deo noſtra vitia: quandoquidem id locum habeat in hominibus, ut qui uni homini ſervit, meritò abſtineat à ſerviendo alteri, nè fortè hero ſuo noceat ex ſervitutis diverſitate, quo caſu etiam uni ſociatus non poteſt fieri ſocius alterius, ſine ſocii prioris incommodo: & hâc ratione nocivum ſit diverſis heroibus, & hujuſmodi dæmonibus non ſimul ſervire. Ceterùm erga Deum, cui nihil eſt periculi nè vel offendatur, vel lædatur, abſurdum ducit ut quis eâ ſe ratione gerat, nè plures Deos colat, perinde ac vel homines, vel heroes, vel dæmo-*

nas

nes colendos deſumpſerit. Ait etiam, *Eum qui plures Deos veneretur, hoc ipſo in quantum unum aliquem Deo maximo ſubditum colit, rem gratam ſummo Deo facere*; addit inſuper, *quòd neminem honore proſequi licet, niſi quem ille honorari vult: quapropter qui veneretur ejus ſubditos, non offendere illum cujus omnes ſunt.* Videamus igitur, antequam ad ſubſequentia Celſi deveniatur, annon rectè probemus hanc ſententiam, quæ negat *quenquam poſſe ſervire duobus dominis*, cui illud ſubjungitur, *Aut enim hunc habebit odio, & alterum diliget: aut huic adhærebit, & alterum negliget*; & deinceps, *Non poteſtis Deo ſervire & Mammonæ.* Hic apologiæ locus poſtulat, ut profundiùs ſecretum penetremus de diis &, dominis. Novit enim Scriptura eſſe magnum Dominum ſuper omnes Deos, ubi Deos intelligimus non iſtos, qui adorantur à gentibus, cùm didicerimus quòd *omnes dii gentium* ſint dæmonia: ſed Deos, quorum conſilium legitur in Propheticis literis, in quo ſummus Deus hos dijudicat, diſtribuens ſua cuique officia. *Deus*, inquit, *ſtetit in concilio Deorum, in medio autem Deos dijudicat.* Eſt enim Deus Deorum Dominus, qui per filium *vocavit terram, ab ortu ſolis uſque ad occaſum*: & jubemur confiteri Deo Deorum; ut qui didicimus etiam illud, *Deus non eſt mortuorum, ſed viventium.* Quæ quidem dicuntur non tantùm in citatis locis; verùm etiam in aliis innumeris: ſimilia de Domino quoq; Dominorum docet nos inquirere ac ſapere divinæ literæ, nunc dicentes; Confitemini Deo Deorum, quoniam in ſeculum miſericordia ejus; *Confitemini Domino Dominorum, quoniam in ſeculum miſericordia ejus*: nunc verò, *Eſt Deus Rex regum & Dominus dominantium.* Novit etiam Scriptura, alios Deos qui dicantur, alios qui ſint, ſive dicantur ſeu non. Itidem de Dominis qui ſint, quive non ſint, dicit Paulus, *Nam etſi ſunt qui dicantur Dii, ſive in cœlo, ſive in terra, ſi quidem ſunt multi Dii & multi Domini.* Deinde quia Deus Deorum vocat ab oriente & occidente ad ſuam portionem per Jeſum quoſcunq; vult: ejus autem Chriſtus, cùm ſit Dominus, oſtendit ſe ſuperiorem omnibus dominantibus, eò quòd aſcendit ſuper omnes terminos convocaturus ad ſe ab omnibus terminis: ideo Paulus hæc ſciens poſt modò citata verba ſubjungit, *Nobis tamen unus Deus, Pater, ex quo omnia; & unus Dominus Jeſus Chriſtus, per quē omnia, & nos per ipſum*: conſiderānsq; miram quandam & myſticam doctrinam hoc loco,

“ναι, θεραπεύειν θεοὺς πλείονας. φησὶ δὲ καὶ τὸν θεραπεύοντα θεοὺς πλείονας, τῷ ἕν τι τῶν τοῦ μεγάλου θεραπεύειν, φίλον καὶ ἐν τούτῳ ἐκείνῳ ποιεῖν· καὶ προστίθησιν, ὅτι οὐκ ἔξεστι τιμᾶσθαί τινι, ᾧ μὴ ἐξ ἐκείνου τοῦτο δέδοται. διόπερ τιμῶν τις καὶ σέβων, φησί, τοὺς ἐκείνου πάντας, οὐ λυπεῖ τὸν Θεὸν, οὗ πάντες εἰσίν. ἴδωμεν δὴ πρὸ τῶν ἑξῆς, εἰ μὴ εὐλόγως ἀποδεχόμεθα τὸ, Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν, φάσκον· ᾧ ἐπιφέρεται τὸ, Ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει, καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει· ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται, καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει. καὶ ἑξῆς αὐτῷ τὸ, Οὐ δύνασθε Θεῷ δουλεύειν καὶ * Μαμωνᾷ. καλεῖ δ' ἡμᾶς ἡ ἀπολογία εἰς βαθύτερόν τινα καὶ ἀπόῤῥητον περὶ θεῶν καὶ κυρίων λόγον. ἐπίσταται γὰρ ἡ θεία γραφὴ τὸν μέγαν ὄντα Κύριον παρὰ πάντας τοὺς Θεούς. ἐν οἷς Θεοὺς οὐ τοὺς προσκυνουμένους ἐν τοῖς ἔθνεσι ἐξακούομεν, ἅτε μαθόντες ὅτι Πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια· ἀλλὰ θεοὺς, ὧν οἶδέ τινα συναγωγὴν ὁ προφητικὸς λόγος, καὶ τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν τούτους διακρίνοντα, καὶ διατασσόμενον ἑκάστῳ τὸ οἰκεῖον αὐτοῦ ἔργον. Ὁ Θεὸς γὰρ ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν, ἐν μέσῳ δὲ θεοὺς διακρινεῖ. καὶ γάρ ἐστι Θεὸς θεῶν κύριος, ὃς διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκάλεσε τὴν γῆν ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου ἕως δυσμῶν. Καὶ προστασσόμεθα ἐξομολογεῖσθαι τῷ Θεῷ τῶν θεῶν· μαθόντες καὶ τὸ, ὁ Θεὸς οὐκ ἔστι νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων. ἅπερ δὴ λέγεται οὐ μόνον διὰ τῶν ἐκκειμένων, ἀλλὰ καὶ δι' ἄλλων μυρίων. τοιαῦτα δὲ καὶ περὶ Κυρίου [καὶ] κυρίων διδάσκουσιν ἡμᾶς ἐξετάζειν καὶ φρονεῖν οἱ θεῖοι λόγοι· ὅτε μὲν λέγοντες, Ἐξομολογεῖσθε τῷ Θεῷ τῶν θεῶν, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ· ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ τῶν κυρίων, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ· ὅτε δὲ, ὅτι ἐστὶν ὁ Θεὸς βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ Κύριος τῶν κυριευόντων. οἶδε δὲ ὁ λόγος θεοὺς τοὺς μέν τινας λεγομένους, τοὺς δὲ καὶ ὄντας, εἴτε λεγομένους, εἴτε μή· τὸ δ' αὐτὸ διδάσκων καὶ περὶ κυρίων τῶν ὄντων καὶ μὴ, λέγει ὁ Παῦλος, Καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι θεοὶ, εἴτ' ἐν οὐρανῷ, εἴτ' ἐπὶ γῆς· ὥσπερ εἰσὶ θεοὶ πολλοὶ, καὶ κύριοι πολλοί. εἶτ' ἐπεὶ ὁ τῶν θεῶν Θεὸς καλεῖ ἀπ' ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ μερίδα διὰ τοῦ Ἰησοῦ οὓς βούλεται· Κύριος δὲ ὢν ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ δείκνυσι δι' ὧν ἐπέβη τοῖς πάντων ὁρίοις καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἀπὸ πάντων ὁρίων καλεῖ, ὅτι ἐστὶ πάντων κυριευόντων διαφέρων· διὰ τοῦτο ταῦτα ἐπιστάμενος ὁ Παῦλός φησι μεθ' ἃ παρεθέμην, Ἀλλ' ἡμῖν εἷς Θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, [καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτὸν] καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ. θεωρῶν τε θαυμάσιόν τινα καὶ μυστικὸν λόγον κατὰ τὸν τόπον ἐπιφέρει αὐτοῖς, Ἀλλ'

Matth. 6. 24.
* Μαμωνᾶ.
Pſal. 95. 4.
Ibid. 81. 15.
Pſal. 49. 1.
135. 2.
Matth. 22. 32.
Pſal. 135. 2, 3.
1 Tim. 6. 15.
1 Cor. 8. 5.
Pſal. 49. 1.
1 Cor. 8. 6.

1 Cor. 8. 7. Ἀλλ' οὐκ ἐν πᾶσιν ἡ γνῶσις. ὅταν δὲ λέγῃ, Ἀλλ' ἡμῖν εἷς Θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα· τὸ Ἡμῖν λέγει ἐφ' ἑαυτοῦ, καὶ πάντων τῶν ἀναβεβηκότων πρὸς τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν τῶν Θεῶν, καὶ πρὸς τὸν

Deut. 10. 17. ἐπὶ πᾶσι Κύριον τῶν κυρίων. ἀναβέβηκε δὲ πρὸς τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν ὁ ἀσχίστως καὶ ἀδιαιρέτως καὶ ἀμερίστως αὐτὸν σέβων διὰ τοῦ μόνου προσάγοντος ἐκείνῳ υἱοῦ, τοῦ Θεοῦ λόγου καὶ σοφίας ἐν τῷ Ἰησοῦ θεωρουμένης, τοὺς κατὰ πάντα πειρωμένους ἑαυτοὺς οἰκειῶσαι, δι' ἐξαιρέτων λόγων, καὶ πράξεων, καὶ διανοημάτων, καὶ νοημάτων, τῷ τοῦ παντὸς δημιουργῷ Θεῷ. * κατὰ ταῦτα δ' οἶμαι, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια, τὸν μετασχηματιζόμενον

* περὶ ταῦτα.

2 Cor. 11. 4. εἰς ἄγγελον φωτὸς ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου πεποιηκέναι τὸ, "Τῷ δ' ἕπεται στρατιὰ θεῶν "τε καὶ δαιμόνων, κατὰ ἕνδεκα μοίρας τεταγμένη· ἐν οἷς περὶ ἑαυτοῦ καὶ τῶν φιλοσοφησάντων λέγει τὸ, "Μετὰ μὲν Διὸς ἡμεῖς, ἄλλοι δὲ "μετ' ἄλλων δαιμόνων. πολλῶν τοίνυν λεγομένων ἢ ὄντων θεῶν, ὁμοίως δὲ καὶ κυρίων· ἡμεῖς πάντα πράττομεν, ἵν' οὐ μόνα τὰ προσκυνούμενα ὡς θεοὺς παρὰ τοῖς ἐπὶ γῆς ἔθνεσιν ὑπεραναβῶμεν, ἀλλὰ γὰρ καὶ οὓς φασιν αἱ γραφαὶ θεοὺς· περὶ ὧν οὐδὲν ἴσασιν οἱ ξένοι τῶν διὰ Μωϋσέως καὶ τοῦ Σωτῆρος Ἰησοῦ ἡμῶν διαθηκῶν τοῦ Θεοῦ, καὶ οἱ ἀλλότριοι τῶν διὰ τούτων δηλουμένων ἐπαγγελιῶν αὐτοῦ. ὑπεραναβαίνει δὲ τὴν παρὰ πᾶσι δαιμονίοις δουλείαν ὁ μηδὲν ἔργον δαιμονίοις φίλον ποιῶν· καὶ ὑπεραναβαίνει τὴν μερίδα τῶν παρὰ Παύλῳ λεγομένων εἶναι θεῶν, ὁ σκοπῶν, εἴτε ὡς ἐκεῖνοι, εἴθ' ὅπως ποτὲ ἔχει τὰ πράγματα, οὐ τὰ βλεπόμενα, ἀλ-

3. sanius ac sincerâ cultûs divini naturâ

2 Cor. 4. 18. λὰ τὰ μὴ βλεπόμενα· καὶ ὁρῶν πως τίνα τρό-

Rom. 8. 19, 20, 21. πον καὶ ἡ τῆς κτίσεως ἀποκαραδοκία τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ ἀπεκδέχεται, οὐχ ἑκοῦσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα ἐπ' ἐλπίδι, εὐφημεῖ τὴν κτίσιν, καὶ βλέπων τίνα τρόπον ἐλευθερωθήσεται πᾶσα ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς, καὶ καταντήσει εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ, οὐ περισπᾶται πρὸς τῷ Θεῷ καὶ ἄλλῳ τινὶ δουλεύειν μετ' αὐτοῦ, οὐδὲ πρὸς τὸ δυσὶ κυρίοις δουλεύειν. οὐ στάσεως οὖν φωνὴ ἐπὶ τοῖς νοοῦσι τὰ τοιαῦτα, καὶ μὴ θέλουσι δουλεύειν πλείοσι κυρίοις· διὰ τοῦτο ἀρκουμένοις Κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ, παιδεύοντι ὑφ' ἑαυτῷ τοὺς δουλεύοντας αὐτῷ, ἵν' αὐτοὺς πεπαιδευμένους παραδῷ, γενομένους βασιλείας ἀξίους Θεοῦ, τῷ Θεῷ καὶ πατρί. ἀλλὰ καὶ ἀποσχίζουσι καὶ ἀπορρηγνύουσιν ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν ἀλλο-

[?] το

Philip. 3. 20. τρίων τῆς πολιτείας τοῦ Θεοῦ, καὶ ξένων τῶν διαθη-

Hebr. 12. 22, 23. κῶν αὐτοῦ· ἵνα τὸ ἐν οὐρανοῖς πολίτευμα πολιτεύσωνται, προσερχόμενοι Θεῷ ζῶντι, καὶ πόλει Θεοῦ, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει, καὶ ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανῷ. ἀλλ' οὐδ' ὡς βλαπτο-

ſic infert, *Sed non in omnibus eſt ſcientia.* Cùm autem dicit, *Nobis tamen unus Deus, pater, ex quo omnia*: vocem hanc, *Nobis*, dicit de ſeipſo & omnibus, qui aſcenderunt ad ſummum Deum Deorum, & ad ſummum dominorum Dominum. Aſcendit autem ad ſummum Deum is, qui eum inſeparabiliter, & indiviſibiliter colit per Jeſum Dei filium, cujus ſolius ductu ad Patrem perveniunt, qui, per verbi Dei & ſapientiæ contemplationem tam doctrinâ quàm operibus & cogitationibus, Deo rerum omnium conditori modis omnibus annituntur conciliari. Juxta hæc & his ſimilia opinor principem hujus ſeculi, transformari ſolitum in lucis angelum, finxiſſe illud, *Hunc verò Deorum exercitus & dæmonum ſequitur inſtructus undecim ordinibus*: ubi de ſeipſo ſuæque ſapientiæ ſectatoribus inquit, *Cum Jove quidem nos, alii verò cum dæmonibus aliis.* Itaque cùm multi dicantur aut ſint dii, ſimiliterque domini, non nihil non facimus, ut non ſolùm aſcendamus ſuper omne, quicquid in terra pro diis colitur à gentibus, verùm etiam ſuper eos, quos Scriptura *Deos* nominat; de quibus nihil ſciunt, qui ſunt alieni à Teſtamentis Dei per Moſen & Jeſum Servatorem noſtrum proditis, ad quos promiſſiones in his ſignificatæ nil pertinent. Superaſcendit autem religiones omnium dæmonum, quiſquis nullum opus facit gratum dæmonibus: & ſuperaſcendit portionem eorum, qui apud Paulum *Dii* dicuntur, quiſquis, ſive ut illi, ſive quomodocunque, ſpectat *non ea, quæ cernuntur, ſed quæ non cernuntur*, videnſq; quomodo etiam *creaturæ expectatio revelationem filiorum Dei expectat, non volens, ſed propter eum qui ipſam ſubjecit in ſpe*, laudat creaturam beneq; ei precatur, & intelligens quomodo tota *liberabitur à ſervitute corruptionis, occurſura in libertatem gloriæ filiorũ Dei*, non diſtrahitur ipſe à Deo ut aliud colat ſimul cum eo, nec ſuſtinet ſervire duobus dominis. Non eſt igitur ſeditioſa vox ſic ſentientium, & nolentium ſervire dominis pluribus, contentorum uno Domino Jeſu Chriſto, cui ſervientes erudiuntur ab eo, ut eruditos Dei regno dignos effectos Deo tradat & Patri. Abrumpuntur ſanè ſeceduntque ab alienis à Dei Republica, & nihil ad Teſtamenta ejus pertinentibus, ut juxta inſtituta cœleſtis civitatis degant, accedentes *ad Deum viventem, & civitatem Dei cœleſtem Hieruſalem, multorum millium angelorum frequentiam, & primogenitorum Eccleſiam, quorum] in cælo ſcripta ſunt nomina.* Nec ideo cavemus,

mus, nè cui præter Deum per verbum ſuum & in veritate ſerviamus, nè lædatur Deus, (ſicut homo læditur, ſi ſervus ejus ſerviat alteri,) ſed nè nos ipſi lædamur ſeparantes nos à portione Dei, qui juxta ſuam beatitudinem viventes familiares ſibi per ſpiritum adoptionis reddidit, qui Deus eſt inter filios cœleſtis patris, non verbis, ſed reipsà in occulto clamantes *Abba pater.* Olim Lacedæmoniorum legati Perſarum Regem, licèt vehementer urgentibus ſatellitibus, adorare noluerunt, timentes unicum ſuum dominum, Lycurgi legem videlicet: qui verò multò majore ac diviniore legatione funguntur pro Chriſto, nec Perſarum principem, nec Græcorum, nec Ægyptiorum, nec cujuſcunque gentis adorabunt, etiamſi ſatellites* horum principum dæmones & angeli diaboli conentur eos vi huc adigere, ſuadeántque his valedicere legi præſtantiori omnibus quæ ſunt in terra legibus. Chriſti enim legatorum ipſe Chriſtus eſt Dominus, pro quo legatione funguntur, *verbum,* quod *erat in principio, & apud Deum erat, & Deus erat.* Deinde, quoniam Celſo libuit movere altiorem, quàm putat, ſermonem de heroibus & quibusdam dæmonibus, poſtquam dixit *In hominum ſervitute lædi priorem dominum, ſi quis velit inſuper ſervire alteri,* ait, *idem cenſendum de heroibus & talibus dæmonibus:* quærendum eſt ex eo quid per heroas velit intelligi, quóſve dicat hujusmodi dæmonas; ut uni heroi ſerviens non debeat ſervire alteri, & tali dæmoni ſerviens caveat ſervire alteri; alioquin offenſurus priorem herum dæmonum, non aliter quàm fit apud homines, ſi quis præter priorem aſciſcat ſibi alium dominum. Jam verò, ſiquid detrimenti heroibus aut dæmonibus putet indè accidere, oſtendat: cogetur enim aut in nugarum pelagus incidens ſuamet dicta irrita facere; aut, ſi nugari gravetur, palàm fateri, quod nec heroum naturam ſciat nec dæmonum. Jam verò, quod ad homines attinet, lædi priorem dominum, ſi ejus ſervus ſervire velit & alteri, rogandus eſt Celſus, qua in re putet priorem lædi à ſervo aſciſcente ſibi alterum dominum. Si enim idioticè reſpondeat, damnum eſſe minimè philoſophicum, ſed detrimentum pecuniarum, quæ res inter externas eſt nec propriè noſtras: declarabit ſe ignorare dictum illud Socratis egregium, *Me verò Anytus & Melitus interficere poſſunt, lædere non poſſunt: præſtantiorem enim ab*

μένα τοῦ Θεοῦ (ὡς δοκεῖ βλάπτεσθαι ἄνθρωπος ὑπὸ τοῦ καὶ ἄλλῳ * σὺν αὐτῷ δουλεύοντος) ἐγκαλούμενοι τὸ δουλεύειν ἄλλῳ τινὶ ἢ τῷ Θεῷ διὰ τοῦ λόγου αὐτοῦ καὶ τῆς ἀληθείας αὐτοῦ· ἀλλ' ἵνα ἡμεῖς μὴ βλαβῶμεν, ἑαυτοὺς χωρίζοντες τῆς τοῦ ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ μερίδος, ὡς οἰκείους αὐτοῦ τῇ μακαριότητι ζῶντας πνεύματι ἐξαιρέτῳ υἱοθεσίας· ὁ Θεὸς ἐν υἱοῖς τοῦ ἐν οὐρανοῖς πατρὸς, οὐ λεξείδια, ἀλλὰ πράγματα, μεγαλοφώνως κατὰ τὸ κρυπτὸν * φθεγγομένοις τὸ, Ἀββᾶ ὁ πατήρ. Λακεδαιμονίων μὲν οὖν οἱ πρέσβεις τὸν Περσῶν βασιλέα, καί τοι προσαναγκαζόντων σφόδρα τῶν δορυφόρων, οὐ προσεκύνησαν, φοβούμενοι τὸν ἕνα κύριον αὐτῶν τὸν Λυκούργου νόμον· οἱ δὲ τὴν πολλῷ μείζονα καὶ θειοτέραν πρεσβείαν ὑπὲρ Χριστοῦ πρεσβεύοντες, οὔτε τὸν Περσῶν ἄρχοντα, οὔτε τῶν Ἑλλήνων, οὔτε τῶν Αἰγυπτίων, οὔτε τὸν ὁντινοσοῦν ἔθνους προσκυνήσαιεν ἄν, κἂν οἱ δορυφόροι τῶν ἀρχόντων δαίμονες καὶ τοῦ διαβόλου ἄγγελοι προσαναγκάζειν αὐτοὺς ἐθέλωσι τοῦτο ποιεῖν, καὶ πείθωσι μακρὰν χαίρειν λέγειν τῷ παντὸς νόμου τῶν ἐπὶ γῆς κρείττονι. Κύριος γὰρ τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ πρεσβευόντων ὁ Χριστός ἐστιν, ὑπὲρ οὗ πρεσβεύουσιν, ὁ ἐν ἀρχῇ λόγος ὢν, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ὢν, καὶ Θεὸς ὤν. Εἶτ' ἐπεὶ ἔδοξε τῶν φαινομένων αὐτῷ βαθύτερόν τινα κινεῖν λόγον ὁ Κέλσος περὶ ἡρώων καί τινων δαιμόνων, λέγων μετὰ τὸν περὶ τῆς πρὸς ἀνθρώπους δουλείας λόγον, "ὡς βλαπτομένου τοῦ προτέρου, ᾧ τις δουλεύειν βούλεται, ἐὰν δουλεύειν θέλῃ καὶ δευτέρῳ· ὅτι εἴη δ' ἂν τὸ αὐτὸ καὶ περὶ ἡρώων τε καὶ τῶν τοιούτων δαιμόνων· πευστέον αὐτοῦ, τί ποτε τοὺς ἥρωας καὶ ποδαποὺς εἶναι λέγει τοὺς τοιούτους δαίμονας; ὥστε τὸν δουλεύοντα τῷδε τῷ ἥρωϊ, καὶ μὴ ἑτέρῳ δουλεύειν δεῖν, καὶ τῷ τοιῷδε δαίμονι, μὴ καὶ ἄλλῳ δουλεύειν· ὡς βλαπτομένου ἀνάλογον τοῖς βλαπτομένοις ἀνθρώποις τοῦ προτέρου δαίμονος, εἴς τις ἐλάττωσιν περὶ τῶν δευτέρων. * ἀλλ' εἰ καί τινα βλάβην οἴεται εἶναι ἡρώων, ἢ τῶν τοιῶνδε δαιμόνων· παραστησάτω. ἀναγκασθήσεται γὰρ ἤτοι εἰς πέλαγος φλυαρίας ἐμπεσὼν ἀνασκευάζειν τὸν λόγον, καὶ ἀθετῆσαι τὰ εἰρημένα· ἢ μὴ φλυαρεῖν θέλων ὁμολογεῖν, ὅτι οὔτε ἥρωας οὔτε δαιμόνων φύσιν ἐπίσταται. εἰς δὲ τὸν περὶ ἀνθρώπων λόγον, βλαπτομένων τῶν προτέρων, ἐὰν δουλεύῃ τις δευτέρῳ, λεκτέον· ποίαν βλάβην οἴεται γίνεσθαι τῷ προτέρῳ ἀνθρώπῳ, εἰ ὁ δουλεύων αὐτῷ δουλεύειν ἐθέλει καὶ ἑτέροις; εἰ μὲν γὰρ ὡς ἰδιώτης * λέγοι, καὶ ἀφιλόσοφον βλάβην τὴν περὶ χρημάτων τῶν ἐκτὸς ἡμῶν σημαινομένων· ἐλεγχθείη ἂν μηδ' ἐπιστάσας τῷ ὑπὸ Σωκράτους καλῶς εἰρημένῳ ἔν τινι, Ἐμὲ δὲ * Ἄνυτος καὶ Μέλιτος ἀποκτεῖναι μὲν δύνανται, βλάψαι δὲ οὔ· οὐ γὰρ * θεμιτὸν, τὸ κρεῖττον ὑπὸ

τοῦ

* παρ' αὐτῷ.

* φθεγγόμενοι.

Rom. 8, 15.

ex Lacedæm. exemplo.

Joan. 1. 1.

5. Convellit Celsi hallucinat.

* ἀλλὰ καὶ τίνα.

* λέγει.

Plato Apol.

* θεμιτὸν εἶναι, ἀμείνονι ἀνδρὶ ὑπὸ χείρ. βλάπτ. l. c.

τοῦ χείρονος βλάπτεσθαι. εἰ δὲ βλάβην, τὴν κίνησιν ἢ σχέσιν λέγοι κατὰ κακίαν· δῆλον ὅτι, οὐδεμιᾶς γινομένης βλάβης περὶ τοὺς σοφοὺς, δουλεύει τις ἐν διεστηκόσι τόποις οὖσι δύο σοφοῖς. εἰ δ' οὐδὲ τοῦτο εὔλογον· μάτην αὐτῷ παρείληπται τὸ παράδειγμα κατηγοροῦντι * τε, Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν· καὶ μᾶλλον ὁ περὶ τῆς * τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων δουλείας μόνης διὰ τοῦ προσάγοντος τῷ Θεῷ υἱοῦ αὐτοῦ κρατήσει λόγος. ἀλλὰ καὶ οὐχ ὡς δεόμενον τὸν Θεὸν θεραπεύσομεν, οὐδ' ὡς λυπούμενον ἂν μὴ θεραπεύωμεν αὐτόν· ἀλλ' ὡς αὐτοὶ ἀπὸ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν θεραπείας ὠφελούμενοι, καὶ ἄλυποι καὶ ἀπαθεῖς γινόμενοι ἐκ τοῦ δουλεύειν τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ διὰ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ λόγου καὶ σοφίας. ὅρα δὲ πῶς ἀβασάνιστόν ἐστι τὸ, "Εἰ γάρ τι "καὶ ἄλλο τῶν ἐν τοῖς ὅλοις θεραπεύσεις, ἐν ᾧ ἐμφαίνεται τὴν τοῦ Θεοῦ θεραπείαν χωρὶς πάσης βλάβης ἡμῶν ἡμᾶς προσάγειν ἁπαξαπλῶς τινι τῶν τοῦ Θεοῦ. ἀλλ' ὥσπερ αἰσθηθεὶς ἑαυτοῦ οὐχ ὑγιῶς εἰπόντος, "εἰ γάρ τι καὶ ἄλλο "τῶν ἐν τοῖς ὅλοις θεραπεύεις, εὐθέως ἐπαναλαμβάνει καὶ διόρθωσιν, * προσάγων τῷ λεγομένῳ, "ἐν τούτῳ οὐδ' ἔξεστι τιμᾶσθαι οὐδενὶ, ὅτῳ μὴ "ἐξ ἐκείνου τοῦτο δέδοται). καὶ πυθώμεθα τοῦ Κέλσου περὶ τῶν τιμωμένων ὡς θεῶν, ἢ δαιμόνων, ἢ καὶ ἡρώων· ὅτι πόθεν, ὦ οὗτος, ἀποδεικνύναι ἔχεις, ὅτι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τούτοις δέδοται τὸ τιμᾶσθαι, καὶ οὐχὶ ἀπὸ ἀγνοίας καὶ ἀμαθίας ἀνθρωπίνης πλανωμένων καὶ ἀποπιπτόντων τοῦ κυρίως τιμωμένου τιμᾶται γοῦν, ὡς πρὸ βραχέος ἔλεγες, ὦ Κέλσε, τὰ Ἀδριανοῦ παιδικά· καὶ οὐ δή που ἐρεῖς, ὅτι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων δέδοται τὸ τιμᾶσθαι ὡς Θεῷ τῷ Ἀντινόῳ. τὸ δ' αὐτὸ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἐροῦμεν, ἀπαιτοῦντες ἀπόδειξιν περὶ τοῦ δεδόσθαι αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ τὸ τιμᾶσθαι. ἐὰν δ' ἡμῖν ἀνθυποφέρῃ τὸ παραπλήσιον περὶ τοῦ Ἰησοῦ· ἀποδείξομεν ὅτι ἀπὸ Θεοῦ δέδοται αὐτῷ τὸ τιμᾶσθαι· ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν πατέρα. αἱ γὰρ πρὸ τῆς γενέσεως αὐτοῦ προφητεῖαι συστάσεις ἦσαν τῆς τιμῆς αὐτοῦ. ἀλλὰ καὶ τὰ ὑπ' αὐτοῦ γενόμενα παράδοξα, οὐ μαγγανείᾳ (ὡς οἴεται Κέλσος) ἀλλὰ θειότητι προειρημένῃ ὑπὸ τῶν προφητῶν, τὴν ἀπὸ Θεοῦ εἶχε μαρτυρίαν· ἵν' ὁ τιμῶν τὸν υἱὸν ὄντα λόγον, μηδὲν ἄλογον πράττων, ὠφεληθῇ ἐκ τοῦ τιμᾶν αὐτόν· καὶ τιμῶν αὐτὸν ὄντα ἀλήθειαν κρείττων γίνηται ἀπὸ τοῦ τιμᾶν ἀλήθειαν. οὕτω δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ τιμᾶν σοφίαν καὶ δικαιοσύνην, καὶ πάντα ὅσα φασὶν εἶναι οἱ θεῖοι λόγοι τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ. ὅτι δὲ ἡ πρὸς τὸν * υἱὸν τοῦ Θεοῦ τιμὴ ἐν βίῳ ὑγιεῖ γίνεται, οὕτω δὲ καὶ ἡ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ πατέρα, ὅρα εἰ μὴ διδασκόμεθα ἐκ

* τὸ, Οὐδεὶς.

* τὸν Θεὸν τῶν ὅλ. δουλ. μόνον.

6. *Deus cultu non eget.*

* προσάγει.

7. *nomine dæmon. vel Heroum coli a Deo permittitur*

8. *at Jesu permittitur.*

* Θεόν.

9. *quod cultus Dei ...*

inferiore lædi fas non eſt. Quòd ſi læſionem accipit pro motu aliquo aut effectu ad vitium, cùm tale detrimentum in ſapientem non cadat, palàm eſt poſſe aliquem ſervire duobus ſapientibus in diverſis locis habitantibus. Quòd ſi nec hoc rationi ſit conſentaneum, temere deſumptum eſt exemplum, quo dictum hoc reprehendat, *Nemo poteſt ſervire duobus Dominis:* & erit ratio noſtra potior, adducens nos ad ſerviendum Deo, rerum omnium præſidi, ſolummodo per ipſius filium, cujus ductu ad Deum pervenitur. Nec ità Deo ſervimus, quaſi ſervitio noſtro ille opus habeat, aut contriſtetur, ſi ei ſervire detrectemus; ſed quòd nobis conducibilis ſit hæc ſervitus, ſine damno ac moleſtia ſervientibus Deo univerſorum Domino, idque per unigenitum verbum ejus & ſapientiam. Vide quàm inconſideratè protulerit illa verba, *Nam etiamſi aliquid aliud in hoc mundo venerareris*, quibus conſtat poſſe nos abſque peccato cultum Deo delatum in aliquam aliam creaturam conferre: ſed mox, quaſi ſentiens ſe non rectè dixiſſe illud, *Nam etiamſi colas in hac univerſitate aliquid aliud*, dictum ſuum conatur corrigere addens hæc, *Nemo poteſt honorari, niſi cui favore illius honorari contigit.* Libet hìc percontari Celſum, de his, qui pro numinibus coluntur vel heroes vel dæmones, ecquid poſſit demonſtrare, quòd à Deo honorem cum habeant, non ab ignorantia ruditatéque hominum errantium & à verè honorando deficientium. Certè Adriani deliciæ honorantur, ut tuipſe, Celſe, paulò antè dixiſti, nec tamen dices à ſummo Deo conceſſum Antinoo, ut colatur pro numine. Idem licet de aliis quoque quærere, qui ſcire poſſimus conceſſum eis talem honorem à Deo. Quòd ſi viciſſim de Jeſu quæret, certiſſimis argumentis evincemus conceſſum hoc ei divinitùs, ut omnes honorent Filium, ſicut Patrem honorant. Nam Prophetiæ, quæ nativitatem ejus præceſſerunt, honorem ejus nobis commendant: quin & miracula per eum patrata, non magicis præſtigiis, ut Celſus putat, ſed divinâ virtute, juxta Prophetarum vaticinia, divinitùs habent teſtimonium; ut honorantes filium, qui eſt verbum & ratio, nihil abſque ratione faciendo utilitatem ex ea cultura capiant; & honorans eum, qui eſt veritas, hoc ipſo proficiat quòd veritatis cultor ſit: idem cogitandum de ſapientia, juſtitiáque, & quicquid ſacra Scriptura de filio Dei prædicat. Quòd autem ſani homines exhibeant cultum filio Dei, quemadmodum & Deo Patri, vide annon doceamur tum ex illo Scripturæ

loco,

loco, *Qui in lege gloriaris, per tranſgreſſionem legis Deum afficis contumelia?* tum ex illo, *Quantò gravius ſupplicium mereri putatis eum, qui filium Dei conculcaverit, & ſanguinem Teſtamenti pro impuro habuerit, in quo ſanctificatus eſt, & Spiritui gratiarum largitori contumeliam fecerit?* Si enim tranſgreſſor legis hâc ipsâ tranſgreſſione Deo facit contumeliam, & conculcat Dei filium quiſquis verbum ejus conculcat: ſatis apparet, quòd honorat Deum quiſquis legem cuſtodit; & colit Deum quiſquis ornatus eſt doctrinâ Dei convenientibúſque huic operibus. Quòd ſi Celſus ſciret quinam ad Dei poſſeſſionem pertineant, videlicet ſoli ſapientes; quinam alieni ſint, nimirum omnes mali, qui non ſunt proni ad virtutem: ſciret quomodo intelligenda ſint illa verba, *Ergò qui honorat illos & veneratur, quo modo offendit Deum omnium Dominum?* Deinceps autem ſic loquitur, *Atqui quiſquis de Deo dicit, unum eſſe Dominum, impiè facit regnum Dei dividens, & diſſidium inducens, quaſi ſit aliqua diverſa factio, caput habens Dei adverſarium.* Quod fortaſſe locum haberet, ſi ex Scripturis probari poſſet, Deos eſſe iſtos, qui à gentibus pro diis habiti verſantur circa templa, ſtatuas, altariáque, & non malos dæmonas. Regnum etiam Dei crebrò memoratum in noſtris tam literis quàm ſermonibus precamur ut intelligamus, taléſq; reddamur, ut à ſolo regnemur Deo, ut regnum Dei noſtrum quoque fiat. At iſte, qui nobis ſuadet multos Deos colere, ſi volebat conſiſtere ſuam doctrinam, debebat regnum Deorum dicere, non regnum Dei. Igitur neque factiones ſunt apud Deum, neque ullus eſt Dei ſeditioſus adverſarius: quamvis quidam more Gigantum ac Titanum cum Celſo rebellent Deo, qui modis innumeris Jeſum Servatorem noſtrum commendavit hominibus, univerſo mundo ſe ingerentem duntaxat pro captu ſingulorum. Poſt hæc autem fortaſſis aliquis putabit nos reprehendi probabiliter dum dicit, *Si nullum alium iſti præter unum Deum colerent, videri poterant meritò alios contemnere: nunc, cùm recèns exortum hunc immenſis extollunt honoribus, credunt ſe nihil peccare in Deum, quòd miniſtro ejus reverenter ſerviant.* Ad quod reſpondendum, ſi Celſus intellexiſſet illud, *Ego & Pater unum ſumus;* & illud in precatione dictum à filio Dei, *Sicut ego & tu unum ſumus;* non putâſſet nos & alium colere præter Deum, univerſorum Dominum. Ait enim, *Pater eſt in*

τι τό, Ὃς ἐν νόμῳ καυχᾶσαι, διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου τὸν Θεὸν ἀτιμάζεις; καὶ ἐκ τοῦ, Πόσῳ δοκεῖτε χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας ὁ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος, ἐν ᾧ ἡγιάσθη, καὶ τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος ἐνυβρίσας; εἰ γὰρ διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου ἀτιμάζει τὸν Θεὸν ὁ παραβαίνων τὸν νόμον, καὶ καταπατεῖ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ὁ καταπατῶν τὸν λόγον· δῆλον ὅτι τιμᾷ μὲν τὸν Θεὸν ὁ τηρῶν τὸν νόμον· σέβει δὲ τὸν Θεὸν ὁ κεκοσμημένος τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. εἰ δὲ ᾔδει Κέλσος, τίνες μέν εἰσι τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅτι οἱ μόνοι σοφοί, τίνες δὲ οἱ ἀλλότριοι, καὶ ὅτι πάντες οἱ φαῦλοι οἱ μηδαμῶς νεύοντες πρὸς ἀρετῆς ἀνάληψιν, εἶδεν * ἄν πως δεῖ τό, "τιμῶν δή τις καὶ σέβων τοὺς "ἐκείνου πάντας, τί λυπεῖ τὸν Θεόν, οὗ πάντες "εἰσί; Ἑξῆς δὲ τούτοις φησί, "Καὶ μὴν ὅ γε "φάσκων ἕνα εἰρῆσθαι Κύριον, περὶ Θεοῦ λέγων, "ἀσεβεῖ, διαιρῶν τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν, "καὶ στασιάζων ὡς οὔσης αἱρέσεως, καὶ ὄντος τινὸς "ἑτέρου ἀντιστασιώτου αὐτῷ. χώραν δ' εἶχεν αὐτοῦ ταῦτα, εἰ γραμματικαῖς ἀποδείξεσι παρίστη, τοὺς ὑπὸ τῶν ἐθνῶν προσκυνουμένους ὡς θεοὺς θεοὺς εἶναι· καὶ τοὺς περὶ τὰ ἀγάλματα καὶ τοὺς ναοὺς καὶ τοὺς βωμοὺς νομιζομένους τυγχάνειν παρίστη μὴ ὄντας φαύλους τινὰς δαίμονας. ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν παρ' ἡμῖν συνεχῶς λεγομένην καὶ γεγραμμένην ἡμεῖς μὲν καὶ νοεῖν εὐχόμεθα, καὶ τοιοῦτοι γίγνεσθαι, ἵν' ὑπὸ Θεοῦ μόνου βασιλευώμεθα, καὶ γένηται καὶ ἡμῶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. ἐκεῖνος δέ, πολλοὺς ἡμᾶς διδάσκων σέβειν θεούς, θεῶν μᾶλλον ὤφειλεν (εἰ τὰ ἀκόλουθα ἑαυτοῦ σκοπεῖ) λέγειν βασιλείαν, ἤπερ Θεοῦ. οὔτ' οὖν αἵρεσις παρὰ Θεῷ, οὔτ' ἔστι τις Θεὸς ἀντιστασιώτης αὐτῷ· κἂν ὦσιν γίγαντές τινες, ἢ Τιτᾶνες, διὰ τὴν ἰδίαν φαυλότητα θεομαχεῖν θέλοντες μετὰ Κέλσου καὶ τῶν ἀρνουμένων πόλεμον πρὸς τὸν διὰ μυρίων παραστήσαντα τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ, καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ γένους ἡμῶν παντὶ τῷ κόσμῳ ἀθρόως ἑαυτὸν ὄντα λόγον (ὡς ἕκαστος χωρεῖ) ἐπιδεδωκότα. Δόξαι δ' ἄν τις ἐν τοῖς τούτοις πιθανόν τι καθ' ἡμῶν λέγειν ἐν τῷ, "Εἰ μὲν δὴ μηδένα "ἄλλον ἐθεράπευον ἔτι πλὴν ἕνα Θε-"όν, ἦν ἄν τις αὐτοῖς ἴσως πρὸς τοὺς ἄλ-"λους * ἀτενὴς λόγος· νυνὶ δὲ τὸν ἔναγ-"χος φανέντα τοῦτον ὑπερθρησκεύουσι, καὶ ὅ-"μως οὐδὲν πλημμελεῖν νομίζουσι περὶ τὸν "Θεόν, εἰ καὶ ὑπηρέτης αὐτοῦ θεραπευ-"θήσεται. λεκτέον δὲ καὶ πρὸς τοῦτο, ὅτι, εἴπερ νενοήκει ὁ Κέλσος τό, Ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· καὶ τὸ ἐν εὐχῇ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ, * Ὡς ἐγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν· οὐκ ἂν ᾤετο ἡμᾶς καὶ ἄλλον θεραπεύειν παρὰ τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεόν. Ὁ γὰρ πατήρ, φησίν, ἐν ἐμοί,

Rom. 2. 23.
Hebr. 10. 29.
* ἄν πως δεῖ.
* ἀτενής.
Joan. 10. 30.
17. 22.
* καθὼς ἡμεῖς ἕν, l.c.
Joan. 14. 11.
17. 21.

κἀγὼ

κἀγὼ ἐν τῷ πατρί. εἰ δέ τις ἐκ τούτων περι-
δύο ὑποστάσεις patris et filii — σπασθήσεται, μή πῃ αὐτομολοῦμεν πρὸς τοὺς
ἀναιροῦντας δύο εἶναι ὑποστάσεις πατέρα καὶ υἱόν·
Actor.4.32. ἐπιστησάτω τῷ, Ἦν δὲ πάντων τῶν πιστευσάντων
ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία, ἵνα θεωρήσῃ τό,
Joan.10.30. Ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. ἕνα οὖν Θεόν, ὡς
ἀποδεδώκαμεν, τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν θερα-
πεύομεν· καὶ μένει ἡμῖν ὁ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀτε-
νὴς λόγος· καὶ οὐ τὸν ἔναγχός γε φανέντα, ὡς
πρότερον οὐκ ὄντα, ὑπερθρησκεύομεν. αὐτῷ γὰρ
Joan 8.58. πειθόμεθα τῷ εἰπόντι, Πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι
Ibid. 14.6. ἐγώ εἰμι· καὶ λέγοντι, Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια· καὶ
οὐχ οὕτω τις ἡμῶν ἐστιν ἀνδράποδον, ὡς οἴεσθαι
ἡ τῆς ἀληθείας οὐσία ante Chri adventum — ὅτι ἡ τῆς ἀληθείας οὐσία πρὸ τῶν χρόνων τῆς
τοῦ Χριστοῦ ἐπιφανείας οὐκ ἦν. θρησκεύομεν οὖν
* τ ἀληθείας. τὸν πατέρα τῆς ἀληθείας, καὶ τὸν υἱὸν * τὴν
ἀλήθειαν, ὄντα δύο τῇ ὑποστάσει πράγματα,
ἓν δὲ τῇ ὁμονοίᾳ, καὶ τῇ συμφωνίᾳ, καὶ τῇ ταυ-
τότητι τοῦ βουλήματος· ὡς τὸν ἑωρακότα τὸν υἱὸν
Hebr.1.3. (ὄντα ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτῆρα
τῆς ὑποστάσεως τοῦ Θεοῦ) ἑωρακέναι ἐν αὐτῷ,
2 Cor.4.4. ὄντι εἰκόνι τοῦ Θεοῦ, τὸν Θεόν. Εἶτ' οἴεται «ἐκ
« τοῦ θρησκεύειν ἡμᾶς μετὰ τοῦ Θεοῦ τὸν υἱὸν αὐ-
« τοῦ, ἀκολουθεῖν [ἡμῖν] τὸ καὶ καθ' ἡμᾶς οὐ
« μόνον τὸν Θεόν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑπηρέτας αὐ-
« τοῦ θεραπεύεσθαι. Εἰ μὲν οὖν ἐνόει τοὺς ἀλη-
θῶς ὑπηρέτας τοῦ Θεοῦ μετὰ τὸν μονογενῆ τοῦ
Θεοῦ, τὸν Γαβριήλ, καὶ τὸν Μιχαήλ, καὶ τοὺς λοι-
ποὺς ἀγγέλους, ἀρχαγγέλους, καὶ τούτους ἔλεγε
δεῖν θεραπεύεσθαι· ἴσως ἄν τι περὶ τοῦ θερα-
πεύειν αὐτοῦ σημαινόμενον ἐκκαθήραντες, καὶ
τὰς τοῦ θεραπεύοντος πράξεις, εἴπομεν ἂν εἰς
τὸν τόπον, ὡς περὶ τηλικούτων διαλεγόμενοι,
ἅπερ ἐχωροῦμεν περὶ αὐτῶν νοῆσαι· νυνὶ δὲ ὑπηρέ-
τας νομίζων τοὺς προσκυνουμένους ὑπὸ τῶν
ἐθνῶν δαίμονας, οὐχ ὑπάγει ἡμᾶς ἀκολουθίᾳ
τῇ περὶ τοῦ θεραπεύειν τοὺς τοιούτους, οὓς ὑπηρέ-
τας τοῦ πονηροῦ ὁ λόγος ἀποδείκνυσι, καὶ ἄρχον-
τος τοῦ αἰῶνος τούτου, ἀφιστάντος ἀπὸ τοῦ Θεοῦ
οὓς ἂν δύνηται. ὡς οὐχ ὑπηρέτας οὖν, οὓς οἱ
λοιποὶ ἄνθρωποι σέβουσι, πάντας σέβειν καὶ θε-
ραπεύειν ἐκκλίνομεν· (οὐκ ἂν γὰρ ὑπηρέτας αὐ-
τοὺς διδαχθέντες εἶναι τοῦ ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ, ἐλέ-
γομεν εἶναι δαιμόνια.) ἀλλὰ τὸν ἕνα Θεόν, καὶ
τὸν ἕνα υἱὸν αὐτοῦ καὶ λόγον καὶ εἰκόνα, ταῖς κα-
τὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν ἱκεσίαις καὶ ἀξιώσεσι σέ-
βομεν, προσάγοντες τῷ Θεῷ τῶν ὅλων τὰς εὐχὰς
διὰ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ· ᾧ πρῶτον προσφέρομεν
1 Joan.4.10. αὐτάς, ἀξιοῦντες αὐτόν, ἱλασμὸν ὄντα [περὶ] τῶν
Hebr.4.15. ἁμαρτιῶν ἡμῶν, προσαγαγεῖν, ὡς ἀρχιερέα, καὶ
εὐχάς, καὶ τὰς θυσίας, καὶ τὰς ἐντεύξεις ἡμῶν τῷ
ἐπὶ πᾶσι Θεῷ. περὶ τὸν Θεὸν οὖν ἡ πίστις
ἡμῶν, διὰ τοῦ ταύτην βεβαιοῦντος ἐν ἡμῖν υἱοῦ
αὐτοῦ· καὶ οὐδεμίαν ἡμῶν ἔχει δεῖξαι στάσιν πε-
ρὶ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ὁ Κέλσος. καὶ σέβομέν γε

me, & ego in Patre. Quòd ſi quis his motus verebitur, ne fortè transfugiamus ad eos, qui negant duas eſſe ſubſiſtentias Patrem & Filium: audiat illud, *Erat autem omnium credentium cor unum & una anima*; ut contempletur illud dictum, *Ego & Pater unum ſumus.* Unum igitur Deum, ſicut rationem reddidimus, Patrem & Filium colimus, conſtantérque ſtamus contra alios; & non recèns exortum, quaſi priùs non fuerit, nimiis honoribus extollimus. Credimus enim ejus verbis dicentis, *Antequàm Abraham natus eſſet, ego ſum*; itémque, *Ego ſum veritas*: nec eſt quiſquam noſtrûm tam illiberali ingenio, ut opinetur, quòd veritatis eſſentia non fuerit ante adventûs Chriſti tempora. Itaque religioſè colimus Patrem veritatis, & veritatem Filium, duos quidem ſubſiſtentiâ, unum verò concordiâ, conſenſu, voluntatíſque identitate: adeò ut quicunque vidit Filium (*qui eſt ſplendor gloriæ Dei, characterque ejus ſubſtantiæ*) viderit in ipſo Deum, ut in imagine Dei. Opinatur is nunc, *Eò quòd unà cum Deo filium ejus colamus, ſequi, ſecundùm nos quoque non ſolùm Deum, verùm etiam miniſtros ejus colendos eſſe.* Qui quidem, ſi intellexiſſet veros miniſtros Dei poſt ipſius unigenitum, Gabrielem, Michaelem, reliquóſque angelos & archangelos, eóſque colendos contenderet; fortaſſe, colendi ſignificatum repurgantes & actiones colentium, dixiſſemus aliquid de hoc loco pro tantæ rei dignitate, próque captu noſtræ intelligentiæ: nunc quando miniſtros coli poſtulat hos dæmonas, qui adorantur à gentibus: non evincit, ut eos colamus, quos Scriptura docet miniſtros eſſe illius mali principis hujus ſeculi, ad defectionem à Deo pertrahentis quoſcunque poteſt. Ergò non ut miniſtros iſtos, qui à reliquis hominibus honorantur, detrectamus venerari & colere (ſi enim perſuaſum haberemus, eos eſſe ſummi Dei miniſtros; nunquam appellaremus eos dæmonia.) ſed unum Deum, & unum ejus filium ac verbum imaginémque, quantum poſſumus, ſupplicationibus & honoribus veneramur, offerentes Deo, univerſorum Domino, preces per ſuum unigenitum; cui priùs eas adhibemus, rogantes, ut ipſe, qui eſt propitiator pro peccatis noſtris, dignetur tanquam pontifex preces noſtras, & ſacrificia, & interceſſiones offerre Deo optimo maximo. Itaque in Deo fides noſtra conſiſtit, per confirmantem eam in nobis ipſius filium.

Nec eſt quòd Celſus nobis ſeditionem objiciat propter Filium: veneramur enim Patrem,

Patrem, eò quòd admiramur ejus Filium, verbum, & ſapientiam, & veritatem, & juſtitiam, & quicquid didicimus eſſe Dei filium è tali patre progenitum. Et de his quidem hactenus: quoniam autem rurſum Celſus ſic loquitur, *Quòd ſi eos doceas non eſſe hunc Dei filium, ſed illum patrem eſſe omnium, quem ſolum coli reverà oporteat; neu colent, niſi unà cum iſto ſeditionis ſuæ autore, quem nominant Dei filium; non quòd Deum venerentur magnopere, ſed quòd iſtum extollant plus nimio.* Atqui nos ſcientes quis ſit Dei filius, nimirum *ſplendor gloriæ, characterque ſubſtantiæ ejus*, vapor potentiæ Dei, omnipotentis gloriæ ſincera promanatio, ſplendor ſempiterni luminis, ſpeculum immaculatum Dei potentiæ ac efficaciæ, imagóque bonitatis ejus, ſcimus hunc illius filium, & illum hujus patrem: nec eſt quicquam in hoc ſermone indecens, nec malè Deo convenit talem ſibi filium unigenitum ſubſtituere: nec poteſt nobis perſuaderi, hunc qui talis eſt non eſſe ingeniti Dei & Patris filium. Quòd ſi Celſus audivit perverſam doctrinam quorundam, qui filium Dei negant eſſe creatoris filium; ipſe viderit, & qui huic opinioni favent. Non eſt ergò ſeditionis auctor Jeſus, ſed omnis pacis; ut qui dixit ſuis diſcipulis, *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.* Deinde, quoniam ſciebat hujus mundi & non Dei homines hoſtes nobis futuros, addidit, *Non ſicut mundus dat pacem, ità & ego pacem do vobis.* Confidimus autem propter eum etiamſi affligimur in mundo, quia dixit, *In mundo afflictionem habebitis; ſed confidite, ego vici mundum.* Hunc aſſeveramus eſſe Dei filium, Dei inquam, quem (ſi Celſi verbis utendum eſt) magnoperè veneramur, & Filium ejus maximis à Patre auctum honoribus agnoſcimus. Eſto autem, non deeſſe quoſdam, ut in tam numeroſa credentium multitudine, qui diſcrepantes ab aliis temere affirment, quòd Servator ſit Deus ille univerſorum Dominus: nos certè hoc non facimus, qui credimus ipſi dicenti, *Pater, qui miſit me, major me eſt:* quapropter quem nunc Patrem vocamus, eum non ſubjicimus, ut Celſus calumniatur, Dei filio. Pergit deinde, *Quòd autem non aberrans à ſcopo ſic opiner, utar ipſorum teſtimoniis: nam in illo cœleſti dialogo alicubi hæc fermè ad verbum dicuntur, Si fortior eſt Dei filius, & dominus ejus eſt filius hominis, & quis alius dominabitur Deo*

τὸν πατέρα, θαυμάζοντες αὐτοῦ τὸν υἱὸν λόγον, καὶ σοφίαν, καὶ ἀλήθειαν, καὶ δικαιοσύνην, καὶ πάντα, ἅπερ εἶναι μεμαθήκαμεν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, οὕτω δὴ καὶ τὸν γεννηθέντα ἀπὸ τοῦ τοιούτου πατρός. καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ· ἐπεὶ δέ φησι πάλιν ὁ Κέλσος, "Ὅτι εἰ διδάξαις αὐτοὺς, ὅτι οὐκ ἔστιν οὗτος ἐκείνου παῖς, ἀλλ' ἐκεῖνός γε πάντων πατὴρ, ὃν μόνον ὡς ἀληθῶς δεῖ σέβειν· οὐκ ἂν ἔτι θέλοιεν, εἰ μὴ καὶ τοῦτον, ὅσπερ ἐστὶν αὐτοῖς τῆς στάσεως ἀρχηγέτης. καὶ ὀνομάζουσί γε τοῦτον Θεοῦ υἱόν· οὐχ ὅτι τὸν Θεὸν σφόδρα σέβουσιν, ἀλλ' ὅτι τοῦτον σφόδρα αὔξουσιν." ἡμεῖς μὲν οὖν μαθόντες, τίς ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅτι ἀπαύγασμά ἐστι τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, καὶ ἀτμὶς μὲν τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, ἀπόῤῥοια δὲ τῆς τοῦ παντοκράτορος δόξης εἰλικρινὴς, ἔτι δὲ ἀπαύγασμα φωτὸς ἀϊδίου, καὶ ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον τῆς τοῦ Θεοῦ [δυνάμεως] ἐνεργείας, καὶ εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ· ἴσμεν ὅτι οὗτος υἱὸς ἐξ ἐκείνου, καὶ ἐκεῖνος τούτου πατήρ. καὶ οὐδὲν ἀπρεπὲς ἐστιν ἐν τῷ λόγῳ· οὐδὲ ἀνάρμοστον Θεῷ, τοιοῦτον υἱὸν μονογενῆ ὑφίσταντι. καὶ οὐκ ἂν μεταπείσοι τίς ἡμᾶς, ὅτι οὐχ υἱὸς ὁ τοιοῦτος τοῦ ἀγεννήτου Θεοῦ ἐστι καὶ Πατρός. εἰ δέ τινων παρήκουσε Κέλσος μὴ ὁμολογούντων τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ υἱὸν εἶναι τοῦ δημιουργήσαντος τόδε τὸ πᾶν· αὐτὸς ἂν εἰδείη, καὶ οἱ συγκαταθέμενοι τοιούτῳ λόγῳ. οὐ στάσεως οὖν ἀρχηγέτης ὁ Ἰησοῦς, ἀλλὰ πάσης εἰρήνης, ὁ εἰπὼν τοῖς μαθηταῖς, Εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν. Εἶτ', ἐπείπερ ἠπίστατο τοὺς τοῦ κόσμου καὶ οὐ Θεοῦ ἀνθρώπους *προπολεμήσαντας ἡμῖν, προσέθηκεν ἐκείνοις τὸ, Οὐ καθὼς ὁ κόσμος δίδωσιν εἰρήνην, κἀγὼ δίδωμι ὑμῖν εἰρήνην. θαῤῥοῦμεν δὲ δι' αὐτὸν, κἂν θλιβώμεθα ἐν τῷ κόσμῳ, εἰπόντα, Ἐν τῷ κόσμῳ θλίψιν *ἕξετε· ἀλλὰ θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον. καὶ τοῦτόν φαμεν εἶναι υἱὸν Θεοῦ· Θεοῦ δὲ, ὃν (εἰ δεῖ ταῖς λέξεσιν ἀκολουθῆσαι τοῦ Κέλσου) σφόδρα σέβομεν, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ σφόδρα ηὐξημένον ὑπὸ τοῦ πατρὸς γεγνώσκομεν. ἔστω δέ, τινὰς ὡς ἐν πλήθει πιστευόντων, καὶ διαφωνίαν δεχομένων, διὰ τὴν προπέτειαν ὑποτίθεσθαι τὸν Σωτῆρα εἶναι τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεόν· ἀλλ' ἔτι γε ἡμεῖς *τοιοῦτον, οἱ πειθόμενοι αὐτῷ λέγοντι, Ὁ πατὴρ, ὁ πέμψας με, μείζων μου ἐστί· διόπερ οὐχ ὃν τινὶ πατέρα καλοῦμεν *ὑποβάλλοιμεν (ὡς Κέλσος ἡμᾶς συκοφαντεῖν *φησι) τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ. Μετὰ ταῦτά φησιν ὁ Κέλσος, "Ὅτι δὲ οὐκ ἀπὸ σκοποῦ ταῦτα δοξάζω, αὐτοῖς ἐκείνων ταναῖς χρήσομαι· ἐν γάρ που τῷ οὐρανίῳ διαλόγῳ τοῦτο που λέγουσι, τοῖσδε τοῖς ῥήμασιν, Εἰ ἰσχυρότερός ἐστι Θεοῦ υἱὸς, καὶ κύριος αὐτοῦ ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ τίς ἄλλος κυριεύσει τοῦ κρατοῦντος Θεοῦ;

Joan. 1. 1.
1 Cor. 1. 24.
Joan. 14. 6.
1 Cor. 1. 30.
Hebr. 1. 3.
Sap. 7. 25, 26.
Matth. 3. 17.
Joan. 14. 27.
* προσπολεμήσαντας.
Joan. 16. 33.
* ἔχετε.
Joan. 14. 28.
* τοιοῦτον γε.
* ὑπολάβοιμεν.
* λέγει.

πῶς

" πῶς πολλοὶ περὶ τὸ φρέαρ, καὶ οὐδεὶς εἰς τὸ φρέαρ; " διὰ τί τοσαύτην ἀνύσας ὁδὸν, ἄτολμος εἶ; " λανθάνεις. σύ· πάρεστι γάρ μοι θάρσος καὶ μάχαιρα. οὕτως οὐ τοῦτ' ἔστιν αὐτοῖς τὸ προκείμενον· τὸν γὰρ ὑπερουράνιον Θεὸν * ἄλλον " ὑπέθεντο τούτου πατέρα, περὶ ὃν συνῆλθον " σέβειν, ἵν' ἐπὶ προσχήματι μεγάλου Θεοῦ, τοῦτον, " ὃν προέστησαν τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ὃν ἀπο- " φαίνουσιν ἰσχυρότερον καὶ κύριον τοῦ κρατοῦντος " Θεοῦ, θρησκεύωσι μόνον. ἔνθεν αὐτοῖς ἐκεῖ- " νο τὸ παράγγελμα, τὸ μὴ δουλεύειν δύο κυ- " ρίοις· ἵν' ἡ στάσις περὶ ἕνα τοῦτον φυλάσσηται.

*ἀλλ' ὅν.

Καὶ ἐν τούτοις δὴ πάλιν, οὐκ οἶδ' ἀπὸ ποίας αἱρέσεως ἀσημοτάτης ταῦτα λαβὼν, πᾶσι Χριστιανοῖς ἀπ' αὐτῶν ἐγκαλεῖ· λέγω δ' ἀσημοτάτης, ὡς μηδ' ἡμῖν εἶναι, τοῖς πολλάκις ἐγγυμνασαμένοις πρὸς τοὺς ἀπὸ τῶν αἱρέσεων, φανερὰν τὴν γνώμην, ἀφ' ἧς ταῦτα ὁ Κέλσος εἴληφεν· εἴ γε εἴληφε, καὶ μὴ ἀνέπλασεν, ἢ ἀκολούθησιν προσέθηκε. σαφῶς γὰρ ἡμεῖς, οἱ λέγοντες τοῦ πάντα κτίσαντος καὶ τὸν αἰσθητὸν κόσμον εἶναι, φαμὲν τὸν υἱὸν οὐκ ἰσχυρότερον τοῦ πατρὸς, ἀλλ' ὑποδεέστερον. καὶ τοῦτο λέγομεν, αὐτῷ πειθόμενοι εἰπόντι τὸ, Ὁ πατὴρ, ὁ πέμψας με, μείζων μου ἐστί. καὶ οὐδεὶς ἡμῶν οὕτως ἐμβρόντητός ἐστιν, ὡς λέγειν, κύριός ἐστι τοῦ Θεοῦ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. κρατεῖν δέ φαμεν τὸν Σωτῆρα μάλιστα, ὅτε νοοῦμεν αὐτὸν Θεὸν λόγον, καὶ σοφίαν, καὶ δικαιοσύνην, καὶ ἀλήθειαν, πάντων μὲν τῶν ὑποτεταγμένων αὐτῷ, καθὸ ταῦτά ἐστιν· ἀλλ' οὐχὶ καὶ τοῦ κρατοῦντος αὐτὸν πατρὸς καὶ Θεοῦ. εἶτ', ἐπεὶ οὐκ ἀκόντων λόγος κρατεῖ, εἰσὶ δέ τινες ἔτι φαῦλοι, οὐ μόνον ἄνθρωποι, ἀλλὰ καὶ ἄγγελοι, καὶ πάντες δαίμονες· τούτων φαμὲν αὐτὸν μὴ κρατεῖν μέν πω, ἐπεὶ μὴ ἑκόντες εἴκουσιν αὐτῷ· κατ' ἄλλο δὲ σημαινόμενον τοῦ κρατεῖν, καὶ αὐτῶν κρατεῖ, ὡς τῶν ἀλόγων ζώων φαμὲν τὸν ἄνθρωπον κρατεῖν, οὐχ ὑποτάξαντα αὐτῶν τὸ ἡγεμονικὸν, ὡς πιθασσάσας κρατεῖ τινων λεόντων καὶ κτηνῶν δεδαμασμένων· πλὴν πάντα ποιεῖ, ἵνα καὶ τοὺς νῦν μὴ πειθομένους αὐτῷ πείσας κρατήσῃ καὶ αὐτῶν. καθ' ἡμᾶς οὖν ψεῦδος τὸ ὑπὸ τοῦ Κέλσου λεγόμενον, ὡς ὑφ' ἡμῶν ἀπαγγελλόμενον, τὸ, " Τίς ἄλλος κυριεύσει τοῦ κρατοῦντος Θεοῦ; Εἶτ', οἶμαι, πάλιν φύρων τὰ πράγματα, ἀπὸ ἄλλης αἱρέσεως φέρει τὸ, " Πολλοὶ περὶ " τὸ φρέαρ, καὶ οὐδεὶς εἰς τὸ φρέαρ; καὶ τὸ, " Διὰ τί " τοσαύτην ἀνύσας ὁδὸν, ἄτολμος εἶ; λανθάνεις σύ· καὶ τὸ, " Πάρεστι γάρ μοι θάρσος καὶ μάχαιρα. ὧν ἡμεῖς οὐδὲν, οἱ ἀπὸ τῆς ἐπωνύμου Χριστοῦ ἐκκλησίας μόνης, φαμὲν εἶναι ἀληθές. ταῦτα δὴ προειπὼν δοκεῖ ἀκόλουθα ἑαυτῷ λέγειν, τὰ οὐδὲν ὄντα πρὸς ἡμᾶς. ἡμῖν μὲν γὰρ τὸ προκείμενόν ἐστιν, οὐκ ἐξ ὑποθέσεώς τινα σέβειν Θεὸν, ἀλλὰ τὸν τοῦ παντὸς, καὶ ἄλλων ἐπινοοῦν μὴ αἰσθητῶν μηδὲ δημιουργημάτων, δημιουργόν. ἴστωσαν

Joan.14.28.

tenenti imperium? Quomodo multi circa puteum, & nullus in puteum? & cur tantum itineris emenſus timidus es? Falleris: adeſt enim mihi audacia & gladius. Adeò non hoc eſt illis propoſitum: nam alium ſupercœleſtem Deum hujus patrem faciunt, in cujus cultum conſenſerunt, ut ſub prætextu magni Dei colant hunc, quem ſibi præfecerunt Dei filium, quem aiunt ut fortiorem dominum eſſe Dei tenentis imperium, ſolúmque venerantur. Unde illud ſolenne præceptum eorum, Non eſſe ſerviendum duobus Dominis; cavendo nè quis ab hoc uno diſſideat. Hæc quoque rurſum à neſcio qua obſcuriſſima hæreſi deſumpta univerſis Chriſtianis objicit: obſcuriſſimam autem dico, quia nè nobis quidem, multùm cum hæreticis conflictatis, liquet undenam hæc Celſus acceperit: ſi tamen accepit, & non finxit, vel ut ſequelam rei adjecerit. Nos enim manifeſtè prædicamus creatoris, qui mundum hunc ſenſibilem condidit, Filium non eſſe fortiorem Patre, ſed inferiorem. Id quod ex ipſius autoritate affirmamus dicente, *Pater, qui miſit me, major me eſt*: nec quiſquam noſtrûm ità inſanit, ut dicat, Dominus eſt Dei hominis filius. Imperium autem ei, ut Dei verbo, ſapientiæ, juſtitiæ, veritati, aſtruimus in omnes ſuſpicientes eum hoc nomine; ſed non in Deum Patrem omnipotentem: & quia verbum invitis non imperat; ſunt autem quidam etiam mali, non ſolùm homines, ſed & angeli; omnéſque dæmones, in hos dicimus ei nondum eſſe imperium, quia non ſubdunt ſe ultró. In alio tamen imperii ſignificato & his imperat, ſicut hominem dicimus imperare brutis animantibus, quamvìs non ità ſubjectis, ſicut ſubjiciuntur leones cicurati & jumenta perdomita: nihil tamen ille non facit, ut & eos, qui nunc imperium detrectant, ſibi ſubjiciat. Falſum igitur eſt quod quaſi noſtrum Celſus protulit, *Quis alius omnipotenti Deo dominabitur?* Deinde, ut opinor, rurſum res confundens, ex alia hæreſi admiſcet illa verba, *Multi circa puteum, nullus in puteum?* & illa, *Quid tantum itineris emenſus timidus es?* & illa, *Falleris, adeſt mihi audacia & gladius*: quæ omnia pro adulterinis habet Eccleſia Chriſtiani nominis. Sed hæc Celſus præfatus ſibi conſentanea, ad nos verò minimè pertinentia, dicere videtur: noſtrum enim propoſitum eſt non fictitios Deos colere, ſed mundi hujus conditorem, & rerum omnium, etiam inviſibilium. Viderint qui

qui aliam viam ingrediuntur aliáſve ſemitas, hunc quidem negantes, novum autem figmentum ſolo nomine Deum quaſi rerum conditore præſtantiorem ſibi aſciſcentes; & ſi qui affirmant filium, ut fortiorem, eſſe omnipotentis Dei dominum. Ceterùm, cur ſerviendum non ſit duobus dominis, jam rationem reddidimus, quando etiam docuimus, nullius ſeditionis poſſe argui propter Jeſum Dominum, quicunque confitentur eum ſuperiorem cunctis dominari, & ipſi ſoli debere nos ſervire ut Dei filio. Poſt hæc Celſus ait *Nos ararum, ſtatuarum, templorúmque dedicationes ſugere, ut occulti fœderis fidem ſanciamus hâc ceu teſſerâ*; non videns pro aris nobis eſſe mentem ſuam cuique, ex qua ſurſum feruntur verè ac intelligibiliter ſuaveolentes ſuffitus, preces è pura conſcientia: quapropter dicitur apud Joannem, in Apocalypſi, *Suffitus autem ſunt orationes Sanctorum*; & in hymnis Davidicis, *Fiat oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo, Domine.* Simulacra autem Deo dicanda ſunt non fabrorum opera, ſed à verbo Dei dedolata formatáque in nobis, videlicet virtutes ad imitationem primogeniti totius creaturæ, in quo ſunt juſtitiæ, temperantiæ, fortitudinis, ſapientiæ, pietatis, ceterarúmq; virtutum exempla: hæ ſunt ſtatuæ Deo dicatæ in animis juſtitiam juxta præceptum Dei, & fortitudinem, & pietatem, reliquáſque virtutes exercentium; quibus decenter honorari credimus omnium hujuſmodi ſtatuorum archetypum primum, imaginem inviſibilis Dei, Deum unigenitum. Quin & hi, qui exuti veterem hominem cum operibus ejus induti ſunt novum, qui renovatur in agnitionem juxta ſui conditoris imaginem, receptâ hâc imagine ſimulacra in ſeipſis faciunt, qualibus delectatur Deus optimus maximus. Et quemadmodum inter ſimulacrorum artifices quorundam uſq; ad miraculum excellunt opera, ut, verbi gratiâ, Phidiæ, aut Polycleti, aut inter pictores Zeuxis & Apellis; aliorum minùs bona ſunt, ac rurſus aliorum deteriora, in ſumma plurimùm intereſt inter apparatum ſtatuarum & imaginum: ad eundem modum ſunt, qui faciant ſimulacra Dei rerum omnium Domini egregia per abſolutiſſimam ſcientiam, ad quæ collatus nullius pretii videri poſſit Phidiæ Jupiter Olympius, ſi ſpectes pulchrè repræſentatá Dei conditoris imagine. Sed in tota creatura nemini hoc contigit felicius & excellen-

ἢ οἱ ἄλλην ὁδὸν καὶ ἄλλα κέλευθα βαδίζοντες, καὶ τοῦτον μὲν ἀρνούμενοι, καινοτέρῳ δὲ ἀναπλάσματι καὶ ὀνόματι μόνον Θεοῦ ἑαυτοὺς, ὡς μείζονι τοῦ δημιουργοῦ, ἐπιδεδωκότες, καὶ εἴ τις ἄρ' ἐστὶ, λέγων ἰσχυρότερον εἶναι τὸν υἱὸν καὶ κύριον τοῦ κρατοῦντος Θεοῦ. ἀποδεδώκαμεν δὲ τὸν φαινόμενον ἡμῖν λόγον εἰς τὸ, μὴ δεῖν δυσὶ κυρίοις δουλεύειν· ὅτε καὶ παρεστήσαμεν, μηδεμίαν στάσιν περὶ τὸν Ἰησοῦν καὶ Κύριον ἀποδείκνυσθαι δύνασθαι, ἐν τοῖς ὁμολογοῦσιν ὑπεραναβεβηκέναι μὲν πάντα Κύριον, μόνῳ δὲ Κυρίῳ δουλεύειν τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ. Μετὰ ταῦτα δὲ ὁ Κέλσος φησὶν, "Ἡμᾶς βωμοὺς καὶ ἀγάλματα "καὶ νεὼς ἱδρύεσθαι φεύγειν· ἐπεὶ τὸ πιστὸν "ἡμῖν ἀφανοῦς καὶ ἀπορρήτου κοινωνίας οἴεται "εἶναι συνθῆμα· οὐχ ὁρῶν, ὅτι βωμοὶ μέν εἰσιν ἡμῖν τὸ ἑκάστου τῶν δικαίων ἡγεμονικὸν, ἀφ' οὗ ἀναπέμπεται ἀληθῶς καὶ νοητῶς εὐώδη θυμιάματα, προσευχαὶ ἀπὸ συνειδήσεως καθαρᾶς. διὸ λέγει παρὰ τῷ Ἰωάννῃ ἐν τῇ Ἀποκαλύψει, Τὰ δὲ θυμιάματά εἰσιν αἱ προσευχαὶ τῶν ἁγίων· καὶ παρὰ τῷ ὑμνῳδῷ, * Γενηθήτω ἡ προσευχή μου, ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου. ἀγάλματα δὲ καὶ πρέποντα Θεῷ ἀναθήματα, οὐκ ὑπὸ βαναύσων τεχνιτῶν κατεσκευασμένα, ἀλλ' ὑπὸ λόγου Θεοῦ τυπούμενα, καὶ μορφούμενα ἐν ἡμῖν, αἱ ἀρεταὶ, μιμήματα τυγχάνουσαι τοῦ πρωτοτόκου πάσης κτίσεως, ἐν ᾧ ἐστι δικαιοσύνης, καὶ σωφροσύνης, καὶ ἀνδρείας, καὶ σοφίας, καὶ εὐσεβείας, καὶ τῶν λοιπῶν ἀρετῶν, παραδείγματα. ἐν πᾶσιν οὖν ἐστι (τοῖς κατὰ τὸν θεῖον λόγον σωφροσύνην ἑαυτοῖς κατασκευάσασι, καὶ δικαιοσύνην, καὶ ἀνδρείαν, καὶ σοφίαν, καὶ εὐσέβειαν, καὶ τῶν λοιπῶν ἀρετῶν τὰ κατασκευάσματα) ἀγάλματα· * οἷς πρέπον εἶναι πεπείσμεθα τιμᾶσθαι τὸ πρωτότυπον πάντων ἀγαλμάτων, τὴν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, τὸν μονογενῆ Θεόν. ἀλλὰ καὶ οἱ ἐκδυσάμενοι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον σὺν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ, καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν νέον, τὸν ἀνακαινούμενον εἰς ἐπίγνωσιν, κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος αὐτὸν, τὸ Κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος εἶναι ἀναλαμβάνοντες, ἀγάλματα ἐν ἑαυτοῖς ποιοῦσιν, ὁποῖα βούλεται ὁ ἐπὶ πᾶσι Θεὸς * ἐκεῖνος. ὥσπερ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀγαλματοποιῶν, οἱ μέν τινές εἰσι θαυμαστῶς κατορθοῦντες τὸ ἔργον, ὡς φέρ' εἰπεῖν Φειδίας, ἢ Πολύκλειτος, ἢ ζωγράφοι Ζεῦξις, καὶ Ἀπελλῆς· ἕτεροι δὲ ἔλαττον ἀγαλματοποιοῦσι, καὶ ἄλλοι ἔτι καὶ τῶν δευτέρων ἔλαττον τούτων, καὶ ἁπαξαπλῶς πολλὴ διαφορά ἐστι τῆς τῶν ἀγαλμάτων καὶ εἰκόνων κατασκευῆς· τὸν αὐτὸν τρόπον οἱ μέν τινές εἰσι ποιοῦντες ἀγάλματα τοῦ ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ βέλτιον καὶ κατὰ τελείαν ἐπιστήμην, ὡς μηδεμίαν εἶναι σύγκρισιν τοῦ ὑπὸ Φειδίου κατασκευασθέντος Ὀλυμπίου Διὸς πρὸς τὸν κατασκευασθέντα κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος [τοῦ] Θεοῦ· πάντων δὲ τῶν ἐν ὅλῃ τῇ κτίσει πολλῷ βέλτιον καὶ ὑπερ-

Apoc. 5. 8.
Pſal. 140. 2.
* Κατευθυνθήτω, l. c.
* οἱ πρέπον.
Coloſſ. 1. 15.
Joan. 3. 18.
Coloſſ. 3. 9, 10.
* ἐκεῖνο.

Joan. 14. 10. -χει ἐστὶν ἐν τῷ Σωτῆρι ἡμῶν, τῷ λέγοντι, Ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί. καὶ ἐν ἑκάστῳ δὲ τῶν κατὰ δύναμιν ἐκεῖνον καὶ ἐν τούτῳ μιμησαμένων ἐστὶν ἄγαλμα τὸ κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος, ὅπερ κατασκευάζουσι τῷ ἐνορᾷν Θεῷ καθαρᾷ καρδίᾳ, μιμηταὶ γινόμενοι τοῦ Θεοῦ. καὶ ἁπαξαπλῶς πάντες Χριστιανοὶ ὁποίους εἴπομεν, βωμοὺς, καὶ ὁποῖα παρεστήσαμεν, ἀγάλματα, πειρῶνται ἱδρύσασθαι, οὐκ ἄψυχα καὶ ἀναίσθητα, οὐδὲ δαιμόνων λίχνων ἐφεδρευόντων τοῖς ἀψύχοις δεκτικὰ, ἀλλὰ πνεύματος Θεοῦ τοῖς εἰρημένοις ἀγάλμασι τῆς ἀρετῆς, καὶ τῷ κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος, ὡς οἰκείοις, ἐπιδημοῦντος· οὕτω δὲ καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Χριστοῦ τοῖς (ἵν' οὕτως ὀνομάσω) συμμόρφοις ἐφιζάνει. καὶ τοιαῦτά γε βουλόμενος παραστῆσαι ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος ἀνέγραψε τὸν μὲν Θεὸν
Levit. 26. 12. ἐν ἐπαγγελίᾳ τοῖς δικαίοις λέγοντα, Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μου λαός·
Joan. 14. 23. τὸν δὲ Σωτῆρα, Ἐάν τις ἀκούῃ μου τοὺς λόγους, καὶ ποιῇ αὐτοὺς, ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ μου ἐλευσόμεθα πρὸς αὐτὸν, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιησόμεθα. συνεξεταζέτω γοῦν ὁ βουλόμενος βωμοὺς, οὓς διηγησάμην, βωμοῖς οἷς ὁ Κέλσος λέγει, καὶ ἀγάλματα ἐν τῇ τῶν εὐσεβούντων εἰς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ψυχῇ, ἀγάλμασι Φειδίου, καὶ Πολυκλείτου, καὶ τῶν παραπλησίων· καὶ σαφῶς εἴσεται, ἐκεῖνα μὲν καὶ ἄψυχα εἶναι, καὶ χρόνῳ φθειρόμενα, ταῦτα δὲ ἐν τῇ ἀθανάτῳ μένειν ψυχῇ, ἐς ὅσον μένειν ἐν αὐτῇ ἡ λογικὴ ψυχὴ βούλεται. εἰ δὲ καὶ ναοὺς ναοῖς δεῖ παραβαλεῖν, ἵνα παραστήσωμεν τοῖς ἀποδεχομένοις τὰ Κέλσου, ὅτι νεὼς μὲν ἱδρύσασθαι τοὺς πρέποντας τοῖς εἰρημένοις ἀγάλμασι καὶ βωμοῖς οὐ φεύγομεν· ἐκτρεπόμεθα δὲ τῷ πάσης ζωῆς χορηγῷ ἀψύχους καὶ νεκροὺς οἰκοδομεῖν νεώς· ἀκουέτω ὁ βουλόμενος, τίνα τρόπον διδασκόμεθα, ὅτι τὰ σώματα ἡμῶν
1 Cor. 3. 16. ναὸς τοῦ Θεοῦ ἐστί· καὶ εἴ τις διὰ τῆς ἀκολασίας ἢ τῆς ἁμαρτίας φθείρει τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, οὗτος, ὡς ἀληθῶς ἀσεβὴς εἰς τὸν ἀληθῆ ναὸν, φθαρήσεται. πάντων δὲ τῶν οὕτως ὀνομαζομένων ναῶν κρείττων ἦν καὶ διαφέρων νεὼς τὸ ἱερὸν καὶ καθαρὸν σῶμα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ· ὅστις ἐπιστάμενος ἐπιβουλεύσασθαι μὲν δύνασθαι ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν τὸν ναὸν τοῦ ἐν αὐτῷ Θεοῦ, οὐ μὴν ὥστε ἰσχυροτέραν εἶναι τὴν τῶν ἐπιβουλευόντων προαίρεσιν τῆς τὸν νεὼν οἰκοδομούσης θειότητος, φησὶ πρὸς
Joan. 2. 19, 21. ἐκείνους, Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, κἀγὼ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν· τοῦτο δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ. καὶ ἄλλως δὲ οἱ θεῖοι λόγοι τὰ περὶ ἀναστάσεως μυστικῶς διδάσκοντες τοὺς δυναμένους ἀκούειν θειοτέρᾳ ἀκοῇ λόγων Θεοῦ, ἀνοικοδομηθήσεσθαι λίθοις ζῶσι καὶ τιμιωτάτοις αἰνιττόμενοι, ὅτι ἕκαστος τῶν συμπνεόντων διὰ τοῦ αὐτοῦ λόγου εἰς τὴν κατ' αὐτὸν εὐ-

tius, quàm Servatori noſtro, cujus vox eſt hæc, *Pater in me eſt.* Unuſquiſq; tamen, qui eam imitatur pro viribus, ſimulacrum eſt juxta conditoris imaginem, quod abſolvitur, dum quis imitatur eum puro corde intuens. In ſumma, omnes Chriſtiani conantur dedicare aras & ſtatuas, quales diximus, non ſenſu & animâ vacuas, nec lurconum dæmonum, iiſdem inſidentium, capaces; ſed virtutis, ut diximus, ſtatuas ad conditoris imaginem factas, quas Dei ſpiritus inhabitat; ſic etiam Chriſti ſpiritus inſidet ſuis (ut ità loquar) conformibus: id quod docere volens ſacra Scriptura facit Deum juſtis pollicentem hoc modo, *Inhabitabo in ipſis & inambulabo, eróque illorum Dominus, & ipſi fient meus populus;* Servatorem verò ità dicentem, *Si quis verba mea audierit, & fecerit ea, ego & Pater veniemus ad eum, & manſionem apud eum faciemus.* Conferat igitur qui vult aras, quales diximus, cum Celſi aris, & ſtatuas in animis piorum Deo dicatas cum ſtatuis Phidiæ, ac Polycleti, ſimiliúmque; & bene ſciet has quidem inanimas eſſe, obnoxiáſq; temporum & tempeſtatum injuriis; illas verò ſitas in immortali anima manſuras, quamdiu mens voluerit & ratio. Quòd ſi etiam templa templis conferenda ſunt, ut dicant Celſi fautores, non obſtare nos, quò minùs templa condantur convenientia jam dictis aris & ſtatuis, cavere tamen nè omnis vitæ largitori templa ſtruamus exanima & mortua: audiat qui vult noſtram doctrinam, quòd corpora noſtra templum Dei ſunt, & quòd, ſi quis per intemperantiam aut per peccatum aliud corrumpit templum Dei, is peribit, ut in verum templum verè impius. Omnium autem hujus generis templorum longè præſtantiſſimum erat ſacrum illud & purum corpus Servatoris noſtri Jeſu; qui, ſciens poſſe quidem ab initiis inſidias ſtrui templo Dei quod in ſe erat, hanc tamen ſceleratam voluntatem inſidiatorum non prævalituram contra ædificatricem ejus templi deitatem, ait ad ipſos, *Solvite templum hoc, & ego intra triduum excitabo illud: hoc autem dicebat de templo ſui corporis.* Quin & aliàs quoque ſacra Scriptura, de reſurrectione docens myſticè eos, qui verbum Dei poſſunt audire pro dignitate, prædicit eis fore, ut inſtaurentur ex vivis lapidibus pretioſiſſimis; ſubindicans, quòd unuſquiſque conſpirantium in veram pietatem per verbum Dei lapis

lapis eſt pretioſus, inſertus ſtructuræ templi Dei: quemadmodum Petrus dicit, *Vos autem ædificati eſtis lapides vivi, & domus ſpiritualis in ſacerdotium ſanctum, offerre ſpirituales hoſtias acceptabiles Deo per Jeſum Chriſtum*; & Paulus, *Ædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Jeſu Domino noſtro:* huc pertinet etiam illud Eſaiæ oraculum myſticum, alloquentis cœleſtem illam Hieruſalem in hanc ſententiam, *Præparo tibi Carbunculum lapidem tuum, & fundamenta tua Sapphirum, & propugnacula tua Jaſpidem, & portas tuas lapides Cryſtallinos, & mœnia tua lapides lectiſſimos, & omnes filios tuos à Deo doctos, & in multa pace filii tui, & ædificaberis in juſtitia.* Sunt igitur quidam juſtorum lapis Carbunculus, alii Sapphirus, alii Iaſpis, alii Cryſtallus, & ſic omne genus electorum pretioſorúmq; lapidum juſti ſunt. Porrò quomodo intelligendi ſint hi lapides, eorúmque natura, & ad quales animas referri poſſit pretioſi lapidis appellatio; non eſt præſentis temporis diſputatio: tantummodo erat opus admonere paucis, quid ſibi velint apud nos templa, & quodnam ſit illud unicum Dei templum conſtructum è pretioſis lapidibus. Sicut enim fit de iſtis vulgaribus templis profanis, ut ſuum quæq; civitas jactet apud alias, & vehementer ſibi placeat, ſi contingat habere præſtantius, velut arguens aliorum populorum hâc parte negligentiam, qui ſe ſuperari ſiverint: ſic objicientibus nobis, quòd non colamus numen in templis ſenſu carentibus, nos viciſſim noſtra templa oſtentamus; & docemus eos, modò non ipſi quoq; more ſuorum Deorum ſenſu careant, quòd nullo pacto conferri debeant vel noſtra ſimulacra cum ſimulacris gentium, vel altaria noſtra ſuffitúsq; cum ipſorum cruentis aris & nidoribus, ac nè templa quidem nobis probata cum ſenſu carentibus templis inſenſatorum hominum, ea templa admirantium; quibus nè in mentem quidē venit, quid ſentiendum ſit de Deo, de ſtatuis, templis, aut altaribus, quæ eidem conveniunt. Itaq; non, *Ut occulti fœderis fidem ſanciamus hâc ceu teſſerâ*, abhorremus à dicandis aris, templis, ſtatuis; ſed quia, per Jeſu doctrinam inventâ verâ pietate, vitamus fucatas illas religiones, quæ impios faciunt, quotquot aberrant à religione Jeſu Chriſti, qui ſolus eſt via pietatis, veréq; dixit, *Ego ſum via, & veritas, & vita.* Videamus jam quid deinceps Cel-

σέβειαν λίθος ἐστὶ τίμιος τοῦ παντὸς ναοῦ τοῦ Θεοῦ. καθὸ ὑπὸ μὲν τοῦ Πέτρου λέγεται, Ὑμεῖς δὲ οἰκοδομεῖσθε λίθοι ζῶντες, [καὶ] οἶκος πνευματικὸς, [εἰς] ἱεράτευμα ἅγιον, ἀνενέγκαι πνευματικὰς θυσίας, εὐπροσδέκτους τῷ Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ· ὑπὸ δὲ τοῦ Παύλου τὸ, * Ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν, ὄντος ἀκρογωνιαίου λίθου αὐτοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. τοιοῦτον δέ τινα μυστικὸν ἔχει νοῦν καὶ ἡ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ λέξις, οὕτως ἔχουσα, καὶ λεγομένη ὡς πρὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ, Ἰδοὺ, ἑτοιμάζω σοι ἄνθρακα τὸν λίθον σου, καὶ τὰ θεμέλιά σου σάπφειρον, καὶ θήσω τὰς ἐπάλξεις σου ἴασπιν, καὶ τὰς πύλας σου λίθους κρυστάλλου, καὶ τὸν περίβολόν σου λίθους ἐκλεκτοὺς, καὶ πάντας τοὺς υἱούς σου διδακτοὺς Θεοῦ, καὶ ἐν πολλῇ εἰρήνῃ τὰ τέκνα σου, καὶ ἐν δικαιοσύνῃ οἰκοδομηθήσῃ. εἰσὶν οὖν τινες τῶν δικαίων ἄνθραξ λίθος, καὶ ἄλλοι σάπφειρος, καὶ ἄλλοι ἴασπις, καὶ ἄλλοι κρύσταλλος· καὶ οὕτω πᾶν γένος ἐκλεκτῶν καὶ τιμίων λίθων εἰσὶν οἱ δίκαιοι. τὸν δὲ περὶ λίθων νοῦν, καὶ τὸν φύσεως αὐτῶν λόγον, καὶ εἰς ποδαπὰς ψυχὰς ἀναφέρεσθαι δύναται ἐκ τοῦ τιμίου λίθου τὸ ὄνομα· οὐ κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν ἐστὶ διηγήσασθαι· μόνον δ' ἐχρῆν ὑπομνῆσαι, ἐπ' ὀλίγον, τὸ βούλημα τῶν καθ' ἡμᾶς ναῶν, καὶ ἑνὸς τοῦ ἐκ λίθων τιμίων νεὼ τοῦ Θεοῦ. ὥσπερ γὰρ, εἰ ἐπὶ τοῖς νομιζομένοις ναοῖς ἕκαστοι κατὰ τὰς σφῶν πόλεις ἐσεμνύνοντο πρὸς τοὺς ἑτέρους, ἔλεγον ἂν οἱ ἐπὶ τοῖς τιμιωτέροις ναοῖς μέγα φρονοῦντες τὰ ἐξαίρετα τῶν ἰδίων, εἰς ἔλεγχον τῶν ὑποδεεστέρων· οὕτω πρὸς τοὺς ἐγκαλοῦντας ἡμῖν, ἐπεὶ μὴ νομίζομεν δεῖν σέβειν τὸ θεῖον παρ' ἀναισθήτοις ναοῖς, ἀντιπαραλαμβάνομεν τοὺς καθ' ἡμᾶς ναοὺς, καὶ δείκνυμεν τοῖς γε μὴ ἀναισθήτοις, μηδὲ παραπλησίοις τοῖς ἀναισθήτοις θεοῖς αὐτῶν, ὅτι οὐδεμία σύγκρισίς ἐστιν οὔτε τῶν παρ' ἡμῖν ἀγαλμάτων πρὸς τὰ ἀγάλματα τῶν ἐθνῶν, οὔτε τῶν παρ' ἡμῖν βωμῶν καὶ (ἵν' οὕτως ὀνομάσω) θυμιαμάτων πρὸς τοὺς ἐκείνων βωμοὺς καὶ τὰς παρ' αὐτοῖς κνίσσας καὶ αἵματα· ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἀποδεχομένων ναῶν πρὸς τοὺς ναοὺς τῶν ἀναισθήτων, ὑπὸ ἀναισθήτων ἀνθρώπων θαυμαζομένους, καὶ μηδὲ φαντασιωθέντων τὴν θείαν αἴσθησιν, ᾗ αἰσθάνεταί τις Θεοῦ, καὶ τῶν τούτου ἀγαλμάτων καὶ ναῶν καὶ βωμῶν, πρεπόντων Θεῷ. οὐκ εἰς τὸ πιστὸν οὖν ἀφανοῦς καὶ ἀπορρήτου κοινωνίας, καὶ τὸ τοιοῦτο σύνθημα, φεύγομεν βωμοὺς καὶ ἀγάλματα καὶ νεὼς ἱδρύεσθαι· ἀλλ' ὅτι εὑρόντες, διὰ τῆς Ἰησοῦ διδασκαλίας, τὸν τρόπον τῆς εἰς τὸ θεῖον εὐσεβείας, φεύγομεν τὰ [illegible] εὐσεβείας ἀσεβεῖς ποιοῦντα τοὺς ἐστερημένους ἀπὸ τῆς διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εὐσεβείας· ὅς ἐστι μόνος ὁδὸς εὐσεβείας, ἀληθῶς λέγων τὸ, Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή. Ἴδωμεν δὲ καὶ τὰ ἑξῆς Κέλ-

σου

1 Pet. 2. 5.
Epheſ. 2. 20.
* οἰκοδομηθέντες.
Eſaiæ 54. 11, 12.
Joan. 14. 6.

σω λεγόμενα περὶ Θεοῦ, καὶ ὡς προτρέπει ἡμᾶς ἐπὶ τὸ τῶν ὡς μὲν πρὸς ἀλήθειαν εἰδωλοθύτων χρῆσθαι, ἢ (ἵν' οὕτως ὀνομάσω) δαιμονιοθύτων· ὡς δ' αὐτὸς προσαγορεύσαι ἂν (ἅτε μὴ εἰδὼς, τί τὸ ἀληθῶς ἱερὸν, καὶ ποδαπαὶ αἱ παρὰ τούτῳ θυσίαι) ἱεροθύτων· ἃ δὲ λέγει, ταῦτά ἐστιν, « Ὅ γε μὴν Θεὸς ἅπασι κοινὸς, ἀγαθός τε καὶ ἀπροσδεὴς, καὶ ἔξω φθόνου· τί οὖν κωλύει τοὺς μάλιστα καθωσιωμένους αὐτῷ καὶ τῶν δημοτελῶν ἑορτῶν μεταλαμβάνειν; Οὐκ οἶδα δὲ, τί φαντασθεὶς, οἴεται) ἀκολουθεῖν τῷ, Τὸν Θεὸν εἶναι ἀγαθὸν, καὶ ἀπροσδεῆ, καὶ ἔξω φθόνου, τὸ τοὺς καθωσιωμένους αὐτῷ μεταλαμβάνειν τῶν δημοτελῶν ἑορτῶν. καί φημι, ὅτι ἠκολούθει μὲν τῷ τὸν Θεὸν εἶναι ἀγαθὸν, καὶ ἀπροσδεῆ, καὶ ἔξω φθόνου, τὸ αὐτὸν τῶν δημοτελῶν μεταλαμβάνειν ἑορτῶν· εἰ ἀπεδείκνυτο, ὅτι αἱ δημοτελεῖς ἑορταὶ οὐδὲν μὲν ἔχουσιν ἐσφαλμένον, ἀπὸ δὲ τῆς Θεοῦ θεωρίας ἐνομοθετήθησαν, ὡς ἀκόλουθοι τῇ εἰς αὐτὸν θεραπείᾳ καὶ εὐσεβείᾳ. εἰ μέντοι αἱ δημοτελεῖς μέχρις ὀνόματος ἑορταὶ μηδένα λόγον ἔχουσιν ἀποδεικτικὸν, ὡς ἁρμόζουσαι τῇ εἰς τὸ θεῖον θεραπείᾳ· ἀλλ' ἐλέγχοιντο οὖσαι ἀναπλάσματα τῶν, ὅπως ποτὲ ἔτυχε, διά τινας ἱστορίας ἀνθρωπικὰς ταῦτα νομοθετησάντων, ἢ καὶ φυσιολογίας περὶ ὕδατος ἢ γῆς ἢ τῶν ἀπ' αὐτῆς καρπῶν, δοκούντων περιέχειν· δῆλον ὅτι οἱ τὸ θεῖον ἐξητασμένως σέβειν θέλοντες, εὔλογόν τι πράττοιεν, μεταλαμβάνοντες τῶν δημοτελῶν ἑορτῶν. ἑορτὴ γὰρ (ὥς φησί τις καὶ τῶν
Thucyd. lib. 1. Ἑλληνικῶν σοφῶν, καλῶς λέγων) « οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ τὸ τὰ δέοντα πράττειν· καὶ ἑορτάζει γε κατὰ ἀλήθειαν ὁ τὰ δέοντα πράττων, ἀεὶ εὐχόμενος, διὰ παντὸς θύων τὰς ἀναιμάκτους ἐν ταῖς πρὸς τὸ θεῖον εὐχαῖς θυσίας. διὸ καὶ μεγαλοφυέστατά μοι δοκεῖ παρὰ τῷ Παύλῳ
Gal. 4. 10, 11. εἰρῆσθαι τὸ, Ἡμέρας παρατηρεῖσθε, καὶ μῆνας, καὶ καιροὺς, καὶ ἐνιαυτούς· φοβοῦμαι ὑμᾶς, μή πως εἰκῇ κεκοπίακα εἰς ὑμᾶς. ἐὰν δέ τις πρὸς ταῦτα ἀνθυποφέρῃ τὰ περὶ τῶν παρ' ἡμῖν κυριακῶν, ἢ παρασκευῶν, ἢ τοῦ πάσχα, ἢ τῆς πεντηκοστῆς δι' ἡμερῶν γινόμενα· λεκτέον καὶ πρὸς τοῦτο, ὅτι ὁ μὲν τέλειος, ἀεὶ ἐν τοῖς λόγοις ὢν, καὶ τοῖς ἔργοις, καὶ τοῖς διανοήμασι τοῦ τῇ φύσει Κυρίου λόγου Θεοῦ, ἀεί ἐστιν αὐτοῦ ἐν ταῖς ἡμέραις, καὶ ἀεὶ ἄγει κυριακὰς ἡμέρας. ἀλλὰ καὶ ἀεὶ παρασκευάζων ἑαυτὸν πρὸς τὸ ἀληθινὸν ζῆν, καὶ ἀπεχόμενος τῶν τοῦ βίου ἡδέων καὶ τοὺς πολλοὺς ἀπατώντων, καὶ μὴ τρέφων τὸ φρόνημα τῆς σαρ-
* ὑπωπιάζων. κὸς, ἀλλ' * ὑπωπιάζων αὐτοῦ τὸ σῶμα καὶ δου-
1 Cor. 9. 27. λαγωγῶν, ἀεὶ ἄγει τὰς παρασκευάς. ἔτι δὲ ὁ
* ἡμᾶς. νοήσας, ὅτι τὸ πάσχα ἡμῶν [ὑπὲρ * ἡμῶν]
1 Cor. 5. 7. ἐτύθη Χριστὸς, καὶ χρὴ ἑορτάζειν ἐσθίοντα τῆς σαρκὸς τοῦ λόγου· οὐκ ἔστιν ὅτε οὐ ποιεῖ τὸ πάσχα, ὅπερ ἑρμηνεύεται Διαβατήρια, διαβαίνων ἀεὶ τῷ λογισμῷ καὶ παντὶ λόγῳ καὶ πάσῃ πράξει ἀπὸ τῶν τοῦ βίου πραγμάτων ἐπὶ τὸν Θεὸν, καὶ ἐπὶ τὴν πόλιν αὐτοῦ σπεύδων. πρὸς τούτοις δὲ ὁ

ſus loquatur de Deo, adhortans nos reverà quidem ad idolorum ſeu potiùs dæmonum ſacrificia: ut autem ipſe, (quid verè ſacrum quidve ſacrificium ſit ignarus,) appellat, ad Deo ſacratas epulas: verba ejus ſunt hæc, *Certè Deus omnibus communis eſt, bonus, nullius indigus, invidens nemini: quid igitur vetat ſacratiſſimum quemque cum aliis frui feſto publico?* Neſcio quid imaginatus putat conſequens eſſe, ut quoniam Deus bonus eſt, nullius indigus, invidens nemini, ſacrati ei fruantur cum aliis feſto publico: quod concederem, ſi demonſtrâſſet publica feſta non habere quicquam erroneum, eſſéntque ex Dei contemplatione inſtituta religionis ac pietatis gratiâ. Quòd ſi nulla eſt ratio, cur publica iſta nomine tantùm feſta convenientia divino cultui videri debeant; ſed deprehenduntur figmenta eſſe inducta ad humanarum hiſtoriarum memoriam; aut ad quaſdam aquæ, terræ, frugúmque ejus phyſiologias: evidens eſt rectè ac ratione facere quibuscunque cordi eſt exquiſita pietas, ſi fruantur feſtis publicis. *Feſtum* enim (ut quidam Græcorum ſapiens pulchrè dixit) *nihil aliud eſt, quàm officium facere*: & verè feſtum celebrat, quiſquis facit quod debet, ſemper vacans precibus, continenter incruentas victimas offerens Deo ſuis precationibus. Unde generosè mihi videtur dictum in Paulinis epiſtolis, *Dies obſervatiis, & menſes, & tempora, & annos; vereor, ne fruſtrà in vobis laboraverim.* Quòd ſi quis nobis ex adverſo regerat noſtras Dominicas, Paraſceuáſque, aut Paſcha, & Pentecoſten, recurrentes ſolenniter: reſpondendum eſt & ad hæc, quòd qui perfectus eſt, rationi, operibus, cogitationibus perpetuò hærens Deo verbo, naturali noſtro Domino, ſemper agit dies Domini, & nunquam non habet diem Dominicam: ſic & qui ſemper parat ſeipſum ad veram vitam, abſtinens à mundanis voluptatibus multos ſeducentibus, nec alens carnis ferociam, ſed ſuggillans corpus ſuum & in ſervitutem redigens, ſemper agit Paraſceuas: quiſquis item cogitat Paſcha noſtrum immolatum eſſe Chriſtum, celebrandúmque hoc feſtum edendo carnem verbi, nunquam non Paſcha facit, quod interpretatur ac ſi dicas *Tranſitoria*, tranſiens ſemper ratione omnique cogitatione atque actione ad Deum à negotiis ſecularibus, & ad civitatem ejus feſtinans: inſuper qui-

cunque

cunque poteſt verè dicere, *Simul reſurreximus cum Chriſto*, & illud, *Simul nos reſuſcitavit, & conſedere nos fecit in ſupercœleſtibus in Chriſto*, ſemper habet dies Pentecoſtes; præſertim, quando in cœnaculum aſcendens cum Jeſu Apoſtolis vacat precibus & orationibus, ut dignus fiat illo vehementi ſpiritu cœleſti, qui vehementiâ ſuâ tollit ex hominibus malitiam ejúſque opera, ſimúlq; dignus, ut à Deo partem aliquam ignearum linguarum accipiat. Vulgus autem eorum, qui credentes videntur magis quàm ſunt, qui vel non poteſt vel non vult quotidie feſtum agere, opus habet, ut contineatur talibus ſenſibilibus admonitionibus, nè omnino dilabatur ab officio. Hæc, ut opinor, cogitans Paulus partem diei feſti nominavit feſtum ſtatis diebus recurrens, collatum ad feſtum illud aliud: ſubindicat autem his verbis, quòd non in parte feſtæ diei, ſed in perpetuo integróque feſto æterna vita conſiſtat, ſicut ſacra Scriptura docet. Rurſum igitur vide, ubi ea, quæ diximus de celebribus diebus, collata fuerint cum publicis Celſi & gentium feſtis, annon longè potiora ſint hæc noſtra, quàm illa publica, in quibus ſapientia carnis feriatur laſcivítque, indulgens petulanter ebrietatibus ac libidinibus. Prolixum autem eſſet hoc tempore dicere, cur inſtitutum ſit in divinæ legis feſtis panem afflictionis edere, ſive azyma cum lactucis agreſtibus; aut illud quod dicitur, *Humiliate animas veſtras*, aliudve ſimile. Impoſſibile eſt enim ut homo, cùm ſit compoſitus, & *caro concupiſcat adversùs ſpiritum, ſpiritus adversùs carnem*, totus feſtum celebrat: aut enim ſpiritu feſtum agens aliquis corpus ſuum affligit, quòd propter ſuperbiam carnis non eſt natum ad feſtum celebrandum cum ſpiritu; aut juxta carnem feriatus non eſt capax feſti ſpiritualis. Hæc de feſtis in præſens dixiſſe ſufficiat. Videamus jam quibus verbis Celſus conetur nobis perſuadere, nè abſtineamus ab idolothytis, & publicorum feſtorum victimis. *Si idola*, inquit, *nihil ſunt, quid moleſti eſt frui ſimul epulis? quòd ſi ſint dæmones quidam, dubio procul & hi Dei ſunt, quibus & credendum eſt, & litandum juxta leges: preces quoque offerendæ ſunt, ut velint eſſe propitii.* Hic operæ pretium fuerit in manus ſumere totum eum locum, qui eſt in epiſtola Paulina prima, quam ſcripſit ad Corinthios, eúmque interpretari, ubi occurrens his, qui aiunt nihil eſſe in rerum natura idolum, docet quàm noxium ſit veſci idolothytis, demonſtrans his, qui capaces ſunt, peccatum hoc gravius eſſe homicidio, dum non temperans ſibi

δυνάμενος μετὰ ἀληθείας λέγειν, Συνηγέρθημεν τῷ Χριστῷ, ἀλλὰ καὶ τό, Συνήγειρε καὶ συνεκάθισεν ἡμᾶς ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ, ἀεί ἐστιν ἐν ταῖς τῆς πεντηκοστῆς ἡμέραις· καὶ μάλιστα, ὅτε καὶ εἰς τὸ ὑπερῷον, ὡς οἱ ἀπόστολοι τοῦ Ἰησοῦ, ἀναβὰς, σχολάζει τῇ δεήσει καὶ τῇ προσευχῇ· ὡς ἄξιος γενέσθαι τῆς φερομένης πνοῆς βιαίας ἐξ οὐρανοῦ, βιαζομένης ἐξαφανίσαι τὴν ἐν ἀνθρώποις κακίαν καὶ τὰ ἀπ' αὐτῆς· ἄξιος δὲ καί τινος μερισμοῦ γλώσσης ἀπὸ Θεοῦ πυρίνης. ὁ δὲ πολὺς τῶν πιστεύειν δοκούντων, καὶ μὴ τηλικοῦτος, δεῖται, ὑπομνήσεως χάριν, μὴ βουλόμενος ἢ μὴ δυνάμενος πάσας τοιαύτας ἄγειν ἡμέρας, αἰσθητῶν παραδειγμάτων· ἵνα μὴ τέλεον παραῤῥυῇ. τοιαῦτα δ' οἶμαι τὸν Παῦλον νενοηκότα, μέρος μὲν ἑορτῆς ὠνομακέναι τὴν ἐν ἡμέραις τεταγμέναις παρ' * ἑτέρας ἑορτήν· ᾐνίχθαι δὲ ἐν τῷ οὕτως λελέχθαι, ὅτι οὐκ ἐν μέρει ἑορτῆς, ἀλλ' ἐν ὁλοκλήρῳ καὶ ἀδιαλείπτῳ ἐστὶν ἑορτῇ ὁ ἀεὶ βίος, κατὰ τὸν θεῖον λόγον. ὅρα δ' οὖν πάλιν καὶ * τῶν εἰρημένων περὶ ἑορτῶν, τῶν παρ' ἡμῖν συνεξεταζομένων ταῖς δημοτελέσι τοῦ Κέλσου καὶ τῶν ἐθνῶν ἑορταῖς, εἰ μὴ μακρῷ σεμνότεραί εἰσιν αὗται αἱ ἑορταὶ τῶν δημοτελῶν· ἐν αἷς τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς ἑορτάζον ἐξυβρίζει, ἐπὶ μέθας καὶ ἀκολασίας ἐκτρεπόμενον. πολὺ δ' ἂν εἴη νῦν λέγειν, διὰ τί αἱ κατὰ τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον ἑορταὶ ἄρτον κακώσεως διδάσκουσιν ἐσθίειν, ἢ ἄζυμα * μετὰ πικρίδων· ἢ ὅτι φασὶ, Ταπεινώσατε τὰς ψυχὰς ὑμῶν, ἢ τι τούτοις παραπλήσιον. οὐδὲ γὰρ δυνατόν ἐστι τὸν σύνθετον ἄνθρωπον (* ἐπεὶ ἡ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος, τὸ δὲ πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκὸς) ἐξ ὅλων ἑορτάζειν· ἢ γὰρ ἑορτάζων τις τῷ πνεύματι κακοῖ τὸ σῶμα, μὴ πεφυκὸς, διὰ φρόνημα τῆς σαρκὸς, ἑορτάζειν μετὰ τοῦ πνεύματος· ἢ ἑορτάζων κατὰ σάρκα οὐ χωρεῖ καὶ τὴν κατὰ πνεῦμα ἑορτήν. ἀλλὰ γὰρ ἀρκεῖ ταῦτα εἰς τὸν περὶ ἑορτῶν λόγον ἐπὶ τοῦ παρόντος. Ἴδωμεν δὲ οἷς χρῆται ὁ Κέλσος λόγοις, προτρέπων ἡμᾶς ἐπὶ τὴν χρῆσιν τῶν εἰδωλοθύτων, καὶ τὰς δημοτελεῖς ἐν δημοτελέσιν ἑορταῖς θυσίας· ἃ δὲ λέγει τοιαῦτά ἐστι, "Εἰ μὲν οὐδέν ταῦτά "ἐστι τὰ εἴδωλα, τί δεινὸν κοινωνῆσαι τῆς πανθοινίας; εἰ δ' εἰσίν τινες δαίμονες, δῆλον ὅτι "καὶ οὗτοι τοῦ Θεοῦ εἰσιν, οἷς καὶ πιστευτέον, καὶ "καλλιερητέον κατὰ νόμους, καὶ προσευκτέον, ἵν' "εὐμενεῖς ὦσι. χρήσιμον δ' εἰς ταῦτα ὅλον τὸν περὶ εἰδωλοθύτων λόγον, εἰρημένον παρὰ τῷ Παύλῳ ἐν τῇ προτέρᾳ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ, λαβεῖν εἰς χεῖρας καὶ σαφηνίσαι. ἐν ᾧ καὶ πρὸς τὸ μηδὲν εἶναι εἴδωλον ἐν κόσμῳ ἀπαντήσας, τὴν ἀπὸ τοῦ χρῆσθαι τοῖς εἰδωλοθύτοις βλάβην παρέστησεν· ὑποδεικνὺς τοῖς ἀκούειν τῶν τοιούτων δυναμένοις, ὅτι πάντως καὶ φονέως χεῖρόν τι πράττει

Coloſſ. 2. 12.
Epheſ. 2. 6.
Act. 1. 13, 14.
Act. 2. 2, 3.
Coloſſ. 2. 16.
* ἑτέραν.
* τὰ εἰρημένα.
Deut. 16. 3.
Exod. 12. 8.
* ἐπὶ, l. e.
Levit. 16. 29, 31.
Galat. 5. 17.
* ὅσον ἐπ.
1 Cor. 8. 4, 11.

ὁ τῶν εἰδωλοθύτων μεταλαμβάνων, ἀπολλύς τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν, δι' ὃν Χριστὸς ἀπέθανε. καὶ μετὰ τοῦτο, τοῖς δαιμονίοις θύεσθαι τὰ θυόμενα, παρίστησι, κοινωνοὺς τῶν δαιμονίων γίνεσθαι τοὺς μεταλαμβάνοντας δαιμονίων τραπέζης· παρίστησί τε, ὅτι ἀδύνατόν ἐστι τὸν αὐτὸν τραπέζης Κυρίου μετέχειν, καὶ τραπέζης δαιμονίων. ἀλλ' ἐπεὶ ὅλης συντάξεως χρήζει, διὰ πλειόνων ἀποδεικνυμένης, ἡ περὶ τούτων εἰς τὴν πρὸς Κορινθίους ἐπιστολὴν διήγησις· * ἀρκεσθησόμεθα καὶ τοῖς ἐπ' ὀλίγον ἀποδεδομένοις· ἐν οἷς τῷ ἐξετάζοντι αὐτὰ φανεῖται, ὅτι, κἂν μηδὲν ᾖ τὰ εἴδωλα, οὐδὲν ἧττον καὶ οὕτω δεινόν ἐστι τὸ κοινωνῆσαι τοῖς τῶν εἰδώλων παρανομίας. εἴρηται μὲν οὖν ἡμῖν μετρίως καὶ εἰς τὸ, κἂν ὦσί τινες δαίμονες, οἷς τὰ θυόμενα θύεται, μηδὲν ἡμᾶς αὐτῶν μεταλαμβάνειν, τοὺς ἐπισταμένους διαφορὰν τραπέζης Κυρίου καὶ τραπέζης δαιμονίων· καὶ διὰ τὸ ἐπίστασθαι, πάντα μὲν πράττοντας, ἵνα τραπέζης Κυρίου ἀεὶ μετέχωμεν· παντὶ δὲ τρόπῳ φυλαττομένους, ἵνα μηδέ ποτε κοινωνοὶ τραπέζης γενώμεθα τῶν δαιμονίων. Ἐπεὶ δέ φησιν ἐν τούτοις ὁ Κέλσος, "Ὅτι καὶ οἱ δαίμονές εἰσι "τοῦ Θεοῦ, καὶ διὰ τοῦτο πιστευτέον ἐστὶν αὐτοῖς, "καὶ καλλιερητέον κατὰ νόμους, καὶ προσευκτέον, "ἵν' εὐμενεῖς ὦσι· διδακτέον καὶ περὶ τούτου τοὺς βουλομένους, ὅτι ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος οὐδὲν τῶν φαύλων ἀναγορεύειν βούλεται κτῆμα Θεοῦ τυγχάνειν· ἀνάξιον αὐτὸ κρίνων τηλικούτου Κυρίου. διόπερ οὐ πάντες μὲν ἄνθρωποι χρηματίζουσιν ἄνθρωποι Θεοῦ, μόνοι δὲ οἱ ἄξιοι τοῦ Θεοῦ· ὁποῖος ἦν Μωϋσῆς, καὶ Ἠλίας, καὶ εἴ τις ἄλλος ἀναγέγραπται ἄνθρωπος Θεοῦ, ἢ παραπλήσιός ἐστι τοῖς ἀναγεγραμμένοις. οὕτω δὲ καὶ οὐ πάντες ἄγγελοι ἄγγελοι λέγονται εἶναι τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ μόνοι οἱ μακάριοι· οἱ δὲ ἐκτραπέντες ἐπὶ τὴν κακίαν, ἄγγελοι τοῦ διαβόλου ὀνομάζονται· ὥσπερ οἱ φαῦλοι ἄνθρωποι, ἄνθρωποι ἁμαρτίας, υἱοὶ λοιμοὶ, ἢ υἱοὶ ἀδικίας. ἐπεὶ οὖν καὶ ἄνθρωποι, οἱ μέν εἰσι σπουδαῖοι, οἱ δὲ φαῦλοι· διὸ καὶ οἱ μὲν τοῦ Θεοῦ, οἱ δὲ τοῦ διαβόλου εἶναι λέγονται· ἀλλὰ καὶ ἄγγελοι, οἱ μὲν τοῦ Θεοῦ, οἱ δὲ τοῦ πονηροῦ· δαίμονες δὲ οὐκέτι διχῶς, πάντες γὰρ ἀποδείκνυνται εἶναι φαῦλοι· διὰ τοῦτο φήσομεν ψεῦδος εἶναι τὸν Κέλσου λόγον εἰπόντος τὸ, "Εἰ δ' εἰσί τινες δαίμονες, "δῆλον ὅτι καὶ οὗτοι τοῦ Θεοῦ· ἢ δεικνύτω ὁ βουλόμενος, μὴ λόγον ὑγιῆ εἶναι τὴν περὶ ἀνθρώπων καὶ ἀγγέλων διαίρεσιν· ἢ λόγον ἔχοντα παραπλησίαν διαίρεσιν ἀποδεικνύτω καὶ ἐπὶ δαιμόνων. εἰ δὲ τοῦτ' ἀμήχανον· δῆλον ὅτι οὔτε "τοῦ Θεοῦ εἰσιν οἱ δαίμονες. ὁ γὰρ ἄρχων αὐτῶν ὁ Θεὸς, ἀλλ' (ὥς φασιν οἱ θεῖοι λόγοι) ὁ Βεελζεβούλ. οὔτε πιστευτέον δαίμοσι, κἂν ὁ Κέλσος ἐπὶ τούτοις ἡμᾶς παρακαλῇ· ἀλλ' ἀποθανητέον, πρὶν πιστεῦσαι δαίμοσιν, ἀλλὰ καὶ

ab idolothytis perdit fratrem, pro quo Chriſtus eſt mortuus; ubi etiam præſupponens dæmonibus ſacrificari eas victimas docet, quòd participes earum communicent cum dæmonibus, & impoſſibile eſſe ut idem participet menſæ Domini & menſæ dæmoniorũ. Sed, quia res hæc opus habet integro volumine, ſi hic epiſtolæ ad Corinthios locus tractetur pluribus, contenti erimus paucis; ex quibus examinanti patebit, quòd etiamſi nihil ſint idola, tamen grave piaculum ſit eorum intereſſe epulo. Jam certè diſſeruimus mediocriter, quòd etiamſi ſunt dæmones, quibus ſacrificantur victimæ, non debeamus eorum ſacrorum fieri participes, cùm ſciamus differentiam inter menſam Domini & menſam dæmoniorum; & hæc ſcientes nihil non faciamus, ut ſemper participantes menſæ Domini, modis omnibus caveamus à communicatione menſæ dæmonum. Quoniam autem Celſus modò dixit, *Etiam dæmones eſſe Dei, ideóque credendum eis & litandum legitimè, orandoſque ut velint eſſe propitii*; diſcant etiam de hoc qui cupiunt, morem eſſe ſacrarum Scripturarum, ut nihil malorum appellent Dei poſſeſſionem, ut quæ haudquaquam habeantur digna tanto domino. Quapropter nè homines quidem omnes vocantur homines Dei, ſed ſoli qui Deo digni ſint; qualis erat Moſes & Helias, & ſi quis alius homo Dei ſcribitur, aut ſimilis eſt his, de quibus ſcribitur. Itidem non omnes angeli dicuntur angeli Dei, ſed ſoli beati: ceterùm qui converſi ſunt ad malitiam nominantur angeli diaboli: quemadmodum mali homines, homines peccati aut filii, peſtes aut injuſtitiæ filii. Quoniam igitur & homines cùm ſint partim boni, partim mali, alii Dei dicuntur eſſe, alii diaboli; & angeli alii Dei, alii mali illius; dæmones autem non ità ſunt duplices, omnes enim malos eſſe demonſtratur: ideo dicemus falſum eſſe Celſi ſermonem dicentis, *quòd ſi ſunt dæmones quidam, dubio procul, & hi Dei ſunt*: aut demonſtret qui volet, non eſſe ſanam diſtinctionem noſtram de hominibus & angelis, vel eodem modo poſſe inveniri diſcrimen inter dæmonas. Id ſi eſt impoſſibile, liquet *non eſſe Dei dæmonas*: princeps enim eorum non Deus eſt, ſed, ut ſacra Scriptura teſtatur, Beelzebul. Neque credendum eſt dæmonibus, etiamſi Celſus nos huc hortetur, ſed moriendum citiùs, & nihil non perferendum fortiter;

* ἀρκεσθησόμεθα κ.τ.ἑ. ὁ. ἀποδεδ.

Resp. orig. 1 si nihil sint [illegible] non [illegible] nec si aliqui sint

2o. nec si dæmones sint quo[illegible] mali sunt [illegible]

Deut. 33.1.
4 Reg. 1.10.
Lucæ 12.8.
Matth. 25.41.
Oseæ 10.9.
2 Petri 1.21.
Matth. 22.30.
Lucæ 11.15.

fortiter, perſtando in fide Dei. Sic nec litandum eſt dæmonibus: ac nè poteſt quidem eis litari, cùm ſint mali & hominibus noxii. Jam juxta quas leges vult nos litare Celſus dæmonibus? nam ſi juxta receptas in civitatibus, doceat conſonare has cum divinis legibus. Id ſi non poteſt (quandoquidem nec inter ſe civiles leges hîc conſentiunt:) liquet quòd nè leges quidem propriè ſunt, cùm malæ ſint, ac proinde his non eſſe obtemperandum. *Obediendum enim eſt magis Deo, quàm hominibus.* Apage hoc Celſi conſilium jubentis adorari dæmonas, qui nè tantillum quidem audiendus eſt: ſolus enim adorandus eſt Deus Optimus Maximus, ſoli preces offerendæ *unigenito Dei verbo, primogenito creaturæ totius*, qui ut pontifex eas ad Deum ſuum & ad Deum noſtrum perferat, & Patrem ſuum atque omnium juxta verbum ejus viventium. Et quemadmodum non optaremus nobis favorem hominum ad malos ſuos mores pertrahere nos volentium, ſi nemini benevoli eſſent ex factione ſibi adverſaria; (quia horum benevolentia facit nos inimicos Deos, fortaſſe non futuro benevolo habentibus tales benevolos:) ità qui nôrunt dæmonum naturam, voluntatem, malitiam, nunquam ſibi optabunt eorum benevolentiam. Nam etiamſi eis non bene velint dæmones, nullo tamen malo poſſunt afficere cuſtoditos propter pietatem à Deo ſuo & omnium domino, angelos ſuos præficiente ad præſidium eorum qui digni ſunt, nè lædantur à dæmonibus. Quiſquis autem habet Dominum Deum propitium propter ſuam erga illum pietatem, &, propter conſilii magni angelum Dei receptum Jeſum Dominum, contentus Dei per Jeſum Chriſtum favore, poteſt dicere fidenter, ut nihil paſſurus vel ab univerſo dæmonum exercitu, *Dominus illuminatio mea, & Servator meus, quem timebo? Dominus protector meæ vitæ, à quo formidabo?* dicet etiam illud, *Si tota caſtra contra me aciem ſtruxerint, non timebit cor meum.* Hactenus ad Celſi verba dicentis, *Quòd ſi ſunt dæmones quidam, dubio procul & hi Dei ſunt, quibus & credendum eſt, & litandum juxta leges: preces quoque offerendæ ſunt, ut velint eſſe propitii.* Aggrediamur jam quæ deinceps ſequuntur, & examinemus pro viribus: ea ſic habent, *Certè, ſi quæ patria conſuetudo arceat hos à ſacrificatis, debuerant in univerſum abſtinere ab eſu animantium; ut Pythagoræ viſum eſt, animam honoranti & ejus inſtrumenta. Sin cauſa eſt,*

πᾶν ὅ,τι οὖν ὑπομενετέον πειθομένοις Θεῷ. Οὕτω δὲ οὐδὲ καλλιερητέον δαίμοσι· καὶ * ἄγαν ἀδύνατόν ἐστι, τοῖς φαύλοις καὶ ἀνθρώπων κακωτικοῖς καλλιερεῖν. ἀλλὰ καὶ κατὰ ποίους νόμους ἡμᾶς βούλεται Κέλσος καλλιερεῖν τοῖς δαίμοσιν; εἰ μὲν γὰρ κατὰ τοὺς κειμένους ἐν ταῖς πόλεσι· κατασκευαζέτω ὅτι συνᾴδουσι τοῖς θείοις νόμοις. εἰ δὲ τοῦτο μὴ δύναται (οὐ γὰρ κἂν ἀλλήλοις ταῦτα λέγουσιν οἱ τῶν πολλῶν πόλεων νόμοι) δηλονότι οὐδὲ κυρίως νόμους, ἢ φαύλων νόμους, οἷς οὐ πειστέον. πειθαρχεῖν γὰρ δεῖ μᾶλλον Θεῷ, ἢ ἀνθρώποις. ἄπαγε δὴ τὴν τοῦ Κέλσου συμβουλὴν, λέγοντος, Προσευκτέον εἶναι δαίμοσι· καὶ οὐδὲ κατὰ τὸ ποσὸν ἀκουστέον αὐτοῦ· μόνῳ γὰρ προσευκτέον τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ, καὶ προσευκτέον γε τῷ μονογενεῖ, καὶ πρωτοτόκῳ πάσης κτίσεως, λόγῳ Θεοῦ, καὶ ἀξιωτέον αὐτὸν, ὡς ἀρχιερέα, τὴν ἐπ' αὐτὸν φθάσασαν ἡμῶν εὐχὴν ἀναφέρειν ἐπὶ τὸν Θεὸν αὐτοῦ καὶ Θεὸν ἡμῶν, καὶ πατέρα αὐτοῦ καὶ πατέρα τῶν βιούντων κατὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. ὥσπερ δὲ οὐκ ἂν βουλοίμεθα εὐμενεῖς ἔχειν ἀνθρώπους, τοὺς βουλομένους ἡμᾶς βιοῦν κατὰ τὴν αὐτῶν κακίαν, ἐὰν μηδενὶ τυγχάνωσιν ὄντες εὐμενεῖς τῶν τὰ ἐναντία αὐτοῖς αἱρουμένων (ἐπεὶ ἡ εὐμένεια αὐτῶν ἐχθροὺς ἡμᾶς ποιεῖ Θεῷ, τάχα μὴ γινομένῳ εὐμενεῖ τοῖς θέλουσι τοὺς τοιούτους ἔχειν εὐμενεῖς) τὸν αὐτὸν τρόπον οἱ νοήσαντες δαιμόνων φύσιν, καὶ προαίρεσιν, καὶ κακίαν, οὐκ ἄν ποτε βούλοιντο εὐμενεῖς ἔχειν τοὺς δαίμονας. οὐδὲ γὰρ, κἂν μὴ ὦσιν αὐτοῖς εὐμενεῖς οἱ δαίμονες, πάσχειν ἄν τι ὑπ' αὐτῶν δύναιντο, φρουρούμενοι ὑπὸ τοῦ εὐμενοῦς αὐτοῖς διὰ τὴν εὐσέβειαν ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ, καὶ τοὺς θείους αὐτοῦ ἀγγέλους ἐφιστάντος τοῖς ἀξίοις τοῦ φρουρεῖσθαι, ἵνα μηδὲν πάσχωσιν ἀπὸ τῶν δαιμόνων. Ὁ δ' ἔχων τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν, διὰ τὴν εἰς αὐτὸν εὐσέβειαν, εὐμενῆ, καὶ διὰ τὸ τὸν τῆς μεγάλης βουλῆς ἄγγελον τοῦ Θεοῦ παραδεδέχθαι Κύριον Ἰησοῦν, ἀρκούμενος τῇ τοῦ Θεοῦ διὰ Χριστοῦ Ἰησοῦ εὐμενείᾳ, λέγοι ἂν θαῤῥῶν, ὡς οὐδὲν πεισόμενος ἀπὸ παντὸς τοῦ τῶν δαιμόνων στρατοπέδου, Κύριος φωτισμός μου, καὶ σωτήρ μου, τίνα φοβηθήσομαι; Κύριος ὑπερασπιστὴς τῆς ζωῆς μου, ἀπὸ τίνος δειλιάσω; ἐρεῖ δὲ καὶ τὸ, Ἐὰν παρατάξηται ἐπ' ἐμὲ παρεμβολὴ, οὐ φοβηθήσεται ἡ καρδία μου. τοσαῦτα καὶ εἰς τὸ, “Εἰ δ' εἰσί τινες δαίμονες, δηλονότι καὶ οὗτοι τοῦ Θεοῦ εἰσι, καὶ * πιστευτέον, καὶ καλλιερητέον κατὰ νόμους, καὶ προσευκτέον, ἵν' εὐμενεῖς ὦσιν. Ἐκθέμενοι δὲ καὶ τὴν ἑξῆς λέξιν, φέρε πάλιν, κατὰ δύναμιν, αὐτὴν ἐξετάσωμεν οὕτως ἔχουσαν, “Εἰ μὲν δὴ κατά τι πάτριον ἱερείων τινῶν ἀπέχονται οἱ τοιοίδε, πάντως ἀφεκτέον καὶ ζώων ἁπάντων βρωτέων· ὅπερ καὶ Πυθαγόρᾳ δοκεῖ, ψυχὴν τιμῶντι καὶ τὰ ταύτης ὄργανα. εἰ δ', ὅπερ φασὶν,

* γδ.

Actor. 5. 29.

Eſaiæ 9. 6.

Pſal. 26. 1.

* πιςέον.

„σιν, ὅπως μὴ συνεστιῶνται δαίμοσι· μακαρίζω τῆς σοφίας αὐτοὺς, ὅτι βραδέως συνιᾶσιν ὄντες ἀεὶ σύνεστιοι δαιμόνων· καὶ τότε δὴ μόνον φυλάσσονται τοῦτο, ὁπόταν ἱερεῖον θυόμενον βλέπωσιν· ὅταν δὲ σῖτον ἐσθίωσι, καὶ οἶνον πίνωσι, καὶ ἀκροδρύων γεύωνται, καὶ αὐτὸ ὕδωρ καὶ αὐτὸν ἀέρα ἀναπνέωσιν, οὐκ ἄρα παρά τινων δαιμόνων ἕκαστα τούτων λαμβάνουσιν, οἷς κατὰ μέρη τὸ ἐπιμελὲς ἑκάστου προστέτακται. Οὐκ οἶδ' ὅπως ἐν τούτοις ἔδοξεν αὐτῷ ἀκολουθεῖν, δεῖν ἀπέχεσθαι πάντων ζώων βρώσεως τοὺς, ὡς ὀνόματι κατά τι πάτριον ἔθος ἱερείων τινῶν ἀπεχομένους.

Reſp. Orig.: Christianos [illegible] pietatis ergo abstinere.

καὶ οὐ τοῦτό φαμεν, ὡς καὶ μὴ τοιαῦτα ὑποβάλλοντος τοῦ θείου λόγου, καὶ τοῦ ἀσφαλεστέρου βίου καὶ

Rom.14,21. καθαρωτέρου ἕνεκεν εἰπόντος, Καλὸν, τὸ μὴ φαγεῖν κρέα, μηδὲ πιεῖν οἶνον, μηδ' ἐν ᾧ ὁ ἀδελ-

Ibid.v.15. φός σου προσκόπτει· καὶ πάλιν, Μὴ τῷ βρώματί σου ἐκεῖνον ἀπόλλυε, ὑπὲρ οὗ Χριστὸς ἀπέθανε·

1 Cor.8,13. καὶ πάλιν, Εἰ σκανδαλίζει τὸν ἀδελφόν μου

* χρέα. * βρῶμα, οὐ μὴ φάγω χρέα εἰς τὸν αἰῶνα· ἵνα μὴ τὸν ἀδελφόν μου σκανδαλίσω. ἰστέον μέντοι γε ὅτι Ἰουδαίων οἰομένων νοεῖν τὸν Μωϋσέως νόμον, καὶ τηρούντων ἐπὶ τῶν βρωμάτων τὸ μεταλαμβάνειν μὲν τῶν νενομισμένων αὐτοῖς καθαρῶν, ἀπέχεσθαι δὲ τῶν ἀκαθάρτων· ἀλλὰ καὶ μὴ χρῆσθαι αἵματι ζώου εἰς τροφὴν, μηδὲ τοῖς θηριαλώτοις, καὶ ἄλλοις, περὶ ὧν πολὺς λόγος, καὶ διὰ τοῦτο νῦν οὐκ εὔκαιρος ἐξετασθῆναι· ἡ τοῦ Ἰησοῦ διδασκαλία, βουλομένη πάντας ἀνθρώπους προσκαλέσασθαι εἰς τὴν καθαρὰν θεοσέβειαν, καὶ μὴ προφάσει τῆς περὶ βρωμάτων βαρυτέρας νομοθεσίας κωλύειν πολλοὺς τῶν δυναμένων ὠφεληθῆναι εἰς ἤθη ἀπὸ Χριστιανισμοῦ, ἀπεφήνατο, ὅτι οὐ τὰ εἰσερχόμενα εἰς τὸ στόμα

Matth. 15. 11,17,19. κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὰ ἐξερχόμενα ἐκ τοῦ στόματος· τὰ μὲν γὰρ εἰσερχόμενα εἰς τὸ στόμα εἰς τὴν κοιλίαν, φησὶ, χωρεῖ, καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται· τὰ δ' ἐξιόντα ἐκ τοῦ στόματος διαλογισμοί εἰσι πονηροὶ [λαλούμενοι] καὶ φόνοι, καὶ μοιχεῖαι, καὶ πορνεῖαι, κλοπαί τε, καὶ ψευδομαρτυρίαι, καὶ βλασφημίαι. φησὶ δὲ καὶ ὁ Παῦλος ὅτι Βρῶμα ἡμᾶς οὐ παρίστησι τῷ

1 Cor. 8, 8. Θεῷ· οὔτε γὰρ ἐὰν φάγωμεν, περισσεύομεν· οὔτε,

* ἄν. * ἐὰν μὴ φάγωμεν, ὑστερούμεθα. εἶτ', ἐπεὶ ἔχει τινὰ ἀσάφειαν ταῦτα, εἰ μὴ τύχῃ διαρθρώσεως, ἔδοξε τοῖς τοῦ Ἰησοῦ ἀποστόλοις, καὶ τοῖς

Actor.15.28. ἐν Ἀντιοχείᾳ συναχθεῖσιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ πρεσβυτέροις, καὶ (ὡς αὐτοὶ ὀνομάζουσι) τῷ ἁγίῳ πνεύματι, γράψαι τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν πιστεύουσιν ἐπιστολὴν, μόνα (ὡς ὠνόμασαν) ἐπάναγκες ἀπαγορεύουσαν ἐσθίειν· ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ ἤτοι εἰδωλόθυτα, ἢ τὰ πνικτὰ, ἢ τὸ αἷμα. τὸ μὲν γὰρ εἰδωλόθυτον θύεται δαιμο-

1 Cor.10.21. νίοις· καὶ οὐ χρὴ τὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον κοινωνὸν

* ᾗ τὰ πνικτά. τραπέζης δαιμονίων γίνεσθαι· * τὰ δὲ πνικτὰ, τοῦ αἵματος μὴ ἐκκριθέντος, (ὅπερ φασὶν εἶ-

quam aſſerunt, nè epulentur cum dæmonibus; macti ſapientiâ qui nunc demum intelligunt epulari ſe cum eis, & tunc tantummodò ſibi cavent, cùm vident cædi victimam: cetterùm, cùm fruges edunt, vinum bibunt, guſtántque fructus arborum, cùm aquâ ipſoque fruuntur aere, annon hæc ſingula ab aliquo dæmonum accipiunt, quibus rerum harum cura diſtributa eſt? Neſcio quomodo hìc putavit neceſſariò conſequi, ut abſtineant ab eſu omnium animalium, qui ex inſtituto patrio ſibi à ſacrificatis temperant: non tamen negamus etiam ſacram Scripturam commonſtrare talia, quò ſecuriùs vivatur & puriùs, quando Apoſtolus inquit, *Bonum eſt non manducare carnem, & non bibere vinum, in quo frater tuus offenditur*; & rurſum, *Si meo cibo frater offenditur, potiùs in æternum abſtinebo ab eſu carnium, quàm meo fratri ſim offendiculo.* Sciendum tamen, quòd cùm Judæi putarent ſe Moſis legem intelligere, ac proinde lege conceſſis cibis ut puris uterentur, caverent à reliquis ut impuris, itémque ab eſu ſanguinis animalium & carnium occiſæ à fera pecudis, aliorúmque, de quibus non eſt tempus nunc diſquirere, Jeſus magiſter volens ad purum Dei cultum vocare omnes homines, nè quis, propter cibos lege vetitos, gravatim reciperet religionem Chriſtianam corrigendis moribus utiliſſimam, pronuntiavit, *Non ea hominem inquinare, quæ os intrant, ſed quæ ex ore prodeunt: nam quicquid,* inquit, *in os intrat, in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur; quæ autem procedunt ex ore, de corde exeunt, & ea ſunt quæ inquinant hominem: de corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, ſcortationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ.* Paulus quoq; ait, *Cibus non commendat nos Deo; nec enim, ſi non manducabimus, deficiemus, nec, ſi manducaverimus, abundabimus.* Deinde, quoniam hæc non carent obſcuritate, niſi diſcernantur clariùs, viſum eſt Jeſu Apoſtolis, & collectis apud Antiochiam ea de cauſa presbyteris, & ſancto (ut ipſi vocant) Spiritui, ſcribere his, qui ex gentibus crediderant, epiſtolam, quæ neceſſariam tantùm abſtinentiam profiteretur ſe indicere, videlicet ab idolothytis, ſuffocato, & ſanguine: nam idolothyta ſacrificantur dæmoniis; nec debet homo Dei particeps fieri menſæ dæmonum. Suffocatis autem nobis interdicitur, quia ſanguis ex eis non eſt excretus, (cujus exhalatione aiunt

paſci dæmonas,) nè veſcamur cibo dæmonum, & nè fortè ſimul nobiſcum edant dæmones, ſi ſuffocatum edamus. Quod autem de ſuffocato dictum eſt ſatis indicat, cur abſtineatur à ſanguine. Nec alienum hoc loco fuerit meminiſſe pulchræ ſententiæ, quæ apud Sextum legitur, multis Chriſtianorum celebrata: ea ſic habet, *Eſus animatorum eſt quidem indifferens, abſtinere tamen præſtat, videtúrque magìs rationi conſentaneum.* Itaque non temere & ex more patrio abſtinemus ab his, quæ ſacrificantur diis vulgò creditis, aut heroibus, aut dæmonibus; ſed multis permoti rationibus, quarum partem jam expoſuimus: ſed non ità eſt abſtinendum ab eſu omnium animantium, ſicut à malitia vel ejus operibus. Imò non ab animantium tantùm eſu, verùm etiam cujuſcunque rei debemus abſtinere, ſi abſque peccato non licet edere: (non eſt enim edendum in hoc, ut gulæ indulgeamus illecti cupediis, ſed ut corpus curemus ſanitatis gratiâ,) quamvìs procul abſimus ab opinione de anima mutante corpora corporibus, & prolapſa uſque in brutas pecudes; nè ritu Pythagoreorum abſtineamus à carnibus parcentes animalibus. Solas enim rationales animas honorare novimus, & earum inſtrumenta ſolenni ſepulturæ honore dignamur: meretur enim rationalis animæ domicilium non projici temere, ſicut brutorum cadavera; & præcipuè, quòd hi confidunt honorandum eſſe corpus, quod erat animæ rationalis domicilium, & propter eum affirmant, qui animam recepit pulchrè tali inſtrumento in ſuo certamine utentem. Ceterùm, quomodo mortui reſurgant, & quo corpore veniant, ſuperiùs paucis, prout tractatus poſtulabat, docuimus. Mox Celſus adducit vulgatam illam & Chriſtianis cum Judæis communem reſponſionem, ideo abſtinere ab idolothytis, nè Deo ſacrati epulentur cum dæmonibus; quam refellere conatur. Nos certè, quantum ad cibum ac potum attinet, neſcimus alium modum veſcendi cum dæmonibus, quàm ſi quis in turba edat victimarum exta, & bibat vinum libatum dæmoniis: Celſus verò putat veſci cum dæmonibus etiam eos, qui fruuntur frugibus, & quodcunq; vinum bibunt, guſtántq; fructus arborum; vel ſi quis aquam ſolam ſumpſerit, hunc quoque bibendo participare cum dæmonibus: additque & aerem, quem reſpira-

ναι τροφὴν δαιμόνων, τρεφομένων ταῖς ἀπ' αὐτοῦ ἀναθυμιάσεσιν) ἀπαγορεύει ὁ λόγος, ἵνα μὴ τραφῶμεν τροφῇ δαιμόνων· τάχα τινῶν τοιούτων πνευμάτων συντρεφομένων ἡμῖν, c ἐὰν μεταλαμβάνωμεν τῶν πνικτῶν. ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων περὶ τῶν πνικτῶν σαφὲς εἶναι δύναται τὸ περὶ τῆς ἀποχῆς τοῦ αἵματος. καὶ οὐκ ἀπίθανόν γε, γινόμενόν με κατὰ τοὺς * τόπους, * τρόπους. ὑπομνησθῆναι χαριεστάτης γνώμης, ἣν καὶ οἱ πολλοὶ τῶν Χριστιανῶν ἀναγεγραμμένην ἐν ταῖς Σέξτου γνώμαις ἐντυγχάνουσιν, οὕτως * ἐχούσης, * ἐχούσῃ. Ἐμψύχων χρῆσις μὲν, ἀδιάφορον· ἀποχὴ δὲ, λογικώτερον. οὐχ ἁπλῶς οὖν, κατά τι πάτριον, τῶν νομιζομένων ἱερείων εἶναι, καὶ θυομένων παρὰ τοῖς λεγομένοις θεοῖς, ἢ ἥρωσιν, ἢ δαίμοσιν, ἀπεχόμεθα· ἀλλὰ διὰ λόγους πλείονας, ὧν ἀπὸ μέρους ἐξεθέμην τινάς· ἀλλὰ καὶ οὐχ, ὥσπερ ἀφεκτέον πάσης κακίας καὶ τῶν ἀπὸ κακίας, καὶ ζώων ἁπάντων βρώσεως. ἀφεκτέον δὲ οὐ μόνον ζώων βρώσεως, ἀλλὰ καὶ παντὸς οὑτινοσοῦν, εἰ ἀπὸ κακίας καὶ τῶν ἀπὸ κακίας χρησαίμεθα τοῖς βρώμασιν· (ἀφεκτέον γὰρ τοῦ ἐσθίειν κατὰ γαστριμαργίαν, ἢ καθὸ ἀγεσθαι ὑφ' ἡδονῆς, χωρὶς τῆς εἰς ὑγείαν τοῦ σώματος καὶ θεραπείας αὐτοῦ προθέσεως,) οὐδαμῶς μέντοι γε λέγοντες μετενσωματοῦσθαι τὴν ψυχὴν, καὶ κατάπτωσιν αὐτῆς μέχρι τῶν ἀλόγων ζώων· δηλονότι οὐδ' ὁμοίως Πυθαγόρᾳ, κἂν ἀπεχώμεθά ποτε ζώων, οὐ χρησόμεθα αὐτῶν ταῖς σαρξί. ψυχὴν γὰρ λογικὴν τιμᾶν μόνην ἡμεῖς ἴσμεν, καὶ τὰ ταύτης ὄργανα μετὰ τιμῆς παραδίδοσθαι κατὰ τὰ νενομισμένα ταφῇ· ἄξιον γὰρ τὸ τῆς λογικῆς ψυχῆς οἰκητήριον μὴ περιρριπτεῖν ἀτίμως, καὶ ὡς ἔτυχεν, ὁμοίως τῷ τῶν ἀλόγων· καὶ μάλιστα, ὅτε οἱ τὴν τιμὴν τοῦ σώματος, ἔνθα λογικὴ ψυχὴ ᾤκησε, πεπιστεύκασι, καὶ ἐπ' αὐτὸν φασι διεξάμενον καλῶς ἀγωνισαμένην διὰ τοιούτου ὀργάνου ψυχήν. Περὶ δὲ τοῦ, πῶς οἱ νεκροὶ ἐγείρονται, καὶ ποίῳ σώματι ἔρχονται, ἐν τοῖς ἀνωτέρω δι' ὀλίγων (ὡς ἀπῄτει ἡ γραφὴ) παρεστήσαμεν. Μετὰ ταῦτα ὁ Κέλσος τὸ ὁμολογουμένως ὑπὸ Χριστιανῶν καὶ Ἰουδαίων λεγόμενον τίθησιν, ἀπολεγομένων περὶ τῆς τῶν εἰδωλοθύτων ἀποχῆς, καὶ φασκόντων μὴ δεῖν συνεστιᾶσθαι δαίμοσι τοὺς ἀνακειμένους τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ· πρὸς ὃ εἶπε τὰ ἐκκείμενα. ἡμεῖς μὲν οὖν, ὅσον ἐπὶ βρώμασι καὶ πόμασι, τοῦ συνεστιᾶσθαι δαίμοσι τρόπους ἄλλους οὐκ ἴσμεν, ἢ καθ' οὓς τὰ καλούμενα παρὰ τοῖς πολλοῖς ἱερόθυτα ἐσθίει τις, καὶ πίνει τὸν τῶν παρὰ τοῖς δαιμονίοις γινομένων σπονδῶν οἶνον· ὁ δὲ Κέλσος οἴεται συνεστιᾶσθαι δαίμοσι καὶ τὸν σῖτον μεταλαμβάνοντα, καὶ ὅπως ποτ' οὖν οἶνον πίνοντα, καὶ ἀκροδρύων γευόμενον, ἀλλὰ καὶ εἰ μόνου ὕδατός τις μεταλαμβάνει, καὶ ἐν τούτῳ φησὶ συνεστιᾶσθαι δαίμοσι τὸν πίνοντα. προστίθησι δὲ τούτοις, ὅτι καὶ ὁ τὸν ἀέρα τοῦτον ἀν-

Sup. vid. pag. 202. 203. 245–2

ἀπνέων, παρὰ δαιμόνων τινῶν καὶ τοῦτον λαμβάνειν· χαριζομένων δαιμόνων, τῶν ἐπὶ τοῦ ἀέρος * περιτεταγμένων, τὸν τῆς ἀναπνοῆς τοῖς ζῴοις ἀέρα. ὁ βουλόμενος τοίνυν παριστανέτω τὸν Κέλσου λόγον, καὶ δεικνύτω, πῶς οὐ θεῖοί τινες ἄγγελοι Θεοῦ, ἀλλὰ δαίμονες (ὧν ὅλων τὸ γένος ἐστὶ φαῦλον) περιτεταγμένοι εἰσὶ ταῦτα τὰ προειρημένα οἰκονομεῖν. καὶ ἡμεῖς μὲν γάρ φαμεν, οὐ χωρὶς περιστασίας ἀοράτων (ἵν' οὕτως ὀνομάσω) γεωργῶν, καὶ ἄλλων οἰκονόμων, οὐ * μόνον τὰ ἀπὸ γῆς φυομένων, ἀλλὰ καὶ παντὸς ναματιαίου ὕδατος, καὶ ἀέρος, τὴν γῆν φέρειν τὰ ὑπὸ φύσεως λεγόμενα δεικνῦσθαι, καὶ τὸ ὕδωρ ἐν ταῖς πηγαῖς καὶ τοῖς αὐθιγενέσι ποταμοῖς ὀμβρεῖν καὶ φέρεσθαι, καὶ τὸν ἀέρα ἀδιάφθορον τηρεῖσθαι, καὶ ζωτικὸν τοῖς ἀναπνέουσιν αὐτὸν γίγνεσθαι. οὐ μὴν τοὺς ἀοράτους φαμὲν εἶναι δαίμονας· ἀλλ' (εἰ χρὴ ἀποτολμήσαντα λέγειν τινά· εἴπερ ταῦτα δαιμόνων ἐστὶν ἔργα) φήσομεν ὅτι λιμοὶ, καὶ ἀφορίαι σταφυλῆς καὶ ἀκροδρύων, καὶ αὐχμοὶ, ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ ἀέρος διαφθορὰ ἐπὶ λύμῃ τῶν καρπῶν, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ τῷ τῶν ζῴων θανάτῳ καὶ τῷ κατὰ τῶν ἀνθρώπων λοιμῷ. πάντα ταῦτα δαίμονες αὐτουργοῦσι δήμιοι· κρίσει τινὶ θείᾳ λαβόντες ἐξουσίαν ἐν καιροῖς τισι ταῦτ' ἐνεργεῖν, εἴτε εἰς ἐπιστροφὴν ἀνθρώπων ἐπὶ τὴν χύσιν τῆς κακίας ἐξοκειλάντων, εἴτε καὶ εἰς γυμνάσιον τοῦ λογικοῦ γένους· ἵν' οἱ μὲν καὶ ἐν τοῖς ποσόταις εὐσεβεῖς μένοντες, καὶ μηδαμῶς γινόμενοι χείρους, φανεροὶ τέως τοῖς μὴ βλέπουσιν αὐτῶν τὴν ἕξιν ἀοράτοις καὶ ὁρατοῖς θεαταῖς γένωνται· οἱ δ' ἐναντίως μὲν διακείμενοι, κλέπτοντες δὲ τὴν τῆς κακίας ἐπίδειξιν, ἐλεγχθέντες ὑπὸ τῶν συμβαινόντων ὁποῖοί εἰσιν, αὐτοί τε ἑαυτῶν συναισθῶσι, καὶ δῆλοι τοῖς (ἵν' οὕτως ὀνομάσω) θεαταῖς γένωνται. μαρτυρεῖ δὲ ὁ ὑμνῳδὸς τῷ, ὅτι θείᾳ κρίσει αὐτουργεῖται τὰ σκυθρωπότερα ὑπό τινων πονηρῶν ἀγγέλων, ἐν τῷ, * Ἀπέστειλεν εἰς αὐτοὺς ὀργὴν θυμοῦ αὐτοῦ, θυμὸν, καὶ ὀργὴν, καὶ θλῖψιν· ἀποστολὴν δι' ἀγγέλων πονηρῶν. εἰ δὲ καὶ ἄλλο τι παρὰ ταῦτα γίνεται, ἐφ' οἷ δαίμονες ἐπιτρέπονται, (ἀεὶ μὲν βουλόμενοι ταῦτα ποιεῖν, οὐκ ἀεὶ δὲ δυνάμενοι, διὰ τὸ κωλύεσθαι) ὁ δυνάμενος ἐξεταζέτω, τὴν θείαν κρίσιν, κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρωπίνῃ φύσει, φανταζόμενος περὶ ἀθρόας πολλῶν ψυχῶν ἀπαλλαγῆς ἀπὸ σώματος, τοιαῖσδε ταῖς ἐπὶ τὸν μέσον θάνατον φερούσαις ὁδοῖς χρωμένων. καὶ γὰρ μεγάλαι μὲν αἱ κρίσεις τοῦ Θεοῦ εἰσι, καὶ διὰ τὸ μέγεθος οὐ χωρητοὶ νῷ, τῷ ἔτι ἐνδεδεμένῳ θνητῷ σώματι· διὸ καὶ δυσδιήγητοι τυγχάνουσιν, ἀπαιδεύτοις δὲ ψυχαῖς οὐδ' ἐπὶ ποσὸν θεωρητοί· διὸ καὶ οἱ προπετέστεροι τῇ περὶ ταῦτα ἀγνοίᾳ, καὶ τῇ διὰ τὴν προπέτειαν εἰς τὸ θεῖον

Prov. 17. 11.
Matth. 8. 32.
Psal. 77. 54.
* ἐξαπέστειλεν, Libb. ed.
Psal. 35. 6.
* περιπλασμ.
* μόνων.

mus, habere nos dæmonum quorundam beneficio, qui præſint auris vitalibus. Sumat ſibi qui vult Celſi patrocinium affirmantis talia, declarétque quòd non angeli Dei, ſed dæmones, (quorum omne genus vitioſum eſt,) diſpenſationem rerum modò dictarum commiſſam habeant. Fatemur enim etiam non abſque præſidio inviſibilium (ut ità loquar) agricolarum, ac diſpenſatorum aliorum, non ſolùm terræ fruges præberi nobis, verùm etiam fluenta aquarum omnium; ipſis curantibus terras, aquas, aerem proferre in mitioris vitæ uſum alimenta; fontes ſcatere, undis ultrò naſcentibus, & aere culta rigari tempeſtivis imbribus, eundémque per ſpiracula reciprocatum vitam refrigerando conſervare: negamus tamen poteſtates illas inviſibiles eſſe dæmonas; ſed, ſi verum proferendum eſt liberè quænam ſint horum opera, dicemus fames & ſterilitates vinetorum ac arborum, ſiccitatéſque nimias lædendis frugibus, interdum etiam peſtilentiam ſævientem tum in bruta, tum in homines. Hæc omnia dæmonum opera ſunt ceu carnificum, judicio quodam divino poteſtatem hanc habentium certis temporibus, ſive ad convertendos homines & cohibendos ab effuſa vitiorum licentia, ſive ad exercendum genus hominum ratione utentium; ut mediis in adverſitatibus pietatem conſtanter colentes, & à virtute non diſcedentes, conſpicui fiant ob præſtantiam ſpectatoribus viſibilibus & inviſibilibus: illi verò contrarii, quærentes vitiorum latebras, per calamitates arguantur quales ſint, & ad ſe redeant per ſpectatores (ut ità dicam) traducti. Teſtatur divinorum Hymnorum fidicen, quòd triſtiores Dei judiciis ſententias exequantur quidem mali angeli, ubi dicit, *Immiſit in eos iram furoris ſui, furorem, iram, & afflictionem; immiſſiones per angelos malos.* An autem etiam alia præter hæc faciant dæmones quando permittitur, (ſemper quidem nocendi cupidi, ſed non ſemper valentes lædere, eò quòd prohibeantur:) qui poteſt examinet, divina judicia, quantum homini licet, imaginans, quoties multæ ſimul animæ illâ vel illâ viâ delatæ ad mortem ſeparantur à corporibus. Magna ſunt enim Dei judicia, & propter ſui magnitudinem non capiuntur mente vinctâ etiamnum mortali corpore, ac proinde nec enarrari poſſunt: imperitæ verò animæ nè è longinquo quidem hæc inſpiciunt; quapropter quidam per temerariam ignorantiam Deo rerum adminiſtrationem adimunt,

munt, cóque prolabuntur impietatis, ut tollant providentiam. Itaque non à dæmonibus accipimus ſingula victui neceſſaria, præſertim qui eis decenter uti didicimus; neque cum dæmonibus epulantur, qui fruuntur frugibus, vino, arborum fructibus, aquis, aere: ſed potiùs hæc angelis Dei ferimus accepta, qui quodammodo invitantur intra hominis pii domeſticos parietes, præceptum illud tenentis, *Sive editis, ſive bibitis, omnia in gloriam Dei facite*; ac rurſum alibi, *Omnia in nomine Dei facite.* Dum igitur in gloriam Dei edimus, bibimus, ſpiramus, & cetera eâdem ratione facimus, non epulamur cum ullo dæmone, ſed cum angelis Dei. *Quia omnis creatura Dei bona eſt, & nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur: ſanctificatur enim per verbum Dei & orationem.* Non autem decuiſſet, nec licuiſſet, has res conſecrari, ſi commiſſæ eſſent curæ dæmonum: unde liquet jam reſponſum etiam ad ea, quæ deinceps conſequuntur in hunc modum, *Ergò aut nullo modo uſquam vivendum eſt, nec in hanc vitam veniendum, aut, quoniam hâc conditione in vitam ventum eſt, gratiæ ſunt agendæ dæmonibus rerum terrenarum præfecturas ſortitis, iiſque preces offerendæ & primitiæ, quoad vivimus, ut ipſos habeamus præſentes ac propitios.* Imò ſic vivendum eſt, ut vita inſtituatur juxta divina præcepta, quoad poteſt fieri, & quoad nobis donatur: donatur autem ſi edendo, bibendo, omnia denique faciamus in Dei gloriam. Nec ſunt aſpernanda nobis conditoris munera, ſed utendum eis, cum gratiarum actione. Hâc enim conditione in vitam venimus, non quâ Celſus exiſtimat; nec ſubſumus dæmonibus, ſed Deo univerſorum Domino, conciliati ei per Jeſum Chriſtum. Et per legem Dei nullus dæmon rerum terrenarum præfecturam ſortitus eſt; ſed propter ſuam malitiam forſan iis loca quædam aſſignata ſunt, ubi nulla Dei piæque vitæ cognitio, vel ubi aliena ſunt à cultu ejus omnia; forſan ut idoneos præſides, & tortores malorum, omnium moderator verbum eos conſtituit, ut iis, qui contempto Deo malunt ſervire ſuis vitiis, imperarent. Quapropter Celſus quoque, Deum neſciens, vota perſolvat dæmonibus: nos, qui rerum omnium conditori placere ſtudemus, cum precibus & gratiarum pro beneficiis acceptis actione oblatos panes edimus, corpus jam per precationem factos ſanctum quoddam & ſanctificans utentes eo cum ſano propoſito. Celſus

ἐπιστασία, αὔξουσι τὰ ἀσεβῆ κατὰ τῆς προνοίας δόγματα. οὐ παρὰ δαιμόνων οὖν ἕνεκα τῶν εἰς τὰς βιωτικὰς χρείας λαμβάνομεν, μάλιστα οἱ δεόντως αὐτοῖς χρῆσθαι μεμαθηκότες· οὐδὲ συνεστιῶνται δαίμοσιν οἱ σίτου, καὶ οἴνου, καὶ ἀκροδρύων, καὶ ὕδατος, καὶ ἀέρος μεταλαμβάνοντες· ἀλλὰ μᾶλλον θείοις ἀγγέλοις τοῖς ἐπὶ τῶν τοιούτων τεταγμένοις, οἵ τινες ὡσπερεὶ καλοῦνται ἐπὶ τὴν ἑστίαν τοῦ εὐσεβοῦς, καὶ ἀκούσαντος τοῦ διδάσκοντος λόγου τὸ τοιόνδε, Εἴτε ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, εἴτε τι ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε· καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ τόπῳ κεῖται, Πάντα ἐν ὀνόματι Θεοῦ ποιεῖτε. ὅτε οὖν εἰς δόξαν Θεοῦ ἐσθίομεν, καὶ πίνομεν, καὶ ἀναπνέομεν, καὶ κατὰ τὸν λόγον πάντα πράττομεν, οὐδενὶ τῶν δαιμόνων συνεστιώμεθα, ἀλλὰ τοῖς θείοις ἀγγέλοις. καὶ γὰρ πᾶν κτίσμα Θεοῦ καλὸν, καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον, μετ' εὐχαριστίας λαμβανόμενον· ἁγιάζεται γὰρ διὰ λόγου Θεοῦ καὶ ἐντεύξεως. οὐκ ἂν δ' ἦν καλὸν, οὐδὲ δυνατὸν ἁγιάζεσθαι, εἰ (ὡς Κέλσος οἴεται) δαίμοσι ταῦτα ἦν πεπιστευμένα. ἐκ τούτων δὲ δῆλον, ὅτι καὶ πρὸς τὰ ἑξῆς αὐτῷ λελεγμένα ἀπηντήκαμεν οὕτως ἔχοντα, "Ἢ τοίνυν οὐδαμῇ οὐδαμῶς βιωτέον, οὐδὲ τῇδε παριτητέον, ἢ τὸν ἐπὶ τοῖσδε παρελθόντα εἰς τὸν βίον, δαίμοσι τοῖς τὰ ἐπὶ γῆς εἰληχόσιν εὐχαριστητέον, καὶ ἀπαρχὰς καὶ εὐχὰς ἀποδοτέον, ἕως ἂν ζῶμεν, ὡς ἂν φιλανθρώπων αὐτῶν τυγχάνοιμεν." καὶ βιωτέον οὖν ἡμῖν, καὶ κατὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ βιωτέον, ὅσον οἷόν τε καὶ δίδοται κατ' αὐτὸν βιοῦν· δίδοται δὲ καὶ ὅτε εἴτ' ἐσθίομεν, εἴτε πίνομεν, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιοῦμεν. καὶ οὐ παραιτητέον ἡμῖν τὸ χρῆσθαι μετ' εὐχαριστίας τῷ πρὸς τὸν κτίσαντα τοῖς δι' ἡμᾶς αὐτοῦ δημιουργήμασι. καὶ ἐπὶ τοῖσδε μᾶλλον παρήχθημεν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς τὸν βίον, ἢ ἐφ' οἷς Κέλσος οἴεται· καὶ οὐχ ὑποκείμεθά γε δαίμοσιν, ἀλλὰ τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ διὰ τοῦ ἡμᾶς προσαγαγόντος Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ. καὶ κατὰ * νόμον μὲν Θεοῦ οὐδεὶς εἴληχε δαίμων τὰ ἐπὶ γῆς· διὰ δὲ τὴν σφῶν παρανομίαν, τάχα μὲν αὐτοῖς διελόντα τοὺς τόπους, ἔνθα ἐρημία ἐστὶ γνώσεως Θεοῦ καὶ τοῦ κατ' αὐτὸν βίου, ἢ ἔνθα πολύς ἐστιν ὁ τῆς θειότητος ἀλλότριος· τάχα δὲ ὡς ἄξιοι τῶν πονηρῶν ἐπιστάται καὶ κολασταὶ αὐτῶν, ὑπὸ τοῦ διοικοῦντος τὰ ὅλα λόγου, ἐτάχθησαν ἄρχειν τῶν ἑαυτοὺς ὑποταξάντων τῇ κακίᾳ, καὶ οὐ τῷ Θεῷ. καὶ διὰ τοιαῦτα δὲ Κέλσος μὲν, ὡς ἀγνοῶν Θεὸν, τὰ χαριστήρια δαίμοσιν ἀποδιδότω· ἡμεῖς δὲ τῷ τοῦ παντὸς δημιουργῷ εὐαρεστοῦντες, καὶ τοὺς μετ' εὐχαριστίας καὶ εὐχῆς τῆς ἐπὶ τοῖς δοθεῖσι προσαγομένους ἄρτους ἐσθίομεν, σῶμα γενομένους διὰ τὴν εὐχὴν ἅγιόν τι καὶ ἁγιάζον τοὺς μετ' ὑγιοῦς προθέσεως αὐτῷ χρωμένους. ἀλλὰ καὶ ἀπαρχαῖς

Κέλσος

1 Cor. 10.31.

Coloſſ. 3. 17.

1 Tim. 4. 4, 5.

* νόμος.

Κέλσος μὲν δαιμονίοις ἀνατιθέναι βούλεται· ἡμεῖς δὲ τῷ εἰπόντι, Βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα, καὶ ξύλον κάρπιμον ποιοῦν καρπὸν, οὗ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ κατὰ γένος ἐπὶ τῆς γῆς. ᾧ δὲ τὰς ἀπαρχὰς ἀποδίδομεν, τούτῳ καὶ τὰς εὐχὰς ἀναπέμπομεν, ἔχοντες ἀρχιερέα μέγαν, διεληλυθότα τοὺς οὐρανοὺς, Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ· καὶ κρατοῦμεν τῆς ὁμολογίας, ἕως ἂν ζῶμεν φιλανθρώπου * τυγχάνοντος τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ Ἰησοῦ ἐν ἡμῖν φανερουμένου. εἰ δὲ καὶ πλῆθος βουλόμεθα, ὧν φιλανθρώπων τυγχάνειν θέλομεν, μανθάνομεν ὅτι χίλιαι χιλιάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ, καὶ μύριαι μυριάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ. αὗται, ὡς συγγενεῖς καὶ φίλους τοὺς μιμουμένους τὴν εἰς Θεὸν αὐτῶν εὐσέβειαν ὁρῶντες, συμπράττουσιν αὐτῶν τῇ σωτηρίᾳ τῶν ἐπικαλουμένων τὸν Θεὸν, καὶ γνησίως εὐχομένων· ἐπιφαινόμενοι, καὶ οἰόμενοι αὐτοῖς δεῖν ὑπακούειν, καὶ ὥσπερ ἐξ ἑνὸς συνθήματος ἐπιδημεῖν ἐπ' εὐεργεσίᾳ καὶ σωτηρίᾳ τῶν εὐχομένων Θεῷ, ᾧ καὶ αὐτοὶ εὔχονται. καὶ γὰρ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν. Ἑλλήνων μὲν οὖν οἱ σοφοὶ λεγέτωσαν δαίμονας εἰληχέναι τὴν ἀνθρωπίνην ψυχὴν ἀπὸ γενέσεως· ὁ δὲ Ἰησοῦς ἡμᾶς ἐδίδαξε μηδὲ τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ μικρῶν καταφρονεῖν, λέγων ὅτι Οἱ ἄγγελοι αὐτῶν διὰ παντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς· καὶ ὁ προφήτης δέ φησιν, ὅτι Παρεμβαλεῖ ἄγγελος Κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτούς. οὐκ ἀναιροῦμεν οὖν καὶ ἡμεῖς τὸ πολλοὺς εἶναι δαίμονας ἐπὶ γῆς, ἀλλά φαμεν εἶναι μὲν αὐτοὺς, καὶ δύνασθαι ἐν τοῖς φαύλοις, διὰ τὴν ἐκείνων κακίαν· μηδὲν δὲ δύνασθαι πρὸς τοὺς ἐνδυσαμένους τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀναλαβόντας ἰσχὺν πρὸς τὸ ἀντιστῆναι πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου, καὶ μελετῶντας ἀεὶ τὰ ἐκείνων παλαίσματα, τῷ ἐγνωκέναι ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Κατανοήσωμεν δὲ καὶ ἄλλην λέξιν τοῦ Κέλσου οὕτως ἔχουσαν, "Ἢ ὁ μὲν τῶν Περσῶν ἢ Ῥωμαίων
" βασιλέως σατράπης, καὶ ὕπαρχος, ἢ στρατηγὸς,
" ἢ ἐπίτροπος, ἔτι μὴν καὶ οἱ τὰς μικροτέρας ἀρ-
" χὰς ἢ ἐπιμελείας ἢ ὑπηρεσίας ἔχοντες, μέγα
" δύναιντ' ἂν βλάπτειν ἀμελούμενοι· οἱ δ' ἐναέ-
" ριοί τε καὶ ἐπίγειοι σατράπαι, καὶ διάκονοι, μι-
" κρὰ βλάπτοιεν ἂν ὑβριζόμενοι. ὅρα δὴ πῶς ἀνθρωπικοὺς σατράπας τε ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ, καὶ ὑπάρχους, καὶ στρατηγοὺς, καὶ ἐπιτρόπους, καὶ τοὺς μικροτέρας ἀρχὰς καὶ ἐπιμελείας καὶ ὑπηρεσίας

Geneſ. 1. 11.
Hebr. 4. 14.
* τυγχάνοντες.
Daniel. 7. 10.
Hebr. 1. 14.
Matth. 18. 10.
Pſal. 33. 7.
Epheſ. 6. 11, 12.

verò etiam primitias vult nos dicare dæmoniis: at nos malumus hunc honorem habere illi qui dixit, *Germinet terra herbam virentem afferentem ſemen juxta genus ſuum & ſimilitudinem ſuam, & lignum fructiferum faciens fructum, cujus ſemen in ipſo ſecundùm genus ſuum in terra.* Cui autem primitias offerimus, ad eundem etiam vota precéſque noſtras dirigimus, *habentes pontificem magnum, qui cœlos penetravit, Jeſum ipſius Dei filium*: & hanc fidei profeſſionem conſtanter retinemus, quamdiu vivimus benignitate Dei, filiíque illius, qui manifeſtatus eſt inter nos. Quòd ſi multorum etiam favor captandus eſt, diſcimus in noſtris literis, quòd *millia millium aſſiſtebant ei, & myriades myriadum miniſtrabant ei.* Quæ multitudo cùm videt homines ſuam erga Deum pietatem imitantes, adjuvat eos contendentes ad ſalutem & Deum invocantes; interdum apparendo precantibus, non indignam rem cenſens ſi eis aures præbeat, atque ex conſenſu in terris verſetur ad gratificandum cœleſtis numinis invocatoribus, cui & ipſa preces offerre non deſinit. *Omnes enim hi ſunt adminiſtratorii ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capient ſalutis.* Affirmant licèt Græcorum ſapientes naſcentium cuique ſuum dæmonem ſorte quâdam obtingere: nos Jeſus docuit nè minimos quidem contemnendos in Eccleſia, dicens, quòd *angeli eorum ſemper aſpiciant patrem ipſius, qui in cœlis eſt*; Propheta quoque dicit, *Vallo cinget angelus Domini timentes eum, & eripiet eos.* Itaque nè nos quidem negamus multos eſſe in terra dæmonas, ſed fatemur eos eſſe, poſſéque multum in malos propter eorum malitiam: ſed nihil poſſe in eos, qui ſe induerunt armaturâ Dei, acceperúntq; robur ad reſiſtendum circumvenire ſe conanti diabolo, meditati hujuſmodi certamina; ut qui ſciant *non eſſe nobis luctam adverſus carnem & ſanguinem, ſed adverſùs principatus, adverſùs poteſtates, adverſùs mundi hujus rectores, adverſùs nequàm ſpiritus hujus aeris.* Videamus porrò & aliud Celſi dictum tale, *Niſi fortè Perſarum Romanorúmve Regis ſatrapa, aut præſes, aut dux, aut procurator, aut etiam minorem magiſtratum gerens aliquis minorémve curam ac miniſterium, neglectus multùm poteſt lædere: non verò terreſtréſque ſatrapæ ac miniſtri parùm nocere poſſunt acceptis injuriis.* Vide quemadmodum hominum more ſatrapas ſummi Dei, & præſides, & duces, & procuratores, minoréſque magiſtratus, ac minora miniſteria

faciat

faciat graviter ſævire in contumelioſos; non intelligens quòd nè vir quidem ſapiens lædere quenquam cupiat multò pronior ad corrigendos protervos etiam: niſi fortè Lycurgo Lacedæmoniorum legiſlatore & Citienſi Zenone deteriores ſunt iſti Celſi ſatrapæ, & præſides, ducéſque Dei Optimi Maximi. Quorum Lycurgus, in poteſtatem ſuam tradito qui extuderat ipſi oculum, adeò non ultus eſt acceptam injuriam tam gravem, ut non priùs ſalubribus monitis hominem incantare deſierit, quàm eum ad philoſophandum induceret: Zeno autem inimico dicenti, *Diſperceam, ni malum tibi dedero*, retulit, *Et ego diſpercam, ni te mihi conciliavero*. Taceo formatos ad Jeſu diſciplinam, quibus dictum eſt, *Diligite inimicos veſtros, orate pro devoventibus vos; ut ſiatis filii patris veſtri cæleſtis, qui ſolem ſuum oriri jubet ſuper malos atque bonos, & pluit ſuper juſtos atque injuſtos.* In Propheticis quoque oraculis juſtus ità loquitur, *Domine Deus meus, ſi feci hoc, ſi eſt iniquitas in meis manibus, ſi retribui retribuentibus mihi mala: decidam ab inimicis meis inanis, perſequatur inimicus animam meam & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam.* Sed fallitur Celſus, veri ſatrapæ, præſides, duces, procuratoréſque Dei angeli non lædunt contumelioſos homines: quos ſi qui lædunt, ſunt ex numero malorum illorum, quos etiam Celſus imaginatus eſt, qui nullam ſatrapiam procurationẽ ve commiſſam habent à Deo. Lædunt autem ſibi obnoxios, qui ſe illis ultrò ſubmiſerunt tanquam dominis. Hoc eſt enim, opinor, cur certis in regionibus cibis vetitis veſcentes, ſi ſubditi ſint ii dæmonibus, non impunè ferunt: quòd ſi alienus idem faciat, qui ſe non ſubjicit eorum dominio, immunis eſt à piaculo, jubens valere illos dæmonas: ut enim ceteri, per ignorantiam eis devoti, obnoxii ſint eorum injuriis; certè Chriſtianus (qui verè Chriſtianus eſt, dicatus uni Deo, verbóque ipſius) non poteſt lædi à dæmonibus, utpote illis præſtantior: non læditur autem, quia *circumvallabit angelus Domini circumquaque timentes eum, & eripiet eos*: & angelus ejus perpetuò faciem cœleſtis patris aſpiciens, ſemper preces ejus in cœlum offert per unicum pontificem ſummo Deo, ipſe quoque pro ſibi commiſſo deprecans. Proinde Celſus ſua terricuiamenta auferat, minitans malum à dæmonibus, quos nos contemnimus: nihil enim nobis

ἔχοντας, εἰσάγει μεγάλα βλάπτοντας τοὺς ὑβρίζοντας· οὐχ ὁρῶν, ὅτι οὐδὲ σοφὸς ἄνθρωπος βλάψαι ἂν βούλοιτό τινα, ἀλλ' (ὅση δύναμις) καὶ τοὺς ὑβρίζοντας ἐπιστρέφειν καὶ βελτιοῦν· εἰ μὴ ἄρα Λυκούργου τοῦ Λακεδαιμονίων νομοθέτου, καὶ τοῦ Κιτιέως Ζήνωνος, χείρους εἰσὶν οἱ κατὰ τὸν Κέλσον σατράπαι, καὶ ὕπαρχοι, καὶ στρατηγοὶ τοῦ ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ. ὅτι Λυκοῦργος μὲν, λαβὼν ἐξουσίαν τοῦ * ἐκκόψαντος αὐτοῦ τὸν ὀφθαλμὸν, οὐ μόνον οὐκ ἠμύνατο, ἀλλὰ καὶ οὐκ ἐπαύσατο κατεπᾴδων αὐτὸν, ἕως αὐτὸν πείσῃ φιλοσοφεῖν· Ζήνων δὲ πρὸς τὸν εἰπόντα, Ἀπολοίμην, ἐὰν μή σε [τιμωρήσωμαι· ἐγὼ δὲ, εἶπεν, ἐὰν μή σε] φίλον κτήσωμαι. καὶ οὐδέ πω λέγω τοὺς κατὰ τὴν διδασκαλίαν Ἰησοῦ πεποιωμένους, καὶ ἀκούσαντας τοῦ, Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς· ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, * ὃς τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. καὶ ἐν τοῖς προφητικοῖς δὲ λόγοις ὁ δίκαιος τοιαῦτά φησι, Κύριε ὁ Θεός μου, εἰ ἐποίησα τοῦτο, εἰ ἔστιν ἀδικία ἐν χερσί μου, εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακά· ἀποπέσοιμι ἄρα ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν μου κενός, καταδιώξαι ἄρα ὁ ἐχθρὸς τὴν ψυχήν μου, καὶ καταλάβοι, καὶ καταπατήσαι εἰς γῆν τὴν ζωήν μου. ἀλλ' οὐχ (ὡς οἴεται Κέλσος) βλάπτουσιν οἱ ἀληθῶς σατράπαι, καὶ ὕπαρχοι, καὶ στρατηγοὶ, καὶ ἐπίτροποι τοῦ Θεοῦ ἄγγελοι τοὺς ὑβρίζοντας· εἰ δέ τινες βλάπτουσι δαίμονες, οὓς ἐφαντάσθη καὶ ὁ Κέλσος, βλάπτουσιν ὡς φαῦλοι, καὶ μηδεμίαν σατραπείαν, ἢ στρατηγίαν, ἢ ἐπιτροπὴν Θεοῦ ἐγκεχειρισμένοι· καὶ βλάπτουσι τοὺς ὑποκειμένους αὐτοῖς καὶ ὑποτάξαντας ἑαυτοὺς ὡς δεσπόταις ἐκείνοις. τάχα γὰρ καὶ διὰ τοῦτο οἱ καθ' ἕκαστον τόπον εἰς τὰ νενομισμένα βρώματα μὴ δεῖν ἐσθίειν παρανομοῦντες, εἰ μὲν τῶν ὑπὸ τοὺς δαίμονας εἶεν, ἐκείνους βλάπτονται· εἰ δέ τινες τῶν οὐχ ὑπ' ἐκείνους, οὐδὲ αὐτοὺς ὑποτάξαντες τῷ τοῦ τόπου δαιμονίῳ, ἐλεύθεροι ἀπὸ τοῦ ὑπ' ἐκείνων παθεῖν, μακρὰ χαίρειν εἰπόντες τοῖς τοιοῖσδε δαιμονίοις. ἄλλοις διὰ τὴν περὶ ἄλλα ἄγνοιαν ἑαυτοὺς ὑποτάξαντες, ὑπ' ἐκείνων πάσχειν δύνανται· ἀλλ' ὁ Χριστιανὸς (ὁ ἀληθῶς Χριστιανὸς, καὶ ὑποτάξας ἑαυτὸν μόνῳ τῷ Θεῷ καὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ) πάθοι τι ἂν ὑπὸ τῶν δαιμονίων, ἅτε κρείττων δαιμόνων τυγχάνων· καὶ οὐ πάθοι γ' ἂν, ἐπεὶ Παρεμβαλεῖ ἄγγελος Κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτοὺς, καὶ ὁ ἄγγελος αὐτοῦ, διὰ παντὸς βλέπων τὸ πρόσωπον τοῦ ἐν οὐρανοῖς πατρὸς, ἀεὶ τὰς εὐχὰς αὐτοῦ ἀναφέρει διὰ τοῦ μόνου ἀρχιερέως τῷ Θεῷ τῶν ὅλων, καὶ αὐτὸς συνευχόμενος τῷ ὑπ' αὐτοῦ ἐπιτροπευομένῳ. μὴ μορμολυττέσθω τοίνυν ἡμᾶς ὁ Κέλσος, ὑφ' ἡμῶν ἀμελουμένων· οὐδὲν γὰρ ἡμῖν δαίμονες

ἀπειλῶν τὴν ἀπὸ τῶν δαιμόνων βλάβην,

* Ἀλκάνδρῳ scil. *Plutarch. in Lycurgo.*

Lacuna ex cod. Plutarcho ſupplita.

Matth. 5. 44, 45.

* ὅτι, l. c.

Pſal. 7. 3, 4, 5.

-οι

Pſal. 33. 7.

Matth. 18. 10.

ἀμελέ-

ἀμελέτητοι ποιεῖν ἂν δύναιντο, ἀνακειμένοις τῷ μόνῳ βοηθεῖν πᾶσι τοῖς ἀξίοις δυναμένῳ· ἐφιστάντι δ' οὐδὲν ἧττον καὶ τοὺς ἰδίους ἀγγέλους τοῖς εἰς αὐτὸν εὐσεβοῦσιν, ἵνα μηδὲν οἱ
Joan.14.30. ἐναντίοι ἄγγελοι, μηδ' ὁ τούτων ἄρχων, λεγόμενος τοῦ * αἰῶνος τούτου, ἐνεργεῖν κατὰ τῶν ἀνακειμένων τῷ Θεῷ δυνηθῇ. Εἶτ' ἐπιλαθόμενος ὅτι Χριστιανοῖς λαλεῖ τοῖς μόνῳ τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Ἰησοῦ εὐχομένοις, καὶ συμφύρων τὰ ἑτέρων, καὶ ἀλόγως Χριστιανοῖς συνάπτων αὐτά, φησίν, « Ἐὰν μὲν βαρβάρως αὐ« τοὺς ὀνομάζῃ τις, δύναμιν ἕξουσιν· ἐὰν δὲ « Ἑλληνικῶς ἢ Ῥωμαϊκῶς, οὐκ ἔτι. Δεικνύτω γὰρ τίνα ἡμεῖς βαρβάρως ὀνομάζομεν, ὡς καλοῦντες αὐτὸν ἐπὶ βοήθειαν· καὶ πυθέσθω, μάλιστα καθ' ἡμῶν ταῦτα εἰρηκέναι τὸν Κέλσον· ἐφιστάς, ὅτι οἱ λοιποὶ τῶν Χριστιανῶν οὐδὲ τοῖς ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς κειμένοις ὀνόμασι, καὶ τεταγμένοις ἐπὶ τοῦ Θεοῦ, χρῶνται ἐν ταῖς εὐχαῖς· ἀλλ' οἱ μὲν Ἕλληνες Ἑλληνικοῖς, οἱ δὲ Ῥωμαῖοι Ῥωμαϊκοῖς, καὶ οὕτως ἕκαστος κατὰ τὴν ἑαυτοῦ διάλεκτον εὔχεται τῷ Θεῷ, καὶ ὑμνεῖ αὐτὸν ὡς δύναται· καὶ ὁ πάσης διαλέκτου κύριος τῶν ἀπὸ πάσης διαλέκτου εὐχομένων ἀκούει, ὡς μιᾶς (ἵν' οὕτως ὀνομάσω) φωνῆς, τῆς κατὰ τὰ σημαινόμενα, ἀκούων, δηλουμένης ἐκ τῶν ποικίλων διαλέκτων. οὐ γάρ ἐστιν ὁ ἐπὶ πᾶσι Θεὸς εἷς τις τῶν κεκληρωμένων διάλεκτόν τινα βάρβαρον ἢ Ἑλληνίδα, καὶ μηκέτι τὰς λοιπὰς ἐπισταμένων, ἢ μηκέτι τῶν ἐν ἄλλαις διαλέκτοις * λεγόντων * φροντιζόντων. Εἶτα μετὰ ταῦτα, ἤτοι μηδενὸς ἀκούσας Χριστιανοῦ, ἤ τινος ἀπὸ τῶν πολλῶν παρεχομένου καὶ ἀπαιδεύτου, φησὶ τοὺς Χριστιανοὺς λέγειν, « Ἰδού, παραστὰς τῷ ἀγάλματι τοῦ Δι« ὸς, ἢ Ἀπόλλωνος, ἢ ὅτου δή ποτε Θεοῦ, « βλασφημῶ, καὶ ῥαπίζω, καὶ οὐδέν με ἀμύνεται· οὐχ ὁρῶν, ὅτι ἐν τῇ θείᾳ νομοθεσίᾳ προστέ-
Exod.22.28. τακται καὶ τό, Θεοὺς οὐ κακολογήσεις· ἵνα μὴ ἐθίζηται ἡμῶν τὸ στόμα ὁντιναοῦν κακολογεῖν,
Rom.12.14. ἀκουόντων, Εὐλογεῖτε, καὶ μὴ καταρᾶσθε· καὶ δι-
1 Cor.6.10. δασκομένων, ὅτι Οἱ λοίδοροι βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι. τίς δ' οὕτως ἐν ἡμῖν ἠλίθιος, ὡς ταῦτα λέγειν, καὶ μὴ ὁρᾶν, ὅτι οὐδὲν δύναται τὸ τοιοῦτο πρὸς καθαίρεσιν τῆς περὶ τῶν νομιζομένων θεῶν ὑπολήψεως; ὅτε γε καὶ οἱ πάντη ἄθεοι, καὶ τὴν πρόνοιαν ἀνελόντες, καὶ σύστημα νομιζομένων φιλοσόφων διὰ τῶν μοχθηρῶν δογμάτων καὶ ἀσεβῶν συνιστάντες, οὔτ' αὐτοὶ πεπόνθασιν, ὧν οἱ πολλοὶ νομίζουσι κακῶν, οὔθ' οἱ τὰ ἐκείνων ἀσπασάμενοι δόγματα· ἀλλὰ γὰρ καὶ πλουτοῦσι καὶ ὑγιαίνουσι τὰ σώματα. εἰ δὲ βλάβην τις ζητεῖ ἐν ἐκείνοις, ὁράτω ὅτι ἀληθῶς * εἰσὶ βεβλαμμένοι. ποία γὰρ μείζων βλάβη τοῦ μὴ νοεῖν ἀπὸ τῆς τάξεως τοῦ κόσμου τὸν πεποιηκότα; ποία δὲ χείρων ταλαιπωρία * τὸ τετυφλῶσθαι τὸν νοῦν, καὶ μὴ βλέ-

Marginal notes (printed): * κόσμου. — * ἴσ. λεγομένων. — * φροντίζειν ἢ φροντίζων. — * εἰσὶν οἱ. — * τοῦ τετυφλῶσθαι.

Marginal notes (handwritten): [illegible] de barbaris [illegible] — Nota Orig. [illegible] Christianorum unumquemque sui proprio sermone uti. — Celsi cavillationi de statuis caedendis — Origenes opponit etiam [illegible] impietatem

contempti dæmones poſſunt officere, cùm dicati ſimus ei, qui unus ſuccurrere poteſt dignis omnibus; nihilominùs tutores piis addens ſuos angelos, ut nec contrarii angeli, nec eorum princeps, qui & *hujus ſeculi princeps* dicitur, quicquam valeat contra Deo devotos homines. Deinde oblitus cum Chriſtianis ſe agere, ſoli Deo per Jeſum preces offerentibus, admiſcet aliena temere cum rebus Chriſtianorum confundens & dicens, *Quos ſi barbaris nominibus quis appellet, virtutem habebunt: ſin Græcis aut Romanis, non item.* Quem enim nos invocamus nomine barbaro? quare perſuaſum ſit omnibus, Celſum hæc nobis objicere immeritis, ſciántque quòd germanè Chriſtiani nè uſitatis quidem in ſacra Scriptura Dei nominibus utantur inter precandum; ſed Græci Græcis, Romani Romanis, ſingulique precentur propriâ linguâ, Deúmque celebrent pro viribus: & omnium linguarum dominus omnibus linguis precantes exaudit, tam variè loquentes haud ſecùs, quàm conſonos (ut ità dicam) & unius vocis homines, intelligens. Non eſt enim Deus maximus unus eorum, qui certam aliquam linguam ſortiti ſunt, ſive Græcam ſive barbaram, ceterarum ignari, nec ſoliciti de alienæ linguæ hominibus. Poſt hæc deinceps quod aut ex nemine Chriſtiano audivit, aut ex vulgari quopiam malo & indocto, ait Chriſtianos dicere, *Ecce, accedens ad ſtatuam Jovis, aut Apollinis, aut cujuſcunque Dei, convitior ei colaphíſque incutio, nec tamen ulciſcitur;* non videns in divinis legibus hoc quoque mandatum, *Diis non maledices:* nè os noſtrum aſſueſcat cuicunque maledicere, quibus dictum eſt, *Bene precamini, & nolite maledicere;* & qui didicimus, quòd *Maledici regnum Dei non hæreditabunt.* Quis eſt autem inter nos adeò ſtultus, ut hæc dicat, nec videat, nihil talia valere ad tollendam opinionem de Diis vulgò creditis? quandoquidem nonnulli, prorſus tollentes numen ac providentiam, & qui ſectam philoſophorum per quædam impia dogmata conſlaverant, nec ipſi paſſi ſunt quicquam eorum, quæ vulgus mala exiſtimat, nec ii, qui amplexi ſunt illorum ſententiam; ſed fruuntur ſanitate ac divitiis. Si quis tamen diligentiùs diſquirat, apparebunt tam mulctati quàm qui maximè. Nam quæ gravior calamitas, quàm non intelligere conditorem ex hoc mundi ordine? quæ major miſeria, quàm cæcatos habere mentis oculos, nec videre

creatorem

creatorem ac patrem omnium mentium? Talibus verbis nobis affictis per calumniam, cùm Chriſtiani non ſoleant dicere talia, putat ſe nactum defenſionem opinione ſuâ ſeriam, noſtrâ verò ludicram, ad nos ſermonem vertens in hunc modum, *Non vides igitur, bone vir, quòd etiam tuo dæmoni opponens ſe quiſpiam, non ſolùm convitiatur, ſed terrâ marique illum exigit: & te ſacratam ei ſtatuam vinctum in crucem agit, non ſuccurrente tuo dæmone, quem ais Dei filium?* Hæc reſponſio locum haberet, ſi uteremur verbis qualia nobis tribuit, nè ſic quidem verum dicens dum dæmona vocat Dei filium. Nos enim, qui didicimus malos eſſe omnes dæmonas, negamus dæmonem qui tam multos convertit ad Deum, ſed Dei verbum & Dei filium eſſe dicimus: Celſus verò, qui nullos ſcit malos dæmonas, neſcio quomodo ſui oblitus, Jeſum vocavit dæmonem. Ceterùm quæ de impiis apud nos tradita ſunt eos pertingent, qui, contemptis quæ offerebantur remediis, perſtant in malitia (ut ità loquar) immedicabili; nos verò, nonnunquam de pœnis diſſerentes, per doctrinam de futuro ſupplicio multos à peccando retrahimus. Quid autem apud Celſum ſacerdos ſeu Apollinis ſeu Jovis ſuper hoc reſpondeat conſideremus:

Serò, inquit, *molunt Deorum molæ*, &
In natos natorum, & qui naſcentur ab illis.

Vide quantò potiùs ſit noſtrum illud, *Non morientur patres pro filiis, neque filii morientur pro parentibus: quiſque ſuo peccato morietur*; item illud, *Qui edit uvam acerbam, cujus dentes obſtupuerunt*; item illud, *Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filii; & juſtitia juſti erit ſuper ipſum, ſicut iniquitas iniqui ſuper ipſum.* Quòd ſi quis dixerit ſimile eſſe iſtud,

In natos natorum, & qui naſcentur ab illis,

noſtro huic, *Qui reddit peccata patrũ in filios ad ſecundam & tertiã generationem eorum qui ſe oderint*; diſcat quòd apud Ezechielem parabola hæc eſſe dicitur, reprehendentem eos qui dicunt, *Patres ederunt uvam acerbam, & obſtupuerunt dentes filiorum*: quod dictum mox illud ſubſequitur, *Vivo ego, dicit Dominus, niſi quiſquis ſuo peccato morietur.* Non eſt autem hujus temporis enarrare quid ſignificet hæc de peccatis tertiâ quartâque generatione reddendis parabola. Tandem anicularum more convitiatur, *Tu ſimulacra horum irrides cum convitiis: qui ſi præſenti Li-*

ποιεῖν τὸν πάντων τε δημιουργὸν καὶ πατέρα; Περιθεὶς δὲ ἡμῖν τοιούτους λόγους, καὶ συκοφαντῶν Χριστιανοὺς, οὐ λέγοντας τὰ τοιαῦτα, ἑαυτοῦ ἀπολογίαν σπουδαίαν νομίζει, παίγνιον μᾶλλον ἢ ἀπολογίαν τυγχάνουσαν, ἐν ᾗ φησιν ὡς πρὸς ἡμᾶς, "Οὐχ ὁρᾷς οὖν, ὦ βέλτιστε, ὅτι καὶ τὸν "σὸν δαίμονα καταστάς τις οὐ βλασφημεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ πάσης γῆς καὶ θαλάσσης ἐκκηρύττει· καί σε τὸν καθωσιωμένον ὥσπερ ἄγαλμα αὐτῷ δήσας ἀπάγει, καὶ ἀνασκολοπίζει· καὶ ὁ δαίμων, ἢ (ὡς σὺ φῂς) ὁ τοῦ Θεοῦ παῖς, οὐδὲν αὐτὸν ἀμύνεται." Χώραν δ' εἶχεν ἡ ἀπολογία αὕτη, εἰ τοιούτοις λόγοις, ὁποίους ἡμᾶς ἀνέγραψεν λέγοντας, ἐχρώμεθα· καί τοι γε οὐδ' οὕτως ἀληθῆ ἔλεγε, δαίμονα εἰπὼν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ. κατὰ μὲν οὖν ἡμᾶς, τοὺς λέγοντας πάντας δαίμονας εἶναι φαύλους, οὐ δαίμων ὁ τοὺς τοσούσδε ἐπιστρέψας πρὸς τὸν Θεὸν, ἀλλὰ Θεὸς λόγος, καὶ Θεοῦ παῖς· κατὰ δὲ Κέλσον, μηδὲν ἐμφήναντα περὶ φαύλων δαιμόνων, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐπιλαθόμενον ἑαυτοῦ, δαίμων ὁ Ἰησοῦς εἴρηται. ὕστερον μὲν τοί γε τὰ λεγόμενα περὶ τῶν ἀσεβῶν φθάσει μετὰ πάντα τὰ φάρμακα, ἅπερ οὐ προσήκαντο, ἐπὶ τοὺς καταλαμβανομένους ἐν τῇ (ὡς ἂν εἴποι τις) ἀνιάτῳ κακίᾳ. καὶ ἡμεῖς μὲν ὅ, τί ποτε περὶ κολάσεως λέγοντες, καὶ διὰ τῆς περὶ κολάσεως διδασκαλίας πολλοὺς ἀπὸ τῶν ἁμαρτημάτων ἐπιστρέφομεν. ὁ δὲ κατὰ τὸν Κέλσον ἱερεὺς τοῦ Ἀπόλλωνος, ἢ τοῦ Διὸς, δια ἀποκρίνεται κατασειόμενος·

Ὀψὲ (φησὶ) θεῶν ἀλέουσι μύλοι, — καὶ
Ἐς παίδων παῖδας, τοὶ καὶ μετόπισθε γένωνται. Plutarch. p. 281.

ὅρα δὲ ὅσῳ τούτου βέλτιόν τι, Οὐκ ἀποθανοῦνται πατέρες ὑπὲρ τέκνων, οὐδὲ υἱοὶ ἀποθανοῦνται ὑπὲρ πατέρων· ἕκαστος τῇ ἁμαρτίᾳ ἑαυτοῦ ἀποθανεῖται· καὶ τὸ, Τοῦ φαγόντος τὸν ὄμφακα αἱμωδιάσουσιν οἱ ὀδόντες αὐτοῦ· καὶ τὸ, Υἱὸς οὐ λήψεται ἀδικίαν πατρὸς, καὶ πατὴρ οὐ λήψεται ἀδικίαν υἱοῦ· δικαιοσύνη δικαίου ἐπ' αὐτὸν ἔσται, καὶ ἀνομία ἀνόμου ἐπ' αὐτὸν ἔσται. ἐὰν δέ τις ὅμοιον εἶναι λέγῃ τῷ

Deut. 24. 16. Jerem. 31. 30. Ezech. 18. 20.

Ἐς παίδων παῖδας οἳ καὶ ὄπισθεν γένωνται,

τὸ, Ἀποδιδοὺς ἁμαρτίας πατέρων ἐπὶ τέκνα, ἐπὶ τρίτην καὶ τετάρτην γενεὰν τοῖς μισοῦσί [με] μαθέτω, ὅτι ἐν τῷ Ἰεζεκιὴλ παραβολὴ τὸ τοιοῦτον εἶναι λέλεκται, αἰτιωμένῳ τοὺς λέγοντας, Οἱ πατέρες ἔφαγον ὄμφακα, καὶ οἱ ὀδόντες τῶν τέκνων ἡμωδίασαν· ᾧ ἐπιφέρεται, Ζῶ ἐγὼ, λέγει Κύριος, ἀλλ' ἢ ἕκαστος τῇ ἑαυτοῦ ἁμαρτίᾳ ἀποθανεῖται. οὐ κατὰ τὸ παρὸν δὲ καιρὸν ὅτι, διηγήσασθαι τί σημαίνει ἡ περὶ τῆς τρίτης καὶ τετάρτης γενεᾶς ἀποδίδοσθαι τὰς ἁμαρτίας παραβολή. Εἶτα, ὡς αἱ γραῖες, διαλοιδορούμενος ἡμῖν φησι, "Σὺ μὲν τὰ ἀγάλματα τούτων "λοιδορῶν καταγελᾷς· * ὃς αὐτόν γε τὸν Διό-

Exod. 20. 5. Ezech. 18, 2, 3, 4.

* ὡς.

 όνυσον

et deinde ... eorum qui Xtum crucifixerunt.

" ὄνυσον ἢ τὸν Ἡρακλέα παρόντα εἰ ἐλοιδόρησας,
" οὐκ ἂν ἴσως χαίρων ἀπήλλαξας. τὸν δὲ σὸν Θεὸν
" παρόντα κατατείνοντες καὶ κολάζοντες, οὐδὲν
" οἱ ταῦτα δράσαντες πεπόνθασιν· ἀλλ' οὐδὲ
" μετὰ ταῦτα ἐν τοσούτῳ βίῳ τι καινὸν ἐξ ἐκείνου
" γέγονε τῷ πιστεύσαντι ἄν, ὡς οὐκ ἦν ἐκεῖνος
" ἄνθρωπος γόης, ἀλλὰ Θεοῦ παῖς. καὶ ὁ πέμ-
" ψας ἄρα τὸν υἱὸν * ἀγαλμάτων τινῶν εἵνεκα,
" οὕτως ὠμῶς κολασθέντα, ὡς συνδιαφθεῖραι
" καὶ τὰ * ἀγάλματα, περιεῖδεν, καὶ τοσούτου χρόνου
" διελθόντος οὐκ ἐπιστρέφει; Τίς οὕτως ἀνόσιος
" πατήρ; ἐκεῖνος μὲν οὖν ἴσως ἐβούλετο, ὡς
" φῄς, διὰ τοῦτο περιϋβρίζετο. ἔξεστι δὲ, οὓς σὺ
" βλασφημεῖς, ἐνῆν μὲν εἰπεῖν, ὅτι καὶ αὐτοὶ
" βούλονται· καὶ διὰ τοῦτ' ἀνέχονται βλασφημού-
" μενοι· τὰ γὰρ ἴσα τοῖς ἴσοις παραβάλλειν, κρά-
" τιστον. ἀλλ' οὗτοί γε καὶ σφόδρα ἀμύνονται τὸν
" βλασφημοῦντα, ἤτοι φεύγοντα διὰ τοῦτο καὶ
" κρυπτόμενον, ἢ ἁλισκόμενον καὶ ἀπολλύμενον.
" Καὶ πρὸς ταῦτα δ' εἴποιμ' ἄν, ὅτι καὶ ἡμεῖς
1 Cor. 6. 10. οὐδενὶ λοιδορούμεθα, πεπεισμένοι, ὅτι Λοίδοροι
Matth. 5. 44. βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι· καὶ ἀναγινώ-
Rom. 12. 14. σκοντες τό, Εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμῖν,
1 Cor. 4. 12. [καὶ] Εὐλογεῖτε, καὶ μὴ καταρᾶσθε· εἰδότες δὲ καὶ
τό, Λοιδορούμενοι εὐλογοῦμεν. καὶ εἴπερ τὸ λοιδορεῖν λόγον τινὰ ἔχει ἀμυντικὸν τοῦ δοκοῦντος ἠδικῆσθαι, καὶ οὐδὲ τοῦτον ἐπιτρέπει ἡμῖν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος· πόσῳ πλέον ἐνθάδε πολλὴν ἠλιθιότητα ἐμφαίνει τὸ λοιδορεῖν, [ὅπου] οὐ χρὴ λοιδορεῖν. ὁποῖον δὲ ἠλίθιον τὸ λοιδορεῖσθαι λίθῳ, ἢ χρυσῷ, ἢ ἀργύρῳ, τοῖς μεμορφωμένοις εἰς τὴν νενομισμένην τοῖς μακρὰν θειότητος τυγχάνουσι Θεῶν μορφήν. οὔτοι δὲ οὐδὲ καταγελῶμεν τῶν ἀψύχων ξοάνων, ἀλλ' εἰ ἄρα τῶν προσκυνούντων αὐτοῖς. ἀλλ' οὐδ', ἂν ὦσί τινες δαίμονες ἐνιδρυμένοι τισὶν ἀγάλμασι, καὶ νομίζηται ὁ μέν τις αὐτῶν εἶναι Διόνυσος, ὁ δ' Ἡρακλῆς, οὐδὲ τούτοις λοιδορούμεθα· μάταιον γὰρ τὸ τοιοῦτον, καὶ οὐδαμῶς κατὰ τὸ πρᾷον

-σ-

Exod. 22. 28. καὶ εἰρηναῖον καὶ γαληνὸν τὴν ψυχήν, καὶ μαθόντα, ὅτι οὐδὲ διὰ τὴν κακίαν δεῖ τινι λοιδορεῖσθαι, εἴτ' ἀνθρώπῳ, εἴτε δαίμονι. οὐκ οἶδα δ' ὅπως ὁ Κέλσος ἄκων ἐνέπεσεν εἰς τό, οὓς περὶ βραχέος ὕμνησε δαίμονας ἢ θεοὺς νῦν τοῖς ἔργοις ἀποδεικνύειν φαυλοτάτους εἶναι, καὶ τιμωρητικοὺς μᾶλλον ἀμυντικῶς, ἤπερ κολάζοντας διορθωτικῶς, ἐπὰν αὐτοῖς λοιδορῆταί τις· φησὶ γάρ, " * Ὅς αὐτόν γε τὸν Διόνυσον ἢ τὸν Ἡρα-
" κλέα παρόντα εἰ ἐλοιδόρησας, οὐκ ἂν ἴσως
" χαίρων ἀπήλλαξας. πῶς δὲ καὶ ἀκούει τι ἐν
* παρόν, ὁ βουλόμενος παραστησάτω· καὶ διὰ τί ποτὲ μὲν πάρεστι, ποτὲ δὲ οὐ πάρεστι· καὶ τίς ἡ πραγματεία τοῖς δαίμοσι τῆς μεταναστάσεως ἀπὸ τόπου εἰς τόπον. Ἑξῆς δὲ τούτοις λέγει, οἰόμενος τὸ κατατεινόμενον καὶ κολαζόμενον σῶμα τοῦ Ἰησοῦ, καὶ οὐ τὴν ἐν αὐτῷ * θειότητα, Θεὸν ἡμᾶς λέγειν, καὶ ὅτι κατετείνετο καὶ ἐκολάζετο, Θεὸν νενομικέναι, " ὅτι τὸν δὲ σὸν Θεὸν παρόντα κατατείνοντες καὶ κολάζοντες, οὐδὲν οἱ ταῦτα

bero aut Herculi convitium feciſſes, fort aſſe latus non diſcedere: tuum verò Deum præſentem qui diſtenderunt & cruciaverunt, nihil mali paſſi ſunt; ac nè in poſterum per tot vitæ ſtadia mirandum aliquid erga eum operatus eſt, qui credidit hunc non magum fuiſſe, ſed Dei filium. Ergò qui quarundam ſtatuarum gratiâ miſerat filium, permiſit eum tam crudeliter unà cum ſuis ſtatuis perire, & tot jam ſeculis rem diſſimulat? quis pater eſt tam impius? Dices illum paſſum, quia ſic voluit. Poſſem dicere hos quoque, quos tu blaſphemiis laceſſis, ferre quia ſic libet; nam par pari conſerre optimum: ſed vindicant profectò in convitiatores, quos fugientes latitantéſque protrahunt ad ſupplicium. Ad hæc quoque dicerem, nos convitiari nemini, doctos, quòd *Maledici regnum Dei non hæreditabunt*; qui etiam illud legimus, *Bene precamini devoventibus vos*, &, *Bene precamini & nolite execrari*; ſcientes Apoſtoli vocem eſſe, *Dum malè audimus bene loquimur*. Quòd ſi nè regerere quidem convitium diſciplina Chriſtiana permittit, quantò ſtultius eſt convitiari, ubi non oportet. Perinde eſt autem, ſive lapidi convitieris, ſive auro & argento, quæ utique ſunt in Deorum formam effigiata, longè tamen abſunt à divinitate. Itaque nè deridemus quidem ſtatuas inanimas, ſed iſtos, qui ante illas venerabundi procidunt. Imò ut jam inſint his ſimulacris dedicatis dæmones, & aliud habeatur pro Libero, aliud pro Hercule; nè in hos quidem jaculemur convitia: vanum enim id fuerit, nec animæ miti, pacatæ, tranquillæ conveniens, quæ didicit nè malis quidem convitiandum, vel hominibus vel dæmonibus. Neſcio porrò quomodo Celſus imprudens eò prolapſus ſit, ut quos paulò antè celebravit divinis laudibus vel Deos vel dæmonas, nunc ipſis factis oſtendat eſſe peſſimos, & vindictæ libidine ſævientes, magis quàm corrigendi ſtudio, ſi quis convitium eis fecerit: ait enim, *Si Liberum ipſum aut Herculem præſentem laceſſeres convitio, fortaſſe non latus diſcederes.* Ceterùm quomodo abſens audiat, doceat qui vult: & cur nunc adſit, nunc abſit, tum ob quæ negotia dæmones ultrò citróque commeent? Deinceps autem putans nos corpus Jeſu extenſum & cruciatum, non deitatem ejus, dicere Dei filium; & in quantum extendebatur ac cruciabatur Deum credere: *tum verò*, inquit, *Deum, præſentem qui diſtenderunt & cruciaverunt nihil*

κακὸν

Margin notes:
* ἀγελμάτων, ϗ ἀγγελμάτων.
* ἀγάλματα, ϗ ἀγγέλματα.
Templum ... ædrum est
Responsum Origen. Christianos numquam conviciari.
* Ὡς.
* παρόντα.
* θειότητα.

mali paſſi ſunt. Qua de re quoniam ſuperiùs diximus multa, nunc datâ operâ locum hunc ſilentio præteribimus: nè videamur iiſdem iterum atque iterum repetendis obtundere. Quoniam autem ait, *Nè poſtea quidem per tot ſecula pœnas luiſſe quenquam ex Jeſu cruciatoribus*, declarabimus ipſi & omnibus qui volunt diſcere, urbem illam (in qua populus Judæorum Jeſum depopoſcit ad ſupplicium, *Crucifige, crucifige* clamitans; latronem autem propter ſeditionem & homicidium in carcerem conjectum dimitti maluit, quàm Jeſum accuſatum per invidiam) non ità multò poſt bello petitam, diuturnámque oppugnationem perpeſſam, uſque adeò vaſtatam eſſe, ut deleretur funditus & deſolaretur: Deo ipſos, qui locum incolerent, vel communi hâc vitâ judicante indignos. Nam, ut incredibile quid dicam, cùm indulgentiorem ſe Deus erga illos præſtitiſſet, viderétque eos inemendabiles, & quotidie in deterius proficientes, in hoſtium ditionem tradidit. Atque hæc omnia facta ſunt propter effuſum Jeſu ſanguinem in ea terra ipſorum inſidiis, quæ tantum ſcelus ferre ampliùs non poterat in Jeſum perpetratum ab impiis. Itaque paſſionem ejus magnæ rerum novationes ſequutæ ſunt, una hæc quæ urbi Judæorum, altera quæ univerſæ genti accidit, & numeroſa Chriſtianorum gens velut uno partu edita. Novum & hoc, quòd alieni à teſtamentis Dei promiſſionibúſque, & à veritate procul diſſiti, receperunt eam per divinam potentiam. Hæc certè non hominis magi, ſed Dei fuerunt opera, qui propter ſuas ſtatuas verbum ſuum in Jeſu miſerat: qui, tametſi ſupplicio affectus, fortiter & inauditâ manſuetudine pertulit, ut illorum incuſaverit ſævitiam, qui hunc injuſtè cruciârunt. Supplicia ejus non corruperunt Dei ſtatuas, verùm, ſi ità loqui liceat, ad hominum notitiam perduxerunt: ſicut ipſe Jeſus teſtatur, dicens, *Si granum frumenti delapſum in terram non moriatur, ipſum ſolum manet: ſin autem mortuum fuerit, multum affert.* Mortuum igitur frumenti granum Jeſus multum fructum attulit, & Pater ejus proſpicit omnibus omni ſeculo è morte frugiferi grani provenientibus. Itaq; pius pater eſt Jeſu pater, *qui proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus eum tradidit*, agnum ſuum; ut peccatum mundi tolleret agnus Dei, pro univerſo mundo mortuus; quapropter non coactus, ſed volens ac ſciens pertulit quicquid in eum ſibi permiſit ſceleratorum audacia. Poſt hæc Celſus

„ δεδρακότες πεπόνθασι. πλείονα δὲ περὶ ὧν πεπόνθεσαν ἀνθρωπίνων ἐν τοῖς ἀνωτέρω εἰπόντες, νῦν ἑκόντες παραπέμπομεν τὸν λόγον· ἵνα μὴ δοκῶμεν παλιλλογεῖν. Ἐπεὶ δέ φησι „ μηδὲ μετὰ „ ταῦτα ἐν τοσούτῳ βίῳ πεπονθέναι τι τούτους, „ τοὺς τὸν Ἰησοῦν κολάσαντας· δείξομεν αὐτῷ, καὶ πᾶσι τοῖς βουλομένοις μαθεῖν, ὅτι ἡ πόλις (ἐν ᾗ ὁ τῶν Ἰουδαίων λαὸς ἠξίωσε τὸν Ἰησοῦν σταυρωθῆναι, λέγων, Σταύρου, σταύρου αὐτὸν, προτιμήσαντο τὸν λῃστὴν διὰ στάσιν καὶ φόνον βληθέντα εἰς φυλακὴν ἀπολυθῆναι τοῦτον, τὸν δὲ Ἰησοῦν, διὰ φθόνον παραδοθέντα, *) μετ' οὐ πολὺ ἐξεπολεμήθη, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἐπολιορκήθη χρόνῳ πλείονι, ὡς ἐκ βάθρων αὐτὴν ἀνάστατον γενέσθαι, καὶ ἐρημωθῆναι· ἀναξίους κρίναντος τοὺς τὸν τόπον ἐκεῖνον οἰκοῦντας τοῦ Θεοῦ τῆς κοινοτέρας ζωῆς. καὶ φεισάμενός γε αὐτῶν (ἵνα παραδόξως εἴπω) καὶ ὁρῶν ἀνιάτως ἔχοντας πρὸς τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολὴν, καὶ ὁσημέραι αὔξοντας ἐν τῇ τῆς κακίας χύσει, παρέδωκεν αὐτοὺς τοῖς πολεμίοις. καὶ ταῦτα γέγονε, διὰ τὸ ἐκχυθὲν αἷμα τοῦ Ἰησοῦ κατὰ τὴν ἐπιβουλὴν αὐτῶν, ἐπὶ τὴν γῆν αὐτῶν μηκέτι δυναμένην χωρεῖν τοὺς τὸ τηλικοῦτον ἄγος κατὰ τοῦ Ἰησοῦ τολμήσαντας. καινὸν οὖν γέγονεν, ἐξ οὗ πέπονθε χρόνου ὁ Ἰησοῦς, κἀκεῖνο· λέγω δὲ τὸ κατὰ τὴν πόλιν, καὶ πᾶν τὸ κατὰ τὸ ἔθνος, καὶ τὸ κατὰ τὴν ἀθρόαν γένεσιν ἔθνους Χριστιανῶν ὡσπερεὶ τεχθέντος εἰσάπαξ· καινὸν δὲ καὶ τὸ τοὺς ξένους τῶν διαθηκῶν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀλλοτρίους τῶν ἐπαγγελιῶν, τοὺς μακρὰν τῆς ἀληθείας, δυνάμει τινὶ θείᾳ παραδέξασθαι αὐτήν. ταῦτα δὲ οὐκ ἀνθρώπου γόητος ἦν, ἀλλ' ἔργα Θεοῦ, πέμψαντος τῶν αὐτοῦ,* ἀγαλμάτων ἕνεκα, τὸν αὐτοῦ ἐν τῷ Ἰησοῦ λόγον· ὅμως κολασθέντος ὡς τὴν ὠμότητα κατηγορεῖσθαι τῶν ἀδίκως αὐτὸν κολασάντων, καὶ ἀνδρειότατα ὑπομείναντος καὶ μετὰ πάσης πρᾳότητος· οὐ διέφθειρεν ἡ κόλασις αὐτοῦ τὰ τοῦ Θεοῦ * ἀγάλματα, ἀλλ', εἰ δεῖ οὕτως ὀνομάσαι,* εἰς γνῶσιν αὐτὰ ἤγαγεν. ὡς καὶ αὐτὸς ἐδίδαξεν ὁ Ἰησοῦς λέγων, Ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, πολὺν καρπὸν φέρει. ἀποθανὼν οὖν ὁ κόκκος τοῦ σίτου Ἰησοῦς πολὺν καρπὸν ἤνεγκε· καὶ ἀεὶ ὁ πατὴρ προνοεῖ τῶν ἐκ τοῦ θανάτου τοῦ κόκκου τοῦ σίτου γεγενημένων, καὶ γινομένων ἔτι, καὶ ἐσομένων καρπῶν. οὗτος οὖν πατὴρ ὁ τοῦ Ἰησοῦ πατὴρ τοῦ ἰδίου μὴ φεισάμενος υἱοῦ, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παραδοὺς αὐτὸν, ἀμνὸν ὄντα ἑαυτοῦ· ἵν' ἄρῃ τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου ὁ ὑπὲρ παντὸς αὐτοῦ ἀποθνήσκων ἀμνὸς Θεοῦ· * διὸ οὐκ ἀναγκαζόμενος, ἀλλ' ἑκὼν ὑπέμεινε τὰ ἀπὸ τῶν ὑβριστῶν αὐτῷ προσαγόμενα. Εἶτα μετὰ ταῦτα ὁ Κέλσος,

Lucæ 23. 21, 25.
* λείπει ἰσ. σταυρωθῆναι.
* ἀγαλμάτων.
* ἀγάλματα.
* ὡς.
Joan. 12. 24.
Rom. 8. 32.
Joan. 1. 29.
* δι' ὅ.

ἐπαναλαμβάνων τὸν πρὸς τοὺς βλασφημοῦντας τὰ ἀγάλματα λόγον, φησίν, "Οἶδε δ᾽, ὡς σὺ βλασφημεῖς, ἐξῆν μὲν εἰπεῖν, ὅτι καὶ αὐτοὶ βέλτιστοι, καὶ διὰ τοῦτ᾽ ἀνέχονται βλασφημούμενοι· τὰ γὰρ ἴσα τοῖς ἴσοις παραβαλεῖν, κράτιστον. ἀλλ᾽ ἐπεί γε καὶ σφόδρα ἀμύνονται τὸν βλασφημοῦντα, ἤτοι γε φεύγοντα διὰ τοῦτο καὶ κρυπτόμενον, ἢ ἁλισκόμενον καὶ ἀπολλύμενον." Οὐ βλασφημοῦντας ἴσως, ἀλλ᾽ ἀπελαύνοντας ἀπὸ τῶν ξοάνων καὶ τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων καὶ ψυχῶν * Χριστιανοὺς ἀμύνεσθαι νομίζουσιν οἱ δαίμονες. μὴ νοῶν γὰρ τὸ γινόμενον, ἀληθές τι κατὰ τὸν τόπον ὁ Κέλσος εἴρηκεν. ἀληθὲς γὰρ τὸ φαύλων δαιμόνων πληρουμένας τὰς τῶν καταδικαζόντων Χριστιανοὺς ψυχὰς, καὶ τοὺς προδιδόντας, καὶ τοὺς εὐδοκοῦντας Χριστιανοῖς πολεμεῖν· ἀλλ᾽, ἐπεὶ αἱ ψυχαὶ τῶν διὰ Χριστιανισμὸν ἀποθνησκόντων δι᾽ εὐσέβειαν μετ᾽ εὐκλείας ἀπαλλαττόμεναι τοῦ σώματος καθῄρουν τὴν δύναμιν τῶν δαιμόνων, καὶ ἀπρακτοτέραν αὐτῶν ἐποίουν τὴν κατὰ τῶν ἀνθρώπων ἐπιβουλήν· διὰ τοῦτο, οἶμαι, τῇ πείρᾳ μαθόντες οἱ δαίμονες ἑαυτοὺς ἡττωμένους καὶ κρατουμένους ὑπὸ τῶν μαρτύρων τῆς ἀληθείας, ἐφοβήθησαν πάλιν ἥκειν ἐπὶ τὸ ἀμύνεσθαι. καὶ οὕτως, ἕως ἐπιλάθωνται ὧν πεπόνθασι πόνων, εἰκὸς εἶναι τὴν τοῦ κόσμου πρὸς Χριστιανοὺς εἰρήνην· ὅταν δὲ συλλέξωνται τὴν δύναμιν, καὶ ὑπὸ τῆς κακίας τυφλούμενοι πάλιν ἀμύνεσθαι θέλωσι, καὶ Χριστιανοὺς διώκειν, πάλιν καθαιρεθήσονται· καὶ τότε πάλιν αἱ ψυχαὶ τῶν εὐσεβούντων, καὶ δι᾽ εὐσέβειαν ἀποδυομένων τὰ σώματα, καταλύσουσι τὸ τοῦ πονηροῦ στρατόπεδον. ἐγὼ δ᾽ οἶμαι, ὅτι αἰσθόμενοι οἱ δαίμονες, ὅτι οἱ μὲν νικῶντες, καὶ δι᾽ εὐσέβειαν ἀποθνήσκοντες, καθαιροῦσιν αὐτῶν τὴν δυναστείαν· οἱ δὲ διὰ τοὺς πόνους ἡττώμενοι, καὶ τὴν θεοσέβειαν ἀρνούμενοι, ὑποχείριοι ἐκείνοις γίνονται, ἔσθ᾽ ὅτε προσφιλονεικοῦσι τοῖς παραδιδομένοις Χριστιανοῖς· ὡς κολαζόμενοι μὲν ὑπὸ τῆς ὁμολογίας αὐτῶν, ἀναπαυόμενοι δὲ ἐπὶ τῇ ἀρνήσει αὐτῶν. καὶ ἔστι γε τούτων ἴχνη θεάσασθαι καὶ ἐν τοῖς δικασταῖς, κολαζομένοις μὲν ὑπὸ τοῖς ὑπομένουσι τὰς αἰκίας καὶ τὰς βασάνους· γαυρουμένοις δὲ, ὅταν Χριστιανὸς ἡττηθῇ. καὶ γὰρ οὐδὲ διὰ δοκοῦσαν αὐτοῖς φιλανθρωπίαν ταῦτα ποιοῦσι· σαφῶς ὁρῶντες, ὅτι ἡ μὲν γλῶσσα τῶν νικωμένων ὑπὸ τοῦ πόνου ὀμώμοκεν, ἡ δὲ φρὴν ἔστιν ἀνώμοτος. καὶ ταῦτα δ᾽ εἰς τὸ, "Ἀλλ᾽ ἐπεί γε καὶ σφόδρα ἀμύνονται τὸν βλασφημοῦντα, ἤτοι φεύγοντα διὰ τοῦτο καὶ κρυπτόμενον, ἢ ἁλισκόμενον καὶ ἀπολλύμενον." κἂν φεύγῃ δέ τις Χριστιανὸς, οὐ διὰ δειλίαν φεύγει· ἀλλὰ τηρῶν ἐντολὴν τοῦ διδασκάλου, καὶ ἑαυτὸν φυλάττων καθαρὸν ἑτέρων ὠφεληθησομένων σωτηρίᾳ. Ἴδωμεν γε καὶ τὰ ἑξῆς οὕτως ἔχοντα, "Τί δεῖ καταλέγειν ὅσα ἐκ χρηστηρίων, τοῦτο μὲν προφῆται καὶ προφήτιδες, τοῦτο δὲ ἄλλοι

* Χριστιανῶν.

Euripid.

ad convitiatores ſimulacrorum vertens ſermonem, *Poſſem*, inquit, *dicere, hos quoque, quos tu convitiis laceſſis, ferre hæc, quia ſic libet; nam par pari conferre fuerit optimum: ſed vindicant profectò in convitiatores, quos fugientes latitantéſque protrahunt ad ſupplicium.* Ergò non in convitiatores ſæviunt, ſed in homines Chriſtianos profligantes ſe tum è ſimulacris, tum ex humanis animis ac corporibus, ut ulciſcantur acceptam injuriam. Imprudens enim Celſus verum dixit hoc loco. Nam verum eſt refertas eſſe malis dæmonibus animas vel damnantium Chriſtianos vel deferentium, omniúmque, quibus probatur Chriſtianorum perſequutio: ſed quoniam animæ occiſorum propter Chriſtianam pietatem glorioſè migrantes è corporibus demoliebantur dæmonum potentiam, & frangebant eorum inſidias, quas hominibus ſtruere nunquam deſinunt; hanc ob cauſam, opinor, experimento docti victos ſe ac profligatos veritate martyrum, veriti ſunt illos aggredi denuo, & vindictam de ipſis ob damnum acceptum ſumere: atq; ità, uſque dum obliviſcantur anteactorum, veriſimile eſt non conturbaturos mundum adverſùs profeſſores Chriſtiani nominis; ubi verò vires recolligerint, & malitiâ cæcati rurſus oppugnare Chriſtianos voluerint, rurſus profligabuntur, & animæ piorum propter pietatem exutæ corporibus delebunt mali dæmonis copias. Equidem opinor dæmonas, ut qui ſentiunt noxiam eſſe potentiæ ſuæ piorum victoriam, ſuccumbentes autem in hoc certamine fidémque abnegantes fieri obnoxios, interdum favere Chriſtianis in judicio, quòd torqueantur eorum confeſſione, negatione recreentur: cujus rei ſignum videre licet in ipſis judicibus, quibus permoleſtum eſt dum ſpectant tolerantes cruciatus fortiter, contrà exultant gaudio, quoties Chriſtianus victus eſt. Non enim hoc humanitate quâdam, quam præ ſe ferunt, faciunt, manifeſtè videntes, quòd ſuccumbentum jurata lingua eſt, animus injuratus eſt. Hactenus ad illa verba, *Vindicant profectò in convitiatores, dum fugientes latitantéſque protrahunt ad ſupplicium.* Non metu tamen Chriſtianus fugit, etiamſi fugiat, ſed ſervans mandatum præceptoris ſui, ſéque purum ad aliorum utilitatem cuſtodiens. Nunc videamus quid deinceps ſequatur in hunc modum, *Quid attinet recenſere quanta ex oraculis partim Prophetæ & Prophetides, partim alii ſpi-*

ria effati & tibi & mulieres fatidicæ vates prædixere? quàm multa è Deorum adytis hauſimus? quàm multa item è victimarum extis prædicta ſunt ea conſulentibus? quàm multa aliis quoque oſtenta prodigiis? quibuſdam etiam manifeſtè ſe obtulerunt Deorum ſpecies. Plena eſt omnis vita exemplis, quàm multæ urbes ex oraculis ſint conditæ, aut peſtilentia fameque conſecutæ: quàm multæ malè perierunt ſecuræ oraculorum aut immemores: quàm multæ horum monitu deductæ ſint coloniæ, auctæque magnis felicitatibus, dum juſſa non negligunt: quàm multi vel principes vel privati bene maléve rem geſſerint his rationibus: quàm multi, ægrè ferentes nullos ſe habere liberos, voti ſui facti ſint compotes: quàm multi effugerint iram dæmonum: quàm multi membris mulctati ſanitatem receperint priſtinam: rurſum quàm multi ſacris violatis mulctati ſint è veſtigio; alii deprehenſi: alii mente capti, alii proferentes ultrò ſua ſceleſta facinora, nonnulli illatis ſibi manibus, nonnulli morbis correpti immedicabilibus: nec deſunt exempla voce horrendâ exanimatorum erumpente intimis ex adytis. Neſcio quî fit ut Celſus hæc tanquã confeſſa in medium proferat, in noſtras verò literas relata miracula, ſive Judaica, ſive de Jeſu ejúſq; diſcipulis prodita, habeat pro fabulis. Quin potiùs noſtra vera ſunt, quæ Celſus affert fictitia? quando ea non credunt etiam Græcorum philoſophorum ſectæ, præſertim qui ſectantur Democritum, Epicurum, Ariſtotelẽ; forſan crediture noſtris autoribus, ſi incidiſſent in Moſem, aut Prophetas ſi alicujus vel ipſius Jeſu miracula. De Pythia certè fertur in hiſtoriis corruptam aliquando edidiſſe oracula: noſtri autem vates non ſolùm ſuo ſeculo in magna fuerunt admiratione, verùm etiam apud poſteros. Ex illorum enim oraculis & urbes ſunt conditæ, & homines ſanitati reſtituti, & ſedatæ peſtilentiæ. Colonia quoque ex Ægypto in Palæſtinam oraculi monitu deducta eſt, univerſus Judæorum populus: cui tantiſper, dum præcepta Dei ſervaret, floruit, lapſus verò pœnituit. Quid memorem quàm multi principes aut idiotæ in ſacra hiſtoria legantur bene maléve rem geſſiſſe, prout vel paruerunt Prophetis, vel contempſerunt eorum monita? Quòd ſi de prole votis expetita dicendum eſt, invenimus factos patres ac matres, invocato rerum conditoris numine. Legatur Abrahami Saræq; hiſtoria, ex quibus Iſaac prognatus eſt jam decrepitis, pater ille Judæorum omnium, déque aliis prætereá. Leguntur item quæ de Ezechia produntur, non

“χρησμοὶ καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες ἔνθεοι φωνῇ προεῖπον; ὅσα δὲ ἐξ ἀδύτων αὐτῶν ἐκβοῶσαι θεσπίζουσιν; ὅσα δὲ ἐξ ἱερείων καὶ θυμάτων τοῖς χρωμένοις ἐδηλώθη; ὅσα δ' ἐξ ἄλλων τεραστίων συμβόλων; τοῖς δ' ἐναργῆ παρέστη φάσματα. μεστὸς τούτων ὁ πᾶς ἐστι βίος. ὅσαι μὲν πόλεις ἐκ χρηστηρίων ἀνῳκίσθησαν, καὶ νόσους ἀπέθεντο καὶ λιμούς· ὅσαι δ' ἀμελήσασαι τούτων, ἢ ἐκλαθόμεναι, πανώλεθρον ὤλοντο· ὅσαι δ' εἰς ἀποικίαν ἐστάλησαν, καὶ μεταλαβοῦσαι τὸ προσταχθὲν εὐδαιμόνησαν· ὅσοι δυνάσται, ὅσοι δ' ἰδιῶται, παρὰ τοῦτο ἄμεινον ἢ χεῖρον ἀπήλλαξαν· ὅσοι μὲν * ἀπαιδίαν δυσφοροῦντες, ὧν ἐδέοντο ἔτυχον· ὅσοι δαιμόνων μῆνιν διέφυγον· ὅσοι σωμάτων πηρώσεις ἰάθησαν· ὅσοι δ' αὖ πρὸς τοῖς ἱεροῖς ὑβρίσαντες αὐτίκα ἑάλωσαν, οἱ μὲν ἔκφρονες αὐτοῦ ταύτῃ γενόμενοι, οἱ δὲ ἐξαγγείλαντες [ἃ ἔδρασαν, οἱ δὲ καὶ μὴ ἐξαγγείλαντες] ἃ ἔδρασαν, οἱ δὲ σφᾶς αὐτοὺς διεχρήσαντο, οἱ δὲ νόσοις ἀνιάτοις ἐνεδέθησαν· ἤδη δὲ καὶ ἐξ αὐτῶν ἀδύτων φωνὴ βαρεῖα κατέκτεινεν αὐτούς. Οὐκ οἶδ' ὅπως καὶ ταῦτα ὡς ἐναργῆ ὁ Κέλσος παρίστησι· καὶ τὰ παρ' ἡμῖν ἀναγεγραμμένα παράδοξα, εἴτε Ἰουδαϊκὰ, εἴτε καὶ περὶ τοῦ Ἰησοῦ καὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, μύθους εἶναι νενόμικε. τί γὰρ οὐχὶ τὰ μὲν ἡμέτερα ἐστὶν ἀληθῆ; ἃ δὲ λέγει Κέλσος, ἀναπλάσματα μυθικά; οἷς οὐδ' Ἑλλήνων φιλόσοφοι αἱρέσεις πεπιστεύκασιν, ὥσπερ ἡ Δημοκρίτου, καὶ ἡ Ἐπικούρου, καὶ ἡ Ἀριστοτέλους· τάχα ἂν πεπιστευκυῖαι διὰ τὴν ἐνάργειαν τοῖς ἡμετέροις, εἰ * περιετετύχεισαν Μωϋσῇ, ἤ τινι τῶν τὰ παράδοξα πεποιηκότων προφητῶν, ἢ καὶ αὐτῷ τῷ Ἰησοῦ. ἡ μὲν Πυθία ἱστόρηται, ὅτι καὶ δωροδοκηθεῖσα ἔχρησέ ποτε· οἱ δὲ παρ' ἡμῖν προφῆται οὐ μόνον ὑπὸ τῶν κατ' αὐτοὺς ἐθαυμάσθησαν, διὰ τὴν ἐνάργειαν τῶν λεγομένων ὑπ' αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς χρόνοις. ἐκ γὰρ ὧν ἔχρησαν οἱ προφῆται καὶ πόλεις ᾠκίσθησαν, καὶ ἄνθρωποι ὑγιάσθησαν, καὶ λιμοὶ ἐπαύσαντο. ἀλλὰ καὶ εἰς ἀποικίαν σαφῶς τὴν ἀπ' Αἰγύπτου εἰς τὴν Παλαιστίνην κατὰ χρησμοὺς ἐστάλη ὅλον τὸ Ἰουδαίων ἔθνος· ὅπερ μεταλαβὸν μὲν τὰ προσταχθέντα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εὐδαιμόνησε, σφαλὲν δὲ μετέγνω. τί δὲ δεῖ λέγειν ὅσοι δυνάσται καὶ ὅσοι ἰδιῶται, κατὰ τὰς ἱστορίας τῆς γραφῆς, ἄμεινον ἢ χεῖρον, πειθόμενοι ταῖς προφητείαις, ἢ ἀμελήσαντες, ἀπήλλαξαν; εἰ δὲ καὶ περὶ ἀπαιδίας δεῖ λέγειν, ὡς ἔστι, δυσφορήσαντές τινες γεγόνασι πατέρες ἢ μητέρες, τὰς περὶ τούτου εὐχὰς ἀναπέμψαντες τῷ τῶν ὅλων δημιουργῷ. ἀναγνώτω τις τὰ περὶ τὸν Ἀβραὰμ καὶ τὴν Σάρῥαν, ἐξ ὧν γέγονεν Ἰσαὰκ, ὁ ἔθνους πατὴρ τοσούτου. ἀναγνώτω δὲ καὶ τὰ περὶ Ἐζεκίαν, ἐν μέρει ἀπαιδίας ὄντα,

καὶ

* ἀπαιδίᾳ.

* περιετετύχεισαν.

Exod. 3. 8.

Gen. 17. 19. 30. 17, 22.

Esaiæ 38. κατὰ τὰς Ἡσαΐου προφητείας· ἀλλὰ καὶ τεθαῤῥηκό-
5, 19. τως εἰπόντος τό, Ἀπὸ γὰρ * τῆς νῦν παιδία ποιήσω,
* τῆς σήμερον, libb. ed. ἃ ἀναγγελεῖ τὴν δικαιοσύνην σου. καὶ ἐν τῇ τε-
τάρτῃ δὲ τῶν Βασιλειῶν ἡ ὑποδεξαμένη τὸν
4 Reg.4.16. Ἐλισσαῖον, χάριτι Θεοῦ προφητεύσαντα περὶ
γενέσεως παιδὸς, κατὰ τὰς εὐχὰς τοῦ Ἐλισσαίου
γέγονε μήτηρ. ἀλλὰ καὶ πηρώσεις ἰάθησαν μυ-
ρίαι ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ. καὶ ἄλλοι, πρὸς τῷ ἐν Ἱε-
ροσολύμοις ἱερῷ τολμήσαντες ὑβρίσαι τὴν Ἰου-
1 Maccab.2. δαϊκὴν θρησκείαν, πεπόνθασι τὰ ἀναγεγραμ-
25. μένα ἐν τοῖς Μακκαβαϊκοῖς. ἀλλ' ἐροῦσιν Ἕλ-
7.47. ληνες ταῦτα μύθους, καίτοι γε μαρτυρούμενα
9.55. ὡς ἀληθῆ ὑπὸ ὅλων δύο ἐθνῶν. τί δὲ, οὐχὶ
2 Maccab.3. μᾶλλον τὰ Ἑλλήνων μῦθοι, ἢ ταῦτα; εἰ δὲ
25. καὶ ἐμμέσῳ τις χωρήσας τῷ λόγῳ (ἵνα μὴ δόξῃ
4:16. ἀποκληρωτικῶς τὰ μὲν * σφέτερα παραδέχε-
9.5. σθαι, τοῖς δ' ἀλλοτρίοις ἀπιστεῖν) φήσαι καὶ τὰ
* ἕτερα. Ἑλλήνων ὑπό τινων γεγονέναι δαιμόνων, καὶ τὰ
Ἰουδαίων ἤτοι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ διὰ τῶν προφητῶν, ἢ
ὑπὸ τῶν ἀγγέλων, ἢ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ διὰ τῶν ἀγ-
γέλων· καὶ τὰ Χριστιανῶν δὲ ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ καὶ τῆς
ἐν τοῖς ἀποστόλοις δυνάμεως αὐτοῦ· φέρ', ἅπαν-
τα παραθῶμεν ἀλλήλοις, καὶ τὸ τέλος ἴδωμεν
τοῦ βουλήματος τῶν ἐνεργησάντων, καὶ τὴν
ἀπὸ τούτου ὠφέλειαν ἢ βλάβην ἢ οὐδέτερα τῶν
τὰς νομιζομένας εὐεργεσίας πεπονθότων· εἰ μὴ
φιλόσοφον μέν ἐστι τὸ πάλαι Ἰουδαίων
* ἐξυβρίσωσιν. ἔθνος πρὶν * ἐξυβρίσασιν εἰς τὸ θεῖον, ὑφ' οὗ
-η- διὰ τὴν πολλὴν κακίαν ἐγκατελείφθησαν· πα-
ραδόξως δὲ συστάντας Χριστιανοὺς κατὰ τὴν ἀρχὴν
μάλιστα ὑπὸ τῶν τεράτων ἤπερ τῶν προτρεπτι-
κῶν λόγων προσαγομένους τῷ καταλιπεῖν μὲν
τὰ πάτρια, αἱρεῖσθαι δὲ τὰ τῶν πατρίων ἀλλό-
τρια. καὶ γὰρ, εἰ χρὴ καὶ τῷ εἰκότι χρήσασθαι λόγῳ
περὶ τῆς ἀρχῆθεν Χριστιανῶν συστάσεως, φήσομεν
ὅτι οὐ πιθανὸν, οὔτε τοῦ Ἰησοῦ ἀποστόλους, ἄνδρας
ἀγραμμάτους καὶ ἰδιώτας, ἄλλῳ τινὶ τεθαῤῥηκέ-
ναι πρὸς τὸ καταγγεῖλαι τοῖς ἀνθρώποις Χρι-
στιανισμὸν, ἢ τῇ δοθείσῃ αὐτοῖς δυνάμει, καὶ τῇ ἐν
τῷ λόγῳ εἰς τὰ διηγούμενα πράγματα χάρι-
τι· ἀλλ' οὐδὲ τοὺς ἀκροωμένους αὐτῶν μεταπε-
πεῖσθαι ἐκ πατρίων πολυχρονίων ἐθῶν, μὴ ἀξι-
ολόγου τινὸς δυνάμεως αὐτοὺς καὶ τεραστίων
πραγμάτων μετακινησάντων ἐπὶ τὰ οὕτω ξένα
καὶ ἀλλότρια τῶν συντρόφων αὐτοῖς δογμάτων.
Εἶτ', οὐκ οἶδ' ὅπως, ὁ Κέλσος τὴν προθυμίαν
τῶν μέχρι θανάτου ἀγωνιζομένων ἐπιφέρει
ὡσπερεὶ ἐξισῶν τὰ ἡμέτερα τοῖς ὑπὸ τῶν τε-
Celſus dicit myſtagogos idem de æternis ſupplicijs loqui λεστῶν καὶ μυσταγωγῶν λεγομένοις, καί φησι,
“Μάλιστα μὲν, ὦ βέλτιστε, ὥσπερ σὺ κολάσεις
“αἰωνίους νομίζεις· οὕτω καὶ οἱ τῶν ἱερῶν ἐκείνων
“ἐξηγηταὶ τελεσταί τε καὶ μυσταγωγοί· ἃς σὺ
“μὲν τοῖς ἄλλοις ἀπειλεῖς, ἐκεῖνοι δὲ σοί. πό-
“τερα γὰρ αὐτῶν ἀληθέστερα ἢ ἐπικρατέστερα,
“ἔξεστι σκοπεῖν· λόγῳ μὲν γὰρ ἐξίσου πε-
“ρὶ τῶν σφετέρων σφίσιν ἑκάτεροι διαβε-

ſolùm ſanato juxta prædictionem Eſaiæ, ſed etiam magna cum fiducia pollicente ſibi, *Poſthæc procreabo liberos, qui annuntient tuam juſtitiam.* In quarto quoque Regnorum libro, mulier, quæ Heliſæum ſuſceperat de filii genitura Dei gratia prædicentem, per preces ejuſdem mater facta eſt. Membrorum quoque uſu privati ope Jeſu ſanitati reſtituti ſunt innumeri: ſicut in Macchabæorũ rebus legitur de afflictis toto corpore, qui ceræmonias Judæorum templi violare auſi ſunt. Sed dicent Græci hæc eſſe fabulas, quamvis confirmata duarum integrarum gentium teſtimoniis. Quin igitur potiùs Græcorum ſcripta habentur pro fabulis? Quòd ſi quis propiùs res contemplatus, nè videatur temere ſua probare, aliena rejicere, dicat & quæ Græci narrant patrata eſſe à quibuſdam dæmonibus, & quæ Judæi vel à Deo per Prophetas facta, vel ab Angelis, aut à Deo per angelos; Chriſtianorum item miracula vel per Jeſum deſignata vel per Apoſtolos: agè, conferamur hæc invicem, videamúsq; quid ſibi voluerint, qui hæc operati ſunt: tum quomodo indè vel utilitatem vel damnum vel neutrum acceperint, qui putantur adjuti beneficiis, & annon meritò videri debeat philoſophata tota Judæorum natio, priuſquam Deum affecerunt injuriâ, quos propter exuberantem nequitiam deſtituit; tum quam mirabiliter Chriſtiani religionis initio non minùs miraculis quàm doctrina ſint adducti ad relinquenda inſtituta patria, & ad aliena traducti. Nam, quantum ratione colligi poteſt, non eſt probabile, vel Jeſu Apoſtolos, homines illiteratos & plebeios, auſos aggredi prædicationem doctrinæ Chriſtianæ aliâ re fretos, quàm datâ ſibi virtute & in dicendo docendóque gratiâ; vel auditores mutâſſe diuturnas multarum ætatum conſuetudines, niſi motos admirandâ illorum in patrandis prodigiis potentiâ, & addixiſſe ſe tam diverſis à ſuo ritu opinionibus. Deindè, neſcio quomodo, Celſus, mentione factâ alacritatis noſtrorum uſque ad mortem decertantium nè fidem abjurent, mox memorat initiatores iſtos, quos myſtagogos vocant, conferens eos & exæquans Chriſtianis hominibus: ait enim, *Certè quemadmodum tu, bone vir, credis æterna ſupplicia; ſic etiam ſacrorum noſtrorũ interpretes, initiatores accedentium ad ea myſtagogique. Tu ea minaris aliis, illi contrà tibi. Conſiderandum igitur utra veriora firmioráque. Verbis enim ex æquo utrique contendunt*

dunt pro ſuis opinionibus. Quòd ſi argumentis agendum ſit: illi plurima & apertiora proferunt divina reſponſa & quædam dæmonicarū virtutum opera, conquiſita è diverſis oraculorū ſacrariis. Ergò hoc dicit, æternas pœnas in terra & nos affirmare, & initiatores, examinandúmque utrorum ſententia ſit verior. Equidem pronuntiarem penès eos veritatem eſſe, qui poſſunt auditorem ſic dictis ſuis afficere, ut ita vivat, tanquam hæc habeat perſuaſiſſima. Judæi & Chriſtiani vehementer afficiuntur perſuaſione, quam habent de futuro, ut vocant, ſeculo, déque præmiis juſtorum tunc recipiendis & pœnis impiorum. Proferat Celſus, aut quicunque vult, aliquos ab iſtis myſtagogis permotos terrore futuri ſupplicii. Credibile eſt enim hanc eſſe patris illius & autoris doctrinæ voluntatem, ut non ſolùm abominemur eas pœnas, & diſſeramus de eis; ſed ſic afficiamur his ſermonibus, ut pro virili caveamus nè quid committamus dignum pœnis talibus. Quin & Prophetarum libri, ſi quis non oſcitanter legat eorum prædictiones, ſufficere videntur ad perſuadendum illos viros afflatos fuiſſe Dei Spiritu. His nullo pacto conferri merentur dæmonum opera, manteorúmvé oracula. Videamus quid deinceps Celſus nobis afferat, *Jam hæc annon abſurda, quòd deſideratis & ſperatis reſurrectionem corporis nihil ducentes optabilius, & idem corpus ut vile in omnes cruciatus projicitis? Verùm apud iſtos hæc credentes & intabeſcentes corpori non eſt diſſerendum de rebus talibus. Hi ſunt enim homines etiam aliàs ruſtici, impuri, ſine ratione, laborantes ſeditionibus. Ceterum his, qui animam aut mentem (ſive ſpiritualis ea dicenda eſt, ſive ſpiritus intellectivus ſanctus beatúſque, ſive anima vivens, ſive divinæ incorporeæque naturæ progenies cœleſtis & incorruptibilis, ſive quomodocunque hanc appellare libet,) ſperant ſe habituros ſempiternam, illud cum Deo dicturus ſum: rectè eos ſentire quòd felices erunt qui bene vixerunt, injuſti verò malis æternis tenebuntur: à quo dogmate nec iſti, nec mortalium quiſquam unquam reſiliat.* De reſurrectione, utcunque nobis eam ſæpius exprobrat, quia jam ſuprà diximus quod viſum eſt & quod potuimus, non eſt cur ad ſemel dilutum crimen toties reſpondeamus, quoties objicitur. Calumniatur autem Celſus, *nihil nos in his, è quibus conſtamus exiſtimare præſtantius corpore:* profitemur enim animam, præcipuè ratio-

"βούσι. τεκμήρια δὲ εἰ δέοι, πολλὰ ἐκεῖνοι καὶ
" * ἐναργῆ δεικνύουσιν ἔργα τινὰ δαιμονίων τινῶν
" δυνάμεων καὶ χρηστηρίων, καὶ ἐκ παντοδαπῶν
" μαντειῶν προκομίζοντες. Οὐκοῦν διὰ τούτων τὰς αἰωνίους κολάσεις ἐπὶ γῆς βούλεται καὶ ἡμᾶς λέγειν, καὶ τοὺς τελεστὰς, καὶ ἐξετάζειν, ὁπότεροι μᾶλλον ἀληθεύουσιν. εἴποιμι δ' ἂν ἀληθεύειν τοὺς δυνηθέντας διαθεῖναι τοὺς ἀκροατὰς τῶν λεγομένων οὕτω βιοῦντας, ὡς τούτων οὕτως ἐχόντων. διατίθενται Ἰουδαῖοι καὶ Χριστιανοὶ περὶ τοῦ ὑπ' αὐτῶν καλουμένου μέλλοντος αἰῶνος, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ γερῶν μὲν ἐπὶ τοὺς δικαίους, κολάσεων δὲ ἐπὶ τοὺς ἁμαρτωλούς. δεικνύτω οὖν καὶ Κέλσος, ἢ ὁ βουλόμενος, τίνες διετέθησαν περὶ αἰωνίων κολάσεων ὑπὸ τῶν τελεστῶν καὶ μυσταγωγῶν. εἰκὸς γὰρ ὅτι τὸ βούλημα τοῦ πατρὸς τῶν λεγομένων ἐστὶν, οὐ τὸ ἀφοσιοῦσθαι μόνον καὶ εἰπεῖν περὶ κολάσεων, ἀλλὰ τὸ διαθεῖναι τοὺς ἀκούοντας, πρὸς τὸ (ὅση δύναμις) φυλάξασθαι τὰ τῶν κολάσεων αἴτια αὐτοὺς ἐργάσασθαι. ἀλλὰ καὶ αἱ προφητεῖαι, τοῖς μὴ περιέργως ἐντυγχάνουσι τῇ ἐν αὐταῖς προγνώσει, ἱκαναί μοι εἶναι δοκοῦσι πρὸς τὸ πεῖσαι τὸν συνετῶς ἅμα καὶ εὐγνωμόνως ἀναγινώσκοντα, ὅτι Θεοῦ πνεῦμα ἦν ἐν τοῖς ἀνδράσιν ἐκείνοις· ὧν οὐδὲν τῶν δεικνυμένων ἔργων δαιμονίων, οὐδὲ τῶν ἐκ χρηστηρίων δυνάμεων, οὐδὲ τῶν μαντειῶν, κἂν ἐπὶ ποσὸν παραβάλλεσθαι δύναται. Ἴδωμεν δὲ καὶ τὰ ἑξῆς οὕτω λεγόμενα ὑπὸ τοῦ Κέλσου πρὸς ἡμᾶς, "Ἔτι
" δὲ πῶς οὐκ ἄτοπα ὑμῶν ταῦτα, τὸ μὲν σῶμα
" ποθεῖν καὶ ἐλπίζειν, ὅτι αὐτὸ τοῦτο ἀναστήσεται,
" ὡς οὐδὲν ἡμῖν τούτου κρεῖττον οὐδὲ τιμιώτερον·
" πάλιν δ' αὐτὸ ῥίπτειν εἰς κολάσεις, ὡς ἄτι-
" μον; ἀλλὰ τοῖς τοῦτο πειθομένοις, καὶ τῷ σώ-
" ματι συντετηκόσιν, οὐκ ἄξιον τοῦτο διαλέ-
" γεσθαι. οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ καὶ τἆλλα ἄγροι-
" κοι καὶ ἀκάθαρτοι, καὶ χωρὶς λόγου, τῇ στάσει
" * συννοσοῦντες. τοῖς μέν γε τὴν ψυχὴν ἢ
" τὸν νοῦν (εἴτε πνευματικὸν τοῦτον ἐθέλουσι
" καλεῖν, εἴτε πνεῦμα νοερὸν, ἅγιον καὶ μακάρι-
" ον, εἴτε ψυχὴν ζῶσαν, εἴτε θείας καὶ ἀσωμά-
" του φύσεως * ἔγγονον ὑπερουράνιόν τε καὶ ἄ-
" φθαρτον, εἴθ' ὅ,τι καὶ ὅ,τι χαίρουσιν ὀνομά-
" ζοντες * τοῦτον) ἐλπίζουσιν ἕξειν αἰώνιον,
" σὺν Θεῷ τοῦτο διαλέξομαι· οὗτοι μέν γε
" ὀρθῶς νομίζουσιν, ὡς οἱ μὲν εὖ βιώσαντες
" εὐδαιμονήσουσιν, οἱ δὲ ἄδικοι πάμπαν αἰω-
" νίοις κακοῖς συνέξονται. καὶ τούτου δὲ τοῦ δόγμα-
" τος μήθ' οὗτοι, μήτ' ἄλλος ἀνθρώπων
" μηδείς ποτε ἀποστῶ, ἀποτείνοντες. Περὶ ἀναστάσεως δὴ εἰ καὶ αὐτὸς ἤδη πολλάκις ὀνειδίζει· ἀλλ' ἡμεῖς, τὰ κατὰ τὸν τόπον ἡμῖν φανὲν εὔλογον, ὡς οἷοί τ' ἦμεν, παραστήσαντες, οὐ μέλλομεν πρὸς ἓν ἔγκλημα πολλάκις λεγόμενον πολλάκις ἀπολογεῖσθαι. Συκοφαντεῖ δὲ ἡμᾶς ὁ Κέλσος, "ὡς οὐδὲν τοῦ σώματος κρεῖττον οὐδὲ τι-
" μιώτερον ἐν τῇ συστάσει ἡμῶν ἡγουμένους·" ψυχὴν γὰρ παντὸς σώματος, καὶ μάλιστα τὴν

* ἐναργῆ
* συνόντες.
* ἔκγονον.
* τοῦτο.

λογικὴν,

λογικὴν, φαμὲν εἶναι πρᾶγμα τιμιώτερον ἢ καὶ τὸ κατ᾽ εἰκόνα τοῦ κτίσαντος ψυχὴ μὲν χωρεῖ, οὐδαμῶς δὲ τὸ σῶμα. οὐδὲ γὰρ καθ᾽ ἡμᾶς σῶμα ὁ Θεός· ἵνα μὴ περιπέσωμεν οἷς περιπίπτουσιν ἀτόποις οἱ τὰ Ζήνωνος καὶ Χρυσίππου φιλοσοφοῦντες. Ἐπεὶ δ᾽ ὀνειδίζει ἡμῖν καὶ ὡς ποθοῦσι τὸ σῶμα· ἴστω, ὅτι, εἰ μὲν ὁ πόθος φαῦλόν ἐστιν, οὐδὲν ποθοῦμεν· εἰ δὲ μέσον, ποθοῦμεν πάντα, ὅσα ὁ Θεὸς τοῖς δικαίοις ἐπαγγέλλεται. οὕτως οὖν καὶ τὴν τῶν δικαίων ἀνάστασιν ποθοῦμεν καὶ ἐλπίζομεν· νομίζει δὲ Κέλσος καὶ ἀνομολογούμενα ἡμᾶς ἑαυτοῖς ποιεῖν, ὅτε μὲν ἐλπίζουσι τὴν τοῦ σώματος ἀνάστασιν, ὡς τῆς παρὰ Θεοῦ τιμῆς ἀξίου· ὅτε δὲ ῥίπτουσιν αὐτὸ εἰς κολάσεις, ὡς ἄτιμον. οὐδὲν οὖν ἄτιμον, τὸ δι᾽ εὐσέβειαν πάσχον, καὶ δι᾽ ἀρετὴν περιστάσεις αἱρούμενον· ἀλλὰ καὶ πᾶν ἄτιμον, τὸ μετὰ κακίας ἐν ἡδοναῖς καταναλισκόμενον. φησὶ γοῦν καὶ ὁ θεῖος λόγος, Σπέρμα ἔντιμον ποῖον; σπέρμα ἀνθρώπου· σπέρμα ἄτιμον ποῖον; σπέρμα ἀνθρώπου. Εἶτ᾽ οἴεται μὴ διαλέγεσθαι δεῖν τοῖς τὰ περὶ τοῦ σώματος ἐλπίζουσιν ὁ Κέλσος, ὡς συντετηκόσιν ἀλόγως πράγματι ἀδυνάτῳ τυχεῖν τῶν ἐλπιζομένων ὑπ᾽ αὐτῶν, ἀγροίκους καὶ ἀκαθάρτους αὐτοὺς καλῶν, καὶ χωρὶς λόγου, * συννοσοῦντας τῇ στάσει· δέον ὡς φιλάνθρωπον καὶ τοῖς ἀγροικοτέροις βοηθεῖν. οὐδὲ γὰρ τὸ κοινωνικὸν περιγέγραπται ὥσπερ ἀπὸ τῶν ἀλόγων ζώων, οὕτω καὶ ἀπὸ τῶν ἀγροικοτέρων ἀνθρώπων· ἀλλ᾽ ὁ ποιήσας ἡμᾶς πρὸς πάντας ἀνθρώπους πεποίηκε κοινωνικούς. ἄξιον οὖν διαλέγεσθαι καὶ ἀγροίκοις, καὶ (ὅση δύναμις) μετάγειν αὐτοὺς ἐπὶ τὸ ἀστειότερον· καὶ ἀκαθάρτοις, καὶ ποιεῖν αὐτοὺς, ὡς οἷόν τε ἐστὶ, καθαρωτέρους· καὶ τοῖς χωρὶς λόγου ὅ, τι ποτ᾽ ὁ(?) ... [illegible], καὶ τὴν ψυχὴν νοσοῦσιν, ἵνα μηκέτι χωρὶς λόγου τι πράττωσι, μηδὲ τὴν ψυχὴν νοσήσωσιν. Μετὰ δὲ ταῦτα ἀποδέχεται τοὺς τὴν ψυχὴν, ἢ τὸν νοῦν, ἢ τὸ καλούμενον παρ᾽ αὐτοῖς πνευματικὸν, ἢ λογικὸν πνεῦμα, νοερὸν, ἅγιον καὶ μακάριον, ἢ ψυχὴν ζῶσαν ἐλπίζοντας ἕξειν αἰώνιον, καὶ σὺν Θεῷ αὐτὸ ἔσεσθαι· προσίεται δὲ ὀρθῶς νομιζόμενον καὶ τὸ μὲν περὶ τῶν εὖ βιωσάντων, ὡς εὐδαιμονησόντων, δόγμα· περὶ δὲ τῶν ἀδίκων, ὡς πάμπαν * αἰωνίοις κακοῖς συνεχθησομένων. καὶ τεθαύμακά γε τοῦ Κέλσου, παρὰ πάντα τὰ λεγόμενα παρ᾽ αὐτοῦ, τὸ οὕτως ἐπιφερόμενον τοῖς προειρημένοις, ἐν ᾧ φησὶ, "Καὶ τούτου δὲ "τοῦ δόγματος μήθ᾽ οὗτοι, μήτ᾽ ἄλλος ἀν"θρώπων μηδείς ποτε ἀποστῇ. καὶ ἐχρῆν γε αὐτὸν ὁρᾶν, κατὰ Χριστιανῶν γράφοντα, (οἷς ἡ πᾶσα ὑπόθεσίς ἐστι τῆς πίστεως ὁ Θεὸς, καὶ αἱ διὰ τοῦ Χριστοῦ περὶ τῶν δικαίων ἐπαγγελίαι, καὶ περὶ τῶν ἀδίκων αἱ περὶ κολάσεως διδασκαλίαι) ὅτι τὸν ἀνατραπέντα Χριστιανὸν ἐκ τοῦ περιλέξασθαι τοὺς κατὰ Χριστιανῶν τοῦ Κέλ-

nalem, potiorem eſſe quovis corpore: quandoquidem imaginem conditoris capit, non corpus, ſed anima. Nec enim Deum eſſe corporeum opinamur, nè devolvimur in eas abſurditates, in quas inciderunt quidam Zenonis & Chryſippi ſectatores philoſophi. Quoniam autem exprobrat nobis deſiderium corporis: ſciat, ſi mala res eſt deſiderium, nos nihil deſiderare; ſin autem indifferens, deſideramus quicquid Deus juſtis pollicetur: atque hâc ratione reſurrectionem quoque juſtorum deſideramus ſperamúſque. Celſus putat nos facere inconſiſtentia, dum modò ſperamus Deum dignaturum corpora noſtra reſurrectionis honore, modò ipſi ut vile id in quoſvis cruciatus projicimus: atqui nihil eſt vile, quod propter pietatem patitur, & propter virtutem adverſitatibus ſe objicit; ſed quod cum vitiis conſumitur in voluptatibus. Teſtatur ſacra Scriptura, dicens, *Semen honoratum ſemen hominis, ſemen vile ſemen hominis.* Deinde putat Celſus non diſſerendum apud bene ſperantes de corpore, ut intabeſcentes deſiderio rei, quam impoſſibile ſit aſſequi, ruſticos eos, brutos, & ſeditioſos nominans, cùm debuiſſet ut vir humanus ſuccurrere imperitioribus: non eſt enim tam anguſtè circumſcripta benignitas, ut ſe non etiam ad bruta porrigat, nè dum ad homines ſubruſticos; ſed conditor noſter fecit nos in omnes ex æquo beneficos: digni ſunt igitur etiam ruſtici cum quibus diſſeratur, ut, quantum fieri poteſt, urbaniores reddantur; impuri quoque puriores faciendi ſunt; & bruti temere quidlibet ſentientes, animâque languentes, curandi ſunt, nequid ſine ratione agant poſthac néve langueant. Poſt hæc probat eos, qui animam, ſive mens ſpiritualis ea dicenda eſt, ſive ſpiritus intellectivus ſanctus beatúſque, ſive vivens anima, ſperant ſe habituros ſempiternam, & cum Deo victuram: laudat etiam dogma de juſtorum æterna felicitate, injuſtorum æternis miſeriis, nec ullum ex omnibus Celſi dictis æquè miror, quàm quòd nunc ità concludit ſermonem, *Nos Chriſtiani, non alii, reſiliant ab hoc dogmate.* Atqui, cùm contra Chriſtianos ſcriberet (quorum fides omnis verſatur circa Deum, promiſſionéſque juſtis per Chriſtum factas, & comminationes injuſtis intentatas) animadvertere debuerat, quòd, ſi quis propter ſermones Celſi in Chriſtianos

Sirac. 10. 19.

* συνόντας.

* αἰωνίως.

2 rusticos erudiendos esse

quos amplexus eſt fidem deſerat, credibile erit eum, rejectâ doctrinâ, etiam hoc decretum aſpernaturum, à quo, dicit, *nec Chriſtiani nec hominum quiſquam deſciverit*. Quantò meliùs Chryſippus in libro de curandis affectibus, qui vult affectibus, ut prementibus & moleſtantibus humanam animam, mederi primò quidem rationibus ſanis, ſecundò autem & tertiò vel parùm probatis ſibi dogmatibus: ait enim, *Etiamſi eſſent tria bonorum genera, ad hunc quoque modum affectibus medendum, non inquirendo curioſè tempore inflammationis affectum quo dogmate præoccupatus ſit qui laborat; nè fortè, dum intempeſtivè occupamur in revellendo ex anima dogmate, pereat occaſio medelæ qualiſcunque admittitur*: additque, *Etiamſi voluptas eſſet bonum opinione ejus, qui affectus eſt, nihilò minùs ei ſuccurrendum, declarandúmque vel eos, qui ſummum Bonum in voluptate poſuerint, omnes affectus de ſe profiteri.* Debuerat igitur & Celſus (ſemel approbato dogmate de juſtorum præmiis æternis injuſtorúmque miſeriis,) præcipuam ſibi rationem argumentis confirmare, multiſque oſtendere veram eſſe perſuaſionem tam de præmiis illis quàm de ſuppliciis nunquam finiendis utriſque. Nam nos quoque ante omnia rationibus illis innumeris, quibus ipſi ad Chriſtianam pietatem perducti ſumus, conamur omnes, quotquot poſſumus, eodem adducere: ubi verò invenimus præoccupatos calumniis, quibus Chriſtiani gravamur, ità ut imaginatione Chriſtianæ impietatis nè aures quidem adhibere ſuſtineant his, qui divinam hanc doctrinam pollicentur: ibi humanitati ſtudentes, quoad ejus fieri poteſt, damus operam, ut ſaltem illud de impiorum æternis pœnis dogma perſuadendo reddamus idoneos ad percipiendam hanc doctrinam etiam eos, qui nolunt Chriſtiani fieri. Idem facimus perſuadendo vera eſſe, quæ dicuntur de rectè actæ vitæ præmiis: quandoquidem videmus multa de vita bene inſtituenda docere etiam alienos à cognitione noſtræ fidei, & quidem noſtris placitis ſimilia: nec enim ullos, qui communes notiones de rebus honeſtis & juſtis, injuſtis & turpibus, in totum deperdiderunt, quis inveniet. Itaque omnes homines, contemplantes hunc mundum & conſtitutum cœli & inerrantium motum, ordinem etiam planetarum, qui ex adverſo huic mundi motui feruntur, ad hæc aeris temperiem in uſum animantium, præcipuè hominum uberémque copiam rerum hominum gra-

σου λόγους, εἰκός ἐστιν * ἀποβαλόντα τὸν λόγον συναποβαλεῖν καὶ τὸ δόγμα, «οὗ, φησί, μήτε Χριστιανοὶ ἀποσταῖεν, μήτε μηδεὶς ἄλλος ἀνθρώπων.» ἀλλὰ φιλανθρωπότερον, οἶμαι, Κέλσου Χρύσιππος πεποίηκεν ἐν τῷ περὶ παθῶν θεραπευτικῷ, βουλόμενος θεραπεῦσαι τὰ πάθη, ὡς κατεπείγοντα καὶ ἐνοχλοῦντα τὴν ἀνθρωπίνην ψυχήν, προηγουμένως μὲν τοῖς δοκοῦσιν αὐτῷ ὑγιέσι λόγοις, δευτέρως δὲ καὶ τρίτως κἂν τοῖς μὴ ἀρέσκουσι τῶν δογμάτων· «Κἂν γὰρ τρία, φησίν, ᾖ γένη τῶν ἀγαθῶν, καὶ οὕτω θεραπευτέον τὰ πάθη· οὐ περιεργαζόμενον ἐν τῷ καιρῷ τῆς φλεγμονῆς τῶν παθῶν τὸ προκαταλαβὸν δόγμα τὸν ὑπὸ τοῦ πάθους ἐνοχλούμενον· μή πως τῇ ἀκαίρῳ περὶ τὴν ἀνατροπὴν τῶν προκαταλαβόντων τὴν ψυχὴν δογμάτων σχολῇ ἡ ἐγχωροῦσα θεραπεία παραπόληται. φησὶ δὲ ὅτι, κἂν ἡδονὴ ᾖ τὸ ἀγαθόν, καὶ τοῦτο φρονῇ ὁ ὑπὸ τοῦ πάθους κρατούμενος· οὐδὲν ἧττον αὐτῷ βοηθητέον, καὶ παραδεικτέον, ὅτι καὶ τοῖς ἡδονὴν τἀγαθὸν καὶ τέλος τιθεμένοις, ἀνομολογούμενόν ἐστι πᾶν πάθος.» ἐχρῆν τοίνυν καὶ τὸν Κέλσον (ἅπαξ * παραδεξάμενον λέγοντα τὰ περὶ τῶν εὖ βιωσάντων δόγματα, ὡς εὐδαιμονησόντων, καὶ περὶ τῶν ἀδίκων, ὡς πάμπαν αἰωνίοις κακοῖς συνεχεθησομένων) αὐτῷ προηγούμενον λόγον ἐπικατασκευάσαι καὶ διὰ πλειόνων ἀποδεῖξαι, ὅτι ἀληθῶς οἱ ἄδικοι πάμπαν αἰωνίοις κακοῖς συνεχεθήσονται, καὶ οἱ εὖ βιώσαντες εὐδαιμονήσουσι. καὶ γὰρ ἡμεῖς προηγουμένως μέν, διὰ τὰ πείσαντα ἡμᾶς πολλὰ καὶ μυρία κατὰ Χριστιανισμὸν βιοῦν, πάντας ἀνθρώπους, ὅση δύναμις, ὅλοις τοῖς Χριστιανῶν λόγοις οἰκειοῦν βουλόμεθα. ὅταν δὲ προκαταλαμβανομένους εὑρίσκωμεν τῇ πρὸς Χριστιανοὺς διαβολῇ, ὡς μηδὲ παρέχειν τὰ ὦτα, φαντασίᾳ τοῦ μηδὲ * εὐσεβεῖς εἶναι Χριστιανούς, τοῖς τὰ τοῦ θείου λόγου διδάσκειν ἐπαγγελλομένοις τισίν· ἐκεῖ κατὰ τὸ φιλάνθρωπον, ὅση δύναμις, ἰσάμεθα, ἵνα, κἂν τὰ περὶ αἰωνίου κολάσεως ἐπὶ τοὺς ἀσεβοῦντας δόγματα κατασκευάσαντες, παραδέξασθαι ποιήσωμεν τὸν λόγον καὶ τοὺς μὴ θέλοντας Χριστιανίζειν. οὕτω δὲ καὶ περὶ τῶν εὖ βιωσάντων πεῖσμα ἐμποιεῖν θέλομεν, ὁρῶντες, ὅτι πολλὰ τῶν κατὰ τὸν ὑγιῆ βίον καὶ οἱ τῆς πίστεως ἀλλότριοι ὁμοίως ἡμῖν λέγουσιν. οὐδὲ γὰρ τὰς κοινὰς ἐννοίας περὶ καλῶν καὶ δικαίων, καὶ αἰσχρῶν καὶ ἀδίκων, εὕροι τις ἂν παντὸς ἀπολωλεκότας. πάντες οὖν ἄνθρωποι, ὁρῶντες τὸν κόσμον, καὶ τὴν ἐν αὐτῷ τεταγμένην * οὐρανοῦ καὶ τῶν ἐν τῇ ἀπλανεῖ κίνησιν, τῶν τε φερομένων ἐναντίως τῇ τοῦ κόσμου κινήσει λεγομένων πλανήτων τάξιν, ὁρῶντες δὲ καὶ τὴν τῶν ἀέρων καὶ πρὸς τὸ χρήσιμον ζώοις, καὶ μάλιστα ἀνθρώποις, κρᾶσιν, καὶ τὴν ἀφθονίαν τῶν δι' ἀνθρώπους δεδημιουργημένων,

* ἀποβάλλοντα.

* παραδεξάμενον τά. S.G.

* ἀσεβεῖς.

* οὐρανῷ.

μένων, εὐλαβείσθωσαν δυσάρεστόν τι ποιῆσαι τῷ δημιουργῷ τοῦ παντὸς, καὶ τῶν ψυχῶν αὐτῶν, καὶ τοῦ ἐν αὐταῖς νοῦ αὐτῶν· καὶ πεπείσθωσαν κολασθήσεσθαι μὲν ἐπὶ τοῖς ἁμαρτανομένοις, ἀχθήσεσθαι δὲ ἀνάλογον τοῖς κατορθωθεῖσιν ἢ τοῖς καθηκόντως ἀποδοθεῖσιν ὑπὸ τοῦ κατ' ἀξίαν ἕκαστον οἰκονομοῦντος· ἔπειτα ἀνάλογον τοῖς κατορθωθεῖσιν ἢ καθηκόντως ἀποδοθεῖσιν ἔργοις, καὶ πεπείσθωσαν πάντες ἄνθρωποι, εὖ μὲν οἱ καλοὶ ἐπὶ τοῖς βελτίοσιν ἀπαλλάξοντες, κακοὶ δὲ κακῶς πόνοις καὶ βασάνοις παραδοθησόμενοι ἐπὶ τοῖς ἀδικήμασι καὶ ταῖς ἀσελγείαις καὶ ἀκολασίαις, ἔτι δὲ ἐπὶ τῇ ἀνανδρίᾳ καὶ δειλίᾳ, καὶ ἐπὶ πάσῃ τῇ ἀφροσύνῃ. Τοσαῦτα δὲ καὶ εἰς τοῦτον εἰπόντες τὸν τόπον ἴδωμεν τοῦ Κέλσου καὶ ἄλλην λέξιν οὕτως ἔχουσαν, " Ἐπει-" δὴ δὲ σώματι συνδεθέντες ἄνθρωποι γεγό-" νασιν, εἴτ' οἰκονομίας τῶν ὅλων ἕνεκεν, εἴτε " ποινὰς ἁμαρτίας ἀποτίνοντες, εἴθ' ὑπὸ * πα-" θημάτων τινῶν τῆς ψυχῆς βαρυνθείσης, μέ-" χρις ἂν ταῖς τεταγμέναις περιόδοις ἐκκαθαρ-" θῇ· δεῖν γὰρ, κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα, τρὶς μὲν " μυρίας ὥρας ἀπὸ μακάρων ἀλαλῆσθαι, γινομέ-" νην παντοίαν διὰ χρόνον ἰδέαν θνητῶν· πι-" στέον οὖν ὅτι παραδέδονταί τισιν ἐπιμεληταῖς " τοῦδε τοῦ δεσμωτηρίου. Ὅρα δὴ καὶ ἐν τούτοις περὶ τηλικούτων ἀνθρωπίνως ἀμφιβάλλων, καὶ παρατιθέμενος πλειόνων δόγματα περὶ τῆς αἰτίας τῆς γενέσεως ἡμῶν, ἐμφαίνει τινὰ εὐλάβειαν μὴ τολμῶν ἀποφήνασθαί τι τούτων ψεῦδος εἶναι. ἆρ' οὖν οὐκ ἦν κατὰ τὸν τοιοῦτον, καὶ αὐτὸν ἅπαξ κρίναντα μήτε ὡς ἔτυχε συγκαταθέσθαι, μήτε τολμηρῶς ἀθετῆσαι τὰ δόξαντα τοῖς ἀρχαίοις, καὶ περὶ τῶν Ἰουδαίων λόγου διαληφθέντος παρὰ τοῖς ἐκείνων προφήταις, καὶ περὶ τοῦ Ἰησοῦ, εἰ μὴ ἐβούλετο πιστεῦσαι, κἂν ἀμφιβάλλειν, καὶ σκοπῆσαι, ὅτι εἰκὸς ἦν καὶ τοὺς θεραπεύσαντας τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, καὶ ἕνεκεν τῆς εἰς τοῦτον τιμῆς, καὶ εἰς τὰ πεπιστευμένα ὑπ' αὐτοῦ νενομοθετῆσθαι, πολλάκις μυρίους κινδύνους καὶ θανάτους ἀναδεξαμένους, μὴ ὑπερεωρᾶσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τινα ἐπιφάνειαν γεγονέναι, τὰ μὲν τῆς ἀνθρωπίνης περὶ τὰ ἀγάλματα τέχνης * ὑπερφρονήσασιν, ἀναβαίνειν δὲ πειραθεῖσι τῷ λογισμῷ ἐπ' αὐτὸν τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεόν; ἐχρῆν δ' αὐτὸν σκοπῆσαι, ὅτι πάντ' ἐφορῶν καὶ πάντ' ἐπακούων ὁ κοινὸς πάντων πατὴρ καὶ δημιουργὸς, τὴν ἑκάστου προαίρεσιν ζητούντων αὐτὸν καὶ εὐσεβεῖν βουλομένων κατ' ἀξίαν κρίνων, καὶ τούτοις τινὰ * ἀπονέμει καρπὸν τῆς προστασίας αὐτοῦ· ἵνα μᾶλλον αὔξωσιν ἣν ἅπαξ παρειλήφασι περὶ αὐτοῦ ἔννοιαν. ταῦτα γὰρ εἰ ἐλογίσατο Κέλσος, καὶ οἱ μισοῦντες Μωϋσέα, καὶ τοὺς ἐν Ἰουδαίοις προφήτας, καὶ Ἰησοῦν, καὶ τοὺς καμόντας διὰ τὸν λόγον αὐτοῦ γνησίους μαθητὰς αὐτοῦ· οὐκ ἂν ὀ-

* θυμάτων.

* ὑπερφρονή-σασιν.

* ἀπονέμειν.

[illegible] homines corporibus inclusi sint, concludit [illegible] commissos esse.

Respondet Origen: [illegible] pronunciare

tiâ creatarum, vereri debent, nè quid faciant, quod creatorem offendat, qui horum animas & in his mentem creavit; ſciréque non deſore peccatis pœnas & benefactis præmia, pro cujuſque meritis rependenda per gubernatorem rerum omnium; futurúmq; ut hinc migrent omnes homines, boni quidem feliciter ad meliorem conditionem, mali verò malè, miſeriis & tormentis tradendi propter ea, quæ deſignaverunt per iniquitates, libidines, & intemperantias, & per ignaviam, formidinem, omnémque inſipientiam. Hactenus ad hunc quoque locum: videnda ſunt & reliqua Celſi verba, quæ ſic habent, *Quoniam autem alligati corpori homines nati ſunt, ſive quòd ità poſtularet hujus univerſitatis ordinatio, ſive ut pœnas peccati luerent, ſive affectibus quibuſdam animam gravantibus, donec purificetur per certos circuitus; ſiquidem juxta Empedoclem debet*

Ter mille decies errando ſpiritus bonus
Per varias ſpecies divis procul eſſe beatis:

credendum eſt commiſſos eos eſſe quibuſdam hujus carceris curatoribus. Vide hìc quoque ut de arduis rebus humano more dubitans, recenſiſque plurium opinionibus de cauſa noſtræ nativitatis, quendam timorem præ ſe fert, non audens pronuntiare quid horum falſum ſit; fortaſſe, quia non ſuum putabat ſemel latâ ſententiâ vel aſſentiri cuiquam temere, vel confidenter damnare placita veterum. Sic poterat etiam de Judæorum ſcriptura, & Prophetis de Deo docentibus, ſaltem dubitare, ſi credere nolebat: conſideraréque quòd par erat & ſervientibus Deo univerſorum Domino, vel propter honorem hunc ei habitum, vel propter leges, quas creditur condidiſſe, ſæpe innumera pericula mortéſque contemnentibus, à Deo minùs neglectum iri; ſed ut eis ſe aliquo pacto oſtenderet, quandoquidem illi, ſpretis ac faſtiditis ſimulacris operibus artificum, conati ſint ratiocinatione ſubvehi uſque ad ipſum Deum altiſſimum. Oportebat igitur eum conſiderare, quòd ille, qui audit cuncta vidétque communis pater omnium & conditor, etiam ſingulorum quærentium ſe, religionémq; veram ſectantium voluntatem judicans, his quoque fructum aliquem dominationis ſuæ retribuat, atque ità pietatem eorum erga ſe augeat. Hæc ſi reputâſſet Celſus, & qui oderunt Moſem, Prophetáſque Judæorum, & Jeſum, ipſiúſque germanos diſcipulos, verbi ejus operarios: non ità conviciarentur

vitiarentur Moſi, Prophetiſque, & Jeſu cum ſuis Apoſtolis, nec ſolos ex omnibus orbis totius gentibus Judæos reſpuerent, dicentes eos pejores Ægyptiis uſque ad bruta, ſive per ſuperſtitionem, ſive per quemcunque alium errorem, quantum in ipſis eſt, Dei honorem demittentibus. Hæc autem diximus, non quòd cuiquam auctores velimus eſſe dubitandi de doctrina Chriſtiana: ſed ut doceremus iſtos ejus doctrinæ laceratores, ſatius eſſe vel dubitare de profeſſoribus ejus, quàm loqui tam temerariè de Jeſu atque illius diſcipulis quod neſciunt ipſi affirmando, nec cum comprehenſiva phantaſia, quam vocant Stoici, nec cum alio ullo judicio, de quo ſingulæ Philoſophorum ſectæ quicquid ipſis videtur pronuntiant. Deinde* quoniam Celſus ait, *Credendum eſt eos commiſſos eſſe quibuſdam hujus carceris curatoribus*: reſpondemus, quòd anima virtute prædita ſoluta eſt vitiorum vinculis etiam in hac vita, quam Hieremias *vinctorum terram* nominat, idque juſſu Jeſu, ſicut multò ante adventum ejus Eſaias Propheta prædixerat. Quid autem ille jubet, niſi ut *vincti è carcere prodeant, & in lucem qui degebant in tenebris*? Et hic ipſe Jeſus, ſicut idem Eſaias olim de illo cecinit, *ſedentibus in regione & umbra mortis lux orta eſt*, ut & nos dicamus, *Dirumpamus vincula eorum, & projiciamus à nobis jugum ipſorum*. Quòd ſi poſſet audire ſenſum retruſiorem Evangeliorum Celſus, & qui ſimiliter ſunt affecti erga nos, non conſuluiſſet nobis, ut pareremus his, quos ipſe carceris hujus curatores nominat. Scriptum eſt in Evangelio, quòd *mulier quædam erat incurvata, non valens ſe erigere; quam cùm vidiſſet Jeſus*, & animadvertiſſet qua de cauſa non ſineretur caput attollere, dixit, *Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligavit Satanas, ecce, decem & octo annis, non oportuit ſolvi in die Sabbati?* Quot etiam nunc alligati à Satana proruunt in terram, illo non ſinente ſuſpicere prorſus, quòd velit nos terrena ſpectare? nec quiſquam eos erigit, niſi verbum, quod in Jeſu advenit, & priùs geſtavit divinitatem. Venit ſanè Jeſus, ut liberaret omnes oppreſſos à diabolo, & de illo dixit cum quadam decente ſe gravitate, *Nunc princeps mundi hujus judicatus eſt*. Itaque non convitiamur dæmonibus hic verſantibus, ſed coarguimus eorum machinationes in perniciem humani generis, ſub prætextu oraculorum & ſanando-

τας * διελοιδορήσαντο Μωϋσῆ, καὶ τοῖς προφήταις, καὶ Ἰησοῦ, καὶ τοῖς ἀποστόλοις αὐτοῦ· οὐδὲ μόνους παρὰ πάντα τὰ ἐπὶ γῆς ἔθνη Ἰουδαίους ἀπεδοκίμαζον, λέγοντες αὐτοὺς εἶναι καὶ Αἰγυπτίων χείρονας, τῶν μέχρι ἀλόγων ζώων, εἴτε κατὰ δεισιδαιμονίαν, εἴτε κατ᾽ οἱανδήποτ᾽ αἰτίαν ἢ πλάνην καταγαγόντας, τὸ ὅσον ἐπ᾽ αὐτοῖς, τὴν περὶ τὸ θεῖον τιμήν. Ταῦτα δ᾽ εἰρήκαμεν, οὐκ ἐπὶ τὸ ἀμφιβάλλειν προτρέποντές τινας περὶ τοῦ κατὰ * Χριστιανισμὸν λόγου, ἀλλὰ παριστάντες, ὅτι τοῖς πάντη διαλοιδορουμένοις τῷ Χριστιανῶν λόγῳ αἱρετώτερόν ἐστι κἂν ἀμφιβάλλειν περὶ αὐτῶν· καὶ μὴ οὕτω θρασέως λέγειν περὶ τοῦ Ἰησοῦ, ἢ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, ἃ μὴ ἐπίστανται, καὶ ἀποφαίνονται, οὐ μετὰ τῆς καλουμένης παρὰ τοῖς ἀπὸ τῆς Στοᾶς καταληπτικῆς φαντασίας, οὐδ᾽ ἀπ᾽ ἄλλου τινὸς κριτηρίου, περὶ οὗ ἑκάστη τῶν φιλοσόφων αἵρεσις τὸ φαινόμενον ὡς ἔδοξε κατεσκεύασεν. Εἶτ᾽, ἐπεί φησιν ὁ Κέλσος, „ Πιστέον οὖν ὅτι „ παραδέδονταί τισιν ἐπιμεληταῖς τοῦδε τοῦ δε- „ σμωτηρίου· λεκτέον πρὸς αὐτὸν, ὅτι σπουδαία ψυχὴ, καὶ λυθεῖσα ἀπὸ τῶν τῆς κακίας δεσμῶν καὶ ἐν τῷ βίῳ τῷ (ὡς ὠνόμασεν ὁ Ἱερεμίας) δεσμίων γῆς, διὰ τὸ εἰπόντα Ἰησοῦν, ὡς πρὸ πολλοῦ χρόνου τῆς ἐπιδημίας αὐτοῦ προεῖπεν ὁ προφήτης Ἡσαΐας. Τί δὲ προσέταξε, εἰ τοῖς δεσμίοις, Ἐξέλθετε, καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει, Ἀνακαλύφθητε; καὶ οὗτός γε ὁ Ἰησοῦς, ὡς ὁ αὐτὸς Ἡσαΐας περὶ αὐτοῦ προεῖπε, Καθημένοις ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου ἀνέτειλε φῶς· ὡς διὰ τοῦτο ἡμᾶς λέγειν, Διαῤῥήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν, καὶ ἀποῤῥίψωμεν ἀφ᾽ ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτῶν. εἰ δ᾽ ἐδύνατο ἀκοῦσαι τῆς βαθύτητος τῶν εὐαγγελίων ὁ Κέλσος, καὶ οἱ παραπλησίως ἐκείνῳ καθ᾽ ἡμῶν διακείμενοι· οὐκ ἂν ἡμῖν συνεβούλευσεν οἷς ὠνόμασεν ἐπιμεληταῖς τοῦ δεσμωτηρίου πείθεσθαι. γέγραπται δὲ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, ὅτι γυνή τις ἦν συγκύπτουσα, καὶ μὴ δυναμένη ἀνακύψαι εἰς τὸ παντελές· ἥν τινα ὁ Ἰησοῦς ἰδὼν, καὶ ὁρῶν παρὰ τίνος αἰτίαν συγκύπτει, οὐκ ἐπιτρεπομένη ἀνακύπτειν εἰς τὸ παντελὲς, εἶπε, Ταύτην δὲ θυγατέρα Ἀβραὰμ οὖσαν, ἣν ἔδησεν ὁ Σατανᾶς, ἰδοὺ, δέκα καὶ ὀκτὼ ἔτη, οὐκ ἔδει λυθῆναι* ἀπὸ τοῦ δεσμοῦ τούτου ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου; πόσοι δὲ καὶ ἄλλοι νῦν δεδεμένοι ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ συγκύπτουσιν, οὐ δυνάμενοι δι᾽ ἐκεῖνον ἀνακύψαι εἰς τὸ παντελὲς, θέλοντα ἡμᾶς κάτω βλέπειν; καὶ οὐδείς γε αὐτοὺς ἀνορθοῖ, εἰ μὴ ὁ ἐν τῷ Ἰησοῦ ἐπιδημήσας λόγος, καὶ πρότερον δὲ θεοφορήσας. καὶ ἦλθέ γε ὁ Ἰησοῦς ἐλευθερῶσαι πάντας τοὺς καταδυναστευομένους ὑπὸ τοῦ διαβόλου, καὶ περὶ ἐκείνου εἰπὼν μετά τινος πρεπούσης αὐτῷ βαθύτητος τὸ, Νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου κέκριται. οὐ λοιδορούμεθα οὖν τοῖς τῇδε δαίμοσιν, ἀλλ᾽ ἐλέγχομεν ἐνεργείας αὐτῶν, προφάσει χρησμῶν καὶ θερα-

* διελοιδόρησαν.
* Χριστιανῶν.
Thren. 3. 33.
Eſaiæ 9. 2.
42. 7.
Pſal. 2. 3.
Luc. 13. 11.
Ibid. v. 16.
* ἐκ.
Joan. 16. 11.

ποίας σωμάτων, ϗ ἄλλων τινῶν, χωρίσαι τοῦ Θεοῦ βουλομένων τὴν ἐμπεσοῦσαν ψυχὴν εἰς τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως· ἣν τινα οἱ
Rom. 7. 24. νοήσαντες ἀναφθέγγονται τὸ, Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; Ἀλλ' οὐδ' εἰκῇ παρέχομεν τὸ σῶμα στρεβλοῦν ϗ ἀποτυμπανίζειν· οὐ γὰρ εἰκῇ * παρέχειν τούτοις τὸ σῶμα, ὑπὲρ τοῦ μὴ τοὺς περιγείους δαίμονας ἀναγορεύεσθαι θεοὺς, * ἐπιβουλευομένους ὑπ' αὐτῶν ϗ τῶν σεβόντων αὐτούς. ϗ θεοφιλές γε τὸ δι' ἀρετὴν ἀποτυμπανίζεσθαι, ϗ δι' εὐσέβειαν στρεβλοῦσθαι. ϗ δι' ὁσιότητα ἀποθνήσκειν, εὐλόγως
Psal. 115. 5. εἶναι νενομίκαμεν· Τίμιος γὰρ ἐνώπιον Κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ· ἀγαθὸν δ' εἶναί φαμεν ϗ τὸ μὴ φιλοζωεῖν. κακούργοις δὲ, εὐλόγως ὑπομένουσιν ἃ διὰ λῃστείαν πάσχουσιν, ἐξομοιῶν ἡμᾶς ὁ Κέλσος, ϗ μὴ αἰδούμενος, τὴν τηλικαύτην πρόθεσιν παραπλησίαν * ἀποφαίνει τῇ τῶν λῃστῶν διαθέσει, ἀδελφὸν ἑαυτὸν ἐν τούτοις * ποιῶν τῶν μετὰ ἀνόμων λογισαμένων τὸν Ἰησοῦν, ἐφ' οἷς πεπλήρωται ἡ λέγουσα γραφὴ τὸ,
Esaiæ 53. 12. Μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη. Ἑξῆς δὲ τούτοις φησὶν ὁ
Marci 15. 28. Κέλσος, "Δυοῖν θάτερον * αἱρεῖ λόγος· εἰ "μὲν ἀπαξιοῦσι θεραπεύειν τὰ εἰκότα, τούτων "δὲ ἐπιστάτας, μήτ' εἰς ἄνδρα ἰέναι, μήτ' ἄ"γεσθαι γυναῖκα, μήτ' ἀναιρεῖσθαι τέκνα, μήτ' "ἄλλο πράττειν μηδὲν ἐν τῷ βίῳ· χωρεῖν δ' "ἔνθεν πανσυδὶ, μηδὲν σπέρμα ἐλλειπομένους· "ὡς ἂν ἐρημωθείη παντάπασιν ἐπὶ τῆς γῆς τὸ τοι"οῦτον γένος. εἰ δὲ ϗ γυναῖκας ἄξονται, ϗ "παῖδας ποιήσονται, ϗ καρπῶν γεύσονται, ϗ "τῶν ἐν τῷ βίῳ μεθέξουσι· ϗ κακῶν τῶν ἐπιτε"ταγμένων ἀνέξονται. φύσις μὲν γὰρ αὕτη, πάν"τας ἀνθρώπους πειρᾶσθαι κακῶν. εἶναι μὲν γὰρ "ἀνάγκη κακὰ, χώραν δ' ἄλλην οὐκ ἔχει. "ἀποδοτέον δὴ τὰς πρεπούσας τοῖς ταῦτ' ἐπι"τετραμμένοις τιμὰς, ϗ τῷ βίῳ λειτουργη"τέον τὰ πρέποντα, μέχρις ἂν τῶν δεσμῶν "ἀπολυθῶσιν· μὴ ϗ ἀχάριστοι πρὸς τούσδε εἶναι "δοκῶσιν. ϗ γὰρ ἄδικον, μετέχοντας ὧν εἰσὶ δὲ "ἔχουσι, μηδὲν αὐτοῖς συντελεῖν. Φαμὲν δὲ ϗ πρὸς ταῦτα, ὅτι εὔλογος ἐξαγωγὴ οὐδεμία ἡμῖν εἶναι δοκεῖ, εἰ μὴ ἡ δι' εὐσέβειαν ϗ ἀρετὴν μόνη· ἐπὰν ὑπὸ τῶν δικάζειν νομιζομένων, ἢ ἐξουσίαν τοῦ ζῆν ἡμῶν ἔχειν δοκούντων, τὸ ἕτερον προτείνηται· ἢ τὸ ζῆν μετὰ τοῦ παρὰ τὰ διατεταγμένα ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ πράττειν· ἢ τὸ ἀποθνήσκειν μετὰ τοῦ πείθεσθαι τοῖς λόγοις αὐτοῦ. ἀλλὰ ϗ ἄγεσθαι γυναῖκα ἐπέτρεψεν ἡ-
Matth. 19. 11. μῖν ὁ Θεὸς, ὡς οὐ πάντων χωρούντων τὸ διαφέρον, τουτέστι τὸ πάντῃ καθαρόν· ϗ ἀγομένοις γυναῖκας, τὰ γεννώμενα πάντως τρέφειν, ϗ μὴ ἀναιρεῖν τὰ ὑπὸ τῆς προνοίας διδόμενα τέκνα. ϗ οὐ μάχεται ταῦτα τῷ μὴ πείθεσθαι ἡμᾶς τοῖς νενεμημένοις τὴν γῆν δαιμονίοις· ὁπλι-

* ἐπιβουλευόμενος.
* ἀποφαίνειν.
* ποιεῖ.
* ἐρεῖ.

3. cruciatus [illegible] esse rem Deo gratam
* subint: χρὴ
Cels: urget, aut ex vitâ exeundum esse et nullius officii humani participandum, aut rerum mundanarum præsidibus gratiam referendam, mala interim, ut omnibus communia, perferenda
Respond: Orig: 1. nullam aliam esse causam [illegible] ex vitâ exeamus nisi [illegible]
2. [illegible] Deo permittente [illegible]

rum corporum, volentium à Deo ſeparare animam delapſam in corpus hoc humilitatis: quam humilitatem qui intelligunt, exclamant illud Apoſtolicum, *Miſer ego homo, quis me liberabit ex hoc mortali corpore?* Nec tamen fruſtrà corpus præbemus torquendum & verberandum: non enim gratis corpus cruciandum offerimus, dum recuſamus terreſtres dæmonas appellare Deorum nomine, cùm nobis inſidiæ ab iis & eorum cultoribus paratæ ſunt, & gratum eſt Deo verberari nos propter virtutem, atque torqueri propter pietatem. Mori denique propter ſanctitatem meritò non refugimus, quia *Pretioſa eſt in conſpectu Domini ſanctorum ejus mors*: & fatemur bonum eſſe non nimis vitam amare. Ceterùm Celſus, dum nos confert maleficis, merita pro latrociniis ſupplicia dantibus, nec erubeſcit noſtram voluntatem eorum affectui ſimilem dicere; prodit ſe germanum fratrem eſſe illorum, qui Jeſum iniquis annumeraverunt: in quibus impleta eſt illa Prophetia, *Et cum iniquis reputatus eſt.* Deinceps autem Celſus ſic loquitur, *Alterutrum eligendum eſt: ſi dedignantur colere officia præſidéſque horum, nè ſumant virilem togam, nè ducant uxorem, nè ſuſcipiant liberos, nè faciant aliud quicquam in vita: auferant ſe hinc univerſi, nullo relicto ſeminario, ut in totum ſolitudo ſit in terra hujus hominum generis. Quòd ſi & uxores ducturi ſunt, & liberis operam daturi, & fruges guſtaturi, & vitæ ſocii futuri, etiam malorum partem ſuam perferent. Hoc enim natura poſtulat, ut omnes homines mala experiantur. Neceſſe eſt enim eſſe mala, nec habent locum alibi. Reddendi ſunt igitur convenientes & debiti honores horum præſidibus, & inſerviendum hujus vitæ officiis, donec ſolvantur è vinculis, nè videantur & ad hanc inutiles. Injuſtum enim eſt participem eſſe horum quæ iſti habent, & velle immunem eſſe.* Reſpondemus & ad hæc, nullum videri nobis digniorem è vita exitum, quàm propter virtutem & pietatem, quoties ea conditio proponitur à magiſtratibus jus in vitam noſtram habere ſe putantibus, ut aut parendo præceptis Jeſu moriamur, aut, ſi malimus vivere, ab ejus inſtitutis diſcedamus. Ceterùm uxorem ducere permiſit nobis Deus, quòd non omnes meliora, hoc eſt, caſtitatem, capiant: & ſuſceptos ex his liberos educare, non è vita tollere quod donatum eſt à providentia. Nec hoc pugnat cum contemptu terreſtrium dæmonum: armati

enim armaturâ Dei ſtamus, ut athletæ pietatis, contra inſidiantium nobis genus dæmonum. Itaque tametſi Celſus ſermone ſuos nos ex omni vita exterminet, ut omnino deſolata ſit terra noſtro genere: nos tamen in legibus à conditore noſtro datis perſeverabimus; nunquam ſervituri peccati legibus; & uxores, ſi voluerimus, ducemus; liberóſque, Deo dante, parabimus ex conjugio. Quòd ſi neceſſe fuerit, etiam adverſitatum hujus vitæ participes erimus, ut tentationum animæ: (ſic enim ſacra Scriptura ſolet nominare caſus hominum, in quibus ſicut aurum igni examinatū anima vel probatur vel reprobatur:) adeóq; parati ſumus contra iſta, quæ Celſus mala nominat, ut dicamus, *Tenta me, Domine, & proba me, ure renes meos & cor meum.* Nemo enim coronatur, niſi hic ſuper terram in hoc humilitatis corpore legitimè certaverit. Ad hæc neque honores reddimus debitos, ut putant, iſtis, quibus Celſus ait commiſſa terrena negotia. Dominum enim Deum noſtrum adoramus, & illi ſoli ſervimus, optantes imitatores Chriſti fieri; qui diabolo dicenti ſibi, *Hæc omnia tibi dabo, ſi procidens adoraveris me,* reſpondit, *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies.* Hoc eſt cur honores debitos iſtis, quibus Celſus ait res terrenas commiſſas, non reddimus, quia *nemo poteſt ſervire duobus dominis*, nec poſſumus *ſimul Deo ſervire & Mammonæ*, ſive hæc vox unum aliquid, ſive plura ſignificet. Prætereà, ſi legem tranſgrediendo legiſlator afficitur contumeliâ, manifeſtum nobis eſt, quòd, cùm duæ leges ſint inter ſe contrariæ, Dei & Mammonæ, præſtat nos per tranſgreſſionem legis Mammonæ afficere contumeliâ Mammonam, ut per obſervationem legis Dei Deum honoremus, quàm per tranſgreſſionem legis Dei Deū afficere contumeliâ, ut per obſervationem legis Mammonæ honoremus Mammonam. Celſus tamen putat ad officia vitæ pertinere, ſi homines, donec ſolvantur his vinculis, ſolennia ſacra reddant iſtis, qui oppidatim coluntur pro Diis; non intelligens quid reverà ſit officium, nec pietate id metiens. At aimus eum vitæ officia facere, qui creatoris memor, quibúſve rebus ille delectetur, quicquid facit, ſpectat Dei voluntatem. Celſus item vult *nos eſſe gratos erga terreſtres dæmonas*, putátque nos *ſacrificia*

στάντες γὰρ τῇ πανοπλίᾳ τοῦ Θεοῦ ἱστάμεθα, ὡς ἀθληταὶ εὐσεβείας, πρὸς τὸ τῶν ἐπιβουλευόντων ἡμῖν δαιμόνων γένος. κἂν τῷ ἑαυτοῦ οὖν λόγῳ πανσυδὶ ἡμᾶς ἀποπέμπῃ τοῦ βίου ὁ Κέλσος, ἵν' (ὡς νομίζει) ἐρημωθῇ πάμπαν ἐπὶ γῆς τὸ τοιοῦτον ἡμῶν γένος· ἀλλ' ἡμεῖς ἐν τοῖς* τοῦ κτίσαντος ἡμᾶς κατὰ τοὺς τοῦ Θεοῦ βιωσόμεθα νόμοις, οὐδαμῶς δουλεύειν θέλοντες τοῖς τῆς ἁμαρτίας νόμοις. καὶ γυναῖκας, ἐὰν βουλώμεθα, ἀξόμεθα, καὶ παῖδας διδομένους ἡμῖν ἐν τοῖς γάμοις ἡμῶν ληψόμεθα. ἐὰν δὲ δέῃ καὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ μεθέξομεν, ἀνεχόμενοι τῶν ἐπιτεταγμένων κακῶν, ὡς πειρασμῶν τῆς ψυχῆς· οὕτως γὰρ ἔθος τοῖς θείοις ὀνομάζειν λόγοις τὰ συμβαίνοντα ἐν ἀνθρώποις· ἐν οἷς, ὡς χρυσὸς ἐν πυρί, ἡ τοῦ ἀνθρώπου βασανιζομένη ψυχὴ ἤτοι ἐλέγχεται, ἢ θαυμαστὴ εἶναι ἀναφαίνεται. καὶ οὕτως γε πρὸς ἃ λέγει κακὰ Κέλσος παρεσκευάσμεθα, ὥστε καὶ λέγειν ἡμᾶς, Δοκίμασόν με, Κύριε, καὶ πείρασόν με, πύρωσον τοὺς νεφρούς μου καὶ τὴν καρδίαν μου. καὶ γὰρ οὐδεὶς στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως ἐνταῦθα καὶ ἐπὶ γῆς μετὰ σώματος τοῦ τῆς ταπεινώσεως ἀθλήσῃ. πρὸς δὲ τούτοις οὐδὲ ἀποδίδομεν, τὰς νομιζομένας προσήκειν τιμὰς οἷς λέγει [ὁ] Κέλσος τὰ τῇδε ἐπιτετράφθαι. Κύριον γὰρ τὸν Θεὸν ἡμῶν προσκυνοῦμεν, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύομεν, εὐχόμενοι μιμηταὶ Χριστοῦ γίγνεσθαι· ὃς τῷ εἰπόντι αὐτῷ διαβόλῳ, Ταῦτά σοι πάντα δώσω, ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι, εἶπε, Τὸν Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. καὶ διὰ τοῦτό γε τὰς νομιζομένας προσήκειν τιμὰς οἷς φησι Κέλσος τὰ τῇδε ἐπιτετράφθαι οὐκ ἀποδίδομεν· ἐπεὶ οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν· καὶ οὐ δυνάμεθα ἅμα Θεῷ δουλεύειν καὶ Μαμωνᾷ, εἴθ' ὅ, τί ποτε, ἓν ἢ πλείονα, καλούμενος. ἀλλὰ καὶ εἰ διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου ἀτιμάζει τις τὸν νομοθετοῦντα· σαφὲς ἡμῖν φαίνεται, ὅτι δύο νόμων ἐναντιούμενα πρὸς ἀλλήλους ἐχόντων, τοῦ νόμου τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ νόμου τοῦ Μαμωνᾶ, αἱρετώτερον ἡμᾶς διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου τοῦ Μαμωνᾶ τὸν Μαμωνᾶν ἀτιμάζειν, ἵνα διὰ τῆς τηρήσεως τοῦ νόμου τοῦ Θεοῦ τὸν Θεὸν τιμήσωμεν· ἢ διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου τοῦ Θεοῦ τὸν Θεὸν ἀτιμάζειν, ἵνα τηρήσει τοῦ νόμου τοῦ Μαμωνᾶ τὸν Μαμωνᾶν τιμήσωμεν. Κέλσος μὲν οὖν οἴεται τῷ βίῳ λειτουργεῖν τὰ πρέποντα, μέχρις ἂν τῶν δεσμῶν ἀπολυθῶσιν ἄνθρωποι, ἐπὰν κατὰ τὰ νενομισμένα τοῖς πόλεσι τὰς θυσίας τις ἀποδιδῷ ἑκάστῳ τῶν κατὰ πόλιν νομιζομένων θεῶν, οὐ νοήσας τὸ ἀληθῶς πρέπον ὑπὸ τῆς ἀκριβοῦς εὐσεβείας ὑπολαμβανόμενον· ἡμεῖς δέ φαμεν τῷ βίῳ λειτουργεῖν μετὰ τῶν πρεπόντων τὸν μεμνημένον τίς τε ὁ δημιουργήσας, καὶ τίνα τὰ ἐκείνῳ φίλα, καὶ πάντα πράττοντα πρὸς τὸ φίλον τῷ Θεῷ. Καὶ πάλιν Κέλσος μὲν οὖν θέλει "ἡμᾶς εὐχαρίστους εἶναι πρὸς τοὺς τῇδε δαίμονας, *εἰρημένος ἡμᾶς ὀφείλειν αὐτοῖς χαριστήρια.

Ephes. 6. 13.
* οἴκοις fc.
Deut. 31. 17.
Pſal. 25. 2.
Rom. 2. 5.
Matth. 4. 9, 10.
Matth. 6. 24.
* οἰόμενος-

" χαριστήρια· ϗ ἡμεῖς δὲ, τηροῦντες τὸ περὶ εὐχαριστίας λόγον, φαμὲν, πρὸς τοὺς μηδὲν εὐεργετοῦντας, ἀλλὰ ϗ ἐκ τοῦ ἐναντίου ἱσαμένους, μηδὲν ἀχάριστον ἡμᾶς ποιεῖν, ὅταν αὐτοῖς μὴ θύωμεν, ἀλλὰ μηδὲ θεραπεύωμεν αὐτούς. ἀλλὰ τὸ ἀχάριστοι εἶναι πρὸς τὸν Θεὸν φυλαττόμεθα, ὃ τῶν * εὐεργεσιῶν πλήρεις ἐσμὲν, ϗ δημιουργήματα ὄντες αὐτοῦ, ϗ προνοούμενοι ὑπ' αὐτοῦ· κριθέντες ὁποῖοί ποτε εἶναι ϗ ἔξω τοῦ βίου τὰς παρ' αὐτοῦ ἐλπίδας ἐκδεχόμενοι. ἔστι δὲ ϗ σύμβολον ἡμῖν τῆς πρὸς τὸν Θεὸν εὐχαριστίας, ἄρτος εὐχαριστία καλούμενος. ἀλλ' οὐδὲ δαίμονες ἔχουσιν (ὡς ϗ ἐν τοῖς ἀνωτέρω ἐλέγομεν) τὴν οἰκονομίαν τῶν πρὸς τὰς ἡμετέρας χρείας δεδημιουργημένων· διὸ οὐδὲ ἄδικόν τι πράττομεν, μετέχοντες τῶν δημιουργημάτων, ϗ τοῖς μὴ προσήκουσιν αὐτοῖς * μὴ θύοντες. κἂν ἴδωμεν δὲ μὴ δαίμονάς τινας, ἀγγέλους δὲ τεταγμένους ἐπὶ τῶν τῆς γῆς καρπῶν, ϗ ἐπὶ τῆς τῶν ζώων γενέσεως, εὐφημοῦμεν αὐτοὺς, ϗ μακαρίζομεν, ἐγκεχειρισθέντας ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τὰ χρήσιμα τῷ γένει ἡμῶν· οὐ μὴν τὴν ὀφειλομένην πρὸς Θεὸν τιμὴν τούτοις ἀπονέμομεν· οὔτε γὰρ ὁ Θεὸς τοῦτο βούλεται, οὔτ' αὐτοὶ, οἱ τὰ τοιάδε ἐγκεχειρισμένοι. ϗ ἀποδέχονταί γε ἡμᾶς φυλαττομένους αὐτοῖς θύειν, ἢ θύοντας· οὐδὲ γὰρ χρήζουσιν ἐκεῖνοι τῶν ἀπὸ γῆς ἀναθυμιωμένων. Μετὰ ταῦτά φησιν ὁ Κέλσος τοιαῦτα, "Ὅτι μὴν ἐν τοῖσδε " μέχρι τῶν ἐλαχίστων ἐστὶν ὅτῳ δέδοται ἐξου-" σία, μάθοι τις ἂν ἐξ ὧν Αἰγύπτιοι λέγου-" σιν, ὅτι ἄρα τοῦ ἀνθρώπου τὸ σῶμα ἓξ ϗ τρι-" άκοντα διειληφότες δαίμονες, ἢ θεοί τινες " αἰθέριοι, εἰς τοσαῦτα μέρη νενεμημένον, (οἱ δὲ " ϗ πολὺ πλείους λέγουσιν) ἄλλος ἄλλο τι αὐτοῦ " νέμειν ἐπιτέτακται. ϗ τῶν δαιμόνων ἴσασι " τὰ ὀνόματα ἐπιχωρίῳ φωνῇ, ὥσπερ Χνου-" μὴν, ϗ Χναχουμὴν, ϗ Κνὰτ ϗ Σικὰτ, " ϗ Βιοὺ, ϗ Ἐροὺ, ϗ Ἐρεβιοὺ, ϗ Ῥα-" μανὸρ, ϗ Ῥειανοὸρ, ὅσα τε ἄλλα τῇ ἑαυτῶν " γλώσσῃ ὀνομάζουσι· ϗ δὴ ἐπικαλοῦντες αὐτοὺς " ἰῶνται τῶν μερῶν τὰ παθήματα. τί δὴ κω-" λύει τούτους τε ϗ τοὺς ἄλλους δεξιοῦσθαι, ἂν " χρήζῃ τις ὑγιαίνειν μᾶλλον ἢ νοσεῖν, ϗ εὐ-" τυχεῖν μᾶλλον ἢ δυστυχεῖν, ϗ βασανιστηρίων " ϗ κολαστηρίων (ὡς οἴονται) ἀπαλλάττεσθαι; Καὶ διὰ τούτων δὴ κατάγειν ἡμῶν πειρώμενος τὴν ψυχὴν ὁ Κέλσος ἐπὶ τοὺς δαίμονας, ὡς λαχόντας ἡμῶν τὰ σώματα, ϗ ἕνα ἕκαστον ἐπιστατεῖν ἀποφαινόμενος μέρους τοῦ σώματος ἡμῶν, θέλει ἡμᾶς πιστεύειν μὲν οἷς λέγει δαιμονίοις, ϗ θεραπεύειν αὐτά· ἵνα ὑγιαίνωμεν μᾶλλον ἢ νοσῶμεν, ϗ εὐτυχῶμεν μᾶλλον ἢ δυστυχῶμεν, ϗ ὅση δύναμις, βασανιστηρίων, ὡς οἴονται, ἀπαλλαγῶμεν. τοσοῦτον δ' ἄρα κατέγνωκε τῆς εἰς τὸν Θεὸν τῶν ὅλων ἀρίστα ϗ ἀδιαιρέτου τιμῆς, ὡς μὴ αὐτάρκη πιστεύειν τὸν Θεὸν μόνον προσκυνούμενον, ϗ μεγαλοπρεπῶς τιμώμενον

gratulatoria iisdem debere: nos verò, ut apertiùs loquamur de gratitudine, negamus nos ingratos dicendos; quia dæmonibus, non ſolùm non beneficis ſed & adverſariis, nec ſacrificamus, nec honorem ullum deferimus. Hoc tantum cavemus, nè ingrati erga Deum habeamur, cujus beneficiis ſumus referti, cùm ſimus ejus creaturæ, & hoc ipſum, quòd qualeſcunque ſumus, debeamus ipſius providentiæ, poſt hanc quoque vitam meliora ſperantes ab eo. Habemus etiam ejus gratiarum actionis ſymbolum, panem, qui Euchariſtia vocatur. Nec habent dæmones (ut ſuprà docuimus) ullam adminiſtrationem rerum ad noſtros uſus creatarum: proinde nihil iniquum facimus, dum earum participes ſumus, nec ſacrificemus dæmonibus ad quos hæ nihil attinent. Imò, etiamſi ſciamus non dæmonas, ſed angelos præeſſe frugum proventibus & fœturis animalium, prædicamus eos ut beatos, quibus à Deo commiſſæ ſunt utilitates hominum; non tamen honorem ſoli Deo debitum his reddimus.: nam nec Deus hoc vult, nec ipſi, quibus hæc commiſſa ſunt; & ex æquo nos amant non ſacrificantes, ac ſi obtuliſſemus eis: non enim opus habent iſtis nidoribus. Pergit Celſus in hunc modum, *Quòd autem vel minimæ res non carent ſuis præſidibus, diſcere licet ex Ægyptiis, dicentibus humanum corpus in triginta ſex partes diſtributum, & ſuam cujuſque poteſtatem habere, ſive dæmonem, ſive Deum quendam æthereum. Quidam autem plures dicunt, alias attribuentes aliis, eóſque dæmonas propriâ linguâ nominant, ut Chaumen, Chnachumen, Cnat, Sicat, Biu, Eru, Erebiu, Romanor, Rejanoor, cæteriſque nominibus æque Ægyptiacis: & invocati ſanant morbos quiſque ſuarum partium. Quid igitur vetat & horum & aliorum ambire gratiam, ſi quis malit valere quàm ægrotare, & felix eſſe quàm infelix, & liberari ab iſtis, ut existimantur, tortoribus?* His quoque verbis Celſus adducere conatur animas noſtras ad dæmonas, ac ſi ſortiti eſſent noſtra corpora, aſſerens cuique ſuam partem attributam noſtri corporis, voléntque nos credere dæmoniis quæ narrat, & ea colere, ut valeamus potiùs quàm ægrotemus, & felices ſimus potius quàm infelices, &, quoad fieri poteſt, liberemur à tortoribus. Adeò diffidit indiviſibili cultui Dei univerſorum Domini, ut putet adoratum Deum & honoratum non

* εὐεργετῶν.

* μεθύοντες.

ἄρτος ευχαριστία χαλούμενος

nec Angelis

Celsus afirmat unamquamque corporis humani partem certo cuidam dæmoni esse attributum quorum invocatione morbos curari & felicitatem parari

non ſufficere ad arcendos inſidiatores dæmonas à ſanctis ſuis cultoribus: non enim vidit quomodo nomen Jeſu à germanè credentibus invocatum non paucos ab ægritudinibus, lymphationibus, aliiſque periculis liberaverit. Fieri poteſt ut rideat, cui Celſus placet, dicentibus nobis, quòd *In nomine Jeſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum; & omnis lingua confiteatur, quòd Dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.* Rideat licèt, clariora argumenta hujus veritatis audire poterit, quàm de modò recitatis nominibus, Chnumen, Chnachumen, Cnat, Sicat & reliquis Ægyptiacis, quæ invocantur ad morbos ſanandos in partibus certis corporis. Ac vide quomodo, avertens à credendo in Deum per Jeſum Chriſtum, vocat nos ad fidem per corporis ſanationem triginta ſex barbaricorum dæmonum, quos ſoli Ægyptiorum magi invocantes, neſcio quomodo, nobis pollicentur meliora. Ergò, autore Celſo, magi potiùs & præſtigiatores quàm Chriſtiani erimus, & infinito numero dæmonum potiùs credemus, quàm vivo ac manifeſto cunctorum Deo, per eum, qui magnâ potentiâ ſeminavit toto orbe verbum pietatis puriſſimum non ſolùm hominibus, ſed etiam (quod citra mendacium dico) aliis creaturis rationalibus, quibuſcunque opus eſt correctione, ſanatione, mutationéque ad virtutem à vitiis. Quapropter ſuſpectum habens hoc lubricum, in quo facilis lapſus eſt ad magiam, & ſentiens fore ut offendatur auditor, addit, *Illud tamen cavendum, nè quis liqueſcat voluptate hujuſmodi ceremoniarum, & amore corporis averſus à potioribus in oblivionem eorum incidat. Oportet enim, opinor, fidem habere viris ſapientibus, qui dicunt pleroſque circumterraneos dæmonas, genituræ, cruori, nidori, melodiis & aliis id genus ſe oblectantes, devinctos affixóſque nihil ampliùs poſſe quàm ſanare corpora, & ventura hominibus ac civitatibus prædicere, tum quicquid ad res mortales pertinet, id ſcire ac poſſe.* Cùm igitur hic locus ſit tam lubricus, ut ipſe divinæ veritatis inimicus teſtatur: quantò ſatius eſt ſecurum iſtius voluptatis dæmoniacæ, & amoris corporum, oblivioniſque meliorum, concredere ſe Deo univerſorum Domino per Jeſum Chriſtum noſtræ doctrinæ autorem, & ab illo poſcere omne au-

μένον παρέχειν τῷ πιστεύοντι ἀπ' αὐτοῦ τοῦ σώζειν αὐτὸν δύναμιν κωλυτικὴν τῆς τῶν δαιμόνων κατὰ τοῦ ὁσίου ἐπιβουλῆς. οὐ γὰρ ἑώρακε τίνα τρόπον τὸ ἐν ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ ὑπὸ τῶν γνησίως πιστευόντων καλούμενον οὐκ ὀλίγους ἀπὸ νόσων καὶ δαιμονισμῶν καὶ ἄλλων περιστάσεων ἰάσατο. εἰκὸς δ', ὅτι γελάσεται μὲν ὁ τὸν Κέλσον ἀσπαζόμενος, λεγόντων ἡμῶν ὅτι Ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψει ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων· καὶ πᾶσα γλῶσσα ὑπάγεται τῷ ἐξομολογεῖσθαι ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ πατρός. γελάσας δὲ ἐναργεστέρας ἀποδείξεις λήψεται τοῦτ' οὕτως ἔχειν, ἢ περὶ ὧν ὀνομάτων ἱστορεῖ τοῦ Χνουμὴν, καὶ τοῦ Χναχουμὴν, καὶ τοῦ * Κνὰτ, καὶ τοῦ Σικὰτ, καὶ τῶν λοιπῶν τοῦ Αἰγυπτιακοῦ καταλόγου, ὡς καλουμένων, καὶ ἰωμένων τὰ τῶν μερῶν παθήματα. καὶ ὅρα γε, τίνα τρόπον ἡμᾶς ἀποτρέπων πιστεύειν ἐπὶ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν διὰ Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ, ἐπὶ πίστιν, διὰ τὴν τοῦ σώματος ἡμῶν θεραπείαν, καλεῖ ἓξ καὶ τριάκοντα βαρβαρικῶν δαιμόνων· οὓς μόνοι Αἰγυπτίων μάγοι καλοῦντες, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἐπαγγέλλονται ἡμῖν τὰ κρείττονα. ὥρα δ' ἡμῖν, κατὰ τὸν Κέλσον, μαγγανεύειν μᾶλλον, καὶ γοητεύειν, ἤπερ Χριστιανίζειν· καὶ ἀπείρῳ τινὶ ἀριθμῷ δαιμόνων μᾶλλον πιστεύειν ἢ τῷ αὐτόθεν ἐμφανεῖ, καὶ ζῶντι, καὶ ἐναργεῖ Θεῷ τῷ ἐπὶ πᾶσι, διὰ τοῦ πολλῇ δυνάμει ἐπισπείραντος τὸν καθαρὸν τῆς θεοσεβείας λόγον τῇ πάσῃ τῶν ἀνθρώπων οἰκουμένῃ· οὐ ψεύσομαι δὴ προστιθεὶς καὶ λέγων, ὅτι καὶ τῶν ἄλλων λογικῶν καὶ δεομένων διορθώσεως καὶ θεραπείας καὶ μεταβολῆς τῆς ἀπὸ τῆς κακίας. ὑπονοούμενος γοῦν ὁ Κέλσος τὸν εἰς μαγείαν ὄλισθον τῶν τὰ τοιαῦτα μεμαθηκότων, καὶ συναισθηθείς πως [ὡς] βλάβης περὶ τοὺς ἀκούοντας ἐσομένης, φησὶν, "Ἐκεῖ-"νο μέντοι φυλακτέον, ὅπως μή τις συνὼν "τούτοις τῇ θεραπείᾳ τῇ περὶ αὐτὰ συντα-"κῇ, φιλοσωματήσας τε, καὶ τῶν κρειττόνων "ἀποστραφεὶς, λήθῃ κατασχεθῇ. χρὴ γὰρ ἴσως οὐκ "ἀπιστεῖν ἀνδράσι σοφοῖς, οἳ δή φασι, διότι τῶν "μὲν περιγείων * δαιμόνων τὸ πλεῖστον γενέσει "συντετηκὸς, καὶ προσηλωμένον αἵματι, καὶ κνίσ-"σῃ, καὶ μελῳδίαις, καὶ ἄλλοις τισὶ τοιούτοις προσ-"δεδεμένον, κρεῖττον οὐδὲν δύναιτ' ἂν τοῦ θε-"ραπεῦσαι σῶμα, καὶ μέλλουσαν τύχην ἀνθρώ-"πῳ καὶ πόλει προειπεῖν, καὶ ὅσα περὶ τὰς θνη-"τὰς πράξεις, ταῦτα ἴσασί τε καὶ δύνανται. Τηλικούτου οὖν ὀλίσθου περὶ τὸν τόπον ὄντος, ὡς καὶ ὁ ἐχθρὸς τῇ τοῦ Θεοῦ ἀληθείᾳ μαρτυρεῖ· πόσῳ βέλτιον, χωρὶς πάσης ὑποψίας ὑπὲρ τοῦ συντακῆναι τοιούτοις δαίμοσιν, ἢ φιλοσωματῆσαι, καὶ τὰ κρείττονα ἀποστραφῆναι, καὶ ὑπὸ λήθης τῆς τῶν κρειττόνων κατασχεθῆναι, τὸ ἑαυτὸν ἐμπιστεῦσαι τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ, διὰ τοῦ τὴν τοιαύτην ἡμῖν διδασκαλίαν ὑφηγησαμένου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀπ' ἐκείνου αἰτεῖν πᾶσαν βοήθειαν,

Philipp. 2.10, 11.

* Κὰτ, καὶ τοῦ Σίκτ.

Celſus fatetur hunc de Dæmonibus colendis periculoſum eſſe locum.

* δαιμονίων.

ἤθεσιν, καὶ φρουρὰν, τὴν ἀπὸ ἁγίων ἀγγέλων καὶ δικαίων· ἵν' ἡμᾶς ῥύσωνται ἀπὸ τῶν περιγείων δαιμόνων, καὶ γενέσει συντετηκότων, καὶ αἵματι καὶ κνίσσῃ προσηλωμένων, καὶ ἀλλοκότοις μελῳδίαις ἀγομένων, καὶ ἄλλοις τοιούτοις προσδεδεμένων· ὁμολογουμένως μὲν, καὶ κατὰ τὸν Κέλσον, κρεῖττον οὐδὲν δυναμένων τοῦ θεραπεῦσαι τὸ σῶμα. ἐγὼ δ' εἴποιμ' ἂν, ὅτι οὐδ' ἐναργὲς ἐστί τι, τοὺς δαίμονας τούτους, ὁπωσποτε θεραπευομένους, δύνασθαι θεραπεύειν τὰ σώματα· ἀλλὰ χρὴ τὴν θεραπείαν τῶν σωμάτων, εἰ μὲν ἁπλούστερον βούλοιτό τις ζῆν καὶ κοινότερον, ἐφόδῳ ἰατρικῇ θεραπεύειν· εἰ δὲ βέλτιον, παρὰ τοὺς πολλοὺς, εὐσεβείᾳ τῇ εἰς τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν, ἐν ταῖς πρὸς ἐκεῖνον εὐχαῖς. καὶ σὺ γὰρ σκόπησον παρὰ σαυτῷ, ποῖον προσδέξεται μᾶλλον ἦθος ὁ ἐπὶ πᾶσι Θεὸς, καὶ δυνάμενος ὅσα ἄλλος οὐδεὶς πρὸς πάντα καὶ πρὸς εὐεργεσίαν ἀνθρώπων, εἴτε περὶ ψυχὴν, εἴτε περὶ σῶμα, εἴτε περὶ τὰ ἐκτός· πότερον τὸν αὐτῷ περὶ πάντων ἀνακείμενον, ἢ τὸν περιεργαζόμενον δαιμόνων ὀνόματα, καὶ δυνάμεις, καὶ πράξεις, καὶ ἐπῳδὰς, καὶ βοτάνας οἰκείας δαίμοσι, καὶ λίθους, καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς γλυφὰς, καταλλήλους ταῖς παραδιδομέναις, εἴτε συμβολικῶς εἴτε ὁπωσποτε μορφαῖς δαιμόνων. ἀλλὰ δῆλον τῷ καὶ ἐπ' ὀλίγον παρακολουθεῖν δυναμένῳ, ὅτι τὸ ἄπλαστον μὲν καὶ ἀπερίεργον ἦθος διὰ τοῦτο Θεῷ τῷ ἐπὶ πᾶσιν ἀνακείμενον, ἀποδεκτὸν ἔσται Θεῷ, καὶ πᾶσι τοῖς ἐκείνῳ οἰκειουμένοις· * τὸ δὲ δι' ὑγείαν σώματος, καὶ φιλοσωματίαν, καὶ τὴν ἐν μέσοις πράγμασιν εὐτυχίαν, περιεργαζόμενον δαιμόνων ὀνόματα, καὶ ζητοῦν πῶς κηλήσει ποίαις ἐπῳδαῖς τοὺς δαίμονας, ὡς μοχθηρὸν καὶ ἀσεβὲς, καὶ δαιμονικὸν μᾶλλον, ἢ ἀνθρωπικὸν, καταλείψει ὁ Θεὸς ὁ Ἰησοῦς [εἵλετο ὁ τὰ τοιάδε λέγων] δαίμοσι διασπαραχθησόμενον, ὑπὸ τῶν * ἐφ' ἑκάστου ὑποβαλλομένων λογισμῶν, ἢ καὶ ἄλλων κακῶν. εἰκὸς γὰρ αὐτοὺς, ἅτε φαύλους ὄντας, καὶ (ὡς Κέλσος ὡμολόγησε) προσηλωμένους αἵματι, καὶ κνίσσῃ, καὶ μελῳδίαις, καὶ ἄλλοις τισὶ τοιούτοις, μηδὲ πρὸς τοὺς ταῦτα αὐτοῖς χαριζομένους πίστιν τηρεῖν καὶ οἱονεὶ δεξιάς. ἄλλων γὰρ αὐτοὺς καλούντων κατὰ τῶν θεραπευσάντων, καὶ πλείονος αἵματος καὶ κνίσσης, καὶ ἧς δέονται θεραπείας, ὠνουμένων αὐτῶν τὴν δουλείαν, ἐπιβουλεύσαιεν ἂν τῷ χθὲς αὐτοὺς θεραπεύσαντι, καὶ τῆς φίλης αὐτοῖς θοίνης μεταδιδόντι. πολλὰ δὲ Κέλσος ἐν τοῖς περὶ τόπον εἰπὼν, μέχρι χρηστηρίων, καὶ ἐπὶ τὰ μαντεῖα αὐτῶν ἀναπέμψας ἡμᾶς, ὡς θεῶν, νῦν κρεῖττον πεποίηκεν, ὁμολογήσας ὅτι οἱ μέλλουσαν τύχην ἀνθρώπῳ καὶ πόλει προλέγοντες, καὶ ὅσοι περὶ τὰς θνητὰς πράξεις, περίγειοι δαίμονές εἰσι, γενέσει συντετηκότες, καὶ προσηλωμένοι αἵματι, καὶ κνίσσῃ, καὶ μελῳδίαις, καὶ ἄλλοις τισὶ τοιούτοις προσδεδεμένοι, κρεῖττον τούτων οὐδὲν δυνάμενοι. καὶ εἰ-

* τὸ, τι.

ὁ Θεὸς ὁ Ἰησοῦς

* ὑφ'.

2. Celsum secum dissidere.

xilium, & ſanctorum angelorum juſtorúmque cuſtodiam; ut nos liberent à circumterraneis dæmonibus, genituræ voluptate perditis, cruori, nidoríque affixis, melodiis ſimilibúſque magis allici ſe tenerique ſinentibus, dubio procul nihil, vel *Celſo* teſte, valentibus, præter ſanationes corporum. At ego poſſem dicere, nè hoc quidem conſtare, quòd dæmones quomodocunque culti ſanare queant corpora: ſed quærenda eſt ſanitas vulgari more per rationem Medicinæ, aut præter communem modum pietate erga Deum ac precibus. Tu ipſe apud te conſidera, utros mores magis probet Deus univerſorum Dominus, omnibus potentior tum ceteris rebus, tum in benefaciendo hominibus, ſive corpus ſpectes ſive animam, ſive res externas; ejúſne, qui ſibi committit omnia, an ejus, qui curioſus eſt circa dæmonum nomina, virtutes, actiones, incantationes, herbas peculiares dæmonibus, gemmáſque & ſculpturas referentes formas dæmonum, ſive ſymbolicas ſeu qualeſcunque alias. Perſpicuum eſt vel mediocriter conſiderantibus, quòd ſimplices & minimè curioſi mores hoc ipſo placent Deo, & omnibus ejus amicis: eos verò, qui propter corpus & ejus ſanitatem, felicitatémque in rebus indifferentibus curioſiùs inquirunt dæmonum nomina & quibus hi alliciantur carminibus, ut malos & impios magíſque dæmoniacos quàm humanos, derelinquet Dominus Jeſus dæmonibus exagitandos, tum propter cetera mala, tum ob pravas cogitationes, quas ſinguli ſuggeſſerint: probabile eſt enim, cùm ſint mali, ut ipſe Celſus fatetur, & affixi cruoribus, nidoribus, melodiis, & ſimilibus; nè cultoribus quidem ſuis fidem ſervaturos datámque ceu dexteram. Invocati enim contra ſuos cultores ab aliis, & corrupti pluribus cruoribus, nidoribus, ceteriſque obſequiis, quibus redimitur eorum opera, inſidiabuntur heſterno cultori ſuo, quamvis paſti ejus epulo. Sed bene habet, quòd Celſus, qui hactenus nos mittebat ad eorum oracula myſteriáque, tanquam Deorum, nunc fatetur quòd iſti, qui futura privatis hominibus & civitatibus prædicunt verſantes circa mortales actiones, circumterranei ſunt dæmones, genituris ſe oblectantes, affixíque cruoribus, nidoribus, melodiis & rebus ſimilibus, nec poſſunt quicquã

melius,

melius. Et forſan (cùm Celſo de oraculis & cultu qui habetur iſtorum diis diſſerenti inſiſteremus,) dicentibus nobis dæmonum hoc eſſe animas hominum ad iſtas terrenas cupiditates pertrahentium, reclamâſſet aliquis loqui nos impiè: nunc quiſquis eſt is qui malè de nobis ſuſpicatur, credat rectè Chriſtianos prædicare, videns quòd hic quoque, qui contra Chriſtianos ſcribit, jam ſub finem operis, velut victus à veritatis ſpiritu, fatetur eadem. Quamvis igitur ille ſuadeat his ſacris operandum quatenus ſunt utilia: divina tamen doctrina non ſinit, ut commercium habeamus cum cruentis & nidoroſis dæmonibus, aut divinitatem detrahamus ad has ſordes dæmonum. Quòd ſi Celſus, diligentiùs penſitando quid ſit utile, intellexiſſet propriè utile virtutem eſſe hujúſque opera: hæc verba, *quatenus utile eſt*, non dixiſſet de talibus, quos ipſe fatetur eſſe dæmonas. Nos certè, ſi talibus debenda eſt ſanitas & felicitas, malumus ægrotare atque infortunati eſſe, ſalvâ pietatis erga Deum conſcientiâ, quàm divelli ab eo & deſciſcere, proditâque ſalute animæ ſani corpore, ac per omnia cetera fortunati hanc præſentem vitam degere: quò fit, ut ei potiùs accedendum ſit, qui præter hominum & cujuſlibet creaturæ rationalis ſalutem re nullâ indigeat, quàm dæmonibus, quibus opus eſt nidore & ſanguine. Verùm Celſus poſt hæc, quæ dixit de dæmonibus cruori nidoríque inhiantibus, quaſi ſuæ pravitatis palinodiam recantaturus, ait, *exiſtimandum potiùs eos nullâ re indigere, vel opus habere, ſed delectari pietate erga ſe hominum.* Id ſi verum eſt, illa dixiſſe non debuit, ſed hæc potiùs excerpſiſſe: ſed fieri non poteſt, ut humana natura omnino derelinquatur à Deo veritatéque ipſius unigenita. Quapropter & Celſus verum quidem dixit, quòd dæmones cruore nidoréque opus habeant: rurſus tamen per propriam malitiam relapſus in mendacium confert eos hominibus perfectè juſtis, juſta facientibus, etiamſi nemo eis hoc nomine habeat gratiam, benefacientibus autem his ſolis, qui grati ſunt: ut mihi hoc loco homo parùm ſibi conſtare videatur, nunc mentem turbatus à dæmoniis, nunc recolligens ſe ex illa deſipientia, & paulatim veritatem cernens: rurſum enim ſic infert, *Deus nullo pacto unquam relinquendus, non noctu, non interdiu, non in privato, non in publico, non in cogitationibus ullis,*

καὶ, ὅτι (ἡνίκα ἱστάμεθα πρὸς Κέλσον θεολογοῦντα τὰ χρηστήρια, καὶ τὰς * παρὰ τοῖς νομιζομένοις θεοῖς θεραπείας) ἀσεβεῖς τις ἡμᾶς ὑπελάμβανε, τοὺς λέγοντας δαιμόνων εἶναι ταῦτ᾽ ἔργα, καταστώντων εἰς τὰ γήϊνα πράγματα τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχάς· ἀλλὰ νῦν ὁ ἐκεῖνα περὶ ἡμῶν ὑπολαβὼν, πειθέσθω καλῶς λεγομένοις τοῖς ὑπὸ Χριστιανῶν καταγγελλομένοις, ὁρῶν ὅτι καὶ ὁ κατὰ Χριστιανῶν γράφων ταῦτα νῦν ἐπὶ τέλει, ὡσπερεὶ νικώμενος ὑπὸ τοῦ τῆς ἀληθείας πνεύματος, ἀνέγραψε. κἂν * οὖν λέγῃ Κέλσος τούτοις ἀφοσιωτέον, ἐφ᾽ ὅσον συμφέρει (πάντῃ γὰρ τοῦτο ποιεῖν, οὐχ αἱρεῖ λόγος·) οὐκ * ἀφοσιωτέον δαιμονίοις συντετηκόσι κνίσσαις καὶ αἵμασιν· οὔτε τὸ θεῖον, ὅσον ἐφ᾽ ἡμῖν, μελητέον, κατάγειν αὐτὸ ἐπὶ μοχθηροὺς δαίμονας. εἰ δ᾽ ἠκριβώκει Κέλσος τὴν τοῦ συμφέροντος ἔννοιαν, καὶ ἑωράκει ὅτι τὸ κυρίως συμφέρον ἀρετή ἐστι, καὶ ἡ κατ᾽ ἀρετὴν πρᾶξις· οὐκ ἂν τὸ, "ἐφ᾽ ὅσον συμφέρει," ἔταξεν ἐπὶ τῶν τοιῶνδε, καὶ (ὡς αὐτὸς ὡμολόγησε) δαιμόνων. ἡμεῖς οὖν αἱρούμεθα, εἰ μέλλοι διὰ θεραπείας τούτων δαιμόνων ἡ ὑγίεια ἡμῖν παραγίγνεσθαι, καὶ ἡ ἐν βιωτικοῖς εὐτυχία, νοσεῖν μᾶλλον, καὶ ἐν βιωτικοῖς δυστυχεῖν μετὰ συνειδότος τοῦ πρὸς τὸν Θεὸν τῶν ὅλων καθαρῶς εὐσεβοῦς, ἤπερ μετὰ τοῦ χωρίζεσθαι καὶ ἀποπίπτειν τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν ψυχὴν ἐσχάτως νοσεῖν καὶ κακοδαιμονεῖν, ὑγιαίνειν τῷ σώματι, καὶ ἐν βιωτικοῖς ἀπαλλάσσειν εὐτυχέστερον. καὶ τῷ ἀπροσδεεῖ γε παντὸς οὑτινοσοῦν, πλὴν τῆς ἀνθρώπων σωτηρίας καὶ παντὸς λογικοῦ, * προσελευστέον, ἢ τοῖς χρῄζουσι κνίσσης καὶ αἵματος. Κέλσος μὲν οὖν οἴεται μετὰ τούτους, οὓς εἶπε περὶ δαιμόνων δεομένων κνίσσης καὶ αἵματος, λόγους, ὡσπερεὶ ἐπὶ μοχθηρίας ἐρχόμενος παλινῳδίαν, φησὶν, "ὅτι μᾶλλον οἰητέον τοὺς δαίμονας μηδενὸς "χρῄζειν, μηδὲ δεῖσθαί τινος· ἀλλὰ χαίρειν "τοῖς τὸ εὐσεβὲς δρῶσι πρὸς αὐτούς. ἐχρῆν δ᾽, εἰ τοῦτο ᾤετο εἶναι ἀληθὲς, ἐκεῖνα αὐτὸν μὴ τεθεικέναι, ταῦτα ἀπειληφέναι. ἀλλὰ γὰρ οὐ πάντῃ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς μονογενοῦς αὐτοῦ ἀληθείας καταλείπεται. διόπερ καὶ Κέλσος εἶπε μὲν ἐν τῷ περὶ κνίσσης καὶ αἵματος, ὧν χρῄζουσι δαίμονες, τἀληθῆ· πάλιν δ᾽ ὑπὸ τῆς ἰδίας κακίας κατώλισθεν ἐπὶ τὰ ψευδῆ, καὶ ἐξομοιοῖ τοὺς δαίμονας ἀνθρώποις τοῖς τελείως δικαίως πράττουσι τὰ δίκαια, κἂν μηδεὶς αὐτοῖς γιγνώσκῃ χάριν· τὰ ἀγαθὰ δὲ ποιοῦσι τοῖς ἀμειβομένοις τὸ εὐχάριστον. δοκεῖ δέ μοι συγκεχύσθαι κατὰ τὸν τόπον, καὶ ὅτε μὲν τὸ ἡγεμονικὸν ὑπὸ τῶν δαιμόνων ταράττεσθαι, ἔσθ᾽ ὅτε δὲ καὶ ἀνανήφων ἀπὸ τῆς ὑπ᾽ ἐκείνοις ἀλογιστίας, ἐπ᾽ ὀλίγον τι βλέπειν τοῦ ἀληθοῦς· πάλιν γὰρ ἐπιφέρει, "Θεοῦ δὲ οὐδαμῆ οὐδαμῶς "ἀπολειπτέον, οὔτε μεθ᾽ ἡμέραν, οὔτε νύκτωρ, οὔτ᾽ ἐς κοινὸν, οὔτ᾽ ἰδίᾳ, λόγῳ τε ἐν παντὶ "καὶ

* παρ᾽ αὐτοῖς νομιζομένας Θεοῖς θεραπείας.

* λέγῃ οὖν.

* ἀποσιωπητέον.

3 meliora eſse morbos &c res adverſas pietate juncta quam ſanitatem &c res ſecundas cum ſcelere

* προσελευστέον, vel προσελθεῖν δέον.

Celſi quaſi palinodia

Genus humanum non omnino veritatis divinæ expers.

Celſus optime de animo ad [Deum] intendendo loquitur

"καὶ ἔργῳ διηνεκῶς· ἀλλά γε καὶ μετὰ τῶνδε, καὶ "χωρὶς, ἡ ψυχὴ ἀεὶ τετάσθω πρὸς τὸν Θεόν. Ἐγὼ δ' ἀκούω τὸ "μετὰ τῶνδε, τουτέστι μετὰ τοῦ κοινοῦ, καὶ μετὰ παντὸς ἔργου, καὶ μετὰ παντὸς λόγου. Εἶτα πάλιν, ὡσπερεὶ παλαίων τῷ λογισμῷ πρὸς τὰς ἀπὸ τῶν δαιμόνων ἐνστάσεις, καὶ τὰ πολλὰ νικώμενος, ἐπιφέρει, καὶ λέγει, "Εἰ ὧδε ἔχοιεν· τί τὸ δεινὸν, "τοὺς τῇδε ἄρχοντας εὐμενίζεσθαι, τούς τε ἄλ-"λους, καὶ τοὺς ἐν ἀνθρώποις δυνάστας καὶ βασι-"λέας; ὡς οὐδὲ τούτους ἄνευ δαιμονίας ἰσχύος "τῶν τῇδε ἠξιωμένους. Ἐν μὲν οὖν τοῖς ἀνωτέρω κατῆγεν, ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, τὴν ψυχὴν ἡμῶν πρὸς δαίμονας· νῦν δὲ βούλεται ἡμᾶς ἐξευμενίζεσθαι καὶ τοὺς ἐν ἀνθρώποις δυνάστας καὶ βασιλέας, ὧν * ὅτι μισὸς ὁ βίος καὶ ἱστορίαι· ὧν οὐχ ἡγησάμην ἀναγκαῖον ἐκθέσθαι τὰ παραδείγματα. ἕνα οὖν τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν ἡμῖν ἐξευμενιστέον, καὶ τοῦτον ἵλεω * εὐκτέον, ἐξευμενιζόμενον εὐσεβείᾳ καὶ πάσῃ ἀρετῇ. εἰ δὲ καὶ ἄλλους τινὰς βούλεται μετὰ τὸν ἐπὶ πᾶσιν ἐξευμενίζεσθαι Θεόν· καταμανθανέτω, ὅτι ὥσπερ τῷ κινουμένῳ σώματι ἀκολουθεῖ ἡ τῆς σκιᾶς αὐτοῦ κίνησις· τὸν αὐτὸν τρόπον τῷ ἐξευμενίζεσθαι τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν, ἕπεται εὐμενεῖς ἔχειν * πάντας τοὺς ἐκείνου φίλους ἀγγέλους, καὶ ψυχὰς, καὶ πνεύματα. συναισθάνονται γὰρ τῶν ἀξίων τοῦ παρὰ τοῦ Θεοῦ εὐμενισμοῦ· καὶ οὐ μόνον καὶ αὐτοὶ εὐμενεῖς τοῖς ἀξίοις γίνονται, ἀλλὰ καὶ συμπράττουσι τοῖς βουλομένοις τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν θεραπεύειν, καὶ ἐξευμενίζονται, καὶ συνεύχονται, καὶ συναξιοῦσιν. ὥστε τολμᾶν ἡμᾶς λέγειν, ὅτι ἀνθρώποις, μετὰ προαιρέσεως προτιθεμένοις τὰ κρείττονα, εὐχομένοις τῷ Θεῷ, μυρίαι ὅσαι ἄκλητοι συνεύχονται δυνάμεις ἱεραί· συμπαρέχουσαι τῷ ἐπικήρῳ ἡμῶν γένει, καὶ (ἵν' οὕτως εἴπω) * συναγωνιοῦσαι, δι' οὓς ὁρῶσιν ἀντιπαρατασσομένους καὶ ἀνταγωνιζομένους δαίμονας τῇ σωτηρίᾳ μάλιστα τῶν ἑαυτοὺς ἀνατιθέντων Θεῷ, καὶ μὴ φροντιζόντων τῆς τῶν δαιμόνων ἔχθρας· ἐὰν ἐκεῖνοι ἐξαγριαίνωσι πρὸς τὸν ἄνθρωπον, φεύγοντα μὲν αὐτῶν τὰς διὰ κνισῶν καὶ αἵματος θεραπείας, παντὶ δὲ τρόπῳ λόγων καὶ πράξεων σπεύδοντα οἰκειοῦσθαι τῷ ἐπὶ πᾶσι καὶ ἑνοῦσθαι Θεῷ, διὰ τοῦ καταλύσαντος μυρίους δαίμονας Ἰησοῦ, ἡνίκα περιῄει ἰώμενος καὶ ἐπιστρέφων τοὺς καταδυναστευομένους ὑπὸ τοῦ διαβόλου. ἡμῖν μέντοι γε καταφρονητέον ἐξευμενισμοῦ ἀνθρώπων καὶ βασιλέων, οὐ μόνον ἐὰν διὰ μιαιφονιῶν, καὶ ἀσελγειῶν, καὶ ὠμοτάτων πράξεων ἐξευμενιζώμεθα αὐτούς· ἀλλὰ καὶ ἐὰν διὰ τῆς εἰς τὸν Θεὸν τῶν ὅλων ἀσεβείας, ἤ τινος μετὰ δουλοπρεπείας καὶ ταπεινότητος φωνῆς, ἀλλοτρίας ἀνδρείων καὶ μεγαλοψύχων ἀνδρῶν, καὶ τὴν καρτερίαν ὡς μεγίστην ἀρετὴν συναναλαβεῖν ταῖς ἄλλαις ἐθελόντων. ἔνθα μέντοι οὐδὲν ἐναντίον πράττομεν νόμῳ καὶ λόγῳ Θεοῦ, οὐ μεμήναμεν, οὐδ' ὁρμῶμεν καθ' ἑαυτῶν ἐγείρειν βασιλέως ἢ δυνάστου θυμὸν, ἐπὶ αἰκίας καὶ βασανιστήρια, ἢ

non in operibus, ſed ſive cum his, ſive ſine his ſemper intenta ſit ad Deum anima. Quod autem ait, *Sive cum his*, in publico intelligo omnibus operibus & cogitationibus. Deinde rurſum, quaſi ratione reluctans dæmonum ſeductionibus & plerunque ſuccumbens, ſic infert, *Si res ità ſe habet, quid mali fuerit placare terrenos principes, tum alios tum reges & dynaſtas hominum? quando ne hi quidem abſque potentia dæmonum ſuam dignitatem adepti ſunt.* Superiùs, quantum in ſe fuit, deducebat animas noſtras ad dæmonas: nunc vult ut placemus etiam reges hominum ac dynaſtas, quibus eſt plena vita & hiſtoriæ: quorum non opus eſt afferre exempla. Unus eſt nobis placandus Deus, univerſorum Dominus, & ut propitius ſit exorandus, qui utique pietate & precibus placatur. Si vult poſt hunc placari etiam alios; cogitet quòd, ſicut moto corpore umbra quoque ipſius movetur, ità, cùm aliquis Deum habet propitium, ſequitur ut amicos habeat omnes ejus angelos, animas & ſpiritus. Sentiunt enim qui ſint digni favore cœleſtis numinis; quibus non ſolùm ipſi bene volunt, verùm etiam operantur cum iis, qui Deo, rerum omnium Domino, ſervire volunt, & etiam benevolum reddunt, precantur, & unà nobiſcum rogant; ut quotquot eum colimus audeamus dicere, hominibus bonæ voluntatis precantibus ultro ſe adjungere innumera ſanctorum angelorum millia, & intercedere pro mortali noſtro genere, & (ut ità loquar) laborare nobiſcum in hoc certamine, dum vident adverſarios dæmonas impugnatores ſalutis, eorum maximè, qui ſe maximè Deo dedicant, & contemnunt dæmonum inimicitiam, ſi ei infenſi ſint, qui detrectat eos cruoribus & nidoribus colere, & omni modo Deo conciliari ſtudet per Jeſum; qui, dum in terris ageret, ſanabat & convertebat oppreſſos à diabolo, profligans innumera dæmonia. Nec hominum & regum favor nobis exambiendus libidinum & cædium turpibus fœdiſque obſequiis, aut ullâ re à pietate alienâ, aut ſervilibus adulationibus indignis viro magnanimo & fortitudinem ducente pro virtutum maxima. Ceterùm, quatenus ſalvâ pietate licet, non ità inſanimus, ut in nos irritemus reges aut poteſtates publicas, qui nos ducant ad tormen-

ta,

* ἐπίμεστος.

* εὐκτέον.

* τοὺς ἐκείνου πάντας.

* συναγωνιῶσαι.

ἑνοῦσθαι Θεῷ vid.

ad hortationem de [illegible] nationibus placandis dilabitur.

Respons. 1 Deum solum placandum esse

2. [illegible] placatio plurimos adjutores conciliari

Joh. 17. 11, 21. 22 [illegible]

3 homines non placandos nisi pietate salvâ

non tamen temere [illegible] [illegible]

ta, ſupplicia, & mortem: legimus enim in noſtris literis, *Omnis anima poteſtatibus præcellentibus ſit ſubdita; non eſt enim poteſtas niſi à Deo: itaque qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtet.* Quæ verba in commentariis ſuper epiſtolam ad Romanos, ut potuimus, non uno modo enarravimus; nunc verò ſimpliciter juxta vulgarem ſenſum ad præſens negotium citavimus; quandoquidem Celſus negat eis dignitatem contigiſſe abſque favore dæmonum. Et, quoniam multa dicenda eſſent de regum ac principum ſtatu, quòd res diſquiſitione non careat propter aliquot principum ſævam tyrannidem, & alios licentiâ poteſtatis prolapſos in delitias & nequitiam, ideo hunc locum inpræſentiarum ſuperſedemus excutere. Per fortunam tamen regis non juramus, ſicut nec per alia numina fictitia: nam ſive (ut quidam putant) curſus tantùm rerum fortuna eſt, ex æquo diſcrepare videntur, non juramus per id quod nihil eſt, tanquam per Deum, aut rem aliquam pollentem viribus, nè jurejurando abutamur: ſive (ut aliis videtur) qui per fortunam regis jurant, jurant per Romani principis genium, ut eo nomine unum è dæmonibus intelligamus; ſic quoque moriendum eſt nobis potiùs, quàm jurandum per malum & perfidum dæmonem, peccantem perſæpe cum eo quem ſortitus eſt homine, imò quàm homo ſæpius. Deinde rurſum Celſus, non aliter quàm dæmoniaci, nunc recolligentes ſe, nunc recidentes in malum priſtinum, pauliſper reſipiſcens ſic loquitur, *Si quis verò Dei cultorem urgeat vel impium facere, vel turpe dicere, non eſt parendum; ſed cuncta ſunt potiùs toleranda ſupplicia, & mortes quævis inſuper ſubeundæ, quàm irreligioſum de Deo aliquid, nè dicam protulerit, ſed nè cogitatione quidem admittat.* Deinde rurſum ut ignarus noſtræ doctrinæ, ideóque confundens omnia, ſubinfert hæc, *Quòd ſi quis jubeat bene loqui Soli aut Minervæ, alacriter Pæan canendus eſt: ſic enim magnum Deum venerari magis videberis, ſi hos quoque hymnis honores & laudibus: pietas enim ſit perfectior, ſi per omnia tranſeat.* Reſpondemus nos non expectare dum jubeamur bene loqui Soli, qui didicimus non ſolùm contra magiſtratus non obloquendum, ſed nè de inimicis quidem loquendum malé. Itaq; bene loquimur de Sole, ut pulchrâ Dei creaturâ, ſervante leges præſcriptas ſibi à Deo, & obediente voci Prophetæ invitantis, *Laudate Dominum Sol & Luna;*

καὶ θανάτους ἡμᾶς φέρειν. ἀνέγνωμεν γὰρ καὶ τό, Πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω· οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία, εἰ μὴ ὑπὸ Θεοῦ· αἱ δὲ οὖσαι [ἐξουσίαι] ὑπὸ [τοῦ] Θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν· ὥστε *ὁ ἀντιτασσόμενος τῇ ἐξουσίᾳ τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ *ἀνθέστηκεν. ἐν μέν τοι γε τοῖς εἰς τὴν πρὸς Ῥωμαίους ἐξηγητικοῖς, ὡς δυνατὸν ἦν ἡμῖν, ἐπὶ πλεῖον καὶ ταῦτα τὰ ῥήματα ποικίλως ἐξετάσαμεν· νῦν δ᾽ αὐτὰ εἰς τὸ προκείμενον, ἁπλούστερον, κατὰ τὴν κοινοτέραν ἐκδοχὴν, παρειλήφαμεν· ἐπείπερ φησὶν ὁ Κέλσος, οὐκ ἄνευ δαιμονίας ἰσχύος τὴν τῆδε τιμὴν ἠξιωμένους. καὶ ἐπεὶ πολὺς ἦν ὁ λόγος ὁ περὶ τῆς τῶν βασιλευόντων καὶ δυναστῶν καταστάσεως· πολλῆς ζητήσεως οὔσης κατὰ τὸν τόπον, διὰ τοὺς ὠμότερον καὶ τυραννικώτερον ἄρξαντας, ἢ τοὺς ἐκ τοῦ ἄρχειν ἐπὶ θρύψιν καὶ τρυφὴν ἐξοκείλαντας· διὰ τοῦτο ἐπὶ τοῦ παρόντος τὸ πρόβλημα ἐξετάσαι ὑπερεθέμεθα. *τύχην μέντοι βασιλέως οὐκ ὀμνύομεν, ὡς οὐδ᾽ ἄλλον *νομιζόμενον Θεόν· εἴτε γὰρ (ὡς ὠνόμασάν τινες) ἐκφορά μόνον ἐστὶν ἡ τύχη [ὁμοίως δοκοῦσι καὶ *διαστάσεις] οὐκ ὀμνύομεν τὸ μηδαμῶς ὂν ὡς Θεὸν, ἢ ὅλως ὑφεστηκὸς καὶ δυνάμενόν τι ποιῆσαι, ἵνα μὴ τὴν ὀμοτικὴν δύναμιν εἰς ἃ μὴ δεῖ παραλαμβάνωμεν· εἴτε καὶ (ὥς τισιν ἔδοξεν, εἰπόντι τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως τὸν δαίμονα *ὄμνυσιν οἱ τὴν τύχην αὐτοῦ ὀμνύοντες) δαιμόνων ἐστὶν ἡ ὀνομαζομένη τύχη τοῦ βασιλέως· καὶ οὕτως ἀποθανατέον ἐστὶ μᾶλλον ἡμῖν ὑπὲρ τοῦ μὴ ὀμόσαι μοχθηρὸν δαίμονα καὶ ἄπιστον, πολλάκις συνεξαμαρτάνοντα ᾧ ἔλαχεν ἀνθρώπῳ, ἢ καὶ πλέον αὐτοῦ ἁμαρτάνοντα. Εἶτα πάλιν ὁ Κέλσος, ὁμοίως τοῖς ἀπὸ δαιμονισμοῦ, ἔσθ᾽ ὅτε ἀναφέρουσιν, εἶτα πάλιν καταπίπτουσιν, ὥσπερ νήφων, τοιαῦτά τινα λέγει, “Ἐὰν μέν τοι γε κελεύῃ τις, εἰ τύχοι, “*θρησκεύοντα Θεὸν ἢ ἀσεβεῖν, ἢ ἄλλο τι “αἰσχρὸν εἰπεῖν, οὐδαμῆ οὐδαμῶς *πιστευτέον· “ἀλλὰ πρὸ τούτου *πάσαις βασάνοις ἐγκαρτερητέον, καὶ πάντας θανάτους ὑπομενετέον, πρὶν “τι ἀνόσιον περὶ Θεοῦ, μὴ ὅτι γε εἰπεῖν, ἀλ“λὰ μελετῆσαι. Εἶτα πάλιν ἀπ᾽ ἀγνοίας τῆς περὶ τοῦ ἡμετέρου λόγου, καὶ πρὸς ταύτῃ ἀπὸ τοῦ φύρειν τὰ πάντα, τοιαῦτά φησιν, “Ἐὰν δὲ κελεύῃ τις εὐφημῆσαι τὸν ἥλιον, ἢ τὴν Ἀθηνᾶν “προθυμότατα μετὰ καλοῦ παιᾶνος εὐφημεῖν· οὕ“τω τοι σέβειν μᾶλλον *δόξεις τὸν μέγαν Θεὸν, “ἐὰν καὶ τούσδε ὑμνῇς· τὸ γὰρ θεοσεβὲς διὰ πάν“των διεξιὸν, τελεώτερον γίνεται. Φαμὲν δὲ ὅτι οὐ περιμένομεν εὐφημῆσαι τὸν ἥλιον τὸν κελεύοντα, οἱ μαθόντες οὐ μόνον τοὺς τῇ διατάξει ὑποτεταγμένους εὐφημεῖν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐχθρούς. εὐφημοῦμεν δὲ ἥλιον, ὡς καλὸν Θεοῦ δημιούργημα, καὶ τοὺς νόμους φυλάσσοντα Θεοῦ, καὶ ἀκοῦον τό, Αἰνεῖτε τὸν Κύριον ἥλιος καὶ σελήνη, καὶ ὅσα

Rom. 13. 1, 2.
* οἱ ἀνθεστηκότες.
* ἀνθέστηκε.
* τύχη.
* νομιζόμενοι.
* διαστάσεις.
* ὀμνύουσι.
* θρησκεύειν.
* πιστέον.
* πάσαις βασάνοις.
* δόξεις.
Exod. 22. 28.
Pſal. 148. 3.

δυνάμεις,

indumentum, corporeum dico, quod in Scripturis eſt, in multis non inutile, quod & multos poteſt, quantum capaces ſunt, meliores efficere. Verùm, ſi in omnibus apertè legis utilitas, & hiſtoriæ conſecutio, & illa oblectans varietas indè apparuiſſet, vix credidiſſemus aliud quidquam, præter id quod obvium eſt, in Scripturis intelligi poſſe. Idcirco [Verbum Dei] in media lege ac hiſtoria interponi offendicula & quædam impoſſibilia decrevit; nè videlicet omnes dictione nihil præter illecebram habente deliniti, utpote nihil dignum Deo addiſcentes, à perfecta doctrina recedamus, néve affecti à litera nihil divinius percipiamus. Hoc quoque certum eſſe debet, quòd, cùm id præcipuè ſpectet Dei verbum, ut in rebus quæ à ſpiritu ſunt factis, & quæ fieri debent, nexum & ſeriem oſtendat, ſicubi invenit quæ reverà contigiſſent arcanis hiſce ſatis accommoda, his uſum eſt, interiorem ac penitiorem intelligentiam à multis abſcondens: ubi verò in expoſitione conſecutionis ejus, quæ de rebus eſt ſpiritualibus, non reſpondebat rerum ejuſmodi actio, per abſtruſiora quædam deſcriptas, Scriptura ſancta hiſtoriæ contexuit quod factum non erat, interdum & quod fieri non poterat; quandoque quod fieri quidem poterat, factum verò non fuerat. Et paucæ nonnunquam dictiones, aliquando plures, interjectæ ſunt, quæ ſecundùm [literæ] corpus veræ non ſunt. Intelligenda etiam eſt legis ratio hæc, in qua ſæpenumero quædam invenias, quæ, ſi ad tempus legislatæ referantur, utilitatem habent; in aliquibus autem nulla utilitatis ratio apparet. Interdum in lege præcipiuntur ea, quæ fieri non poſſunt propter acutiores & in rerum inquiſitione acriores, ut diſquiſitioni literæ ſeſe minùs addicentes præclarum indè miniméque pœnitendum ſenſum eruant.

Περὶ τοῦ δεῖν τοῦ Θεοῦ ἄξιον νοῦν εἰς τὰ τοιαῦτα ζητεῖν.

Οὐ μόνον δὲ περὶ τῶν πρὸ τῆς παρουσίας ταῦτα τὸ πνεῦμα ᾠκονόμησεν, ἀλλ' ἅτε τὸ αὐτὸ τυγχάνον καὶ ἀπὸ τοῦ ἑνὸς Θεοῦ, τὸ ὅμοιον καὶ ἐπὶ τῶν εὐαγγελίων πεποίηκε, καὶ ἐπὶ τῶν ἀποστόλων· οὐδὲ τούτων πάντη ἄκρατον τὴν ἱστορίαν τῶν προσυφασμένων κατὰ τὸ σωματικὸν ἐχόντων, μὴ γεγενημένων· οὐδὲ τὴν νομοθεσίαν καὶ τὰς ἐντολὰς πάντως τὸ εὔλογον ἐμφαίνοντα. τίς γοῦν νοῦν ἔχων οἰήσεται πρώτην, καὶ δευτέραν, καὶ τρίτην ἡμέραν, ἑσπέραν τε καὶ πρωΐαν, χωρὶς ἡλίου γεγονέναι, καὶ σελήνης, καὶ ἀστέρων; τὴν δὲ οἱονεὶ πρώτην καὶ χωρὶς οὐρανοῦ;

In ejuſmodi Scripturis digna Deo intelligentia quærenda eſt.

Non ſolùm autem de iis, quæ adventum Chriſti præceſſerunt, ſpiritus ità ſtatuit, ſed utpote idem, & unius ejuſdémque Dei Spiritus, idem in Evangeliis, & Apoſtolorum ſcriptis fecit; cùm neque hæc, quæ nudam omnino narrationem habent eorum, quæ ſecundùm corporeum ſenſum contexta ſunt, evenerint: ſed neque in lege & mandatis ſemper quod rationi conſentaneum eſt apparet. Quis igitur ſanus exiſtimabit primam, & ſecundam, & tertiam diem, & veſperam, & manè, ſine Sole, Luna, & ſtellis? & primam illam etiam ſine cœlo fuiſſe? Quis

adeò

adeò ſimplex, ut exiſtimet more hominis agricolæ Deum plantâſſe hortum in Edem ad Orientem? & lignum vitæ in ipſo creâſſe, quod viſu & ſenſibus perciperetur? ut qui corporeis dentibus fructum guſtâſſet, vitam indè recuperaret; itémq; boni & mali ſcientiæ fieri participem, qui fructum ex hac arbore decerptum ediſſet. Si & Deus meridie in paradiſo ambulare dicatur, & Adam ſub arbore deliteſcere; non arbitror dubitare quenquam, hæc figuratè per apparentem hiſtoriam, non quæ corpore réque ipsâ facta ſit, arcana quædam ſignificari. Sed & Cain, abiens à conſpectu Dei, [manifeſtè lectorem monet, ut requirat quæ facies Dei ſit, & quo pacto quis exire poſſit ab ea]. Sed quid attinet plura dicere, cùm innumera ejuſmodi ſcripta quidem tanquam geſta ſint, non geſta verò ut litera ſonat, quivis, modò non planè ſtipes, colligere poſſit? Sed & Evangelia dictis iſtiuſmodi redundant: in excelſum montem aſſumente Jeſum Diabolo, ut indè ipſi omnia regna terræ & gloriam ipſorum oſtendat. Quis enim, niſi planè oſcitanter hæc legat, non improbet eos, qui credant corporis oculo, (qui ab altitudine prohibetur, nè poſſit inferiora & ſubjecta cognoſcere,) viſa eſſe Perſarum, Scytharum, Indorum & Parthorum regna, & quanto apud populos in honore ſint reges? Alia ſexcenta his quàm ſimillima poteſt in Evangeliis, qui attentiùs leget, obſervare, compoſita nimirum & connexa iis, quæ ſecundùm literam contigerunt, aliqua quæ non contigerunt. Quòd ſi ad conſtitutiones Moſaicas veniamus, multæ leges, ſi eas nudè obſervari oporteat, rationi repugnant, aliæ impleri non poſſunt. A ratione quidem alienum, quòd vultures edi prohibentur, cùm nemo in ſumma victûs inopia eò adduci potuerit, ut eo animante veſceretur. Octo dierum infantes non circumciſi exterminari è ſtirpe ſua jubentur. Oportebat igitur, ſi hæc juxta literam planè edicebantur, patribus mandari, ut filios interficerent, vel iis, à quibus infantes alebantur: nunc autem edicit Scriptura, *Omnis mas incircumciſus, qui non circumciditur octavo die, peribit de populo ſuo.* Jam ſi ea libet intueri quæ fieri nequeunt, animadvertamus tragelaphum ex iis eſſe animantibus, quæ conſiſtere in rerum natura non poſſunt; quem jubet nos Moſes ut purum afferre. Gryphem autem nunquam accepimus ab hominibus captum eſſe; quem nihilominus edi vetat legiſlator.

τίς δ᾽ οὕτως ἠλίθιος, ὡς οἰηθῆναι τρόπον
ἀνθρώπου γεωργοῦ τὸν Θεὸν πεφυτευκέναι Gen.2.8.
παράδεισον ἐν Ἐδὲμ κατὰ ἀνατολάς; καὶ ξύ-
λον ζωῆς ἐν αὐτῷ πεποιηκέναι ὁρατὸν καὶ αἰσθη- Ibid. v. 9.
τόν; ὥστε διὰ τῶν σωματικῶν ὀδόντων γευ-
σάμενον τοῦ καρποῦ τὸ ζῆν ἀναλαμβάνειν· καὶ
πάλιν καλοῦ καὶ πονηροῦ μετέχειν τινὰ παρὰ τὸ
μεμασῆσθαι τὸ ὑπὸ τοῦ ξύλου λαμβανόμενον.
Ἐὰν δὲ καὶ ὁ Θεὸς τὸ δειλινὸν ἐν τῷ παρα- Gen.3.8.
δείσῳ περιπατεῖν λέγηται, καὶ ὁ Ἀδὰμ ὑπὸ τὸ
ξύλον κρύπτεσθαι· οὐκ οἶμαι διστάζειν τινὰ περὶ
τοῦ αὐτὰ τροπικῶς διὰ δοκούσης ἱστορίας, καὶ οὐ
σωματικῶς γεγενημένης, μηνύειν τινὰ μυστήρια.
Ἀλλὰ καὶ Κάϊν, ἐξερχόμενος ἀπὸ προσώπου τοῦ Gen.4.16.
Θεοῦ, σαφῶς τοῖς ἐπιστήσασι φαίνεται κινεῖν τὸν
ἐντυγχάνοντα * ζητεῖν πρόσωπον Θεοῦ, καὶ τὸ
ἐξέρχεσθαί τινα ἀπ᾽ αὐτοῦ. * Καὶ τί δεῖ πλείω
λέγειν, τῶν μὴ πάνυ ἀμβλέων, μυρία ὅσα
τοιαῦτα δυναμένων συναγαγεῖν, γεγραμμένα
μὲν ὡς γεγονότα, οὐ γεγενημένα δὲ κατὰ τὴν
λέξιν; Ἀλλὰ καὶ τὰ Εὐαγγέλια δὲ τοῦ αὐτοῦ
εἴδους τῶν λόγων πεπλήρωται· εἰς ὑψηλὸν
ὄρος τὸν Ἰησοῦν ἀναβιβάζοντος τοῦ Διαβόλου, Matth.4.8.
ἵν᾽ ἐκεῖθεν αὐτῷ δείξῃ τοῦ παντὸς κόσμου τὰς
βασιλείας, καὶ τὴν δόξαν αὐτῶν. τίς γὰρ, οὐκ ἂν
τῶν μὴ παρέργως ἀναγινωσκόντων τὰ τοιαῦ-
τα, καταγινώσκοι τῶν οἰομένων τῷ τῆς σαρκὸς
ὀφθαλμῷ (δεηθέντι ὕψους, ὑπὲρ τοῦ κατανοη-
θῆναι δύνασθαι τὰ κατωτέρω, καὶ ὑποκείμενα,)
ἑωρᾶσθαι τὴν Περσῶν, καὶ Σκυθῶν, καὶ Ἰνδῶν,
καὶ Παρθυαίων βασιλείαν, καὶ ὡς δοξάζονται πα-
ρὰ ἀνθρώποις οἱ βασιλεύοντες; Παραπλησίως
δὲ τούτοις καὶ ἄλλα μυρία ἀπὸ τῶν Εὐαγγελίων
ἔνεστι τὸν ἀκριβοῦντα τηρῆσαι, ὑπὲρ τοῦ συγκα-
ταθέσθαι * συνυφαίνεσθαι ταῖς κατὰ τὸ ῥητὸν γε-
γενημέναις ἱστορίαις ἕτερα μὴ συμβεβηκότα.
Ἐὰν δὲ καὶ ἐπὶ τὴν νομοθεσίαν ἔλθωμεν τὴν
Μωσέως, πολλοὶ τῶν νόμων, τῶν ὅσον ἐπὶ τῷ
καθ᾽ ἑαυτοὺς τηρεῖσθαι, τὸ ἄλογον ἐμφαίνουσιν,
ἕτεροι δὲ τὸ ἀδύνατον. τὸ μὲν ἄλογον γῦ- Levit.11.14.
πες ἐσθίεσθαι ἀπαγορευόμενοι, οὐδενὸς οὐδὲ ἐν τοῖς
μεγίστοις λιμοῖς ἐκβιασθέντος ὑπὸ τῆς ἐνδείας
ἐπὶ τοῦτο τὸ ζῶον φθάσαι. καὶ ὀκταήμερα παι-
δία ἀπερίτμητα ἐξολοθρεύεσθαι ἐκ τοῦ γένους αὐ-
τῶν κελευόμενα. δέον, εἰ ὅλως ἐχρῆν τι περὶ
τούτων κατὰ τὸ ῥητὸν νενομοθετῆσθαι, τοὺς πα-
τέρας αὐτῶν κελεύεσθαι ἀναιρεῖσθαι, ἢ τοὺς παρ᾽
οἷς τρέφονται· νῦν δέ φησιν ἡ γραφὴ, Ἀπερί- Gen.17.14.
τμητος πᾶς ἄρσην, ὃς οὐ περιτμηθήσεται τῇ ἡ-
μέρᾳ τῇ ὀγδόῃ, ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ γένους
αὐτοῦ. εἰ δὲ καὶ ἀδύνατα νομοθετούμενα βούλεσθε
ἰδεῖν, ἐπισκεψώμεθα ὅτι τραγέλαφος μὲν τῶν Deut.14.5.
ἀδυνάτων ὑποστῆναι ζῶον τυγχάνει, ὃν ὡς καθα-
ρὸν κελεύει Μωσῆς ἡμᾶς προσφέρεσθαι. γρὺψ δὲ οὐχ
ἱστόρηταί ποτε ὑποχείριος ἀνθρώποις γεγονέ- Ibid. v. 12.
ναι· ὃν ἀπαγορεύει ἐσθίεσθαι ὁ νομοθέτης. ἀλλὰ Levit.11.13.

καὶ τὸ δοκοῦν σάββατον τῷ ἀκριβοῦντι τὸ,
Exod. 16. 29. Καθήσεσθε ἕκαστος εἰς τοὺς οἴκους ὑμῶν, μηδεὶς
ὑμῶν ἐκπορευέσθω ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ τῇ ἡμέρᾳ
τῇ ἑβδόμῃ, ἀδύνατόν ἐστι κατὰ τὴν λέξιν φυλαχθῆναι·
οὐδὲν γὰρ ζῷον δύναται δι' ὅλης καθέζεσθαι
τῆς ἡμέρας, καὶ ἀκινητεῖν ἀπὸ τοῦ καθέζεσθαι.
διόπερ τινὰ μὲν οἱ ἐκ περιτομῆς, καὶ ὅσοι
θέλουσι πλέον τῆς λέξεως δηλοῦσθαι μηδὲν, οὐδὲ
τὴν ἀρχὴν ζητοῦσιν, ὥσπερ τὰ περὶ τραγε-
Levit. 11. 13, 14. λάφου, καὶ γρυπὸς, καὶ γυπός· εἰς τινὰ δὲ φλυαροῦσιν
εὑρεσιλογοῦντες, ψυχρὰς παραδόσεις φέροντες,
ὥσπερ καὶ περὶ τοῦ σαββάτου, φάσκοντες
τόπον ἑκάστῳ εἶναι δισχιλίους πήχεις. ἄλλοι δὲ, ὧν
ἐστι Δοσίθεος ὁ Σαμαρεὺς, καταγινώσκοντες
τῆς τοιαύτης διηγήσεως, οἴονται ἐπὶ τοῦ σχήματος,
οὗ ἂν καταληφθῇ τις ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου,
μένειν μέχρις ἑσπέρας. ἀλλὰ καὶ τὸ μὴ
αἴρειν βάσταγμα ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου, ἀμήχανον·
διόπερ εἰς ἀπεραντολογίαν οἱ τῶν Ἰουδαίων
διδάσκαλοι ἐληλύθασι λέγοντες, βάσταγμα
μὲν εἶναι τὸ τοιόνδε ὑπόδημα, οὐ μὴν καὶ
τὸ τοιόνδε, καὶ τὸ ἥλους ἔχον σανδάλιον, οὐ μὴν
καὶ τὸ ἀνήλωτον· καὶ τὸ οὑτωσὶ ἐπὶ τοῦ ὤμου φορούμενον,
οὐ μὴν καὶ ἐπὶ τῶν δύο ὤμων. εἰ δὲ καὶ
ἐπὶ τὸ Εὐαγγέλιον ἐλθόντες τὰ ὅμοια ζητήσομεν,
Luc. 10. 4. τί ἂν εἴη ἀλογώτερον τοῦ, Μηδένα κατὰ
τὴν ὁδὸν ἀσπάσησθε· ὅπερ ἐντέλλεσθαι νομίζουσιν
οἱ ἀκέραιοι τὸν Σωτῆρα τοῖς ἀποστόλοις; ἀλλὰ
Matth. 5. 39. καὶ δεξιὰ σιαγὼν, τύπτεσθαι λεγομένη, ἀπιθανωτάτη
ἐστὶ παντὸς τοῦ τύπτοντος, εἰ μὴ ἄρα πεπονθώς
τι παρὰ φύσιν τυγχάνοι, τῇ δεξιᾷ χειρὶ
τύπτοντος τὴν ἀριστερὰν σιαγόνα. ἀδύνατον δὲ
Matth. 5. 29. ἀπὸ τοῦ Εὐαγγελίου ἐστὶ, λαβεῖν δεξιὸν ὀφθαλμὸν
σκανδαλίζοντα· ἵνα γὰρ χαριζώμεθα τὸ
δύνασθαι ἐκ τοῦ ὁρᾷν σκανδαλίζεσθαί τινα, πῶς,
τῶν δύο ὀφθαλμῶν ὁρώντων, τὴν αἰτίαν ἀνενεκτέον
ἐπὶ τὸν δεξιόν; τίς δὲ καὶ καταγνοὺς
ἑαυτοῦ ἐν τῷ ἑωρακέναι γυναῖκα
πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἀναφέρων τὴν αἰτίαν
ἐπὶ μόνον τὸν δεξιὸν ὀφθαλμὸν, εὐλόγως ἂν
τοῦτον ἀποβάλλοι; ἀλλὰ καὶ ὁ Ἀπόστολος νο-
1 Cor. 7. 18. μοθετεῖ, λέγων, Περιτετμημένος τις ἐκλήθη;
μὴ ἐπισπάσθω. πρῶτον μὲν ὁ βουλόμενος
ὄψεται, ὅτι παρὰ τὴν προκειμένην αὐτῷ ὁμιλίαν
ταῦτά φησι. πῶς γὰρ περὶ γάμου καὶ ἁγνείας
νομοθετῶν οὐ δόξει ταῦτα εἰκῇ παρεμβεβληκέναι;
δεύτερον δὲ τίς ἐρεῖ ἀδικεῖν τὸν, εἰ δυνατὸν
διὰ τὴν παρὰ τοῖς πολλοῖς νομιζομένην ἀσχημοσύνην
ἐπὶ τῇ περιτομῇ, ἐπιδιδόντα ἑαυτὸν τὸ ἐπισπάσασθαι;
Ταῦτα δὲ ἡμῖν πάντα εἴρηται ὑπὲρ τοῦ δεῖξαι,
ὅτι σκοπὸς τῇ δωρουμένῃ ἡμῖν θείᾳ δυνάμει
τὰς ἱερὰς γραφάς ἐστιν, οὐχὶ τὰ ὑπὸ τῆς λέξεως

Sed, qui celebratiſſimum illud Sabbatum expendet, *Sedebitis domi veſtræ ſinguli, nemo veſtrûm exeat è loco ſuo die ſeptimâ*, animadvertet non poſſe ad nudum literæ ſenſum obſervari; cùm nullum animal per integrum diem ſedere poſſit, & à ſeſſu ſe non commovere. Eam ob rem qui de circumciſione ſunt, & qui nihil niſi quod dictio præ ſe fert in divinis literis ſignificari volunt, de aliquibus nè leviſſimè quidem inquirendum putant, ut quæ de tragelapho, gryphe, & vulture ſcripta ſunt; in aliquibus meras nugas & alienarum commentationum frigidiſſimas argutias afferunt, quemadmodum de Sabbato, locum unicuique bis mille cubitis definitum eſſe dicentes. Alii, quos inter eſt Doſitheus Samareus, tali damnatâ expoſitione arbitrantur, quo in ſtatu ſitúque corporis aliquis à die Sabbati fuerit interceptus, in eo ad veſperam manendum. Sed neque fieri poteſt, ut onus aliquod non tollatur in Sabbato; hinc ad infinitas fabulas Judæorum doctores deſluxerunt, onus eſſe talem calceum, ſed non illum; putà ſuffixas clavis ſoleas onus eſſe, non eſſe ſine clavis; ſic quod uno humero geſtatur, non quod utroque pro onere habendum. Jam verò ſi ad Evangelium aggreſſi ſimilia expendamus; quid à ratione disjunctius aut inhumanius hoc ipſo, *Neminem per viam ſalutaveritis*, quod Apoſtolis præcepiſſe Servatorem ſimpliciores exiſtimant? Sed & cùm dextra maxilla percuti dicitur, res eſt ab omni percutiente alieniſſima, cùm dextrâ manu, niſi præter naturam paſſus aliquid fuerit, ſiniſtram maxillam feriat. Neque poteſt id ab Evangelio intelligi, quomodo dexter oculus offenſioni ſit: ut enim concedamus poſſe aliquem videndo prolabi & offendere, cur cùm duo oculi videant, crimen in dextrum transferendum eſt? Quis verò cùm ſe in eo damnat, quòd mulierem viderit ad concupiſcendum, cauſam regerens in unum dextrum oculum, hunc ipſum meritò eruat & abjiciat? Sed & Apoſtolus præcipit dicens, *Circumciſus vocatus eſt aliquis? nè præputium adducat*. Primùm enim quilibet hæc abs re prætérque propoſitum dicere Apoſtolum videbit. Nam quomodo de nuptiis & caſtitate præcipiens non videatur hæc temere interpoſuiſſe? Deinde quis peccare illum dixerit, qui ſe ad recutiendum ſeu ad revocandum præputium dederit, ob eam, quam in circumciſione fœditatem eſſe vulgus putat? Hæc omnia à nobis dicta ſunt, ut oſtendamus, divinæ potentiæ, cùm nobis ſacras literas traderet, propoſitum fuiſſe

fuiſſe ut non ſola acciperemus ea, quæ à dictione veluti porriguntur; cùm interdum hæc ſi ad verbum ſumantur, minimè vera ſint, ſed & abſurda, neque fieri poſſint: cum aliqua rerum geſtarum hiſtoriæ attexta eſſe, itémque iis legibus quæ nudâ voce utilia præcipiunt. Sed nè quis de omnibus ità ſentire nos putet, ut quia aliqua geſta non ſunt omnem Scripturæ hiſtoriam tollamus, aut quaſi nulla lex ad verbum ſervanda ſit, quòd aliqua ſecundùm literam rationi pugnare, nec impleri poſſe videatur, aut quæ de Servatore ſcripta ſunt ad ſenſum vera non eſſe, aut nullam ipſius legem aut præceptum ſervandum eſſe; dicendum eſt nobis planè ob oculos verſari, in aliquibus veram eſſe hiſtoriam. Quemadmodum Abraam in duplici ſpelunca ſepultum eſſe in Chebrom, ut & Iſaac, & Jacob, & horum unam conjugem, Sicema Joſeph partem fuiſſe attributam, Hieroſolymam principem eſſe Judææ civitatem, in qua ædificatum à Salomone fuerat templum Dei; & alia ſexcenta. Multò enim plura ſunt ad literam & hiſtoriam vera, quàm quæ merè ſpiritualia illis attexta ſunt. Rurſum nemo non dixerit mandatum hoc, *Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut bene tibi ſit*, nudè & ſine altiore intelligentia, utile eſſe ac ſervandum, cùm & hoc ipſum Paulus totidem verbis recitârit. Quid dicendum eſt de mandato, *Non mœchaberis, Non occides, Non furtum facies, Non dices falſum teſtimonium*? Et in Evangelio mandata quædam ſcripta ſunt, de quibus non quæritur, ſintne ad verbum obſervanda nécne: cujuſmodi illud eſt, *Ego dico vobis, quicumque iratus fuerit fratri ſuo*, & quæ ſequuntur: &, *Ego dico vobis non jurare omnino*. Et cuſtodiendum eſt id Apoſtoli: *Commonefacite*, inquit, *inquietos, & conſolamini qui puſillo animo ſunt: ſuſtinete infirmos, patientes eſtote erga omnes*. Siquidem ambitioſi ſingula hæc ſervare poſſunt, ità ut ab altitudine ſapientiæ Dei nudus literæ ſenſus non recedat. Quare attentus & diligens in aliquibus hærebit ac diſtrahetur, cùm ſine multo examine declarare non poſſit, an quæ hiſtoria putatur eſſe ità ut narratur acciderit, nécne; hujúſne legis verba ſervanda ſint, aut ſecùs. Quamobrem oportet eum, qui in divinis libris diligentem operam ponit, ex hoc edicto Servatoris, *Scrutamini ſcripturas*, diligenter explorare quando verum ſit quod litera ſonat, quando fieri non poſſit; & quoad ejus eſt, ſimilibus vocibus ubique diffuſam Scripturæ ſententiam ab eo, quod ſecundùm literam fieri non poteſt, dijudicare. Quoniam igitur, ut manifeſtum erit attentè legentibus, nulla

περιεσπάσμένα μόνα ἐκλαμβάνειν· ἐνίοτε τούτων, ὅσον ἐπὶ τῷ ῥητῷ, ὐκ ἀληθῶν, ἀλλὰ καὶ ἀλόγων καὶ ἀδυνάτων τυγχανόντων· καὶ ὅτι προσύφανταί τινα τῇ γεγενημένῃ ἱστορίᾳ, καὶ τῇ κατὰ τὸ ῥητὸν χρησίμῳ νομοθεσίᾳ. ἵνα δὲ μὴ ὑπολάβῃ τις ἡμᾶς ἐπὶ πάντων τοῦτο λέγειν, ὅτι ὐδεμία ἱστορία γέγονεν, ἐπεί τις ὐ γέγονε· καὶ ὐδεμία νομοθεσία κατὰ τὸ ῥητὸν τηρητέα ἐστὶν, ἐπεί τις κατὰ τὴν λέξιν ἄλογος τυγχάνει, ἢ ἀδύνατος· ἢ ὅτι τὰ περὶ τοῦ Σωτῆρος γεγραμμένα κατὰ τὸ αἰσθητὸν ὐκ ἀληθεύεται· ἢ ὅτι μηδεμίαν νομοθεσίαν αὐτοῦ καὶ ἐντολὴν φυλακτέον· λεκτέον ὅτι σαφῶς ἡμῖν παρίσταται, περί τινων τὸ τῆς ἱστορίας εἶναι ἀληθές. ὡς ὅτι Ἀβραὰμ ἐν τῷ διπλῷ σπηλαίῳ ἐτάφη ἐν Χεβρὼμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ ἑκάστου τούτων μία γυνή· καὶ ὅτι Σίκημα μερὶς δέδοται τῷ Ἰωσὴφ, καὶ Ἱερουσαλὴμ μητρόπολίς ἐστι τῆς Ἰουδαίας, ἐν ᾗ ᾠκοδόμητο ὑπὸ Σολομῶντος ναὸς Θεοῦ· καὶ ἄλλα μυρία. πολλῷ γὰρ πλείονά ἐστι τὰ κατὰ τὴν ἱστορίαν ἀληθευόμενα τῶν προσυφανθέντων γυμνῶν πνευματικῶν. πάλιν τε αὖ τίς ὐκ ἂν εἴποι τὴν λέγουσαν ἐντολὴν, Τίμα τὸν πατέρα, καὶ τὴν μητέρα, ἵνα εὖ σοι γένηται, χωρὶς πάσης ἀναγωγῆς χρησίμην τυγχάνειν καὶ τηρητέαν γε, καὶ τοῦ ἀποστόλου Παύλου χρησαμένου ταύτῃ αὐτολεξεί; τί δὲ δεῖ λέγειν περὶ τοῦ, Οὐ μοιχεύσεις, Οὐ φονεύσεις, Οὐ κλέψεις, Οὐ ψευδομαρτυρήσεις; καὶ πάλιν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ἐντολαί εἰσι γεγραμμέναι, ὐ ζητούμεναι πότερον αὐτὰς κατὰ τὴν λέξιν τηρητέον ἢ ὔ· ὡς ἡ φάσκουσα, Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὃς ἐὰν ὀργισθῇ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ, Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ ὀμόσαι ὅλως. καὶ παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ τὸ ῥητὸν τηρητέον, Νουθετεῖτε τοὺς ἀτάκτους, παραμυθεῖσθε τοὺς ὀλιγοψύχους, ἀντέχεσθε τῶν ἀσθενούντων, μακροθυμεῖτε πρὸς πάντας. εἰ καὶ παρὰ τοῖς φιλοτιμοτέροις δύναται σώζειν ἕκαστον αὐτῶν, μετὰ τοῦ μὴ ἀθετεῖσθαι τὴν κατὰ τὸ ῥητὸν ἐντολὴν βάθη Θεοῦ σοφίας. ὁ μέντοι γε ἀκριβὴς ἐπί τινων περιελκυσθήσεται, χωρὶς πολλῆς βασάνου μὴ δυνάμενος ἀποφήνασθαι πότερον ἥδε ἡ νομιζομένη ἱστορία γέγονε κατὰ τὴν λέξιν ἢ ὔ· καὶ τῆσδε τῆς νομοθεσίας τὸ ῥητὸν τηρητέον ἢ ὔ. Διὰ τοῦτο δεῖ ἀκριβῶς τὸν ἐντυγχάνοντα, τηροῦντα τὸ τοῦ Σωτῆρος πρόσταγμα τὸ λέγον, Ἐρευνᾶτε τὰς γραφὰς, ἐπιμελῶς βασανίζειν, πῆ τὸ κατὰ τὴν λέξιν ἀληθές ἐστιν, καὶ πῆ ἀδύνατον, καὶ, ὅση δύναμις, ἐξιχνεύειν ἀπὸ τῶν ὁμοίων φωνῶν τὸν πανταχοῦ διεσπαρμένον τῆς γραφῆς νοῦν τοῦ κατὰ τὴν λέξιν ἀδυνάτου. Ἐπεὶ τοίνυν, ὡς σαφὲς ἔσται τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ἀδύ-

Exod. 20. 12.
Epheſ. 6. 2.
Exod. 20. 13, 14, 15, 16.
Matth. 5. 22.
Ibid. v. 34.
1 Theſſ. 5. 14.
Joan. 5. 39.

νατον,

ναὶ μὲν ὁ ὡς πρὸς τὸ ῥητὸν εἱρμὸς, οὐκ ἀδύνατος δὲ, ἀλλὰ καὶ ἀληθὴς ὁ προηγούμενος, ὅλον τὸν νοῦν φιλοπονησάμενος καταλαμβάνειν, συνείροντα τὸν περὶ τῶν κατὰ τὴν λέξιν ἀδυνάτων λόγων νοητῶς τοῖς οὐ μόνον ἀδυνάτοις, ἀλλὰ καὶ ἀληθέσι κατὰ τὴν ἱστορίαν, συναλληγορουμένοις τοῖς, ὅσον ἐπὶ τῇ λέξει, μὴ γεγενημένοις. διακείμεθα γὰρ ἡμεῖς περὶ πάσης τῆς θείας γραφῆς, ὅτι πᾶσα μὲν ἔχει τὸ πνευματικὸν, οὐ πᾶσα δὲ τὸ σωματικόν· πολλαχοῦ γὰρ ἐλέγχεται ἀδύνατον ὂν τὸ σωματικόν. διόπερ πολλὴν προσοχὴν συνεισακτέον τῷ εὐλαβῶς ἐντυγχάνοντι ὡς θείοις γράμμασι ταῖς θείαις βίβλοις· ὧν ὁ χαρακτὴρ τῆς νοήσεως τοιοῦτος ἡμῖν φαίνεται. ἔθνος τι ἐπὶ γῆς ἀπαγγέλλουσιν οἱ λόγοι ἐξειλέχθαι τὸν Θεὸν, ὃ καλοῦσιν ὀνόματι πλείοσι. καλεῖται γὰρ τοῦτο τὸ πᾶν ἔθνος Ἰσραήλ· λέγεται δὲ καὶ Ἰακώβ. ὅτε δὲ διῄρητο κατὰ τοὺς χρόνους Ἱεροβοὰμ, υἱοῦ Ναβὰτ, αἱ μὲν ὑπὸ τούτῳ φυλαὶ δέκα ὠνομάσθησαν Ἰσραήλ· αἱ δὲ λοιπαὶ δύο καὶ ἡ Λευιτικὴ, ὑπὸ τῶν ἐκ σπέρματος τοῦ Δαβὶδ βασιλευόμεναι, Ἰούδας. ὁ δὲ σύμπας τόπος, ὃν ἐνέμοντο οἱ ἀπὸ τοῦ ἔθνους, δεδομένος αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καλεῖται Ἰουδαία, ἧς μητρόπολις Ἱερουσαλήμ· μητρόπολις δηλονότι πλειόνων πόλεων, ὧν τὰ ὀνόματα πολλαχοῦ μὲν καὶ ἄλλοθι διεσπαρμένως κεῖται, ὑφ' ἓν δὲ καταλελεγμέναι εἰσὶν ἐν Ἰησοῦ τῷ τοῦ Ναυῆ. τούτων οὕτως ἐχόντων, ὑψῶν τὸ διανοητικὸν ἡμῶν ὁ Ἀπόστολός φησί
1 Cor. 10.18. που, Βλέπετε τὸν Ἰσραὴλ κατὰ σάρκα· ὡς ὄντος τινὸς Ἰσραὴλ κατὰ πνεῦμα. καὶ ἀλλαχοῦ λέγει,
Rom. 9. 8. Οὐ γὰρ τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς ταῦτα τέκνα τοῦ
Ibid. v. 6. Θεοῦ· οὐδὲ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ οὗτοι Ἰσραήλ.
Rom. 2. 29, 30. ἀλλ' οὐδὲ ὁ ἐν τῷ φανερῷ Ἰουδαῖός ἐστιν, οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ ἐν σαρκὶ περιτομή· ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι. εἰ γὰρ ἡ κρίσις τοῦ Ἰουδαίου ἐκ τοῦ κρυπτοῦ λαμβάνεται, νοητέον ὅτι ὥσπερ Ἰουδαίων σωματικόν ἐστι γένος, οὕτω τῶν ἐν κρυπτῷ Ἰουδαίων ἐστί τι ἔθνος, τῆς ψυχῆς τὴν εὐγένειαν ταύτην κατά τινας λόγους ἀπορρήτους κεκτημένης. ἀλλὰ καὶ πολλαὶ προφητεῖαι περὶ τοῦ Ἰσραὴλ καὶ τοῦ Ἰούδα προφητεύουσι, διηγούμεναι τὰ ἐσόμενα αὐτοῖς. καὶ οὐ δή που αἱ τοσαῦται τούτοις γεγραμμέναι ἐπαγγελίαι, ὅσον ἐπὶ τῇ λέξει ταπειναὶ τυγχάνουσαι, καὶ οὐδὲν ἀνάστημα παριστῶσαι, καὶ ἀξίωμα ἐπαγγελίας Θεοῦ, οὐχὶ ἀναγωγῆς μυστικῆς δέονται. εἰ δὲ αἱ ἐπαγγελίαι νοηταί εἰσι δι' αἰσθητῶν ἐπαγγελλόμεναι, καὶ ὅτι αἱ ἐπαγγελίαι, οὐ σωματικαί, καὶ ἵνα μὴ ἐπιδιατρίβωμεν τῷ λόγῳ τῷ περὶ τοῦ ἐν κρυπτῷ Ἰουδαίου, καὶ τοῦ περὶ τοῦ ἔσω ἀ-

poteſt eſſe ſeries ea, quæ quaſi ad literam pertinet; eſſe autem poteſt, ſed & revera eſt ordo principalis, qui totam Scripturæ mentem comprehendere ſtudet, quæ rationem eorum quæ juxta literam fieri non poſſunt per ſpiritum connectit iis, quæ non modò non impoſſibilia ſunt, ſed & ſecundùm hiſtoriam vera; quæque cum iis, quæ ad literam geſta non ſunt, interiorem ſenſum includunt, & per allegoriam dicuntur. Sic enim de univerſa Scriptura ſtatuimus, omnes ejus locos ſenſum habere ſpiritûs, non omnes corporeum: ſæpenumero enim corporeum non poſſe fieri argumentis oſtendimus. Quare multam adhibere curam atque attentionem neceſſe eſt eum, qui in divinis libris ut divinis ſcriptis cautè religioſéque verſatur: quorum nobis intelligentiæ forma talis apparet. Gentem quamdam è terra Deum elegiſſe Scripturæ commemorant, quam non uno nomine appellant. Univerſus enim ille populus vocatur Iſrael; dicitur & Jacob. Cùm verò temporibus Hieroboam, filii Nabat, diviſa eſt illa gens, quæ illi paruerunt tribus decem Iſrael appellatæ ſunt; reliquæ duæ & Levitica, quibus præerant reges ex ſtirpe David, Juda nominatæ ſunt. Totum autem, quod inſedit illa gens, loci ſpatium, illi à Deo attributum, appellatur Judæa, cujus caput Hieruſalem; princeps videlicet multarum vrbium, quarum nomina in aliis Scripturæ libris crebrò diſperſa ſunt, collecta verò in libro Jeſu filii Nave leguntur. Hæc cùm ità ſe habeant, intelligentiam noſtram erigens Apoſtolus ait alicubi, *Videte Iſraël ſecundùm carnem*: tanquam ſit Iſrael ſecundùm ſpiritum. Et alibi, *Non enim filii carnis ideo filii ſunt Dei; neque omnes qui ex Iſrael, idcirco Iſraelitæ ſunt: ſed neque qui in aperto eſt Judæus, nec quæ propalàm eſt in carne circumciſio; ſed qui in occulto Judæus, & circumciſio cordis in ſpiritu, non in litera.* Si enim Judæus, ab eo qui latet, dijudicatur, cogitandum eſt, quomodo Judæorum corporeum eſt genus, ſic Judæorum qui in occulto ſunt certam eſſe gentem, animâ videlicet hanc nobilitatem arcanis quibuſdam rationibus obtinente. Sed & multa Prophetarum teſtimonia de Iſrael & Juda præſignificant quæ ipſis ſunt eventura. Quaſi verò tot illis ſcriptæ promiſſiones, quæ verbis nihil magni, nihil excelſi ſonant, nec divini promiſſi majeſtatem præ ſe ferunt, arcanâ & interiori contemplatione non egeant. Quòd ſi promiſſa ejuſmodi intellectu percipiuntur, quæ per res ſenſibus expoſitas exhibentur, certè quibus promiſſa ſunt, corporei non ſunt. Et nè dilatemus hunc de occulto Judæo & interiori homine

homine Iſraelitâ ſermonem, cùm & hæc omnibus niſi ſtupore oppreſſis ſufficiant, ad inſtitutum diſputationis curſum nos reflectimus, & dicimus Jacob patrem eſſe duodecim Patriarcharum, hos populi principum, à quibus deinde omnes Iſraelitæ. Num igitur ſecundùm carnem Iſraelitæ ad principes populi genus referunt? hi ad Patriarchas? Patriarchæ ad Jacob & ſuperiores? Qui autem ratione intelliguntur Iſraelitæ, quorum figura erant corporei, nunquid de populis ſunt, cùm à tribubus populi, tribus ab uno quopiam provenerint, cujus non ſit ejuſmodi corporea generatio, ſed longè præſtantior: cùm & is natus eſſet ex Iſaac, qui ex Abraam deſcenderat, revocatis omnibus ad Adam, quem Apoſtolus Chriſtum eſſe pronuntiat. Omnis enim origo gentium & familiarum, quæ ad omnium Deũ referuntur, ſecundùm omnium Deum & patrem, à Chriſto incepit, qui ſic univerſæ animæ pater eſt, ut Adam univerſorum hominum. Quòd ſi & Evam affabrefecit Apoſtolus & ad Eccleſiam retulit, non mirum eſt Cain ex Eva prognatum, & deinceps omnes, qui ad Evam referuntur, figuras eſſe Eccleſiæ; cùm omnes ex Eccleſia principali ratione nati ſint. Si verò terrorem injiciunt, quæ de Iſrael, & de tribubus, & populis ipſius nobis dicta ſunt, cùm Servator prædicet, *Non ſum miſſus niſi ad oves, quæ perierunt domûs Iſrael*, non hæc accipimus ut mentis inopes Ebionæi, qui ab inopia conſilii nomen ſuum ducunt; (Ebio enim pauper Hebræis appellatur:) ut exiſtimemus corporeorum Iſraelitarum causâ potiſſimùm Chriſtum adveniſſe: non enim filii carnis, filii ſunt Dei. Rurſus Apoſtolus de Hieruſalem hujuſmodi quæpiam docet, *Cœleſtem Hieruſalem liberam eſſe, quæ mater noſtra eſt*: & in alia Epiſtola, *Sed perveniſtis ad montem Sion, civitatem Dei viventis, Hieruſalem cœleſtem, ad myriadas angelorum, ad celebritatem, ad Eccleſiam primogenitorum, qui deſcripti ſunt in cœlis.* Si igitur eſt de genere animarum Iſrael, & in cœlo quædam civitas eſt Hieruſalem, conſequens eſt civitates Iſrael habere principem, quæ in cœlis eſt Hieruſalem, ut toti Judææ reſpondeat. Quæcunque igitur de Hieruſalem præſignificantur, & dicuntur de ipſa à Deo, audiamus tanquam Deum, & ſapientiam pronuntiantem. De cœleſti civitate, & de omni ſpatio, quod continet terræ ſanctæ civitates, intelligendum eſt Scripturas loqui. Fortaſſe enim Servator ad illas nos evehens civitates, eos, qui minas quinque bene adminiſtraverunt,

θρώπου Ἰσραηλίτου, καὶ τούτων αὐταρκῶν ὄντων
τοῖς μὴ ἀκινήτοις, ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανερ-
χόμεθα, καί φαμεν τὸν Ἰακὼβ πατέρα εἶναι τῶν
δώδεκα πατριαρχῶν, κἀκείνους τῶν δημάρχων,
καὶ ἔτι ἐκείνους τῶν ἑξῆς Ἰσραηλιτῶν. ἆρ' οὖν
οἱ μὲν σωματικοὶ Ἰσραηλῖται τὴν ἀναγω-
γὴν ἔχουσιν ἐπὶ τοὺς δημάρχους; καὶ οἱ δήμαρ-
χοι πρὸς τοὺς πατριάρχας; οἱ δὲ πατριάρχαι
πρὸς τὸν Ἰακὼβ καὶ τοὺς ἔτι ἀνωτέρω; οἱ δὲ νοη-
τοὶ Ἰσραηλῖται, ὧν τύποι ἦσαν οἱ σωματικοί,
οὐχὶ ἐκ δήμων εἰσί, τῶν δήμων ἐκ φυλῶν ἐλη-
λυθότων, καὶ τῶν φυλῶν ἀπὸ ἑνός τινος, γένεσιν
οὐ τοιαύτην σωματικὴν ἔχοντος, ἀλλὰ τὴν
κρείττονα· γεγενημένου κἀκείνου ἐκ τοῦ Ἰσαὰκ,
καταβεβηκότος κἀκείνου ἐκ τοῦ Ἀβραὰμ, πάν-
των ἀναγομένων ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ, ὃν ὁ Ἀπόστολος
εἶναί φησι τὸν Χριστόν. πᾶσα γὰρ ἀρχὴ πατριῶν τῶν
ὡς πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν κατωτέρω ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ
ἤρξατο τοῦ μετὰ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν καὶ πατέρα· οὕτω
πατρὸς ὄντος πάσης ψυχῆς, ὡς Ἀδὰμ πατήρ ἐστι
πάντων ἀνθρώπων. εἰ δὲ καὶ ἡ Εὔα ἐπιτέτακται
τῷ Ἀποστόλῳ εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀναγομένη, οὐ
θαυμαστὸν τὸν Κάϊν ἐκ τῆς Εὔας γεγενημένου, καὶ
πάντων τῶν ἑξῆς, ἀναγωγὴν ἐχόντων ἐπὶ τὴν Εὔαν,
ἐκτυπώματα τῆς ἐκκλησίας τυγχάνειν· πάντων ἀπὸ
τῆς ἐκκλησίας προηγουμένῳ λόγῳ γεγενημένων.
εἰ δὲ πληκτικά ἐστι τὰ περὶ τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ τῶν φυ-
λῶν, καὶ τῶν δήμων αὐτοῦ ἡμῖν εἰρημένα, ἐπὰν
φάσκῃ ὁ Σωτὴρ, Οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ Matth. 15.24.
πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ· οὐκ ἐ-
λαμβάνομεν ταῦτα ὡς οἱ πτωχοὶ τῇ διανοίᾳ
Ἐβιωναῖοι τῆς πτωχείας τῆς διανοίας ἐπώνυ-
μοι (Ἐβίων γὰρ ὁ πτωχὸς παρ' Ἑβραίοις ὀνομά-
ζεται.) ὥστε ὑπολαβεῖν ἐπὶ τοὺς σαρκίνους Ἰσ-
ραηλίτας προηγουμένως τὸν Χριστὸν ἐπιδεδημη-
κέναι. οὐ γὰρ τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς ταῦτα τέκνα τοῦ Rom. 9. 8.
Θεοῦ. πάλιν ὁ Ἀπόστολος περὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ
τοιαῦτά τινα διδάσκει, ὅτι ἡ ἄνω Ἱερουσαλὴμ
ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν· καὶ ἐν
ἄλλῃ ἐπιστολῇ, Ἀλλὰ προσεληλύθατε Σιὼν Hebr. 12. 22,
ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπου- 23.
ρανίῳ, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων, πανηγύρει, ἐκ-
κλησίᾳ πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρα-
νοῖς. εἰ τοίνυν ἐστὶν ἐν ψυχῶν γένει ὁ Ἰσραὴλ,
καὶ ἐν οὐρανῷ τις πόλις Ἱερουσαλὴμ, ἀκολουθεῖ τὰς
πόλεις Ἰσραὴλ μητροπόλει χρῆσθαι τῇ ἐν οὐρα-
νοῖς Ἱερουσαλὴμ, ἀκολούθως τῇ πάσῃ Ἰουδαίᾳ.
ὅσα τοίνυν προφητεύεται περὶ Ἱερουσαλὴμ,
καὶ λέγεται περὶ αὐτῆς ἐκ Θεοῦ, ὡς Θεοῦ ἀκούω-
μεν, καὶ σοφίαν φθεγγομένου. περὶ τῆς ἐπουρανίου
πόλεως καὶ παντὸς τοῦ τόπου τοῦ περιεκτικοῦ τῶν
πόλεων τῆς ἁγίας γῆς, νοητέον τὰς γραφὰς ἀπ-
αγγέλλειν. τάχα γὰρ ὁ Σωτὴρ ἐπ' ἐκείνας ἡ-
μᾶς ἀνάγων τὰς πόλεις, τοῖς εὐδοκιμήσασιν

ἐν τῷ τὰς μνᾶς καλῶς ᾠκονομηκέναι, ἐπιστασίαν δίδωσι πέντε ἢ δέκα πόλεων. εἰ τοίνυν αἱ προφητεῖαι αἱ περὶ Ἰουδαίας, καὶ περὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ Ἰσραὴλ, καὶ Ἰούδα, καὶ Ἰακὼβ, μὴ σαρκίνως ἡμῶν ἐκλαμβανόντων ταῦτα, μυστήρια τοιάδε τινὰ ὑποβάλλουσιν, ἀκόλουθον ἂν εἴη καὶ τὰς προφητείας τὰς περὶ Αἰγύπτου καὶ Αἰγυπτίων, καὶ Βαβυλῶνος καὶ Βαβυλωνίων, καὶ Τύρου καὶ Τυρίων, καὶ Σιδῶνος καὶ Σιδωνίων, ἢ τῶν λοιπῶν ἐθνῶν, μὴ μόνον περὶ τῶν σωματικῶν τούτων Αἰγυπτίων, καὶ Βαβυλωνίων, καὶ Τυρίων, καὶ Σιδωνίων προφητεύειν, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν νοητῶν. εἰ γὰρ Ἰσραηλῖται νοητοὶ, ἀκόλουθον καὶ Αἰγυπτίους εἶναι καὶ Βαβυλωνίους νοητούς· οὐδὲ γὰρ πάνυ ἁρμόζειν τὰ ἐν τῷ Ἰεζεκιὴλ λεγόμενα περὶ Φαραὼ, βασιλέως Αἰγύπτου, ἀνθρώπου τινὸς ἄρξαντος ἢ ἄρξοντος τῆς Αἰγύπτου λέγεσθαι, ὡς δῆλον ἔσται τοῖς παρατηρουμένοις. ὁμοίως, τὰ περὶ τοῦ ἄρχοντος Τύρου οὐ δύναται νοεῖσθαι περί τινος ἀνθρώπου ἄρξαντος τῆς Τύρου. καὶ τὰ περὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ πολλαχοῦ λεγόμενα, καὶ μάλιστα ἐν τῷ Ἠσαΐᾳ, οὐχ οἷόν τε ἐκλαβεῖν περὶ τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου· οὔτε γὰρ ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὔτε ἑωσφόρος ἦν, οὐδὲ πρωῒ ἀνέτελλεν ἐπὶ τὴν γῆν ὁ Ναβουχοδονόσορ ὁ ἄνθρωπος. οὐ μὴν οὐδὲ τὰ λεγόμενα ἐν τῷ Ἰεζεκιὴλ περὶ Αἰγύπτου, ὡς τεσσαράκοντα ἔτεσιν ἐρημωθησομένου, ὥστε πόδα ἀνθρώπου μὴ εὑρεθῆναι ἐκεῖ, καὶ ὡς ἐπὶ τοσοῦτον πολεμηθησομένης ποτὲ, ὥστε τὸ αἷμα δι' ὅλης αὐτῆς γενέσθαι μέχρι τῶν γονάτων, νοῦν τις ἔχων ἐκλήψεται περὶ τῆς παρακειμένης Αἰγύπτου τοῖς τὰ σώματα ὑπὸ ἡλίου μεμελασμένοις Αἰθίοψι.

Καὶ μεθ' ἕτερα.

Τάχα δὲ, ὥσπερ οἱ ἐντεῦθεν κατὰ τὸν κοινὸν θάνατον ἀποθνήσκοντες ἐκ τῶν ἐνταῦθα πεπραγμένων οἰκονομοῦνται, εἰ κριθεῖεν ἄξιοι τοῦ καλουμένου χωρίου ᾅδου, τόπων διαφόρων τυγχάνειν κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῶν ἁμαρτημάτων· οὕτως οἱ ἐκεῖθεν, ἵν' οὕτως εἴπω, ἀποθνήσκοντες εἰς τὸν ᾅδην τοῦτον καταβαίνουσι κρινόμενοι ἄξιοι τῶν τοῦ παντὸς περιγείου τόπου διαφόρων οἰκητηρίων βελτιόνων ἢ χειρόνων· καὶ παρὰ τοῖσδε ἢ τοῖσδε τοῖς πατράσιν· ὡς δύνασθαι ποτὲ Ἰσραηλίτην πεσεῖν ἐς Σκύθας, καὶ Αἰγύπτιον εἰς τὴν Ἰουδαίαν κατελθεῖν. πλὴν ὁ
Matth. 15. 24. Σωτὴρ συναγαγεῖν ἦλθεν τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ· καὶ πολλῶν ἀπὸ τοῦ Ἰσραὴλ μὴ εἰξάντων τῇ διδασκαλίᾳ αὐτοῦ, οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν καλοῦνται. κέκρυπται δὲ, ὡς
Matth. 13. 44. ἡγούμεθα, ἐν ταῖς ἱστορίαις ταῦτα· Καὶ γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ὁμοία ἐστὶ θησαυρῷ κεκρυμμένῳ ἐν τῷ ἀγρῷ, ὃν εὑρὼν ἄνθρωπος ἔκρυψε, καὶ ἀπὸ τῆς χαρᾶς αὐτοῦ ὑπάγει, καὶ πάντα ὅσα ἔχει πωλεῖ, καὶ ἀγοράζει τὸν ἀγρὸν ἐκεῖνον.

quinque aut decem civitatibus præficit. Si igitur Prophetarum vaticinia de Judæa, Hieruſalem, Iſrael, Judâ, & Jacob, modò nè ſecundùm carnem hæc intelligamus, myſteria tanta ſubjiciunt, neceſſe eſt, Prophetarum oracula de Ægypto & Ægyptiis, Babylone & Babyloniis, Tyro & Tyriis, Sidone & Sidoniis, aut de reliquis gentibus, non ſolùm de corporatis hiſce Ægyptiis, Babyloniis, Tyriis, Sydoniis præſagire, ſed de iis qui ſecundùm intelligentiam. Si enim ſunt mente Iſraelitæ, conſequens eſt mente Ægyptios & Babylonios eſſe: neque enim omnino convenit ut quæ in Iezechiele de Pharaone Ægypti rege dicuntur, de homine aliquo dicantur, qui Ægypto imperârit vel ei ſit imperaturus, ut planum erit obſervantibus. Ad hunc modum, quæ de principe Tyri ſcribuntur, de homine aliquo qui Tyri principatum geſſerit intelligi non poſſunt. Tum quæ de Nabuchodonoſore pluribus locis dicuntur, maximè in Eſaia, de illo homine accipi non poſſunt: neque enim de cœlo delapſus erat, neque Lucifer erat, neque manè oriebatur ſuper terram Nabuchodonoſor homo. Sed nec quæ apud Jezechielem de Ægypto habentur, annis quadraginta exterminatum iri, ut neque hominis veſtigium ibi reperiretur, & bello itâ devaſtatum iri, ut per eam totam ſanguis ad hominis genua exundaret: hoc nemo ſanæ mentis intellexerit de ea Ægypto, quæ Æthiopibus ſole aduſtis & ardore denigratis aſſita eſt.

Et aliis interjectis.

Forſan autem, quemadmodum qui hinc communi fato diſcedunt, pro rebus hìc geſtis locum obtinent, ſi judicentur digni regione Orci, quam vocant, diverſa loca pro ratione criminum ſortiuntur: ſic qui illìc, ut itâ dicam, moriuntur, in Orcum hunc deſcendunt digni judicati diverſis domiciliis commodioribus aut deterioribus totius terræ circumjecti ſpatii: idque apud hos & illos patres, ut quidem poſſit Iſraelites in Scythas incidere, & Ægyptius in Judæam devenire: cúmque Servator venerit congregaturus oves, quæ perierant, domûs Iſrael: cúmque multi de Iſrael doctrinæ ipſius non acquieverint, vocantur *Qui è gentibus*. Abſtruſa porrò hæc ſunt, ut exiſtimamus, in hiſtoriis: *Regnum enim cœlorum ſimile eſt theſauro defoſſo in agro, quem repertum homo abſcondit, & præ gaudio illius ſubducit ſe, & vendit quæcunque habet, & emit agrum illum.*

Attendamus

Attendamus igitur, an quod oculis videtur, quódque eminet in Scriptura & ad manum eſt, ſit omnis ager plenus omnis generis arboribus: quæ autem repoſita ſunt, nec ab omnibus videntur, ſed veluti ſub illis quæ cernuntur arboribus defoſſa ſunt, theſauri ſint ſapientiæ & cognitionis abſconditi; quos quidem ſpiritus per Eſaiam *obſcuros, non viſibiles, & abſconditos* vocat; cùm ſolus Deus poſſit, quæ ipſos concludunt, portas æreas conterere, & ferreos vectes portis appoſitos confringere, ubi inveniantur quæcunque in Geneſi de diverſis & veris animorum generibus, & veluti ſeminibus, quæ prope Iſrael vel procul ſunt, continentur: & in Ægyptum profectio ſeptuaginta animarum, ut ibi ad multitudinem cœli ſtellarum augeantur. Sed quoniam non omnes qui ex ea gente lumen ſunt mundi, non enim omnes qui ex Iſrael, hi Iſrael ſunt, ex ſeptuaginta, & ut arena quæ ad littus eſt maris innumerabilis, multiplicantur. Ut autem omnia Dei dona, multis partibus majora ſunt mortali quâvis ſubſtantiâ; ità accurata ratio cognitionis horum omnium, quæ penès Deum eſt, qui hæc omnia ſcribi decrevit, volente patre Verbi, reperiri poteſt in ea mente, quæ cum omni ſtudio & conſcientia humanæ imbecillitatis in comprehendenda divina ſapientia, ſummopere ſit expurgata. Si quis verò confidentiùs ſeipſum projiciat, non cognito arcano ſapientiæ Dei, & Verbi, quod fuerat in principio apud Deum, & ipſum eſt Deus, nec animadvertens ſecundùm Verbum & Deum, & ſecundùm eam, quæ apud eum eſt, ſapientiam, hæc quærenda & invenienda eſſe; neceſſe quoque eſt ejuſmodi hominem, qui in fabulas, nugas & figmenta inciderit, ſe in impietatis periculum injicere. Quare in memoriam veniendum eſt præcepti ejus, quod in eam rem apud Solomonem in Eccleſiaſte habetur, *Ne feſtines proferre ſermonem coram Deo. Deus enim in cœlo ſurſum, & tu in terra deorſum: propterea ſint ſermones tui pauci.* Sed & convenit ſanctas literas nullum habere apicem Dei ſapientiâ vacuum, credere: qui enim mihi homini mandavit & dixit, *Non apparebis vacuus in conſpectu meo,* multò magis ipſe nihil vacuum dicet: ex abundantia enim & plenitudine illius cùm accepiſſent Prophetæ, dicunt, *Spirant omnia à plenitudine.* Et nihil eſt in Prophetarum oraculis, aut Lege, aut Evangelio, aut Apoſtolo, quod non ſit à plenitudine. Idcirco quoniam eſt à plenitudine, ſpirat plenitudinem iis, qui oculos habent, quibus cernuntur quæ

ἐπιστήσωμεν δὴ, εἰ μὴ τὸ βλεπόμενον τῆς γρα-
φῆς, καὶ τὸ ἐπιπόλαιον αὐτῆς καὶ πρόχειρον, ὁ
πᾶς ἐστιν ἀγρὸς πλήρης παντοδαπῶν τυγχάνων
φυτῶν· τὰ δὲ ἐναποκείμενα, καὶ οὐ πᾶσιν ὁρώ-
μενα, ἀλλ' ὡσπερεὶ ὑπὸ τὰ βλεπόμενα φυτὰ
κατορωρυγμένα, οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς
γνώσεως ἀπόκρυφοι· οὓς τινας τὸ πνεῦμα διὰ Eſaiæ 45.3.
τοῦ Ἡσαΐου σκοτεινοὺς, καὶ ἀοράτους, καὶ ἀποκρύ-
φους καλεῖ· Θεοῦ τοῦ μόνου δυναμένου τὰς κρυπτού-
σας αὐτοὺς πύλας χαλκᾶς συντρίψαι, καὶ τοὺς
σιδηροῦς ἐπικειμένους μοχλοὺς ταῖς θύραις συν-
θλάσαι, ἵν' εὑρεθῇ πάντα τὰ ἐν τῇ Γενέσει
περὶ τῶν διαφόρων ἀληθινῶν ψυχῆς γενῶν, καὶ
οἱονεὶ σπερμάτων, ἐγγύς που τοῦ Ἰσραὴλ ἢ πόῤ-
ῥω τυγχανόντων· καὶ ἡ εἰς Αἴγυπτον κάθοδος
τῶν ἑβδομήκοντα ψυχῶν, ὅπως ἐκεῖ γένωνται Gen. 46.27.
ὡσεὶ τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τῷ πλήθει. ἀλλ' ἐπεὶ Gen. 22.17.
οὐ πάντες οἱ ἐξ αὐτῶν φῶς εἰσι τοῦ κόσμου, οὐ
γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ οὗτοι Ἰσραὴλ γίνον-
ται, ἐκ τῶν ἑβδομήκοντα, καὶ ὡσεὶ ἄμμος ἡ Ibid. v. eod.
παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης ἡ ἀναρίθμητος·
ὥσπερ δὲ πάντα τὰ τοῦ Θεοῦ δωρήματα εἰς
ὑπερβολὴν μείζονά ἐστι τῆς θνητῆς ὑποστάσεως·
οὕτω καὶ ὁ ἀκριβὴς λόγος τῆς περὶ πάντων τού-
των σοφίας, παρὰ τῷ Θεῷ, τῷ καὶ οἰκονομή-
σαντι ταῦτα γραφῆναι, τυγχάνων, θέλοντος
τοῦ πατρὸς τοῦ λόγου, γένοιτο ἂν ἐν τῇ ἄκρως
μετὰ πάσης φιλοτιμίας καὶ συναισθήσεως τῆς ἀν-
θρωπίνης ἀσθενείας τῇ περὶ τὴν κατάληψιν τῆς
σοφίας κεκαθαρμένῃ ψυχῇ. εἰ δέ τις προπε-
τέστερον ἑαυτὸν ἐπιδῷ, μὴ συνιδὼν τὸ ἀπόῤ-
ῥητον τῆς σοφίας τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ ἐν ἀρχῇ πρὸς Joan. 1.1.
τὸν Θεὸν λόγου, καὶ αὐτοῦ Θεοῦ ὄντος· καὶ ὅτι κατὰ
τὸν λόγον καὶ Θεὸν, καὶ κατὰ τὴν παρ' αὐτῷ σοφίαν,
ταῦτα καὶ ζητητέον, καὶ εὑρετέον· καὶ ἀνάγκη
τὸν τοιοῦτον, εἰς μυθολογίας καὶ φλυαρίας ἐκπί-
πτοντα καὶ ἀναπλασμοὺς, τῷ περὶ ἀσεβείας
ἑαυτὸν ὑποβάλλειν κινδύνῳ. διόπερ μνημονευ-
τέον καὶ τῆς παρὰ τῷ Σολομῶντι ἐν τῷ Ἐκ-
κλησιαστῇ περὶ τῶν τοιούτων ἐντολῆς, λέγοντι,
Μὴ σπεύσῃς τοῦ ἐξενεγκεῖν λόγον πρὸ προσώ- Eccles. 5.2.
που τοῦ Θεοῦ. ὅτι ὁ Θεὸς ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ
σὺ ἐπὶ τῆς γῆς κάτω· διὰ τοῦτο ἔσονται οἱ λό-
γοι σου ὀλίγοι. Πρέπει δὲ τὰ ἅγια γράμματα πι-
στεύειν μηδεμίαν κεραίαν ἔχειν κενὴν σοφίας
Θεοῦ· ὁ γὰρ ἐντειλάμενος ἐμοὶ τῷ ἀνθρώπῳ
καὶ λέγων, Οὐκ ὀφθήσῃ ἐνώπιόν μου κενὸς, πολ- Exod. 34.20.
λῷ πλέον αὐτὸς οὐδὲν κενὸν ἐρεῖ. ἐκ γὰρ τοῦ πλη-
ρώματος αὐτοῦ λαβόντες οἱ προφῆται λέγουσι,
Διὸ πάντα πνεῖ τῶν ἀπὸ πληρώματος. καὶ οὐδέν
ἐστιν ἐν Προφητείᾳ, ἢ Νόμῳ, ἢ Εὐαγγελίῳ, ἢ
Ἀποστόλῳ, ὃ οὐκ ἔστιν ἀπὸ πληρώματος. διὰ τοῦ-
το ἐπεὶ ἐστὶν ἀπὸ πληρώματος, πνεῖ τοῦ πλη-
ρώματος τοῖς ἔχουσιν ὀφθαλμοὺς βλέποντας τὰ

τοῦ πληρώματος, καὶ ὦτα ἀκούοντα τῶν ἀπὸ πληρώματος, καὶ αἰσθητήριον τῆς εὐωδίας τῶν ἀπὸ πληρώματος πνέον. ἐὰν δέ ποτε ἀναγινώσκων τὴν γραφὴν προσκόψῃς νοήματι, ὄντι καλῷ λίθῳ προσκόμματος καὶ πέτρᾳ σκανδάλου, αἰτιῶ σεαυτόν. μὴ ἀπελπίσῃς γὰρ τὸν λίθον τοῦτον τοῦ προσκόμματος καὶ τὴν πέτραν τοῦ σκανδάλου ἔχειν νοήματα· ὥστε τὸ ἂν γενέσθαι
Rom. 10. 11. τὸ εἰρημένον, Καὶ ὁ πιστεύων οὐ καταισχυνθήσεται. πίστευσον πρῶτον, καὶ εὑρήσεις ὑπὸ τὸν νομιζόμενον σκάνδαλον πολλὴν ὠφέλειαν ἁγίαν.

à plenitudine ſunt, & aures audientes ea, quæ à plenitudine, & inſtrumentum ſentiendi ſuaviſſimum odorem, qui è plenitudine exhalatur. Si verò interdum in legendis Scripturis offendas ad ſententiam, quæ eſt veluti lapis offenſionis & petra prolapſionis, accuſa teipſum. Neque verò dubitare ris ſententiis ineſſe lapidem hunc offenſionis, & petram ruinæ; ut fiat quod dictum eſt, *Qui crediderit non confundetur*: primùm crede, & ſub eo, quod putatur eſſe, offendiculo plurimum ſanctæ utilitatis invenies.

Ἐκ τῶν εἰς τὸν ν' Ψαλμὸν ἐξηγητικῶν. ἐν μέρει τῆς κατὰ τὸν Οὐρίαν ἱστορίας, τὴν ἀρχὴν ἀλληγορήσας, ἐπιφέρει.

E commentariis in Pſalmum 50. Poſtquam principium hiſtoriæ de Uria ad reconditum ſenſum rapuit, infert.

Εἰ δέ τῳ βίαιον εἶναι δοκεῖ τὸ ἐκ μέρους τὴν ἱστορίαν ἀλληγορῆσαι, μὴ ἐξομαλίσαι δὲ αὐτήν, δῆλον ὅτι ταῦτα μὲν μάτην λελέξεται, ἄλλα δὲ εἰς τὸν τόπον ζητητέον· εἰ μὴ ἄρα ἐπὶ πλέον τις βασανίσας τὰ κατὰ τὸν τόπον, εὕροι πάντα ἀποκαταστῆσαι, καὶ τὰ περὶ τὸν ἀναιρεθέντα ἄνδρα καὶ τὴν δοκοῦσαν αὐτοῦ χρηστότητα· μὴ βουλόμενον εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ γενέσθαι καὶ ἀναπαύσασθαι, τοῦ λαοῦ ἐν στρατοπέδῳ τυγχάνοντος καὶ ἀγωνιῶντος. Οὐκ οἶδα δὲ πῶς οἱ φεύγοντες τὴν ἐν τόποις ἀλληγορίαν, καὶ τὴν λέξιν δι' ἑαυτὴν ἀναγεγράφθαι νομίζοντες, παραστήσονται τῷ βουλήματι τοῦ ἁγίου πνεύματος πράγματα ἀναγραφῆς ἀξιώσαντος· ἐφ' οἷς οὐ μόνον ἀκολασία, ἀλλὰ καὶ ὠμότης καὶ ἀπανθρωπία κατηγορεῖται τοῦ Δαβίδ, τολμήσαντος εἰς τὸν Οὐρίαν πρᾶγμα ἀλλότριον καὶ τοῦ τυχόντος
Sap. 17. 1. ἤθους μετρίως βελτιωθέντος. ἐγὼ δὲ εἴποιμι ἄν, ὅτι ὥσπερ Αἱ κρίσεις τοῦ Θεοῦ μεγάλαι καὶ δυσδιήγητοί εἰσι, δοκοῦσαι αἴτιαι τυγχάνειν τοῦ τὰς ἀπαιδεύτους πλανᾶσθαι ψυχάς· οὕτω καὶ αἱ γραφαὶ αὐτοῦ μεγάλαι μέν, καὶ πεπληρωμέναι νοημάτων εἰσὶν ἀπορρήτων καὶ μυστικῶν καὶ δυσθεωρήτων· σφόδρα δὲ καὶ δυσδιήγητοί εἰσι, καὶ αἴτιαι δοκοῦσι τοῦ τὰς ἀπαιδεύτους πλανᾶσθαι τῶν ἑτεροδόξων ψυχάς, ἀφρισκεύτως καὶ μετὰ προπετείας κατηγορούντων τοῦ Θεοῦ ἐξ ὧν οὐ νοοῦσι γραφῶν, καὶ διὰ τοῦτο ἐκπιπτόντων ἐπὶ ἀναπλασμὸν ἄλλου Θεοῦ. ἀσφαλὲς οὖν τὸ περιμένειν τὴν ἑρμηνείαν τοῦ σαφηνιστοῦ λόγου, καὶ τῆς
1 Cor. 2. 7, 8. ἐν μυστηρίῳ σοφίας ἀποκεκρυμμένης, ἣν οὐδεὶς τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου ἔγνωκε, κατὰ ἀποκάλυψιν μυστηρίου χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένου, φανερωθέντος τοῖς ἀποστόλοις καὶ τοῖς ἐκείνοις παραπλησίοις διά τε γραφῶν προφητικῶν καὶ τῆς γενομένης εἰς αὐτοὺς ἐπιφανείας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν λόγου τοῦ ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν.

Si cui autem violentum eſſe videtur, quòd partem hiſtoriæ ad abſtruſum ſenſum tranſtulerim, nec eam æquabiliter interpretatus ſim, apertum eſt hæc temere dictum iri, alia porrò in hunc locum inquirenda eſſe; niſi quidem qui locum hunc accuratiſſimè perpenderit, inveniat quo modo omnia conciliet, quæ de homine interfecto & ejus qualicunque bonitate dicuntur; cùm nollet domum ſuam adire ibique requieſcere, quòd populus in caſtris eſſet, & militiam toleraret. Sed neſcio quo pacto, qui reconditum in his ſenſum nolunt admittere, & dictionem per ſe nudéque ſcriptam eſſe putant, aſſequentur voluntatem ſancti Spiritûs, qui ſcriptione res eas dignas judicavit; in quibus non ſolùm turpis libido, ſed & crudelitas & inhumanitas David coarguitur, qui auſus eſſet in Uriam facinus alieniſſimum à quovis homine, qui vel mediocriter bonis moribus fuiſſet excultus. Dixerim equidem, quemadmodum *judicia Dei magna & inexplicabilia ſunt*, quæ videntur rudibus & ineruditis mentibus erroris cauſam dare: ità Dei Scripturas, magnas quidem & arcanis abſtruſiſque & difficillimæ conſiderationis ſententiis refertas eſſe; ſed & difficillimam habere explicationem, & videri rudes ac incultos diſſentientium animos in errorem impuliſſe, qui inconſideratè nec ſine dementi temeritate Deum reprehendunt ob eas quas non intelligunt Scripturas, indéque ad alium Deum fingendum prolabuntur. Itaque tutiſſimum eſt explanatoris Verbi interpretationem exſpectare, & ejus, *quæ in arcano latet, ſapientiæ, quam nemo principum hujus ſeculi novit, ſecundùm denudationem myſterii temporibus æternis conditi*, declarati Apoſtolis & eorum ſimilibus per Scripturas Propheticas, & Servatoris noſtri verbi, *quod erat in principio apud Deum*, in ipſos exortum.

E ſecunda in Leviticum homilia, ſtatim à principio.

Judaiſmi, qui oculis videtur, & ejus, qui mente percipitur, hoc eſt, Judaiſmi manifeſti & occulti, diſcrimen cùm non intelligerent impii & omni execratione digni Hæretici, diſceſſerunt ſtatim à Judaiſmo, & harum Scripturarum totiúſque legis autore Deo defecerunt, & alium Deum ab eo, qui legem & Prophetas dederat, & qui cœlum & terras fecerat, confinxerunt. Quod certè alieniſſimum eſt: qui enim dedit legem Deus, dedit & Evangelium: qui fecit ea quæ videntur, dedit & ea quæ oculis non cernuntur: & cognationem habent inter ſe quæ videntur, & quæ oculis non apparent; eam autem cognationem habent, ut *quæ videri non poſſunt opera Dei, à creatione mundi effectis cognita videantur.* Cognationem habent quæ videntur in legibus & Prophetis cum iis, quæ non videntur, ſed intelliguntur in lege & Prophetis. Quando igitur conſtat Scriptura quoque ipſa velut ex corpore, quod cernitur, & ex anima, quæ in ipſo intelligitur & concipitur, tum ex ſpiritu per exemplaria & umbram cœleſtium: agè, invocato eo, qui Scripturæ fecit corpus, animam & ſpiritum, corpus iis, qui nos præceſſerunt [Judæis], animam nobis, ſpiritum iis, qui in futuro ſeculo poſſidebunt vitam ſempiternam, & ad cœleſtia & veritatem legis venturi ſunt, non literam, ſed animam in præſenti perveſtigemus: ſi verò tantum efficere poſſumus, in morem ſacrificiorum, quæ in Scripturis leguntur, ad ſpiritum aſcendemus.

Ἀπὸ τῆς εἰς τὸ Λευϊτικὸν ὁμιλίας δευτέρας, εὐθὺς μετὰ τὴν ἀρχήν.

Μὴ νοήσαντές τινες δὲ διαφορὰν Ἰουδαϊσμοῦ ὁρατοῦ, καὶ Ἰουδαϊσμοῦ νοητοῦ, τουτέστιν Ἰουδαϊσμοῦ φανεροῦ καὶ Ἰουδαϊσμοῦ τοῦ ἐν κρυπτῷ, οἱ ἀπὸ τῶν ἀθεωτάτων καὶ ἀσεβεστάτων αἱρέσεων, εὐθέως διέστησαν ἀπὸ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ, καὶ τοῦ Θεοῦ τοῦ δόντος ταύτας τὰς γραφὰς καὶ ὅλον τὸν νόμον, καὶ ἀνέπλασαν ἕτερον Θεὸν, παρὰ τὸν δεδωκότα Θεὸν τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας, παρὰ τὸν ποιήσαντα οὐρανὸν καὶ γῆν. τὸ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει· ἀλλ' ὁ δεδωκὼς τὸν νόμον, δέδωκε καὶ τὸ εὐαγγέλιον· ὁ ποιήσας τὰ βλεπόμενα, δέδωκε καὶ τὰ μὴ βλεπόμενα. καὶ συγγένειαν ἔχει τὰ βλεπόμενα, καὶ τὰ μὴ βλεπόμενα· οὕτω δὲ ἔχει συγγένειαν, ὥστε τὰ ἀόρατα τοῦ Θεοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται. Rom. 1. 20.
συγγένειαν ἔχει καὶ τὰ βλεπόμενα τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν πρὸς τὰ μὴ βλεπόμενα, ἀλλὰ νοούμενα νόμου καὶ τῶν προφητῶν. Ἐπεὶ οὖν συνέστηκεν ἡ γραφὴ καὶ αὐτὴ οἱονεὶ ἐκ σώματος μὲν τοῦ βλεπομένου, ψυχῆς δὲ τῆς ἐν αὐτῷ νοουμένης καὶ καταλαμβανομένης, καὶ πνεύματος τοῦ κατὰ τὰ ὑποδείγματα καὶ σκιὰν τῶν ἐπουρανίων· φέρε, ἐπικαλεσάμενοι τὸν ποιήσαντα τῇ γραφῇ σῶμα καὶ ψυχὴν καὶ πνεῦμα, σῶμα μὲν τοῖς πρὸ ἡμῶν, ψυχὴν δὲ ἡμῖν, πνεῦμα δὲ τοῖς ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι κληρονομήσουσι ζωὴν αἰώνιον, καὶ μέλλουσιν ἥκειν ἐπὶ τὰ ἐπουράνια καὶ ἀληθινὰ τοῦ νόμου, ἐρευνήσωμεν οὐ τὸ γράμμα, ἀλλὰ τὴν ψυχὴν ἐπὶ τοῦ παρόντος. εἰ δὲ οἷοί τέ ἐσμεν, ἀναβησόμεθα καὶ ἐπὶ τὸ πνεῦμα, κατὰ τὸν λόγον τῶν περὶ τῶν ἀναγνωσθεισῶν θυσιῶν.

Clauſa eſt & obſignata divina Scriptura.

CAP. II.

E Tomo in Pſalmum primum.

CLave David clauſas & obſignatas eſſe ſacras Scripturas divinus ſermo prædicat: fortean & ſigillo, de quo dictum eſt, *Effigies ſigilli Sanctificatio Domino*, hoc eſt, potentiæ Dei, qui dedit ipſas, quæ quidem ſigillo declaratur. Quòd igitur clauſæ & obſignatæ ſint, Joannes docet in Apocalypſi dicens, *Et Angelo Eccleſiæ quæ eſt in Philadelphia ſcribes, Hæc dicit ſanctus, verax, qui habet clavim David, qui aperit & nemo clau-*

Ὅτι κέκλεισται καὶ ἐσφράγισται ἡ θεία γραφή.

ΚΕΦ. β'.

Ἀπὸ τοῦ εἰς τὸν α' Ψαλμὸν τόμου.

ΚΕκλεῖσθαι καὶ ἐσφραγίσθαι τὰς ἱερὰς γραφὰς οἱ θεῖοί φασι λόγοι τῇ κλειδὶ τοῦ Δαβίδ· τάχα δὲ καὶ σφραγῖδι, περὶ ἧς εἴρηται, Τὸ ἐκτύπωμα σφραγῖδος Ἁγίασμα Κυρίῳ, Exod. 28. 36.
τουτέστι τῇ δυνάμει τοῦ δεδωκότος αὐτὰς Θεοῦ, τῇ ὑπὸ τῆς σφραγῖδος δηλουμένῃ. Περὶ μὲν οὖν τοῦ κεκλεῖσθαι καὶ ἐσφραγίσθαι, Ἰωάννης ἀναδιδάσκει ἐν τῇ Ἀποκαλύψει λέγων, Καὶ τῷ Apocal. 3. 7, 8.
ἀγγέλῳ τῆς ἐν Φιλαδελφείᾳ ἐκκλησίας γράψον, Τάδε λέγει ὁ ἅγιος, ὁ ἀληθινὸς, ὁ ἔχων τὴν κλεῖν τοῦ Δαβὶδ, ὁ ἀνοίγων καὶ οὐδεὶς κλείσει,

καὶ κλείων καὶ οὐδεὶς ἀνοίξει· Οἶδά σου τὰ ἔργα,
ἰδοὺ, δέδωκα ἐνώπιόν σου θύραν ἀνεῳγμένην, καὶ
οὐδεὶς δύναται κλεῖσαι αὐτήν. καὶ μετ' ὀλίγα·
Apoc. 5. 1, Καὶ εἶδον ἐπὶ τὴν δεξιὰν τοῦ καθημένου ἐπὶ
2, 3, 4, 5. τὸν θρόνον βιβλίον γεγραμμένον ἔσωθεν καὶ
ἔξωθεν, κατεσφραγισμένον σφραγῖσιν ἑπτά.
καὶ εἶδον ἄγγελον ἄλλον ἰσχυρὸν κηρύσσοντα ἐν
φωνῇ μεγάλῃ, Τίς ἄξιος ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον,
καὶ λῦσαι τὰς σφραγῖδας αὐτοῦ; καὶ οὐδεὶς ἠδύ-
νατο ἐν τῷ οὐρανῷ, οὔτε ἐπὶ τῆς γῆς, οὔτε ὑπο-
κάτω τῆς γῆς ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, οὔτε βλέπειν
αὐτό. καὶ ἔκλαιον, ὅτι οὐδεὶς ἄξιος εὑρέθη ἀνοῖ-
ξαι τὸ βιβλίον, οὔτε βλέπειν αὐτό. καὶ εἷς ἐκ τῶν
πρεσβυτέρων λέγει μοι, Μὴ κλαῖε· ἰδοὺ, ἐνί-
κησεν ὁ λέων ὁ ἐκ τῆς φυλῆς Ἰούδα, ἡ ῥίζα
Δαβὶδ, ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, καὶ τὰς ἑπτὰ
σφραγῖδας αὐτοῦ. Περὶ δὲ τοῦ ἐσφραγίσθαι μόνον,
Eſaiæ 29. 11, ὁ Ἠσαΐας οὕτως, Καὶ ἔσται ὑμῖν τὰ ῥήματα
12. πάντα ταῦτα, ὡς οἱ λόγοι τοῦ βιβλίου τούτου τοῦ
ἐσφραγισμένου· ὃ ἐὰν δῶσιν αὐτὸ ἀνθρώπῳ
ἐπισταμένῳ γράμματα, λέγοντες, Ἀνάγνωθι
ταῦτα· καὶ ἐρεῖ, Οὐ δύναμαι ἀναγνῶναι,
ἐσφράγισται γάρ. καὶ δοθήσεται τὸ βιβλίον τοῦ-
το εἰς χεῖρας ἀνθρώπου μὴ ἐπισταμένου γράμ-
ματα, καὶ ἐροῦσιν αὐτῷ, Ἀνάγνωθι τοῦτο· καὶ
ἐρεῖ, Οὐκ ἐπίσταμαι γράμματα. Ταῦτα γὰρ οὐ
μόνον περὶ τῆς Ἀποκαλύψεως Ἰωάννου καὶ τοῦ
Ἠσαΐου νομιστέον λέγεσθαι, ἀλλὰ καὶ περὶ πάσης
θείας γραφῆς ὁμολογουμένως, παρὰ τοῖς καὶ με-
τρίως ἐπαΐειν θείων λόγων δυναμένοις, πεπλη-
ρωμένης αἰνιγμάτων, καὶ παραβολῶν, καὶ σκοτει-
νῶν λόγων, καὶ ἄλλων ποικίλων εἰδῶν ἀσαφεί-
ας, δυσλήπτων τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει. ὅπερ διδά-
ξαι βουλόμενος καὶ ὁ Σωτὴρ, φησὶν, ὡς τῆς κλει-
δὸς οὔσης παρὰ τοῖς Γραμματεῦσι καὶ Φαρισαί-
οις, οὐκ ἀγωνιζομένοις τὴν ὁδὸν εὑρεῖν τοῦ ἀνοῖ-
Luc. 11. 52. ξαι, τὸ, Οὐαὶ ὑμῖν τοῖς νομικοῖς, ὅτι ἤρατε
τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως· αὐτοὶ οὐκ εἰσήλθετε, καὶ τοὺς εἰσερχομένους οὐκ ἀφίετε εἰσελθεῖν.

det, qui claudit & nemo aperiet: Novi opera tua, ecce, dedi tibi januam apertam, & nemo poteſt claudere ipſam. Nec ità multò pòſt: *Et vidi in dextra ſedentis ſuper thronum librum ſcriptum intùs & foris, obſignatum ſigillis ſeptem. Et vidi Angelum alium fortem clamantem voce magnâ, Quis dignus aperire librum, & ſolvere ſignacula ejus? & nemo potuit in cœlo, neque in terra, neque ſubtùs terram aperire librum, neque videre illum. Et flebam, quoniam nemo dignus inventus eſt aperire librum, neque reſpicere illum. Et unus de ſenioribus dixit mihi, Nè ſleveris: ecce, vicit leo de tribu Juda radix David, ut aperiat librum & ſeptem ſignacula ejus.* Tantùm verò obſignatas eſſe ſic Eſaias canit, *Et erunt vobis omnia verba hæc, ut ſermones libri hujus obſignata: quem ſi dederint homini ſcienti literas, dicentes, Lege hæc; & dicet, Non poſſum legere, obſignata enim ſunt. Et dabitur liber hic in manus hominis neſcientis literas, & dicent illi, Lege hæc; & dicet, Neſcio literas.* Hæc enim non ſolùm de Joannis Apocalypſi & Eſaia dici exiſtimandum eſt, ſed de divina Scriptura univerſa conſentienter, quæ quidem apud eos, qui vel mediocriter capere divinos ſermones poſſunt, referta eſt ænigmatis, parabolis, & obſcuris dictis, & multiplicibus involucris obducta, quæ humano ingenio capi non poſſunt. Quod cùm docere vellet Servator, ait, cùm clavis eſſet apud Scribas & Phariſæos, qui rationem aperiendi invenire non enitebantur, *Væ vobis legiſperitis, quia abſtuliſtis clavim ſcientiæ; ipſi non intrâſtis, & ingredientes non ſinitis introire.*

Καὶ μεθ' ἕτερα.

Μέλλοντες δὲ ἄρχεσθαι τῆς ἑρμηνείας τῶν Ψαλμῶν, χαριεστάτην παράδοσιν ὑπὸ τοῦ Ἑβραίου ἡμῖν καθολικῶς περὶ πάσης θείας γραφῆς παραδεδομένην περιλάξομεν. ἔφασκε γὰρ ἐκεῖνος ἐοικέναι τὴν ὅλην θεόπνευστον γραφὴν, διὰ τὴν ἐν αὐτῇ ἀσάφειαν, πολλοῖς οἴκοις ἐν οἰκίᾳ μιᾷ κεκλεισμένοις· ἑκάστῳ δὲ οἴκῳ παρακεῖσθαι κλεῖν οὐ τὴν κατάλληλον αὐτῷ· καὶ οὕτω διεσκεδάσθαι τὰς κλεῖς περὶ τοὺς οἴκους, οὐχ ἁρμοζούσας καθ' ἕκαστον ἐκείνοις οἷς παράκεινται· ἔργον δὲ εἶναι μέγιστον, εὑρίσκειν τε τὰς κλεῖς, καὶ ἐφαρμόζειν αὐτὰς τοῖς οἴκοις, οὓς ἀνοῖξαι δύνανται. νοεῖσθαι τοίνυν καὶ τὰς γραφὰς οὔσας ἀσαφεῖς, οὐκ ἄλλοθεν τὰς ἀφορμὰς τοῦ νοεῖσθαι λαμβανούσας, ἢ παρ' ἀλλήλων, ἐχουσῶν ἐν αὐ-

Et poſt alia.

Pſalmorum interpretationem inchoaturi, præclariſſimum documentum nobis ab Hebræo de Scriptura traditum proponemus. Dicebat enim ille ſimilem eſſe univerſam Scripturam divinitùs afflatam, propter obſcuritatem quæ in ea eſt, multis domiciliis uno ædificio concluſis: unicuique domicilio appoſitam clavim non ipſi convenientem; ſicque diſſipatas eſſe claves per domicilia non reſpondentes ſingulas iis domiciliis, quibus appoſitæ ſunt: opus verò longè difficillimum eſſe invenire claves, & eas cellis aptare, quas aperire poſſunt. Itaq; etiam Scripturas abſtruſas quidem illas intelligi, non aliunde ſumptis quàm ab ipſis invicem argumentis intelligentiæ, quæ in

ſe habent diſperſam exponendi rationem. Arbitror itaque Apoſtolum aditum hunc intelligendi divinos ſermones aperientem dicere: *Quæ & loquimur, non in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in doctrina ſpiritûs, iis quæ ſpiritu percipiuntur ſpiritualia comparantes.*

Et interjectis non paucis, comparans ſingulatim poſitas beatitates cum iis, quæ velut in acervo poſitæ fuerant, ait.

Si autem *eloquia Domini eloquia caſta, argentum igni examinatum, probatum terrâ, expurgatum ſepties*: exquiſitiſſimâ curâ & ſtudio Spiritus ſanctus per miniſtros verbi iſta ſubjecit, nè unquam nobis latere poſſet ratio, ſecundùm quam divina ſapientia omnem Scripturam divinitùs datam vel ad unam uſque literulam attigit. Et proptereà fortaſſe Servator, *Iota*, inquit, *unum, vel apex unus, è lege non prætereat, donec omnia fiant.* Quemadmodum enim in mundi opificio ars divina non ſolùm in cœlo, & Sole, & Luna, & aſtris apparet, per tota illa corpora permeans; ſed etiam in terra in materia viliore hoc ipſum effecit, ut neque ab artifice minimorum etiam animalculorum corpora neglecta ſint; multò verò magìs & quæ in illis inſunt animæ, quarum ſingulæ peculiare quid in ſe acceperunt, quemadmodum in brutorum genere conſervandi ſui rationem; ſed neque terræ germina contempſit, cùm unicuique inſit artificii quidpiam in radicibus, in foliis, & in iis qui proveniunt fructibus, & in qualitatum differentia: ità nos cenſemus de omnibus ex afflatu ſancti Spiritûs ſcriptis, tanquam illa, quæ ſapientiam humanâ ſuperiorem tradit, magna providentia per divinas literas hominum generi ſalutaria documenta inſeruerit, & ſingulis, ut ità dicam, literis, quoad unaquæque capere poteſt, veſtigia ſapientiæ impreſſerit. Enimverò oportet eum, qui ſemel admiſerit opificis mundi has eſſe Scripturas, animum quoque inducere quæcumque de creatione occurrunt illius rationem quærentibus, hæc eadem de Scripturis occurrere. Sunt autem in creatione quædam, quæ natura humana difficulter, vel nullo modo, invenire poſſit: neque idcirco accuſandus eſt omnium effector Deus. Verbi gratiâ, cùm non invenimus cauſam cur creati ſint baſiliſci, & alia venenata animalia; hinc enim ſanctum eſt conſcium imbecillitatis generis noſtri, quódque divinæ artis rationes, quantâlibet maximâ eas diligentiâ fuerimus contemplati, percipere non poſſimus, ad unum Deum horum

τοῖς διεσπαρμένον τὸ ἐξηγητικόν. ἡγοῦμαι γοῦν καὶ τὸν Ἀπόστολον τὴν τοιαύτην ἔφοδον τοῦ συνιέναι τοὺς θείους λόγους ὑποβάλλοντα λέγειν· Ἃ καὶ λαλοῦμεν, οὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν διδακτοῖς πνεύματος, 1 Cor. 2. 13. πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες.

Καὶ μετὰ πολλά, συγκρίνων τοὺς ἑνικῶς κειμένους μακαρισμοὺς πρὸς τοὺς πληθυντικῶς εἰρημένους, φησίν.

Εἰ δὲ τὰ λόγια Κυρίου λόγια ἁγνά, ἀργύριον πεπυρωμένον, δοκίμιον τῇ γῇ, κεκαθαρισμένον ἑπταπλασίως· Psal. 12. 6. καὶ μετὰ πάσης ἀκριβείας ἐξητασμένως τὸ ἅγιον πνεῦμα ὑποβέβληκεν αὐτὰ διὰ τῶν ὑπηρετῶν τοῦ λόγου, μή ποτε καὶ ἡμᾶς διαφύγῃ ἡ ἀναλογία, καθ' ἣν ἐπὶ πᾶσαν ἔφθασε γραφὴν ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ θεόπνευστον μέχρι τοῦ τυχόντος γράμματος. καὶ τάχα διὰ τοῦτο ὁ Σωτὴρ ἔφη, Ἰῶτα Matth. 5. 18. ἕν, ἢ μία κεραία, οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται. ὃν τρόπον γὰρ ἐπὶ τῆς κοσμοποιΐας ἡ θεία τέχνη οὐ μόνον ἐν οὐρανῷ, καὶ ἡλίῳ, καὶ σελήνῃ, καὶ ἄστροις φαίνεται, δι' ὅλων τῶν σωμάτων ἐκείνων πεφοιτηκυῖα· ἀλλὰ καὶ ἐπὶ γῆς ἐν ὕλῃ εὐτελεστέρᾳ τὸ αὐτὸ πεποίηκεν, ὡς μὴ [illegible] ἀπὸ τοῦ τεχνίτου μήτε τὰ σώματα τῶν ἐλαχίστων ζώων· πολλῷ δὲ πλέον καὶ τὰς ἐνυπαρχούσας ψυχὰς ἐν αὐτοῖς, ἑκάστης ἰδίωμά τι λαβούσης ἐν αὐτῇ, ὡς ἐν ἀλόγῳ σωτήριον· μήτε τὰ τῆς γῆς βλαστήματα, ἑκάστῳ ἐνυπάρχοντος τοῦ τεχνικοῦ περὶ τὰς ῥίζας, καὶ τὰ φύλλα, καὶ τοὺς ἐνδεχομένους καρπούς, καὶ τὰς διαφορὰς τῶν ποιοτήτων· οὕτως ἡμεῖς ὑπολαμβάνομεν περὶ πάντων τῶν ἐξ ἐπιπνοίας τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀναγεγραμμένων, ὡς τῆς ἐπιδιδούσης τὴν ὑπὲρ ἄνθρωπον σοφίαν ἱερᾶς προνοίας διὰ τῶν γραμμάτων τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων λόγια σωτήρια, ἐνεσπαρκυίας, ὡς ἔστιν εἰπεῖν, ἑκάστῳ γράμματι κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον ἴχνη τῆς σοφίας. χρὴ μέντοι γε τὸν ἅπαξ παραδεξάμενον τοῦ κτίσαντος τὸν κόσμον εἶναι ταύτας τὰς γραφάς, πεπεῖσθαι, ὅτι ὅσα περὶ τῆς κτίσεως ἀπαντᾷ τοῖς ζητοῦσι τὸν περὶ αὐτῆς λόγον, ταῦτα καὶ περὶ τῶν γραφῶν. ἔστι δέ γε καὶ ἐν τῇ κτίσει τινὰ ἀνθρωπίνῃ φύσει δυσεύρετα, ἢ καὶ ἀνεύρετα· καὶ οὐ διὰ τοῦτο κατηγορητέον τοῦ ποιητοῦ τῶν ὅλων· φέρε εἰπεῖν, ἐπεὶ οὐχ εὑρίσκομεν αἰτίαν βασιλίσκων κτίσεως, καὶ τῶν ἄλλων ἰοβόλων θηρίων· ἐνθάδε γὰρ ὅσιον τὸ αἰσθανόμενον τῆς ἀσθενείας τοῦ γένους ἡμῶν, καὶ ὅτι τέχνης Θεοῦ λόγους, μετὰ πάσης ἀκριβείας τεθεωρημένους, [illegible] ἐκλαβεῖν ἡμῖν ἀμήχανον, Θεῷ ἀνατιθέναι τὴν

τούτων γνῶσιν, ὕστερον ἡμῖν, ἐὰν ἄξιοι κριθῶμεν, φανερώσοντι ταῦτα, περὶ ὧν νῦν εὐσεβῶς ἐπεσιωπήσαμεν· οὕτω τοίνυν καὶ ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς χρὴ ὁρᾶν, ὅτι πολλὰ ἀπόκειται ἐν αὐταῖς δυσαπόδοτα ἡμῖν. οἱ γοῦν ἐπαγγελλόμενοι μετὰ τὸ ἀποστῆναι τοῦ κτίσαντος τὸν κόσμον, καὶ ᾧ ἀνέπλασαν ὡς Θεῷ προσέχειν, λυέτωσαν τὰς προσαγομένας ὑφ' ἡμῶν αὐτοῖς ἀπορίας, ἢ τὸ ἑαυτῶν γε συνειδὸς πειθέτωσαν μετὰ τὸ τηλικοῦτον τόλμημα τῆς ἀσεβείας ἀναπεπαῦσθαι, συμφώνως τοῖς παρ' αὐτοῖς ὑποθέσεσι, περὶ τῶν ζητουμένων, καὶ περὶ τῶν προσαγομένων αὐτοῖς ἀπορημάτων. εἰ γὰρ κἀκεῖ οὐδὲν ἧττον τὰ ἀπορήματα μένει ἀποστάντων τῆς θεότητος, πόσῳ ὁσιώτερον ἦν μένοντας ἐπὶ τῆς ἐννοίας τῆς περὶ Θεοῦ, ἀπὸ τῶν κτισμάτων τοῦ δημιουργοῦ θεωρουμένου, μηδὲν ἄθεον καὶ ἀνόσιον περὶ τοῦ τηλικούτου ἀποφαίνεσθαι Θεοῦ;

cognitionem referre, qui nobis poſtea, ſi digni judicemur, hæc ipſa aperiet, quæ illi piè permiſimus. Sic igitur & in divinis literis videndum eſt, multa in illis recondita eſſe, quorum nobis eſt perdifficilis explicatio. Qui ergò pollicentur, poſtquam à mundi conditore defecerunt, & ad eum, quem finxere, ut ad Deum confugerunt, ſolvant quos ipſis nodos exhibuimus, vel ſuam ipſi conſcientiam perſuadeant, uti poſt tam inſignem audaciam ab impietate deſinant, prout congruit ipſorum inſtituto, de quæſitis & iis quæ objecta ſunt dubitandi cauſis. Si enim ibi nihilominùs difficultates manent, poſtquam à divinitate defecerunt, quantò ſanctius erat, in cogitatione ac ſenſu de Deo inhærentes, quem à creaturis parentem ac effectorem contemplamur, nihil impium & nefarium de tanto Deo affirmare?

Διατί κβ' τὰ θεόπνευστα βιβλία.

ΚΕΦ. γ'.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν α' Ψαλμὸν τόμου.

Ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ περὶ ἀριθμῶν τόπῳ ἕκαστος ἀριθμὸς δύναμίν τινα ἔχων ἐν τοῖς οὖσιν, ᾗ κατεχρήσατο ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς εἰς τὴν σύστασιν, ὁτὲ μὲν τοῦ παντὸς, ὁτὲ δὲ εἴδους τῶν ἐν μέρει· προσέχειν δεῖ καὶ ἐξιχνεύειν ἀπὸ τῶν γραφῶν τὰ περὶ αὐτῶν, καὶ ἑνὸς ἑκάστου αὐτῶν. οὐκ ἀγνοητέον δὲ, ὅτι καὶ τὸ εἶναι τὰς ἐνδιαθήκους βίβλους, ὡς Ἑβραῖοι παραδιδόασι, δύο καὶ εἴκοσιν, οἷς ὁ ἴσος ἀριθμὸς τῶν παρ' αὐτοῖς στοιχείων εἰσὶν, οὐκ ἄλογον τυγχάνει. ὡς γὰρ τὰ κβ' στοιχεῖα εἰσαγωγὴ δοκεῖ εἶναι εἰς τὴν σοφίαν καὶ τὰ θεῖα διδάγματα τοῖς χαρακτῆρσι τούτοις ἐντυπούμενα τοῖς ἀνθρώποις· οὕτω στοιχείωσίς ἐστιν εἰς τὴν σοφίαν τοῦ Θεοῦ καὶ εἰσαγωγὴ εἰς τὴν γνῶσιν τῶν ὄντων τὰ κβ' θεόπνευστα βιβλία.

Quare 22. *libri divinitùs inſpirati.*

CAP. III.

Ex eodem in 1. *Pſalmum tomo.*

Quoniam in numerorum loco ſinguli numeri vim & poteſtatem in rebus aliquam habent, quâ uſus eſt opifex omnium, interdum ad conſtitutionem univerſi, interdum ad ſpeciem ſingulorum conſtituendam: animadvertenda ſunt è Scripturis & perveſtiganda ea, quæ ad ipſos numeros ſingillatim pertinent. Neque ignorandum eſt, veteris Teſtamenti libros, ut Hebræi tradunt, viginti & duo, quibus æqualis eſt numerus elementorum Hebræorum, non abs re eſſe: ut enim duæ & viginti literæ introductio ad ſapientiam & divinam doctrinam his formis impreſſam hominibus eſſe videntur: ſic ad ſapientiam Dei & rerum notitiam fundamentum ſunt atque introductio libri Scripturæ duo & viginti.

Περὶ σολοικισμοῦ καὶ εὐτελοῦς φράσεως τῆς γραφῆς.

ΚΕΦ. δ'.

Ἐκ τοῦ δ' τόμου τῶν εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην, μετὰ τρία φύλλα τῆς ἀρχῆς.

Ὁ Διαιρῶν παρ' ἑαυτῷ φωνὴν καὶ σημαινόμενα, καὶ πράγματα, καθ' ὧν κεῖ-

De Solœciſmo & tenui dictione Scripturæ.

CAP. IV.

E quarto tomo in Evangelium ſecundùm Joannem, tribus à principio foliis.

Qui dividit apud ſe vocem & ſignificata, & res, pro quibus notiones ponuntur,

nuntur, non impinget ad ſolœciſmum vocis; cùm perſcrutatus res, quibus ſignificandis voces adhibentur, ſanas & integras invenerit: maximè verò, cùm profiteantur viri ſancti *ſermonem ſuum & præconium non in perſuaſione ſapientiæ verborum, ſed in demonſtratione ſpiritûs & poteſtatis eſſe.*

Deinde, ubi memoravit Evangelii Solæciſmum, pergit.

Sed Apoſtoli, qui non ignorarent ad quæ impingerent, & in quibus ſtudiis non eſſent verſati, profitentur locutione ſe eſſe idiotas, non intelligentiâ: exiſtimandum enim eſt id non à Paulo ſolùm, ſed à reliquis Apoſtolis dici, *Nos autem, &c.* Item illud, *Et theſaurum hunc habemus in teſtaceis vaſis, ut ſit exſuperatio poteſtatis Dei, & non à nobis*, accepimus, quaſi *theſaurus* dicatur qui aliunde deſumptus eſt, theſaurus cognitionis & ſapientiæ reconditæ: *figlinis vaſis*, humili & apud Ethnicos deſpectâ Scripturarum dictione verè declaratâ exſuperantiâ divinæ poteſtatis: potuerunt enim veritatis myſteria & virtus ſermonum, nihil obſtante tenuitate dictionis, ad fines terræ pervenire, & Chriſti doctrinæ non fatua ſolùm mundi, ſed & ſapientes interdum ſubjungere. Videmus enim vocationem, non quòd nullus ſapiens ſecundùm carnem, ſed quòd multi ſecundùm carnem ſapientes. Sed & debitor ac obligatus eſt Paulus prædicans Evangelium, non ſolùm barbaris ejus ſermonem tradere, ſed & Græcis; nec ſolùm imperitis, qui protinus aſſentiuntur, ſed & peritis: factus enim à Deo erat idoneus miniſter novi teſtamenti, utens demonſtratione ſpiritûs & potentiæ, ut credentium aſſenſio non ſit ab humana ſapientia, ſed à poteſtate Dei. Si enim elegantiam & dictionis apparatum, ut ſcripta illa quæ Græcis admirationi ſunt, divinæ literæ habuiſſent, exiſtimâſſet aliquis non homines viciſſe veritatem, ſed apparentem conſecutionem & dictionis ſplendorem audientes prolectâſſe, & illecebris delinitos circumveniſſe.

ται τὰ σημαινόμενα, οὐ προσκόψει τῷ τῶν φωνῶν σολοικισμῷ· ἐπὰν ἐρευνῶν εὑρίσκει τὰ πράγματα, καθ' ὧν κεῖνται αἱ φωναὶ, ὑγιῆ· καὶ μάλιστα ἐπὰν ὁμολογῶσιν οἱ ἅγιοι ἄνδρες τὸν λόγον αὐτῶν καὶ τὸ κήρυγμα οὐκ ἐν πειθοῖ σοφίας τῶν λόγων, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως. (1 Cor. 2. 4.)

Εἶτα, εἰπὼν τὸν τοῦ Εὐαγγελίου σολοικισμὸν, ἐπάγει.

Ἅτε δὲ οὐκ ἀσυναίσθητοι οἱ ἀπόστολοι τυγχάνοντες τῶν ἐν οἷς προσκέπτουσι, καὶ περὶ ἃ οὐκ ἠσχόληνται, φασὶν ἰδιῶται εἶναι τῷ λόγῳ, ἀλλ' (2 Cor. 11. 6.) οὐ τῇ γνώσει· νομιστέον γὰρ αὐτὸ οὐχ ὑπὸ Παύλου μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν λοιπῶν Ἀποστόλων λέγεσθαι, Ἡμεῖς δέ. καὶ τὸ, Ἔχομεν δὲ τὸν θησαυρὸν (2 Cor. 4. 7.) τοῦτον ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν, ἵνα ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως ᾖ τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ ἐξ ἡμῶν, ἐξειλήφαμεν, ὡς θησαυροῦ μὲν λεγομένου τοῦ ἀλλαχόσε θησαυροῦ τῆς γνώσεως καὶ σοφίας τῆς ἀποκρύφου· ὀστρακίνων δὲ σκευῶν τῆς εὐτελοῦς καὶ εὐκαταφρονήτου παρ' Ἕλλησι λέξεως τῶν γραφῶν ἀληθῶς ὑπερβολῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ ἐμφαινομένης. ὅτι ἴσχυσε τὰ τῆς ἀληθείας μυστήρια, καὶ ἡ δύναμις τῶν λεγομένων, οὐκ ἐμποδιζομένη ὑπὸ τῆς εὐτελοῦς φράσεως, φθάσαι ἕως περάτων γῆς, καὶ ὑπαγαγεῖν τῷ Χριστοῦ λόγῳ οὐ μόνον τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ τὰ σοφὰ αὐτοῦ. Βλέπομεν γὰρ τὴν κλῆσιν, (1 Cor. 1. 26.) οὐχ ὅτι οὐδεὶς σοφὸς κατὰ σάρκα, ἀλλ' ὅτι οἱ πολλοὶ σοφοὶ κατὰ σάρκα. (Rom. 1. 14.) ἀλλὰ καὶ ὀφειλέτης ἐστὶ Παῦλος καταγγέλλων τὸ εὐαγγέλιον, οὐ μόνον βαρβάροις παραδιδόναι τὸν λόγον, ἀλλὰ καὶ Ἕλλησι· καὶ οὐ μόνον ἀνοήτοις τοῖς εὐχερέστερον συγκατατιθεμένοις, ἀλλὰ καὶ σοφοῖς. ἱκάνωτο γὰρ ὑπὸ Θεοῦ διάκονος εἶναι τῆς καινῆς διαθήκης, (2 Cor. 3. 6.) χρώμενος ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως, ἵνα ἡ τῶν πιστευόντων συγκατάθεσις μὴ ᾖ ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐν δυνάμει Θεοῦ. (1 Cor. 2. 4, 5.) ἴσως γὰρ εἰ κάλλος καὶ περιβολὴν φράσεως, ὡς τὰ παρ' Ἕλλησι θαυμαζόμενα, εἶχεν ἡ γραφὴ, ὑπενόησεν ἄν τις οὐ τὴν ἀλήθειαν κεκρατηκέναι τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ τὴν ἐμφαινομένην ἀκολουθίαν καὶ τὸ τῆς φράσεως κάλλος ἐψυχαγωγηκέναι τοὺς ἀκροωμένους, καὶ ἠπατηκὸς αὐτοὺς προσειληφέναι.

Τίς ἡ πολυλογία, καὶ τίνα τὰ πολλὰ βιβλία· καὶ ὅτι πᾶσα ἡ θεόπνευστος γραφὴ ἓν βιβλίον ἐστίν.

ΚΕΦ. ε.

Ἐκ τοῦ πέμπτου τόμου τῶν εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην, εἰς τὸ προοίμιον.

Ἐπεὶ μὴ ἀρκέμενος τὸ παρὸν ἀντιλαμβάνεσθαι πρὸς ἡμᾶς ἔργον τοῦ Θεοῦ ἐργοδιωκτῶν καὶ ἀπόντας, τὰ πολλά σοι σχολάζειν καὶ τῷ πρὸς σὲ καθήκοντι ἀξιοῖς· ἐγὼ ἐκκλίνων τὸν κάματον, καὶ περιϊστάμενος τὸν παρὰ Θεοῦ τοῖς ἐπὶ τὸ γράφειν εἰς τὰ θεῖα ἑαυτοὺς ἐπιδεδωκότων κίνδυνον, συναγορεύσαιμι ἂν ἐμαυτῷ ἀπὸ τῆς γραφῆς, παραιτούμενος τὰ πολλὰ ποιεῖν βιβλία. φησὶ γὰρ ἐν τῷ
Ecclef. 12,12. Ἐκκλησιαστῇ Σολομών, Υἱέ μου, φύλαξαι τοῦ ποιῆσαι βιβλία πολλά· οὐκ ἔστι περασμός, καὶ μελέτη πολλὴ κόπωσις σαρκός. ἡμεῖς γάρ, εἰ μὴ ἔχει νοῦν τινα κεκρυμμένον, καὶ ἔτι ἡμῖν ἀσαφῆ, ἡ λέξις ἡ προκειμένη ἄντικρυς, παραβεβήκαμεν τὴν ἐντολήν, μὴ φυλαξάμενοι ποιῆσαι βιβλία πολλά.

Quinam multus ſermo, & quinam multi libri: divina Scriptura unus liber eſt.

CAP. V.

E quinto tomo in Joannis Evangelium. In præfatione.

QUoniam non contentus id abſentis mei causâ tibi operis ſumpſiſſe, ut mihi ſecundùm Deum monitor eſſes & laboris exactor, poſtulas etiam ut pro meo in te officio multa elaborem: ego laborem fugiens, & eo periculo circumſeſſus, quod à Deo impendet iis, qui ad ſcribendum in divinas literas ſeſe contulerunt, Scripturæ patrocinio tueri me poſſim, multos libros ſcribere recuſans. Sic enim in Eccleſiaſte Solomon, *Fili mi, cave ut multos libros conſcribas: non eſt finis, & multa meditatio carnis defatigatio eſt.* Nos enim, niſi ſenſum abſtruſum, & nobis adhuc obſcurum, propoſita illa Solomonis habet ſententia, præceptum id penitùs perfregimus, qui non cavimus nè multos libros conficeremus.

Εἶτα, εἰπὼν ὡς εἰς ὀλίγα τοῦ Εὐαγγελίου ῥητὰ τέσσαρες αὐτῷ ἀνηνύσθησαν τόμοι, ἐπιφέρει.

Ὅσον γὰρ ἐπὶ τῇ λέξει δύο σημαίνεται ἐκ τοῦ, Υἱέ μου, φύλαξαι τοῦ ποιῆσαι βιβλία πολλά· ἓν μέν, ὅτι οὐ δεῖ κεκτῆσθαι βιβλία πολλά, ἕτερον δέ, ὅτι οὐ δεῖ συντάξαι βιβλία πολλά· καὶ εἰ μὴ τὸ πρῶτον, πάντως τὸ δεύτερον· εἰ δὲ τὸ δεύτερον, οὐ πάντως τὸ πρῶτον. πλὴν ἑκατέρωθεν δόξομεν μανθάνειν μὴ δεῖν ποιεῖν βιβλία πλείονα. ἠδυνάμην δὲ πρὸς τὸ νῦν ἡμῖν ὑποπεπτωκὸς ἱστάμενος, ἐπιστεῖλαί σοι εἰς ἀπολογίαν τὸ ῥητόν, καὶ κατασκευάσαι τὸ πρᾶγμα ἐκ τοῦ μηδὲ τοὺς ἁγίους πολλῶν βιβλίων συντάξεσιν ἐσχολακέναι, παύσασθαι πρὸς τὸ ἑξῆς τοῦ κατὰ τὰς συνθήκας, ἃς ἐπεποιήμεθα πρὸς ἀλλήλους, ὑπαγορεύειν τὰ διαπεμφθησόμενά σοι· καὶ τάχα σὺ πληγεὶς ὑπὸ τῆς λέξεως πρὸς τὸ ἑξῆς ἂν ἡμῖν συνεχώρησας· ἀλλ' ἐπεὶ τὴν γραφὴν εὐσυνειδήτως δεῖ ἐξετάζειν, μὴ προπετῶς ἑαυτῷ καταχαριζόμενον τὸ νενοηκέναι, ἐκ τοῦ ψιλὴν τὴν λέξιν ἐξειληφέναι, οὐχ ὑπομένω μὴ τὴν φαινομένην μοι ὑπὲρ ἐμαυτοῦ ἀπολογίαν, ᾗ χρήσαιο ἂν κατ' ἐμοῦ, εἰ παρὰ τὰς συνθήκας ποιήσαιμι παρασταθείς. καὶ πρῶτόν γε, ἐπεὶ δοκεῖ τῇ λέξει συναγορεύειν ἡ ἱστορία,

Deinde, poſtquam dixit [Origenes] ſe volumina quatuor in pauca Evangelii verba abſolviſſe, adjungit.

Quantum enim ex ipſa dictione conjicere licet, duo ſignificantur his verbis, *Fili mi, cave ut multos libros conficias:* primum quidem, non eſſe habendos multos libros; alterum, non eſſe multos componendos: & niſi primum, planè ſecundum; ſi verò ſecundum, non primum omnino: prætorquam quòd utrinque doceri videmur non eſſe complures libros conficiendos. Poteram autem ad id, quod nobis ſub aciem ſermonis venit, adhæreſcens ad te Scripturæ dictum excuſationis loco mittere, &, confirmatâ re ex eo, quòd neque Sancti multorum librorum compoſitioni ſtuduerint, deſinere deinceps ſubjungere commentarios, juxta fœdus inter nos initum ad te tranſmittendos; & tu fortaſſe illo dicto Scripturæ commotus id mihi in poſterum conceſſiſſes: ſed quoniam Scripturæ cum recta mente & conſcientia excutiendæ ſunt, nec temere gaudendum, quaſi eas intelligas ex eo, quòd nudam dictionem perceperis, rem non prolato, nec, quæ mihi videtur ſuffragari, defenſionem affero, quâ uti contra me poſſis, ſi præter pactum aliquid fecero. Ac primùm quidem, quando dictis illis hiſtoria conſentire videtur, cùm nemo

nemo Sanctorum plures commentarios ediderit, nec multis libris ſenſa ſua expoſuerit, de hoc diſputandum eſt: qui verò reprehendet, quòd ad plura ſcribenda me accingam, Moſem, talem ac tantum virum, quinque ſolos libros reliquiſſe dicet.

Deinde, Prophetis & Apoſtolis enumeratis, quorum ſinguli pauca, ſed neque pauca, conſcripſerunt, addit poſtea [Origines].

Hæreo deinde ac caligantibus oculis vertigine æſtuo, nè tibi obtemperans non obedierim Deo, neque Sanctos ſim imitatus, niſi jam propter vehementiam amoris in te mei, quódque nolim moleſtiæ quidquam à me tibi afferri, erro ipſe in hoc meæ cauſæ patrocinio, & haſce excuſationes comminiſcor. Ante omnia propoſuimus id ex Eccleſiaſte docente, *Fili mi, cave ut multos libros componas.* Huic compono ex Proverbiis ejuſdem Solomonis dictum hoc, *E multo ſermone non effugies peccatum, ſi parcas labiis, ſapiens eris.* Et quæro, an quomodocunque multa dicere, loquacitas ſit: ſi enim ità ſe res habet, & loquax eſt, qui multa ediſſerit utilia, certè nec ipſe Solomon peccatum effugit, qui ter mille parabolas effudit, canticorum quinque millia, & de arboribus, à cedro Libani ad hyſſopum, quæ exit è pariete: præterea & de quadrupedibus, de volucribus, de reptilibus, & de piſcibus. Quomodo enim perfectè docere quis poteſt ſine illa nudè intellecta loquacitate, cùm & ipſa ſapientia dicat perditis, *Extendebam ſermones, & non attendebatis?* Paulum autem ab ortu Solis ad mediam noctem aſſiduè docuiſſe planum eſt, cùm & Eutychus deferente ſomno prolapſus audientes conturbavit, quaſi mortuus. Si enim verum eſt, *E multo ſermone non effugies peccatum,* & verum eſt non peccâſſe Solomonem, qui multa de ſupradictis diſſeruit, neque Paulum, qui ſermonem ad mediam noctem produxit: quærendum eſt quæ ſit loquacitas, indè transgreſſis videndum eſt, quinam ſint multi libri. Jam omnis Dei ſermo, qui in principio erat apud Deum, non eſt multiloquium, non ſermones; ſermo enim eſt unus ex multis ſententiis compoſitus, quarum quælibet pars eſt totius ſermonis. Qui verò extra hunc pollicentur ſe continere digreſſionem & expoſitionem quamlibet, etſi quaſi de veritate ſermones ſint, novum ac inſolens dico, nullus ipſorum ſermo eſt, ſed ſinguli ſermones; nullibi enim unitas eſt, nullibi concentus & unum: ſed, quòd diſtracti ſint ſibique pugnent, unitas illis

οὐδεὶς τῶν ἁγίων ἐκδεδωκότες συντάξεις πλείονας, καὶ ἐν πολλαῖς βίβλοις τὸν νοῦν αὐτοῦ ἐκτεθειμένος, περὶ τούτου λεκτέον· ὁ δὲ ἐγκαλῶν μοι, εἰς σύνταξιν πλειόνων ἐρχομένῳ, τὸν τηλικοῦτον Μωσέα φήσει πέντε μόνας βίβλους καταλελοιπέναι.

Εἶτα, ἀπαριθμησάμενος προφήτας καὶ ἀποστόλους, ὀλίγα ἑκάστου, ἢ οὐδὲ ὀλίγα, γεγραφότος, ἐπάγει μετὰ ταῦτα.

Ἰλιγγιᾶν μοι ἐπέρχεται σκοτοδινιῶντι, μὴ ἄρα πειθαρχῶν σοι οὐκ ἐπειθάρχησα Θεῷ, οὐδὲ τοὺς ἁγίους ἐμιμησάμην, εἰ μὴ σφάλλομαι τοίνυν ἐμαυτοῦ συνηγορῶν, διὰ τὸ πάνυ σε φιλεῖν, καὶ ἐν μηδενὶ ἐθέλειν λυπεῖν, τοιαύτας εὑρίσκω εἰς ταῦτα ἀπολογίας. πρὸ πάντων παρεθέμεθα τὸ ἐκ τοῦ Ἐκκλησιαστοῦ λέγοντος, Υἱέ μου, φύλαξαι τοῦ ποιῆσαι βιβλία πολλά. Eccles. 12.12. τούτῳ ἀντιπαραβάλλω ἐκ τῶν Παροιμιῶν τοῦ αὐτοῦ Σολομῶντος ῥητὸν, ὅ φησιν, Ἐκ πολυλογίας οὐκ ἐκφεύξῃ ἁμαρτίαν, φειδόμενος δὲ χειλέων νοήμων ἔσῃ. Prov. 10.19. καὶ ζητῶ, εἰ τὸ ὁποῖα ποτ' οὖν λέγειν πολλά, πολυλογεῖν ἐστιν· εἰ γὰρ τοῦθ' οὕτως ἔχει, καὶ πολυλογεῖ ὁ πολλὰ διεξιὼν ὠφέλιμα, αὐτὸς ὁ Σολομὼν οὐκ ἐκπέφευγε τὴν ἁμαρτίαν, λαλήσας τρεῖς χιλιάδας παραβολῶν, 3 Reg.4.33. καὶ ᾠδὰς πεντακισχιλίας, καὶ περὶ τῶν ξύλων ἀπὸ τῆς κέδρου τῆς ἐν τῷ Λιβάνῳ, καὶ ἕως τῆς ὑσσώπου τῆς ἐκπορευομένης διὰ τοίχου· ἔτι δὲ καὶ περὶ τῶν κτηνῶν, καὶ περὶ τῶν πετεινῶν, καὶ περὶ τῶν ἑρπετῶν, καὶ περὶ ἰχθύων. πῶς γὰρ δύναται διδασκαλίαν ἀνύειν τις χωρὶς τῆς ἁπλούστερον νοουμένης πολυλογίας, καὶ αὐτῆς τῆς σοφίας φασκούσης τοῖς ἀπολλυμένοις, Ἐξέτεινον λόγους, καὶ οὐ προσείχετε; Prov.1.24. ὁ δὲ Παῦλος φαίνεται διατείνων ἕωθεν μέχρι μεσονυκτίου ἐν τῷ διδάσκειν, ὅτε καὶ Act.20.7,8. Εὔτυχος καταφερόμενος ὕπνῳ καταπεσὼν ἐτάραξε τοὺς ἀκούοντας, ὡς τεθνηκώς. Εἰ τοίνυν ἀληθές τι, Ἐκ πολυλογίας οὐκ ἐκφεύξῃ ἁμαρτίαν, ἀληθὲς δὲ καὶ τὸ μὴ ἡμαρτηκέναι περὶ τῶν προειρημένων τὸν Σολομῶντα ἀπαγγείλαντα, μηδὲ τὸν Παῦλον παρατείναντα μέχρι μεσονυκτίου, ζητητέον τίς ἡ πολυλογία, κἀκεῖθεν μεταβατέον ἐπὶ τὸ ἰδεῖν τίνα τὰ πολλὰ βιβλία. ὁ πᾶς δὴ τοῦ Θεοῦ λόγος, ὁ ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν, οὐ πολυλογία ἐστίν, οὐ λόγοι· Joan.1.1. λόγος γὰρ εἷς συνεστὼς ἐκ πλειόνων θεωρημάτων, ὧν ἕκαστον θεώρημα μέρος ἐστὶ τοῦ ὅλου λόγου. οἱ δὲ ἔξω τούτου ἐπαγγελλόμενοι περιέχειν διέξοδον καὶ ἀπαγγελίαν ὁποίαν δή ποτε, εἰ καὶ ὡς περὶ ἀληθείας εἰσὶ λόγοι, καὶ παραδοξότερόν γε ἐρῶ, οὐδεὶς αὐτῶν λόγος, ἀλλ' ἕκαστοι λόγοι· οὐδαμοῦ γὰρ ἡ μονάς, καὶ οὐδαμοῦ τὸ σύμφωνον, καὶ ἕν· ἀλλά, παρὰ τὸ διεσπάσθαι καὶ μάχεσθαι, τὸ ἓν

ἀπ' ἐκείνων

ἀπ' ἐκείνων ἀπώλετο, καὶ γεγόνασιν ἀριθμοί, καὶ τάχα ἀριθμοὶ ἄπειροι. ὥστε κατὰ τοῦτ' ἂν ἡμᾶς εἰπεῖν, ὅτι ὁ φθεγγόμενος ὁ δήποτε τῆς θεοσεβείας ἀλλότριον πολυλογεῖ, ὁ δὲ λέγων τὰ τῆς ἀληθείας, κἂν εἴπῃ τὰ πάντα, ὡς μηδὲν παραλιπεῖν, ἕνα ἀεὶ λέγει λόγον· καὶ οὐ πολυλογοῦσιν οἱ ἅγιοι τοῦ σκοποῦ τοῦ κατὰ τὸν ἕνα ἐχόμενοι λόγον. εἰ τοίνυν ἡ πολυλογία ἐκ τῶν δογμάτων κρίνεται, καὶ οὐκ ἐκ τῆς τῶν πολλῶν λέξεων ἀπαγγελίας, ὅρα εἰ οὕτω δυνάμεθα ἓν βιβλίον τὰ πάντα ἅγια εἰπεῖν, πολλὰ δὲ τὰ ἔξω τούτων. ἀλλ', ἐπεὶ μαρτυρίου μοι δεῖ τοῦ ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς, ἐπίσκεψαι εἰ πληκτικώτατα δύναμαι τοῦτο παραστῆσαι, κατασκευάσας, ὅτι περὶ Χριστοῦ καθ' ἡμᾶς οὐκ ἐν ἑνὶ γέγραπται βιβλίῳ· κοινότερον ἡμῶν τὰ βιβλία νοούντων· γέγραπται γὰρ καὶ ἐν τῇ Πεντατεύχῳ, εἴρηται δὲ καὶ ἐν ἑκάστῳ τῶν προφητῶν, καὶ ἐν τοῖς Ψαλμοῖς, καὶ ἁπαξαπλῶς, ὥς φησιν αὐτὸς ὁ Σωτήρ, ἐν πάσαις ταῖς γραφαῖς, ἐφ' ἃς ἀναπέμπων ἡμᾶς φησίν· Ἐρευνᾶτε τὰς γραφάς, ὅτι ὑμεῖς δοκεῖτε ἐν αὐταῖς ζωὴν αἰώνιον ἔχειν· καὶ ἐκεῖναί εἰσιν αἱ μαρτυροῦσαι περὶ ἐμοῦ. εἰ τοίνυν ἀναπέμπει ἡμᾶς ἐπὶ τὰς γραφάς, ὡς μαρτυρούσας περὶ αὐτοῦ· οὐκ ἐπὶ τήνδε μὲν πέμπει, ἐπὶ τήνδε δὲ οὔ, ἀλλ' ἐπὶ πάσας τὰς ἀπαγγελλούσας περὶ αὐτοῦ, ἅς τινας ἐν τοῖς Ψαλμοῖς κεφαλίδα ὀνομάζει βιβλίου, λέγων, Ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ. Ὁ γὰρ ἁπλῶς θέλων ἐκλαβεῖν τό, Ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ, ἐπὶ οἵου δή ποτε ἑνὸς τῶν περιεχόντων, ἀπαγγελλέτω τίνι λόγῳ τήνδε τὴν βίβλον ἑτέρας προκρίνει. ἵνα γὰρ μὴ ὑπολαμβάνῃ τις ἐπ' αὐτὴν τὴν τῶν Ψαλμῶν βίβλον ἀναφέρειν ἡμᾶς τὸν λόγον· λεκτέον πρὸς αὐτόν, ὅτι ἐχρῆν εἰρῆσθαι, Ἐν ταύτῃ τῇ βίβλῳ γέγραπται περὶ ἐμοῦ· νῦν δέ φησι πάντα μίαν κεφαλίδα, τῷ ἀνακεφαλαιοῦσθαι τὸν περὶ αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς ἐληλυθότα λόγον, εἰς ἕν. τί δὲ καὶ τὸ βιβλίον ἑωρᾶσθαι γεγραμμένον ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν, καὶ κατεσφραγισμένον, ὅπερ οὐδεὶς ἠδύνατο ἀναγνῶναι, καὶ λῦσαι τὰς σφραγῖδας αὐτοῦ, εἰ μὴ ὁ λέων ὁ ἐκ τῆς φυλῆς τοῦ Ἰούδα, ἡ ῥίζα Δαβίδ, ὁ ἔχων τὴν κλεῖν τοῦ Δαβίδ, καὶ ἀνοίγων καὶ οὐδεὶς κλείσει, καὶ κλείων καὶ οὐδεὶς ἀνοίξει; Ἡ γὰρ πᾶσα γραφή ἐστιν ἡ δηλουμένη διὰ τῆς βίβλου· ἔμπροσθεν μὲν γεγραμμένη, διὰ τὴν πρόχειρον αὐτῆς ἐκδοχήν· ὄπισθεν δέ, διὰ τὴν ἀνακεχωρηκυῖαν καὶ πνευματικήν. Παρατηρητέον πρὸς τούτοις, εἰ δύναται, ἀποδεικτικὸν τοῦ τὰ ἅγια μίαν τυγχάνειν βίβλον, τὰ δὲ ἐναντίως ἔχοντα πολλάς, τὸ ἐπὶ μὲν τῶν ζώντων μίαν εἶναι τὴν βίβλον, ἀφ' ἧς ἀπαλείφονται οἱ ἀνάξιοι αὐτῆς γενόμενοι, ὡς γέγραπται, Ἐξαλειφθήτωσαν ἐκ βίβλου ζώντων· ἐπὶ δὲ τῶν κρίσει ὑποκειμένων βι-

Joan. 5. 39. — Pſal. 40. 7. — Apoc. 5. 1. — Ibid. v. 5. — Apoc. 3. 7. — Pſal. 68. 28.

periit, & facti ſunt numeri, & fortaſſe, numeri infiniti. Itaq; congruenter his dicimus, qui à divino cultu alienum quidlibet dicit, loquacem eſſe, qui verò dicit quæ vera ſunt, etſi omnia dixerit, nihilq; reliqui fecerit, unum ſemper dicit: neque in loquacitatis vitium incidunt ſancti, qui ſcopum habent unius ſermonis ſemper propoſitum. Si igitur multiloquium præceptis dijudicatur, non verò numero dictionum, vide an ità poſſimus unum eſſe librum omnes ſacros dicere, & multos libros, qui extra hos ſunt. Sed, quoniam teſtimonio mihi opus eſt à divina Scriptura, perpende num id mirificè exponere queam, ubi conſtituero de Chriſto ſecundùm nos, non in uno ſcriptum eſſe libro, ſi communi ſenſu ſacros libros intelligamus: ſcriptum eſt enim in quinque libris Moſis, dictum eſt in ſingulis Prophetis, in Pſalmis, & omnino, ut ipſe Servator ait, in cunctis Scripturis, ad quas remittens nos dicit; *Scrutamini Scripturas, quià vos putatis in ipſis vitam æternam habere: & illa ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me.* Si nos igitur remittit ad Scripturas, tanquam de ſe teſtimonium perhibentes; non ad hanc nos mittit, ad illam non item, ſed ad omnes quæ de ipſo pronuntiant, quas in Pſalmis *caput libri* appellat, dicens, *In capite libri ſcriptum eſt de me.* Qui enim hoc nudè velit accipere, *In capite libri ſcriptum eſt de me*, de uno aliquo eorum, qui id continent, declaret quâ ratione hunc librum alteri anteponit. Sed nè quis exiſtimet nos dictum illud ad librum Pſalmorum referre; reſpondendum eſt illi, dici oportuiſſe, *In hoc libro ſcriptum eſt de me:* nunc autem vocat omnia unúm caput; quòd in unum caput colligatur qui de ipſo ad nos ſermo pervênit. Quid? vidiſſe Joannem librú ſcriptum intùs & foris & obſignatum, quem nemo poterat legere, neque ſolvere ſignacula ejus, niſi leo de tribu Juda, radix David, qui habet clavim David, qui aperit & nemo claudet, qui claudit & nemo aperiet? Univerſa enim Scriptura eſt, quæ libro illo ſignificatur: anteriùs quidem ſcripta, propter facilem illius expoſitionem; poſteriùs verò, propter remotiorem, & qui à ſpiritu eſt, ſenſum. Obſervandum eſt præterea, ſi fieri poteſt, quòd demonſtrat ſanctos codices unum eſſe librum, qui verò his adverſantur, multos; eò quòd viventium unus ſit liber, ex quo delentur qui indigni ipſo facti ſunt, ut ſcriptú eſt, *Deleantur de libro viventium*: de his verò, qui judicio ſubjiciuntur, non liber, ſed

ſed libri dicuntur; ait enim Daniel, *Judicium conſedit, & libri aperti ſunt.* Unitati etiam divini libri teſtimonium adſcribit Moſes dicens, *Si dimittis popu'o peccatum, dimitte; ſi non dimiſeris, dele me ex libro tuo, quem ſcripſiſti.* Et illud apud Eſaiam ſic interpretor: non enim proprium eſt hujus Prophetiæ, ut ſint ſermones libri obſignati, & non legantur ab eo qui neſcit literas, quia is neſcit literas, neque ab eo qui ſcit, quia obſignatus eſt liber. Sed id verum eſt in univerſa Scriptura, quæ indiget verbo Dei, quod clauſit, ut aperiat, hoc enim claudet, & nemo aperiet: & cùm aperuerit, nemo deinde poteſt dubitationem ad ipſius expoſitionem afferre. Ob eam rem dicitur, *Aperiet & nemo claudet.* Simile quid de libro, qui eſt apud Iezechielem, accipio, *In quo ſcripta erat lamentatio, & modulatio, & væ.* Omnis enim liber continet *væ* iis qui pereunt, & *canticum* de iis qui ſervantur, & de iis, qui intermedii ſunt, *lamentationem.* Sed Joannes, qui caput unum devoravit, cujus anteriora & poſteriora perſcripta erant, Scripturam omnem intelligit, ut librum unum ſuaviſſimum, quamprimùm percipitur, cùm quis eum veluti mandit; acerbum verò uniuſcujuſque eorum qui perceperunt ſenſui ac conſcientiæ, quæ ipſum prodit. Addam præterea ad ejus rei firmamentum dictum Apoſtoli nuſquam intellectum ab iis qui Marcionem aſſectantur, qui proinde Evangelium aſpernantur & improbant; quòd enim ait Apoſtolus, *Secundùm Evangelium meum in Chriſto Jeſu,* nec dicit Evangelia, illi huic dicto imminentes aſſerunt, eò, quòd non plura ſint Evangelia, Apoſtolum numero unitatis Evangelium dixiſſe; ob idq; non intelligentes, quemadmodũ unus eſt, quem plures prædicant, ſic unũ eſſe virtute, quod à multis ſcriptum eſt Evangelium. Et reverà quod per quatuor ſcriptum eſt unum eſt Evangeliũ. Quare ſi hæc fidem facere apud vos poſſunt, quid ſit unus liber, & quid multi, nunc magis ſum ſolicitus, non quidẽ propter multitudinẽ ſcriptorum, ſed propter vim intellectorum, nè forſan eò prolabar, ut mandatum tranſiliam, ſi quid præter veritatem tanquam veritatem exponam, vel in uno meorum commentariorum: tum enim fuero multorum librorum ſcriptor. Cúmque nunc ſpecie ac prætextu cognitionis alienarum opinionum aſſeclæ in ſanctam Chriſti Eccleſiam inſurgant, & multorum librorum compoſitiones divulgent, quibus Evangelicarum & Apoſtolicarum conſtitutionum expoſitionem pollicentur; ſi jam ſileamus, nec illis ſalutaria & vera documenta apponamus,

βλους φέρεσθαι· φησὶ γὰρ ὁ Δανιὴλ, Κριτήριον ἐκά- Dan. 7.10.
θισε, καὶ βίβλοι ἠνεῴχθησαν. περὶ δὲ ἑνικῷ τῆς θείας
βίβλου καὶ Μωσῆς μαρτυρεῖ λέγων, Εἰ μὲν ἀφῆς Exod. 32.32.
τῷ λαῷ τὴν ἁμαρτίαν, ἄφες· εἰ δὲ μὴ, ἐξάλει-
ψόν με ἐκ τῆς βίβλου, ἧς ἔγραψας. Ἐγὼ καὶ τὸ
παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ οὕτως ἐκλαμβάνω· οὐ γὰρ ἴδι-
ον τῆς τούτου προφητείας, τὸ εἶναι τοὺς λόγους τοῦ
βιβλίου ἐσφραγισμένους· μήτε ὑπὸ τοῦ μὴ ἐπι-
σταμένου γράμματα ἀναγινωσκομένους, διὰ τὸ
μὴ εἰδέναι αὐτὸν γράμματα, μήτε ὑπὸ τοῦ
ἐπισταμένου, διὰ τὸ ἐσφραγίσθαι τὴν βίβλον. ἀλ-
λὰ τοῦτο ἐπὶ πάσης γραφῆς ἀληθεύεται, δεο-
μένης τοῦ κλείσαντος λόγου ἀνοίξοντος, οὗτος
γὰρ κλείσει καὶ οὐδεὶς ἀνοίξει· καὶ ἐπὰν ἀνοίξει,
οὐκέτι οὐδεὶς ἀπορίαν δύναται τῇ ἀπ' αὐτοῦ ἑρ-
μηνείᾳ προσενεγκεῖν. διὰ τοῦτο λέγεται, ὅτι Apoc. 3.7.
ἀνοίξει καὶ οὐδεὶς κλείσει. Τὸ παραπλήσιον δὲ καὶ
ἐπὶ τῆς εἰρημένης βίβλου παρὰ τῷ Ἰεζεκιὴλ Ezech. 2.10.
ἐκλαμβάνω, ἐν ᾗ ἐγέγραπτο θρῆνος, καὶ μέ-
λος, καὶ οὐαί. πᾶσα γὰρ βίβλος περιέχει τὸ τῶν
ἀπολλυμένων οὐαὶ, καὶ τὸ περὶ τῶν σωζομένων μέ-
λος, καὶ τὸν περὶ τῶν μεταξὺ θρῆνον. Ἀλλὰ καὶ
ὁ ἐσθίων Ἰωάννης μίαν κεφαλίδα, ἐν ᾗ γέγρα-
πται τὰ ἔμπροσθεν καὶ τὰ ὄπισθεν, τὴν πᾶσαν
νενόηκε γραφὴν, ὡς βίβλον μίαν ἡδίστην, κατὰ
τὰς ἀρχὰς νοουμένην, ὅτε τις αὐτὴν μασᾶται· Apoc. 10.9,
πικρὰν δὲ τῇ ἑκάστου τῶν ἐγνωκότων συνειδήσει, 10.
τῇ περὶ αὐτοῦ ἀναφαινομένην. Ἔτι προσθήσω
εἰς τὴν τούτου ἀπόδειξιν ῥητὸν Ἀποστολικὸν μὴ
νενοημένον ὑπὸ τῶν τοῦ Μαρκίωνος, καὶ διὰ τοῦ-
το ἀθετούντων τὰ εὐαγγέλια· τὸ γὰρ τὸν Ἀπό-
στολον λέγειν, Κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου ἐν Χρι- Rom. 2.16.
στῷ Ἰησοῦ, καὶ μὴ φάσκειν Εὐαγγέλια, ἐκεῖνοι
ἐφιστάντες φασὶν, οὐκ ἂν πλειόνων ὄντων εὐαγ-
γελίων τὸν Ἀπόστολον ἑνικῶς τὸ εὐαγγέλιον
εἰρηκέναι, οὐ συνιέντες ὅτι ὡς εἷς ἐστιν, ὃν εὐ-
αγγελίζονται πλείονες, οὕτως ἕν ἐστι τῇ δυνά-
μει τὸ ὑπὸ τῶν πολλῶν εὐαγγέλιον ἀναγε-
γραμμένον. καὶ τὸ ἀληθῶς διὰ τεσσάρων ἕν
ἐστιν εὐαγγέλιον. Εἰ τοίνυν ταῦτα πεῖσαι ὑμᾶς
δύναται, τί ποτέ ἐστι τὸ ἓν βιβλίον, καὶ τί τὰ
πολλὰ, νῦν μᾶλλον φροντίζω, οὐ διὰ τὸ πλῆ-
θος τῶν γραφομένων, ἀλλὰ διὰ τὴν δύνα-
μιν τῶν νοουμένων, μή ποτε ὑπαίτιος ὦ τοῦ παρα-
βαίνειν τὴν ἐντολὴν, ἐάν τι παρὰ τὴν ἀλή-
θειαν ὡς ἀλήθειαν ἐκθῶμαι, κἂν ἐν ἑνὶ τῶν
γραφομένων· ἐπεὶ γὰρ ἔσομαι γράψας βιβλία
πολλά. καὶ νῦν δὲ προφάσει γνώσεως ἐπανισα-
μένων τῶν ἑτεροδόξων τῇ ἁγίᾳ τοῦ Χριστοῦ ἐκ-
κλησίᾳ, καὶ πολυβίβλους συντάξεις φερόντων,
ἐπαγγελλομένας διήγησιν τῶν εὐαγγελικῶν
καὶ ἀποστολικῶν διατάξεων, ἐὰν σιωπήσωμεν μὴ
παρατιθέντες αὐτοῖς τὰ ὑγιῆ καὶ ἀληθῆ δόγμα-

τα, ἐπικρατήσαντα τὴν λίχνων ψυχῶν ἀπειρίᾳ τροφῆς σωτηρίας, ἐπὶ τὰ ἀπηγορευμένα ὄντως, καὶ ἀληθῶς ἀκάθαρτα καὶ βδελυκτὰ βρώματα. διόπερ ἀναγκαῖόν μοι δοκεῖ εἶναι τὸν δυνάμενον πρεσβεύειν ὑπὲρ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ λόγου ἀπαραχαράκτως, καὶ ἐλέγχειν τοὺς τὴν ψευδώνυμον γνῶσιν μεταχειριζομένους, ἵστασθαι κατὰ τῶν αἱρετικῶν ἀναπλασμάτων ἀντιπαραβάλλοντα τὸ ὕψος τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος, πεπληρωμένου συμφωνίας δογμάτων κοινῶν τῇ καλουμένῃ παλαιᾷ πρὸς τὴν ὀνομαζομένην καινὴν διαθήκην. Αὐτὸς γοῦν ἀπειρίᾳ τῶν πρεσβευόντων τὰ κρείττονα, μὴ φέρων τὴν ἄλογον καὶ ἰδιωτικὴν πίστιν, διὰ τὴν πρὸς τὸν Ἰησοῦν ἀγάπην, ἐπιδεδώκεις ποτὲ σαυτὸν λόγοις, ὧν, ὕστερον τῇ δεδομένῃ σοι συνέσει καταχρησάμενος εἰς δέον, καταγνοὺς ἀπέστης. Ταῦτα δέ φημι, κατὰ τὸ φαινόμενόν μοι ἀπολογούμενος περὶ τῶν δυναμένων λέγειν καὶ γράφειν· περὶ δὲ ἐμαυτοῦ ἀπολογούμενος, μὴ ἄρα οὐ τοιαύτης ὢν ἕξεως, ὁποίαν ἐχρῆν τὸν παρὰ
2 Cor. 3. 6. Θεοῦ ἱκανούμενον διάκονον τῆς καινῆς διαθήκης, οὐ γράμματος, ἀλλὰ πνεύματος, τολμηρότερον ἐμαυτὸν τῷ ὑπαγορεύειν ἐπιδίδωμι.

avidas & jejunas animas cibi inopiâ expugnabunt, ad vetitas & omnino impuras abominandáſque eſcas feſtinantes. Quare neceſſe mihi videtur eſſe, eum, qui ſine fraude ac prævaricatione poteſt pro Eccleſiaſtico ſermone oratorem ſe interponere, & eos confutare, qui falſam ſibi cognitionem aſſumunt, ſtare adversùs hæretica commenta, & excelſitatem Evangelici præconii illis opponere, in quo eſt pleniſſima conſenſio communis doctrinæ, veteris, quod vocant, cum novo Teſtamento. Túque ipſe adeò eorum penuriâ, qui meliora aſſererent, cùm rationi pugnantem & abſurdam fidem, quæ tua erat in Jeſum pietas, minimè ferre poſſes, iis te olim ſermonibus tradideras, quibus poſtea, uſus eâ, ut decebat, quæ data tibi eſt, prudentiâ, damnatis diſceſſiſti. Hæc autem dico ad eorum qui & dicere & ſcribere poſſunt, quatenus mihi apparet, defenſionem: ſed & meam ipſius cauſam dico, qui non eo inſtructu & habitu, quo eſſe oportet eum, qui à Deo ſit idoneus factus novi Teſtamenti adminiſter, non literæ, ſed ſpiritûs, audaciùs me ad dicendum projiciam.

Ὅτι ἓν ὄργανον Θεοῦ τέλειον καὶ ἡρμοσμένον ἡ θεία γραφή.

ΚΕΦ. ϛ'.

Matth. 5. 9. Ἐκ τοῦ β' τόμου τῶν εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον, εἰς τό, Μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοί.

Τούτῳ δὲ τῷ ἑκατέρως εἰρηνοποιῷ οὐδέν ἐστιν ἐν τοῖς θείοις λογίοις ἔτι σκολιόν, οὐδὲ στραγγαλιῶδες· πάντα γὰρ ἐνώπια τοῖς νοοῦσι· καὶ ἐπεὶ μηδέν ἐστι τούτῳ σκολιὸν μηδὲ στραγγαλιῶδες, διὰ τοῦτο πλῆθος εἰρήνης βλέπει ἐν ὅλαις ταῖς γραφαῖς, καὶ ταῖς δοκούσαις ἔχειν μάχην καὶ ἐναντιώματα πρὸς ἀλλήλας. γίνεται δὲ καὶ τρίτος εἰρηνοποιός, ὁ τὴν ἄλλοις φαινομένην μάχην τῶν γραφῶν ἀποδεικνὺς εἶναι οὐ μάχην, καὶ παριστὰς τὴν συμφωνίαν καὶ τὴν εἰρήνην τούτων, ἤτοι παλαιῶν πρὸς καινάς, ἢ νομικῶν πρὸς προφητικάς, ἢ εὐαγγελικῶν πρὸς ἀποστολικάς, ἢ ἀποστολικῶν πρὸς ἀποστολικάς. καὶ
Eccleſ. 12. 10, 11. γὰρ πᾶσαί εἰσι κατὰ τὸν Ἐκκλησιαστὴν αἱ γραφαὶ λόγοι σοφῶν ὡς βούκεντρα, καὶ ὡς ἧλοι πεφυτευμένοι, οἳ παρὰ τῶν συνθεμάτων ἐδόθησαν ἐκ ποιμένος ἑνός, καὶ οὐδὲν περισσὸν ἐξ αὐτῶν. Εἷς δὲ ποιμὴν τῶν λογικῶν ὁ λόγος, δόξαν μὲν ἐχόντων διαφωνίας τοῖς μὴ ἔχουσιν ὦτα εἰς τὸ

Scriptura ſancta unum eſt perfectum & idoneum Dei inſtrumentum.

CAP. VI.

E ſecundo tomo in Evangelium Matthæi, ad illud, Beati pacifici.

Huic verò utrâque ratione pacifico nihil eſt in divinis literis pravum, neque diſtortum: omnia enim intelligentibus ob oculos verſantur; & quia nihil eſt hujuſmodi viro obliquum aut tortuoſum, propterea abundantiam pacis videt in Scripturis etiam, quæ videntur inter ſe pugnantes & contrariæ. Eſt autem & tertius pacificus, qui, quam alii putant pugnam Scripturarum, pugnam non eſſe oſtendit, & harum conſenſum pacémque exhibet, veterum videlicet cum novis, Legalium cum Propheticis, Evangelicarum cum Apoſtolicis, & Evangelicarum cum Evangelicis. Si enim omnes Scripturæ ſecundùm Eccleſiaſten ſunt *ſermones ſapientum, ut ſtimuli, & clavi defixi, qui de compacto dati ſunt ab uno paſtore, & nihil ſuperfluum ex ipſis.* Unus autem paſtor eorum, quæ rationi congruunt, Verbum eſt, quæ diſcrepantiam habere videntur iis, qui aures non habent ad audiendum,

audiendum, re autem maximè conſentiunt. Ut enim pſalterii vel citharæ fides, quarum unaquæque proprium ſonum, & qui alterius ſono ſimilis eſſe non videtur, abſolvit, videntur inerudito, & Muſici concentûs minimè perito, propter diſſimilitudinem ſonorum diſcrepantes: ſic qui audire neſciunt divinum in ſacris Scripturis concentum, non bene convenire novo Teſtamento cum veteri, aut Legi cum Prophetis, nec Evangelia ſibi mutuò conſentire, aut Apoſtolum Evangelio, vel ſibi ipſi, vel Apoſtolis, putant. Sed, ſi quis acceſſerit divinâ Muſicâ eruditus, & re & ſermone ſapiens, ideóque quidam alius David, qui exponitur aptus & idoneus manu, abſolvet ſonum Muſicæ Dei, cùm ab ea didicerit opportunè pulſare fides modò Legis, modò, quæ illis concinunt, Evangelicas, interdum Propheticas, aliquando, cùm id ratio expoſcit, quæ ipſis accinunt, Apoſtolicas, ità & Apoſtolicis Evangelicas concinentes. Unum enim eſſe novit perfectum & aptum inſtrumentum Dei Scripturam univerſam, quæ unam abſolvit ex diverſis ſonis, iis qui diſcere volunt, ſalutarem vocem, vim omnem mali ſpiritûs ſedantem & cohibentem, quemadmodum compeſcebat Davidis Muſica ſpiritum malum, qui invaſerat Saul & ipſum ſuffocabat. Vides igitur tertio etiam modo pacificum, qui congruenter Scripturæ hujus univerſæ pacem & concordiam videt, cámque rectè quærentibus & ingenuè diſceptantibus conciliat.

ἀκούειν, τὸ δὲ ἀληθὲς συμφωνότατα. ὡς γὰρ αἱ διάφοροι τοῦ ψαλτηρίου ἢ τῆς κιθάρας χορδαί, ὧν ἑκάστη ἴδιόν τινα φθόγγον, καὶ δοκοῦντα μὴ ὅμοιον εἶναι τῷ τῆς ἑτέρας, ἀποτελεῖ, νομίζονται τῷ ἀμούσῳ, καὶ μὴ ἐπισταμένῳ λόγον μουσικῆς συμφωνίας, διὰ τὴν ἀνομοιότητα τῶν φθόγγων ἀσύμφωνοι τυγχάνειν· οὕτως οἱ μὴ ἐπιστάμενοι ἀκούειν τῆς τοῦ Θεοῦ ἐν ταῖς ἱεραῖς γραφαῖς ἁρμονίας οἴονται ἀνάρμοστον εἶναι τῇ καινῇ τὴν παλαιάν, ἢ τῷ νόμῳ τοὺς προφήτας, ἢ τὰ εὐαγγέλια ἀλλήλοις, ἢ τὸν ἀπόστολον τῷ εὐαγγελίῳ, ἢ ἑαυτῷ, ἢ τοῖς ἀποστόλοις. ἀλλ᾽ ἐλθὼν ὁ πεπαιδευμένος τὴν τοῦ Θεοῦ μουσικήν, σοφός τις ἐν ἔργοις καὶ λόγοις τυγχάνων, καὶ διὰ τοῦτο χρηματίζων ἂν Δαβίδ, ὃ ἑρμηνεύεται ἱκανὸς χειρί, ἀποτελέσει φθόγγον μουσικῆς Θεοῦ, ἀπὸ ταύτης μαθὼν ἐν καιρῷ κρούειν χορδάς, νῦν μὲν νομικάς, νῦν δὲ συμφώνους αὐταῖς εὐαγγελικάς, καὶ νῦν μὲν προφητικάς, ὅτε δὲ εὔλογον ἀπαιτεῖ, τὰς ὁμοτόνους αὐταῖς ἀποστολικάς, οὕτω δὲ καὶ ἀποστολικὰς εὐαγγελικαῖς. ἓν γὰρ τὸ τέλειον οἶδε καὶ ἡρμοσμένον ὄργανον τοῦ Θεοῦ εἶναι πᾶσαν τὴν γραφήν, μίαν ἀποτελοῦν ἐκ διαφόρων φθόγγων σωτήριον τοῖς μανθάνειν ἐθέλουσι φωνήν, καταπαύουσαν καὶ κωλύουσαν ἐνέργειαν πᾶσαν πονηροῦ πνεύματος, ὡς κατέπαυσεν ἡ Δαβὶδ μουσικὴ τὸ ἐν τῷ Σαοὺλ πονηρὸν πνεῦμα, καὶ πνῖγον αὐτόν. 1 Reg. 16.14. ὁρᾷς οὖν καὶ τρίτως εἰρηνοποιὸν τὸν ἐπιμείναντα τῇ γραφῇ βλέποντα τὴν εἰρήνην πάσης αὐτῆς, καὶ ἐμποιοῦντα ταύτην τοῖς ὀρθῶς ζητοῦσιν, καὶ γνησίως φιλοχριστοῦσιν.

De proprietate perſonarum divinæ Scripturæ.

CAP. VII.

E parvo tomo in Canticum, quem juvenis ſcripſerat.

Qui non perceperit proprietatem perſonarum divinæ Scripturæ, tum earum quæ loquuntur, tum ad quas verba fiunt, multum illi perturbationis afferent quæ dicuntur, quærenti, quænam ſit perſona loquens, quænam ea ad quam ſermo fit, ubi deſierit perſona quæ loquebatur; cùm ſæpe cui verba fiunt obſervetur etiam alia cum ea ipſa loquente, vel eâ, ad quam erat ſermo, non ampliùs audiente, ſed alterâ dicta excipiente, cùm nihilominus maneat quæ loquebatur. Ambæ interdum mutantur, & ea quæ dicit, & cui dicitur: vel, cùm utraque diutiùs maneat, non

Περὶ τοῦ ἰδιώματος τῶν προσώπων τῆς θείας γραφῆς.

ΚΕΦ. ζʹ.

Ἐκ τοῦ εἰς τὸ Ἆσμα μικροῦ τόμου, ὃν ἐν τῇ νεότητι ἔγραψεν.

ΤΩι μὴ ἐξειληφότι τὸ ἰδίωμα τῶν προσώπων τῆς θείας γραφῆς, τῶν τε λεγόντων, καὶ τῶν πρὸς ἃ ὁ λόγος, πολλὴν παρέχει σύγχυσιν τὰ λεγόμενα, ζητοῦντι τὸ λέγον πρόσωπον ὅ, τί ποτε ἐστί, καὶ τὸ πρὸς ὃ ὁ λόγος ὁποῖον, καὶ πότε τὸ λέγον ἐπαύσατο πρόσωπον· τοῦ πρὸς ὃ ἐστι πολλάκις τηρουμένου καὶ ἑτέρου πρὸς τὸ αὐτὸ λέγοντος, ἢ τοῦ πρὸς ὃ ὁ λόγος οὐκέτι ἀκούοντος, ἑτέρου δὲ διαδεξαμένου τὰ λεγόμενα, μένοντος τοῦ λέγοντος. ἔστι δ᾽ ὅτε μεταβάλλει ἀμφότερα, καὶ τὸ λέγον, καὶ τὸ πρὸς ὃ ὁ λόγος· ἢ ἐπὶ πλεῖον μένοντα ἀμφότερα, οὐ

σαφῶς δηλοῦται μένοντα. τί δὲ δεῖ τὰ παραδείγματα ζητεῖν εἰς ἑκάστου τούτων, πάνυ τῶν προφητικῶν πεπληρωμένων τῆς διαφορᾶς αὐτῶν; ἥ τις καὶ αἰτία ἐστὶν οὐχ ἡ τυχοῦσα μὴ διακρινομένης τῆς ἀσαφείας τῶν λεγομένων. ἔτι δὲ καὶ αὕτη συνήθεια τῆς γραφῆς, τὸ ταχέως μεταπηδᾷν ἀπὸ τοῦ περί τινων λόγου εἰς τὸν περὶ ἑτέρων· καὶ τοῦτο ἀσαφῶς ποιεῖν καὶ συγκεχυμένως μάλιστα ποιοῦσι προφῆται.

apertè ſignificantur manere. Quid autem opus eſt horum ſingulorum exempla quærere, cùm Prophetarum ſcripta iſtorum copiâ referta ſint? Quæ cauſa eſt non ſanè levis cur obſcuritas dictorum non dijudicetur. Eſt autem is Scripturæ mos, ut ab uno ſermone ad alium illico tranſiliat; idque obſcurè ac confuſè admodum Prophetæ faciunt.

Καὶ πάλιν ἐκ τῆς εἰς τὰς Πράξεις ὁμιλίας δ′.

Act. 1. 16. Ἔδει πληρωθῆναι τὴν γραφὴν, ἣν προεῖπε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ στόματος Δαβὶδ περὶ Ἰούδα. ἐν ᾧ Ψαλμῷ τὰ περὶ τοῦ Ἰούδα γέγραπται, εἴποι τις ἂν ὅτι οὐ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λαλεῖ· σαφῶς γὰρ τοῦ Σωτῆρός εἰσιν οἱ λόγοι

Pſal. 108. 1, 2. (109) λέγοντος, Ὁ Θεὸς τὴν αἴνεσίν μου μὴ παρασιωπήσῃς, ὅτι στόμα ἁμαρτωλοῦ, καὶ στόμα δολίου, ἐπ'

Ibid. v. 8. ἐμὲ ἠνοίχθη, καὶ τὰ ἑξῆς ἕως, Καὶ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι ἕτερος. πῶς οὖν, εἰ ὁ Σωτήρ ἐστιν ὁ ταῦτα λέγων, φησὶν ὁ Πέτρος, Ἔδει πληρωθῆναι τὴν γραφὴν, ἣν προεῖπε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ στόματος Δαβίδ; μή ποτε οὖν ὃ διδασκόμεθα ἐνταῦθα τοιοῦτόν ἐστι; προσωποποιεῖ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν τοῖς προφήταις· καὶ ἐὰν προσωποποιήσῃ τὸν Θεὸν, οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς ὁ λαλῶν, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ λαλεῖ· καὶ ἐὰν προσωποποιήσῃ τὸν Χριστὸν, οὐκ ἔστιν ὁ Χριστὸς ὁ λαλῶν, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ λαλεῖ. οὕτω κἂν προσωποποιήσῃ τὸν προφήτην, ἢ τὸν λαὸν ἐκεῖνον, ἢ τὸν λαὸν τοῦτον, ἢ ὅ, τι δή ποτε προσωποποιεῖ, τὸ ἅγιον πνεῦμά ἐστι τὸ πάντα προσωποποιοῦν.

Jam è quarta homilia in Acta Apoſtolorum.

Oportebat impleri quod prædixerat Spiritus ſanctus per os David de Juda. In quo Pſalmo de Juda ſcriptum eſt, dixerit fortaſſe quiſpiam Spiritum ſanctum non loqui; Servatoris enim ſermo eſt, *Deus laudem meam ne reticueris, quia os peccatoris, & os fraudulenti, in me apertum eſt,* & quæ deinceps uſque ad ea verba, *Et Epiſcopatum ejus accipiat alter.* Quomodo igitur, ſi Servator eſt qui hæc dicit, ait Petrus, *Oportebat impleri Scripturam, quam prædixerat Spiritus per os David?* Num igitur, quod hic docemur tale eſt? perſonas fingit Spiritus ſanctus in Prophetiis; & ſi perſonam induxerit Dei, non eſt Deus qui loquitur, ſed Spiritus ſanctus ex perſona Dei loquitur: ſi Chriſtum induxerit, non eſt Chriſtus qui loquitur, ſed Spiritus ſanctus ex perſona Chriſti loquitur. Ità & ſi perſonam Prophetæ exhibuerit, vel hujus aut illius populi, quamcunque tandem perſonam introducit, Spiritus ſanctus eſt, qui omnes illas perſonas fingit.

Περὶ τοῦ μὴ δεῖν τὰ σολοικοειδῆ, καὶ μὴ σώζοντα τὴν κατὰ τὸ ῥητὸν ἀκολουθίαν ῥητὰ τῆς γραφῆς, ἐπιχειρεῖν διορθοῦσθαι, πολὺ τοῖς συνιέναι δυναμένοις τὸ τῆς διανοίας ἀκόλουθον σώζοντα.

Nihil eſt corrigendum ex iis, quæ in Scriptura Solœciſmi ſpeciem habent, & ſibi non cohærere ſecundùm literam videntur, cùm intelligentiæ conſecutionē ſervent apud eos, qui intelligentiâ præditi ſunt.

ΚΕΦ. η′.

Ἐκ τῶν εἰς τὸν Ὠσηὲ ἐξηγητικῶν.

ἘΠειδὴ τὰ σολοικοειδῶς εἰρημένα κατὰ τὴν γραφὴν, ὅσα κατὰ τὴν λέξιν, συγχωίει τὸν ἐντυγχάνοντα, ὡς ὑπονοεῖν οὐκ ὀρθῶς, οὐδὲ ἀκολούθως, οὐδὲ ὡς ἔχει, γεγράφθαι τὰ ῥητά· ὡς καὶ τολμᾷν τινας προφάσει διορθώσεως ἀλλοιοῦν, μεταθέντας τὸν ἐγκείμενον περὶ τὰ δοκοῦντα ἀκολούθως γίγνεσθαι ῥητὰ νοῦν· ἀναγκαίως

CAP. VIII.

E Commentariis in Oſee.

QUoniam quæ in Scripturis ſolœciſmi formam habent dictione ipſâ legentem confundunt, ut ſuſpicetur, non rectè, neq; ut ſe habent, ità ſcriptas eſſe divinas literas: ut & audeant aliqui eas, emendationis prætextu, immutare, & circumpoſitam iis, quæ conſecutionem habere videntur, verbis intelligentiam tranſponere; unde cùm hic

hìc tale quidpiam neceſſariò inciderit, quantum è locutione in propoſitis verbis conjicere licet, latentem in ipſis ſententiam videamus. Cùm enim numero multitudinis dixerit, *Luxerunt & oraverunt me*, & rurſum eodem numero quæ ſequuntur expoſuerit, *Domi cùm eſſem, invenerunt me*, reliqua in numero unitatis effert dicens, *Et ibi locutus eſt ad ipſum*. Nudam dictionem ſi quis intuebitur, per errorem ſcriptum exiſtimans, poſterius etiam numero multitudinis ſcribet; aut ſuperiora ad ſingularem rediget. Qui enim legerit, *Fleverunt & oraverunt me*, &, *Domi cùm eſſem, invenerunt me*, affirmabit ità legenda quæ ſequuntur, *Ibi locutus eſt ad ipſos*, hoc eſt, qui fleverunt & oraverunt, & domi Deum invenerunt. Atque ex obſervatione ſimilium verborum etiam illa cohærenter dicta oſtendemus. In Geneſi Deus Adamo præceptum dans ait, *De omni ligno, quod in paradiſo eſt, comede, de ligno autem cognitionis boni & mali, non comedetis ex ipſo; quâ autem die comederitis ex ipſo, morte moriemini.* Cùm enim ibi quoque à ſingulari cœpiſſet, *De omni arbore, quæ in paradiſo eſt, comedes*, ſubjungit numero plurativo dicens, *De ligno autem cognoſcendi bonum & malum, ne comedite ex ipſo: quâcunque autem die comederitis ex ipſo, morte moriemini.* Cùm enim præceptum, quo vult illum vivere, quamdiu hoc obſervaverit, numero unitatis dat, & ait, *De omni ligno, quod in paradiſo eſt, comedes.* Qui enim ſecundùm Deum ambulant, & mandata ejus amplectuntur, etſi multi ſint, quòd tamen concordes ſunt, & unius ſenſûs, multi unum ſunt: propterea cùm de bono præceptum datur, ſingulari numero, *comedes*; cùm verò de tranſgreſſione præceptum dividitur, non jam ſingulari, ſed plurali numero, *Non comedetis ex ipſo; quâ verò die comederitis ex ipſo, morte moriemini.* Sic igitur illi cùm flent & orant apud Deum, numero plurali dicitur, *Fleverunt & precati ſunt*: cùm verò Deum inveniunt, non jam plurativè dicitur, *Ibi locutus eſt ad ipſos*, ſed *ad ipſum*. Jam enim unum facti ſunt multi, quòd invenerint Deum, & audiant ſermonem ejus. Unus enim, cùm peccat, multiplex eſt, à Deo abſciſſus, & in partes diviſus, & ab unitate decidens: multi autem, qui Dei mandata ſequuntur, unus ſunt; quemadmodum & Apoſtolus teſtatur dicens, *Quia unus panis & unum corpus multi ſumus*; & deinde, *Unus Deus, unus Chriſtus, una fides, unum baptiſma*: & alibi, *Quia omnes unum ſumus in Chriſto Jeſu*: & denuo, *De-*

καὶ ἐνθάδε τοῦ ὁμοίου ἐμπεσόντος, ὅσον κατὰ τὴν λέξιν περὶ τὰ προκείμενα ῥητὰ, εἰδῶμεν τὸν ἐν αὐτοῖς ἐγκείμενον νοῦν. πληθυντικῶς γὰρ εἰπὼν, Ἔκλαυσαν καὶ ἐδεήθησάν μου, καὶ πάλιν πληθυντικῶς τὸ ἑξῆς δηλώσας, Ἐν τῷ οἴκῳ ὢν εὕρεν με, τὸ ἑξῆς ἐπὶ ἑνικοῦ ἐπιφέρει λέγων, Καὶ ἐκεῖ ἐλαλήθη πρὸς αὐτόν. τῇ γὰρ λέξει ψιλῇ τις ἐντυχὼν κατὰ πλάνην δοκῶν γεγράφθαι, ἢ καὶ τὸ τελευταῖον πληθυντικῶς γράψει· ἢ τὰ πρῶτα εἰς ἑνικὸν μεταθήσει. ἀναγνοὺς γὰρ, Ἔκλαυσαν καὶ ἐδεήθησάν μου, καὶ, Ἐν τῷ οἴκῳ ὢν εὕρεν με, εἴποι ἂν, ὅτι καὶ τὸ ἑξῆς οὕτως ἔστιν, Ἐκεῖ ἐλαλήθη πρὸς αὐτοὺς, τουτέστι τοὺς κλαύσαντας καὶ δεηθέντας, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ ὢν εὑρόντας τὸν Θεόν. ἐκ παρατηρήσεως δὲ ὁμοίων ῥητῶν καὶ τοῦτο ἀκολούθως εἰρῆσθαι δείξομεν. Ἐν τῇ Γενέσει ὁ Θεὸς τῷ Ἀδὰμ ἐντολὴν διδοὺς οὕτω φησὶν, Ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσει φαγῇ, ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν, οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ· ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. Ἀρξάμενος γὰρ κἀκεῖ ἀπὸ ἑνικοῦ ἐν τῷ εἰρηκέναι, Ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσει φαγῇ, ἐπιφέρει πληθυντικῶς εἰπὼν, Ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν, οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ· ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. ὅτε γὰρ περὶ τῆς ἐντολῆς, δι' ἧς αὐτὸν ἐν ζωῇ ταύτην τηροῦντα ἠθέλησεν εἶναι, ἑνικῶς ἐντέλλεται, καί φησιν, Ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσει φαγῇ. οἱ γὰρ κατὰ Θεὸν περιπατοῦντες, καὶ τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ ἀντεχόμενοι, κἂν πολλοὶ ὦσι, τῷ ὁμόφρονες εἶναι οἱ πολλοὶ ἕν εἰσι. διὰ τοῦτο, ὅτε περὶ ἀγαθοῦ ἐντολὴ δίδοται, ἑνικῶς αὐτὸ λέγεται, τὸ Βρώσει φαγῇ· ὅτε δὲ ἤδη περὶ παραβάσεως διαστέλλεται, οὐχ ἑνικῶς ἀλλ' ἤδη πληθυντικῶς φησιν, Οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ· ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. Οὕτως οὖν καὶ ἐνθάδε, ὅτε ἔτι κλαίουσι καὶ δέονται πρὸς Θεὸν, πληθυντικῶς λέγεται τὸ, Ἔκλαυσαν καὶ ἐδεήθησαν· ὅτε δὲ εὑρίσκουσι τὸν Θεὸν, οὐκέτι πληθυντικῶς φησὶ τὸ, Ἐκεῖ ἐλαλήθη πρὸς αὐτοὺς, ἀλλὰ Πρὸς αὐτόν. ἤδη γὰρ ἓν γεγόνασιν οἱ πολλοὶ ἐν τῷ εὑρηκέναι τὸν Θεὸν, καὶ ἐν τῷ ἀκούειν λόγον αὐτοῦ. ὁ γὰρ εἷς, ὅτε ἁμαρτάνει, πολλοστός ἐστιν, ἀποσχιζόμενος ἀπὸ Θεοῦ, καὶ μεριζόμενος, καὶ τῆς ἑνότητος ἐκπίπτων· οἱ δὲ πολλοὶ, ταῖς ἐντολαῖς ἑπόμενοι τοῦ Θεοῦ, εἷς εἰσι· καθὼς καὶ ὁ Ἀπόστολος μαρτυρεῖ εἰπὼν, Ὅτι εἷς ἄρτος καὶ ἓν σῶμα οἱ πολλοί ἐσμεν· καὶ πάλιν, Εἷς Θεὸς, καὶ εἷς Χριστὸς, καὶ μία πίστις, καὶ ἓν βάπτισμα· καὶ ἀλλαχοῦ, Ὅτι πάντες ἓν ἐσμὲν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· καὶ αὖθις, Ἡρ-

Oſee 12. 4.

Ibid. v. eod.

Gen. 2. 16, 17.

1 Cor. 10. 17.

Epheſ. 4. 5.

Rom. 12. 5.

2 Cor. 11. 2. μοσάμην γὰρ ὑμᾶς πάντας ἑνὶ ἀνδρὶ, παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ. καὶ ὅτι οἱ εὐαρεστοῦντες τῷ Κυρίῳ ἕν εἰσιν ἀπὸ τῆς προσευχῆς, ἧς ὁ Σωτὴρ εὔχεται πρὸς τὸν πατέρα περὶ
Joan. 17. 22. τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, ἐστὶν ἰδεῖν· Πάτερ γάρ φησιν, ἅγιε, δὸς ἵνα καθὼς ἐγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν, οὕτω καὶ οὗτοι ἐν ἡμῖν ἓν ὦσιν. ὅταν δὲ καὶ ἀλλήλων μέλη λέγωνται εἶναι οἱ ἅγιοι, τί ἄλλο εἰ μὴ ἓν σῶμά εἰσι; καὶ ἐν τῷ Ποιμένι δὲ τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου διὰ πολλῶν μὲν λίθων οἰκοδομουμένην, ἐξ ἑνὸς δὲ λίθου φαινομένην εἶναι τὴν οἰκοδομὴν, τί ἄλλο, ἢ τὴν ἐκ πολλῶν συμφωνίαν καὶ ἑνότητα, σημαίνει ἡ γραφή;

ſpondi enim vos omnes uni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto. Et quidem eos, qui placent Domino, unum eſſe, ex precatione, quâ Servator ad Patrem pro Apoſtolis contendit, id manifeſtum eſt: *Pater ſancte,* ait, *da quemadmodum ego & tu unum ſumus, ſic & hi in nobis unum ſint.* Cùm verò & membra inter ſe eſſe ſancti dicantur, quid aliud niſi unum ſunt corpus? Et in libro, qui *Paſtor* inſcribitur, ædificationem turris ex multis factam lapidibus, ex uno verò lapide factum videri ædificium, quid aliud, quàm è multis concentum & unitatem, ſcriptum id ſignificat?

Τίς ὁ λόγος τοῦ τὴν θείαν γραφὴν κατὰ διάφορα σημαινόμενα τῷ αὐτῷ ὀνόματι κεχρῆσθαι πολλάκις, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ.

ΚΕΦ. Θ'.

Rom. 7. 7. Ἐκ τοῦ εἰς τὴν πρὸς Ῥωμαίους τόμου θ'· εἰς τὸ Τί οὖν ὁ νόμος ἁμαρτίας.

Οὐχ ὥσπερ ὄνομα ἕν ἐστι νόμος, οὕτω καὶ εἷς ὁ περὶ νόμου πανταχοῦ τῆς γραφῆς λόγος. διὸ καθ' ἕκαστον χρὴ τόπον αὐτῆς ἐπιμελῶς ἐπιστήσαντα θεωρῆσαι, νῦν μὲν τί σημαίνεται ἐκ τῆς νόμος φωνῆς, νῦν δὲ τί χρὴ τὸ τοιοῦτον ἐννοεῖν. ἀλλὰ καὶ περὶ ἄλλων πλειόνων. ὁμώνυμοι γὰρ καὶ ἐπὶ ἄλλων εἰσὶ κατὰ τὴν γραφὴν φωναί· αἵ τινες συγχέουσι τοὺς νομίζοντας, ὅτι ὡς ὄνομα ἕν ἐστιν, οὕτω καὶ τὸ σημαινόμενον ἕν, ὅπου ἂν τοῦτο ὀνομασθῇ. Ὅτι δὲ ἡ νόμος φωνὴ οὐκ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ, ἀλλ' ἐπὶ πλειόνων τέτακται, τὰ πολλὰ παραλιπόντες καὶ δεόμενα κατασκευῆς, ἔχοντα ἀνθυποφορὰν λύσεως δεομένην, ἐκθησόμεθα τὰ πάντα ὁντινοῦν δυσωπῆσαι δυνάμενα· ὡς τῆς νόμος φωνῆς κειμένης ἐπὶ πλειόνων, οἷον ἐπὰν ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας λέγηται,
Galat. 3. 10. Ὅσοι γὰρ ἐξ ἔργων νόμου εἰσὶν, ὑπὸ κατάραν εἰσί· γέγραπται γὰρ, Ἐπικατάρατος πᾶς ὃς οὐκ ἐμμένει πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου τοῦ ποιῆσαι αὐτά. σαφὲς ὅτι νόμος ὁ κατὰ τὸ γράμμα δηλοῦται Μωσέως, τὸ προστακτικὸν μὲν ὧν ποιητέον, ἀπαγορευτικὸν δὲ ὧν οὐ ποιητέον, τοῖς αὐτῷ ὑποκειμένοις. τὸ δι' αὐτῷ δηλοῦται ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιστολῇ, καὶ ἐν
Ibid. v. 19. τῷ, Ὁ νόμος γὰρ τῶν παραβάσεων χάριν ἐτέθη, ἄχρις οὗ ἔλθῃ τὸ σπέρμα, ᾧ ἐπήγγελται, διαταγεὶς δι' ἀγγέλων ἐν χειρὶ μεσίτου· καὶ ἐν
Ibid. v. 24. τῷ, Ὥστε ὁ νόμος παιδαγωγὸς ἡμῶν γέγονεν

Quâ ratione divina Scriptura diverſo ſignificatu eodem nomine, & eodem in loco, ſæpius uſa ſit.

CAP. IX.

E parte nona in epiſtolam ad Romanos: ad illud, Quid igitur lex peccati.

NOn quomodo lex unum nomen eſt, ſic unus eſt ubique de lege Scripturæ ſermo. Quare in ſingulis locis opus eſt, eam accuratè perſequi ac contemplari, & nunc quid ſignificetur legis nomine, nunc verò quid illud ſit perpendere. Sed & in aliis compluribus vocibus id tenendum eſt. Sunt enim in Scriptura aliis ſignificandis rebus eandem ſortitæ appellationem voces; quæ confundunt eos, qui exiſtimant, quemadmodum una vox eſt, ità unum eſſe ſignificatum, ubicunque nomen id locum habuerit. Quòd autem legis vox non eidem ſignificando, ſed pluribus ponatur, multis prætermiſſis, quæ, ad impeditos ſenſus quos continent ſolvendos, operam tum & ſtudium efflagitent, exponemus ea, quæ ſedare quemlibet poſſunt; ut legis voce pluribus [ſignificandis] poſitâ, veluti cùm in Epiſtola ad Galatas dicitur, *Quicunque ex operibus legis ſunt, ſub maledictione ſunt: ſcriptum eſt enim, Execrabilis qui non adhæret omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro legis, ut faciat ea.* Planum eſt his verbis ſignificari Moſis legem, quæ imperat facienda, & prohibet non facienda iis, qui ipſi ſubjacent. Hoc autem iis verbis declaratur in eadem Epiſtola, & his, *Lex enim propter tranſgreſſiones poſita eſt, donec venerit ſemen, cui promiſſum eſt, ordinata per angelos in manu mediatoris;* & in his, *Adeò ut lex noſter pædagogus fuerit*

in

in Chriſtum, ut ex fide juſtificemur: at ubi venit fides, non jam ſub pædagogo ſumus. Omnes enim filii Dei eſtis per fidem in Chriſto Jeſu. Legis etiam nomine ſignificatur hiſtoria apud Moſem deſcripta, quemadmodum ex ea ipſa Epiſtola diſcimus his verbis, *Dicite mihi, qui ſub lege vultis eſſe, legi non auſcultatis? Scriptum eſt enim, Abraam duos filios habuit, unum ex ancilla, & unum ex libera: ſed qui ex ancilla ſecundùm carnem natus eſt; qui autem ex libera per promiſſionem.* Scio & Pſalmos legem appellari, ut planum eſt ex iis, *ut impleatur ſermo, qui in lege ipſorum ſcriptus eſt, Quia oderunt me gratis.* Sed & Eſaiæ vaticinium lex vocatur ab Apoſtolo dicente, *In lege ſcriptum eſt, Et in aliis linguis & labiis aliis loquar populo huic, & neque ſic audient me, dicit Dominus.* Inveni enim in Aquilæ interpretatione, quæ huic dicto ex æquo reſponderent. Dicitur & lex abſtruſior & divinior legis intelligentia; ſicuti in hoc loco, *Scimus & legem eſſe ſpiritûs.* Ad hæc, lex dicitur; quæ ſecundùm communem ſenſum animæ inſita eſt, &, ut loquitur Scriptura, *inſcripta cordi*, imperans quæ facienda, & vetans quæ non facienda: quod & his verbis declaratur, *Cùm enim gentes, quæ legem non habent, naturâ quæ legis ſunt faciant: hi, qui legem non habent, ſibiipſi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium perhibente ipſorum conſcientiâ.* Quæ enim in cordibus ſcripta eſt lex, & in gentibus, naturâ quæ lex jubet facientibus, non alia eſt ab ea, quæ ſecundùm communem ſenſum naturâ inſcripta eſt principi parti noſtræ, & quæ quotidie cùm rationis perfectione ac conſummatione adultior fit & ſolidior. Hic erat legis ſignificatus, & hoc loco, *Peccatum non imputatur, cùm non eſt lex;* & in hoc, *Peccatum non cognovi, niſi per legem:* ante legem enim Moſis imputatum eſt peccatum, & Cain, & qui diluvio abſorpti ſunt, & Sodomitis, & aliis innumeris: & multi ante legem Moſis peccatum cognoverunt. Nec mireris, quòd duæ legis ſignificationes vocis hujus in eodem loco accipiuntur: hunc enim morem & in aliis Scripturis inveniemus; quemadmodum, *Nonne dicitis quatuor menſes ſupereſſe, & meſſis venit? Attollite oculos, & videte regiones, quia jam albæ ſunt ad meſſem.* Bis enim meſſis nominatur; priùs quidem ad corpoream meſſem refertur, poſterius ad meſſem ſpiritûs. Simile autem invenies

εἰς Χριστὸν, ἵνα ἐκ πίστεως δικαιωθῶμεν· ἐλ-
θούσης δὲ τῆς πίστεως, οὐκέτι ὑπὸ παιδαγωγόν ἐσμεν.
πάντες γὰρ υἱοὶ Θεοῦ ἐστε διὰ τῆς πίστεως ἐν Χρι-
στῷ Ἰησοῦ. Σημαίνεται καὶ ἡ παρὰ Μωσεῖ ἀνα-
γεγραμμένη ἱστορία, ἀπὸ τῆς νόμος φωνῆς, ὡς
ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς ἔστι λαβεῖν, ἐκ τοῦ,
Λέγετέ μοι οἱ ὑπὸ νόμον θέλοντες εἶναι, τὸν Gal. 4. 21.
νόμον οὐκ ἀκούετε; γέγραπται γὰρ ὅτι Ἀβραὰμ
δύο υἱοὺς ἔσχεν, ἕνα ἐκ τῆς παιδίσκης, καὶ ἕνα ἐκ
τῆς ἐλευθέρας. ἀλλ' ὁ μὲν ἐκ τῆς παιδίσκης
κατὰ σάρκα γεγέννηται· ὁ δὲ ἐκ τῆς ἐλευθέρας,
διὰ τῆς ἐπαγγελίας. οἶδα καὶ τοὺς Ψαλμοὺς
ὀνομαζομένους νόμον, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ, Ἵνα Joan. 15. 25.
πληρωθῇ ὁ λόγος ὁ ἐν τῷ νόμῳ αὐτῶν γεγραμ-
μένος, Ὅτι ἐμίσησάν με δωρεάν. Ἀλλὰ καὶ ἡ Psal. 35. 19.
τοῦ Ἡσαΐου προφητεία νόμος παρὰ τῷ Ἀπο-
στόλῳ λέγεται φάσκοντι, Ἐν τῷ νόμῳ γέγρα- 1 Cor. 14.21.
πται, Ἐν ἑτερογλώσσοις καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέ- Eſaiæ 28. 11.
ροις λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ, καὶ οὐδ' οὕτως εἰσ-
ακούσονταί μου, λέγει Κύριος. εὗρον γὰρ τὰ ἰσο-
δυναμοῦντα τῇ λέξει ταύτῃ ἐν τῇ τοῦ Ἀκύλου
ἑρμηνείᾳ κείμενα. Λέγεται νόμος καὶ ἡ μυστι-
κωτέρα καὶ θειοτέρα τοῦ νόμου ἐκδοχή· ὡς ἐν
τῷ, Οἴδαμεν γὰρ ὅτι ὁ νόμος πνευματικός ἐστι. Rom. 7. 14.
Παρὰ δὲ ταῦτα πάντα λέγεται νόμος ὁ κατὰ
τὰς κοινὰς ἐννοίας ἐνεσπαρμένος τῇ ψυχῇ,
καὶ, ὡς ὀνομάζει ἡ γραφὴ, ἐγγεγραμμένος τῇ
καρδίᾳ λόγος, προστακτικὸς μὲν ὧν ποιητέον,
ἀπαγορευτικὸς δὲ ὧν οὐ ποιητέον. καὶ οὗτος δὲ δηλοῦται
ἐν τῷ, Ὅταν γὰρ ἔθνη, τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει Rom. 2. 14.
τὰ τοῦ νόμου ποιῶσιν· οὗτοι, νόμον μὴ ἔχοντες,
ἑαυτοῖς εἰσι νόμος, οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ
ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐ-
τῶν, συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως. Ὁ
γὰρ γραπτὸς ἐν ταῖς καρδίαις νόμος καὶ ἐν ἐθνι-
κοῖς, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιοῦσιν, οὐκ ἄλλος ἐστὶ
τοῦ κατὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας φύσει ἐγγεγραμμένου
τῷ ἡγεμονικῷ ἡμῶν· καὶ τρανοτέρου μετὰ τῆς
συμπληρώσεως τοῦ λόγου ὁσημέραι γινομένου. Τοῦ-
το τὸ σημαινόμενον ἦν τοῦ νόμου, καὶ ἐν τῷ, Ἁ- Rom. 5.13.
μαρτία οὐκ ἐλλογεῖται, μὴ ὄντος νόμου· καὶ ἐν τῷ,
Τὴν ἁμαρτίαν οὐκ ἔγνων, εἰ μὴ διὰ νόμου. πρὸ Rom. 7. 7.
γὰρ τοῦ κατὰ Μωσέα νόμου ἐλλελόγηται ἁμαρτία, καὶ
τῷ Κάϊν, καὶ τοῖς τὸν κατακλυσμὸν παθοῦσιν, ἔτι
δὲ καὶ Σοδομίταις, καὶ ἄλλοις μυρίοις· πολλοί τε
ἔγνωσαν τὴν ἁμαρτίαν καὶ πρὸ τοῦ Μωσέως νόμου.
καὶ μὴ θαυμάσῃς, εἰ δύο σημαινόμενα τοῦ ἑνὸς
ὀνόματος τοῦ νόμου ἐν τῷ αὐτῷ παρείληπται
τόπῳ· εὑρήσομεν γὰρ ταύτην τὴν συνήθειαν
καὶ ἐν ἄλλαις γραφαῖς· οἷον, Οὐχ ὑμεῖς λέγετε Joan. 4. 35.
ὅτι τετράμηνόν ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται;
ἐπάρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ θεάσασθε τὰς
χώρας, ὅτι λευκαί εἰσι πρὸς θερισμὸν ἤδη. δὶς
γὰρ ὁ θερισμὸς ὀνομάζεται· κατὰ μὲν τὸ πρότε-
ρον, ἐπὶ τὸν σωματικὸν ἀναφέρεται· κατὰ δὲ τὸν
δεύτερον, ἐπὶ τὸν πνευματικόν. τὸ δὲ ὅμοιον εὑρή-
σεις

σεις καὶ ἐπὶ τοῦ ἀπὸ γενετῆς τυφλοῦ θεραπευθέντος· ᾧ ἐπιφέρει σωματικῶς γενομένῳ τὸ, Joan. 9. 39. Εἰς κρίμα ἐγὼ εἰς τὸν κόσμον τοῦτον ἦλθον, ἵνα οἱ μὴ βλέποντες βλέπωσι, καὶ οἱ βλέποντες τυφλοὶ γένωνται. οὕτω καὶ, Νυνὶ χωρὶς Rom. 3. 21. μὲν νόμου τοῦ τῆς φύσεως δικαιοσύνη Θεοῦ πεφανέρωται, μαρτυρουμένη δὲ ὑπὸ νόμου [τοῦ Μωϋσέως] καὶ τῶν προφητῶν. Εἴποιμι δ' ἂν πρὸς τοὺς ἔτι ὀκνοῦντας παραδέξασθαι τὸ διττὸν σημαινόμενον τοῦ νόμου, ὅτι εἴπερ ὁ αὐτὸς νόμος παρειλῆπται ἔν τε τῷ, Νυνὶ δὲ χωρὶς νόμου δικαιοσύνη Θεοῦ πεφανέρωται, καὶ ἐν τῷ, Μαρτυρουμένη ὑπὸ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν· εἰ μὲν χωρὶς νόμου πεφανέρωται, οὐχ ὑπὸ νόμου μαρτυρεῖται· εἰ δὲ ὑπὸ τοῦ νόμου μαρτυρεῖται, οὐ χωρὶς νόμου πεφανέρωται. τὴν τοίνυν δικαιοσύνην τοῦ Θεοῦ, φανερωθεῖσαν ὑπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ, μαρτυρεῖ μὲν οὐδαμῶς ὁ τῆς φύσεως νόμος, μικρότερος γάρ ἐστιν αὐτῆς. ὁ δὲ Μωσέως νόμος, οὐ τὸ γράμμα, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα· καὶ οἱ ἀνάλογον τῷ πνεύματι τοῦ νόμου προφῆται, καὶ ὁ ἐν αὐτοῖς πνευματικὸς λόγος. Διὸ χρὴ ἐπιμελῶς τὸν ἀναγινώσκοντα τὴν θείαν γραφὴν τηρεῖν, ὅτι οὐ πάντως ταῖς αὐταῖς λέξεσιν ἐπὶ τῶν αὐτῶν πραγμάτων χρῶνται αἱ γραφαί· τοῦτο δὲ ποιοῦσιν, ὁτὲ μὲν παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν, ὁτὲ δὲ παρὰ τὴν τροπολογίαν, καὶ ἔσθ' ὅτε παρὰ τὴν συμφράσιν ἀπαιτοῦσαν ἄλλως τῇ λέξει χρήσασθαι ἐν τοῖσδε τισὶν, ἢ ὡς κεῖται ἐν ἑτέροις. καὶ τοῦτο ἐὰν ἐπιμελῶς παραφυλαττώμεθα, πολλῶν σφαλμάτων ἀπαλλαττώμεθα, καὶ παρεκδοχῶν. Χρὴ δὴ οὖν εἰδέναι ὅτι τὸ Ἑώρακεν οὐκ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ κεῖται ἀεί· ἀλλ' ὁτὲ μὲν ἐπὶ τοῦ σωματικοῦ ὁρᾶν, ὁτὲ δὲ ἀντὶ τοῦ νοεῖν. καθόλου γὰρ τοῦτο ἰστέον, ὅτι προκειμένου κρύψαι, καὶ μὴ φανερῶς ἐκθέσθαι τὰ νοήματα τῆς ἀληθείας τῷ ἐν τοῖς προφήταις πνεύματι, καὶ ἐν τοῖς ἀποστόλοις Χριστοῦ λόγῳ, πολλαχοῦ καὶ ὑπὸ τῆς φράσεως συγχεῖται, καὶ οὐχ ὡς ὑπὸ μίαν λέγεται ἀκολουθίαν· ἵνα μὴ καὶ ἀνάξιοι εἰς κρῖμα τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς εὕρωσι τὰ συμφερόντως αὐτοῖς ἀποκεκρυμμένα. καὶ τοῦτο πολλαχοῦ αἴτιόν ἐστι τοῦ δοκεῖν μὴ ἔχειν σύνταξιν μηδὲ ἀκολουθίαν τὴν ὅλην γραφὴν, καὶ μάλιστα, ὡς προείπομεν, τὴν προφητικὴν, καὶ τὴν ἀποστολικήν· καὶ μάλιστα τῆς ἀποστολικῆς τὴν πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολὴν, ἐν ᾗ τὰ περὶ νόμου διαφόρως ὀνομάζεται, καὶ ἐπὶ διαφόρων πραγμάτων κείμενα· ὥστε δοκεῖν ὅτι οὐκ ἔχεται ὁ Παῦλος ἐν τῇ γραφῇ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ προκειμένου αὐτῷ σκοποῦ.

in cœco ab ipſo natu curato; cui hæc loquitur corpore cæcutienti, *Ego ad judicium in hunc mundum veni, ut qui non vident videant, & qui vident cœci fiant.* Sic &, *Nunc ſine lege naturæ juſtitia Dei apparuit, teſtimonio legis [Moſis] & Prophetarum prænuntiata.* Dixerim verò iis, qui dubitant duplicem legis ſignificatum recipere, ſi lex ipſa accipitur, & in hoc loco, *Sine lege juſtitia Dei illuxit*, & in illo, *A lege & Prophetis prænuntiata*; ſi abſque lege apparuit, non à legis teſtimonio prænuntiatur; ſi verò legis teſtimonio comprobatur, non ſine lege declarata eſt. Juſtitiam itaque Dei, quæ à Jeſu Chriſto declarata eſt, nequaquam ſuo teſtimonio comprobat naturæ lex, minor enim eſt ipſâ: lex autem Moſis, non litera, ſed ſpiritus: & ſpiritui legis reſpondentes Prophetæ, & qui in ipſis eſt ſermo ſpiritûs. Quare diligenter obſervare oportet eum, qui divinas Scripturas pervolutat, non eas ſemper iiſdem vocibus in iiſdem rebus uti; quod interdum faciunt per cognominationem, quandoque per figuratam rationem, aliquando propter elocutionis contextum, qui exigit ut aliter in aliquibus dictio uſurpetur, quàm ut in aliis poſita eſt: quod ſi attentè obſervemus, multos lapſus evitabimus & ſiniſtras interpretationes. Sciendum eſt itaque non eodem ſemper ſignificatu poni *Vidit*; ſed aliquando in viſu corporis; idem interdum eſſe quod intelligere. Id enim univerſè ſciendum eſt, quòd cùm decretum ſit ſpiritui, qui in Prophetis legitur, abſcondere, neq; palàm exponere ſenſa veritatis; quemadmodum Chriſti verbo, in Apoſtolis, ſæpe & ſub locutione permiſcetur, neq; quaſi ſub unam ſeriem orationis contexitur; nè videlicet indigni ad animæ ſuæ judicium inveniant quæ utiliter illis abſcondita ſunt. Quæ ut plurimùm cauſa eſt, cur videantur Scripturæ non ſatis aptâ compoſitione & conſecutione cohærere, maximè verò, uti ſuperiùs diximus, Prophetica & Apoſtolica; & inter Apoſtolicas Epiſtola præſertim ad Romanos, in qua quæ de lege dicuntur diverſis modis dicuntur, & diverſis rebus imponuntur; ut videatur Paulus in illa Epiſtola rem propoſitam non exſequi.

De

De iis, quæ in ſacra Scriptura videntur aliquem habere lapidem prolapſionis, & petram offenſionis.

CAP. X.

Ex homilia 39. explanationum in Jeremiam Prophetam: in illud, Non poterat Dominus ſuſtinere à facie iniquitatis veſtræ.

SI quando legens Scripturam incidas in ſententiam, in qua ſit lapis offenſionis, & petra ruinæ, accuſa teipſum; neque non credas lapidem hunc offenſionis habere ſenſa illa, ut fiat quod dictum eſt, *Et qui credit non confundetur.* Primùm crede, & invenies ſub illo offendiculo plurimum ſanctæ utilitatis. Si enim in mandato habemus, nè verbum vanum & inutile dicamus; tanquam ipſius rationem in judicii die reddituri; &, quantum eniti poſſumus, id ſtudemus, ut omne verbum, quod ex ore noſtro exit, aliquid efficiat & in nobis dicentibus, & in audientibus: quid igitur exiſtimandum eſt de Prophetis? nonne omne verbum ab eorum ore profectum efficax fuiſſe? Neque mirandum eſt, ſi quodcunque verbum emittebant Prophetæ opus efficiebat verbis conveniens: ſed & arbitror omnem mirabilem literam, inter divina oracula perſcriptam, efficere, neq; unum iota eſſe, aut unum apicem in Scriptura, qui opus ſuum non efficiat in iis, qui virtute literarum uti ſciunt. Quemadmodum autem herbarum ſingulæ ſuas habent vires, ſive ad ſanitatem corporum, ſive ad aliud quidpiam; nec tamen ſciunt omnes, cui quæque rei herba ſit utilis, ſed qui ſcientiâ illâ præditi ſunt, & in re herbaria verſantur, ut ſciant, quando ſumpta, & cui parti corporum appoſita, & quomodo parata & temperata utenti opem ferat: ità herbarius, ut ità dicam, eſt vir ſanctus & ſpiritualis, ſeligens è ſacris Scripturis quodlibet iota, & quodlibet obvium elementum, & literæ virtutem inveniens, & quem ad uſum accommodari poſſit, & nihil in Scriptis ſupervacaneum eſſe. Si & alterum audire vis hujus rei exemplum, ſingula membra noſtri corporis ad opus aliquod ab opifice Deo condita ſunt; ſed non eſt omnium ſcire, quæ ſingulorum ad minutiſſimum quodque poteſtas & uſus ſit. Qui enim in corporibus diſſecandis occupantur Medici dicere hæc ſingillatim poſſunt, & quem ad uſum minima pars corporis à providentia effecta ſit. Con-

Περὶ τῶν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ δοκούντων ἔχειν τι λίθου προσκόμματος, ἢ πέτραν σκανδάλου.

ΚΕΦ. ι΄.

Ἐκ τῆς λθ΄ ὁμιλίας τῶν εἰς τὸν Ἱερεμίαν ἐξηγητικῶν· εἰς τό, Οὐκ ἠδύνατο Κύριος φέρειν ἀπὸ προσώπου πονηρίας ὑμῶν. Jer. 44. 22.

ἘΆν ποτε ἀναγινώσκων τὴν γραφὴν προσκόψῃς νοήματι ὄντι * καλῷ * λίθῳ προσκόμματος, καὶ πέτρᾳ σκανδάλου, αἰτιῶ σεαυτόν· μὴ ἀπελπίσῃς γὰρ τὸν λίθον τοῦτον τοῦ προσκόμματος, καὶ τὴν πέτραν τοῦ σκανδάλου, ἔχειν νοήματα, ὥστ᾽ ἂν γενέσθαι τὸ εἰρημένον, Καὶ ὁ πιστεύων οὐ καταισχυνθήσεται. (Rom. 9. 33.) πίστευσον πρότερον, καὶ εὑρήσεις ὑπὸ τὸ νομιζόμενον σκάνδαλον πολλὴν ὠφέλειαν ἁγίαν. εἰ γὰρ ἡμεῖς ἐντολὴν ἐλάβομεν μὴ λέγειν ῥῆμα ἀργόν, ὡς δώσοντες περὶ αὐτοῦ λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως· (Matth. 12. 36.) καί, ὅση δύναμις, φιλοτιμούμεθα πᾶν ῥῆμα τὸ ἐξιὸν ἐκ τοῦ στόματος ἡμῶν ποιεῖν ἐργάζεσθαι καὶ ἐν ἡμῖν τοῖς λέγουσι, καὶ ἐν τοῖς ἀκούουσι· τί χρὴ νοεῖν περὶ τῶν προφητῶν; ἢ ὅτι πᾶν ῥῆμα λαληθὲν διὰ στόματος αὐτῶν ἐργατικὸν ἦν; καὶ οὐ θαυμαστόν, εἰ πᾶν ῥῆμα τὸ λαλούμενον ὑπὸ τῶν προφητῶν εἰργάζετο ἔργον τὸ πρέπον ῥήματι· ἀλλὰ γὰρ οἶμαι ὅτι καὶ πᾶν θαυμάσιον γράμμα τὸ γεγραμμένον ἐν τοῖς λογίοις τοῦ Θεοῦ ἐργάζεται· καὶ οὐκ ἔστιν ἰῶτα ἕν, ἢ μία κεραία γεγραμμένη ἐν τῇ γραφῇ, ἥτις τοῖς ἐπισταμένοις χρῆσθαι τῇ δυνάμει τῶν γραμμάτων οὐκ ἐργάζεται τὸ ἑαυτῆς ἔργον. Ὥσπερ δὲ ἐπὶ τῶν βοτανῶν ἑκάστη μὲν ἔχει δύναμιν, εἴτε εἰς τὴν ὑγίειαν τῶν σωμάτων, εἴτε εἰς ὅ,τι δήποτε· οὐ πάντων δέ ἐστιν ἐπίστασθαι εἰς ὃ ἑκάστη τῶν βοτανῶν ἐστι χρήσιμος· ἀλλ᾽ εἴ τινες ἐπιστήμην εἰλήφασιν, οὗτοι οἱ περὶ τὰς βοτάνας διατρίβοντες, ἵνα ἴδωσι καὶ πότε παραλαμβανομένη, καὶ ποῦ τῶν σωμάτων ἐπιτιθεμένη, καὶ τίνα τρόπον σκευαζομένη ὀνίνησι τὸν χρώμενον· οὕτως οἱονεί τις βοτανικός ἐστιν ὁ ἅγιος καὶ πνευματικός, ἀναλεγόμενος ἀπὸ τῶν ἱερῶν γραμμάτων ἕκαστον ἰῶτα, καὶ ἕκαστον τὸ τυχὸν στοιχεῖον, καὶ εὑρίσκων τὴν δύναμιν τοῦ γράμματος, καὶ εἰς ὅ,τι ἐστὶ χρήσιμον, καὶ ὅτι οὐδὲν παρέλκει τῶν γεγραμμένων. Εἰ δὲ βούλει καὶ δευτέρου ἀκοῦσαι εἰς τοῦτο παραδείγματος, ἕκαστον μέλος τοῦ σώματος ἡμῶν ἐπί τινι ἔργῳ ὑπὸ τοῦ τεχνίτου Θεοῦ γεγένηται· ἀλλ᾽ οὐ πάντων ἐστὶν εἰδέναι τίς ἡ ἑκάστου τῶν μελῶν μέχρι τῶν τυχόντων δύναμις καὶ χρεία. οἱ γὰρ περὶ τὰς ἀνατομὰς πραγματευσάμενοι τῶν ἰατρῶν δύνανται λέγειν ἑκάστου, καὶ τὸ ἐλάχιστον μόριον εἰς τί χρήσιμον ὑπὸ τῆς προνοίας γεγένηται. Νόει

μοι τοίνυν καὶ τὰς γραφὰς τοῦτον τὸν τρόπον πάσας βοτάνας, ἢ ἓν τέλειον λόγου σῶμα. εἰ δὲ σὺ μήτε βοτανικὸς εἶ γραφῶν, μήτε ἀνατομεὺς τῶν προφητικῶν λόγων, μὴ νόμιζε παρέλκειν τι τῶν γεγραμμένων· ἀλλὰ σαυτὸν μᾶλλον ἢ τὰ ἱερὰ γράμματα αἰτιῶ, ὅτε μὴ εὑρίσκεις τὸν λόγον τῶν γεγραμμένων. τοῦτό μοι τὸ προοίμιον εἴρηται καθολικῶς, χρήσιμον εἶναι δυνάμενον εἰς ὅλην τὴν γραφήν· ἵνα προτραπῶσιν οἱ θέλοντες προσέχειν τῇ ἀναγνώσει μηδὲν παραπέμπεσθαι ἀνεξέταστον καὶ ἀνεξερεύνητον γράμμα.

ſidera itaque Scripturas ad hunc modum, tanquam omnes herbæ ſint, aut unum perfectum orationis corpus: ſi verò neque herbarius es Scripturarum, neque diſſector Propheticorum ſermonum, nè idcirco exiſtima in Scripturis quidpiam redundare; ſed teipſum ſolum potiùs quàm literas ſacras accuſa, cùm rationem eorum, quæ ſcripta ſunt, non invenis. Hoc à me in univerſum proœmium dictum eſt, quod univerſæ Scripturæ accommodari poteſt; ut moneantur, qui hujus lectioni ſe dedere cogitant, nullam non diſcuſſam & diligenter perveſtigatam literam prætermittere.

Ὅτι χρὴ πάσης τῆς θεοπνεύστου γραφῆς τὸ τρόφιμον διώκειν, καὶ τὰ ὑπὸ τῶν αἱρετικῶν ταρασσόμενα ῥητὰ δυσφήμοις ἐπαπορήσεσι μὴ ἀποτρέπεσθαι, μηδὲ ὑπερηφανεῖν, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν μεταλαμβάνειν, τῆς ἐν ἀπιστίᾳ ταραχῆς ἐκτός.

Univerſæ Scripturæ ſuccus & alimentum perſequendum eſt: dicta ab hæreticis, perturbata infandis quæſtionibus, averſanda non ſunt, neq; aſpernanda, ſed tractanda etiã citra infidelitatis perturbationem.

ΚΕΦ. ια'.

Ἐκ τοῦ κ' τόμου τῶν εἰς τὸν Ἰεζεκιήλ.

Ezech.34.17, 18, 19. ΤΆδε λέγει Κύριος Κύριος· Ἰδοὺ, ἐγὼ ἀνακρίνω ἀναμέσον προβάτου καὶ προβάτου, κριῶν καὶ τράγων. καὶ οὐχ ἱκανὸν ὑμῖν, ὅτι τὴν καλὴν νομὴν ἐνέμεσθε, καὶ τὰ κατάλοιπα τῆς νομῆς καταπατεῖτε τοῖς ποσὶν ὑμῶν· καὶ τὸ καθεστηκὸς ὕδωρ ἐπίνετε· καὶ τὸ λοιπὸν τοῖς ποσὶν ὑμῶν ἐταράσσετε. καὶ τὰ πρόβατά μου τὰ πατήματα τῶν ποδῶν ὑμῶν ἐνέμοντο, καὶ τὸ τεταραγμένον ὕδωρ ὑπὸ τῶν ποδῶν ὑμῶν ἔπινον.

Μετὰ τὸ παραστῆσαι περὶ τῶν προβάτων, καὶ κριῶν, καὶ περὶ προβάτων αἰγῶν, ὅτι συνήθες τῇ γραφῇ τὸ πρόβατον καὶ ἐπὶ τοῦ γένους τῶν αἰγῶν ἔσθ' ὅτε τάσσειν, ἐπιφέρει.

Τί οὖν ἐστιν ὃ καὶ ἐν τούτοις αἰνίσσεται, φέρε, κατὰ δύναμιν, ἐξετάσωμεν. πᾶσα μὲν, οἶμαι, καλὴ νομὴ, καὶ πᾶν τὸ καθεστηκὸς ὕδωρ, τὰ ὅλα λόγιά ἐστι τῶν ἱερῶν γραμμάτων. εἶτ' ἐπεί τινες τὰ μὲν τῶν γεγραμμένων ἐγκρίνουσιν ὡς ὠφέλιμα, τινὰ δὲ ἀποδοκιμάζουσιν ὡς οὐ σωτήρια, οὗτοι ἂν εἶεν οἱ μετὰ τὸ νενεμῆσθαι τὴν καλὴν ἣν ἐξελέξαντο νομὴν, καὶ πεπωκέναι τὸ καθεστηκὸς ὃ ἔκριναν εἶναι βελτίονος ὕδατος, τὸ λοιπὸν τῆς νομῆς καταπατοῦντες, καὶ τὸ λοιπὸν ὕδωρ τοῖς ποσὶν ἑαυτῶν ταράσσοντες. τοιοῦτοι δή εἰσιν οἵ τε τὴν μὲν καινὴν ἐγκρίνοντες, τὴν δὲ παλαιὰν ἀποδοκιμάζοντες διαθήκην· καὶ οἱ

CAP. XI.

E 20. tomo commentariorum in Ezechiel.

HÆc dicit Dominus Dominus: Ecce, ego dijudico inter pecus & pecus, arietes & hircos. An non ſatis vobis, quod pulchrum paſcuum depaſcebamini? Et reliquias pabuli proculcatis pedibus veſtris; & puriſſimam aquam bibebatis; & reliquam pedibus veſtris conturbâſtis: & oves meæ quæ proculcata erant pedibus veſtris depaſcebantur, & aquam pedibus veſtris turbatam bibebant.

Poſtquam propoſuit Origenes de pecudibus, & arietibus, & pecudibus caprarum, quia conſuevit Scriptura pecudis interdum vocem in genere caprarum uſurpare, addit.

Quid igitur in his ſignificetur, age, pro viribus, diſceptemus. Omne, arbitror, bonum paſcuum, & omnis aqua appoſita, univerſa ſunt ſanctarum Scripturarum oracula: deinde quia nonnulli quædam è ſcriptis ſecernunt ut utilia, quædam rejiciunt ut non ſalutaria, ii ſunt, qui, poſtquam depaſti ſunt amœnum eorum quæ ſelegerant paſcuum, & biberunt aquam appoſitam, quam optimam eſſe arbitrati ſunt, reliquias paſtionis proculcant, & reliquam aquam pedibus ſuis turbant. Hujuſmodi ſunt, qui Novum eligunt, Vetus reprobant Teſtamentum; & qui

ex

ex veteribus Scripturis alias à diviniore & ſuprema potentia eſſe dicunt, alias ab imbecilliore. Proprias autem oves pronuntiat paſtor eos, qui non contemnunt quæ illorum pedibus proculcata ſunt, neque deſpiciunt aquam rejicularum ovium, hircorum & hœdorum pedibus perturbatam. Noluerunt enim eſſe pecudes arietum dignæ dextris. Nos igitur, qui optamus eſſe oves paſtoris, nunquam non paſci velimus iis etiam quæ verbo tenus in Scripturis diſſonant, & propter locutionis diſcrepantiam proculcantur ab iis, qui nec volunt, nec poſſunt totâ paſtione uti. Sed, etſi ſit aliquid aquæ pedibus illorum conturbatum, qui horrendas dubitationes puriſſimo ſermoni Scripturæ immiſcuerunt, nè avertamur, propter eas quas divinis verbis invexêre turbas, à bibendo id etiam, quod eorum pedibus turbatum eſt. Et obſerva diligenter, ut ad eos, qui aquam turbaverunt & paſtionem conculcârunt, de melioribus dicitur, *Et oves meæ proculcata pedibus veſtris depaſcebantur, & aquam pedibus veſtris turbatam bibebant.* Sed neque unquam paſtionem Propheticam conculcemus nos, neque aquam legitimam turbemus; cùm verò peccent aliqui in Evangelicam paſtionem, ut ex Evangelicis quædam proculcent, aliqua ut bonam herbam depaſcantur; & ex Apoſtolicis vel omnia ejiciant, vel quædam ſeligant, aliqua verò abjiciant: nos Evangelia omnia depaſcamur, & nihil ex ipſis conculcemus, & omnia Apoſtolica bibentes, quantum poſſumus, aquam nobis appoſitam, hæc cuſtodiamus, & nihil eorum, quæ in iis continentur, infidelitate perturbante eos, qui dicta percipere neſciunt, conturbemus.

τῶν παλαιῶν γραμμάτων τὰ μὲν ἀπὸ θειοτέρας λέγοντες εἶναι δυνάμεως καὶ τῆς ἀνωτάτω, τὰ δὲ ἀπὸ ὑποδεεστέρας. πρόβατα δὲ ἴδια ἀναγράφει ὁ ποιμὴν, τοὺς μὴ ὑπερφρονήσαντας τὰ πατήματα τῶν ποδῶν ἐκείνων, καὶ μὴ ἐξουθενοῦντας τὸ τεταραγμένον ὕδωρ ὑπὸ τῶν ποδῶν τῶν ψεκτῶν προβάτων, τράγων καὶ ἐρίφων. οὐ γὰρ ἠθέλησαν εἶναι πρόβατα κριῶν ἄξια τῶν δεξιῶν. ἡμεῖς οὖν εὐχόμενοι εἶναι πρόβατα τοῦ ποιμένος, μηδέποτε φεύγωμεν νέμεσθαι, καὶ τὰ αὐτόθεν, ὅσον ἐπὶ τοῦ ῥητοῦ, ἀπεμφαίνοντα, τῶν γραφῶν, καὶ διὰ τὴν ἀπέμφασιν τῆς λέξεως πατούμενα ὑπὸ τῶν μὴ δυναμένων μηδὲ θελόντων χρῆσθαι πάσῃ τῇ νομῇ. ἀλλὰ κἂν ᾖ τι ὕδωρ ὑπὸ τῶν ποδῶν ἐκείνων τεταραγμένον, ἀναμιξάντων τῷ καθαρῷ λόγῳ τῆς γραφῆς δυσφήμους ἐπαπορήσεις, μὴ ἀποτρεπώμεθα, δι' ἣν πεποιήκασι τῷ λόγῳ ταραχὴν, πίνειν καὶ τὸ ὑπὸ τῶν ποδῶν αὐτῶν τεταραγμένον. καὶ τήρει γε ἐπιμελῶς ὅτι πρὸς τοὺς ταράξαντας τὸ ὕδωρ καὶ πατήσαντας τὴν νομὴν λέγεται ὡς περὶ κρειττόνων, Καὶ τὰ πρόβατά μου τὰ πατήματα τῶν ποδῶν ὑμῶν ἐνέμοντο, καὶ τὸ τεταραγμένον ὕδωρ ὑπὸ τῶν ποδῶν ὑμῶν ἔπινον. ἀλλὰ καὶ μηδέποτε νομὴν προφητικὴν ἡμεῖς πατήσωμεν, μηδὲ ὕδωρ νομικὸν ταράξωμεν· ἁμαρτανόντων δέ τινων καὶ περὶ τὴν εὐαγγελικὴν νομὴν, καὶ τὸ ἀποστολικὸν ὕδωρ, ὥστε τῶν εὐαγγελικῶν τινὰ μὲν πατεῖν, τινὰ δὲ ὡς καλὴν νέμεσθαι νομὴν, καὶ τῶν ἀποστολικῶν ἢ πάντα ἀποκρίνειν, ἤ τινα μὲν ἐγκρίνειν, τινὰ δὲ ἀποκρίνειν· ἡμεῖς καὶ τὰ ὅλα εὐαγγέλια νεμώμεθα, καὶ μηδὲν αὐτῶν πατήσωμεν, καὶ πάντα τὰ ἀποστολικὰ πίνοντες, τὸ, ὅσον ἐφ' ἡμῖν, καθεστηκὸς ὕδωρ, αὐτὰ τηρήσωμεν, καὶ μηδὲν τῶν ἐν αὐτοῖς, ἀπιστίᾳ παρακούσῃ τοὺς οὐκ εἰδότας συνιέναι τῶν λεγομένων, ταράξωμεν.

Non deficiendum in lectione divinæ Scripturæ ei, qui obſcuritatem ænigmatum, & ſimilitudinum quæ in ea ſunt, non intelligit.

Πρὸς τὸ μὴ ἐκκακεῖν ἐν τῇ ἀναγνώσει τῆς θείας γραφῆς τὸν μὴ συνιέντα τὸ σκοτεινὸν τῶν ἐν αὐτῇ αἰνιγμάτων καὶ παραβολῶν.

CAP. XII.

Ex homilia 20. in Jeſum Nave.

Summa utilitas ab ejuſmodi lectione ad eos pervenit, qui veram terræ diſtributionem à Jeſu Nave factam filiis Iſrael intelligere poſſunt, & ad eum, qui potuit aſcendere in terram ſanctam, veram, & verè bonam, & ex appellati-

ΚΕΦ. ιβ'.

Ἀπὸ τῆς κ' ὁμιλίας τῶν εἰς τὸν Ἰησοῦν τὸν Ναυῆ.

Ἡ μὲν ἄκρα ὠφέλεια ἀπὸ τῶν τοιούτων ἀναγνωσμάτων τῶν δυναμένων νοῆσαι τὴν ἀληθῆ κληροδοσίαν ἀπὸ Ἰησοῦ μεριζομένην τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ γίνεται, καὶ τῷ οἵῳ τε γενομένῳ ἀναβῆναι ἐπὶ τὴν γῆν τὴν ἁγίαν, τὴν ἀληθινὴν, τὴν ὄντως ἀγαθὴν, καὶ ἐφαρμόσαι ἐκ

τὴν ὀνομασίαν τῶν εἰρημένων τῇ διαφορᾷ τῶν κληρονομησάντων τὰ κατὰ τοὺς τόπους λεγόμενα. ἐπεὶ δὲ δύσκολόν ἐστιν εὑρεῖν τὸν οὕτως ὠφελούμενον, βουλόμεθα παραμυθήσασθαι τοὺς ἀκούοντας μὴ ἐκκακεῖν ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει. τίς οὖν ἡ παραμυθία ὑπὲρ τοῦ μὴ ἐκκακεῖν τὸν ἀκούοντα τῶν τοιούτων ἀναγνωσμάτων, λεκτέον. ὥσπερ πέφυκεν αἱ ἐπῳδαὶ δύναμίν τινα ἔχειν φυσικὴν, καὶ μὴ νοῶν ὁ κατεπαδόμενος λαμβάνει τι ἐκ τῆς ἐπῳδῆς, κατὰ τὴν φύσιν τῶν φθόγγων τῆς ἐπῳδῆς, εἴτε εἰς βλάβην, εἴτε εἰς ἴασιν σώματος ἢ ψυχῆς ἑαυτοῦ· οὕτω μοι νόει πάσης ἐπῳδῆς δυνατωτέραν εἶναι τὴν σημασίαν τῶν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς ὀνομάτων. εἰσὶ γάρ τινες δυνάμεις ἐν ἡμῖν, ὧν αἱ μὲν κρείττονες διὰ τούτων τῶν οἱονεὶ ἐπῳδῶν τρέφονται, συγγενεῖς οὖσαι αὐταῖς, καὶ ἡμῶν μὴ νοούντων ἐκείνας τὰς δυνάμεις, νοούσας τὰ λεγόμενα, δυνατωτέρας ἐν ἡμῖν γίνεσθαι πρὸς τὸ συνεργεῖν τῷ ἡμετέρῳ βίῳ. ὅτι γάρ ἐστί τινα ἐν ἡμῖν ἀόρατα καὶ πολλά

Pſal. 102. 1. γε ταῦτα, δηλώσει ὁ εἰπὼν Ψαλμὸς, Εὐλόγει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον, καὶ πάντα τὰ ἐντός μου τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον αὐτοῦ. ἔστιν οὖν πλῆθός τι ἐν ἡμῖν δυνάμεων κεκληρωμένων ἡμῶν τὰς ψυχὰς καὶ τὰ σώματα. αἵτινες ἐὰν ὦσιν ἅγιαι, τῶν γραφῶν ἀναγινωσκομένων ὠφελοῦνται καὶ γίνονται ἰσχυρότεραι. κἂν ὁ νοῦς ἡμῶν ἄκαρπος ᾖ, ὡς γέγραπται περὶ τοῦ γλώσσῃ

1 Cor. 14. 14. λαλοῦντος, ὅτι ἡ γλῶσσά μου προσεύχεται, ὁ δὲ νοῦς μου ἄκαρπός ἐστι. Νόει οὖν μοι ὅτι ποτὲ τοῦ ἐν ἡμῖν νοῦ ἀκάρπου ὄντος, αἱ δυνάμεις, αἱ συνεργοῦσαι τῇ ψυχῇ καὶ τῷ νῷ καὶ πᾶσιν ἡμῖν, τρέφονται λογικῇ τῇ ἀπὸ τῶν ἱερῶν γραμμάτων καὶ τῶν ὀνομάτων τούτων τροφῇ· καὶ τρεφόμεναι γίνονται δυνατώτεραι πρὸς τὸ ἡμῖν συνεργεῖν. ὥσπερ δὲ αἱ κρείττους δυνάμεις οἱονεὶ κατεπάδονται, καὶ ὠφελοῦνται, καὶ γίνονται δυνατώτεραι ἀπὸ τῶν τοιούτων γραμμάτων καὶ ὀνομάτων· οὕτως αἱ ἀντικείμεναι τῶν ἐν ἡμῖν δυνάμεων οἱονεὶ καθέλκονται καὶ ναρκῶνται ἀπὸ τῶν τοῦ Θεοῦ ἐπῳδῶν, καὶ νικώμεναι κοιμίζονται. καὶ εἴ ποτέ τις ἡμῶν ἑώρακεν ἀπὸ ἐπῳδῶν ἀσπίδα κοιμιζομένην, ἢ ἄλλό τι τούτων τῶν ἰοβόλων, ἐκεῖνο παράδειγμα λαβέτω εἰς τὴν γραφήν· ἧς ἀναγινωσκομένης καὶ μὴ νοουμένης, ἐνίοτε ἀκηδιᾷ καὶ ἐκκακεῖ ὁ ἀκροατής· καὶ πειθέσθω ὅτι αἱ ἐν αὐτῷ ἀσπίδες, καὶ αἱ ἐν αὐτῷ ἔχιδναι, ἀπνώτεραι γίνονται ἀπὸ τῶν φαρμάκων τῶν φαρμακούντων· οἷς παρὰ σοφοῦ Μωσῆ, παρὰ σοφοῦ Ἰησοῦ, παρὰ σοφῶν τῶν ἁγίων προφητῶν. μὴ ἐκκακῶμεν οὖν ἀκούοντες γραφῶν, ἃς οὐ νοοῦμεν· ἀλλὰ γενηθήτω ἡμῖν κατὰ τὴν πίστιν ἡμῶν ἣν καὶ πιστεύομεν, ὅτι πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος οὖσα ὠφέλιμός ἐστι. τὸ γὰρ ἐν τῶν δύο

one eorum, quæ dicuntur, diverſis ſortientibus, quæ de ſingulis locis memorantur, accommodare. Sed quoniam difficile eſt invenire, qui tantum capiat utilitatis, adhortari volumus audientes, nè animum inter legendum deſpondeant. Quodnam igitur ſolatium ſit, nè ſuccumbat, qui ei lectioni intereſt, dicendum. Quemadmodum igitur carmina vim quandã habent inſitam, útque imprudens aliquid à carmine accipit, qui incantatur; ea nimirum eſt natura ſonorum carminis, ſive in damnum, ſive ad ſanitatem corporis vel animi ſui: ſic velim exiſtimes omni carmine potentiorem eſſe ſignificationem nominum divinæ Scripturæ. Sunt enim quædam in nobis facultates, quarum quæ meliores ſunt per hæc veluti carmina, cùm ipſis cognatæ atque affines ſint, aluntur, nobis non percipientibus facultates, intelligentes quæ dicuntur, potentiores in nobis fieri ad vitæ noſtræ ſubſidium atque adjumentum. Eſſe quippe in nobis, quæ non videantur, aliqua, eáque multa, indicabit Pſalmus qui dicit, *Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto ejus.* Sunt igitur in nobis plurimæ facultates, quæ veluti ſortitione animas noſtras & corpora poſſident, quæ ſi ſanctæ ſint, lectione Scripturæ juvantur, & validiores fiunt. Etſi mens noſtra fructum non ſentiat, quemadmodum ſcriptum eſt de eo, qui linguâ loquitur, *Quia lingua mea orat, mens autem mea ſine fructu eſt.* Cogita igitur, cùm aliquando mens noſtra fructum non percipit, virtutes, quæ animo & menti & nobis omnibus ſubſidio ſunt, hoc rationis, quod à ſacris literis & nominibus eſt, nutrimento educari: & educatas fieri ad nos juvandos potentiores. Ut igitur meliores virtutes veluti permulcentur & juvantur, fiúntq; per ejuſmodi literas & nomina potentiores; ſic quæ noſtris facultatib' opponuntur, divinis carminibus deducuntur, ut ità dicam, & vincuntur, & victæ ſopiuntur. Et ſi quis unquã noſtrûm vidit carminibus ſopitam aſpidem, aut aliud è venenatis, illud aſſumat ad Scripturam exemplum: quæ ſi legatur nec intelligatur, interdũ langueſcit & ſuccumbit auditor: & credat quæ in ſe ſunt aſpides, & quæ in ſe viperæ, imbecilliores fieri medicamentis curantium, quemadmodum apud ſapientem Moſem, apud ſapientem Jeſu, apud ſapientes ſanctos Prophetas. Non igitur animo langueamus, cùm audimus Scripturas, quas non intelligimus; ſed fiat nobis ſecundùm fidem noſtram, quâ & credimus, quia omnis Scriptura divinitùs miſſa utilis eſt. Alterum enim è duobus admit-

admittere te oportet in iis Scripturis; vel non eſſe divinitùs datas, ſiquidem utiles non ſunt, ut ſuſpicetur aliquis infidelis, vel ut fidelis admitte, quia utiles ſunt, divinitùs eſſe datas. Sciendum eſt igitur nobis nec ſentientibus perſæpe utilitatem venire: quemadmodum ſæpe cibum aliquem ſumere jubemur acuendis oculis, necdum tamen in eo ſumendo levari oculum ſentimus, ſed, ſecundâ vel tertiâ interjectâ die, diſtributio cibi, qui oculum juvat, facit, ut experti credamus oculo nos eſſe levatos: ſed & in reliquis cibis, quibuſdam partibus corporis utilibus, id intueri licet. Sic igitur & de divina Scriptura certum habe, juvari animum, etſi mens fructum non percipiat ejus, quæ à literis è nuda ſola lectione profluit, utilitatis: incantantur enim quæ in nobis ſunt, aluntur meliora, pejora irrita fiunt.

δεῖ σε παραδέξασθαι ἀπὸ τούτων τῶν γραφῶν· ἢ ὅτι οὐκ εἰσὶ θεόπνευστοι, ἐπεὶ οὐκ εἰσὶν ὠφέλιμοι, ὡς ὑπολαμβάνει ἂν ὁ ἄπιστος, ἢ ὡς πιστὸς παραδέξασθαι, ὅτι ἐπεὶ εἰσὶν ὠφέλιμοι, θεόπνευστοί εἰσιν. Ἰστέον μέντοι γε ὅτι καὶ ἀνεπαισθήτως ἡμῶν πολλάκις γίνεται ἡ ὠφέλεια· ὥσπερ πολλάκις τροφήν τινα διαταττόμεθα ἐσθίειν ὀξυδερκίαν, καὶ οὐδήπου ἐν τῷ ἐσθίειν οὐκ αἰσθανόμεθα ὅτι ὠφελούμεθα τὸν ὀφθαλμόν, ἀλλ', ἡμέρας διαγινομένης δευτέρας καὶ τρίτης, ἡ ἀνάδοσις τῆς τροφῆς τῆς ὠφελούσης τὸν ὀφθαλμὸν ποιεῖ ἡμᾶς τῇ πείρᾳ πιστεῦσαι ὅτι τὸν ὀφθαλμὸν ὠφελούμεθα. ἀλλὰ καὶ ἐπ' ἄλλων τροφῶν ὠφελουσῶν τινα μέλη τοῦ σώματός ἐστι τοῦτο ἰδεῖν. οὕτω τοίνυν πίστευε καὶ περὶ τῆς θείας γραφῆς, ὅτι ὠφελεῖταί σου ἡ ψυχή, κἂν μὴ ὁ νοῦς τὸν καρπὸν λαμβάνῃ τῆς ὠφελείας τῆς ἀπὸ τῶν γραμμάτων, ἐκ μόνης ψιλῆς τῆς ἀναγνώσεως· τὰ γὰρ ἐν ἡμῖν ἐπάδεται, καὶ τὰ μὲν κρείττονα τρέφεται, τὰ δὲ χείρονα καταργεῖται.

Quando quibúſve Philoſophicæ diſciplinæ utiles ſint, ad ſacrarum Scripturarum expoſitionem, cum Scripturæ teſtimonio.

Πότε καὶ τίσι τὰ ἀπὸ φιλοσοφίας μαθήματα χρήσιμα, εἰς τὴν τῶν ἱερῶν γραφῶν διήγησιν, μετὰ γραφικῆς μαρτυρίας.

CAP. XIII.

GAude in Deo, Domine mi ſanctiſſime & multùm venerabilis fili Gregori, ab Origene. Ad prudentiam, ut probè nôſti, ingenium conferre plurimùm poteſt exercitatione adjutum, deducens ad convenientem, ut ità dicam, finem illius rei, quam quis exercere vult. Poteſt igitur ingenium tuum Romanum te Juriſconſultum facere abſolutiſſimum, & Græcum philoſophum, ex iis ſectis, quæ præſtantiores habentur. Ego verò omni ingenii & animi contentione te uti volebam, quod finem attinet, ad Chriſtianiſmum, ſed & quoad effectionem. Idcirco cupiebam è philoſophia Græcorum ea te accipere, quæ ad Chriſtianam doctrinam circulares diſciplinæ, vel præludia, eſſe poſſunt, quæque ex Geometria & Aſtronomia uſui futuræ ſunt ad ſacrarum literarum interpretationem; ut quod de Geometria, Muſica, Grammatica, Rhetorica & Aſtronomia philoſophi prædicant, tanquam philoſophiæ ſociis & adjutricibus, id nos de philoſophia ad Chriſtianam religionem dicamus. Et forſitan tale quid ſignificat quod in Exodo ſcriptum eſt, ut jubeantur filii Iſrael petere à vicinis & contubernalibus vaſa

ΚΕΦ. ιγ'.

ΧΑῖρε ἐν Θεῷ, κύριέ μου σπουδαιότατε καὶ αἰδεσιμώτατε υἱὲ Γρηγόριε, παρὰ Ὠριγένους. ἡ εἰς σύνεσιν, ὡς εὖ οἶσθα, εὐφυΐα ἔργον φέρειν δύναται ἄσκησιν προσλαβοῦσα, ἄγον ἐπὶ τὸ κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον, ἵν' οὕτως ὀνομάσω, τέλος ἐκεῖνο, ὅπερ ἀσκεῖν τις βούλεται. Δύναται οὖν ἡ εὐφυΐα σου Ῥωμαῖόν σε νομικὸν ποιεῖν τέλειον, καὶ Ἑλληνικόν τινα φιλόσοφον τῶν νομιζομένων ἐλλογίμων αἱρέσεων. ἀλλ' ἐγὼ τῇ πάσῃ τῆς εὐφυΐας δυνάμει σου ἐβουλόμην καταχρήσασθαί σε, τελικῶς μὲν εἰς Χριστιανισμόν, ποιητικῶς δέ. διὰ τοῦτ' ἂν ηὐξάμην παραλαβεῖν σε καὶ φιλοσοφίας Ἑλλήνων τὰ οἱονεὶ εἰς Χριστιανισμὸν δυνάμενα γενέσθαι ἐγκύκλια μαθήματα, ἢ προπαιδεύματα, καὶ τὰ ἀπὸ Γεωμετρίας καὶ Ἀστρονομίας χρήσιμα ἐσόμενα εἰς τὴν τῶν ἱερῶν γραφῶν διήγησιν· ἵν', ὅπερ φασὶ φιλοσόφων παῖδες περὶ Γεωμετρίας, καὶ Μουσικῆς, Γραμματικῆς τε, καὶ Ῥητορικῆς, καὶ Ἀστρονομίας, ὡς συνερίθων φιλοσοφίᾳ, τοῦθ' ἡμεῖς εἴπωμεν καὶ περὶ αὐτῆς φιλοσοφίας πρὸς Χριστιανισμόν. Καὶ τάχα τοιοῦτόν τι αἰνίσσεται τὸ ἐν Ἐξόδῳ γεγραμμένον ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ, ἵνα λεχθῇ τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ αἰτεῖν παρὰ γειτόνων καὶ συσκή- Exod. 11. 2.

νῶν σκεύη ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ, καὶ ἱματισμόν· ἵνα σκυλεύσαντες τοὺς Αἰγυπτίους εὕρωσιν ὕλην πρὸς τὴν κατασκευὴν τῶν παραλαμβανομένων εἰς τὴν πρὸς Θεὸν λατρείαν. Ἐκ γὰρ ὧν ἐσκύλευσαν τοὺς Αἰγυπτίους οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ, τὰ ἐν τοῖς ἁγίοις τῶν ἁγίων κατεσκεύασται, ἡ κιβωτὸς μετὰ τοῦ ἐπιθέματος, καὶ τὰ Χερουβίμ, καὶ τὸ ἱλαστήριον, καὶ ἡ χρυσῆ στάμνος, ἐν ᾗ ἀπέκειτο τὸ μάννα τῶν ἀγγέλων ὁ ἄρτος. Ταῦτα μὲν οὖν ἀπὸ τοῦ καλλίστου τῶν Αἰγυπτίων εἰκὸς γεγονέναι χρυσοῦ. ἀπὸ δὲ δευτέρου τινὸς παρ' ἐκεῖνον ἡ στερεὰ δι' ὅλου χρυσῆ λυχνία, πλησίον τοῦ ἐσωτέρου καταπετάσματος, καὶ οἱ ἐπ' αὐτῆς λύχνοι, καὶ ἡ χρυσῆ τράπεζα, ἐφ' ἧς ἦσαν οἱ ἄρτοι τῆς προθέσεως, καὶ μεταξὺ ἀμφοτέρων τὸ χρυσοῦν θυμιατήριον. Εἰ δέ τις ἦν τρίτος καὶ τέταρτος χρυσός, ἐξ ἐκείνου κατεσκευάζετο τὰ σκεύη τὰ ἅγια. καὶ ἀπὸ ἀργύρου δὲ Αἰγυπτίου ἄλλα ἐγίνετο· ἐν Αἰγύπτῳ γὰρ παροικοῦντες οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ τοῦτο ἀπὸ τῆς ἐκεῖ παροικίας κεκερδήκασι, τὸ εὐπορῆσαι τοσαύτης ὕλης τιμίας εἰς τὰ χρήσιμα τῆς λατρείας τοῦ Θεοῦ. Ἀπὸ δὲ Αἰγυπτίου ἱματισμοῦ εἰκὸς γεγονέναι ὅσα ἐδεήθη ἔργων, ὡς ὠνόμασεν ἡ γραφή, ῥαφιδευτῶν, συρ-
Exod. 31.3,6. ῥαπτόντων τῶν ῥαφιδευτῶν μετὰ σοφίας Θεοῦ τὰ τοιάδε ἱμάτια τοῖς τοιοισδί, ἵνα γένηται τὰ καταπετάσματα, καὶ αἱ αὐλαὶ αἱ ἐσώτεραι καὶ ἐξώτεραι. Καὶ τί με δεῖ ἀκαίρως παρεκβαίνοντα κατασκευάζειν εἰς ὅσα χρήσιμά ἐστι τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ τὰ ἀπὸ Αἰγύπτου παραλαμβανόμενα, οἷς Αἰγύπτιοι μὲν οὐκ εἰς δέον ἐχρῶντο· Ἑβραῖοι δὲ διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ σοφίαν εἰς θεοσέβειαν ἐχρήσαντο; Οἶδε μέντοι ἡ θεία γραφὴ πρὸς κακοῦ γεγονέναι, τὸ ἀπὸ τῆς γῆς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ εἰς Αἴγυπτον καταβεβηκέναι· αἰνισσομένη ὅτι τισὶ πρὸς κακοῦ γίνεται τὸ παροικῆσαι τοῖς Αἰγυπτίοις, τουτέστι τοῖς τοῦ κόσμου μαθήμασι, μετὰ τὸ ἐγγεγράφθαι τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ τῇ Ἰσραηλιτικῇ εἰς αὐτὸν θεραπείᾳ. Ἄδερ γοῦν ὁ Ἰδουμαῖος, ὅσον μὲν ἐν τῇ γῇ τοῦ Ἰσραὴλ ἦν, μὴ γευόμενος τῶν Αἰγυπτίων ἄρτων, εἴδωλα οὐ κατεσκεύαζεν· ὅτε δὲ ἀποδρὰς τὸν σοφὸν Σολομῶντα κατέβη εἰς Αἴγυπτον, ὡς ἀποδρὰς ἀπὸ τῆς Θεοῦ σοφίας, συγγενὴς γέγονε τῷ Φαραώ, γήμας τὴν ἀδελφὴν τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, καὶ τεκνοποιῶν τὸν τρεφόμενον μεταξὺ τῶν παίδων τοῦ Φαραώ. Διόπερ, εἰ καὶ ἐπανελήλυθεν εἰς τὴν γῆν Ἰσραήλ, ἐπὶ τῷ διασχίσαι τὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ ἐπανελήλυθε, καὶ ποιῆσαι αὐτοὺς εἰπεῖν ἐπὶ τῇ χρυσῇ
3 Reg. 12.28. δαμάλει, Οὗτοί εἰσιν οἱ θεοί σου, Ἰσραήλ, οἱ ἀναγαγόντες σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Κἀγὼ δὲ τῇ πείρᾳ μαθὼν εἴποιμ' ἄν σοι, ὅτι σπάνιος μὲν ὁ τὰ χρήσιμα τῆς Αἰγύπτου λαβών, καὶ ἐξελθὼν ταύτης, καὶ κατασκευάσας τὰ πρὸς τὴν λα-

argentea & aurea, tum & veſtes; ut ſpoliatis Ægyptiis materiam habeant ad ea ornanda, quæ ad divinum cultum pertinent. Ex his enim, quæ filii Iſrael Ægyptiis ſubtraxerunt, quæ in ſanctis ſanctorum erant conſtructa ſunt, arca cum operculo, Cherubim, & propitiatorium, & urna aurea, in qua repoſitum erat manna panis angelorum. Hæc igitur ex optimo auro Ægyptiorum confecta fuiſſe veriſimile eſt: è ſecundario autem aliquo, ſi cum primo conferatur, ſolido ex auro candelabrum, vicinum interiori velo, & quæ in ipſo erant lucernæ, & menſam auream, in qua erant panes propoſitionis, & inter utrumque thuribulum aureum. Si quod autem erat tertium vel quartum aurum, ex eo confecta ſunt vaſa ſacra: & ex argento Ægyptio alia confecta ſunt; Ægyptum enim incolentes filii Iſrael id ex illa habitatione lucri reportârunt, ut pretioſâ materiâ ad uſum divini cultûs abundarent. E veſtibus autem Ægyptiorum effecta fuiſſe credibile eſt, quæcunque opus habuere artificibus plumariis conſuentibus, ut appellat Scriptura, opificibus plumariis, cum Dei ſapientia, ad certa veſtimenta & certis modis conficienda, ut fierent umbracula & cortinæ interiores & exteriores. Verùm quid me attinet intempeſtivâ digreſſione explicare, quot & quantos uſus Iſraelitis præbuerint, quæ ab Ægyptiis acceperant, quibus Ægyptii non bene utebantur: Hebræi autem Dei ſapientiâ inſtituti ad divinum cultum uſi ſunt? Novit porrò divina Scriptura à malo eſſe, quòd è terra filiorum Iſrael in Ægyptum aliqui deſcenderint; ſignificans aliquibus malum eſſe habitare cum Ægyptiis, hoc eſt, in mundi diſciplinis verſari, poſtquam legi Dei fuerint inſcripti, & Iſraelitarum in Deum pietati. Ader quidem Idumæus, quamdiu in terra Iſrael degebat, nec Ægyptiorum panes guſtabat, idola non fabricabatur: cùm verò à ſapiente Solomone aufugiens in Ægyptum deſcendit, quaſi à Dei ſapientia refugiſſet, affinis eſt factus Pharaoni, ductâ in uxorem ſorore ipſius, & eo filio procreato, qui inter liberos Pharaonis educabatur: quare, etſi in terram Iſrael reverſus eſt, in id reverſus eſt, ut Dei populum divideret, eóque induceret ut de aurea vitula diceret, *Hi ſunt Dii tui, Iſrael, qui eduxerunt te de terra Ægypti.* Equidem experientiâ doctus tibi affirmaverim opidò paucos, perceptis in Ægypto commodis, eâ egreſſos eſſe, & quæ ad Dei cultum pertinent conſti-

conſtituiſſe: multi verò ſunt fratres Ader Idumæi. Ii ſunt, qui præ velocitate ingenii Græca hæreticas opiniones pepererunt, & vitulas quaſdam aureas in Bethel, quod eſt domus Dei, ſtatuerunt: quibus divinus ſermo innuere videtur eos ſua commenta Scripturis iis, in quibus Dei verbum habitat, quæ tropo Bethel appellantur, affinxiſſe. Aliud verò figmentum in Dan ait ſermo divinus repoſitum fuiſſe. Fines porrò Dan extremi ſunt & in confinio Gentium; ut apertum eſt ex iis, quæ in libro Joſue ſcripta ſunt. Sunt igitur vicina finibus gentium quædam ex iis figmentis, quæ, ut expoſuimus, fratres Ader finxerunt.

Tu igitur, Domine fili, præcipuè incumbe in lectionem divinæ Scripturæ: incumbe, inquam, multâ enim attentione, nobis, qui divina legimus, opus eſt; nè inconſideratiùs aliqua effutiamus, aut ſentiamus: atque animum advertens ad lectionem divinorum librorum, cum fideli & Deo accepta prænotione, pulſa quæ in iis clauſa ſunt, & aperientur tibi à janitore, de quo dixit Jeſus, *Huic Janitor aperit*: & attendens ad divinam lectionem rectè inquire, & cum fide in Deum immota, eam, quæ multis abſcondita eſt, divinarum mentem literarum. Sed non tantùm pulſa & inquire: cum primis enim neceſſaria eſt, ad res divinas intelligendas, precatio; ad quam nos adhortatus Servator non ſolùm dixit, *Pulſate, & aperietur vobis*; &, *Quærite & invenietis*: ſed &, *Petite, & dabitur vobis.* Hæc pro paterna mea in te charitate auſus ſum: an rectè ſim auſus, necne, noverit Deus & Chriſtus ejus, & qui particeps eſt ſpiritûs Dei & ſpiritûs Chriſti; cujus utinam & tu particeps ſis, & eam partem ſemper augeas, ut non ſolùm dicas, *Participes Chriſti facti ſumus*; ſed &, Participes Dei.

τρείαν τοῦ Θεοῦ· πολλοὶ δὲ οἱ τοῦ Ἰδουμαίου Ἄδερ ἀδελφοί. οὗτοι δέ εἰσιν οἱ ἀπό τινος Ἑλληνικῆς εὐτεχνίας αἱρετικὰ γεννήσαντες νοήματα, καὶ οἱονεὶ δαμάλεις χρυσᾶς κατασκευάσαντες ἐν Βαιθήλ, ὃ ἑρμηνεύεται οἶκος Θεοῦ. δοκεῖ δέ μοι καὶ διὰ τούτων ὁ λόγος αἰνίσσεσθαι, ὅτι τὰ ἴδια ἀναπλάσματα ἀνέθηκαν ταῖς γραφαῖς, ἐν αἷς οἰκεῖ λόγος Θεοῦ, τροπικῶς Βαιθὴλ καλουμέναις. τὸ δ' ἄλλο ἀνάπλασμα ἐν 3 Reg. 12.29.
Δὰν φησὶν ὁ λόγος ἀνατεθεῖσθαι. τοῦ δὲ Δὰν τὰ ὅρια τελευταῖά ἐστι, καὶ ἐγγὺς τῶν ἐθνικῶν ὁρίων· ὡς δῆλον ἐκ τῶν ἀναγεγραμμένων ἐν τῷ τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦ. ἐγγὺς οὖν εἰσιν ἐθνικῶν ὁρίων τινὰ τῶν ἀναπλασμάτων ἅπερ ἀνέπλασαν οἱ τοῦ Ἄδερ, ὡς ἀποδεδώκαμεν, ἀδελφοί.

Σὺ οὖν, Κύριε υἱέ, προηγουμένως πρόσεχε τῇ τῶν θείων γραφῶν ἀναγνώσει· ἀλλὰ πρόσεχε, πολλῆς γὰρ προσοχῆς ἀναγινώσκοντες τὰ θεῖα δεόμεθα· ἵνα μὴ προπετέστερον εἴπωμέν τινα, ἢ νοήσωμεν περὶ αὐτῶν. καὶ προσέχων τῇ τῶν θείων ἀναγνώσει, μετὰ πιστῆς καὶ Θεῷ ἀρεσκούσης προλήψεως, κροῦε τὰ κεκλεισμένα αὐτῆς, καὶ ἀνοιγήσεταί σοι ὑπὸ τοῦ θυρωροῦ, περὶ οὗ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς, Τούτῳ ὁ θυρωρὸς ἀνοίγει. καὶ προσέχων Joan. 10.3.
τῇ θείᾳ ἀναγνώσει ὀρθῶς ζήτει, καὶ μετὰ πίστεως τῆς εἰς Θεὸν ἀκλινοῦς, τὸν κεκρυμμένον τοῖς πολλοῖς νοῦν τῶν θείων γραμμάτων. μὴ ἀρκοῦ δὲ τῷ κρούειν καὶ ζητεῖν· ἀναγκαιοτάτη γὰρ καὶ ἡ περὶ τοῦ νοεῖν τὰ θεῖα εὐχή· ἐφ' ἣν προτρέπων ὁ Σωτὴρ οὐ μόνον εἶπε τό, Κρούετε, καὶ Matth. 7.7.
ἀνοιγήσεται ὑμῖν· καὶ τό, Ζητεῖτε καὶ εὑρήσετε, ἀλλὰ καὶ τό, Αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν. Ταῦτα ἀπὸ τῆς πρός σε μου πατρικῆς ἀγάπης τετόλμηται· εἰ δὲ εὖ ἔχει τὰ τετολμημένα, εἰ μή, Θεὸς ἂν εἰδείη καὶ ὁ Χριστὸς αὐτοῦ, καὶ ὁ μετέχων πνεύματος Θεοῦ καὶ πνεύματος Χριστοῦ· μετέχοις δὲ καὶ σὺ καὶ ἀεὶ αὔξοις τὴν μετοχήν, ἵνα λέγῃς οὐ μόνον τό, Μέτοχοι τοῦ Χριστοῦ γε- Hebr. 3.14.
γόναμεν, ἀλλὰ καὶ, Μέτοχοι τοῦ Θεοῦ.

Ὅτι

Ὅτι τοῖς θέλουσι μὴ σφάλλεσθαι περὶ τὴν ἀλήθειαν ἐν τῷ νοεῖν τὰς θείας γραφὰς ἀναγκαιότατόν ἐστι, τὰ ἁρμόζοντα εἰς τὴν χρῆσιν εἰδέναι λογικὰ μαθήματα, ἤτοι προπαιδεύματα, ὧν ἄνευ ἀκριβείας σημαινομένων οὐ δύναται ὃν δεῖ τρόπον παρίστασθαι.

Qui volunt in intelligendis divinis Scripturis à veritate non aberrare, maximè neceſſe eſt eos, quæ ad hunc uſum apta ſunt, liberales diſciplinas comprehendiſſe, tanquam primas inſtitutiones, ſine queis rerum ſignificatarum accuratam intelligentiam conſequi non poſſumus.

ΚΕΦ. ιδʹ.

Ἐκ τοῦ γʹ τόμου τῶν εἰς τὴν Γένεσιν.

Gen. 1. 16, 17, 18. ΚΑὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοὺς δύο φωστῆρας τοὺς μεγάλους· τὸν φωστῆρα τὸν μέγαν εἰς τὰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας, καὶ τὸν φωστῆρα τὸν ἐλάσσω εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτός, καὶ τοὺς ἀστέρας. καὶ ἔθετο αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἄρχειν τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτός. Ζητητέον δὲ εἰ ταυτόν ἐστι τό, Εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας τῷ, Καὶ ἄρχειν τῆς ἡμέρας· καὶ τό, Εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτὸς τῷ, Καὶ ἄρχειν τῆς νυκτός. καὶ ὁ Ἀκύλας γὰρ τὸ ἀνάλογον ἐτήρησε, ποιήσας, ἀντὶ μὲν τοῦ Εἰς ἀρχάς, Εἰς ἐξουσίαν· ἀντὶ δὲ τοῦ Ἄρχειν, Ἐξουσιάζειν. φασὶ δέ, οἷς ἐμέλησε τῆς τῶν σημαινομένων ἐξετάσεως, ἐν τοῖς τόποις οἷς ἔχουσι συζυγίαν προσηγοριῶν καὶ κατηγορημάτων προϋφίστασθαι τὰ τυγχάνοντα τῶν προσηγοριῶν, καὶ ἐπιγίνεσθαι τὰ κατηγορήματα παρὰ τὰς προσηγορίας· καὶ προσηγορίαν μὲν ἔχουσαν κατηγόρημά φασιν, οἷον τὴν φρόνησιν, κατηγόρημα δὲ οἷον Τὸ φρονεῖν. ὁμοίως προσηγορίαν τὴν Σωφροσύνην, κατηγόρημα Τὸ σωφρονεῖν. καὶ προϋφίστασθαί φασι τὴν φρόνησιν, εἶτ' ἐπιγίνεσθαι κατηγόρημα, ἀπὸ φρονήσεως τὸ φρονεῖν. Ταῦτα δέ, εἰ καὶ δόξομέν που παρὰ τὸ βούλημα ποιεῖν τῆς γραφῆς, τετηρήκαμεν· ἐπεὶ ὁ μὲν ποιῶν τοὺς φωστῆρας Θεὸς ποιεῖ τὸν μὲν μέγαν εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας, τὸν δὲ ἐλάσσω εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτός· τίθεται δὲ αὐτοὺς ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, οὐκέτι εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτός, ἀλλ' εἰς τὸ ἄρχειν τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτός. Τὸ γὰρ τεταγμένως καὶ ἀκολούθως τῷ τεχνολογουμένῳ, κατὰ τὸν τόπον προτετάχθαι τὰς προσηγορίας, εἶτ' ἐπιφέρεσθαι τὰ κατηγορήματα, κεκίνηκεν ἡμᾶς μή ποτε τὸ πρᾶγμα καὶ παρὰ τῷ θεράποντι * νοῆται, οὕτως ἔχον· καὶ μάλιστα, ἐπεὶ ὁ κυριώτατα ἑρμηνεύειν φιλοτιμούμενος Ἀκύλας οὐκ ἄλλο πεποίηκε παρὰ τὴν προσηγορίαν καὶ τὸ κατηγόρημα. ἐπιστησάτω δ' ὁ δυσπαραδέκτως ἔχων τούτων, εἰ δύναται, ἠθικὸν πρόβλημα, ἢ φυσιολογούμενον, ἢ θεολογούμενον, χωρὶς ἀκριβείας σημαινομένων καὶ τῶν κατὰ τὸν

CAP. XIV.

E tertio tomo commentariorum in Geneſin.

ET *fecit Deus duo luminaria magna; luminare magnum in principatum diei, & luminare minus in principatum noctis, & ſtellas: & poſuit ea Deus in firmamento cœli, ut lucerent ſuper terram & præeſſent diei ac nocti.* Jam quærendum eſt ſitne idem, *In principatum diei*, cum eo, *ut præeſſent diei*: &, *In principatum noctis*, cum eo, *Ut præeſſent nocti*. Aquila enim convenientem dictionem retinuit, & pro eo, *In principatum*, repoſuit *In poteſtatem*; & pro eo, *ut præſint*, *ut poteſtatem habeant*. Aiunt porrò, qui ſignificata diligentiùs perſecuti ſunt, in iis locis, in quibus eſt appellationum & eorum, quæ de aliquo dicuntur, conjunctio, antecedere ea, quorum ſunt appellationes, ſequi quæ de iis dicuntur: appellationem verò habentem id quod de aliquo dicitur eſſe, veluti *intelligentiam*, id verò quod de aliquo dicitur eſſe veluti *intelligere*. Similiter appellationem *temperantiam*, prædicatum *temperatum eſſe*: & præcedere quidem dicunt *intelligentiam*; ſuccedere id, quod dicitur ab intelligentia, *intelligere*. Hæc autem, etſi aliquibus videbimur præter mentem Scripturæ facere, obſervavimus: quandoquidem qui facit luminaria Deus facit magnum in principatum diei, & minus in principatum noctis; ponit autem ea in firmamento cœli, non in principatum diei & noctis, ſed ut præſint diei & nocti. Quòd enim ordine & congruenter ejus ſententiæ, qui artem Logicam præcipit, in eo loco priùs poſitæ ſint appellationes, deinde adjungantur prædicata, id nos movit, nè res & apud famulum itâ ſe habere intelligatur, maximè verò, cùm is qui aptiſſimè interpretari ſtuduit, Aquila aliud nihil fecerit præter appellationem, & id quod de alio dicitur. Videat porrò qui hæc ægrè admittit, poſſítne propoſitionem de moribus, aut de rerum natura, aut de Theologia, ſine accurata ſignificatorum & eorum, quæ

quæ Dialecticis locis illuſtrantur, cognitione, rectè intelligere. Quid enim abſurdi eſt eos audire, qui verborum proprietates in ſingulis linguis inveſtigant; & ſignificatis inhærere diligenter? interdum enim propter ignorationem ejus quæ rationi ſervit diſciplinæ graviter labimur, quòd cognominationes, ambiguas voces, proprias & improprias dictiones, & diſtinctiones non dijudicemus: quemadmodum ex ignoratione ejus, quæ eſt in voce Mundus, in diverſo ſignificatu ſimilitudinis, ad infandas de effectore mundi ſententias dilapſi ſunt, non diſcernentes videlicet quid ſignificet id, *Mundus in maligno poſitus eſt*; quia pro terreſtri orbe & humanis rebus eo loci Joannes uſurpavit. Arbitrati enim mundum per eam dictionem ſignificare cœli & terræ orbem, & quæ in iis continentur, audaciſſimè &, ſuprà quàm dici poteſt, nefariè de Deo pronuntiant; cùm reipſâ demonſtrare non poſſunt, quo pacto Sol, & Luna, & aſtra, quæ tam apto ordine moventur, in maligno poſita ſint. Deinde ſi adducamus ipſis ex hoc loco, *Hic eſt agnus Dei, qui tollit peccatum mundi*, quia Mundus, ubi habitat peccatum, ſecundùm has locutiones dicitur, hoc eſt de terreſtribus locis; cordati & ſinceri admittent quæ dicuntur, contentioſi verò ſtolidè & ineptè ſeſe revocantes ob ignorationem ſimilitudinis vocum ſemel ſuſceptis decretiſque flagitiis adhæreſcent. Præterea, ſi opponatur, *Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi*, non jam poterunt quod de univerſo mundo acceperant, hoc eſt, de iis, quæ in toto mundo ſunt, præſertim ſecundùm ſententias ſuas demonſtrare: de eodem enim dictionem ut plura ſignificantem perveſtigare neceſſe eſt. Ambiguitatis autem perverſarum expoſitionum & interpunctionis & ſexcentorum ejuſmodi exempla non pauca reperiet, qui id ſtudebit. Sed hæc per digreſſionem, ut oſtenderemus ità nos quoque exiſtimare perneceſſariam illis eſſe, qui volunt in intelligentia divinarum Scripturarum veritatem tenere, nec labi, liberalium artium ſcientiam; quibus nobis opus fuit, ut inveniremus, quò differant illa, quæ ſcripta ſunt, *In principatum noctis*, & *ut præeſſent diei & nocti.*

λογικὸν τόπον τετηρημένων, ἐν δεῖ τρόπον παρείσασθαι. Τί γὰρ ἄτοπον ἀκούειν τῶν κυριολεκτουμένων ἐν ταῖς διαλέκτοις· καὶ ἐφιστάνειν ἐπιμελῶς τοῖς σημαινομένοις; ἔστι γὰρ ὅτε παρὰ τὴν ἄγνοιαν τῶν λογικῶν μεγάλως περιπίπτομεν, μὴ καθαίροντες τὰς ὁμωνυμίας, καὶ ἀμφιβολίας, καὶ καταχρήσεις, καὶ κυριολεξίας, καὶ διαστολάς. οἷα παρὰ τὸ ἀγνοεῖσθαι τὴν ὁμώνυμον τῆς Κόσμου προσηγορίας φωνὴν, ἐκπεπτώκασιν ἐπὶ τὸ ἀσεβέστατα φρονεῖν περὶ τοῦ δημιουργοῦ, οἱ μὴ καθάραντες ἐπὶ τίνων κεῖται τὸ, Ὁ κόσμος ἐν 1 Joan.5.19.
τῷ πονηρῷ κεῖται· ὅτι ἀντὶ τῶν περιγείων καὶ ἀνθρωπίνων τοῦτο οὕτως ἐκεῖ τῷ Ἰωάννῃ εἴρηται. οἰηθέντες γὰρ κόσμον κατ' αὐτὴν τὴν λέξιν σημαίνεσθαι τὸ σύστημα τὸ ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς, θρασύτατα καὶ ἀσεβέστατα ἀποφαίνονται περὶ Θεοῦ· μηδαμῶς ἔργῳ δεικνύειν δυνάμενοι πῶς ἥλιος, καὶ σελήνη, καὶ ἀστέρες, τὰ οὕτω τεταγμένα κινούμενα, κεῖται ἐν τῷ πονηρῷ. Εἶτα, ἐὰν προσάγωμεν αὐτοῖς ἐκ τοῦ, Οὗτός ἐστιν ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν Joan.1.29.
ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ὅτι Κόσμος ἔνθα ἡ ἁμαρτία πλεονάζει, κατὰ ταύτας τὰς λέξεις λέγεται, τουτέστιν ἐν τοῖς περιγείοις τόποις· εὐγνωμονοῦντες μὲν προσίενται τὰ λεγόμενα, φιλονεικοῦντες δὲ ἠλιθίως ἀναστρεφόμενοι ἐπιμένουσι τοῖς ἅπαξ κριθεῖσι μοχθηροῖς διὰ τὴν ἄγνοιαν τῆς ὁμωνυμίας. Πάλιν τε αὖ ἐὰν λέγηται, Θεὸς 2 Cor.5.19.
ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ, οὐκ ἔτι δυνήσονται ὃ ἐξειλήφασι περὶ παντὸς τοῦ κόσμου, τουτέστι περὶ τῶν ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, μάλιστα κατὰ τὰς ὑποθέσεις αὐτῶν δεῖξαι. καὶ κατ' αὐτοὺς γὰρ ἀνάγκη τὴν λέξιν ὡς ὁμώνυμον ἐξετάζεσθαι. καὶ περὶ τὴν ἀμφιβολίαν δὲ μοχθηρῶν ἐκδοχῶν, καὶ παρὰ τὴν διαστολὴν τῶν στιγμῶν, καὶ ἄλλων δὲ μυρίων παραδείγματά ἐστι φιλοπονουμένοις οὐκ ὀλίγα λαβεῖν. Ταῦτα δὲ παρεξέβημεν ἵνα δείξωμεν ὅτι καὶ καθ' ἡμᾶς, τοὺς θέλοντας μὴ σφάλλεσθαι περὶ τὴν ἀλήθειαν ἐν τῷ νοεῖν τὰς θείας γραφὰς, ἀναγκαιότατά ἐστι τὰ πλεῖστα εἰς τὴν χρῆσιν εἰδέναι λογικά· ὧν καὶ νῦν ἐδεήθημεν εἰς τὸ εὑρεῖν τὴν διαφορὰν τῶν λεγομένων, γεγονέναι Εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτὸς, καὶ Εἰς τὸ ἄρχειν τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτός.

Πρὸς τοὺς Ἑλλήνων φιλοσόφους τὸ εὐτελὲς τῆς τῶν θείων γραφῶν φράσεως διασύροντας, καὶ τὰ ἐν Χριστιανισμῷ καλὰ βέλτιον παρ' Ἕλλησιν εἰρῆσθαι φάσκοντας· καὶ προσέτι δυσειδὲς τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα λέγοντας. καὶ τίς ὁ λόγος τῶν διαφόρων τοῦ λόγου μορφῶν.

Ad Græcorum Philoſophos, qui divinarum Scripturarum nudam & humilem locutionem vellicant, & quæ in Chriſtianiſmo præclara ſunt commodiùs à Græcis dicta prædicant; tum deforme eſſe Domini corpus dicunt. Quæ ratio ſit diverſarum verbi formarum.

ΚΕΦ. ιε'.

Ἐκ τοῦ κατὰ Κέλσου, τοῦ κατὰ Χριστιανῶν γράψαντος, τόμου ϛ' καὶ ζ'.

CAP. XV.

E 6. & 7. tomo in Celſum, qui contra Chriſtianos ſcripſit.

Ἐπεὶ οὖν ἐνιστάμενοι λόγον, &c. Vide Origenem contra Celſum, libro 6. paginâ 275. lineâ 1. uſque ad Φησὶ, pag. 276. lin. 11.

Ὅτι ἐστί τις οἰκεία ἀπόδειξις τοῦ λόγου, &c. lib. 1. pag. 5. lin. 37. ad Μετὰ ταῦτα, lin. 47. ejuſdem paginæ.

Φησὶ δ' ὁ θεῖος λόγος, &c. lib. 6. pag. 276. lin. 11. ad Ἐπεὶ δὲ, pag. 278. lin. 42.

Μετὰ ταῦτα δὲ ἴδωμεν, &c. lib. 7. pag. 370. lin. 37. ad Καὶ ἔτι, pag. 373. lin. 14.

Καὶ ἐν τῷ ἕκτῳ τόμῳ πάλιν, πρὸς τὸν δυσειδὲς τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου λέγοντα Κέλσον οὕτως.

E tomo ſexto rurſum adverſus Celſum, deforme corpus Domini dicentem, ſic agit.

Ἑξῆς τούτοις λέγει, &c. lib. 6. pag. 327. lin. 14. ad Καὶ περὶ, pag. 328. lin. 37.

Λεκτέον, ὅτι σχεδὸν, &c. lib. 1. pag. 32. lin. 3. ad Φάσκομεν, lin. 40. ejuſdem paginæ.

Ἔοικε, &c. lib. 1. pag. 49. lin. 23. ad Γέγραπται, lin. 30. ejuſdem paginæ.

Εἰ γὰρ μὲν, &c. lib. 2. pag. 69. lin. 55. ad Πάνυ δὲ, pag. 70. lin. 11.

Ἔχει δὲ, &c. lib. 6. pag. 328. lin. 38. ad Ἀλλὰ πόθεν, pag. 329. lin. 13.

Καὶ τὰ ἱμάτια δὲ αὐτοῦ κάτω ἄλλα ἐστὶν, οὐκ ἔστι λευκὰ, οὐκ ἔστιν ὡς τὸ φῶς· ἐὰν ἀναβῇς εἰς τὸ ὄρος τὸ ὑψηλὸν, ὄψει αὐτοῦ τὸ φῶς, καὶ τὰ ἱμάτια. ἱμάτια τὰ τοῦ λόγου αἱ λέξεις εἰσὶ τῆς γραφῆς, ἔνδυμα τῶν θείων νοημάτων τὰ ῥήματά ἐστι ταῦτα· ὡς οὖν αὐτὸς κάτω ἀλλοῖος φαίνεται, καὶ ἀναβὰς μεταμορφοῦται, καὶ γίνεται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος, οὕτω καὶ τὰ ἐνδύματα, οὕτω καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ· ὅταν δὲ ᾖς κάτω, οὐκ ἔστι λαμπρὰ, οὐκ ἔστι λευκά· ἐὰν δὲ ἀναβῇς, ὄψει τὸ κάλλος καὶ τὸ φῶς τῶν ἱματίων, καὶ τὸ πρόσωπον θαυμάσεις τοῦ Ἰησοῦ μεταμορφωθέν. Ὅρα δὲ, εἰ μὴ ὅμοιόν ἐστι καὶ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις περὶ τοῦ Σωτῆρος μαθεῖν. τὰ μὲν γὰρ περὶ τῆς γενέσεως αὐτοῦ γενεαλογούμενα ἐξ Ἀβραὰμ, καὶ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ

Matth. 1. 1. σάρκα, βίβλος ἐστὶ γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ· τὰ δὲ θειότερα καὶ μείζονα τῶν περὶ αὐτοῦ λεχθησομένων ἂν καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἀπαγγελλομένων, φησὶν ὁ Ἰωάν-

Joan. 21. 25. νης, ὡς ἄρα μηδὲ κόσμον οἶμαι χωρεῖν τὰ γραφόμενα βιβλία· τὸ γὰρ μὴ χωρεῖν τὸν κόσμον τὰ γραφόμενα βιβλία, οὐ διὰ τὸ πλῆθος τῶν γραμμάτων, ὥς τινες, ἐκδεκτέον, ἀλλὰ διὰ τὸ μέγεθος τῶν πραγμάτων· τῷ μεγέθει τῶν πραγμάτων οὐ μόνον οὐ δυναμένων γράφεσθαι,

Veſtimenta porrò ipſius in radicibus montis alia ſunt, alba non ſunt, nec in morem luminis; ſi aſcenderit in montem excelſum, videbis ipſius lumen & veſtimenta. Veſtimenta verbi Scripturæ ſunt dictiones, divinorum ſenſorum indumentum verba hæc ſunt: ut igitur ipſe in inferioribus diverſus apparet, & ubi aſcenderit formam mutat, fitque facies ejus ut Sol, ſic & indumenta, ſic & veſtes ejus: cùm verò in imo fueris, non ſunt ſplendidæ, non ſunt albæ: ſi verò aſcenderis, videbis pulchritudinem & lucem veſtium, & faciem Jeſu mutatam mirabere. Animadverte, num ſimile liceat de Servatore in Evangelio diſcere. Nam quæ de generatione ipſius, quæ ducitur ex Abraham, nati de ſemine David ſecundùm carnem, *Liber eſt generationis Jeſu Chriſti*: diviniora autem & majora iis quæ de ipſo dici poſſunt, & ab ipſo annuntiata ſunt, ut *neq; mundus*, ait Joannes, *libros de eo ſcriptos capere poſſit*; id enim non propter multitudinē ſcriptorum, ut quidam exiſtimant, accipiendum eſt, ſed propter magnitudinē rerum; quæ non modò non ſcribi poteſt,

poteſt, ut neque linguâ corporis enunciari, neque humanis ſermonibus & vocibus ſignificari poſſit. Ob eam rem Paulus, diviniora percepturus, ex hoc noſtro terreſtri mundo excedit, & in tertium cœlum rapitur, ut, quæ ibi fiunt, arcana verba audire poſſit. Nam quæ ibi dicuntur, & ſermo Dei eſſe creduntur, Verbi carne induti, & quemadmodum Deus eſt apud Deum ſeipſum evacuantis, aperiuntur. Quare Dei verbum in terra, poſtquam homo factus eſt, humanum cernimus: ſemper enim in Scripturis verbum caro fit, ut habitet in nobis; ſed, ſi in pectus verbi hominis reclinemur, & ipſum in montem excelſum aſcendentem ſequi poſſimus, prædicabimus id, *Vidimus gloriam ejus.* Ac ſubinde & alii quidam, qui recubuerunt in pectus ipſius, & eum ſecuti ſunt in montem excelſum, dicent, *Vidimus gloriam ejus*, ſed non addent, *Gloriam quaſi unigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis:* Joanni enim & ſimilibus hæc vox convenit. Sed qui juxta altiorem alium ſenſum potuerunt Jeſu veſtigia conſequi aſcendentis, & figurâ immutati à ſuâ in terris ſpecie, videbunt ipſius mutationem formæ in ſingulis Scripturis, tanquam ejus Jeſu, qui vulgo quoque apparet in prima & obvia dictione. Ejus verò in montem excelſum aſcendentis & formâ immutati ſpeciès paucis admodum diſcipulis apparet, & iis qui ad alta conſequi potuerunt ſupremæ & altiſſimæ mentis continentis oracula *ſapientiæ in myſterio abſconditæ, quam præfinivit Deus ante ſecula in gloriam* juſtorum ipſius.

καὶ οὐδὲ διὰ γλώσσης σαρκίνης ἀπαγγέλλεσθαι, οὐδὲ ἐν διαλέκτοις καὶ φωναῖς ἀνθρωπίναις σημαίνεσθαι. ὅθεν καὶ Παῦλος, ἐπὰν μανθάνειν μέλλῃ τὰ θειότερα, ἔξω τοῦ καθ' ἡμᾶς περιγείου κόσμου γίνεται, καὶ εἰς τρίτον οὐρανὸν ἁρπάζεται· ἵνα τὰ ἐνθάδε ἄρρητα ῥήματα ἀκοῦσαι δυνηθῇ. τὰ γὰρ ἐνθάδε λεγόμενα, καὶ λόγος εἶναι Θεοῦ νομιζόμενα, τοῦ λόγου σαρκωθέντος, καὶ καθὼς Θεὸς ἦν πρὸς τὸν Θεὸν ἑαυτὸν κενοῦντος, ἀπαγγέλλεται. διόπερ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ἐπὶ γῆς, ἐπεὶ ἄνθρωπος γέγονε, ἀνθρώπινον βλέπομεν· ἀεὶ γὰρ ἐν ταῖς γραφαῖς ὁ λόγος σὰρξ γίνεται, ἵνα κατασκηνώσῃ ἐν ἡμῖν· ἀλλ', ἐὰν εἰς τὸ στῆθος τοῦ σαρκωθέντος ἀνακλιθῶμεν, καὶ ἀνιόντι αὐτῷ εἰς τὸ ὑψηλὸν ὄρος ἀκολουθῆσαι δυνηθῶμεν, ἐροῦμεν τό, Εἴδομεν τὴν δόξαν αὐτοῦ. τάχα μέν τινων καὶ ἑτέρων παρὰ τοὺς ἀνακλιθέντας ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθήσαντας αὐτῷ εἰς τὸ ὄρος τὸ ὑψηλὸν, λεξόντων τό, Εἴδομεν τὴν δόξαν αὐτοῦ, ἐκεῖ δὲ προσθησόντων τό, Δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας· Ἰωάννῃ γὰρ καὶ τοῖς ὁμοίοις πρέπουσα αὕτη ἡ φωνή· καθ' ἑτέραν δὲ ὑψηλοτέραν διήγησιν οἱ δυνηθέντες τοῖς ἴχνεσιν Ἰησοῦ κατακολουθεῖν ἀναβαίνοντος, καὶ μεταμορφουμένου ἀπὸ τῆς ἐπὶ γῆς ὄψεως, ὄψονται αὐτοῦ τὴν μεταμόρφωσιν καθ' ἑκάστην γραφὴν, οἱονεὶ τοῦ μὲν τοῖς πολλοῖς φαινομένου Ἰησοῦ, τῆς προχείρου λέξεως ὄντος. τοῦ δὲ εἰς ὄρος ὑψηλὸν ἀνιόντος καὶ μεταμορφουμένου, σφόδρα ὀλίγοις τῶν μαθητῶν καὶ τοῖς ἀκολουθῆσαι εἰς τὰ ὑψηλὰ δεδυνημένοις, τῆς ἀνωτάτω καὶ ὑψηλοτάτου τοῦ περιέχοντος λόγια τῆς ἐν μυστηρίῳ ἀποκεκρυμμένης σοφίας, ἣν προώρισεν ὁ Θεὸς πρὸ τῶν αἰώνων εἰς δόξαν τῶν δικαίων αὐτοῦ.

2 Cor. 12. 2, 4. — Joan. 1. 14. — Ibid. v. eod. — 1 Cor. 2. 7.

Ἀλλὰ πόθεν, &c. lib. 6. pag. 329, lin. 13. ad Ἐξῆς δὲ, lin. 19. ejuſdem paginæ.

De iis, qui Chriſtianam religionem criminantur propter hæreſes, quæ in Eccleſia.

Περὶ τῶν διαβαλλόντων τὸν Χριστιανισμὸν διὰ τὰς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αἱρέσεις.

CAP. XVI.

ΚΕΦ. ιϛʹ.

E tertio tomo contra Celſum.

Ἐκ τοῦ κατὰ Κέλσου τόμου τρίτου.

Εἶτ', ἐπεὶ, ὡς κατηγορῶν τοῦ λόγου, &c. Vide Orig. contra Celſum, lib. 3. pag. 118. lin. 8. ad Μετὰ ταῦτα, pag. 119, lin. 26.

Ἔστωσαν ἔσω ἐν ἡμῖν οἱ μὴ τὸν αὐτὸν λέγ. τοῖς Ἰουδ. Θεῷ Θ. &c. lib. 5. pag. 271. lin 42. ad Ἔστωσαν δέ τινες καὶ τὸν Ἰησοῦν ἀποδεχόμενοι, pag. 272. lin. 6.

Καὶ βλασφημεῖσθαι δέ φησι, &c. lib. 5. pag. 272. lin. ult. ad Οὐδὲ Κέλσος, pag. 273. lin 24.

Πρὸς τοὺς λέγοντας τῶν φιλοσόφων μηδὲν διαφέρειν τῷ παρ' Ἕλλησι φερομένῳ ὀνόματι τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν καλεῖν Δία, ἢ τῷ δεῖνα, φέρε εἰπεῖν, παρ' Ἰνδοῖς, ἢ τῷ δεῖνα παρ' Αἰγυπτίοις.

Adversùs Philoſophos, qui dicunt nihil intereſſe an Deus uſitato Græcis nomine Jupiter appelletur, an alio quovis Indis aut Ægyptiis trito.

ΚΕΦ. ιζ'.

Ἐκ τοῦ γ' καὶ ε' τόμου κατὰ Κέλσου.

CAP. XVII.

E tertio & quinto tomo contra Celſum.

Μετὰ ταῦτά φησιν, &c. Vide Origenem contra Celſum, lib. 1. pag. 18. lin. 37. ad Ἀλλὰ γὰρ, pag. 20. lin. 46.

Καὶ ἐν τῷ πέμπτῳ τόμῳ τάδε περὶ τοῦ αὐτοῦ φησιν.

Et in quinto tomo hæc eâdem de re habet.

Ἀλλ' ἐπεὶ Κέλσος οἴεται, &c. lib. 5. pag. 261. lin. 24. ad Τὸ δ' αἴτιον, pag. 263. lin. 2.

Οὐδ' Ἀπόλλωνα, &c. lib. 4. pag. 196. lin. 34. ad Εἰ δ' ἀδιαφόρως, lin. 47. ejuſdem paginæ.

Πρὸς τοὺς Ἑλλήνων φιλοσόφους, πάντα ἐπαγγελλομένους εἰδέναι, καὶ αἰτιωμένους τὸ ἀνεξέταστον τῆς τῶν πολλῶν ἐν Χριστιανισμῷ πίστεως, καὶ ὡς προτιμώντων τῆς ἐν βίῳ σοφίας τὴν μωρίαν. καὶ ὅτι οὐδεὶς σοφὸς ἢ πεπαιδευμένος μεμαθήτευται τῷ Ἰησοῦ· ἀλλ' ἢ ναῦται καὶ τελῶναι πονηρότατοι, ἠλιθίους καὶ ἀναισθήτους, ἀνδράποδά τε καὶ γύναια καὶ παιδάρια ὑπάγοντες τῷ κηρύγματι.

Adversùs Græcorum Philoſophos, qui ſe omnia ſcire profitentur, & ineruditam Chriſtianæ multitudinis fidem criminantur, ut quæ ſtultitiam ſapientiæ anteponat: quódq; nullus ſapiens aut eruditus diſciplinâ Jeſu inſtitutus ſit; ſed vel nautæ, vel publicani improbiſſimi, ſtolidos & deſipientes, mancipia & mulierculas & puerulos præconio Evangelii ſubjungentes.

ΚΕΦ. ιη'.

Ἐκ τοῦ κατὰ Κέλσου τόμου α' καὶ γ'.

CAP. XVIII.

E primo & tertio tomo contra Celſum.

Μετὰ τοῦτο προτρέπει, &c. Vide Origenem contra Celſum, lib. 1. pag. 8. lin. 39. ad Εἶτ' ἐπεὶ, pag. 11. lin. 4.

Λεγέτω δ' ἡμῖν, &c. lib. 1. pag. 16. lin. 7. ad Τοῦτ' οὖν, lin. 54. ejuſdem paginæ.

Εἶτ' ἐπεί φησιν ὁ Κέλσος, &c. lib. 1. pag. 11. lin. 4. ad Συγγένειαν, pag. 12. lin. 46.

Καὶ πρὸς τῷ τέλει τοῦ αὐτοῦ τόμου πρώτου, περὶ τοῦ μηδένα σοφὸν ἢ πεπαιδευμένον μεμαθητευκέναι τῷ Ἰησοῦ, ταῦτα.

Et ſub finem ejuſdem primi tomi, de eo quod criminabatur Celſus neminem ſapientem aut eruditum Chriſti diſcipulum eſſe factum, hæc ediſſerit.

Ὅτι τοῖς δυναμένοις, &c. lib. 1. pag. 48. lin. 10. ad Οὐκ οἶδα, pag. 49. lin. 42.

Τί οὖν ἄτοπον, &c. lib. 1. pag. 49. lin. 56. ad Ὅμοιον, pag. 51. lin. 6

Τί δὲ καὶ τὸ νήπιον, &c. lib. 1. pag. 51. lin. 35. ad Καὶ ἄγγελος, lin. 38. ejuſdem paginæ.

Ἡμεῖς δ' αὐτῷ, &c. lib. 1. pag. 51. lin 51. ad Πέπειεν, pag. 52. lin. 2.

Τί οὖν ἄτοπον τὸν ἅπαξ, &c. lib. 1. pag. 52. lin. 16. ad Μετὰ ταῦτά φησι, lin. 43. ejuſdem paginæ.

Ὅμοιον, &c. lib. 1. pag. 51. lin. 6. ad Φησὶ δὲ, lin. 19. ejuſdem paginæ.

Et in tertio tomo diſputationis contra Celſum hæc ait.

Καὶ ἐν τῷ τρίτῳ τόμῳ τῆς κατὰ Κέλσου πραγματείας τάδε φησίν.

Εἶθ' ἑξῆς τούτοις, &c. lib. 3. pag. 137. lin. 42. ad Ἤρκει μὲν οὖν, pag. 144. lin. 36.

Ὅμοιον δὲ, &c. lib. 3. pag. 155. lin. 22. ad Ὁρᾷς, ὡς, lin. 33. ejuſdem paginæ.

Εἰδὼς δὲ, &c. lib. 3. pag. 155. lin. 38. ad Ἐπεὶ δὲ, pag. 156. lin. 19.

Fides in Dominum noſtrum nihil habens cum ſuperſtitioſa & abſurda Gentium fide commune laudabilis eſt, & communibus ab initio rerum ſenſis convenit. Adversùs eos, qui objiciunt quomodo ex mortali corpore compoſitum Jeſum Deum exiſtimemus.

Ὅτι ἡ εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν πίστις μηδὲν κοινὸν ἔχουσα πρὸς τὴν ἄλογον τῶν ἐθνῶν δεισιδαίμονα πίστιν ἐπαινετή τέ ἐστι, καὶ ταῖς ἀρχῆθεν κοιναῖς ἐννοίαις συναγορεύει. καὶ πρὸς τοὺς λέγοντας· πῶς ἐκ θνητοῦ σώματος ὄντα τὸν Ἰησοῦν Θεὸν νομίζομεν.

CAP. XIX.

Rurſus in ſuperioribus eodem tomo.

ΚΕΦ. ιθ'.

Καὶ πάλιν ἐν τοῖς πρὸ τούτων τοῦ αὐτοῦ τόμου.

Περὶ μὲν οὖν τοῦ Ἀντινόου, &c. lib. 4. pag. 134. lin. 10. ad Εἶτ' ἐπεὶ ὑπειλήμμεθα, pag. 136. lin. 32.

Contra eos, qui dicunt non propter hominem, ſed propter bruta & animantia, factum eſſe & mundum & homines, quia minùs laborioſè quàm nos bruta vivunt, cúmque ſint nobis ſapientiora, Deum amant & Dei ſenſum habent & futura prænoſcunt. Ubi etiam de migratione animarum & de augurali diſciplina ejúſque fallacia.

Πρὸς τοὺς λέγοντας μὴ διὰ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ διὰ τὰ ἄλογα ζῶα γεγονέναι τὸν ἅπαντα κόσμον καὶ τοὺς ἀνθρώπους· ἐπεὶ ἀπονώτερον ἡμῶν τὰ ἄλογα ζῇ, καὶ ὅτι σοφώτερα ἡμῶν ὄντα, θεοφιλῆ τέ ἐστι καὶ ἔννοιαν ἔχει Θεοῦ καὶ προγινώσκει τὰ μέλλοντα. ἐν ᾧ καὶ κατὰ μετεμψυχώσεως, καὶ περὶ οἰωνιστικῆς καὶ τῆς κατ' αὐτὴν ἀπάτης.

CAP. XX.

E tomo quarto contra Celſum.

ΚΕΦ. κ'.

Ἐκ τοῦ τόμου δ' κατὰ Κέλσου.

Μετὰ ταῦτά φησι, Vide Origenem contra Celſum, lib. 4. pag. 222. lin. 25. ad finem libri.

Περὶ αὐτεξουσίου· καὶ τῶν δοκούντων ἀναιρεῖν τοῦτο γραφικῶν ῥητῶν λύσις καὶ ἑρμηνεία.

ΚΕΦ. κα΄.

Ἐκ τοῦ περὶ ἀρχῶν τρίτου τόμου.

Ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ κηρύγματι τῷ ἐκκλησιαστικῷ περιέχεται ὁ περὶ κρίσεως δικαίας Θεοῦ λόγος, ὅς τις καὶ τοὺς ἀκούοντας πιστευθεὶς εἶναι ἀληθὴς προκαλεῖται ἐπὶ τὸ καλῶς βιοῦν, καὶ παντὶ τρόπῳ φεύγειν τὴν ἁμαρτίαν· δηλονότι συγκατατιθεμένους τὸ ἐφ' ἡμῖν εἶναι τὰ ἐπαίνου καὶ ψόγου ἄξια· φέρε, καὶ περὶ τοῦ αὐτεξουσίου ἰδίᾳ ὀλίγα διαλάβωμεν, ἀναγκαιοτάτου ὡς ἔνι μάλιστα προβλήματος. ἵνα δὲ νοήσωμεν τί τὸ αὐτεξούσιον, τὴν ἔννοιαν αὐτοῦ ἀναπτύξαι δεῖ· ἵνα, ταύτης σαφηνισθείσης ἀκριβῶς, σταθῇ καὶ τὸ ζητούμενον. τῶν κινουμένων τὰ μέν τινα ἐν ἑαυτοῖς ἔχει τὴν τῆς κινήσεως αἰτίαν, ἕτερα δὲ ἔξωθεν μόνον κινεῖται. ἔξωθεν μὲν οὖν μόνον κινεῖται τὰ φορητὰ, οἷον ξύλα, καὶ λίθοι, καὶ πᾶσα ἡ ὑπὸ ἕξεως μόνης συνεχομένη ὕλη· ὑπεξῃρήσθω δὲ νῦν τοῦ λόγου, τὸ κίνησιν λέγειν τὴν ῥύσιν τῶν σωμάτων, ἐπεὶ μὴ χρεία τούτου πρὸς τὸ προκείμενον. ἐν ἑαυτοῖς δὲ ἔχει τὴν αἰτίαν τοῦ κινεῖσθαι ζῷα, καὶ φυτὰ, καὶ ἁπαξαπλῶς ὅσα ὑπὸ φύσεως καὶ ψυχῆς συνέχεται· ἐξ ὧν φασιν εἶναι καὶ τὰ μέταλλα. πρὸς δὲ τούτοις καὶ τὸ πῦρ αὐτοκίνητόν ἐστι· τάχα δὲ καὶ αἱ πηγαί. τῶν δὲ ἐν ἑαυτοῖς τοῦ κινεῖσθαι τὴν αἰτίαν ἐχόντων τὰ μέν φασιν ἐξ ἑαυτῶν κινεῖσθαι, τὰ δὲ ἀφ' ἑαυτῶν· ἐξ ἑαυτῶν μὲν τὰ ἄψυχα, ἀφ' ἑαυτῶν δὲ τὰ ἔμψυχα. ἀφ' ἑαυτῶν γὰρ κινεῖται τὰ ἔμψυχα, φαντασίας ἐγγινομένης ὁρμὴν προκαλουμένης· καὶ πάλιν ἔν τισι τῶν ζώων φαντασίαι γίνονται ὁρμὴν προκαλούμεναι, φύσεως φανταστικῆς τεταγμένως κινούσης τὴν ὁρμήν· ὡς ἐν τῷ ἀράχνῃ φαντασία τοῦ ὑφαίνειν γίνεται, καὶ ὁρμὴ ἀκολουθεῖ ἐπὶ τὸ ὑφαίνειν, τῆς φανταστικῆς αὐτοῦ φύσεως τεταγμένως ἐπὶ τοῦτο αὐτὸν προκαλουμένης· καὶ οὐδενὸς ἄλλου μετὰ τὴν φανταστικὴν αὐτοῦ φύσιν πεπιστευμένου τοῦ ζώου. καὶ ἐν τῇ μελίσσῃ ἐπὶ τὸ κηροπλαστεῖν. τὸ μέντοι λογικὸν ζῷον καὶ λόγον ἔχει πρὸς τῇ φανταστικῇ φύσει τὸν κρίνοντα τὰς φαντασίας, καὶ τινὰς μὲν ἀποδοκιμάζοντα, τινὰς δὲ παραδεχόμενον, ἵνα ἄγηται τὸ ζῷον κατ' αὐτάς. ὅθεν ἐπεὶ ἐν τῇ φύσει τοῦ λόγου εἰσὶν ἀφορμαὶ τοῦ θεωρῆσαι τὸ καλὸν καὶ τὸ αἰσχρὸν, αἷς ἑπόμενοι θεωρήσαντες τὸ καλὸν καὶ τὸ αἰσχρὸν αἱρούμεθα μὲν τὸ καλὸν, ἐκκλίνομεν δὲ τὸ αἰσχρόν. ἐπαινετοὶ μὲν ἐσμὲν

De libertate arbitrii; & dictorum Scripturæ, quæ id tollere videntur, ſolutio & interpretatio.

CAP. XXI.

E tomo tertio de principiis.

Quoniam de juſto Dei judicio ſermonem continet Eccleſiaſtica prædicatio, qui quidem ſi verus creditur, ad vitam honeſtam & ad peccatum omnibus modis & animi & corporis fugiendum auditores cohortatur; utpote qui in nobis ſita eſſe, quæ laude & vituperio digna ſunt, fateantur: agè, & de libera voluntate, neceſſariâ inprimis quæſtione, pauca ſeorſim diſputemus. Atque, ut intelligamus quid ſit libera voluntas, ipſius notio explicanda eſt; ut, hâc apertè declaratâ, quæſtio conſtituatur. Eorum quæ moventur alia in ſe cauſam motûs habent, alia extrinſecùs tantùm moventur. Extrinſecùs itaque ſolùm moventur quæ feruntur, ut ligna, & lapides, & omnis materia, quæ ſub ſolo habitu continetur: & jam extra ſermonem ponatur, quod dici ſolet motum eſſe fluxum corporum, quod ad rem præſentem minimè facit. In ſeipſis autem cauſam motûs habent animalia, & plantæ, ea denìum omnia, quæ naturâ & animâ conſtant; in quibus etiam metalla numerant. Ignis præterea per ſe ipſe movetur; fortaſſis & fontes. Eorum autem quæ in ſe motûs cauſam habent alia ex ſe, alia à ſe moveri dicunt: ex ſe quidem inanima, à ſeipſis verò animata. Nam à ſe moventur animata, ingenitâ ſpecie appetitionem atq; impetum faciente: & rurſum quibuſdam animalibus ſpecies inſunt impetum provocantes, naturâ imaginatrice ordine quodam impetum commovente. Quemadmodum araneæ ſpecies texendi obverſatur, & texendi appetitio conſequitur, ſpeciei nimirum effectrice naturâ ad id ordine impellente; & animali nullius alterius rei poſt imaginantem ſuam naturam ſpeciem ſuſcipiente: Idem de api ad fingendos favos. At animal rationis compos præter naturam imaginantem rationem habet ſpecies dijudicantem, & alias quidem rejicientem, alias ſuſcipientem, quibus animal ducatur. Unde cùm in rationis natura ad honeſtum & turpe contemplandum adjumenta ſint, quibus uſi in honeſto & turpi deſpiciendo honeſtum eligimus, turpe devitamus: laude certè digni ſumus, dum

nec

nos honeſtati dedimus; vituperio, dum in contrarium dilabimur. Neque ignorandum eſt, naturam, quæ in omnia diſtributa eſt, quodammodo in animantibus, plus minúsve tamen occupari: adeò ut ad vim rationis propè, ut ità dicam, accedat munus canum in veſtigandis feris, & in bellando equorum. Ut igitur quidpiam extrinſecùs incidat, cogitationem nobis hanc vel illam commovens, non eſt in noſtra nimirum poteſtate: hoc autem vel illo modo eâ utendum judicare, unius eſt noſtræ rationis opus, quæ vel citra illa adminicula nos ad impetus recti & honeſti concitat, vel in contrarium. Quòd ſi quis ejuſmodi eſſe ait, quod extrinſecùs movet, adeò ut ei impulſioni nemo contrà obſiſtere poſſit, ille in ſuas perturbationes & motus intendat, niſi conſenſio, & principis partis inclinatio propter hujuſmodi perſuaſiones, in eam rem impendeat: non enim mulier (exempli causâ) ei, qui continentiæ & caſtimoniæ propoſitum fuerit amplexus, viſa, & ad infringendum id decretum pelliciens, per ſe ſatis potens cauſa eſt rumpendi propoſiti. Omnino enim qui illi titillationi & lubrico voluptatis aſſenſus ei noluit obſiſtere, ſanctúmque tenere ſuum propoſitum, in intemperantiæ dedecus prolabitur; alius in contrarium tendit: ei, qui multis diſciplinis inſtructus ſit & perpolitus, titillationes & illecebræ contingunt; at ratio quippe, quæ corroborata eſt, & in meditatione educata, & ad honeſti ſtudium doctrinis conformata, aut proximè ad eam perducta firmitatem, illecebras excutit & libidinem diſſolvit. Quæ cùm in nobis ad hunc morem eveniant, extrinſecùs eorum cauſam derivare, culpâ liberare, ſéque lignis & lapidibus ab externo movente pertractis ſimiles prædicare, nec rectum eſt, nec veritati conſentaneum: ſed iſta oratio ejus eſt hominis, qui notionem liberi arbitrii corrumpere atque adulterare cupiat: quem ſi interrogemus, quid ſit libertas arbitrii, reſpondeat, ſi nihil extrinſecùs occurrat, quidpiam proponente ac ſtatuente me, id eſſe quod in contrarium impellit: rurſus in imbecillam corporis conſtitutionem cauſam qui transferat, apertæ rationi repugnet, cùm ratio inſtituens ac præcipiens libidinoſiores & agreſtiſſimos quoſque capiat, ſi monitis obtemperent, atque ità immutet, ut ſæpenumero converſio fiat, & in melius mutatio; & plerunque ex incontinentiſſimis meliores evadant, etiam ii, qui priùs non tales eſſe naturâ videbantur; qui moribus erant acerbiſſimis ità eis

ἐπιδόντες ἑαυτοὺς τῇ πράξει τοῦ καλοῦ· ψεκτοὶ δὲ κατὰ τὸ ἐναντίον. οὐκ ἀγνοητέον μέντοι γε ὅτι τὸ πλεῖον τῆς εἰς πάντα τεταγμένης φύσεως ποσῶς ἐστιν ἐν τοῖς ζώοις· ἐπὶ τὸ πλεῖον δὲ ἢ ἐπὶ τὸ ἔλαττον· ὥστε ἐγγύς που εἶναι, ἵν' οὕτως εἴπω, τοῦ λογικοῦ, τὸ ἐν τοῖς ἰχνευταῖς κυσὶν ἔργον, καὶ ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἵπποις. τὸ μὲν οὖν ὑποπεσεῖν τόδε τι τῶν ἔξωθεν φαντασίαν ἡμῖν κινοῦν τοιάνδε ἢ τοιάνδε, ὁμολογουμένως οὐκ ἔστι τῶν ἐφ' ἡμῖν· τὸ δὲ κρῖναι οὑτωσὶ χρήσασθαι τῷ γενομένῳ ἢ ἑτέρως, οὐκ ἄλλου τινὸς ἔργον ἢ τοῦ ἐν ἡμῖν λόγου ἐστὶν, ἤτοι παρὰ τὰς ἀφορμὰς ἐνεργοῦντος ἡμᾶς πρὸς τὰς ἐπὶ τὸ καλὸν προκαλουμένας καὶ τὸ καθῆκον ὁρμὰς, ἢ ἐπὶ τὸ ἐναντίον ἐκτρέποντος. εἰ δέ τις αὐτὸ τὸ ἔξωθεν λέγει εἶναι τοιόνδε, ὥστε ἀδυνάτως ἔχειν ἀντιβλέψαι αὐτῷ τοιῷδε γενομένῳ, οὗτος ἐπιστησάτω τοῖς ἰδίοις πάθεσι καὶ κινήμασιν, εἰ μὴ εὐδόκησις γίνεται καὶ συγκατάθεσις καὶ ῥοπὴ τοῦ ἡγεμονικοῦ ἐπὶ τόδε τι, διὰ τάσδε τὰς πιθανότητας· οὐ γὰρ (φέρ' εἰπεῖν) ἡ γυνὴ τῷ κρίναντι ἐγκρατεύεσθαι, καὶ ἀνέχειν ἑαυτὸν ἀπὸ μίξεων, ἐπιφανεῖσα, καὶ προκαλεσαμένη ἐπὶ τὸ ποιῆσαί τι παρὰ πρόθεσιν, αὐτοτελὴς αἰτία γίνεται τοῦ τὴν πρόθεσιν ἀθετῆσαι. πάντως γὰρ εὐδοκήσας τῷ γαργαλισμῷ καὶ τῷ λείῳ τῆς ἡδονῆς, ἀντιβλέψαι αὐτῷ μὴ βεβουλημένος, μηδὲ τὸ κεκριμένον κυρῶσαι, πράττει τὸ ἀκόλαστον· ὁ δέ τις ἔμπαλιν τῶν αὐτῶν συμβεβηκότων· τῷ πλείονα μαθήματα ἀνειληφότι καὶ ἠσκηκότι οἱ μὲν γαργαλισμοὶ καὶ οἱ ἐρεθισμοὶ συμβαίνουσιν· ὁ λόγος δὲ, ἅτε ἐπὶ πλεῖον ἰσχυροποιηθεὶς, καὶ τραφεὶς τῇ μελέτῃ, καὶ βεβαιωθεὶς τοῖς δόγμασι πρὸς τὸ καλὸν, ἢ ἐγγύς γε τοῦ βεβαιωθῆναι γεγενημένος, ἀνακρούει τοὺς ἐρεθισμοὺς καὶ ὑπεκλύει τὴν ἐπιθυμίαν. τὸ δὲ τούτων οὕτως ἡμῖν γινομένων ἔξωθεν αἰτιᾶσθαι, καὶ ἑαυτοὺς ἀπολύειν ἐγκλήματος, ὁμοίους ἑαυτοὺς ἀποφαινομένους ξύλοις καὶ λίθοις ἑλκυσθεῖσιν ὑπὸ τῶν ἔξωθεν αὐτὰ κινησάντων, οὐκ ἀληθὲς, οὐδὲ εὔγνωμον· βουλομένου τε λόγος ἐστὶν ὁ τοιοῦτος τὴν ἔννοιαν τοῦ αὐτεξουσίου παραχαράττειν. εἰ γὰρ πυθοίμεθα αὐτοῦ, τί ἦν τὸ αὐτεξούσιον, λέγοι ἂν, ὅτι εἰ μηδὲν τῶν ἔξωθεν ἀπήντα, ἐμοῦ τόδε τι προθεμένου, τὸ ἐπὶ τὸ ἐναντίον προκαλούμενον· πάλιν τε αὖ ψιλὴν τὴν κατασκευὴν αἰτιᾶσθαι παρὰ τὸ ἐναργές ἐστι, λόγου παιδευτικοῦ τοὺς ἀκρατεστάτους καὶ τοὺς ἀγριωτάτους παραλαμβάνοντος, εἰ τῇ προτροπῇ παρακολουθήσαιεν, καὶ μεταβάλλοντος, ὥστε παρὰ πολὺ γεγονέναι τὴν τροπὴν, καὶ τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολήν· πολλάκις τῶν ἀκολαστοτάτων βελτιόνων γινομένων παρὰ τοὺς τῇ φύσει πρότερον οὐ δοκοῦντας εἶναι τοιούτους· καὶ τῶν ἀγριωτάτων

εἰς τοὐναντίον ἡμερότητος μεταβεβλημένων, ὥστε τὸν μηδὲ πώποτε οὕτως ἀγριωθέντα ἄγριον εἶναι δοκεῖν, συγκρίσει τοῦδέ τινος μεταβεβληκότος ἐπὶ τὸ ἥμερον. ὁρῶμέν τε ἑτέρους εὐσταθεστάτους καὶ σεμνοτάτους ἐκ διαστροφῆς ἐπὶ τὰς χείρους διατριβὰς ἐκκρουομένους τοῦ σεμνοῦ καὶ εὐσταθοῦς· ὥστε εἰς ἀκολασίαν αὐτοὺς μεταβάλλειν, πολλάκις ἀρχομένους τῆς ἀκολασίας μεσούσης τῆς ἡλικίας, καὶ ἐμπίπτοντας εἰς ἀταξίαν μετὰ τὸ παρεληλυθέναι τὸ τῆς νεότητος, ὅσον ἐπὶ τῇ φύσει, ἄστατον. Οὐκοῦν ὁ λόγος δείκνυσιν ὅτι τὰ μὲν ἔξωθεν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἐστι· τὸ δὲ οὕτως ἢ ἐναντίως χρήσασθαι αὐτοῖς τὸν λόγον κριτὴν παραλαβόντα καὶ ἐξεταστὴν τοῦ πῶς δεῖ πρὸς τάδε τινὰ τῶν ἔξωθεν ἀπαντῆσαι, ἔργον ἐστὶν ἡμέτερον. ὅτι δὲ ἔργον ἡμέτερον τὸ βιῶσαι καλῶς ἐστι, καὶ αἰτεῖ ἡμᾶς τοῦτο ὁ Θεὸς, ὡς οὐκ αὐτοῦ ὂν, οὐδὲ ἐξ ἑτέρου τινὸς παραγινόμενον, ἢ, ὡς οἴονταί τινες, ἀπὸ εἱμαρμένης, ἀλλ' ἢ ὡς ἡμέτερον ἔργον, μαρτυρήσει ὁ προφήτης Μιχαίας λέγων,

Mich. 6. 8. Εἰ ἀνηγγέλη σοι, ἄνθρωπε, τί καλόν; ἢ τί Κύριος ἐκζητεῖ παρὰ σοῦ· ἀλλ' ἢ τὸ ποιεῖν κρίμα καὶ ἀγαπᾷν ἔλεον; καὶ Μωσῆς,

Deut. 30. 15, 19. Τέθεικα πρὸ προσώπου σου τὴν ὁδὸν τῆς ζωῆς, καὶ τὴν ὁδὸν τοῦ θανάτου· ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθὸν καὶ πορεύεσθαι ἐν αὐτῷ· καὶ Ἡσαΐας,

Esaiæ 1. 19, 20. Ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· ἐὰν δὲ μὴ θέλητε, μηδὲ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται· τὸ γὰρ στόμα Κυρίου ἐλάλησε ταῦτα· καὶ ἐν τοῖς Ψαλμοῖς,

Psal. 81. 13, 14. Εἰ ὁ λαός μου ἤκουσέ μου, καὶ Ἰσραὴλ ταῖς ὁδοῖς μου εἰ ἐπορεύθη, ἐν τῷ μηδενὶ ἂν τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν ἐταπείνωσα, καὶ ἐπὶ τοὺς θλίβοντας αὐτοὺς ἐπέβαλον ἂν τὴν χεῖρά μου· ὡς ἐπὶ τῷ λαῷ ὄντος τοῦ ἀκούειν καὶ πορεύεσθαι ταῖς ὁδοῖς τοῦ Θεοῦ.

Matth. 5. 39. Καὶ ὁ Σωτὴρ δὲ λέγων τὸ, Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ· καὶ,

Matth. 5. 22. Ὅτι ὃς ἂν ὀργισθῇ τῷ ἀδελφῷ ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει· καὶ,

Matth. 5. 28. Ὃς ἐὰν ἐμβλέψῃ γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· καὶ εἴ τινα ἄλλην δίδωσιν ἐντολὴν, ὡς ἐφ' ἡμῖν ὄντος τοῦ φυλάξαι τὰ προστεταγμένα, φησί· καὶ εὐλόγως ἐνόχων ἡμῶν τῇ κρίσει ἐσομένων, εἰ παραβαίνοιμεν αὐτά. ὅθεν

Matth. 7. 24. καὶ, Πᾶς, φησὶν, ὁ ἀκούων μου τοὺς λόγους τούτους, καὶ ποιῶν αὐτοὺς, ὁμοιωθήσεται ἀνδρὶ φρονίμῳ, ὅς τις ᾠκοδόμησε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν πέτραν, καὶ τὰ ἑξῆς·

Ibid. v. 26. ὁ δὲ ἀκούων, καὶ μὴ ποιῶν, ὅμοιός ἐστιν ἀνδρὶ μωρῷ, ὅς τις ᾠκοδόμησε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν ἄμμον, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ

Matth. 25. 34, 35. λέγων δὲ τοῖς ἐκ δεξιῶν, Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, καὶ τὰ ἑξῆς· ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα καὶ ἐποτίσατέ με· σφόδρα σαφῶς ὡς αἰτίοις οὖσι τοῦ ἐπαινεῖσθαι δίδωσι τὰς ἐπαγγελίας· καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου τοῖς ἑτέροις, ὡς ψεκτοῖς οὖσι παρ' αὐτοὺς,

manſuefiant, ut qui nunquam eâ fuerant duritate atque acerbitate præ illo ipſo, qui ad lenitatem converſus eſt, feri & immites eſſe videantur. Alios videmus ſedatiſſimos & graviſſimos ex deteriori conſuetudine ſeveros illos & compoſitos mores dediſcere; atq; in intemperantiam & libidines mediâ jam ætate degenerare, & in effrænationem ac petulantiam decurſo juventutis, quantum natura patitur, lubrico delabi. Ratio igitur oſtendit extrinſecùs incidentia in noſtra non eſſe poteſtate: ut autem hoc vel contrario modo his utamur, rationem adhibentes judicem & diſceptatricem quomodo externis obſiſtendum ſit, in noſtra eſt poteſtate ſitum. Noſtrum porrò munus & officium eſſe honeſtè vivere, idque à nobis non quaſi ſuum, neque ab iis quæ extrinſecùs adveniunt, vel, ut quidam putant, à fato, ſed ut noſtrum opus ac officium, Deum poſtulare, teſtatum dabit Propheta Michæas dicens, *Quid tibi, homo, indicatum eſt? aut quid Dominus à te poſtulat? an non facere judicium & diligere miſericordiam?* & Moſes, *Poſui ante conſpectum tuum viam vitæ, & viam mortis; ut eligas bonum & incedas in eo:* & Eſaias, *Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis; ſin autem nolueritis, & non audieritis me, gladius vos devorabit: os enim Domini hæc locutum eſt:* & in Pſalmis, *Si populus meus audiſſet me, & Iſrael in viis meis ambulaſſet, ad nihilum hoſtes eorum depreſſiſſem, & in affligentes eos injeciſſem manum meam:* nimirum penès populum erat, ut auſcultaret Deo, & in viis ejus ambularet. Sed & Servator, cùm dicit, *Ego autem dico vobis, ne reſiſtatis malo;* &, *Quicunque iratus fuerit fratri ſuo, reus erit judicio;* &, *Quicunque viderit mulierem ad concupiſcendum, jam adulteravit eam in corde ſuo;* & cetera quæcunque dat mandata, ità dat, quaſi nobis ea ſervare ſit integrum; ut jure rei judicio futuri ſimus, ſi ea perfringamus: unde &, *Omnis,* inquit, *qui audit ſermones meos hoſce & efficit, ſimilis erit viro prudenti, qui ædificavit domum ſuam ſuper petram,* & cetera; *qui verò audit, & non facit, ſimilis eſt viro ſtulto, qui ædificavit domum ſuam ſuper arenam,* & cetera. Et dicens iis qui à dextris erunt, *Venite benedicti Patris mei,* & cetera: *eſurivi enim, & dediſtis mihi quod ederem: ſitivi & potaviſtis me;* clariſſimè oſtendit his, ut qui fecerint quam ob rem laudarentur, promittere ſe: aliis è contrario, ut qui ex ſe vituperio digni ſint, di-

cit,

cit, *Abite execrabiles in ignem æternum.* Sed videamus quomodo Paulus nos quaſi juris noſtri & arbitrii, nobiſque ipſi cauſa vel interitûs vel ſalutis ſimus, alloquatur: *An divitias bonitatis ipſius,* inquit, *& patientiæ, & æquanimitatis contemnis, ignorans bonitatem Dei te ad pœnitentiam vocare? ſed ſecundùm duritiem tuam, & cor impœnitens, coacervas tibi iram in die iræ, & revelationis juſti judicii Dei; qui reddet unicuique ſecundùm opera ejus: iis quidem, qui per patientiam boni operis gloriam & honorem & incorruptionem quærunt, vitam æternam; contentioſis autem & veritati refragrantibus, malitiæ verò aſſentientibus, ira, & indignatio, & afflictio, & anguſtia in omnem animam hominis facientis malum, Judæi primùm & Græci: gloria, & honor, & pax omni facienti bonum, Judæo primùm & Græco.* Innumera igitur ſunt in Scripturis loca, quæ libertatem arbitrii apertiſſimè oſtendunt: ſed, quia in contrarium, hoc eſt, nobis non eſſe integrum ſervare mandata & ſervari, tum ea infringere & perire, quædam Veteris & Novi Teſtamenti dicta deflectere videntur; agè, &, iis ſingillatim propoſitis, eorum ſolutiones inſpiciamus, ut ex eorum, quæ proponimus, ſimilitudine, ſelectis omnibus, quæ libertatem arbitrii tollere videntur, eorum ſolutionem quivis perſpiciat. Sanè quamplurimos movent ea, quæ de Pharaone dicuntur, de quo decernens Deus ſæpius edicit, *Ego indurabo cor Pharaonis:* ſi enim à Deo induratur, & propter indurationem peccat, non ipſe ſibi cauſa peccati eſt, ſic neque ſui juris Pharao. Hinc ex ſimili dicet aliquis non eſſe ſuæ ſpontis qui pereunt, neque per ſe ipſos perire: & quod in Ezechiele dicitur, *Eximam ipſorum corda lapidea, & immittam carnea, ut in præceptis meis ambulent, & decreta mea cuſtodiant,* moverit fortaſſe aliquem quaſi Deus det incedere in mandatis ſuis & ſervare decreta ſua, eo ipſo quòd impedimentum, lapideum nempe cor, exemit, & melius, carneum videlicet, immiſit. Sed & ex Evangelio, quid Servator quærentibus, cur in parabolis multitudini loquatur, reſpondeat, videamus: ait, *Ut videntes non videant, & audientes audiant & non intelligant; ne quando convertantur, & dimittatur ipſis.* Apud Paulum præterea, *Non volentis, neq; currentis, ſed miſerantis eſt Dei:* & alibi, *Et velle & operari ex Deo eſt. Num igitur quem vult miſeratur Deus, & quem vult indurat? Dices igitur mihi, Quid ergò ſuccenſet? voluntati enim ejus*

λέγει τὸ, Πορεύεσθε οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ Matth.25.41.
αἰώνιον. Ἴδωμεν δὲ πῶς καὶ ὁ Παῦλος ὡς αὐτεξου-
σίοις ἡμῖν διαλέγεται, καὶ ἑαυτοῖς αἰτίοις τυγχάνου-
σιν ἀπωλείας ἢ σωτηρίας· Ἢ τοῦ πλούτου γὰρ τῆς χρη- Rom.2.4,5,
στότητος αὐτοῦ φησι, καὶ τῆς ἀνοχῆς, καὶ τῆς μακροθυμί- 6,7,8,9,10.
ας καταφρονεῖς, ἀγνοῶν ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ
εἰς μετάνοιάν σε ἄγει; κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου,
καὶ ἀμετανόητον καρδίαν, θησαυρίζεις σεαυτῷ
ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς, καὶ ἀποκαλύψεως δι-
καιοκρισίας τοῦ Θεοῦ· ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ
τὰ ἔργα αὐτοῦ· τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν ἔργου
ἀγαθοῦ δόξαν, καὶ τιμὴν, καὶ ἀφθαρσίαν ζητοῦ-
σι, ζωὴν αἰώνιον· τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας, καὶ ἀπει-
θοῦσι μὲν τῇ ἀληθείᾳ, πειθομένοις δὲ τῇ κακίᾳ,
ὀργὴ, καὶ θυμὸς, καὶ θλίψις, καὶ στενοχωρία ἐπὶ
πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου τοῦ κατεργαζομένου τὸ
κακὸν, Ἰουδαίου πρῶτον καὶ Ἕλληνος· δόξα, καὶ
τιμὴ, καὶ εἰρήνη παντὶ τῷ ἐργαζομένῳ τὸ ἀγα-
θὸν, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι. Μυρία μὲν
δὴ ὅσα ἐν ταῖς γραφαῖς σφόδρα σαφῶς παριστάν-
τα τὸ αὐτεξούσιον· ἐπεὶ δὲ εἰς τὸ ἐναντίον, του-
τέστι τὸ μὴ ἐφ' ἡμῖν τυγχάνειν τηρεῖν τὰς ἐν-
τολὰς καὶ σώζεσθαι, καὶ τὸ παραβαίνειν αὐτὰς καὶ
ἀπόλλυσθαι, ἀφέλκει ῥητά τινα ἀπὸ τῆς παλαιᾶς
καὶ τῆς καινῆς· φέρε, ἀπὸ μέρους καὶ ἐκ τούτων πα-
ραθέμενοι θεασώμεθα αὐτῶν τὰς λύσεις, ἵνα
ἀφ' ὧν παρατιθέμεθα, κατὰ τὸ ὅμοιον ἐκλεξά-
μενός τις ἑαυτῷ πάντα τὰ δοκοῦντα ἀναιρεῖν
τὸ αὐτεξούσιον, ἐπισκέψηται τὰ περὶ λύσεως αὐ-
τῶν. καὶ δὴ πολλοὺς κεκίνηκε τὰ περὶ τοῦ Φαραὼ,
περὶ οὗ χρηματίζων ὁ Θεὸς φησιν, Ἐγὼ δὲ σκλη- Exod.4.21.
ρυνῶ τὴν καρδίαν Φαραὼ, πλεονάκις· εἰ γὰρ 7.3.
ὑπὸ Θεοῦ σκληρύνεται, καὶ διὰ τὸ σκληρύνεσθαι
ἁμαρτάνει, οὐκ αὐτὸς ἑαυτῷ τῆς ἁμαρτίας αἴτι-
ος· εἰ δὲ τοῦτο, οὐδὲ αὐτεξούσιος ὁ Φαραώ. καὶ
φήσει τις ὅτι ἐκ τοῦ ὁμοίου οἱ ἀπολλύμενοι οὐκ αὐ-
τεξούσιοι, οὐδὲ παρ' ἑαυτοὺς ἀπολοῦνται. καὶ ἐν τῷ
Ἰεζεκιὴλ δὲ λεγόμενον τὸ, Ἐξελῶ αὐτῶν τὰς Ezech.11.19.
λιθίνας καρδίας, καὶ ἐμβαλῶ σαρκίνας, ὅπως ἐν
τοῖς προστάγμασί μου πορεύωνται, καὶ τὰ δικαι-
ώματά μου φυλάσσωσι, κινήσαι ἄν τινα ὡς τοῦ
Θεοῦ διδόντος τὸ πορεύεσθαι ἐν ταῖς ἐντολαῖς καὶ
φυλάσσειν τὰ δικαιώματα, ἐν τῷ τὸ ἐμποδί-
ζον ὑπεξῃρηκέναι τὴν λιθίνην καρδίαν, καὶ τὸ
κρεῖττον ἐντεθεικέναι τὴν σαρκίνην. Ἴδωμεν
δὲ καὶ τὸ ἐκ τοῦ εὐαγγελίου τί ὁ Σωτὴρ ἀποκρί-
νεται πρὸς τοὺς πυνθανομένους διὰ τί ἐν παραβο-
λαῖς τοῖς πολλοῖς λαλεῖ, καί φησιν, Ἵνα βλέ- Marc.4.12.
ποντες μὴ βλέπωσι, καὶ ἀκούοντες ἀκούωσι καὶ μὴ
συνιῶσι· μή ποτε ἐπιστρέψωσι καὶ ἀφεθήσεται
αὐτοῖς. Ἔτι δὲ καὶ παρὰ τῷ Παύλῳ τὸ, Οὐ τοῦ Rom.9.16.
θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος
Θεοῦ· καὶ ἐν ἄλλοις, Καὶ τὸ θέλειν δὲ καὶ τὸ ἐνερ- Philip.2.13.
γεῖν ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν. Ἄρ' οὖν ὃν θέλει ὁ Θε- Rom. 9.18,
ὸς ἐλεεῖ, ὃν δὲ θέλει σκληρύνει; ἐρεῖς οὖν μοι, 19,20,21.
Τί ἔτι μέμφεται; τῷ γὰρ βουλήματι αὐτοῦ τίς

ἀνθέστηκε; καὶ ἡ ἐπιμονὴ ἐκ τοῦ καλοῦντος, καὶ οὐκ ἐξ ἡμῶν. μενοῦνγε, ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι, Τί με ἐποίησας οὕτως; ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι ὃ μὲν εἰς τιμὴν σκεῦος, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν; Ταῦτα γὰρ καθ' αὑτὰ ἱκανά ἐστι τοὺς πολλοὺς ἐκταράξαι, οὐκ ὄντος τοῦ ἀνθρώπου αὐτεξουσίου, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ σώζοντος καὶ ἀπολλύντος οὓς ἂν αὐτὸς βούληται.

Ἀρξώμεθα τοίνυν ἀπὸ τῶν περὶ τὸν Φαραὼ εἰρημένων, ὡς σκληρυνομένου ὑπὸ Θεοῦ, ἵνα μὴ ἐξαποστείλῃ τὸν λαόν· ᾧ συνεξετασθήσεται ἅμα
Rom.9.18. καὶ τὸ Ἀποστολικόν, Ἄρ' οὖν ὃν θέλει ὁ Θεὸς ἐλεεῖ, ὃν δὲ θέλει σκληρύνει; Καὶ ἐπιχειροῦνται τούτοις τῶν ἑτεροδόξων τινές, σχεδὸν καὶ αὐτοὶ τὸ αὐτεξούσιον ἀναιροῦντες· διὰ τὸ φύσεις εἰσάγειν ἀπολλυμένας, ἀνεπιδέκτους τοῦ σώζεσθαι, καὶ ἑτέρας σωζομένας, ἀδυνάτως ἐχούσας περὶ τὸ ἀπολέσθαι· τόν τε Φαραὼ φασὶ φύσεως ὄντα ἀπολλυμένης, διὰ τοῦτο σκληρύνεσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἐλεοῦντος μὲν τοὺς πνευματικούς, σκληρύνοντος δὲ τοὺς χοϊκούς. Φέρε οὖν, ἴδωμεν ὅ τί ποτε καὶ λέγουσι. πευσόμεθα γὰρ αὐτῶν, εἰ χοϊκῆς φύσεως ὁ Φαραὼ ἦν. ἀποκρινομένοις δὲ ἐροῦμεν, Ὅτι ὁ τῆς χοϊκῆς φύσεως πάντως ἀπειθεῖ Θεῷ· εἰ δὲ ἀπειθεῖ τί, χρεία σκληρύνεσθαι αὐτοῦ τὴν καρδίαν· καὶ τοῦτο οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ πλεονάκις· εἰ μὴ ἄρα ἐπεὶ δυνατὸν ἦν πεισθῆναι αὐτόν, καὶ πάντως ἐπείσθη ἂν ἅτε οὐκ ὢν χοϊκός, ὑπὸ τῶν τεράτων καὶ σημείων δυσωπούμενος, χρῄζει δὲ αὐτοῦ ὁ Θεός, ὑπὲρ τοῦ ἐνδείξασθαι ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν πολλῶν τὰ μεγαλεῖα, ἐπὶ πλεῖον ἀπειθοῦντος, διὰ τοῦτο σκληρύνει αὐτοῦ τὴν καρδίαν. Ταῦτα δὲ λελέξεται πρῶτον πρὸς αὐτοὺς εἰς τὸ ἀνατραπῆναι ὃ ὑπολαμβάνουσιν ὅτι φύσεως ἦν ἀπολλυμένης ὁ Φαραώ. τὸ δ' αὐτὸ καὶ περὶ τοῦ παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ λεκτέον πρὸς αὐτούς. Τίνας γὰρ σκληρύνει ὁ Θεός; τοὺς ἀπολλυμένους, ὥς τι ποιήσοντας εἰ μὴ σκληρυνθεῖεν· ἢ δῆλον ὅτι σωθησομένους τῷ μὴ εἶναι αὐτοὺς φύσεως ἀπολλυμένης. Τίνας δὲ καὶ ἐλεεῖ; ἆρα τοὺς σωθησομένους; καὶ πῶς χρεία ἐλέους δευτέρου αὐτοῖς, ἅπαξ κατασκευασθεῖσι σωθησομένοις, καὶ πάντως διὰ τὴν φύσιν μακαρίοις ἐσομένοις; εἰ μὴ ἄρα ἐπεὶ ἐπιδέχονται ἀπώλειαν, εἰ μὴ ἐλεηθεῖεν, ἐλεοῦνται, ἵν' ὅπερ ἐπιδέχονται μὴ λάβωσι τὸ ἀπολέσθαι, ἀλλὰ γένωνται ἐν χώρᾳ σωζομένων; Καὶ ταῦτα μὲν πρὸς ἐκείνους· ἐπαπορητέον δὲ πρὸς τοὺς νομίζοντας νενοηκέναι τὸ Ἐσκλήρυνε· τί δή ποτε λέγουσι τὸν Θεὸν ἐνεργοῦντα σκληρύνειν καρδίαν, καὶ τί προτιθέμενον τοῦτο ποιεῖν; τηρείτωσαν γὰρ καὶ ἔννοιαν Θεοῦ, κατὰ μὲν τὸ ὑγιὲς δικαίου καὶ ἀγαθοῦ· εἰ δὲ μὴ βούλονται, ἐπὶ τοῦ παρόντος αὐτοῖς συγκεχωρήσθω δικαίου· καὶ παραστησάτωσαν πῶς ὁ

quis reſtitit? & obedientia ex vocante, non ex nobis eſt. Enimverò, homo, tu quis es qui hæc contrà reſpondes Deo? num dicet figmentum fictori, Cur me ſic feciſti? nonne poteſt figulus luti ex eadem argilla facere aliud vas in honorem, aliud in ignominiam? Hæc enim per ſe multos perturbare poſſunt, quaſi non ſui ſit arbitrii homo; ſed Deus quos voluerit ſervet & perdat.

Aggrediamur itaque ad ea, quæ de Pharaone, tanquam à Deo indurato, dicuntur, nè populum dimitteret; cum quo & dictum Apoſtoli unà diſceptabitur, *An igitur quem vult Deus miſeratur, & quem vult, indurat?* Quibus abutuntur perperàm ſentientium nonnulli, qui etiam penè libertatem homini adimunt; cùm naturas inducunt perditas, quæ ſervari non poſſint, & alias ſalvas, quæ perire nullo modo poſſint: & perditæ damnatæque naturæ fuiſſe dicunt Pharaonem, ideóque induratum fuiſſe à Deo, qui ſpiritales miſeratur, & terrenos indurat. Sed videamus quidnam ſibi velint. Quæro ex his, an terrenæ naturæ eſſet Pharao. Si fuiſſe reſpondeant, ſubjiciemus: qui terrenæ naturæ ſit, cum planè Deo reſiſtere; qui autem reſiſtat, hujus oportet cor indurari, neque id ſemel, ſed ſæpius; niſi fortè, quia fieri poterat ut obediret, planè obediit, quaſi terrenus non eſſet, tot prodigiis & ſignis confuſus: ſed eo magis reſiſtente quodammodo egebat Deus, ut ad multorum ſalutem magnitudinem ſuam declararet, ideo cor ejus indurat. Hæc primùm dicta ſint ad evertendum id, quòd iſti opinantur naturæ fuiſſe perditæ Pharaonem: idémque de illo Apoſtoli dicto reſpondendum eſt ipſis. Quos enim indurat Deus? perditos, quaſi aliquid effecturos, niſi indurarentur; vel profectò ſervandos, quòd naturæ perditæ non ſint. Quos verò miſeratur? an ſervandos? his verò quid ſecundâ miſeratione opus eſt ad id factis conſtitutiſque, ut ſerventur, & propter naturam beatitudine certè potituris? num igitur, quia perire poſſunt niſi miſeraretur Deus, miſeratur ut perire non poſſint; ſed ſint in regione ſervatorum? Atque hæc adversùs iſtos dicta ſint: quærendum præterea eſt ab iis qui illud, *Induravit*, intelligere ſibi videntur; quid facere Deum dicant, dum cor indurat, quidque addere: Dei enim ſententiam reverà juſti & boni defendant oportet: aut ſaltem, ſi utrumque nolunt, hoc jam illis concedatur juſti; & oſtendant quomodo bonus

bonus & juſtus, vel juſtus tantùm juſtus videatur, cùm ejus cor indurat, qui quòd induratus ſit perit; & quomodo juſtus cauſa ſit interitûs & contumaciæ iis, quos, quia indurati ſunt & ipſi reſtiterunt, punit. Quid verò illi ſuccenſet dicens, *Tu verò non vis dimittere populum meum: ecce, percutiam omnia primogenita in Ægypto, & filium tuum primogenitum:* & quæcunque Deo tribuuntur per Moſen Pharaonem alloquenti? Neceſſe enim eſt quicunque veras eſſe Scripturas, & Deum juſtum credit, ſi bonæ ſit fidei, id contendere ut in illis Scripturæ locis Deum eſſe juſtum apertè oſtendatur: ſi enim quis ex profeſſo, enixè, contentè, palámque malum eſſe mundi opificem ſtatueret, aliâ ratione cum eo agendum eſſet: ſed, cùm dicant iſti eum ſe juſtum credere, & nos de eo ut bono juſtóq; diſputemus; quomodo bonus & juſtus indurat cor Pharaonis? Vide igitur, ſi fortè illo exemplo, quo in Epiſtola ad Hebræos uſus eſt Apoſtolus, oſtendere poſſimus, quomodo unâ eâdémq; operâ Deus hunc miſeratur, illũ indurat; nec id tamen habet propoſitum, ut induret, ſed per bonum propoſitũ, unde, quia in una inhærent vitii ſui malitia, conſequitur ut indurentur, dicitur eum indurare qui induratur: *Terra*, inquit, *pluviam in ſe deſcendentem bibens, & herbam utilem iis à quibus colitur pariens, benedictionem à Deo accipit; proferens verò ſpinas & tribulos reproba eſt & execrationi proxima, cujus vectigal eſt in incendium.* Num igitur una eſt eadémque in imbre demittenda actio, ex ea tamen una tellus culta fruges, vaſta & inculta ſpinas profert? Et quanquam durum videatur ſi dicat qui imbrem largitus eſt, Ego fruges & ſpinas in terra produxi, durum eſt, verum tamen: ſi enim imber defuiſſet neq; fruges, neque ſpinæ proveniſſent, qui cùm tempeſtivè & moderatè defluxiſſet. & fruges & ſpinæ exortæ ſunt. Quæ igitur terra, poſtquam in ſe demiſſum imbrem ſæpe bibit, ſpinas & tribulos profert, reproba eſt & propè execrabilis: num ergò imbris quoque beneficium & in deteriorem terram decidit? At ejus ſolum neglectum & incultum ſpinas & tribulos peperit. Ad eum igitur modum, quæ fecit Deus prodigia, imber quidam ſunt; diverſæ verò voluntates veluti terra culta & inculta quæ unius naturæ eſt: ſed, quemadmodũ ſi Sol diceret vocem mittens, Ego liquefacio & exſicco; quæ contraria ſunt: nihil tamen pro re ſubjecta falſi diceret, cùm uno eodémque calore cera

ἀγαθὸς καὶ δίκαιος, ἢ ὁ δίκαιος μόνον φαίνεται δίκαιος, σκληρύνων καρδίαν τοῦ διὰ τὸ σκληρύνεσθαι ἀπολλυμένου· καὶ πῶς ὁ δίκαιος αἴτιος ἀπωλείας γίνεται καὶ ἀπειθείας τοῦ ὑπ᾽ αὐτοῦ διὰ τὸ σκληρύνεσθαι καὶ ἀπειθεῖν αὐτῷ κολαζομένου. Τί δὲ αὐτῷ καὶ μέμφεται λέγων, Σὺ δὲ οὐ βούλει ἐξαποστεῖλαι Exod.4.23.
τὸν λαόν μου· ἰδοὺ, πατάξω πάντα τὰ πρωτότοκα ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ τὸν πρωτότοκόν σου· καὶ ὅσα ἄλλα ἀναγέγραπται ὡς τοῦ Θεοῦ λέγοντος διὰ Μωσέως τῷ Φαραώ; Ἀναγκαῖον γὰρ τὸν πιστεύοντα ὅτι ἀληθεῖς αἱ γραφαὶ, καὶ ὅτι ὁ Θεὸς δίκαιος, ἐὰν εὐγνωμονῇ, ἀγωνίζεσθαι πῶς ἐν ταῖς τοιαύταις λέξεσι τρανῶς δίκαιος νοηθῇ· εἰ μὲν γὰρ ἀπογραψάμενός τις γυμνῇ τῇ κεφαλῇ ἵστατο πρὸς τὸ πονηρὸν εἶναι τὸν δημιουργὸν, ἄλλων ἔδει λόγων πρὸς αὐτόν. ἐπεὶ δέ φασι φρονεῖν περὶ αὐτοῦ ὡς περὶ δικαίου, καὶ ἡμεῖς ὡς περὶ ἀγαθοῦ ἅμα καὶ δικαίου σκοπήσωμεν· πῶς ἂν ὁ ἀγαθὸς καὶ δίκαιος σκληρύνῃ τὴν καρδίαν Φαραώ; Ὅρα τοίνυν, εἰ διά τινος παραδείγματος, ᾧ ὁ Ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους ἐχρήσατο, δυνάμεθα παραστῆσαι πῶς μιᾷ ἐνεργείᾳ ὁ Θεὸς ὃν μὲν ἐλεεῖ, ὃν δὲ σκληρύνει· οὐ προστιθέμενος σκληρύνειν, ἀλλὰ διὰ προθέσεως χρηστῆς, ἣ ἐπακολουθεῖ διὰ τὸ τῆς κακίας ὑποκείμενον τοῦ παρ᾽ ἑαυτοῖς κακοῦ τὸ σκληρύνεσθαι, σκληρύνειν λεγόμενος τὸν σκληρυνόμενον· Γῆ, φησὶν, ἡ πιοῦ- Hebr.6.7,8.
σα τὸν ἐπ᾽ αὐτῆς ἐρχόμενον ὑετὸν, καὶ τίκτουσα βοτάνην εὔθετον ἐκείνοις δι᾽ οὓς καὶ γεωργεῖται, μεταλαμβάνει εὐλογίας ἀπὸ τοῦ Θεοῦ· ἐκφέρουσα δὲ ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀδόκιμος καὶ κατάρας ἐγγὺς, ἧς τὸ τέλος εἰς καῦσιν. οὐκοῦν μία ἐνέργεια ἡ κατὰ τὸν ὑετὸν, μιᾶς δὲ ἐνεργείας οὔσης τῆς κατὰ τὸν ὑετὸν, ἡ μὲν γεωργηθεῖσα γῆ καρποφορεῖ, ἡ δὲ ἀμεληθεῖσα καὶ χέρσος ἀκανθοφορεῖ; καὶ δύσφημον ἂν δόξαι εἶναι τὸ λέγειν τὸν ὕοντα, Ἐγὼ τοὺς καρποὺς ἐποίησα, καὶ τὰς ἀκάνθας τὰς ἐν τῇ γῇ· ἀλλ᾽ εἰ καὶ δύσφημον, ἀλλ᾽ ἀληθές· ὑετοῦ γὰρ μὴ γενομένου οὔτ᾽ ἂν καρποὶ, οὔτ᾽ ἄκανθαι γεγόνεισαν, τούτου δὲ εὐκαίρως καὶ μεμετρημένως ἐπιρρεύσαντος ἀμφότερα γεγένηται. ἐκφέρουσα γοῦν ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἡ πιοῦσα γῆ τὸν ἐπ᾽ αὐτῆς ἐρχόμενον ὑετὸν πολλάκις, ἀδόκιμος καὶ κατάρας ἐγγὺς γίνεται· οὐκοῦν τὸ μὲν ἀγαθὸν τοῦ ὑετοῦ καὶ ἐπὶ τὴν χείρονα γῆν ἐλήλυθε; τὸ δὲ ὑποκείμενον ἠμελημένον, καὶ ἀγεώργητον τυγχάνον, ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἐβλάστησεν. οὕτω τοίνυν καὶ τὰ γινόμενα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τέρατα, οἱονεὶ ὑετός ἐστιν· αἱ δὲ προαιρέσεις αἱ διάφοροι, οἱονεὶ ἡ γεγεωργημένη γῆ ἐστι, καὶ ἠμελημένη, μιᾷ τῇ φύσει ὡς γῆ τυγχάνουσαι. ὥσπερ δὲ καὶ εἰ ὁ ἥλιος ἔλεγε, φωνὴν προϊέμενος, ὅτι Ἐγὼ τήκω καὶ ξηραίνω· ἐναντίων ὄντων τοῦ τήκεσθαι καὶ ξηραίνεσθαι, οὐκ ἂν ψεῦδος ἔλεγε παρὰ τὸ ὑποκείμενον, ὑπὸ τῆς μιᾶς θερμότητος τηκομένου μὲν

τοῦ κηροῦ, ξηραινομένου δὲ τοῦ πηλοῦ· οὕτως ἡ μία
ἐνέργεια, ἡ διὰ Μωσέως γινομένη, σκληρυσμὸν
μὲν ἤλεγχε τὸν τοῦ Φαραὼ, διὰ τὴν κακίαν
αὐτοῦ, πειθὼ δὲ τὴν τῶν ἐπιμίκτων Αἰγυπτί-
ων συνεξορμησάντων τοῖς Ἑβραίοις· καὶ τὸ
κατὰ τὸ βραχὺ δὲ ἀναγεγράφθαι, οἱονεὶ μα-
Exod. 8. 28. λάσσεσθαι τὴν καρδίαν Φαραὼ, λέγοντος, Ἀλλ'
10. 24. οὐ μακρὰν ἀποτενεῖτε· τριῶν γὰρ ἡμερῶν πορεύ-
σεσθε, καὶ τὰς γυναῖκας ὑμῶν καταλείπετε, καὶ
ὅσα ἄλλα κατὰ βραχὺ ἐνδιδοὺς πρὸς τὰ τεράσ-
τια ἔλεγε, δηλοῖ γὰρ ὅτι ἐνήργει μέν τι καὶ εἰς
αὐτὸν τὰ σημεῖα, οὐ μὴν τὸ πᾶν κατειργάζε-
το. οὐκ ἂν δὲ οὐδὲ ταῦτα ἐγίνετο, εἰ τὸ νοούμε-
Exod. 4. 21. νον ὑπὸ τῶν πολλῶν, Σκληρυνῶ τὴν καρδίαν
7. 3. Φαραὼ, ὑπ' αὐτοῦ ἐνηργεῖτο, τοῦ Θεοῦ δηλο-
νότι. Οὐκ ἄτοπον δὲ καὶ ἀπὸ συνηθείας τὰ
τοιαῦτα παραμυθήσασθαι· πολλάκις τῶν χρη-
στῶν δεσποτῶν φασκόντων τοῖς διὰ τὴν χρηστότη-
τα καὶ τὴν μακροθυμίαν ἐντρυφήσασιν οἰκέ-
ταις τὸ, Ἐγώ σε πονηρὸν ἐποίησα, καὶ ἐγώ σοι
αἴτιος γέγονα τῶν τηλικούτων ἁμαρτημάτων· δεῖ
γὰρ τοῦ ἤθους ἀκοῦσαι καὶ τῆς δυνάμεως τοῦ λεγο-
μένου, καὶ μὴ συκοφαντεῖν, μὴ κατακούσαντας τοῦ
βουλήματος τοῦ λόγου. Ὁ γοῦν Παῦλος, ταῦ-
τα σαφῶς ἐξετάσας, φησὶ πρὸς τὸν ἁμαρτά-
Rom. 2. 4, 5. νοντα, Ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, καὶ τῆς
ἀνοχῆς, καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς;
ἀγνοῶν ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν
σε ἄγει; κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου, καὶ ἀμετα-
νόητον καρδίαν, θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν, ἐν
ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως δικαιοκρι-
σίας Θεοῦ. Ἃ γὰρ λέγει πρὸς τὸν ἁμαρ-
τάνοντα ὁ Ἀπόστολος λεγέσθω πρὸς τὸν Φα-
ραὼ, καὶ πάνυ ἁρμοδίως νοηθήσεται ταῦτα ἀπ-
αγγελλόμενα αὐτῷ, κατὰ τὴν σκληρότητα
καὶ ἀμετανόητον αὐτοῦ καρδίαν, θησαυρί-
ζοντος ἑαυτῷ ὀργὴν, τῆς σκληρότητος
οὐκ ἂν ἐλεγχθείσης οὕτως, οὐδὲ φανερᾶς
γεγενημένης, εἰ μὴ τὰ σημεῖα ἐγεγόνει
μὲν μὴ τοσαῦτα δὲ καὶ τηλικαῦτα. Ἀλλ',
ἐπεὶ δυσπειθεῖς αἱ τοιαῦται διηγήσεις, καὶ
βίαιοι εἶναι νομίζονται, ἴδωμεν καὶ ἀπὸ προ-
φητικοῦ λόγου τί φασιν οἱ πολλῆς χρηστότη-
τος Θεοῦ πεπειραμένοι, καὶ μὴ βιώσαντες
Isaiæ 63. 17. καλῶς, ἀλλὰ μετὰ ταῦτα ἁμαρτήσαντες· Τί
ἐπλάνησας ἡμᾶς, Κύριε, ἀπὸ τῆς ὁδοῦ σου; ἵνα τί
ἐσκλήρυνας ἡμῶν τὴν καρδίαν, τοῦ μὴ φοβεῖ-
σθαι τὸ ὄνομά σου; ἐπίστρεψον διὰ τοὺς δούλους
σου, διὰ τὰς φυλὰς τῆς κληρονομίας σου, ἵνα
μικρόν τι κληρονομήσωμεν τοῦ ὄρους τοῦ ἁγίου σου·
Jerem. 20. 7. καὶ ἐν τῷ Ἱερεμίᾳ, Ἠπάτησάς με, Κύριε, καὶ
ἠπατήθην, ἐκράτησας καὶ ἠδυνάσθης· τὸ γὰρ, Ἵνα
τί ἐσκλήρυνας ἡμῶν τὴν καρδίαν, τοῦ μὴ φο-
βεῖσθαι τὸ ὄνομά σου; λεγόμενον ὑπὸ τῶν ἐλεεῖ-
σθαι παρακαλούντων, ἐν ἤθει λεγόμενόν ἐστι τοι-
οῦτόν ἐστιν· Ἵνα τί ἐπὶ τοσοῦτον ἐφείσω ἡμῶν, οὐκ ἐπισκεπτόμενος ἡμᾶς ἐπὶ τοῖς ἁμαρτίαις,

liquefiat, lutum exſiccetur: ità unum idémq; opus Dei per Moſen arguebat duritiem Pharaonis, propter malitiam ipſius, Ægyptiorum verò, qui promiſcuè cum Hebræis proficiſcebantur, obedientiam: quódque ſtatim ſcriptum eſt, paulùm emollitum eſſe cor Pharaonis dicentis, *Nè longè excedatis; tridui enim viam ibitis, ſed conjuges veſtras relinquite*, itémq; cetera, paululum cedens prodigiis hæc dicebat, quæ ſatis declarant ſigna illa in eum virium aliquid habuiſſe, ſed non penitùs perfeciſſe. Quæ neque ſic eveniſſent, ſi, quod multi cogitant, illud, *Indurabo cor Pharaonis*, Deus ipſe effeciſſet. Sed & hæc non abſurdè ex communi loquendi uſu leniri ac mitigari poſſunt: quoties enim boni & benigni domini ſervis iis, qui propter facilitatem & æquanimitatem ſuam occalluerunt, ingerere ſolent, Ego te improbum feci, ego tot ſcelerum tibi cauſa fui: ſermonis enim ingenium & vis attendenda eſt, ſed citra calumniam dicti ejus ſententia intelligenda eſt. Quare Paulus, qui hæc accuratè perſcrutatus erat, peccantem ſic alloquitur, *An divitias benignitatis ejus, & patientiæ, & æquanimitatis contemnis? ignorans quia benignitas Dei te ad pœnitentiam deducit? ſed, ſecundùm duritatem tuam & cor pœnitere neſcium, congregas tibi iram, in diem iræ & declarationis juſti judicii Dei.* Nam quæ dicit ad peccantem Apoſtolus dicantur ad Pharaonem, & planè congruenter intelligentur hæc ad eum dici, propter duritiem & cor pœnitere neſcium ipſius iram ſibi coacervantis, cùm durities ità coargui & declarari non potuiſſet, niſi ſigna & prodigia extitiſſent; vel ſi quædam, ſed non tot & tanta extitiſſent. Sed, quoniam expoſitiones ejuſmodi creditu difficiles, & contortæ videntur, videamus ex Prophetico ſermone quid dicant ii, qui Dei benignitatem experti ſunt, nec tamen honeſtè vixerunt, ſed poſtea peccârunt; *Cur errare nos feciſti, Domine, à via tua? cur induráſti cor noſtrum, ut non timeremus nomen tuum? Convertere propter ſervos tuos, propter tribus hereditatis tuæ, ut particulam capiamus hæreditatis montis tui ſancti*: & in Hieremia, *Decepiſti me, Domine, & deceptus ſum, obtinuiſti & prævaluiſti*: illud enim, *Cur induráſti cor noſtrum, ut non timeremus nomen tuum?* quod ab iis dicitur, qui miſericordiam implorant, perinde eſt ac ſi dicant; Cur in tantum peperciſti nobis, nec propter peccata nos viſitâſti, ſed reliquiſti,

donec

donec ad ſummum delicta noſtra perveniſſent? Relinquit autem impunè pleroſq;, ut ſingulorum mores ex libera noſtra voluntate exquirantur, & meliores ex illo examine manifeſti fiant; reliqui verò, qui Deo non latent, omnia quippe novit antequam fiant, ſed rationabili creaturæ ſibique ipſis, poſtea viam ſalutis inveniant, qui beneficium non agnoviſſent, niſi ſeipſos condemnâſſent: quod quidem unicuique confert, ut conditionem ſuam & Dei gratiam ſentiat: qui verò propriam imbecillitatem & Dei gratiam non ſentit, etſi adjuvetur, niſi ſuarum virium experimentum ceperit, & ſeipſum condemnârit, ſuum eſſe facinus exiſtimabit, quod ei divino munere atque dono conceſſum eſt: quæ opinio per inflati animi & ſpirituum tumorem in ruinam impellit, quod & diabolo factum eſſe putamus, qui tum, cùm integer erat, excellentiam illam & privilegia ſibi arrogabat: *Quicunque enim ſe extollit deprimetur, quemadmodum quicunque ſeipſum abjicit, extolletur.* Ob eámque cauſam res divinas ſapientibus & prudentibus abſconditas eſſe intelligit; *ut nè*, ait Apoſtolus, *ulla caro in conſpectu Dei glorietur*; & renudatas eſſe infantibus, qui poſt infantiam ad meliora incrementis auxerunt, & ſe, non ex ſeſe tantum, quantum ex inexplicabili ſingulariq; Dei beneficio, eò felicitatis perveniſſe meminerunt. Divino igitur judicio reſervatur qui relinquitur, & patiens eſt in aliquibus peccantibus Deus: neque id ſine cauſa, ſed ad ipſorum commodum, atque fructum, quò ad immortalitatem animæ & ſempiternum ævum non ſtatim cooperentur in ſalutem; ſed ad eam ſeriùs, poſtquam mala plurima fuerint experti, adducantur. Quemadmodum enim medici, cùm celeriùs curare poſſint, ſi abditum venenum eſſe in corpore ſuſpicentur, contrarium curationi faciunt, quia curare volunt, ídque certiùs faciunt, cùm exiſtiment præſtare, diutiùs in tumore vulnerum & labore hærere, quò firmiorem ſanitatem recipiat, quàm ut celeriùs convaleſcere videatur, poſtea in morbum recidat, & temporaria ſit celerior illa curatio: ad hunc modum qui novit occulta Deus, & futura prævidet, quâ eſt benignitate, per ea, quæ ſunt extrinſecùs, occultum malum extrahit, ut expurget eum, qui per negligentiam ſemina peccati in ſe continet ac fovet; ut, cùm ad ſuperficiem venerint, ea evomat æger, ut ſi in mor-

σφαλλομένων εἰς τὸν περὶ τῆς εἱμαρμένης τόπον τῇ τῶν πλανωμένων ἐπιπλοκῇ πρὸς τοὺς ἐν τῷ ζῳδιακῷ, πάντων αὐτοῖς νομιζομένων συμβαίνειν ἐπὶ γῆς, καὶ τῶν περὶ ἕκαστον ἀνθρώπων, τάχα δὲ καὶ ἀλόγων ζώων· ἀλλὰ γὰρ καὶ πολλῶν τῶν πεπιστευκέναι ὑπολαμβανομένων περισπωμένων, μὴ ἄρα ἠνάγκασται τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα καὶ ἀμήχανον ἄλλως γενέσθαι, ἢ ὡς οἱ ἀστέρες κατὰ τοὺς διαφόρους σχηματισμοὺς ἐπιτελοῦσιν· ἕπεται δὲ τοῖς ταῦτα δογματίζουσιν ἐξ ὅλων τὸ ἐφ᾽ ἡμῖν ἀναιρεῖν· διόπερ καὶ ἔπαινον καὶ ψόγον καὶ πράξεις ἀποδεκτὰς, πάλιν τε αὖ ψεκτάς· ἅπερ εἰ οὕτως ἔχει, τὰ τῆς κεκηρυγμένης Θεοῦ κρίσεως οἴχεται, καὶ ἀπειλαὶ πρὸς τοὺς ἡμαρτηκότας ὡς κολασθησομένους· τιμαί τε αὖ πρὸς τοὺς τοῖς κρείττοσιν ἐπιδεδωκότας ἑαυτοὺς, καὶ μακαριότητες· οὐδὲν γὰρ ἔτι τούτων εὐλόγως ἔσται γινόμενον. καὶ εἰ τὰ ἀκόλουθά τις ἑαυτῷ ἐφ᾽ οἷς δογματίζει βλέποι, καὶ ἡ πίστις ἔσται μάταιος, ἥ τε Χριστοῦ ἐπιδημία οὐδὲν ἀνύουσα, καὶ πᾶσα ἡ διὰ νόμου καὶ προφητῶν οἰκονομία, κάματοί τε Ἀποστόλων ὑπὲρ τοῦ συστῆσαι τὰς τοῦ Θεοῦ διὰ Χριστοῦ ἐκκλησίας· εἰ μὴ ἄρα κατὰ τοὺς οὕτω τολμῶντας καὶ Χριστὸς ὑπὸ τὴν ἀνάγκην τῆς τῶν ἄστρων κινήσεως, τὴν γένεσιν ἀνειληφέναι γενόμενος, πάντα πεποιήκοι τε καὶ πάθοι, οὐ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς αὐτοῦ τῶν ὅλων τὰς παραδόξους δυνάμεις δωρησαμένου, ἀλλὰ τῶν ἀστέρων· οἷς ἀθέοις καὶ ἀσεβέσι τυγχάνουσι λόγοις ἀκολουθεῖ καὶ τὸ τοὺς πιστεύοντας ὑπὸ τῶν ἀστέρων ἀγομένους πιστεύειν εἰς Θεὸν λέγεσθαι. πυθοίμεθα δ᾽ ἂν αὐτῶν, Τί ὁ Θεὸς βουλόμενος τοιοῦτον ἐποίει κόσμον; ἵν᾽ οἱ μὲν ἐν αὐτῷ ἄνδρες ὄντες τὰ γυναικῶν πάσχωσιν, οὐδαμῶς ἑαυτοῖς αἴτιοι τῆς ἀσελγείας γεγενημένοι· ἕτεροι δὲ ἀγρίων ζώων κατάστασιν ἀνειληφότες, τὸ τὴν φορὰν τοῦ παντὸς τοιούτους αὐτοὺς πεποιηκέναι διὰ τὸ τὸν Θεὸν οὕτω κεκοσμηκέναι τὸ πᾶν, ἐπιδεδώκασιν ἑαυτοὺς ὠμοτάτοις καὶ σφόδρα ἀπανθρώποις πράγμασι, καὶ ἀνδροφονίαις, καὶ πειρατείαις; καὶ τί δεῖ λέγειν ἡμᾶς περὶ τῶν συμβαινόντων ἐν ἀνθρώποις καὶ ἁμαρτανομένων ὑπ᾽ αὐτῶν, μυρίων ὅσων τυγχανόντων; ὥς τινας οἱ τῶν γενναίων προϊστάμενοι τούτων λόγων ἀπολύοντες παντὸς ἐγκλήματος, τῷ Θεῷ περιγράφουσι πάντων τῶν κακῶς καὶ ψεκτῶς πραττομένων τὰς αἰτίας. ἐὰν δέ τινες αὐτῶν, ὡς ἀπολογούμενοι περὶ Θεοῦ, ἕτερον μὲν εἶναι λέγωσι τὸν ἀγαθὸν οὐδενὸς τούτων ἔχοντα τὴν ἀρχὴν, τῷ δὲ δημιουργῷ πάντα τὰ τοιαῦτα προσανάπτωσι, πρῶτον μὲν οὐδ᾽ ὡς ὃ βούλονται δυνήσονται ἀποδεικνύναι, ὅτι ἐστὶ δίκαιος· πῶς γὰρ ὁ τοσούτων κακῶν, κατ᾽ αὐτοὺς, πατὴρ εὐλόγως δογματίζοιτο δίκαιος; δεύτερον δὲ περὶ ἑαυτῶν τί φήσουσιν, ἐξεταστέον· πότερον ὑπόκεινται τῇ φορᾷ τῶν ἀστέρων ἢ ἠλευθέρωνται, καὶ ἐν τῷ βίῳ τυγχάνοντες οὐδὲν

hunc de ſato locum ex errantium ſtellarum cum ſignis Zodiaci conjunctione, omnia in terra & ſingulis hominibus, fortè & in brutis animalibus, fieri exiſtimârunt: ſed hoc quoque errore multi eorum, qui fideles habentur, diſtracti dubitent, an in neceſſitatis anguſtias contractæ ſint res humanæ, nec aliter fieri poſſint, ac ſtellarum diverſa poſitio & figuræ perficiunt, quibus, arbitrii libertatem, laudem & vituperium, probas & improbas actiones funditùs tollant neceſſe eſt; ſicque illud prædicatione celebratum terribile Dei judicium, pœnarum minæ ſceleratis intentæ, præmia bonis cum ſempiterna beatitate promiſſa evaneſcunt: quid enim horum jure demum fiat? Atque iſti, ſi quid ex illa ſua doctrina conſequatur, attendant, fidem vanam, Chriſti adventum inutilem, legis & prophetarum adminiſtrationem ſupervacuam, caſſos & irritos labores Apoſtolorum in conſtituendis Dei per Chriſtum Eccleſiis fuiſſe animadvertent. Quidni & Chriſtum dicant, qui hæc audent, ſub illa motûs aſtrorum neceſſitate natum, omnia & feciſſe & paſſum eſſe, quaſi non Deus, ejus & univerſorum pater, mirabiles ipſi & ſtupendas virtutes, ſed aſtra dederint. Quam nefariam & impiam verborum temeritatem illud etiam conſequitur, fideles aſtrorum vi & inductu credere. Sed ab illis quæro, quorſum Deus mundum talem effecerit? an, ut qui eum incolunt viri muliebria paterentur, nec ſuâ tamen culpâ eò flagitii & obſcœnitatis delaberentur? alii verò in ferarum habitum moréſque mutati, quòd eos univerſi à Deo ſic inſtitutus motus & converſio tales effecerit, crudeliſſimis & ab humanitate remotiſſimis facinoribus, cædibus & latrociniis ſeſe dediderunt. Quid enim de reliquis hominum rebus & innumeris ipſorum peccatis plura commemorem? quos egregiæ illius doctrinæ aſſertores omni crimine liberant, & omnium maleficiorum cauſam Deo adſcribunt. Quorum ſi qui, ut Deo patrocinaturi, alium eſſe dicant bonum, qui nullius horum principium autórque ſit, in opificem omnium malorum cauſas referant, primùm neque quod volunt probare poterunt, cum eſſe juſtum: quomodo enim tot malorum, ut ipſi putant, autor jure juſtus exiſtimetur? deinde quid de ſe iſti dicturi ſint inveſtigandum. An converſioni aſtrorum ſubjacent, vel ab ejus imperio liberi ſunt? nihilque in vita indè

dè ſibi impreſſum habent. Si enim ſe aſtris ſubditos dicant, id certè ab aſtris cognoverunt, & opifex per univerſi converſionem & ordinem ſuperioris illius, quem fingunt, Dei cognitionem ſubjecerit: quod ipſi nolunt. Si extra leges opificis aſtris inſcriptas & commiſſas ſe poſitos dicant, nè id ſine ratione negâſſe videantur, potentiùs nos adigant, & diſcrimen oſtendant mentis cujuſdam generationi fatóque ſubjectæ, & alterius ab iis immunis: perſpicuum enim eſt iis, qui iſtos nôrunt, rationem ſi rogentur, reddere nullo modo poſſe. Fruſtrà præterea vota ſuſcipiuntur & preces fiunt. Si enim rem ità evenire neceſſe eſt, & aſtra efficiunt, nihilque contra eorum mutuam conjunctionem fieri poteſt, Deo ſupplicandi, ut tale quid impetremus, nulla cauſa eſt. Sèd quid longiori ſermone opus eſt, cùm protritæ multis & temere proculcatæ opinionis de fato impietatem oſtenderimus, hæcque ad craſſam & adumbratam rei explicationem ſufficiant? Unde verò locum illum explicantes, *Sint in ſigna*, huc inciderimus, nunc eſt commemorandum: qui verum de re quapiam didicerunt, vel rebus ipſis gerendis interfuerunt, eas ſolent verè explicatéque referre, quippe eorum, qui paſſi ſunt, eventum, qui egerunt actionem ſpeculati, vel ex eorum fide, qui rebus illis cauſam non præbuerunt, earum habent ſcientiam. Neque jam in ſermone ponatur, poſſe, qui geſſerunt vel paſſi ſunt, narrantes quid paſſi fuerint vel quid geſſerint, in rerum geſtarum cognitionem aliquem, qui non affuerit, adducere. Si ergò, qui didicit ab eo, qui nullam rebus cauſam dedit, quæpiam his vel illis contigiſſe vel eventura, non videt eum, à quo didicerit, quid vel factum vel eventurum, nullo modo ejus rei cauſam eſſe, ſi eum, qui hæc vel illa facta, vel futura exponit, feciſſe, vel facturum, quæ narrat, exiſtimet, perſpicuum eſt eum ſic judicantem errare. Quemadmodum & ſi quis, lecto libro Prophetico de Juda proditore, futura edoctus, eáq; cùm eveniſſe videat, librum proditionis cauſam fuiſſe arbitretur, quia proditorem fore Judã ex libro didicerat; vel rurſus, non librum in cauſa eſſe, ſed qui librum ſcripſit, arbitretur, vel qui ſcribentem adjuvit Deum. Quemadmodum igitur verba illa Prophetica de Judæ proditione expenſa & examinata ejus autorem non fuiſſe Deum ſignificant; ſed tan-

ἐνεργούμενον εἰς ἑαυτοὺς ἔχουσιν ἐκεῖθεν; Εἰ μὲν γὰρ φήσουσιν ὑποκεῖσθαι τοῖς ἄστροις, δῆλον ὅτι τὰ ἄστρα νοηθῆναι, αὐτοῖς τοῦτο ἐχαρίσατο, καὶ ὁ δημιουργὸς ὑποβεβλημένος ἔσται διὰ τῆς τοῦ παντὸς κινήσεως τοῦ λόγου τοῦ περὶ τοῦ ἀνωτέρου ἀναπεπλασμένου Θεοῦ· ὅπερ οὐ βούλονται. εἰ δὲ ἀποκρίνονται ὅτι ἔξω τυγχάνουσι τῶν νόμων τοῦ δημιουργοῦ, τῶν κατὰ τοὺς ἀστέρας, ἵνα μὴ ἀπόφασις ᾖ τὸ λεγόμενον ὑπ' αὐτῶν ἀναποδείκτως, πειραθήτωσαν ἡμᾶς προσάγειν ἀναγκαστικώτερον, διαφορὰν παριστάντες τοῦ τινος ὑποκειμένου γενέσει καὶ εἱμαρμένῃ, καὶ ἑτέρου ἀπὸ τούτων ἐλευθέρου· δῆλον γὰρ ὅτι τοῖς εἰδόσι τοὺς τοιούτους, ὅτι λόγον ἀπαιτηθέντες διδόναι αὐτὸν οὐδαμῶς δυνήσονται. πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις καὶ αἱ εὐχαὶ παρέλκουσι μάτην παραλαμβανόμεναι· εἰ γὰρ κατηνάγκασται τάδε τινὰ γενέσθαι, καὶ οἱ ἀστέρες ποιοῦσιν, οὐδὲν δὲ παρὰ τὴν τούτων πρὸς ἀλλήλους ἐπιπλοκὴν δύναται γενέσθαι, Θεὸν ἀλογίστως ἀξιοῦμεν, τάδε τινὰ ἡμῖν δωρεῖσθαι. καὶ τί ἔτι πλεῖον τὸν λόγον μηκύνειν δεῖ, περιστάντα τὸ ἀσεβὲς τοῦ κατημαξευμένου ἀβασανίστως παρὰ τοῖς πολλοῖς περὶ εἱμαρμένης τόπου; αὐτάρκη γὰρ εἰς ὑπογραφὴν καὶ τὰ εἰρημένα. πόθεν δὲ ἐξετάζοντες τό, Ἔστωσαν εἰς σημεῖα οἱ φωστῆρες, ἐπὶ ταῦτα ἐληλύθαμεν, ἑαυτοὺς ὑπομνήσωμεν· οἱ μανθάνοντες περί τινων ἀληθῆ, ἤτοι αὐτόπται τῶν πραγμάτων γενόμενοι, ἀποφαίνονται τάδε τινὰ ὑγιῶς, τὸ πάθος καὶ τὴν ἐνέργειαν τῶν πεπονθότων, ἢ εἰργασμένων θεασάμενοι, ἢ ἀπαγγελλόντων τῶν οὐδαμῶς αἰτίων τοῖς γεγενημένοις ἀκούσαντες τάδε τινὰ γινώσκουσιν· ὑπεξῃρήσθω δὲ αὐτοῦ τοῦ λόγου τὸ δύνασθαι τοὺς δεδρακότας ἢ πεπονθότας διηγημένους ἃ δεδράκασιν ἢ πεπόνθασιν ἐνάγειν εἰς γνῶσιν τῶν πεπραγμένων τὸν μὴ παρατετυχότα. Ἐὰν οὖν ὁ διδασκόμενος ὑπὸ τοῦ μηδαμῶς αἰτίου τῶν γενομένων τὸ τάδε τινὰ τοῖσδε γεγονέναι ἢ συμβήσεσθαι μὴ διακρίνῃ, ὅτι οὐ πάντως ὁ διδάσκων περί τινος, ὡς γενομένου ἢ ἐσομένου, αἴτιός ἐστι τοῦ τὸ πρᾶγμα τοιόνδε τι τυγχάνειν, εἰ οἰήσεται τὸν παραστήσαντα περὶ τοῦ τάδε τινὰ γεγονέναι, ἢ τάδε τινὰ ἔσεσθαι, πεποιηκέναι ἢ ποιήσειν τὰ περὶ ὧν διδάσκει, δῆλον ὅτι ἐσφαλμένως τοῦτο οἰήσεται. ὡς εἴ τις ἐντυχὼν προφητικῇ βίβλῳ, προδηλούσῃ τὰ περὶ Ἰούδαν τὸν προδότην, νομίσαι μαθὼν τὸ ἐσόμενον, ὁρῶν αὐτὸ ἀποτελούμενον, τὴν βίβλον αἰτίαν εἶναι τοῦ τόδε τι γεγονέναι ὕστερον, ἐπεὶ ἀπὸ τῆς βίβλου μεμάθηκε τὸ ὑπὸ τοῦ Ἰούδα πραχθησόμενον· ἢ πάλιν μὴ τὴν βίβλον ὑπολάβοι εἶναι αἰτίαν, ἀλλὰ τὸν πρῶτον γράψαντα αὐτήν, ἢ τὸν ἐνεργήσαντα, φέρε εἰπεῖν τὸν Θεόν. ὥσπερ δὲ ἐπὶ τῶν περὶ τοῦ Ἰούδα προφητευομένων αὐταὶ αἱ λέξεις ἐξεταζόμεναι ἐμφαίνουσι τὸν Θεὸν ποιητὴν μὴ γεγονέναι τῆς τοῦ Ἰούδα προδοσίας, ἀλλὰ μό-

Gen. 1. 14.

νον

νου δεδηλωκέναι προεγνωκότα τὰ ἀπὸ τῆς τούτου κακίας πραχθησόμενα, περὶ τὴν αὐτοῦ κακίαν· οὕτως εἴ τις ἐμβαθύναι τῷ λόγῳ τοῦ προειδέναι τὰ πάντα τὸν Θεὸν, ϗ τοὺς ἐν οἷς ἐνετύπωσε τῆς ἑαυτοῦ προγνώσεως τοὺς λόγους, κατανοήσαι ἂν, ὅτι οὔτε ὁ προγνοὺς πάντως αἴτιος τῶν προεγνωσμένων, οὔτε τὰ τοὺς τύπους τῶν τύπων τῆς προγνώσεως τοῦ προεγνωκότος δεξάμενα. ὅτι μὲν οὖν ἕκαστον τῶν ἐσομένων πρὸ πολλοῦ οἶδεν ὁ Θεὸς γενησόμενον, ϗ χωρὶς τῶν γραφῶν αὐτόθεν ἐκ τῆς ἐννοίας τῆς περὶ Θεοῦ δῆλον τῷ συνιέντι ἀξίωμα δυνάμεως τοῦ Θεοῦ. Εἰ δὲ δεῖ ϗ ἀπὸ τῶν γραφῶν τοῦτο παραστῆσαι· πλήρεις μέν εἰσιν αἱ προφητεῖαι τοιούτων παραδειγμάτων, ϗ τὰ κατὰ τὴν Σωσάνναν δὲ τοῦ Θεοῦ γινώσκοντος τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν, οὕτω λεγούσης· Ὁ

Suſan. v. 42, 43.

Θεὸς ὁ αἰώνιος, ὁ τῶν κρυπτῶν γνώστης, ὁ εἰδὼς τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν, σὺ ἐπίστασαι ὅτι ψευδῆ μου κατεμαρτύρησαν οὗτοι. σαφέστατα δὲ ϗ ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Βασιλειῶν, ϗ ὄνομα βασιλειῶν, ϗ ὄνομα βασιλεύσαντος ϗ πράξεις ἀναγέγραπται πρὸ πλειόνων ἐτῶν τῆς γενέσεως τὰ προφητευόμενα,

3 Reg. 12. 32.

οὕτως· Καὶ ἐποίησεν Ἱεροβοὰμ ἐν τῷ μηνὶ τῷ ὀγδόῳ, ἐν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ μηνὸς κατὰ τὴν ἑορτὴν τὴν ἐν γῇ Ἰούδα, ϗ ἀνέβη ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τὸ ἐν Βαιθὴλ, ὃ ἐποίησε ταῖς δαμάλεσιν αἷς ἐποίησεν. εἶτα μετ' ὀλίγα, Καὶ ἰδοὺ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ ἐξ Ἰούδα παρεγένετο ἐν λόγῳ Κυρίου εἰς Βαιθὴλ, ϗ Ἱεροβοὰμ εἱστήκει ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον αὐτοῦ ἐπιθῦσαι· ϗ ἐκάλεσεν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον ἐν

Ibid. 13. 1, 2, 3.

λόγῳ Κυρίου, ϗ εἶπεν, Θυσιαστήριον, θυσιαστήριον, τάδε λέγει Κύριος, Ἰδοὺ υἱὸς τίκτεται τῷ οἴκῳ Δαβὶδ, Ἰωσίας ὄνομα αὐτῷ, ϗ θύσει ἐπὶ σὲ τοὺς ἱερεῖς τῶν ὑψηλῶν τῶν ἐπιθυόντων ἐπὶ σὲ, ϗ ὀστᾶ ἀνθρώπων καύσει ἐπὶ σέ. ϗ ἔδωκεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τέρας, λέγων, Τοῦτο τὸ τέρας ὃ ἐλάλησε Κύριος λέγων, Ἰδοὺ τὸ θυσιαστήριον ῥήγνυται, ϗ ἐκχυθήσεται ἡ πιότης ἡ ἐπ' αὐτῷ. ϗ

Ibid. v. 5.

μετ' ὀλίγα δηλοῦται ὅτι ϗ τὸ θυσιαστήριον ἐῤῥάγη, ϗ ἐξεχύθη ἡ πιότης ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου, κατὰ τὸ τέρας ὃ ἔδωκεν ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ ἐν λόγῳ Κυρίου. ϗ ἐν τῷ Ἠσαΐᾳ γενομένῳ πρὸ πολλοῦ τῆς αἰχμαλωσίας τῆς εἰς Βαβυλῶνα, (μεθ' ἣν αἰχμαλωσίαν ὕστερόν ποτε γίνεται Κῦρος ὁ Περσῶν βασιλεὺς, συνεργήσας τῇ οἰκοδομῇ τοῦ ναοῦ γενομένῃ κατὰ τοὺς χρόνους Ἔσδρα·)

Eſaiæ 45, 1, 2, 3, 4.

τοιαῦτα περὶ Κύρου ὀνομαστὶ προφητεύεται, Οὕτω λέγει Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Χριστῷ μου Κύρῳ· οὗ ἐκράτησα τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ, ἐπακοῦσαι ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἔθνη, ϗ ἰσχὺν βασιλέων διαῤῥήξω· ἀνοίξω ἔμπροσθεν αὐτοῦ θύρας, ϗ πόλεις οὐ συγκλεισθήσονται. Ἐγὼ ἔμπροσθέν σου πορεύσομαι, ϗ ὄρη ὁμαλιῶ· θύρας χαλκᾶς συντρίψω, ϗ μοχλοὺς σιδηροῦς συγκλάσω· ϗ δώσω σοι θησαυροὺς σκοτεινοὺς, ἀποκρύφους, ἀοράτους ἀνοίξω σοι· ἵνα γνῷς ὅτι ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὁ καλῶν τὸ ὄνομά

tùm oſtendunt eum præſciviſſe, quæ ab iſtius malitia profectura erant: ità ſi quis altiùs profundiúſque divinæ providentiæ rationes, & in quibus eas impreſſit, contempletur & perquirat, neque ullo pacto cauſam rerum eſſe, qui præſcivit, neque ea, quæ formas præſcientiæ ipſius & characteres acceperunt, animadvertat. Deum igitur omnia futura, multò antè quàm eveniant, prænôſſe, ut deſit Scripturæ teſtimonium, ex ſenſu & cogitatione de Deo ſatis videt, qui divinæ mentis potentiam & majeſtatem intelligit. Quòd ſi & Scripturarum id teſtimonio ſanciendum eſt; hujuſmodi exemplis plena ſunt Prophetarum oracula, ut illa Suſannæ verba, quæ omnia Deum priuſquam fiant cognoſcere teſtantur: *Deus æterne, occultorum cognitor, qui nôſti omnia priuſquam fiant, tu ſcis falſa contra me iſtos dixiſſe.* Et clariſſimè in tertio libro Regnorum, & nomen regnorum, & nomen regis & geſta multis antequam fierent annis deſcripta ſunt, quæ ſic prædicuntur: *Et fecit Hieroboam in menſe octavo, quinto decimo die menſis, juxta diem feſtum in terra Juda, & aſcendit in altare quod erat in Bethel, quod fecit vitulis, quos fecerat.* Et paucis interpoſitis, *Et, ecce, vir Dei ex Juda adfuit in verbo Domini in Bethel, & Hieroboam ſtabat in altari ſuo ut immolaret: & clamavit in altare in verbo Domini, & dixit, Altare, altare, hæc dicit Dominus, Ecce, filius procreatur domo David, Joſias nomen ipſi, & immolabit ſuper te ſacerdotes excelſorum, qui nunc ſuper te immolant, & oſſa hominum ſuper te comburet. Et dedit in die illa ſignum, dicens, Hoc ſignum quod locutus eſt Dominus, dicens, Ecce, altare rumpitur, & effunditur adeps qui ſuper eo.* Et paulò pòſt ſignificatur *altare ruptum & effuſus adeps ab altari, juxta ſignum quod dedit vir Dei in ſermone Domini.* Et in Eſaia, qui multò ante Babylonicam captivitatem vixit, (cui tempore poſterior eſt Cyrus Perſarum rex, qui templum reſtaurari temporibus Eſdræ curavit;) hæc de Cyro nominatim vaticinantur, *Sic dicit Dominus Deus unćto meo Cyro; cujus tenui dexteram, ut ei pareant gentes, & vires regum diffringam: aperiam coram ipſo portas, & urbes non claudentur. Ego tibi præibo, & montes complanabo; portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam; & dabo tibi theſauros obſcuros, abſconditos, non viſos aperiam tibi; ut cognoſcas quia ego Dominus Deus, qui te nomine appello,*

Deus

Deus Iſrael. Propter ſervum meum Jacob, & Iſrael electum meum, ego vocabo te nomine meo & amplectar te. Nam ex his perſpicuum eſt propter populum, quem benignè tractaverat Cyrus, Deum ipſi, quanquam Hebræorum religionis ignaro, multarum gentium imperium dediſſe: quæ & à Græcis, qui Cyri illius hiſtoriam ſcripſerunt, diſcere licet. Præterea in Daniele, rerum tunc potientibus Babyloniis, Nabuchodonoſori futura poſt ipſum regna per imaginem oſtenduntur: aurum enim, Babyloniorum; argentum, Perſarum; æs, Macedonum; ferreum, Romanorum imperium appellatur. Et rurſus in eodem Propheta de Dario & Alexandro, & quatuor Alexandri Macedonum Regis ſucceſſoribus, déque Ptolemæo Ægypti cognomento Lago, hæc prædicuntur; *Et, ecce, hircus caprarum veniebat ab Africo in faciem univerſæ terræ: & hirco erat cornu inter oculos, & venit uſque ad arietem habentem cornua, quem videram ſtantem coram Vbal: & cucurrit ad eum contra robur ipſius: & vidi eum prævertentem uſque ad arietem, & exaſperatus eſt in ipſum, & percuſſit arietem, & confregit utrumque cornu ipſius: & non erat robur arieti, ut ſtaret contra ipſum: & afflixit eum in terram, & conculcavit eum, & non erat qui eriperet arietem ex manu ipſius: & hircus caprarum magnificatus eſt valde: cùmque invaluiſſet, contritum eſt cornu ipſius magnum, & ſuccreverunt ipſi quatuor alia cornua, in quatuor ventos cœli: & ex uno erupit unum cornu validum, & ſupra modum extenſum eſt ad Auſtrum & Occaſum.* Et quid attinet vaticinia de Chriſto referre: velut locum natalium ipſius Bethleem, & locum educationis ipſius Nazareth, & ſeceſſum in Ægyptum, & miracula quæ patravit; & quomodo abs Juda in Apoſtolum vocato proditus eſt? Hæc enim omnia divinæ prænotionis ſigna ſunt. Sed & Servator ipſe, *Cùm*, inquit, *videritis circumſeſſam legionibus Hieruſalem, tunc cognoſcetis appropinquaſſe depopulationem ipſius:* prædixit enim, illud quod poſtea evenit, ſupremum Hieroſolymorum excidium. Cùm itaque præſcium eſſe Deum demonſtraverimus, ut quomodo ſtellæ in ſigna ſint explicaremus; obſervandum eſt, ſic eſſe ordinatas ſtellas, ut moveantur, quas erraticas vocant, & ferantur adversùs eas, quæ fixæ dicuntur; ut ex figura & poſitione ſtellarum, tum rerum ſingularum, tum quæ in genere fiunt, ſigna capientes, cognoſcant, non ho-

σε, Θεὸς Ἰσραήλ. ἕνεκεν τοῦ παιδός Ἰακώβ, καὶ Ἰσραὴλ τοῦ ἐκλεκτοῦ μου, ἐγὼ καλέσω σε τῷ ὀνόματί μου καὶ προσδέξομαί σε. Σαφῶς γὰρ καὶ ἐκ τούτων δεδήλωται, ὅτι διὰ τὸν λαόν, ὃν εὐηργέτησεν ὁ Κῦρος, ὁ Θεὸς μὴ γινώσκοντι αὐτῷ τὴν καθ᾽ Ἑβραίους θεοσέβειαν ἐδωρήσατο ἐθνῶν πλειόνων ἄρξαι· καὶ ἔστι ταῦτα μαθεῖν καὶ ἀπὸ Ἑλλήνων, τῶν ἀναγραψάντων τὰ περὶ τὸν προφητευθέντα Κῦρον. Ἔτι δὲ καὶ ἐν τῷ Δανιήλ, Βαβυλωνίων βασιλευόντων τότε, τῷ Ναβουχοδονόσορ δείκνυνται αἱ ἐσόμεναι βασιλεῖαι
Daniel. 2.
μετ᾽ αὐτόν. δείκνυνται δὲ διὰ τῆς εἰκόνος· χρυσοῦ μὲν τῆς Βαβυλωνίων ἀρχῆς ὀνομαζομένης· ἀργυρίου δὲ τῆς Περσῶν· χαλκοῦ δὲ τῆς Μακεδόνων· σιδήρου δὲ τῆς Ῥωμαίων. Καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ προφήτῃ τὰ περὶ Δαρεῖον καὶ Ἀλέξανδρον, καὶ τοὺς τέσσαρας διαδόχους Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνων βασιλέως, καὶ Πτολεμαῖον τὸν τῆς Αἰγύπτου ἄρξαντα τὸν ἐπικαλούμενον Λάγον, οὕτω προφητεύεται· Καί, ἰδού, τράγος αἰγῶν ἤρχετο
Daniel. 8. 5, 6, 7, 8, 9.
ἀπὸ Λιβὸς ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς· καὶ τῷ τράγῳ κέρας ἀναμέσον τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ἦλθεν ἕως τοῦ κριοῦ τοῦ τὰ κέρατα ἔχοντος, ὃ εἶδον ἑστῶτος ἐνώπιον τοῦ Οὐβάλ· καὶ ἔδραμε πρὸς αὐτὸν ἐνώπιον τῆς ἰσχύος αὐτοῦ· καὶ εἶδον αὐτὸν φθάνοντα ἕως τοῦ κριοῦ, καὶ ἐξηγριώθη πρὸς αὐτόν, καὶ ἔπαισε τὸν κριόν, καὶ συνέτριψεν ἀμφότερα τὰ κέρατα αὐτοῦ. καὶ οὐκ ἦν ἰσχὺς τῷ κριῷ στῆναι ἐνώπιον αὐτοῦ· καὶ ἔρριψεν αὐτὸν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ συνεπάτησεν αὐτόν, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐξαιρούμενος τὸν κριὸν ἐκ χειρὸς αὐτοῦ. καὶ ὁ τράγος τῶν αἰγῶν ἐμεγαλύνθη ἕως σφόδρα· καὶ ἐν τῷ ἰσχῦσαι αὐτὸν συνετρίβη τὸ κέρας αὐτοῦ τὸ μέγα, καὶ ἀνέβη ἕτερα τέσσαρα κέρατα ὑποκάτω αὐτοῦ, εἰς τοὺς τέσσαρας ἀνέμους τοῦ οὐρανοῦ. καὶ ἐκ τοῦ ἑνὸς ἐξῆλθε κέρας ἓν ἰσχυρόν, καὶ ἐμεγαλύνθη περισσῶς πρὸς τὸν νότον καὶ τὴν δύσιν. Τί δὲ δεῖ λέγειν τὰς περὶ Χριστοῦ προφητείας· οἷον τόπον γενέσεως αὐτοῦ Βηθλεέμ, καὶ τόπον ἀνατροφῆς αὐτοῦ Ναζαρέτ, καὶ τὴν εἰς Αἴγυπτον ἀναχώρησιν, καὶ τεράστια ἃ ἐποίησε· καὶ τίνα τρόπον ὑπὸ Ἰούδα τοῦ εἰς ἀπόστολον κεκλημένου προεδόθη; Πάντα γὰρ ταῦτα σημεῖά ἐστι τῆς τοῦ Θεοῦ προγνώσεως. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ Σωτήρ, Ὅ-
Lucæ 21. 20.
ταν, φησίν, ἴδητε κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων τὴν Ἱερουσαλήμ, τότε γνώσεσθε ὅτι ἤγγικεν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς. προεῖπε γὰρ τὸ ὕστερον συμβεβηκὸς τέλος τῆς κατασκαφῆς Ἱερουσαλήμ. Ἀποδεδειγμένου τοίνυν ἡμῖν περὶ τοῦ προγνώστην εἶναι τὸν Θεόν, οὐκ ἀκαίρως, ἵνα διηγησώμεθα πῶς οἱ ἀστέρες γίνονται εἰς σημεῖα· νοητέον τοὺς ἀστέρας οὕτω τετάχθαι κινεῖσθαι, ἐναντιοφερομένων τῶν καλουμένων πλανωμένων τοῖς ἀπλανέσιν· ἵνα σημεῖα ἀπὸ τοῦ σχηματισμοῦ τῶν ἀστέρων, πάντων τῶν περὶ ἕκαστον γινομένων καὶ τῶν καθόλου λαμβάνοντες, γινώσκωσιν, οὐχ οἱ ἄν-

θρωποι,

θρωποι, (πολλῷ γὰρ μεῖζον ἢ κατὰ ἄνθρωπον τὸ δύνασθαι κατ' ἀλήθειαν ἐκλαμβάνειν ἀπὸ τῆς κινήσεως τῶν ἀστέρων τὰ περὶ ἑκάστου τῶν ὅτι ποτὲ οὖν ἐνεργούντων ἢ πασχόντων,) ἀλλ' αἱ δυνάμεις, ἃς ἀναγκαῖον διὰ πολλὰ ταῦτα γινώσκειν, ὡς κατὰ δύναμιν ἐν τοῖς ἑξῆς δείξομεν· συνθέντες δὲ οἱ ἄνθρωποι ἔκ τινων τηρήσεων, ἢ καὶ ἐκ διδασκαλίας ἀγγέλων τῶν τὴν ἰδίαν τάξιν παραβεβηκότων, καὶ ἐπὶ τῇ τοῦ γένους ἡμῶν ἐπιτριβῇ διδαξάντων περὶ τούτων τινὰ, ᾠήθησαν τοὺς, ἀφ' ὧν τὰ σημεῖα οἴονται λαμβάνειν, αἰτίους ὑπάρχειν τούτων, ἃ σημαίνειν ὁ λόγος φησί· περὶ ὧν καὶ αὐτῶν, ὡς ἐν ἐπιτομῇ, κατὰ δύναμιν ἐπιμελέστερον εὐθέως διαληψόμεθα. προκείσται τοίνυν ταῦτα τὰ προβλήματα· α'. Πῶς, προγνώσει ὄντος ἐξ αἰῶνος τοῦ Θεοῦ περὶ τῶν ὑφ' ἑκάστου πράττεσθαι νομιζομένων, τὸ ἐφ' ἡμῖν σώζεται. β'. καὶ τίνα τρόπον οἱ ἀστέρες οὐκ εἰσὶ ποιητικοὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις, σημαντικοὶ δὲ μόνον. γ'. καὶ ὅτι ἄνθρωποι τὴν περὶ τούτων γνῶσιν ἔχειν ἀκριβῶς οὐ δύνανται· ἀλλὰ δυνάμεσι κρείττοσιν ἀνθρώπων τὰ σημεῖα ἔκκειται. δ'. τίς γὰρ ἡ αἰτία τοῦ τὸν Θεὸν τὰ σημεῖα πεποιηκέναι εἰς γνῶσιν τῶν δυνάμεων, τέταρτον ἐξετασθήσεται. Καὶ τοίνυν ἴδωμεν τὸ πρῶτον, ὅπερ εὐλαβηθέντες τινὲς τῶν Ἑλλήνων, οἰόμενοι κατηναγκάσθαι τὰ πράγματα, καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν μηδαμῶς σώζεσθαι, εἰ ὁ Θεὸς προγινώσκει τὰ μέλλοντα, ἀσεβὲς δόγμα ἐτόλμησαν ἀναδέξασθαι μᾶλλον, ἢ προέσθαι τὸ, ὥς φασιν ἐκεῖνοι, ἔνδοξον μὲν περὶ Θεοῦ, ἀναιροῦν δὲ τὸ ἐφ' ἡμῖν, καὶ διὰ τοῦτο ἔπαινον καὶ ψόγον, καὶ τὸ τῆς ἀρετῆς ἀποδεκτὸν, τῆς τε κακίας τὸ μεμπτόν. Καί φασιν· Εἰ ἐξ αἰῶνος ἔγνω ὁ Θεὸς τόνδε τινὰ ἀδικήσειν, καὶ τάδε ποιήσειν τὰ ἀδικήματα, ἀψευδὴς δὲ ἡ γνῶσις τοῦ Θεοῦ, πάντως ἔσται ἄδικος, ποιήσων τάδε τὰ ἀδικήματα, ὁ τοιοῦτος ἐστὶ προωρισμένος, καὶ ἀμήχανον μὴ ἀδικήσειν αὐτόν· εἰ δὲ ἀμήχανον μὴ ἀδικήσειν αὐτὸν, κατηνάγκασται τὸ ἀδικήσειν αὐτὸν, καὶ ἀδύνατόν ἐστιν ἄλλο τι πρᾶξαι αὐτὸν, ἢ ὅπερ ἔγνω ὁ Θεός. Εἰ δὲ ἀδύνατον ἄλλο τι πρᾶξαι αὐτὸν, οὐδεὶς δὲ ἀδύνατα μὴ ποιήσας ψεκτός ἐστι, μάτην αἰτιώμεθα τοὺς ἀδίκους. ἀπὸ δὲ τοῦ ἀδίκου καὶ τῶν ἀδικημάτων ἔρχονται καὶ ἐπὶ τὰ ἄλλα ἁμαρτήματα, εἶτα ἐκ τοῦ ἐναντίου καὶ τὰ νομιζόμενα κατορθώματα· καί φασιν ἀκολουθεῖν τῷ τὸν Θεὸν τὰ μέλλοντα προεγνωκέναι τὸ μὴ δύνασθαι τὸ ἐφ' ἡμῖν σώζεσθαι. Πρὸς οὓς λεκτέον· ὅτι ἐπιβάλλων ὁ Θεὸς τῇ ἀρχῇ τῆς κοσμοποιΐας, οὐδενὸς ἀναιτίως γινομένου, ἐπιπορεύεται τῷ νῷ ἕκαστον τῶν ἐσομένων ὁρῶν· ὅτι ἐπεὶ γέγονε τόδε, τόδε ἕπεται· ἐὰν γένηται τόδε τὸ ἑπόμενον, τόδε ἀκολουθεῖ τῷ ὑποτεθέντι, τόδε ἔσται· καὶ οὕτω

mines quidem, (nam ſupra humanas vires eſt, ut ex motu aſtrorum, quid unuſquiſq; agat vel patiatur, verè percipere poſſit:) ſed virtutes quas plurimas ob cauſas hæc cognoſcere neceſſe eſt, ut deinde, quoad ejus erit, oſtendemus: ſed homines ex nonnullis obſervationibus, vel ex doctrina Angelorum, qui ordinem ſuum transgreſſi ſunt, & ad humani generis occupationem nonnulla de his docuerunt, concludentes, exiſtimârunt ea, unde ſigna ſe accipere putant, eorum eſſe cauſas, quas ſignificare, ſed non efficere, Dei verbum affirmat: de quibus ſtatim per compendium ſermonis accuratè diſputabimus. Hæc itaq; diſceptanda proponantur. Primò, Quomodo, cùm Deus ab æterno præſciverit quid quiſq; facturus eſſet, libertas arbitrii conſtet. Secundò, Quomodo ſtellæ res humanas non efficiant, ſed tantùm ſignificent. Tertiò, Harum rerum exactam cognitionem aſſequi non poſſe homines, ſed Virtutibus homine præſtantioribus hæc ſigna eſſe propoſita. Quartò, Quid ſit cauſæ cur Deus ſigna fecerit in notitiam Virtutum, quartum erit quæſitum. Primum itaque inſpiciamus, quod veriti admittere quidam è Græcis, res humanas in neceſſitatem cogi, & libertatem voluntatis minimè ſtare poſſe, ſi Deus futura prænoſcat, arbitrati, impiam doctrinam temere ſuſcipere maluerunt, quàm hanc abjicere, Deo, ut ipſi dicunt, glorioſam, ſed quæ liberam voluntatem homini adimit; atq; adeò laudem & vituperium, virtutum approbationem, & vitiorum probrum. Aiunt etiam; Si ab æterno novit Deus hunc injuſtum fore, atque hoc vel illud contra jus faſq; commiſſurum, nec labi aut errare poteſt divina cognitio; planè injuſtus erit, qui hæc contra jus ſit commiſſurus, cùm talem eum futurum Deus præviderit, nec fieri poſſit, ut non injuſtè agat: quòd ſi aliter ac injuſtè facere non poteſt, cum injuſtum eſſe neceſſe eſt, nec aliter ac prævidit Deus facere poteſt. Quare cùm nemo vituperetur ſi omiſerit quod facere non poteſt, temere injuſtos reprehendimus. Sed ab injuſto & injuriis ad alia peccata veniunt, tum ex contrario ad ea, quæ officia juſtitiæ habentur: aiúntq; ex illa Dei præſcientia futurorum ſequi non liberam eſſe hominis voluntatem. Quibus ſic reſpondendum eſt; Deum à principio creationis mundi, cùm nihil ſine cauſa fiat, per res ſingulas mente progredi & omnia futura proſpicere: ſi hoc fiat, id conſecuturum; ſi eveniat hoc quod conſequitur, id etiam ſubſequi; quod cùm fuerit, id deinde conſequatur: ſicque

ad

ad finem uſque rerum progreſſus novit quæ futura ſint: nec ulli tamen rei, cur ità eveniat, cauſa eſt. Quemadmodum enim, ſi quis videns quendam propter ignorantiam temerarium, & propter temeritatem inconſideratè incedentem, viam lubricam ſi ingrediatur, fœdè prolapſurum, nequaquam illi cauſa lapſûs eſt: ſic intelligendum eſt; Deum, qui prævidit qualis quiſque futurus ſit, & cauſas cur talis futurus ſit, videre, ſi quidem peccaturus ſit, hæc cognoſcere, ſi illa rectè ſit acturus: nec tamen prænotio eorum quæ evenerunt cauſa eſt; non enim quem peccaturum prænovit amplectitur ac ſuſcipit Deus. Enimverò dicam ab hominum opinione remotius, veriſſimum tamen, quod futurum ſit cauſam eſſe talis de ipſo prænotionis: non enim, quia prænotum eſt, fit, ſed, quia futurum erat, prænotum eſt. Sed diſtinctione opus eſt: ſi enim id, *Omnino erit*, ſic interpretetur aliquis, ut neceſſe ſit fieri, quod prænotum eſt, non ità concedimus: nec enim dicemus, quia prænotum eſt proditorem fore Judam, fuiſſe penitùs neceſſe, ut Judas proditor eſſet: quare in vaticiniis de Juda probra in eum & vituperia continentur, quibus ſcelus ipſius nefarium & vituperium oſtenditur: nuſquam autem vituperio aſpergeretur, ſi neceſſitate proditor fuiſſet, nec ceteris Apoſtolis ſimilis eſſe potuiſſet. Vide autem num ex iis, quæ adducemus verbis, id confici poſſit: *Nè ſit qui miſereſcat pupillis ipſius, quia non meminit facere miſericordiam: quia perſecutus eſt hominem inopem, & vulneratum ac percuſſum corde, ut interficeret: amavit execrationem, & veniet ipſi; & noluit benedictionem, & longè recedet ab eo.* Si verò quis intelligat illud, *Omnino erit*, atque ità interpretetur, Erunt hæc vel illa, ſed & aliter eſſe poterant, id ut verum admittimus. Deus enim, ut mentiatur, fieri non poteſt: fieri autem poteſt ut de rebus non neceſſariis, ſed quæ fieri & non fieri poſſunt, eas fieri aut non fieri intelligat. Sed rem clariùs explicamus: ſi fieri poteſt, ut Judas ſit Apoſtolus ſimiliter atque Petrus, contingens etiam eſt, ut Deus intelligat de Juda manere ipſum Apoſtolum ſimiliter atque Petrus; vel, ſi fieri poteſt, ut proditor ſit Judas, fieri etiam poteſt, ut Deus cogitet de ipſo, proditorem fore: ſi proditor erit Judas, Deus prænotione ſuâ, cùm prædicta ſint duo, quæ fieri aliter poſſunt, cùm contingens ſit uni ipſorum ut verum ſit, prænoſcet Judam proditorem fore: id verò, cujus eſt prænotio, fieri etiam aliter poteſt: & dixerit Dei ſcientia, fieri poſſe, ut hic tale quid faciat, ſed

μέχρι τέλους τῶν πραγμάτων ἐπιστάμενος οἶδεν ἃ ἔσται· οὐ πάντως ἑκάστῳ τῶν γινωσκομένων αἴτιος τοῦ αὐτὸ συμβῆναι τυγχάνων. ὥσπερ γὰρ εἴ τις ὁρῶν τινα διὰ τὴν ἀμαθίαν προπετῆ, διὰ δὲ τὴν προπέτειαν ἀναλογίστως ἐπιβαίνοντα, ὁδοῦ ὀλισθηρᾶς εἰ καταλάβοι, πεσεῖσθαι ὀλισθήσαντα, οὐχὶ αἴτιος τοῦ ὀλισθεῖν ἐκείνῳ γίνεται· οὕτω νοητέον τὸν Θεὸν, προεωρακότα ὁποῖος ἔσται ἕκαστος, καὶ τὰς αἰτίας τοῦ τοιοῦτον αὐτὸν ἔσεσθαι καθορᾶν· καὶ ὅτι ἁμαρτήσεται, τάδε γινώσκει, εἰ κατορθώσει, τάδε· καὶ εἰ χρὴ λέγειν, οὐ τὴν πρόγνωσιν αἰτίαν τῶν γινομένων· οὐ γὰρ ἐφάπτεται τοῦ προεγνωσμένου ἁμαρτησομένου ὁ Θεός. ἀλλὰ παραδοξότερον μὲν, ἀληθὲς δὲ, ἐροῦμεν, τὸ ἐσόμενον αἴτιον τοῦ τοιάνδε εἶναι τὴν περὶ αὐτοῦ πρόγνωσιν· οὐ γὰρ, ἐπεὶ ἔγνωσται, γίνεται· ἀλλ', ἐπεὶ ἔμελλε γίνεσθαι, ἔγνωσται. διαστολῆς δὲ δεῖται· εἰ μὲν γὰρ τὸ, Πάντως ἔσται, οὕτω τις ἑρμηνεύει ὡς ἀνάγκην εἶναι γενέσθαι τὸ προεγνωσμένον, οὐ δίδομεν αὐτῷ· οὐ γὰρ ἐροῦμεν, ἐπεὶ προέγνωσται Ἰούδαν προδότην γενέσθαι, ὅτι πᾶσα ἀνάγκη ἦν Ἰούδαν προδότην· ἐν γοῦν ταῖς περὶ τοῦ Ἰούδα προφητείαις μέμψεις καὶ κατηγορίαι τοῦ Ἰούδα ἀναγεγραμμέναι εἰσὶ, παντί τῳ παριστῶσαι τὸ ψεκτὸν αὐτοῦ· οὐκ ἂν δὲ ψόγος αὐτῷ προσήπτετο, εἰ ἐπάναγκες προδότης ἦν, καὶ μὴ ἐνεδέχετο αὐτὸν ὅμοιον τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις γενέσθαι. Ὅρα δὲ εἰ μὴ ταῦτα δηλοῦται δι' ὧν παραθησόμεθα ῥητῶν, οὕτως ἐχόντων· Μηδὲ γενηθήτω οἰκτίρμων τοῖς ὀρφανοῖς αὐτοῦ, ἀνθ' ὧν οὐκ ἐμνήσθη ποιῆσαι ἔλεος· καὶ κατεδίωξεν ἄνθρωπον πένητα, καὶ πτωχὸν, καὶ κατανενυγμένον τῇ καρδίᾳ τοῦ θανατῶσαι· καὶ ἠγάπησε κατάραν, καὶ ἥξει αὐτῷ· καὶ οὐκ ἠθέλησεν εὐλογίαν, καὶ μακρυνθήσεται ἀπ' αὐτοῦ. Psal. 108. 12, 16, 17.

Εἰ δέ τις διηγήσεται τὸ, Πάντως ἔσται, καὶ τοῦτο σημαίνειν αὐτὸ λέγων, ὅτι ἔσται μὲν τάδε τινὰ, ἐνεδέχετο δὲ καὶ ἑτέρως γενέσθαι, τοῦτο ὡς ἀληθὲς συγχωροῦμεν. τὸν μὲν γὰρ Θεὸν οὐκ ἐνδέχεται ψεύσασθαι· ἐνδέχεται δὲ περὶ τῶν ἐνδεχομένων γενέσθαι καὶ μὴ γενέσθαι, φρονῆσαι τὸ δὲ γενέσθαι αὐτὰ καὶ τὸ μὴ γενέσθαι. σαφέστερον δὲ τοῦτο οὕτως ἐροῦμεν· εἰ ἐνδέχεται Ἰούδαν εἶναι ἀπόστολον ὁμοίως Πέτρῳ, ἐνδέχεται τὸν Θεὸν νοῆσαι περὶ τοῦ Ἰούδα, ὅτι μένει ἀπόστολος ὁμοίως Πέτρῳ· ἢ, εἰ ἐνδέχεται Ἰούδαν προδότην γενέσθαι, ἐνδέχεται τὸν Θεὸν φρονῆσαι περὶ αὐτοῦ, ὅτι προδότης ἔσται. εἰ δὲ προδότης ἔσται Ἰούδας, ὁ Θεὸς τῇ προγνώσει αὐτοῦ τῶν προειρημένων ἐνδεχομένων δύο, ἐνδεχομένου τοῦ εἶναι ἐπὶ αὐτῶν τὸ ἀληθὲς, προγινώσκων προγνώσεται τὸν Ἰούδαν προδότην γενέσθαι· τὸ δὲ, περὶ οὗ ἡ γνῶσις, ἐνδέχεται καὶ ἑτέρως γενέσθαι· καὶ λέγοι ἂν ἡ γνῶσις τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἐνδέχεται τόνδε τινὰ τάδε ποιῆσαι, ἀλλὰ

καὶ τὸ ἐναντίον· ἐνδεχομένων δὲ ἀμφοτέρων, οἶδα ὅτι τόδε ποιήσει. οὐ γὰρ ὥσπερ ὁ Θεὸς εἴποι ἂν, οὐκ ἐνδέχεται τόνδε τινὰ τὸν ἄνθρωπον πτῆναι, οὕτω χρησμὸν, φέρ' εἰπεῖν, περί τινος διδοὺς, ἐρεῖ ὅτι οὐκ ἐνδέχεται τόνδε σωφρονῆσαι· δύναμις μὲν γὰρ πάντη οὐκ ἔστι τοῦ πτῆναι οὐδαμῶς ἐν τῷ ἀνθρώπῳ· δύναμις δ' ἔστι τοῦ σωφρονῆσαι καὶ τοῦ ἀκολαστῆσαι· ὧν ἀμφοτέρων δυνάμεων ὑπαρχουσῶν, ὁ μὴ προσέχων λόγοις προτρεπτικοῖς καὶ παιδευτικοῖς ἑαυτὸν ἐπιδίδωσι τῇ χείρονι· τῇ κρείττονι δὲ ὁ ζητήσας τὸ ἀληθὲς, καὶ βιῶσαι βεβουλημένος κατ' αὐτό. οὐ ζητεῖ δὲ ὅδε μὲν τἀληθῆ, ἐπεὶ ἐπιρρέπει ἐπὶ τὴν ἡδονήν· ὅδε δὲ ἐξετάζει περὶ αὐτῶν, ἐπεὶ ἤχθη ὑπὸ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν καὶ λόγου προτρεπτικοῦ· πάλιν τε αὖ ὅδε αἱρεῖται τὴν ἡδονὴν, οὐχὶ οὐ δυνάμενος ἀντιβλέπειν αὐτῇ, ἀλλ' οὐκ ἀγωνιζόμενος· ὅδε δὲ καταφρονεῖ αὐτῆς, τὸ ἄσχημον ὁρῶν τὸ ἐν αὐτῇ πολλάκις τυγχάνον. Ὅτι μὲν οὖν ἡ πρόγνωσις τοῦ Θεοῦ οὐκ ἀνάγκην ἐπιτίθησι τοῖς περὶ ὧν προκατείληφε, πρὸς τοῖς εἰρημένοις καὶ τοῦτο λελέξεται· ὅτι πολλαχοῦ τῶν γραφῶν ὁ Θεὸς κελεύει τοὺς προφήτας κηρύσσειν μετάνοιαν, οὐ προσποιησάμενος τὸ προεγνωκέναι, πότερον οἱ ἀκούσαντες ἐπιστρέψουσιν, ἢ τοῖς ἁμαρτήμασιν ἑαυτῶν ἐμμενοῦσιν· ὥσπερ ἐν τῷ Ἱερεμίᾳ λέγεται,
Jerem.26.3.
Ἴσως ἀκούσονται καὶ μετανοήσουσιν. οὐ γὰρ ἀγνοῶν ὁ Θεὸς, πότερον μετανοήσουσιν ἢ οὔ, φησὶν, Ἴσως ἀκούσονται καὶ μετανοήσουσιν· ἀλλ' οἱονεὶ τὸ ἰσοστάσιον τῶν δυνάμεων γενέσθαι δεικνὺς ἐκ τῶν λεγομένων· ἵνα μὴ προκαταγγελθεῖσα ἡ πρόγνωσις αὐτοῦ προκαταπεσεῖν ποιήσῃ τοὺς ἀκούοντας, δόξαν ἀνάγκης παριστᾶσα, ὡς οὐκ ὄντος ἐπ' αὐτοῖς τὸ ἐπιστρέψαι, καὶ οἱονεὶ καὶ αὐτὴ αἰτία γένηται τῶν ἁμαρτημάτων· ἢ πάλιν τοῖς ἐκ τοῦ ἀγνοεῖν τὸ προεγνωσμένον καλὸν, ἡ πρόγνωσις, δυναμένοις ἐν τῷ ἀγωνίσασθαι καὶ ἀντιτείνειν πρὸς τὴν κακίαν ἐν ἀρετῇ βιῶσαι, αἰτία γένηται ἐκλύσεως· οὐκ ἔτι εὐτόνως ἱσταμένοις κατὰ τῆς ἁμαρτίας, ὡς πάντως ἐσομένου τοῦ προειρημένου· καὶ οὕτω γὰρ δὴ ἐμπόδιον γένοιτ' ἂν ἡ πρόγνωσις τοῦ ἐσομένου καλοῦ. Πάντα γοῦν χρησίμως ὁ Θεὸς τὰ κατὰ τὸν κόσμον οἰκονομῶν εὐλόγως ἡμᾶς καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα ἐτύφλωσεν· ἡ γὰρ πρόγνωσις αὐτῶν ἀνῆκε μὲν ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ ἀθλεῖν κατὰ τῆς κακίας, ἐπέτρεψε δ' ἂν, δόξασι κατειλῆφθαι, πρὸς τὸ μὴ ἀντιπαλαίσαντας τῇ ἁμαρτίᾳ τάχιον αὐτῇ ὑποχειρίους γενέσθαι· ἅμα δὲ καὶ μαχόμενον τῷ καλὸν καὶ ἀγαθὸν γενέσθαι τινὰ, τὸ τὴν πρόγνωσιν ἐληλυθέναι εἰς τόνδε τινὰ, ὅτι πάντως ἔσται ἀγαθὸς, πρὸς οἷς ἔχομεν·* καὶ γὰρ σφοδρότητος καὶ τάσεως πλείονος χρεία πρὸς τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν γενέσθαι· προκαταληφθεῖσα δὲ ἡ γνῶσις τοῦ πάντως καλὸν

& contrarium. Sed cùm utrumque facere poſſit, ſcio illud facturum; non enim, quemadmodum Deus dixerit, fieri poteſt, ut hic homo evolet, ſic oraculum putà de aliquo mittens dicet fieri non poſſe ut hic temperatus ſit: nulla enim in homine volandi facultas eſt, ad temperantiam verò & intemperantiam ei facultas ineſt: quæ cùm inſit homini utraque facultas, qui ſermonibus diſciplinæ animum non adjicit, is pejora ſequitur; meliora verò, qui veritatem inquirit, & ad ejus normam vivere vult. At ille vera non inquirit, quia in voluptatem propendet: alius veritatem perſcrutatur, communibus notionibus & cohortatione inductus: alius voluptati paret, non quòd ei obſiſtere non potuerit, ſed non contendit: alius voluptatem reſpuit, cùm ejus fœditatem & dedecus videt. Quare Dei prænotio nullam iis, quæ prævidit, neceſſitatem imponit: quod præter ſuperiora his etiam oſtendetur. Deus in Scripturis ſæpe jubet Prophetas pœnitentiam prædicare; non quòd diſſimulet ſe prænôſſe, an qui audîerint redituri, an in peccatis manſuri ſint; ut in Hieremia dicitur, *Fortè audient & eos pœnitebit*. Nec enim ignorans Deus, utrùm ſe ad frugem meliorem recepturi ſint, necne, ait, *Fortè audient & eos pœnitebit*: ſed quaſi his verbis æqualem utriuſque facultatem eſſe demonſtrat: & nè palam facta & enuntiata ejus prænotio audientibus ruinam afferat, & neceſſitate ſe conſtringi putent, quaſi in ipſis non ſit ut convertantur; eáque opinio veluti cauſa ſit peccatorum: néve rurſus iis, qui quòd bonum de ſe prænotum ignorant, cùm poſſint contendendo & vitiis reſiſtendo cum virtute vivere, remiſſionis ac negligentiæ prænotio cauſa ſit, qui non jam in vitia fortiter inſurgant, quòd planè futurum ſit quod prædictum eſt; ſicque prænotio bonum futurum quodammodo impediret. Deus igitur, qui mundum utiliter adminiſtrat, jure nos ad futura cæcos eſſe voluit, quorum prænotio à pugna, & contentione adversùs vitia nos abduxiſſet, effeciſſétque ut eam comprehendiſſe rati, nè peccato repugnaremus, & ei citiùs ſubjiceremur: quòd item omnino ſe bonum fore noverit aliquis, in illa ſua ad virtutem contentione remiſſior & languidior eſt factus: vehementi enim & acri ſtudio præter vires inſitas nobis opus eſt, ut probi & honeſti ſimus: verùm futuræ probitatis anticipata cognitio exercitationem no-

ſtram

ſtram & impetum ad virtutem fregit. Quare utiliter ignoramus, bonine an mali futuri ſimus. Et quoniam ad futura cœcos nos Deum reddidiſſe diximus, vide num ad hanc ſententiam difficilem illum Exodi locum accommodare poſſimus; *Quis fecit ſurdaſtrum & ſurdum, videntem & cæcum? nunquid ego Dominus Deus?* ut cœcum & videntem fecerit, videntem præſentia, cœcum ad futura. Illud enim de ſurdaſtro & ſurdo non eſt hujus temporis explicare. Neq; verò ambigimus multis rebus, quæ in nobis ſunt, cauſam dare plurima quæ in nobis non ſunt: quæ ſi non fuiſſent, ea dico quæ in nobis non ſunt, nunquam illa quæ in nobis ſunt facta eſſent: fiunt autem quædam ex iis, quæ in nobis ſunt, conſecutione eorum, quæ cùm in noſtra poteſtate non eſſent, præceſſerunt, cùm fieri poſſit, ut quæ præceſſerunt alia faciant ab iis quæ facimus. Siquis verò arbitrium noſtrum ab univerſo disjunctum eſſe cupit, ut præter ea, quæ nobis accidunt, hoc vel illud eligamus, is non meminit ſe mundi partem eſſe, qui hominum ſocietate & mundi ambitu continentur. Breviter igitur, velut compendio ſermonis, demonſtràſſe videor divinam providentiam nullam rebus prænotis neceſſitatem imponere.

καὶ ἀγαθὸν ἔσεσθαι ὑπεκλύει τὴν ἄσκησιν. διόπερ συμφερόντως οὐκ ἴσμεν, οὔτε εἰ ἀγαθοί, οὔτε εἰ πονηροὶ ἐσόμεθα. Ἐπεὶ δὲ εἰρήκαμεν ὅτι ἀποτυφλοῖ ἡμᾶς πρὸς τὰ μέλλοντα ὁ Θεός, ζητῶμεν εἴ τι ῥητὸν ἀπὸ τῆς Ἐξόδου εὕρα εἰ δυνάμεθα οὕτως σαφηνίσαι· Τίς ἐποίησε δύσκωφον καὶ κωφόν, βλέποντα καὶ τυφλόν; οὐκ ἐγὼ Κύριος ὁ Θεός; ἵνα τὸν τυφλὸν καὶ βλέποντα πεποιηκὼς ᾖ· βλέποντα μὲν πρὸς τὰ ἐνεστηκότα, τυφλὸν δὲ πρὸς τὰ μέλλοντα. τὸ γὰρ περὶ τοῦ δυσκώφου καὶ κωφοῦ, οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ διηγήσασθαι· ὅτι μέντοιγε πολλῶν τῶν ἐφ' ἡμῖν αἴτια πλεῖστα τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἐστι, καὶ ἡμεῖς ὁμολογήσομεν· ὧν μὴ γενομένων, λέγω δὲ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, οὐκ ἂν τάδε τινὰ τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐπράχθη· πράττεται δὲ τάδε τινὰ τῶν ἐφ' ἡμῖν, ἀκόλουθα τοῖσδε τοῖς προγενομένοις οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἐνδεχομένου τοῦ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς προγενομένοις, καὶ ἕτερα πρᾶξαι παρ' ἃ πράττομεν. εἰ δέ τις ζητεῖ τὸ ἐφ' ἡμῖν ἀπολελυμένον εἶναι τοῦ παντός, ὥστε μὴ διὰ τάδε συμβεβηκότα ἡμῖν ἡμᾶς αἱρεῖσθαι τάδε, ἐπιλέλησται κόσμου μέρος ὤν· καὶ ἐμπεριεχόμενος ἀνθρώπων κοινωνίᾳ καὶ τοῦ περιέχοντος. Μετρίως μὲν οὖν, ὡς ἐν ἐπιτομῇ, οἶμαι ἀποδεδεῖχθαι τὸ τὴν πρόγνωσιν τοῦ Θεοῦ μὴ εἶναι καταναγκαστικὴν τῶν προεγνωσμένων πάντως. Exod. 4. 11.

Rurſus de eodem. Ex ſecundo tomo contra Celſum.

Ἔτι περὶ τοῦ αὐτοῦ ἐν τῷ β' τόμῳ τῶν κατὰ Κέλσου.

Ὁ μὲν Κέλσος οἴεται, &c. Vide Origenem contra Celſum, lib. 2. pag. 73. lin. 2. ad Ὅρα δὲ pag. 74. lin. 38.

Sed agè, conemur oſtendere ſtellas nullo modo res humanas efficere, ſed ſignificare tantùm: certum quippe eſt, ſi aliquis poſitus ſtellarum exiſtimetur efficere quæpiam, quæ homini accidunt, (liceat enim hoc jam diſputare;) poſitus putà hodiernus, circa hunc factus, intelligi non poteſt feciſſe quæ circa alterum, vel etiam circa alios prætericrunt: omne enim efficiens effecto antiquius eſt. Atqui ex diſciplina eorum, qui hæc profitentur, antiquiora poſitu ſive aſpectu res humanas prædicere cenſentur: certum enim locum, acceptâ horâ cujuſpiam hominis, affirmant comprehendere, quomodo ſingulæ errantium ſtellarum poſitioni vel hujus partis ſigni, vel particulis ipſius, reſpondeant; & quodnam ſidus Zodiaci ad Orientis fines eſſet; quod ad Occaſum; quod ad mediam cœli partem; quodnam ad oppoſitam huic plagam eſſet: ubi demum ſtellas collocaverint, quas ſeſe conſtituiſſe

Φέρε δέ, ἀγωνισώμεθα καὶ περὶ τοῦ τοὺς ἀστέρας μηδαμῶς εἶναι ποιητικοὺς τῶν ἐν ἀνθρώποις, σημαντικοὺς δὲ μόνον. σαφὲς δὲ ὅτι, εἰ ὁδέ τις ὁ σχηματισμὸς τῶν ἀστέρων ποιητικὸς νομίζοιτο τῶνδέ τινων τῶν γινομένων περὶ τὸν ἄνθρωπον, (ἔστω γὰρ περὶ τούτου νῦν ζητεῖσθαι τὸν λόγον·) οὐκ ἂν ὁ σήμερον, φέρε εἰπεῖν, σχηματισμός, γενόμενος περὶ τόνδε, δύναται νοεῖσθαι πεποιηκέναι τὰ παρεληλυθότα περὶ ἕτερον, ἢ καὶ περὶ ἑτέρους· πᾶν γὰρ τὸ ποιοῦν πρεσβύτερον τοῦ πεποιημένου. ἔστιν δὲ ἐπὶ τοῖς μαθήμασι τῶν τὰ τοιαῦτα ἐπαγγελλομένων, πρεσβύτερα τοῦ σχηματισμοῦ προλέγεσθαι νομίζεται τὰ περὶ τοὺς ἀνθρώπους. ἐπαγγέλλονται γὰρ τόνδε τινὰ τόπον, τὴν ὥραν λαβόντες τοῦδε τοῦ ἀνθρώπου, καταλαμβάνειν πῶς ἕκαστος τῶν πλανωμένων κατὰ κάθετον, ἢ τῆσδε τῆς μοίρας τοῦ ζωδίου, ἢ τῶν ἐν αὐτῷ λεπτῶν· καὶ ποῖος ἀστὴρ τοῦ Ζωδιακοῦ κατὰ τοῦ ἀνατολικοῦ ἐτύγχανεν ὁρίζοντος· ποῖός τε κατὰ τοῦ δυτικοῦ· καὶ τίς κατὰ τοῦ μεσουρανήματος· καὶ τίς κατὰ τοῦ ἀντιμεσουρανήματος· καὶ ἐπὰν θῶσι τοὺς ἀστέρας, οὓς νομίζουσιν ἑαυτοὺς

ἑαυτοὺς ἐσχηματικέναι κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τοῦ δεῖνος γενέσεως ἐσχηματισμένους ὁποιωσοῦν τῷ χρόνῳ τῆς ἀποτέξεως τοῦ περὶ οὗ σκοποῦσιν, οὐ μόνον τὰ μέλλοντα ἐξετάζουσιν, ἀλλὰ καὶ τὰ παρεληλυθότα, καὶ τὰ πρὸ τῆς γενέσεως καὶ τῆς σπορᾶς τοῦ περὶ οὗ ὁ λόγος γεγενημένα· περὶ πατρὸς, ποταπὸς ὢν τυγχάνει, πλούσιος ἢ πένης, ὁλόκληρος τὸ σῶμα ἢ πεπηρωμένος, τὸ ἦθος βελτίων ἢ χείρων, ἀκτήμων ἢ πολυκτήμων, τήνδε τὴν πρᾶξιν ἢ τήνδε ἔχων· τὰ δ' αὐτὰ καὶ περὶ τῆς μητρὸς, καὶ περὶ πρεσβυτέρων ἀδελφῶν, ἐὰν τύχωσιν ὄντες. Ἔστω δὲ ἡμᾶς ἐπὶ τοῦ παρόντος συγχωρεῖν αὐτοὺς καταλαμβάνειν τὰ ἐν τόπῳ ἀληθῆ· πλὴν οὐ καὶ αὐτοὶ ὕστερον δείξομεν, ὅτι οὐχ οὕτως ἔχει. πευσόμεθα τοίνυν τῶν ὑπολαμβανόντων κατηναγκάσθαι ὑπὸ τῶν ἄστρων τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα, Τίνα τρόπον ὁ σήμερον σχηματισμὸς ὁ τοιόσδε δύναται πεποιηκέναι τὰ πρεσβύτερα; εἰ δὲ τοῦτο ἀμήχανον, καθ' ὃ δὴ ὅ,τι εὑρίσκεται τὸ περὶ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ χρόνου μὴ ἀληθὲς, σαφὲς τὸ μὴ πεποιηκέναι τοὺς ἀστέρας οὑτωσὶ κινουμένους ἐν οὐρανῷ τὰ παρεληλυθότα, καὶ γενόμενα πρὸ τοῦ οὕτως ἔχειν αὐτούς. εἰ δὲ τοῦτο, τάχα ὁ συγχωρούμενος ἀληθεύειν αὐτοὺς, ἐπιστήσας τοῖς περὶ τῶν μελλόντων λεγομένοις, ἐρεῖ ἀληθεύειν αὐτοὺς, οὐ τῷ ποιεῖν τοὺς ἀστέρας, ἀλλὰ τῷ σημαίνειν μόνον. Ἐὰν δέ τις φάσκῃ τὰ μὲν παρεληλυθότα μὴ ποιεῖν τοὺς ἀστέρας, ἀλλὰ ἄλλους μὲν σχηματισμοὺς τῆς ἐκείνων γενέσεως αἰτίους γεγονέναι, τὸν δὲ νῦν σχηματισμὸν σεσημαγκέναι μόνον, τὰ μέντοι μέλλοντα δηλοῦσθαι ἀπὸ τοῦ ἐνεστηκότος σχηματισμοῦ τῆς τοῦ δεῖνος γενέσεως, παραστησάτω τὴν διαφορὰν τοῦ ἀπὸ τῶν ἀστέρων δύνασθαι δεῖξαι, ὅτι τάδε μὲν γενήσεται ἀληθῆ, ὡς ἀπὸ ποιούντων, τάδε ὡς ἀπὸ σημαινόντων μόνον. μὴ ἔχοντες δὲ εἶναι τὴν διαφορὰν εὐγνωμόνως συγκαταθήσονται τῷ μηδὲν τῶν κατὰ τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ τῶν ἀστέρων γίνεσθαι, ἀλλ' ὡς προειρήκαμεν. εἰ ἄρα σημαίνεσθαι, ὡς εἰ καὶ μὴ ἀπὸ τῶν ἀστέρων τις ἐλάμβανε τὰ παρεληλυθότα καὶ τὰ μέλλοντα, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ νοῦ τοῦ Θεοῦ διά τινος λόγου προφητικοῦ· ὥσπερ προαπεδείξαμεν, ὅτι οὐδὲν λυπεῖ τὸν περὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν λόγον τὸ τὸν Θεὸν εἰδέναι τὰ πραχθησόμενα ἑκάστῳ· οὕτως οὐδὲ τὰ σημεῖα, ἃ ἔταξεν ὁ Θεὸς εἰς τὸ σημαίνειν, ἐμποδίζει τῷ ἐφ' ἡμῖν, ἀλλὰ, παραπλησίως βιβλίῳ περιέχοντι τὰ μέλλοντα προφητικῶς, ὁ πᾶς οὐρανὸς δύναται οἱονεὶ βίβλος ὢν Θεοῦ περιέχειν τὰ μέλλοντα. διόπερ ἐν τῇ προσευχῇ τοῦ Ἰωσὴφ δύναται οὕτω νοεῖσθαι τὸ λεγόμενον ὑπὸ τοῦ Ἰακὼβ, Ἀνέγνων γὰρ ἐν ταῖς πλαξὶ τοῦ οὐρανοῦ ὅσα συμβήσεται ὑμῖν καὶ τοῖς υἱοῖς ὑμῶν· τάχα δὲ καὶ τὸ, Ἑλιγήσεται ὁ οὐρανὸς, ὡσεὶ βιβλίον, τοὺς λόγους τοὺς περιεχομένους σημαντικοὺς τῶν ἐσομένων δηλοῖ ἀπαρτισθησομένους,

Eſaiæ 34.4.

putant ad tempus illius ortûs ſic diſpoſitas tempore partûs illius de quo ſpeculantur, non ſolùm futura, ſed præterita etiam, & quæ ejus, de quo quæritur, conceptum anteceſſerunt, examinant: de patre, qualis & quantus ſit, dives an pauper, integro corpore an læſo, moribus melior an pejor, in magna vel tenui re, hoc an illud opus exerceat: idem & de matre inquirunt, & de majoribus natu fratribus, ſi qui ſint. Sed eſto, in præſens admittamus ipſos rationem iſtam loci compertam habere; quod tamen poſtea ſecùs habere demonſtrabimus. Quæramus igitur ex iis, qui à ſtellis cogi res humanas putant, Quomodo hodiernus poſitus talis poſſit antiquiora effeciſſe? quod ſi fieri non poteſt, quoniam quod de præteritis prædictum eſt verum non invenitur, apertum eſt ſtellas ſic in cœlo motas eâ effeciſſe, quæ eveniſſent antequam ea eſſet aſtrorum poſitura. Quod ſi ità eſt, fortè qui vera ab ipſis prædici exiſtimat, perpendens ea, quæ de futuris dicuntur, ab iis vera dici, non quòd ſtellæ efficiant, ſed quòd tantùm ſignificent, reſpondebit. Si quis verò affirmet ſtellas præterita non efficere, ſed alias poſitiones ortûs illorum cauſas fuiſſe, poſitionem verò, ſive aſpectum, qui nunc eſt tantùm ſignificaſſe, & quidem futura præſenti poſitione ortûs alicujus deſignari, diſcrimen afferat, cur ex aſtris oſtendere poſſit hæc vera intelligi, quaſi ab efficientibus; illa verò ut à ſignificantibus tantúm. Quod diſcrimen ubi oſtendere non poterunt, ingenuè agnoſcent nihil rerum humanarum à ſtellis effici, ſed quo antea modo diximus. Si ergò ſignificari præterita & futura quis acciperet non tanquam à ſtellis; ſed tanquam à mente divina per ſermonem Propheticum; quemadmodum antè demonſtravimus, rationi liberi arbitrii nihil officere quòd Deus quæ unuſquiſque facturus eſt nôrit: ſic neque ſigna, quæ ad ſignificandum Deus conſtituit, libertatem noſtram impediunt, ſed, veluti liber qui futurorum vaticinia, cœlum univerſum tanquam liber Dei futura continere poteſt. Quare in oratione Joſeph ad hunc modum intelligi poteſt quod à Jacob dicitur, *Legi enim in tabulis cœli, quæcunque evenient vobis & liberis veſtris:* & fortaſſe illud, *Complicabitur cœlum, quaſi liber*, ſermones in eo comprehenſos futura ſignificantes declarat abſolvendos,

vendos, &, ut ità dicam, implendos: ſicuti dicuntur & Prophetiæ impletæ quia evenerunt; ſicque erunt ſtellæ in ſigna juxta vocem hanc, *Sint in ſigna*. At Hieremias homines ad ſeſe revocans, & timorem ex iis, quæ ſignificari notantur, & quæ fortè à ſtellis venire putantur, adimens, ait, *A ſignis cœli nè metuite*. Sed altero argumento nihil poſſe ſtellas efficere, ſed duntaxat ſignificare, probemus: multorum enim hominum ortu, quæ ad unum hominem pertinent, colligi poſſunt: quod ex conditione nimirum concedimus, poſſe eorum ſcientiâ ab hominibus comprehendi: verbi causâ, quòd hic aliquis hoc illúdve paſſurus ſit, quòd à latronibus interficiendus, dicunt ſe proprio ipſius ortu aſſequi poſſe: tum & ſi plures habeat fratres, ex uniuscujuſque illorum ortu; ſingulorum enim ortum exiſtimant comprehendere fratrem à prædonibus interficiendum, itémque patris ortum, matris, conjugis, filiorum ipſius, ſervorum & familiarium, forſan & interfectorum geneſin hoc ipſum continere. Qui ergò poteſt, qui tot geneſibus, ut hoc illis interim concedatur, implicatus ſit ob aſtrorum poſitionem hujus potiùs eſſe ortûs quàm iſtorum? nec enim dici poteſt hanc poſitionem in particulari hujus ortu hæc effeciſſe, illam in aliorum ortu non effeciſſe, ſed ſignificâſſe tantúm. Stultum enim eſt dicere ortum omnium ſingillatim hujus necem efficienter comprehendiſſe; ut in geneſibus putà quinquaginta contineretur hunc interfectum iri. Sed neſcio quo pacto tueri poſſint, omnibus ferè Judæis naſcentibus id ab aſtris impendere, ut octavo die circumcidantur, & admutilentur; vim perpetiantur, inflammationem ſentiant, vulnerentur, & in ipſo vitæ ingreſſu medicis egeant: Iſmaelitis verò, qui Arabiam incolunt, ut omnes tredecim nati annos, (id enim de iis narratur,) circumcidantur; & inter Æthiopes nonnullis genuum conchulæ amputentur; Amazonibus mammarum altera exuratur. Quo enim modo hæc in gentibus aſtra efficiunt? Certè, ſi rem totam attendimus, nihil de his dici verè poſſe arbitror: cúmque tot præneſcendi ac divinandi rationes vulgò circumferantur, neſcio cur eò impegerunt homines, ut auguralem & aruſpicinam dicerent non efficere, ſed tantùm ſignificare: ſiderum verò ſcientiam efficere, non item ex natali die divinationem. Si enim, ut id

καὶ ἵν' οὕτως εἴπω, πληρωθησομένας· ὥσπερ λέγονται καὶ αἱ προφητεῖαι πεπληρῶσθαι τῷ ἐκβεβηκέναι· καὶ οὕτως ἔσται εἰς σημεῖα τὰ ἄστρα γενόμενα κατὰ τὴν φωνὴν τὴν λέγουσαν, Ἔστωσαν εἰς σημεῖα. (Gen. 1. 14.) Ὁ δὲ Ἱερεμίας ἐπιστρέφων ἡμᾶς πρὸς ἑαυτοὺς, καὶ περιαιρῶν φόβον τὸν ἐπὶ τοῖς νομιζομένοις σημαίνεσθαι, τάχα δὲ καὶ ὑπολαμβανομένοις ἐκεῖθεν ἔρχεσθαι, φησὶν, Ἀπὸ τῶν (Jerem. 10. 2.) σημείων τοῦ οὐρανοῦ μὴ φοβεῖσθε. Ἴδωμεν δὲ καὶ δεύτερον ἐπιχείρημα, πῶς οἱ ἀστέρες οὐ δύνανται εἶναι ποιητικοὶ, ἀλλ' ἢ ἄρα σημαντικοί· ἀπὸ πλειόνων γὰρ ἴσως γενέσεων ἔστι λαβεῖν τὰ περὶ ἑνὸς ἀνθρώπου· τοῦτο δὲ καθ' ὑπόθεσιν λέγομεν, συγχωροῦντες τὴν ἐπιστήμην αὐτῶν ἀναλαμβάνεσθαι ὑπὸ ἀνθρώπων δύνασθαι· φέρε γὰρ εἰπεῖν, περὶ τοῦ τόνδε πείσεσθαι τόδε καὶ τεθνήξεσθαι περιπεσόντα λῃσταῖς καὶ ἀναιρεθέντα, φασὶ δύνασθαι λαμβάνειν ἀπό τε τῆς ἰδίας αὐτοῦ γενέσεως· καὶ εἰ τύχοι ἔχων ἀδελφοὺς πλείονας, καὶ ἀπὸ τῆς ἑκάστου αὐτῶν· περιέχειν γὰρ οἴονται τὴν ἑκάστου γένεσιν ἀδελφὸν ὑπὸ λῃστῶν τεθνηξόμενον· ὁμοίως καὶ τὴν τοῦ πατρὸς, καὶ τὴν τῆς μητρὸς, καὶ τὴν τῆς γαμετῆς, καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ, καὶ τῶν οἰκετῶν αὐτοῦ, καὶ τῶν φιλτάτων αὐτοῦ, τάχα δὲ καὶ αὐτῶν τῶν ἀναιρούντων. Πῶς οὖν δυνατὸν τοσαύταις γενέσεσιν, ἵνα αὐτοῖς τοῦτο συγχωρηθῇ, ἐμπεριεχόμενον γένεσθαι ὑπὸ τοῦ σχηματισμοῦ τῶν ἀστέρων, τῆσδε μᾶλλον τῆς γενέσεως ἢ τῶνδε; ἀπίθανον γὰρ τὸ φάσκειν τὸν σχηματισμὸν, τὸν ἐν τῇ ἰδίᾳ τοῦδέ τινος γενέσει ταῦτα πεποιηκέναι,* ἀλλὰ σεσημαγκέναι μόνον. ἠλίθιον γὰρ τὸ εἰπεῖν ὅτι πάντων γένεσις περιεῖχε καθ' ἕκαστον τὸ τόνδε ἀναιρεθῆναι· ὥστε ἐν γενέσεσι καθ' ὑπόθεσιν λέγω πεντήκοντα περιέχεσθαι τὸ τόνδε τινὰ ἀναιρεθήσεσθαι. οὐκ οἶδα δ' ὅπως δυνήσονται σῶσαι τὸ, τὴν μὲν ἐν Ἰουδαίᾳ σχεδὸν πάντων τοιόνδε εἶναι τὸν σχηματισμὸν ἐπὶ τῆς γενέσεως, ὡς ὀκταημέρους αὐτοὺς λαμβάνειν περιτομὴν, ἀκρωτηριαζομένους τὰ μόρια, καὶ ἑλκουμένους, καὶ φλεγμονῇ περιπεσουμένους, καὶ τραύματι, καὶ ἅμα τῇ εἰς τὸν βίον εἰσόδῳ ἰατρῶν δεομένους· τῶν δ' ἐν Ἰσμαηλίταις τοῖς κατὰ Ἀραβίαν, τοιόνδε ὡς πάντας περιτέμνεσθαι τρισκαιδεκαέτεις (τοῦτο γὰρ ἱστόρηται περὶ αὐτῶν·) καὶ πάλιν τῶν δέ τινων τῶν ἐν Αἰθιοπίᾳ τοῖσδε τὰς κόγχας τῶν γονάτων περιαιρεῖσθαι· καὶ τῶν Ἀμαζόνων τοὺς ἑτέρους τῶν μαζῶν. Πῶς γὰρ ταῦτα ποιοῦσιν οἱ ἀστέρες τοῖς ἔθνεσιν; οἶμαι, ὅτι εἰ ἐπιστήσαιμεν, οὐδὲ μέχρι τοῦ εἰπεῖν δυνησόμεθά τι ἀληθὲς εἰπεῖν περὶ αὐτῶν· τοσούτων δὲ φερομένων εἰδῶν προγνωστικῶν, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐξέκλιναν οἱ ἄνθρωποι ἐπὶ τὸ τὴν μὲν οἰωνιστικὴν καὶ τὴν θυτικὴν λέγειν μὴ περιέχειν τὸ ποιεῖν αἴτιον, ἀλλὰ σημαίνειν μόνον·* καὶ τὴν ἀστεροσκοπικὴν γὰρ ἐπιγινώσκεται, ἵνα καὶ χαρισώμεθα τὸ γινώσκεσθαι.

κλὴν, οὐκ ἔτι δὲ τὴν γενεθλιαλογικήν. εἰ

* *Supplent* codd. Thuan. τόνδε ἐν τῇ τοῦδε γενέσει μὴ πεποιηκέναι.

* *Vide* G.S. *in notis ad locum.*

σωματικά ἐστι καὶ τὰ ἐκτός· αἱ ἀγαθαὶ πρά-
ξεις ἔσονται οὐκ ἀγαθαὶ ὡς τελικαὶ, ἀλλ᾽ ἢ
ἄρα ὡς ποιητικαὶ ἀγαθῶν· καὶ ἔσται διαφέρων ὁ

tibus Deum omnia in bonum *Deus adminiſtrat, iis, qui juxta propoſitum vocati ſunt.* Præterea dicemus non ſatis apparere, juſtum earum fore benedictionum participem, quæ in Scripturis poſitæ bona exiſtimantur: multæ quippe de viro illo ſancto hiſtoriæ, ſi expendantur, iſtam interpretationem refellunt. Quis enim fœneratorem ſanctum eſſe ſanus exiſtimet, qui multis gentibus menſas in civitate aperiat, & in dando & accipiendo occupetur, & res vetitas faciat? *Pecuniam* enim *ſuam non dedit fœnori, & munera ſuper innocentes non accepit; & qui facit hæc, non commovebitur in æternum;* & in Ezechiele, *Sanctus fœnori & lucro pecuniam non occupavit.* Sed & febrim propter peccata accidere, nemo, niſi admodum rudis & ignarus, exiſtimet; cùm hujus morbi cauſæ ſæpe manifeſtæ ſint: aut enim propter continentem aerem, vel propter tales aquas, vel propter talia alimenta: &, ſi juſtis ſanitas & divitiæ præmia proponuntur, neminem improbum ſanum aut divitem eſſe oportebat. Sed ſanitas recta animi conſtitutio quærenda eſt: divitiæ verò, quæ, Solomonis ſententiâ, pretium animæ viri ſunt, *Pretium,* inquit, *animi viri divitiæ ipſius:* paupertas verò fugienda eſt, de qua ſcriptum eſt, *Pauper autem non ſubit minas:* vulnera autem, & vibices, & morbi accipiendi ſunt, quæ propter vitium diſſolutis mentibus eveniunt: unde & Propheta eos, qui in iis ſunt, reprehendit: *A pedibus,* inquit, *uſq; ad caput neque vulnus, neq; vibex, neque plaga inflammata: non eſt medicamentum cui imponatur, neque oleum, neq; alligatura.* Hæc itaq; vel iis, qui planè non negligant, ſufficiunt, unde collectis ſibi Scripturæ dictis, quæ repugnare videntur, actionis ſancti Spiritûs dignam intelligentiam aſſequi ſtudeant. Præterea, ut iis os occludatur, qui bona eſſe quæ ſanctis danda ſunt arbitrantur, mala quæ malis, hæc videntur adjicienda. Omne, quod eſt propter aliquid, minus eſt eo, propter quod eſt: quemadmodum ſectiones, uſtiones, & emplaſtra, quæ propter ſanitatem ſumuntur, minora ſunt ſanitate. Etſi hæc, ut in medicinæ auxiliis, bona dicantur, ità eſt accipiendum, ut non ſint bona finis ſive ultima medicinæ, ſed efficientia. Bonum autem finis in medicina, corporis ſanitas eſt. Sic igitur, ſi mandata hæc ſervanda ſunt, ut bona hæc conſequamur; præmia autem bona corporis & externa ſunt, bonæ actiones bonæ non erunt ut ultimæ ac perficientes, ſed ut efficientes bona; & præſtabunt

divitiis,

diviti æ, quas polliceri Scripturam putant, & corporis ſanitas à juſtitia, & ab ipſa ſanctimonia, & pietate, & religione, tantis & tam præclaris actionibus: quæ admittere hominum eſt, qui virtutis dignitatem ignorant, ſed res craſſas & humiles ipſi anteponunt. Omnium enim eſt abſurdiſſimum dicere, præclaris facinoribus præſtare divitias, & corporis ſanitatem: cui nefariæ doctrinæ affixi nonnulli crediderunt, fore ut excitatis corporibus, in vitam reduces juxta primas illas promiſſiones, edamus hos & illos cibos, & bibamus; aliqui, ut liberos etiam quæramus. Hæc, ſi ad Ethnicos pervenerint, magnum ſtoliditatis & ſtultitiæ probrum Chriſtianiſmo affigent, cùm meliora ſentiant à fide alieni: nos verò, quod ex ſacrorum librorum accurata lectione perſpicere potuimus, jam apponemus. Dicebamus enim placere nobis in arbitrariis & non arbitrariis bona & mala eſſe. Verùm inter arbitraria bona non enumerabamus valetudinem, ſanitatem, formam, gloriam, divitias; &, quantum eniti potuimus, dubitationem omnem breviter ſolvere conati ſumus. Quænam ergò bona ſint, quæ liberè non ſuſcipiuntur, nunc dicendum eſt; quoniam verum eſt id, *Niſi Dominus ædificaverit domum, fruſtrà laboraverunt qui ædificant eam:* &, *Niſi Dominus cuſtodierit civitatem, fruſtrà vigilat, qui cuſtodit eam.* Ædificat domum quicunq; proficit; cuſtodit civitatem quicunq; perfectus: vanum autem opus ædificantis, & vana cuſtodia ſervantis, niſi Dominus ædificaverit, & Dominus cuſtodierit. Extra liberam voluntatem noſtram fuerit bonum, virtus Domini, quæ ædificantis ædificationem adjuvat, & ei opitulatur, unâq; cum eo ædificat, qui ædificationem per ſe conſummare non poteſt: idem de cuſtodita civitate ſentiendum eſt. Et quemadmodum ſi dicerem bonum agriculturæ, quod fructum efficit, mixtum eſſe ex libertate quæ in arte eſt agricolæ, & non arbitrario quod à providentia eſt, propter aeris temperiem & imbris ſufficientem copiam: ſic bonum ejus, quod eſt rationis compos, mixtum eſt, ex voluntate ipſius, & conſpirante divinâ virtute in eo, qui honeſtiſſima ſuſcipit. Non ſolùm igitur ad id, ut honeſtus & bonus fiat aliquis, opus eſt voluntate noſtrâ & divinâ ope conſpirante, quæ, quantum ad nos, arbitraria non eſt; ſed ad id etiam, ut qui honeſtus & bonus evaſit in virtute perſeveret: quòd nimirum in ruinam delapſurus ſit etiam perfectus, ſi in honeſtate fuerit elatus, & ſibi hujus cauſam arroget; nec debitam gloriam

πλοῦτος, ὃν οἴονται ἐπαγγέλλεσθαι τὴν γραφήν, καὶ ἡ τοῦ σώματος ὑγεία τῆς δικαιοσύνης, καὶ αὐτῆς δὲ τῆς ὁσιότητος, καὶ τῆς εὐσεβείας, καὶ τῆς θεοσεβείας, τῶν τηλικούτων ἀνδραγαθημάτων· ἅπερ παραδέξασθαι ἀνθρώπων ἐστὶ τὸ ἀξίωμα τῆς ἀρετῆς μὴ γινωσκόντων, ἀλλὰ τὰ ὑλικὰ αὐτῆς προτιμώντων. πάντων γάρ ἐστιν ἀτοπώτατον, τῶν ἀνδραγαθημάτων λέγειν διαφέρειν τὸ πλουτεῖν, καὶ τὸ ὑγιαίνειν σωματικῶς· διὰ τὰ μοχθηρὰ δὴ ταῦτα δόγματα ἀκολούθως τινὲς προσήκαντο, καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐν ταῖς πρώταις ἐπαγγελίαις ἐσθίειν ἡμᾶς μέλλειν τὰ τοιάδε βρώματα καὶ πίνειν· τινὲς δὲ καὶ παιδοποιεῖν. ταῦτα δὲ, φθάσαντα καὶ εἰς τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, μεγάλης εὐηθείας δόξαν ἀπενέγκασθαι ποιήσει τὸν Χριστιανισμόν, πολλῷ βελτίονα δόγματα ἐχόντων τινῶν ἀλλοτρίων τῆς πίστεως. ἡμεῖς δὲ ἤδη τὸ φαινόμενον ἡμῖν ἀπὸ τῆς ἐξετάσεως τῶν ἱερῶν λογίων παραστησόμεθα. ἐφάσκομεν γοῦν, ἀρέσκεσθαι μὲν τὸ λέγειν ἐν προαιρετικοῖς καὶ ἀπροαιρέτοις εἶναι τὰ ἀγαθὰ, καὶ τὰ κακά. οὐ μὴν ἠριθμοῦμεν εἰς τὰ ἀπροαίρετα τῶν ἀγαθῶν τὴν ὑγείαν, καὶ τὸ κάλλος, καὶ τὴν εὐγένειαν, καὶ τὴν εὐδοξίαν, καὶ τὸν πλοῦτον· καὶ, κατὰ τὸ δυνατὸν, ἐπειράθημεν τὰ προσπίπτοντα, ὡς ἐν ἐπιτομῇ, διαλύσασθαι. τίνα τοίνυν ἐστὶ τὰ ἀπροαίρετα ἀγαθὰ, ἤδη λεκτέον· ἐπεὶ ἀληθὲς τὸ, Ἐὰν μὴ Κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες αὐτόν· καὶ, Ἐὰν μὴ Κύριος φυλάξῃ πόλιν, εἰς μάτην ἠγρύπνησεν ὁ φυλάσσων. Pſal. 127. 1. Ibid. v. eod. οἰκοδομεῖ δὲ οἶκον πᾶς ὁ προκόπτων· καὶ φυλάσσει πόλιν πᾶς ὁ τέλειος· μάταιον δὲ τὸ ἔργον τοῦ οἰκοδομοῦντος, καὶ ματαία ἡ φυλακὴ τοῦ τηροῦντος, ἐὰν μὴ Κύριος οἰκοδομήσῃ, καὶ Κύριος φυλάξῃ. ἐκτὸς ἂν εἴη τῆς προαιρέσεως ἡμῶν ἀγαθὸν, ἡ ἀντιλαμβανομένη τοῦ Κυρίου δύναμις τῆς οἰκοδομῆς τοῦ οἰκοδομοῦντος, καὶ συνοικοδομοῦσα τῷ μὴ δυναμένῳ καθ' αὑτὸν ἀπαρτίσαι τὸ οἰκοδομούμενον· τὰ δὲ αὐτὰ καὶ ἐπὶ τῆς φυλασσομένης πόλεως νοητέον. καὶ ὥσπερ ἐὰν εἴπωμεν τὸ γεωργικὸν ἀγαθὸν, τὸ ποιητικὸν τοῦ καρποῦ, μικτὸν εἶναι ἐκ προαιρετικοῦ, τοῦ κατὰ τὴν τέχνην τοῦ γεωργοῦ, καὶ ἀπροαιρέτου, τοῦ παρὰ τῆς προνοίας κατὰ τὴν τῶν ἀέρων εὐκρασίαν καὶ φορὰν αὐτάρκους ὑετοῦ· οὕτω τὸ τοῦ λογικοῦ ἀγαθὸν μικτόν ἐστιν, ἔκ τε τῆς προαιρέσεως αὐτοῦ, καὶ τῆς συμπνεούσης θείας δυνάμεως τῷ τὰ κάλλιστα προελομένῳ. οὐ μόνον τοίνυν εἰς τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν γενέσθαι χρεία καὶ τῆς προαιρέσεως τῆς ἡμετέρας καὶ τῆς θείας συμπνοίας, ἥτις ἐστιν, ὡς πρὸς ἡμᾶς, ἀπροαίρετον· ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ γενόμενον καλὸν καὶ ἀγαθὸν διαμεῖναι ἐν τῇ ἀρετῇ· μεταπεσουμένου καὶ τοῦ τελειωθέντος, εἰ ὑπερεπαρθείη ἐπὶ τῷ καλῷ, καὶ ἑαυτὸν ἐπιγράφοι τούτου αἴτιον· οὐχὶ δὲ τὴν δέουσαν δόξαν ἀναφέρων

φέρων τῷ τὸ πολλῷ πλεῖον δυνηθέντι εἰς τὴν
κτῆσιν καὶ τὴν συνοχὴν τῆς ἀρετῆς. Τοιοῦτον δέ
τι αἴτιον καὶ τοῦ κατὰ τὸν Ἰεζεκιὴλ εἰρημένου ἀμώ-
Ezech. 28. 15. μου περιπεπατηκέναι ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐ-
τοῦ, ἕως εὑρέθη ἀνομία ἐν αὐτῷ ἡγούμεθα
τυγχάνειν, τοῦ αὐτὸν κατὰ τὸν Ἡσαΐαν ἐκπεπτω-
Esaiæ 14. 12. κέναι τοῦ οὐρανοῦ, ἑωσφόρον ποτὲ γενόμενον,
πρωῒ ἀνατέλλοντα, ὕστερον συντετριμμένον
ἐπὶ τὴν γῆν. οὐ μόνον γὰρ ἐπὶ τοῖς υἱοῖς τῶν
ἀνθρώπων, ἐάν τις τέλειος ᾖ, τῆς ἀπὸ Θεοῦ
σοφίας ἀπούσης, ἀληθὲς τὸ εἰς οὐδὲν αὐτὸν λο-
γισθῆναι· ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς ἀγγελικῆς τάξεως,
καὶ ἀρχικῆς, καὶ πάσης τῆς, ὅσον Θεὸς πάρεστιν
αὐτῇ, θείας τυγχανούσης. Τάχα γοῦν ὁρῶν ὁ ἱε-
ρὸς Ἀπόστολος πολὺ ἔλαττον τὸ ἡμέτερον προ-
αιρετικὸν τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως πρὸς τὴν
Rom. 9. 16. κτῆσιν τῶν ἀγαθῶν, φησὶ τὸ τέλος, Οὐ τοῦ
θέλοντός ἐστιν, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ
ἐλεοῦντος Θεοῦ· οὐχ ὡς χωρὶς τοῦ θέλειν καὶ
τοῦ τρέχειν ἐλεοῦντος Θεοῦ, ἀλλ᾽ ὡς οὐδενὸς ὄν-
τος τοῦ θέλειν καὶ τοῦ τρέχειν συγκρίσει τοῦ ἐλέους
τοῦ Θεοῦ· καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἐπιγραφὴν τοῦ κα-
λοῦ δεόντως μᾶλλον ἀνατεθεῖναι τῷ ἐλέῳ τοῦ
Θεοῦ, ἤπερ τῷ ἀνθρωπίνῳ θέλειν καὶ τρέχειν.
Ταῦτα δὲ ἐπὶ πολὺ παρεκβεβηκέναι δοκοῦν-
τες ἐξητάσαμεν· πειθόμενοι ἀναγκαῖα αὐτὰ
Psal. 4. 6. εἶναι πρὸς τὸ, Πολλοὶ λέγουσι, Τίς δείξει ἡ-
μῖν τὰ ἀγαθά; κατὰ τὸ δυνατὸν γὰρ ὁ λόγος
τοῖς λέγουσι πολλοῖς, Τίς δείξει ἡμῖν τὰ
ἀγαθά; παρέστησε καὶ ἔδειξε τίνα τὰ ἀγαθά.
δῆλον δὲ ὅτι καὶ τίνα τὰ κακά· ἵνα διά τε ἀ-
σκήσεων καὶ εὐχῶν κτησώμεθα τὰ ἀγαθὰ, καὶ
ἀναστρέψωμεν τὰ κακὰ ἀπὸ τῶν ψυχῶν ἡμῶν.
Ἀλλ᾽ ἐπεί πέρ ἐστιν ἐν τῷ φράζειν, ὅτε μὲν
κυριολεκτεῖν, ὅτε δέ που καὶ καταχρῆσθαι, οὐ
θαυμαστὸν, εἰ ποτὲ εὑρίσκομεν τὴν τῶν ἀγα-
θῶν καὶ κακῶν προσηγορίαν κειμένην ἐπὶ τῶν
σωματικῶν καὶ τῶν ἐκτὸς λεγομένων παρὰ τοῖς
οὐχ ὑγιῆ δόγματα ἔχουσιν· οἷον, ἐν τῷ Ἰώβ·
Job. 2. 10. Εἰ τὰ ἀγαθὰ ἐδεξάμεθα ἐκ χειρὸς Κυρίου,
τὰ κακὰ οὐχ ὑποίσομεν; καὶ ἐν τῷ Ἱερεμίᾳ,
Mich. 1. 12. Κατέβη κακὰ παρὰ Κυρίου ἐπὶ πύλας Ἱερουσα-
λήμ. ἀντὶ γὰρ τοῦ εἰπεῖν, εἰ τὰ τοιάδε χρηστά τινα
καὶ ἡδέα τυγχάνοντα ἐδεξάμεθα παρὰ τῆς προ-
νοίας εἰς ἡμᾶς ἐφθακότα, πικρὰ καὶ ἐπίπονα
οὐχὶ προθύμως ἐνεγκοῦμεν; λέγεται τὸ, Εἰ
τὰ ἀγαθὰ ἐδεξάμεθα ἐκ χειρὸς Κυρίου, τὰ
κακὰ οὐχ ὑποίσομεν; καὶ ἀντὶ τοῦ φάναι, κατὰ
πρόνοιαν τάδε τινὰ τῇ Ἱερουσαλὴμ ὑπὲρ τοῦ
παιδευθῆναι τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν αὐτῇ γεγένηται,
γέγραπται τὸ, Κατέβη κακὰ παρὰ Κυρίου ἐπὶ
πύλας Ἱερουσαλήμ. Δεήσει τοίνυν τὰ πρά-
γματα συνιέντας μὴ γλίσχρους εἶναι περὶ τὰ
ὀνόματα· ἀλλὰ καταλαμβάνειν πότε κυρίως τῶν
πραγμάτων ταῦτα τέτακται, καὶ πότε διὰ
τὴν στενοχωρίαν τῶν ὀνομάτων ἐν καταχρήσει.
εἰ δὲ ὁ Σωτὴρ τάδε τινὰ ἰᾶσθαι, καὶ

referat ei, qui multò plùs ad acquirendam & retinendam contulit. Talem autem quandam cauſam ejus qui ab Ezechiele dicitur inculpatus ambulâſſe in omnibus viis ſuis, donec inventa fuerit in eo iniquitas, quod cauſam eſſe arbitramur, cur is ipſe apud Eſaiam cœlo exciderit, qui priùs fuerat Lucifer, manè oriens, poſtea contritus & afflictus in terram. Non ſolùm enim in filiis hominum, ſi quis perfectus ſit, ſi abſit ea, quæ ex Deo eſt, ſapientia, verum eſt eum nihili eſſe factum: ſed & in Angelorum ordine, ac principali, & in omni ordine, qui quantum Deus ipſi adeſt, divinus eſt. Fortè igitur ſacroſanctus Apoſtolus, qui ſciret multò minùs conferre ad comparanda bona voluntatem noſtram, quàm divinam virtutem, demum ait, *Non eſſe volentis, neque currentis, ſed Dei miſerantis:* non quaſi Deus non volentes aut non currentes adjuvet, ſed quaſi velle & currere nihil ſit ad Dei miſericordiam: atque idcirco par eſſe, Dei miſericordiæ, quàm humanæ voluntati aut curſui, bonum potiùs adſcribi. Atque hæc prolixiùs diſputata ſunt, quæ neceſſaria eſſe putabamus ad id illuſtrandum, *Multi dicunt, Quis oſtendet nobis bona?* quoad enim fieri potuit, diſputatio noſtra multis quærentibus, *Quis oſtendet nobis bona?* quænam bona ſint, oſtendit & demonſtravit; imò etiam, quænam ſint mala: ut laborioſis exercitationibus & precibus acquiramus bona, & à noſtris mentibus mala avertamus. Sed quoniam interdum propriè, interdum impropriè loqui licet, non mirabimur, ſi bonorum & malorum nomen corporeis, & iis quæ externa vocant, ab iis, qui non rectè ſentiunt, attributum reperiemus, velut in Job: *Si bona ſuſcepimus è manu Domini, mala non ſuſtinebimus?* & apud Hieremiam, *Deſcenderunt mala à Domino ſuper portas Hieruſalem.* Pro eo enim quod eſt, ſi quæpiam utilia & jucunda ſuſcepimus, quæ à providentia ad nos pervenerunt, quidni dura & moleſta libenter feremus? dicitur, *Si bona ſuſcepimus ex manu Domini, mala non ſuſtinebimus?* Et, cùm dici potuiſſet, Hæc Hieruſalem ad erudiendos ejus cives divinâ providentiâ evenerunt, ſcriptum eſt, *Deſcenderunt mala à Domino in portas Hieruſalem.* Oportebit ergò nos, rebus intellectis, nominum non ità tenaces & parcos eſſe; ſed videre ubi propriè rebus imponantur, & ubi propter inopiâ impropriè. Si autem Servator quædam medicatus eſt, &

ſanitatem

ſanitatem dedit, & viſum, & auditum hominibus: altior eorum ſenſus in primis quærendus eſt, cùm verbum perturbationes animi curare his hiſtoriis ſignificetur; neq; abſurdum fuerit, in iis, quæ in hiſtoria promittuntur facta intelligere, ad eorum qui tunc erant hominum admirationem & ſtuporem; ut qui ſermonibus demonſtrationis & doctrinæ non crederent, virtutes prodigiorum reveriti, doctori adhærerent.

ἰδωρήσατο ὑγείαν, καὶ ὄψεις, καὶ ἀκοὰς ἀνθρώποις· προηγουμένως μὲν τὴν ἀναγωγὴν αὐτῶν ζητητέον, τοῦ λόγου τὰ τῆς ψυχῆς πάθη θεραπεύειν διὰ τούτων τῶν ἱστορικῶν δηλουμένου· οὐκ ἄτοπον δὲ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις καὶ κατὰ τὴν ἱστορίαν ἀπαγγελλόμενα νοεῖν γεγονέναι ὑπὲρ καταπλήξεως τῶν τότε ἀνθρώπων· ἵνα οἱ μὴ πειθόμενοι λόγοις ἀποδεικτικοῖς καὶ διδασκαλικοῖς, δυσωπηθέντες τὰς τερατείας δυνάμεις, συγκαταθῶνται τῷ διδάσκοντι.

Rurſus in illud, Induravit Dominus cor Pharaonis.

CAP. XXVII.

INduravit autem Dominus cor Pharaonis, & noluit dimittere ipſos. Verba illa toties in Exodo repetita, *Induravit Dominus cor Pharaonis*, &, *Ego indurabo cor Pharaonis*, lectores ferè omnes turbant, tum qui Scripturæ non credunt, tum qui ſe credere profitentur: non credentibus enim id quoq; cum aliis multis non credendi cauſa eſſe videtur, quia de Deo indigna Deo dicuntur. Indignum autem Deo eſt, duritiem efficere in corde cujuſquam, & efficere duritiem, ut quis reſiſtat voluntati ejus qui indurat: & quomodo, inquit, abſurdum non eſt, quædam facere Deum, ut quis ejus voluntati non pareat; eò nempe, quòd nolit morigerum habere mandatis ſuis Pharaonem? Iis autem, qui credere putantur, non levis controverſia exoritur ex his verbis, *Induravit Dominus cor Pharaonis.* Qui enim credunt Deum non alium eſſe à mundi opifice, ſentiunt Deum autoritate ſuâ quem vult miſerari, & quem vult indurare; cùm cauſa nulla ſit, cur hujus miſereatur, alius ab eo induretur. Alii, qui potiorem ſententiam ſequuntur, alia multa Scripturæ ſenſa ſibi abſcondita eſſe dicunt; nec ſe ideo à recta fide averti: unum verò ex abſconditis ipſam quoque eſſe rectam & veram Scripturæ rationem. Tertii quidam alium eſſe Deum dicentes ab opifice, & juſtum eſſe volunt, ſed non bonum: ſtultè id quidem & impiè, cùm juſtitiam à bonitate ſeparant, & à juſtitia bonitatem; qui, etſi hoc dicunt, opinioni ſuæ contraria de juſto Deo admittunt, nimirū indurare ipſum cor Pharaonis, & ſibiipſi immorigerum efficere. Si enim is eſt juſtus, qui pro dignitate unicuiq; tribuit, & iis, qui ex ſe meliores vel deteriores evaſerint, reddit quæ unicuiq; ipſorum novit

Εἰς τὸ, Ἐσκλήρυνε Κύριος τὴν καρδίαν Φαραώ.

ΚΕΦ. κζ΄.

ἘΣκλήρυνε δὲ Κύριος τὴν καρδίαν Φαραὼ, καὶ οὐκ ἠβουλήθη ἐξαποστεῖλαι αὐτούς. Πολλάκις ἐν τῇ Ἐξόδῳ κείμενον τὸ, Ἐσκλήρυνε Κύριος τὴν καρδίαν Φαραὼ, καὶ, Ἐγὼ σκληρυνῶ τὴν καρδίαν Φαραὼ, σχεδὸν πάντας τοὺς ἐντυγχάνοντας ταράσσει, τούς τε ἀπιστοῦντας αὐτῇ, καὶ τοὺς πιστεύειν λέγοντας· τοῖς μὲν γὰρ ἀπιστοῦσι μετ' ἄλλων πολλῶν καὶ τοῦτο ἀπιστίας αἴτιον εἶναι δοκεῖ, ὅτι λέγεται περὶ Θεοῦ τὰ ἀνάξια Θεοῦ. ἀνάξιον δὲ Θεοῦ τὸ ἐνεργεῖν σκλήρυνσιν περὶ καρδίαν ἡστινοσοῦν, καὶ ἐνεργεῖν σκλήρυνσιν ἐπὶ τῷ ἀπειθῆσαι τῷ βουλήματι τοῦ σκληρύνοντος τὸν σκληρυνόμενον· καὶ πῶς, φασὶν, οὐκ ἄτοπον τὸν Θεὸν ἐνεργεῖν τινα ἐπὶ τῷ ἀπειθεῖν αὐτοῦ τῷ βουλήματι· δῆλον γὰρ ὅτι μὴ βουλόμενος πειθόμενον ἔχειν οἷς προστάσσει τὸν Φαραώ. τοῖς δὲ πιστεύειν νομιζομένοις διαφωνία οὐχ ἡ τυχοῦσα γίνεται διὰ τὸ, Ἐσκλήρυνε Κύριος τὴν καρδίαν Φαραώ. οἱ μὲν γὰρ πειθόμενοι μὴ ἄλλον εἶναι Θεὸν παρὰ τὸν δημιουργὸν φρονοῦσιν, ὡς ἄρα κατὰ ἀποκλήρωσιν ὁ Θεὸς ὃν θέλει ἐλεεῖ, ὃν δὲ θέλει σκληρύνει αἰτίαν οὐκ ἔχοντος τοῦ τόνδε μὲν ἐλεεῖσθαι, τόνδε δὲ σκληρύνεσθαι ὑπ' αὐτοῦ. ἕτεροι δὲ, βέλτιον παρὰ τούτους φρονοῦντες, φασὶ πολλὰ καὶ ἄλλα κεκρύφθαι τῆς γραφῆς αὐτοῖς νοήματα· καὶ οὐ παρὰ τοῦτο τῆς ὑγιοῦς πίστεως ἐκτρέπονται· ἓν δὲ τῶν ἀποκεκρυμμένων εἶναι καὶ τὸν περὶ αὐτῆς τῆς γραφῆς ὑγιῆ λόγον. οἱ δὲ, ἕτερον Θεὸν φάσκοντες παρὰ τὸν δημιουργὸν, δίκαιον μὲν αὐτὸν εἶναι θέλουσι, καὶ οὐκ ἀγαθόν· σφόδρα ἰδιωτικῶς ἅμα καὶ ἀσεβῶς ἐνεχθέντες, ἐν τῷ χωρίζειν δικαιοσύνην ἀγαθότητος, καὶ ἀγαθότητα δίχα δικαιοσύνης· ὅμως δὲ καὶ τοῦτο λέγοντες ἐναντία τῇ ἰδίᾳ ὑπολήψει, περὶ δικαίου προΐενται Θεοῦ, σκληρύνειν τὴν καρδίαν Φαραὼ, καὶ ἀπειθῆ αὐτὴν κατασκευάζειν ἑαυτῷ. εἰ γὰρ ὁ τὸ κατ' ἀξίαν ἀπονέμων ἑκάστῳ δίκαιος, καὶ ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν αἰτίας κρείττοσιν ἢ χείροσι γεγενημένοις ἀποδιδοὺς ἂν ἐπιτήδειον ἕκαστον τυγχάνειν ἐπί-

σαι· πῶς δίκαιος ὁ ἁμαρτίας χείρονος αἴτιος γενόμενος τῷ Φαραώ; καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ᾽ ὅσον ἐφ᾽ οἷς ἐκεῖνοι ἐξεδέξαντο, συνεργήσας εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸν ἀδικώτατον· ἐπεὶ οὐδὲν γὰρ ἀναφέροντες ἄξιον προαιρέσεως δικαίου Θεοῦ τὴν σκλήρωσιν τῆς καρδίας Φαραώ, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως δίκαιον Θεὸν, κἂν, καθάπερ διηγεῖσθαι βούλωνται, παραστῆσαι δύνανται τὸν σκληρύνοντα τὴν καρδίαν Φαραώ. ὅθεν θλιπτέον αὐτοὺς ἐν τοῖς κατὰ τὸν προκείμενον τόπον, ὅπως ἤτοι παραστήσωσι πῶς δίκαιος σκληρύνει, ἢ τολμήσωσιν εἰπεῖν, ὅτι, ἐπεὶ σκληρύνει, πονηρὸς ὁ δημιουργός· ἢ μήτε εὐποροῦντες ἀποδείξεων πρὸς τὸ τὸν δίκαιον σκληρυντικὸν εἶναί τινος, μήτε τολμῶντες τὸ ἐπὶ τοσοῦτον προελθεῖν περὶ τοῦ κτίσαντος ὡς πονηροῦ, καταφεύγωσιν ἐπὶ ἑτέραν ὁδὸν, ἐξηγητικὴν τοῦ, Ἐσκλήρυνε Κύριος τὴν καρδίαν Φαραώ· ἀποστάντες τοῦ ἐν τῷ νομίζειν τὰ κατὰ τὰς λέξεις νοεῖν, τὰς ἰδίας ἀναιρεῖν περὶ δικαίου Θεοῦ νοήσεις· τὸ δὲ πλεῖστον, κἂν ἀπορεῖν ὅ, τί ποτε ὁ λόγος ὑποβάλλῃ, ὁμολογήσουσιν. Ταῦτα μὲν οὖν ἐπαναπαύσθω ἐξεταζόμενα περὶ Θεοῦ ἐν τῷ προκειμένῳ προβλήματι· ἐπεὶ δὲ εἰς τὸν περὶ φύσεως τόπον οἱ ὑπολαμβάνοντές τινας ἐκ τῆς κατασκευῆς ἐπ᾽ ἀπωλείᾳ γεγονέναι, καὶ ταῦτα φέρουσι, λέγοντες δηλοῦσθαι ὃ διδάσκουσι, διὰ τοῦ ἐσκληρῦνθαι ὑπὸ Κυρίου τὴν καρδίαν Φαραώ· φέρε, ταῦτα αὐτῶν πυνθανώμεθα. Ὁ ἐπ᾽ ἀπωλείᾳ κτισθεὶς οὐκ ἄν ποτε ποιῆσαί τι τῶν κρειττόνων δύναιτο, αὐτῆς τῆς ἐνυπαρχούσης φύσεως ἀντιπραττούσης αὐτῷ πρὸς τὰ καλά· τίς οὖν χρεία τὸν Φαραώ, ἀπωλείας, ὥς φασι, υἱὸν τυγχάνοντα, σκληρυνθῆναι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἵνα μὴ ἀποστείλῃ τὸν λαόν; εἰ γὰρ μὴ ἐσκληρύνετο, ἀπέστειλεν ἄν; ἀποκρινέσθωσαν δὴ περὶ τούτου λέγοντες· Τί ἂν ἐποίησε Φαραώ, εἰ μὴ ἐσκληρύνθη; εἰ μὴ γὰρ ἀπέλυε μὴ σκληρυνθεὶς, οὐχὶ φύσεως ἀπολλυμένης ἦν· εἰ δὲ μὴ ἀπέλυε, περισσὸν τὸ σκληρυνθῆναι αὐτοῦ τὴν καρδίαν· ὁμοίως γὰρ οὐκ ἀπέλυε καὶ μὴ σκληρυνθείς. Τί δὲ ἐνεργῶν ὁ Θεὸς περὶ τὸ ἡγεμονικὸν αὐτοῦ ἐσκλήρυνεν αὐτόν; καὶ πῶς αὐτὸν
Exod. 4. 23. αἰτιᾶται λέγων, Ἀνθ᾽ ὧν ἀπειθεῖς μοι, ἰδοὺ,
11. 5. ἐγὼ ἀποκτενῶ τὰ πρωτότοκά σου, καὶ γνώσον-
7. 5. ται γὰρ, φησὶ, πάντες οἱ Αἰγύπτιοι, ὅτι ἐγώ εἰ-
μι Κύριος· ὡς διὰ τοῦτο τῶν νομιζομένων χαλεπῶν ἐπαγομένων αὐτοῖς, ἵνα γνῶσι τὸν Θεόν; Ἐν δὲ τοῖς Μακκαβαϊκοῖς τοιοῦτόν τι λέ-
2 Macc. 6. 12, γεται, Παρακαλῶ τοὺς ἐντυγχάνοντας τῇδε
13, 14, 15, 16. τῇ βίβλῳ, μὴ συστέλλεσθαι διὰ τὰς συμφοράς, νομίζειν δὲ τὰ τιμωρήματα μὴ πρὸς ὄλεθρον, ἀλλὰ πρὸς παιδείαν τοῦ γένους ἡμῶν εἶναι· καὶ γὰρ τὸ μὴ πολὺν χρόνον ἐᾶσθαι τοὺς δυσσεβοῦντας, ἀλλ᾽ εὐθέως περιπίπτειν ἐπιτιμίοις, μεγάλης εὐεργεσίας ἐστὶ σημεῖον. οὐ γὰρ, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν ἀναμένει μακροθυμῶν ὁ δεσπό-

eſſe idonea: quomodo juſtus eſt, qui gravioris peccati cauſa Pharaoni fuit? Sed non ſimpliciter cauſa, ſed in quantum ea quæ illi ſuſceperunt adjuvit, ut fieret ipſe injuſtiſſimus: qui enim indurationem cordis Pharaonis ad nullam referunt dignam juſto Deo voluntatem, neſcio quo pacto juſtum Deum, etſi ut exponitis velint, oſtendere poſſint, qui induret cor Pharaonis. Quare urgendi ſunt in iis, quæ ad hunc locum faciunt, ut vel explicent quomodo juſtus induret, vel dicere audeant, quia indurat, malum eſſe opificem; vel, cùm demonſtrare non poſſint juſtum aliquem indurare, nec eò procedere audeant, ut opificem malum eſſe dicant, ad aliam viam confugiunt, quâ explicent, *Induravit Dominus cor Pharaonis*; & deſinant ex eo, quòd verba intelligere ſe putant, proprias de juſto Deo ſententias tollere: denique quicquid à dictione objectum fuerit, de eo dubitare ſe fatebuntur. Hæc igitur de Deo in propoſita quæſtione ſint laceſſita: quoniam autem ad locum de natura qui aliquos exiſtimant in perditionem & interitum eſſe factos & hæc ſcilicet adducunt, probari ſententiam ſuam iis verbis, *Induravit Dominus cor Pharaonis*: agè, & de his iſtos interrogemus. Qui conditus eſt in interitum nihil unquam boni facere poteſt, cùm ipſi ad honeſta tendenti natura ipſa repugnet: quid ergò opus eſt Pharaonem, filium, ut dicitis, interitûs, à Deo indurari, nè populum dimittat? ſi enim non foret induratus, dimiſiſſet. De illo igitur hoc modo reſpondeant; Quid feciſſet Pharao, niſi fuiſſet induratus? ſi enim dimiſiſſet non induratus, non erat perditæ naturæ; at ſi non dimiſiſſet, nihil neceſſe erat ipſius cor indurari: nec enim dimiſiſſet etiam non induratus. Quânam autem actione & vi in principalem ejus facultatem ipſum induravit? & quomodo cum accuſat dicens, *Quia non obtemperas mihi, ecce, ego interficiam omnia primogenita tua, & cognoſcent omnes Ægyptii, quia ego ſum Dominus*: quaſi propterea quæ putantur ærumnæ iis infligantur, ut Deum cognoſcant? Atque in libris Maccabæorum ſimile quid dicitur, *Admonitor omnes, qui librum hunc legunt, nè animum contrahant propter calamitates, ſed exiſtiment ea quæ eveniunt, non ad exitium, ſed in diſciplinam generis noſtri eſſe: nam diu non relinqui impios, ſed ſtatim in pœnas incidere, magni eſt beneficii argumentum. Non enim, ut in aliis gentibus exſpectat ſuſtinens Dominus*;

rus, ut denique, dimiſſis peccatis ipſorum, eos poſtea ulciſcatur, ità & de nobis ſtatuit, qui calamitate populum ſuum erudiens non relinquit. Si enim in pœnas propter peccata incidere magni eſt beneficii argumentum, Pharao quoque, qui poſt induratum cor ſuum objurgatur, & unà cum populo ſuo punitur, vide num juſtè, atque ob proprium delictum vituperetur & puniatur. David autem, prout tempus poſcebat, Dei factus imitator de Joab Solomoni mandat, uti eum propter cædem Abner, filii Ner, & propter delicta interficiat: deinde ſubjungit, *Et non deduces canos ejus in pace ad inferos.* Perſpicuum verò eſt, ut nobis Hebræus renuntiavit, eum, quòd fuerit caſtigatus, in pace dormiturum, non jam debitâ illi pœnâ & tormento, propterea quòd id jam ſuſceperit poſtquam ex hac vita diſceſſerit. Sic etiam nos, minas omnes ex ſacris Scripturis, & ex vi ac operatione magnitudinis, & ordine opificiorum, à Deo, qui aſpectabilia & quæ non videntur condidit, temporaria item & æterna, ut qui unus ſit & idem ſit in omnibus, qui pater Domini & Servatoris noſtri bonus & juſtus & ſapiens: & ad eum ſcopum Scripturas deducere nitimur; ut oſtendamus omnia eſſe boni Dei, & juſti, & ſapientis, nec in minima quidem re, attentis & prudentibus errare videamur. Ad id autem, ut ejus bonitati, juſtitiæ, & ſapientiæ, quæ dicuntur congruant, Deo Servatore opus habemus. Hæc igitur de iis verbis, *Induravit Dominus cor Pharaonis*, exiſtimamus. Medicus eſt animæ verbum Dei, remediis variis, & admodum tempeſtivis, & ægrotis maximè congruentibus, utitur: harum aliæ rationes plus, aliæ minus laboris & moleſtiæ iis afferunt, qui curantur. Rurſum remedia interdum diſſentaneè nec cohærenter, aliquando ſecus fiunt; interdum celeriùs aut tardiùs: & poſtquam peccato velut ſaginati fuerint, & poſtquam illud extremis, ut ità dicam, labris attigerint. Horum omniũ teſtimoniis plena eſt divina Scriptura, cùm aſperiora durioráve remedia plùs minùsve populo adhibita in Scripturis legantur, quæq; illi ad converſionem & emendationem contigerunt, in bellis majoribus vel minoribus, fame diuturniori, vel minùs diutinâ: at diſſentaneè, tum putà, cùm dicitur, *Non advertam ad filias veſtras, cùm ſe proſtituent, & ad conjuges veſtras, cùm adulterabuntur.* Fortaſſis enim multùm remiſſos & effuſos animos in iis, quæ cor-

της, ὡς εἰς τέλος, ἀφιεμένων αὐτῶν τῶν ἁμαρτημάτων, ὕστερον αὐτοὺς ἐκδικῇ· οὕτω καὶ ἐφ' ἡμῖν ἔκρινε, παιδεύων δὲ μετὰ συμφορᾶς οὐκ ἐγκαταλείπει τὸν ἑαυτοῦ λαόν. εἰ γὰρ τὸ ἐπιπίπτειν ἐπιτιμίοις διὰ τὰ ἁμαρτήματα μεγάλης εὐεργεσίας ἐστὶ σημεῖον, ἐπιτιμώμενος καὶ ὁ Φαραὼ μετὰ τὸ ἐσκληρῦνθαι αὐτοῦ τὴν καρδίαν, καὶ κολαζόμενος ἅμα τῷ λαῷ αὐτοῦ, ὅρα εἰ μὴ οὐ μάτην ἐπιτετίμηται, μηδὲ ἐπὶ αὐτῷ ἰδίῳ κακῷ. ὡσπερεὶ δὲ Θεοῦ μιμητὴς γινόμενος, κατὰ τὸ ἐπιβάλλον τοῖς καιροῖς, ὁ Δαβὶδ ἐντέλλεται περὶ τοῦ Ἰωὰβ τῷ Σολομῶντι, κολάσαι αὐτὸν διὰ τὰ ἡμαρτημένα εἰς Ἀβεννὴρ, υἱὸν Νὴρ, καὶ ἀποκτεῖναι διὰ τὰ ἐπταισμένα· εἶτα ἐπιφέρει, Καὶ οὐ κατάξεις αὐτοῦ τὴν πολιὰν ἐν εἰρήνῃ εἰς ᾅδου. Δῆλον δὲ ὅτι, ὡς καὶ ὁ Ἑβραῖος ἡμῖν ἀπήγγελλε, τὸ διὰ τοῦ κολασθῆναι αὐτὸν ἐν εἰρήνῃ κοιμηθήσεσθαι, οὐκ ἔτι ὀφειλομένης αὐτῷ κολάσεως καὶ βασάνου, διὰ τὸ ἐντεῦθεν ἤδη ἀπειληφέναι αὐτὸν, μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγήν. οὕτω δ' ἡμεῖς καὶ πᾶσαν ἀπειλὴν ἀπό τε τῶν ἱερῶν γραφῶν, καὶ ἀπὸ τῆς ἐνεργείας τῆς κατὰ τὸ μέγεθος καὶ τάξεως τῶν δημιουργημάτων παρὰ Θεοῦ τοῦ κτίσαντος τὰ βλεπόμενα καὶ τὰ μὴ βλεπόμενα, τὰ πρόσκαιρα καὶ τὰ αἰώνια, ὡς ἑνὸς ὄντος, καὶ τοῦ αὐτοῦ κατὰ πάντα τοῦ πατρὸς τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἀγαθοῦ, καὶ δικαίου, καὶ σοφοῦ· ἐπὶ τὸν σκοπὸν ἐκεῖνον τὰς γραφὰς ἄγειν ἀγωνιζόμεθα· τοῦ μὲν δεικνῦναι πάντα ἀγαθοῦ Θεοῦ, καὶ σοφοῦ, καὶ δικαίου, οὐδὲ κατὰ τὸ τυχὸν ὑπονοηθέντες ἂν τοῖς γε νοῦν ἔχουσιν ἀποπίπτειν· κατὰ δὲ τὸ ἐφαρμόζον, ἢ μὴ, τῇ ἀγαθότητι αὐτοῦ, καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ σοφίᾳ τὰ λεγόμενα, Θεοῦ Σωτῆρος δεόμενοι. Τοιαῦτα τείνω καὶ περὶ τοῦ, Ἐσκλήρυνε Κύριος ὁ Θεὸς τὴν καρδίαν Φαραὼ, ὑπονοούμενα. Ἰατρός ἐστι ψυχῆς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, ὁδοῖς θεραπείας χρώμενος ποικιλωτάταις, καὶ ἁρμοδίαις πρὸς τοὺς κακῶς ἔχοντας, καὶ ἐπικαιριωτάταις· τῶν δὲ τῆς θεραπείας ὁδῶν αἱ μέν εἰσιν ἐπὶ πλεῖον, αἱ δὲ ἐπ' ἔλαττον πόνους καὶ βασάνους ἐμποιοῦσαι τοῖς εἰς ἴασιν ἀγομένοις. πάλιν τ' αὖ βοηθήματα, ὅτε μὲν ἀπεμφαινόντως γίνεται, ὁτὲ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει· καὶ πάλιν τάχιον ἢ βράδιον· καὶ μετὰ τὸ ἐμφορηθῆναι τῆς ἁμαρτίας, ἢ μετὰ τὸ, ὡσπερ εἰπεῖν, μόνον τὸ ψαῦσαι αὐτῆς. μαρτυριῶν δὲ τῶν εἰς ἕκαστον πλήρης πᾶσα ἡ θεόπνευστος γραφὴ, σκυθρωποτέρων βοηθημάτων ἐπὶ πλεῖον ἢ ἔλαττον ἀναγεγραμμένων γεγονέναι τῷ λαῷ· καὶ τὰ συμβεβηκότα αὐτῷ, ὑπὲρ ἐπιστροφῆς καὶ διορθώσεως, ἐν πολέμοις μείζοσιν ἢ ἐλάττοσι, καὶ λιμοῖς πολυχρονιωτέροις, ἢ ὀλιγοχρονιωτέροις· ἀπεμφαινόντως δὲ ἐν τῷ, Οὐκ ἐπισκέψομαι ἐπὶ τὰς θυγατέρας ὑμῶν, ὅταν πορνεύσωσι, καὶ ἐπὶ τὰς νύμφας ὑμῶν, ὅταν μοιχεύσωσι· τάχα γὰρ ἐπὶ πλεῖον ἀφειμένας ψυχὰς τὴν

Legebat Orig. καὶ κατάξεις. vid. Sua… 3 Reg. 2. 6.

τῆς aut dele καὶ

Oſeæ 4. 14.

σωματικῶν καὶ ἡδέων εἶναι νομιζομένων, παρ' ἑαυτοῖς ἐγκαταλείπει ἕως κορεσθεῖσαι ἀποστραφῶσι τῶν ὧν ὠρέγοντο, οἱονεὶ καὶ ἐμέσαι αὐτὰ βουλόμεναι, καὶ οὐκ ἂν ἔτι ταχέως τοῖς αὐτοῖς, διὰ τὸ ὡς ἐπὶ πλεῖον ἐμπεφορῆσθαι αὐτάς, καὶ ἐπὶ τούτῳ βεβασανίσθαι, περιπεσούμεναι. βράδιον δὲ ἐπὶ τὴν θεραπείαν ἄγονται αἱ καταφρονήσασαι ἂν τοῦ δευτέρου τοῖς αὐτοῖς περιπεσεῖν, διὰ τὸ τάχιον ἀπηλλάχθαι τῶν κακῶν. οἶδε δὲ ὁ τεχνίτης Θεὸς τὰς διαθέσεις ἑκάστων, καὶ ὡς ἐπιβάλλει αὐτῷ, μόνος ἐπιστημόνως δυνάμενος τὰς θεραπείας προσάγειν, τί χρή, καὶ πότε ἑκάστῳ ποιεῖν. ὥσπερ δὲ ἐπί τινων σωματικῶν παθημάτων, εἰς βάθος τοῦ, ἵν' οὕτως εἴπω, κεχωρηκότος κακοῦ, ὁ ἰατρὸς εἰς τὴν ἐπιφάνειαν διά τινων φαρμάκων ἕλκει καὶ ἐπισπᾶται τὴν ὕλην, φλεγμονὰς χαλεπὰς ἐμποιῶν, καὶ διοιδήσεις, καὶ πλείονας, ἢ εἶχέ τις πρὶν ἐπὶ τὸ θεραπευθῆναι ἐλθεῖν· ὥσπερ εἰώθασι ποιεῖν αὐτοῖς ἐπὶ λυσσοδήκτων, καὶ ἑτέρων τινῶν τὰ παραπλήσια τούτοις πεπονθότων· οὕτως οἶμαι καὶ τὸν Θεὸν οἰκονομεῖν τὴν κρύφιον κακίαν εἰς τὸ βάθος κεχωρηκυῖαν τῆς ψυχῆς. καὶ ὥσπερ λέγει ὁ ἰατρὸς ἐπὶ τοῦδέ τινος, Ἐγὼ φλεγμονὰς ποιήσω περὶ τὸν τόπον τῆς αἰτίας, καὶ διοιδῆσαι ἀναγκάσω τάδε τινὰ μέρη, ὥστε ἀπόστημα χαλεπὸν ἐργάσασθαι· λέγοντος δὲ ταῦτα τοῦ ἰατροῦ, ὁ μὲν ἀκούων αὐτοῦ ἐπιστημονικώτερος οὐκ αἰτιάσεται, ἀλλὰ καὶ ἐπαινέσεται τὸν ταῦτα οἱονεὶ ἀπειλοῦντα ἐργάζεσθαι· ὁ δέ τις λέξει φάσκων ἀλλότριον τῆς τῶν ἰατρῶν ἐπαγγελίας ποιεῖν, τὸ δέον ὑγιάζειν, ἐπὶ φλεγμονὰς καὶ ἀποστήματα ἄγοντα· οὕτω δὲ οἶμαι καὶ τὸν Θεὸν εἰρηκέναι τι, Ἐγὼ σκληρυνῶ τὴν καρδίαν Φαραώ· καὶ τούτων γεγραμμένων ὁ μὲν ἀκούων, ὡς Θεοῦ λογίων, τὸ μὲν ἀξίωμα τοῦ λέ-

Matth. 7. 8.

γοντος τηρῶν ἀποδέχεται, καὶ ζητῶν πᾶς εὑρίσκει, καὶ ἐν τούτοις ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ παραστῆσαι γινομένην· φανερώτερον μὲν ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ λαοῦ, διὰ πλειόνων παραδόξων πιστοποιουμένου· καὶ δεύτερον περὶ τῶν Αἰγυπτίων, ὅτι ἔμελλον τὰ γινόμενα καταπληττόμενοι ἀκολου-

Exod. 12. 38.

θεῖν τοῖς Ἑβραίοις· Ἐπίμικτος γάρ, φησί, λαὸς πολὺς τῶν Αἰγυπτίων συνεξῆλθεν αὐτοῖς· ἀπορρητότερον δὲ καὶ βαθύτερον τάχα, καὶ ἐπὶ τῷ ὄφελος γενέσθαι αὐτῷ τῷ Φαραώ, οὐκ ἔτι ἀποκρύπτοντι τὸν ἰόν, οὐδὲ τὴν ἕξιν συνέχοντι, ἀλλ' ἕλκοντι καὶ εἰς τοὐμφανὲς ἄγοντι αὐτήν, καὶ τάχα διὰ τοῦ πράττειν ἐκλύοντι· ἵνα, πάντα τὰ τῆς ἐνυπαρχούσης κακίας ἐκβράσματα ἐπιτελέσας, ἄτονον ὕστερον ἔχῃ τὸ τῶν κακῶν οἰστικὸν * δένδρον· καὶ τάχα ξηραινόμενον ἐπὶ τέλει, ὅτε καταποντοῦται, οὐχ, ὡς οἰηθείη ἄν τις, ἐπὶ τῷ παντελῶς ἀπολέσθαι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ ἀποβαλόντα τὰ ἁμαρτήματα κουφισθῆναι· καὶ τάχα ἐν εἰρήνῃ ἀπὸ τοσούτου πολέμου τῆς ψυχῆς εἰς

* *Vide G. S. in notis ad locum.*

porea & jucunda eſſe putantur relinquit; donec ſatietate, quæ maximè appetunt, abjecerint, quaſi ea velint evomere, nec ad ea, ſatiatæ nimirum & graviſſimis pœnis exercitæ, ſtatim rediturae ſint. Seriùs autem curantur, quæ non ſunt veritæ nè in ea ipſa iterum reciderent, quòd malis abſolutæ ſtatim fuiſſent. Novit autem opifex Deus ſingularum affectiones, &, ut ei convenit, ſolus ſcienter ac peritè medicinam facere poteſt, & quod cuique congruit, & quando, adhibere. Atque ut in quibuſdam corporis morbis, ſi malum ad intima, ut ità dicam, penetraverit, medicamentis quibuſdam ad extimam ſuperficiem materiam attrahit medicus, moleſtiſſimas inflammationes, tumores, & dolores plures iis, quos antequam curaretur ſuſtinebat, afferens; ut fieri conſuevit in iis, qui à rabido cane morſi ſunt, & aliis quibuſdam, qui ejuſmodi malis afficiuntur: ſic Deum arbitror occultam malitiam, quæ ad intimam animam penetraverit, tractare. Et quemadmodum de hujuſmodi ægroto medicus dicit, Ego inflammationes faciam in loco vulneris, & has aut illas partes faciam, ut intumeſcant, ut graviorem abſceſſum faciant; hæc dicentem medicum ſi quis peritus audiat, non vituperabit, imò verò laudabit, qui hæc ſe facturum minitetur; ſed alius medicinæ ignarus dicet alienum facere à profeſſione medicorum, qui, cùm ſanare debeat, ad inflammationes & abſceſſus rem deducat: ſic etiam exiſtimo Deum dixiſſe, *Ego indurabo cor Pharaonis:* quæ ſcripta qui ut Dei oracula accipit, dicentis autoritatem reveritus approbat, & *omnis qui quærit invenit*, quomodo in his etiam Dei bonitatem oſtendat; apertiùs quidem ad ſalutem populi, qui multis miraculis ad fidem adducitur: ſecundò in Ægyptiis, quicunque miraculis ſtupefacti Hebræos ſecuturi erant; *Promiſcuus*, inquit, *populus multus e Ægyptiorum unà cum iis egreſſus eſt*: arcaniùs verò & altiùs fortaſſe, & ad Pharaonis ipſius utilitatem, qui jam venenum non occultaret, neq; cupiditatem cohiberet, ſed protraheret & in apertum proferret, & fortaſſe agendo diſſolveret; ut, inhærentis malitiæ ebullitione ac ejectione factâ, imbecillam poſtea haberet, quæ mala fert, arborem; & fortaſſe demum exſiccatam, cùm mergitur *Pharao*: neque adeò, ut quiſpiam exiſtimârit, ut penitùs interiret, ſed ut ejectis peccatis allevaretur; & fortè in pace ex tanto bello animi ad inferos

feros deſcenderet. Sed non abs re graviter patientur lectores, violentum & alienatum eſſe arbitrati, quod dicebamus, utile fuiſſe Pharaoni cor ipſius indurari, & pro eo feciſſe quæcunque ſcripta ſunt uſque ad ſubmerſionem. Sed vide num indè, remotâ omni dubitatione & repugnantiâ, dicta illa probare poſſimus; *Multa*, inquit David, *flagella peccatoris*: & filius ejus docet, Deum quemcunque diligit & approbat filium flagellis objurgare. Ipſe præterea David promiſſionem de Chriſto & credentibus in eum vaticinans, ait, *Si dereliquerint filii ejus legem meam, & in judiciis meis non ambulaverint, ſi juſtificationes meas violaverint, & mandata mea non cuſtodierint; animadvertam virgâ ferreâ in iniquitates ipſorum, & in flagellis in ſcelera eorum: at miſericordiam meam non diſſipabo ab eis.* Dei ergò gratia eſt cùm in iniquum animadvertitur virgâ, & in peccatorem flagellis. Et quatenus non flagellatur qui peccat, eruditioni & emendationi nondum ſubigitur: quare minatur Deus, ſi magna fiant peccata Judæorum, *non ampliùs animadverſurum in filias eorum, cùm ſe proſtituerint, & in ſponſas ipſorum, cùm fuerint adulteratæ.* Et alibi ait, *Quia expurgavi te, & non es purgatus, non iraſcar tibi ampliùs, neque æmulabor propter te ampliùs*: ergò quibus non iraſcitur peccantibus, ut ità dicam, bile incenſus non iraſcitur. Obſervandum præterea minas, quæ per Prophetas jaciuntur, his ferè verbis concludi, *Cognoſcent, quia ego Dominus*: & minatur non Iſraelitis modò, ſed etiam Ægyptiis, & Aſſyriis, & aliis inimicis populi ſui. Id verò, quod in fine omnium ejuſmodi comminationum additur, in Exodo quoque ſcriptum eſt. Nunquid ergò qui indurat, durum indurat? apertum autem eſt durum non indurari; ſed præ mollitudine duritiem in duritiem commutari. Mollitudo verò cordis Scripturæ ſententiâ laudabilis, ut pleriſque in locis à nobis eſt obſervatum. Dicant itaque, an Pharao de bono factus ſit malus, ſed & an Deus, cùm Pharaonem reprehendit, injuriâ nécne reprehendat: ſi temere, quomodo ſapiens & juſtus eſt? ſi non temere, cauſa fuit peccatorum, quæ à Pharaonis duro & immorigero animo profecta ſunt: at ſi cauſa eſt, non erat ille perditæ naturæ. Eſt hoc quoq; credendum, quòd hinc petitis verbis uſus Apoſtolus dicit, *An igitur quem vult miſeratur? & quem vult indurat? Dices ergò mihi, Cur etiã ſuccenſet? voluntati enim ejus quis reſiſtit?* Quis eſt

ἄδου καταβῆναι. ἀλλ' εἰκὸς δυσπαθῶς ἕξειν
τοὺς ἐντευξομένους, βίαιον ὑπολαμβάνοντας
εἶναι τὸ λεγόμενον, ὡς ἄρα συμφέρον γεγο-
νέναι τῷ Φαραὼ τὸ ἐσκληρῶσθαι αὐτοῦ τὴν
καρδίαν, καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ πάντα τὰ ἀναγε-
γραμμένα γεγονέναι, μέχρι καὶ τῆς καταποντώ-
σεως. ὅρα δὲ εἰ δυνάμεθα ἐντεῦθεν, τὸ δυσ-
πειθὲς ἀφελόντες, παραστῆσαι ἐκ γραφῶν τοῦ πε-
ρὶ τῶν εἰρημένων· Πολλαὶ αἱ μάστιγες, φησὶν Pſal. 32. 10.
ὁ Δαβίδ, τοῦ ἁμαρτωλοῦ· ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ δι-
δάσκει, ὅτι μαστιγοῖ ὁ Θεὸς πάντα υἱὸν ὃν πα- Prov. 3. 12.
ραδέχεται. ἔτι δὲ αὐτὸς ὁ Δαβὶδ ἀπαγγελίαν Hebr. 12. 6.
προφητεύων τὴν περὶ Χριστοῦ, καὶ τὴν εἰς αὐτὸν
πιστευόντων, φησὶν, Ἐὰν ἐγκαταλίπωσιν οἱ Pſal. 89. 30,
υἱοὶ αὐτοῦ τὸν νόμον μου, καὶ τοῖς κρίμασί μου 31, 32, 33.
μὴ πορευθῶσιν, ἐὰν τὰ δικαιώματά μου βεβη-
λώσωσι, καὶ τὰς ἐντολάς δέ μου μὴ φυλάξωσιν·
ἐπισκέψομαι ἐν ῥάβδῳ τὰς ἀνομίας αὐτῶν, καὶ
ἐν μάστιξι τὰς ἀδικίας αὐτῶν· τὸ δὲ ἔλεός μου
οὐ μὴ διασκεδάσω ἀπ' αὐτῶν. οὐκοῦν χάρις
Θεοῦ ἐστι τὸ ἄνομον ἐπισκεφθῆναι ῥάβδῳ, καὶ
τὸν ἁμαρτωλὸν μάστιξι· καὶ ὅσον γε οὐ μαστι-
γοῦται ὁ ἁμαρτάνων, παιδεύσει καὶ διορθώσει
οὐδέπω ὑπάγεται· διὸ καὶ ἀπειλεῖ ὁ Θεὸς, ἐὰν
μεγάλα γένηται ἁμαρτήματα τῶν τῶν Ἰουδαίων
εἰκόντων, Μηκέτι ἐπισκέψασθαι ἐπὶ τὰς θυγα- Oſeæ 4. 14.
τέρας αὐτῶν, ὅταν πορνεύσωσι, καὶ ἐπὶ τὰς
νύμφας αὐτῶν, ὅταν μοιχεύσωσι. καὶ ἀλλαχοῦ
φησιν, Ἀνθ' ὧν ἐκαθάρισά σε, καὶ οὐκ ἐκαθα-
ρίσθης, οὐ θυμωθήσομαι ἐπὶ σοὶ ἔτι, οὐδὲ ζη-
λώσω ἐπὶ σοὶ ἔτι· οὐκοῦν οἷς οὐ θυμοῦται ἁ-
μαρτάνουσιν, ἵν' οὕτως εἴπω, χολούμενος οὐ θυμοῦ-
ται. παρατηρητέον δὲ καὶ ἐπὶ ταῖς προφητικαῖς
ἀπειλαῖς ἐπὶ τοῖς πολλοῖς ὅτι ἐπιλέγεται τὸ,
Γνώσονται, ὅτι ἐγώ εἰμι Κύριος· καὶ ἀπειλεῖ οὐ
μόνον Ἰσραηλίταις, ἀλλὰ καὶ Αἰγυπτίοις, καὶ
Ἀσσυρίοις, καὶ ἑτέροις ἐχθροῖς τοῦ λαοῦ· τοῦτο
δὲ τὸ ἐπὶ τέλει πολλῶν νομιζομένων ἀπειλῶν,
καὶ ἐν τῇ Ἐξόδῳ ἀναγέγραπται. Ἆρα γὰρ ὁ Exod. 7. 5.
σκληρύνων σκληρὸν σκληρύνει; σαφὲς δ' ὅτι
σκληρὸν οὐ σκληρύνεται· ἀλλ' ὑπὸ ἁπαλότη-
τος ἡ σκληρότης εἰς σκληρότητα μεταβάλλει.
ἁπαλότης δὲ καρδίας κατὰ τὴν γραφὴν ἐπαινετὴ,
ὡς πολλαχοῦ τετηρήκαμεν. λεγέτωσαν τοιγαρ-
οῦν, εἰ χρηστὸς ὁ Φαραὼ τυγχάνων γεγένηται
πονηρὸς, ἀλλὰ καὶ ἤτοι αἰτιώμενος ὁ Θεὸς τὸν
Φαραὼ μάτην αἰτιᾶται, ἢ οὐ μάτην· εἰ μὲν
οὖν μάτην, πῶς ἔτι σοφὸς καὶ δίκαιος; εἰ δὲ
μὴ μάτην, αἴτιος ἐτύγχανε τῶν ἁμαρτη-
μάτων τῶν κατὰ τὴν ἀπείθειαν τοῦ Φαραώ· καὶ
εἰ αἴτιος, οὐ φύσεως ἦν ἀπολλυμένης ἐκεῖνος.
Πιστευτέον μέντοι γε καὶ τοῦτο, διὰ τὸ κατα-
κεχρῆσθαι τὸν Ἀπόστολον τοῖς ἐντεῦθεν ῥητοῖς
λέγειν, Ἆρ' οὐχ ὃν θέλει ἐλεεῖ; ὃν δὲ θέλει Rom. 9. 18.
σκληρύνει; ἐρεῖς οὖν μοι, Τί ἔτι μέμφεται; τῷ
γὰρ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκε; τίς ὁ σκλη-

ρυνῶν καὶ ἐλεῶν; οὐ γὰρ δὴ ἑτέρου τὸ σκληρύνειν, καὶ ἑτέρου τὸ ἐλεεῖν, κατὰ τὴν ἀποστολικὴν φωνὴν, ἀλλὰ τοῦ αὐτοῦ. Ἤτοι οὖν οἱ ἐν Θεῷ ἐλεούμενοι τοῦ σκληρύνοντός εἰσι τὴν καρδίαν Φαραώ· καὶ μάτην ἀναπλάσσεται αὐτοῖς ἕτερος Θεὸς, ἢ ὁ ἀγαθὸς κατ' αὐτοὺς Θεὸς, οὐκ ἐλεήμων μόνον, ἀλλὰ καὶ σκληρύνων· καὶ οὐκ ἔτ' ἂν εἴη, ὡς ὑπολαμβάνουσιν, ἀγαθός. Πάντα δὲ ταῦτα ἐπίτηδες ἐπὶ πλεῖον ἐξητάσαμεν πρὸς τοὺς ἀβασανίστως ἑαυτοῖς χαριζομένους τὸ νενοηκέναι, καὶ ἐπιβαίνοντας τῇ ἁπλότητι τῶν ἡμετέρων, ἐνιστάμενοι καὶ δεικνύντες ὅτι οὔτε εἰς ἃ ὑπολαμβάνουσι περὶ Θεοῦ, οὔτε εἰς ἃ δογματίζουσι περὶ φύσεως, συμβάλλεται αὐτοῖς, ὡς οἴονται, ὁ λόγος ὁ κατὰ τὸ ἐνεστηκὸς ἐξεταζόμενος· ἡμεῖς δὲ πολλαχόθεν πειθόμενοι, καὶ πόνον καὶ κόλασιν, τὰ προσαγόμενα ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, νομίζομεν γίνεσθαι οὐδέποτε κατὰ τῶν πασχόντων, ἀλλ' ἀεὶ ὑπὲρ αὐτῶν· καὶ τὰ χαλεπώτατα γοῦν Θεῷ νομιζόμενα προσ-
Psal. 6. 1. άπτεσθαι τῶν ὀνομάτων, θυμὸς καὶ ὀργὴ, ἐλέγχειν καὶ παιδεύειν λέγεται, ἐν τῷ, Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με· τοῦ ταῦτα εὐχομένου δεομένου, μὴ δεηθῆναι ἐλέγχου τοῦ διὰ θυμοῦ Θεοῦ, καὶ παιδεύσεως τῆς διὰ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ· ὡς τινων ἐλεγχθησομένων τῷ θυμῷ τοῦ Θεοῦ, καὶ παιδευθησομένων τῇ ὀργῇ αὐτοῦ. Ἵνα δὲ μᾶλλον προσιέμεθα τὰ λεγόμενα, καὶ ἀπὸ τῆς καινῆς διαθήκης παραπλησίοις ῥητοῖς χρηστέον· τοῦ μὲν Σωτῆρος λέ-
Lucæ 12. 49. γοντος, Πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ εἴθε δὲ ἐκάη. οὐκ ἂν γὰρ, μὴ σωτηρίου ὄντος τοῦ πυρὸς, ὃ ἦλθε βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἀνθρώποις σωτηρίου, ἔλεγε ταῦτα ὁ τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ υἱός. Ἀλλὰ καὶ ὁ Πέτρος, ἀνελὼν τῷ λόγῳ τὸν Ἀνανίαν καὶ τὴν Σάπφειραν, ἁ-
Actor. 5. 4. μαρτήσαντας ἐν τῷ ψεύσασθαι οὐκ ἀνθρώποις, ἀλλὰ τῷ Κυρίῳ, οὐ μόνον προεωρακὼς τὸ οἰκοδομῆς τῆς ἐκ τοῦ ὁρᾶν τὸ γεγενημένον εὐλαβεστέρων ἐσομένων εἰς τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀποθνησκόντων· βουλόμενος αὐτοὺς, καθαρθέντας τῷ αἰφνιδίῳ θανάτῳ, καὶ παρὰ προσδοκίαν ἀπαλλάξαι τοῦ σώματος· ἔχοντάς
Ibid. v. 2. τι καὶ δικαιώσεως, ἐπεὶ κἂν τὸ ἥμισυ τῶν ὑπαρχόντων δεδώκασιν εἰς τὴν χρείαν τῶν δεομένων. Καὶ Παῦλος δὲ, τὸν σὺν τῷ ἀνθυπάτῳ Σεργίῳ Παύλῳ τῷ λόγῳ τυφλῶν, διὰ τῶν πόνων ἐπιστρέφει αὐτὸν εἰς θεοσέβειαν, λέγων αὐ-
Actor. 13. 10, 11. τῷ· Ὦ πλήρης παντὸς δόλου καὶ πάσης ῥᾳδιουργίας, υἱὲ διαβόλου, ἐχθρὲ πάσης δικαιοσύνης, οὐ παύσῃ διαστρέφων τὰς ὁδοὺς Κυρίου τὰς εὐθείας; καὶ νῦν ἔσῃ τυφλὸς, μὴ βλέπων τὸν ἥλιον ἄχρι καιροῦ. Ποίου καιροῦ; ἢ τοῦ, ὅτε ἐπιπληχθεὶς διὰ τὰ ἁμαρτήματα ἔμελλε μετανοῶν

qui indurat & qui miſeratur? non enim alterius eſt miſerari, alterius indurare, juxta vocem Apoſtoli, ſed unius & ejuſdem. An igitur, qui miſericordiam in Deo conſequuntur, ejus ſunt, qui cor Pharaonis indurat; & fruſtrà ipſis alius Deus fingitur, quàm bonus, ipſorum etiam ſententiâ, Deus, non ſolùm miſericors, ſed etiam indurans; nec ampliùs fuerit, ut exiſtimant, bonus. Hæc autem datâ operâ pluribus ſumus perſecuti adversùs eos, qui citra curam & diſquiſitionem tantarum rerum ſibi intelligentiam arrogant, & noſtrorum ſimplicitati inſultant, & niſu omni urgent ac oſtendere conantur, neq; ad ea quæ de Deo exiſtimant, neque ad ea quæ de natura tradunt, ſibi quidquam videri hunc, quem habemus, conferre ſermonem: nos autem, quos multiplex ratio in hanc ſententiam induxit, exiſtimamus & dolorem & moleſtiam & laborem & caſtigationem, quæ à Deo inferuntur, nunquam contra eos eſſe, ſed iis ſemper conducere, qui patiuntur: & graviſſima, quæ Deo tribui putantur nomina, furor & ira, arguere & erudire dicuntur, ut hìc, *Domine, nè furore tuo argueris me, neq; irâ tuâ erudieris me:* cùm is, qui hæc precatur, oret, nè opus habeat reprehenſione à furore Dei, & eruditione per iram ipſius; quaſi futurum ſit, ut aliqui furore Dei arguantur, & irâ ipſius erudiantur. Atque, ut his dictis magìs ac magìs aſſentiamur, è Novo quoq; Teſtamento hujuſmodi teſtimonia petenda ſunt; dicente Servatore, *Ignem veni mittere in terram; atque utinam jam arſiſſet:* niſi enim ſalutaris eſſet ignis, quem venit mittere in terram, & hominibus ſalutaris, nunquam ea dixiſſet boni Dei Filius. Enimvero & Petrus, qui verbo Ananiam & Sapphiram, quòd peccaſſent Deo mentiri, non hominibus, interfecit; non id modò curans ut ædificarentur qui in Chriſti fidem eo viſo religioſiores & magìs pii erant futuri, ſed & morientes; volens eos, per repentinam mortem expiatos nec opinantes corpore liberare: qui & aliquid unde juſtificarentur habebant, quia vel dimidium bonorum ſuorum in uſum egentium dederant. Et Paulus eum, qui cum proconſule Sergio Paulo erat, dicto obcæcans, per dolores & moleſtiam ipſum ad pietatem convertit, dicens ipſi; *O plene omni dolo & fallaciâ, fili Diaboli, hoſtis omnis juſtitiæ, non deſines pervertens vias Domini rectas? & nunc eris cæcus, non videns Solem uſq; ad tempus.* Quodnam tempus? an, cùm propter peccata correctus, motus pœnitentiâ, dignus

dignus erat futurus, qui Solem videret animo & corpore, ut enuntiaretur divina virtus in reſtitutione viſûs ipſius; & animo, quia fide ſuſceptâ Dei cultum erat adepturus? Sed & Demas & Hermogenes, quos tradidit Satanæ, *ut diſcerent non maledicere*, ſimile quid illis paſſi ſunt: & qui Corinthi patris uxorem habuerat, traditur ipſe Satanæ, *in perniciem carnis, ut ſpiritus ſervaretur in die Domini*. Non eſt igitur mirum, ſi omnia in Pharaone indurato, & tot denique pœnis circumſeſſo, divinâ benignitate adminiſtrantur. Hæc autem in præſens, ut inciderunt, de eo dicta ſint, *Induravit Dominus cor Pharaonis*. Porrò ſi quis, ſervatâ in Deum pietate, his meliora, & ab impietate remotiſſima, cum divinæ Scripturæ teſtimoniis, invenerit, ea noſtris præferenda ſunt.

ἄξιος γίνεσθαι ἀμφοτέροις τὸν ἥλιον ἰδεῖν, κατὰ ψυχὴν καὶ κατὰ σῶμα, ἵνα ἐξαγγέλληται ἡ θεία δύναμις ἐπὶ τῇ ἀποκαταστάσει τῆς ὄψεως αὐτοῦ· καὶ κατὰ ψυχὴν, ὅτι ἔμελλε πιστεύων ἐν ταῖς τῆς θεοσεβείας; Ἀλλὰ καὶ Δημᾶς καὶ Ἑρμογένης, οὓς παρέδωκε τῷ Σατανᾷ, ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν, παραπλήσιόν τι πεπόνθασι τοῖς προειρημένοις. καὶ ὁ ἐν Κορίνθῳ τὴν γυναῖκα τοῦ πατρὸς ἐσχηκὼς, καὶ αὐτὸς παραδίδοται τῷ Σατανᾷ, εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου. Οὐ θαυμαστὸν οὖν, εἰ καὶ τὰ περὶ τὸν Φαραὼ τὸν σκληρυνόμενον, καὶ ἐπὶ τέλει τοιαύταις κολάσεσι περιβαλλόμενον, ὑπὸ τοῦ ἀγαθότητος οἰκονομεῖται Θεοῦ. Ταῦτα δὲ ἡμῖν ἐπὶ τοῦ παρόντος, ὡς ὑπέπεσεν, εἰρήσθω περὶ τοῦ, Ἐσκλήρυνε Κύριος τὴν καρδίαν Φαραώ. ἐὰν δέ τις, τὸ πρὸς τὸν Θεὸν εὐσεβὲς τηρῶν, κρείττονα, καὶ μηδαμῶς ἀσεβείας ἐφαπτόμενα, εὑρίσκῃ, μετὰ μαρτυριῶν τῶν ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν, ἐκείνοις μᾶλλον χρηστέον.

1 Tim. 1. 20.

1 Cor. 5. 5.

Et alibi.

Καὶ ἐν ἄλλοις περὶ τοῦ αὐτοῦ.

Ad illum præterea locum hæc meditor; num, quemadmodum medici eorum, qui à rabido cane morſi ſunt, virus in apertum extrahentes, nè intùs depaſcens hominem perimat, graviorem faciunt ſenſum doloris & inflammationes: ità Deus abditam & incluſam imis veluti animi medullis pravitatem medicinâ ſuâ foràs extrahit, ut aperta & evidens fiat; ut congruentem deinde curationem adhibeat. Quò pertinere arbitror hæc in Deuteronomio ſcripta: *Et recordaberis univerſam viam, per quam deduxit te Deus tuus, annum jam quadrageſimum in ſolitudine, ut affligeret te, & tentaret, & cognoſcerentur quæ in corde tuo ſunt, an ſerves mandata ejus, necne: & afflixit te, & inediâ fatigavit, & pavit te mannâ, quod tu non noveras, neq; noverant patres tui; ut enuntiaretur tibi, quòd non in ſolo pane vivet homo, ſed in omni verbo, quod procedit per os Dei, vivet homo.* Obſerva in his Deum premere & tentare, ut dignoſcantur quæ in cujuſque corde ſunt, ut quæ ſint quidem, ſed in profundo recondita, quæ per angores & moleſtias in apertum prorumpunt. Ejuſmodi eſt, quod in libro Job ei à Domino per turbinem & nubes promittitur, *Arbitraris me aliam ob cauſam tecum eſſe collocutum, niſi ut juſtus appareres*: nec enim dixit, *Ut fieres juſtus*, ſed *Ut appareres*; cùm talis etiam ante tentationes fuiſſes, appareres autem in iis quæ accidiſſent.

Ἔτι δὲ ἐφίστημι ἐν τοῖς κατὰ τόπον· μήποτε, ὥσπερ οἱ ἰατροὶ τῶν λυσσοδήκτων τὸν ἰὸν ἐπισπώμενοι ἐπὶ τὴν ἐπιφάνειαν, ἵνα μὴ ἔνδον νεμόμενος διαφθείρῃ τὸν ἄνθρωπον, χαλεπωτέρας ἐμποιοῦσι διαθέσεις καὶ φλεγμονάς· οὕτως ὁ Θεὸς τὴν ἐγκεκρυμμένην καὶ ἐμφωλεύουσαν τοῖς βάθεσι τῆς ψυχῆς κακίαν διὰ τῆς αὐτοῦ ἰατρικῆς ἐπισπᾶται εἰς τὰ ἔξω, ὥστε φανερὰν αὐτὴν καὶ ἐναργεστέραν γενέσθαι· ἵνα μετὰ τοῦτο τὴν ἑξῆς ἐπάγῃ θεραπείαν. Τοιαῦτα δὲ ἡγοῦμαι καὶ τὰ ἐν τῷ Δευτερονομίῳ ῥητὰ, τοῦτον ἔχοντα τὸν τρόπον· Καὶ μνησθήσῃ πᾶσαν τὴν ὁδὸν, ἣν ἤγαγέ σε Κύριος ὁ Θεός σου, τοῦτο τεσσαρακοστὸν ἔτος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ὅπως ἂν κακώσῃ σε, καὶ πειράσῃ σε, καὶ διαγνωσθῇ τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ σου, εἰ φυλάξῃ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἢ οὔ· καὶ ἐκάκωσέ σε, καὶ ἐλιμαγχόνησέ σε, καὶ ἐψώμισέ σε τὸ μάννα, ὃ οὐκ ᾔδεις σὺ, καὶ οὐκ ᾔδεισαν οἱ πατέρες σου· ἵνα ἀναγγείλῃ σοι, ὅτι οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ ζήσεται ἄνθρωπος. Τήρει δὲ ἐν τούτοις, ὅτι κακοῖ ὁ Θεὸς καὶ πειράζει, ἵνα διαγνωσθῇ τὰ ἐν τῇ ἑκάστου καρδίᾳ, ὡς ὄντα μὲν, ἐναποκείμενα δὲ τῷ βάθει, καὶ εἰς φανερὸν διὰ τῶν κακώσεων ἐρχόμενα. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ ἐν τῷ Ἰὼβ ὑπὸ τοῦ Κυρίου διὰ λαίλαπος καὶ νεφῶν ἐπαγγελλόμενον πρὸς τὸν Ἰὼβ οὕτως, Οἴει με ἄλλως σοι κεχρηματικέναι, ἢ ἵνα ἀναφανῇς δίκαιος· οὔτε γὰρ εἶπε, Ἵνα γένῃ δίκαιος, ἀλλ' Ἵνα ἀναφανῇς· τοιοῦτος ὢν καὶ πρὸ τῶν πειρασμῶν, ἀναφανῇς δὲ ἐν τοῖς συμβεβηκόσιν.

Deut. 8. 2, 3.

Job. 40. 3.

Καὶ

Καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ τόμῳ ἐν τοῖς αὐτοῖς εἰς τὴν Ἔξοδον σημειώσεσι.

Ἔλεγε δέ τις τῶν καθ' ἡμᾶς ἀπὸ τῆς συνηθείας, τὸ ζητούμενον παραμυθούμενος, ὅτι πολλάκις οἱ χρηστοὶ κύριοι, μακροθυμοῦντες ἐπὶ τοὺς ἁμαρτάνοντας τῶν οἰκετῶν, λέγειν εἰώθασιν τὸ, Ἐγώ σε ἀπώλεσα, καὶ, Ἐγώ σε πονηρὸν ἐποίησα· μετὰ τοῦ ἤθους ἐμφαίνοντες ὅτι χρηστότης αὐτῶν καὶ μακροθυμία σεσώρευκεν δοκεῖ γεγονέναι τῆς ἐπὶ πλεῖον πονηρίας. ὥσπερ οὖν, τούτων λεγομένων, δύναταί τις λέγειν συκοφαντῶν, ὅτι ὡμολόγησεν ὁ δεσπότης πονηρὸν πεποιηκέναι τὸν οἰκέτην· οὕτω τὰ ὑπὸ τῆς ἀγαθότητος τοῦ Θεοῦ, πρόφασις γινόμενα τῆς σκληρότητος τοῦ Φαραὼ, ἐσκληρυκέναι ἀναγέγραπται τὴν καρδίαν Φαραώ. παραμυθήσεται δὲ οὕτως,

Rom. 2. 4, 5, 6.

ἐξ ἀποστολικῶν ῥητῶν, ὃ νενόηκεν εἰπεῖν· Ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀνοχῆς, καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς, ἀγνοῶν ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει; κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου, καὶ ἀμετανόητον καρδίαν, θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς, καὶ ἀποκαλύψεως, καὶ δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ· ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Ὁ αὐτὸς γοῦν Ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους ἐπι-

Rom. 9. 22.

στολῇ φησιν, Εἰ δὲ θέλων ὁ Θεὸς ἐνδείξασθαι τὴν ὀργὴν, καὶ γνωρίσαι τὸ δυνατὸν αὐτοῦ, ἤνεγκεν ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ σκεύη ὀργῆς κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν· ὡς τῆς μακροθυμίας αὐτοῦ ἐνηνοχυίας τὰ σκεύη τῆς ὀργῆς, καὶ οἱονεὶ γεγεννηκυίας. εἰ γὰρ, παρὰ τὸ μακροθυμεῖν αὐτὸν, οὐ κολάζοντα τοὺς ἁμαρτάνοντας, ἀλλ' ἐλεοῦντα, ἐπλεόνασε τῇ χρήσει, αὐτός πως ἤνεγκε τῇ ἑαυτοῦ μακροθυμίᾳ τὰ σκεύη τῆς ὀργῆς, καὶ, ἵν' οὕτως εἴπω, αὐτὸς τὰ πάντα πεποίηκε σκεύη ὀργῆς· καὶ κατὰ τοῦτο αὐτὸς ἐσκλήρυνε τὴν καρδίαν αὐτῶν. ὅτε γὰρ σημείων τοσούτων καὶ τεράτων γινομένων οὐ πείθεται ὁ Φαραὼ, ἀλλὰ μετὰ τηλικαῦτα ἀνθίσταται, πῶς οὐ σκληρότερος καὶ ἀπιστότερος ἐλέγχεται; τῆς σκληρότητος καὶ ἀπιστίας δοκούσης ἐκ τῶν τεραστίων δυνάμεως γε-

Joan. 9. 39.

γενέναι. ὅμοιον δὲ καὶ τὸ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, Εἰς κρίμα ἐγὼ εἰς τὸν κόσμον τοῦτον ἦλθον· οὐ γὰρ προέθετο ὁ Σωτὴρ εἰς κρίμα ἐλθεῖν, ἀλλ' ἠκολούθησε τῷ ἐληλυθέναι αὐτὸν τὸ εἰς κρίμα αὐτὸν ἐληλυθέναι, τῶν μετὰ τὰ τεράστια οὐ πεπιστευκότων αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ εἰς πτῶσιν ἐλήλυθε.

Rurſus in alio tomo in iiſdem ad Exodum commentariis.

Dicebat aliquis è noſtris familiaribus, quod jam quæritur molliens, ſæpe bonos dominos, patientes in delictis ſervorum, dicere ſolere, Ego te perdidi, & Ego te improbum feci: hoc pacto cum affectu quodam oſtendentes bonitatem & patientiam ſuam cauſam videri attuliſſe, cur eorum creſceret improbitas. Quomodo igitur, cùm hæc dicuntur, cavillari quis poteſt, falſum eſſe dominum, ſe ſervum improbum feciſſe: ſic quæ à benignitate Dei profecta ſunt, quaſi cauſa fuerint indurationis Pharaoni, cor Pharaonis induràſſe dicuntur. Sed Apoſtoli verbis ad hunc modum lenientur: *An divitias bonitatis ipſius, & ſuſtentationis, & patientiæ contemnis, ignorans benignitatem Dei te ad pœnitentiam deducere? ſed propter duritiem, & cor pœnitere neſcium, coacervas tibi iram in die iræ, & declarationis, & juſtitiæ Dei; qui reddet unicuique pro operibus ejus.* Ipſe idem Apoſtolus in epiſtola ad Romanos ait, *Si autem Deus volens oſtendere iram, & potentiam ſuam notam facere, tulit multa patientiâ vaſa iræ parata in interitum:* quaſi patientia ipſius tulerit vaſa iræ, & veluti procreaverit. Si enim, quòd lenis & patiens fuerit, non puniens peccantes, ſed miſeratus, vaſa illa abundàrunt, ipſe omnia vaſa iræ fecit; atque adeò ipſe induravit cor eorum. Cùm enim tot ſignis & prodigiis factis non obtemperat Pharao, ſed poſt tot & tanta monſtra repugnat, quomodo non durior & infidelior arguitur? cùm durities & incredulitas ex prodigiis oriri potuiſſe videatur. Simile eſt id in Evangelio, *Ego ad judicium in hunc mundum veni:* non enim Servatori propoſitum fuit venire ad judicium, ſed ex eo quòd venerit conſecutum eſt, ut ipſe ad judicium venerit eorum, qui poſt miracula ipſi non crediderint, ſed & in ruinam eorum venit.

Καὶ μεθ' ἕτερα οὕτως.

Τὰ τεράστια γινόμενα τοῖς μὲν δεχομένοις καὶ πεισθεῖσιν, ὡς παρὰ τοῖς ἐπιμίκτοις Αἰγυπτίοις τοῖς συνεξεληλυθόσι τῷ λαῷ, ἔλεος ἦν· τοῖς δ' ἀπειθοῦσι σκληρότητα ταῖς καρδίαις αὐτῶν ἐπιφέρει. Καὶ ἐκ τοῦ εὐαγγελίου δὲ ἔτι παρὰ τὰ εἰρημένα ἐστὶ τὰ ὅμοια παραθέσθαι, περὶ τοῦ καὶ τὸν Σωτῆρα κακῶν αἴτιον δοκεῖν γεγονέναι τισίν.

Et poſt alia in hunc modum.

Prodigia facta ſuſcipientibus et credentibus, ut promiſcuis illis Ægyptiis, qui cum populo egreſſi ſunt, miſericordia fuere: non credentibus autem duritiem cordis inferunt. Tum præterea ex Evangelio, quædam his ſimilia proferri poſſunt, quæ malorum autorem aliquibus Servatorem loqui videntur.

Væ tibi regio Zin, væ tibi Bethſaida: quia ſi Tyri & Sidone facta fuiſſent ſigna, quæ apud vos facta ſunt, jam olim in ſacco & cinere ſedentes pænitentiam egiſſent. Ceterùm dico vobis, Tolerabilius erit Tyro & Sidoni, quàm vobis; &c. Deus enim, qui duritiem & incredulitatem incolarum regionis Zin, & Bethſaida, & Capharnaum prænoverat, & ſciebat tolerabilius fore genti Sodomorum in die judicii, quàm illis, cur miracula patrabat in regione Zin, & Bethſaida, videns propter hæc tolerabilius fore in die judicii Tyriis & Sidoniis, quàm his?

Οὐαί σοι χώρα Ζὶν, οὐαί σοι Βηθσαϊδά· ὅτι εἰ ἐν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἐγένετο τὰ σημεῖα τὰ γενόμενα ἐν ὑμῖν, πάλαι ἂν ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ καθήμενοι μετενόησαν. πλὴν λέγω ὑμῖν, Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἀνεκτότερον ἔσται, ἢ ὑμῖν· καὶ τὰ ἑξῆς. προγνώσας γὰρ ὁ Θεὸς ἂν τῆς ἀπιστίας τῶν ἐν χώρᾳ Ζὶν, καὶ τῶν ἐν Βηθσαϊδᾷ, καὶ τῶν ἐν Καπερναοὺμ, καὶ ὅτι ἀνεκτότερον γίνεται Σοδόμων ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ ἐκείνοις, διὰ τί τὰ τεράστια ἐπιτελεῖ ἐν χώρᾳ Ζὶν, καὶ ἐν Βηθσαϊδᾷ, ὁρῶν ὅτι διὰ ταῦτα ἀνεκτότερον γίνεται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως Τυρίοις καὶ Σιδωνίοις, ἢ τούτοις; Matth. 11. 21, 22.

Et poſt alia.

Tu autem dices Pharaoni, Hæc dicit Dominus, Filius primogenitus meus Iſrael. Dixi verò tibi, Dimitte populum meum, ut me colant: ſi autem non vis dimittere ipſum, videſis, ego interficiam filium tuum primogenitum. Dicendum igitur eſt iis, qui juſti Dei hæc eſſe opinantur, & ex nuda dictione, induratum eſſe cor Pharaonis regis putant, nè dimitteret populum ipſius; Quomodo juſtus eſt, qui induravit cor, & minatur, niſi dimiſerit, interfecturum filium ejus primogenitum? Si enim urgeantur, eum malum eſſe fatebuntur. Rurſus deinde ab aliis evertentur, & eò adducentur, ut non nudæ dictioni adhæreſcant, quæ ipſorum ſententiâ opificis juſtitiam tueri non poteſt. Denique ſi nunc coacti fuerint hæc expendere, eò pervenient ut non ampliùs opificem vituperent, ſed ipſum bonum eſſe affirment. Ergò interrogandi ſunt, qui ſe id putant intelligere, *Induravit Dominus Deus cor Pharaonis*, An hæc verè à Deo dici per Moſen divino ſpiritu afflatum, an falsè, putent? Si enim falsè, neq; juſtus ipſorum opinione, neque verus erit Deus; neque verò Deus: ſin autem verè, cogitent num eum ut arbitrii liberum reprehendat dicens; *At ſi non vis eum dimittere.* Et alibi, *Quouſque non vis revereri me?* Pharaoni dicitur, ad eum pudore ſuffundendum, qui non vereretur, non quòd non poſſet, ſed quòd nollet. Et quod dicitur à Moſe Pharaoni, *Ut cognoſcas, quia Domini eſt terra, & tu, & famuli tui, ſcio quia nunquam timuiſtis Dominum*, ſignificat fore ut timeant: quod quidem vim habet adversùs eos, qui à recta ſententia aberrant, de Dei bonitate, & non perituram naturam inducunt.

Καὶ μεθ᾽ ἕτερα.

Σὺ δὲ ἐρεῖς τῷ Φαραὼ, Τάδε λέγει Κύριος, Exod. 4. 22,
Υἱὸς πρωτότοκός μου Ἰσραήλ. εἶπα δέ σοι, 23.
Ἐξαπόστειλον τὸν λαόν μου, ἵνα μοι λατρεύσωσιν· εἰ δὲ μὴ βούλει ἐξαποστεῖλαι αὐτὸν, ὅρα νῦν, ἐγὼ ἀποκτενῶ τὸν υἱόν σου τὸν πρωτότοκον. Λεκτέον οὖν τοῖς φάσκουσι δικαίου ταῦτα εἶναι Θεοῦ, καὶ ὑπολαμβάνουσι κατὰ τὸ πρόχειρον τῆς λέξεως ἐσκληρῶσθαι τὴν καρδίαν Φαραὼ βασιλέως, ἵνα μὴ ἐξαποστείλῃ τὸν λαὸν αὐτοῦ· Πῶς δίκαιος ὁ σκληρύνας τὴν καρδίαν, καὶ ἀπειλῶν, εἰ μὴ ἀπολύσει, ἀποκτεῖναι τὸν πρωτότοκον αὐτοῦ υἱόν; θλιβόμενοι γὰρ πονηρὸν αὐτὸν ὁμολογήσουσιν. εἶτα πάλιν ἀπὸ ἑτέρων ἀνατραπήσονται, καὶ ἀναχθήσονται εἰς τὸ μὴ τῇ προχείρῳ λέξει δουλεύειν, ὃ δυναμένῃ κατ᾽ αὐτοὺς σώζειν τὸ δίκαιον τοῦ δημιουργοῦ. ἅπαξ δὲ ἐὰν νῦν ἀναγκασθῶσι βεβιασμένως ταῦτα ἐξετάζειν, ἀναβήσονται ἐπὶ τὸ μηκέτι κατηγορεῖν τοῦ δημιουργοῦ, ἀλλὰ φάσκειν αὐτὸν ἀγαθὸν εἶναι. πευστέον οὖν τῶν οἰομένων νενοηκέναι τὸ, Ἐσκλήρυνε Κύριος ὁ Θεὸς τὴν καρδίαν Φαραὼ, Πότερον ἀληθῶς πιστεύουσι λέγεσθαι ταῦτα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, διὰ Μωσέως ἐνθουσιῶντος, ἢ ψευδῶς; εἰ μὲν γὰρ ψευδῶς, οὔτε δίκαιος κατ᾽ αὐτοὺς ὁ Θεὸς, οὔτε ἀληθής· καὶ ὅσον ἐπὶ τούτοις οὐδὲ Θεός· εἰ δ᾽ ἀληθῶς, κατανοησάτωσαν εἰ μὴ ὡς αὐτεξούσιον αἰτιᾶται λέγων, Εἰ δὲ μὴ βούλει ἐξαποστεῖλαι αὐτόν. καὶ ἀλλαχοῦ, Ἕως τίνος οὐ βούλει ἐντραπῆναί με; Exod. 10. 3.
δυσωπητικῶς λέγεται πρὸς τὸν Φαραὼ οὐκ ἐντρεπόμενον, οὐ παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι, ἀλλὰ παρὰ τὸ μὴ βούλεσθαι. καὶ τὸ λεγόμενον δὲ παρὰ Μωσέως πρὸς τὸν Φαραὼ, Ἵνα γνῷς, ὅτι τοῦ Κυ- Exod. 9. 29,
ρίου ἡ γῆ, καὶ σὺ, καὶ οἱ θεράποντές σου, ἐπίστα- 30.
μαι, ὅτι οὐδέπω πεφόβησθε τὸν Κύριον, δηλοῖ ὅτι φοβηθήσονται· ὅπερ ἁρμόζει πρὸς τοὺς ἑτεροδόξους, περί τε ἀγαθότητος Θεοῦ, καὶ περὶ τοῦ μὴ εἶναι ἀπολλυμένην φύσιν.

Καὶ πάλιν ἐκ τοῦ β' τόμου τῶν εἰς τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων.

Πρόσχες δὲ καὶ τούτοις, ὅτι ὁ ἥλιος, λευκὸς καὶ λαμπρὸς ὤν, δοκεῖ τὴν αἰτίαν ἔχειν τοῦ μελανοῦν, οὐ παρ' ἑαυτόν, ἀλλὰ παρὰ τόν, ὡς ἀποδεδώκαμεν, μελαινόμενον· οὕτω δὲ καὶ μήποτε σκληρύνει Κύριος τὴν καρδίαν Φαραώ, τῆς αἰτίας τούτου οὔσης περὶ αὐτόν, καταδυναστεύοντα τὴν τῶν Ἑβραίων ζωὴν ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς σκληροῖς, τῷ πηλῷ, καὶ τῇ πλινθείᾳ, καὶ πᾶσι τοῖς ἔργοις, οὐχὶ καὶ τοῖς ἐν ὄρεσι καὶ βουνοῖς, ἀλλὰ τοῖς ἐν πεδίοις· ὑλικὸς γάρ τις ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ κακίας γεγενημένος, καὶ κατὰ σάρκα κατὰ πάντα ζῶν, πηλοῦ φίλος τυγχάνων, βούλεται καὶ τοὺς Ἑβραίους πηλοποιεῖν, τὸ ἡγεμονικὸν ἔχον οὐ καθαρὸν πηλοῦ· ὅθεν, ὡς πηλὸς ὑπὸ ἡλίου σκληρύνεται, οὕτως ὑπὸ τῶν αὐγῶν τοῦ Θεοῦ ἐπισκοπούντων τὸν Ἰσραὴλ ἐσκληρύνθη. ὅτι δὲ τοιαῦτά ἐστιν ἐν τοῖς κατὰ τόπον, καὶ οὐχ ἱστορίαν ψιλὴν πρόκειται ἀναγράφειν, δῆλον ἔσται τῷ ἐπιστήσαντι, ὅτι ἡνίκα κατεστέναξαν οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ, οὔτε ἀπὸ τῆς πλινθείας, οὔτε ἀπὸ τοῦ πηλοῦ, οὔτε ἀπὸ τῶν ἀχύρων κατεστέναξαν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἔργων· καὶ ἀνέβη ἡ βοὴ αὐτῶν πρὸς Θεόν, οὐκ ἀπὸ πηλοῦ, ἀλλὰ πάλιν ὑπὸ τῶν ἔργων· διὸ καὶ εἰσήκουσε Κύριος τῶν στεναγμῶν αὐτῶν, οὐκ εἰσακούων στεναγμοῦ τῶν οὐκ ἀπὸ ἔργων βοώντων πρὸς αὐτόν, ἀλλὰ ἀπὸ πηλοῦ καὶ τῶν γηΐνων πράξεων.

Rurſus ex ſecundo tomo Commentariorum in Canticum Canticorum.

Ad hæc quoque attende, quòd Sol, cùm clarus & lucidus ſit, cauſam habere videtur denigrandi, non per ſe, ſed propter eum, qui, ut diximus, denigratur: ità nunquam Dominus cor indurat Pharaonis, cùm hujus indurationis in eo ſit cauſa, qui duris operibus Hebræorum vitam fatiget, luto, lateribus coquendis, & cunctis operibus, non iis modò, quæ in montibus & collibus, ſed etiam quæ in campis: ſuo enim vitio factus quodammodo materiatus, & ſecundùm carnem omnimodis vivens, luto amicus, vult etiam Hebræos lutum macerare, qui principalem animi partem non haberet à luto puram: qui quidem, ut lutum à Sole induratur, ſic à Dei radiis Iſrael inſpicientibus induratus eſt. Quæ illius eſſe loci propria, nec nudam in eo hiſtoriam proponi, planum erit ſi quis animadvertat, cùm angerentur & ingemiſcerent filii Iſrael, neque propter laterum officinam, neque propter lutum, neque propter paleas, ſed propter opera ingemuiſſe; & aſcendit clamor eorum ad Deum, non à luto, ſed rurſum ab operibus: quare audivit Dominus gemitus ipſorum, non audiens gemitus eorum, qui non ab operibus, ſed à luto & terrenis actionibus ad ipſum clamabant.

ΤΕΛΟΣ.

GULIELMI SPENCERI
ANNOTATIONES
Ad
ORIGENIS
octo Libros contra
CELSUM.

Ὅλως μὲν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, τὸ ὑπαίτιον εἶναί τινι οὐ πάνυ προσίεμαι. καὶ μὴν ἔφη, Εὔθηρε, οὐ πάνυ γε ῥᾴδιόν ἐστιν εὑρεῖν ἔργον, ἐφ' ᾧ οὐκ ἄν τις αἰτίαν ἔχοι. χαλεπὸν γὰρ οὕτω τι ποιῆσαι, ὥστε μηδὲν ἁμαρτεῖν, χαλεπὸν δὲ καὶ ἀναμαρτήτως τι ποιήσαντα μὴ ἀγνώμονι κριτῇ περιτυχεῖν. *Xenoph. Memorab.* lib. 2.

Annotationes in librum primum Origenis *contra* Celſum.

PAg. 1. lin. 17. Φιλόθεε Ἀμβρόσιε] Hunc floruiſſe circa tempora *Caracallæ*, *Macrini*, *Heliogabali*, & *Alexandri Severi*, ex *Euſebio* (*Eccl. Hiſt.* lib. 6. cap. 22.) didicimus. Patriâ, quantum conjecturis aſſequi poſſum, *Alexandrinus* erat: *Marcionites* etiam, ut *Hieronymus* in *Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum*, in *Ambroſio*, teſtatur; Ἀμβρόσιος πρότερον Μαρκιωνιστής· nec non *Valentiniani* erroris pravitatem imbiberat; Ἐν τούτῳ καὶ Ἀμβρόσιος τὰ τῆς Οὐαλεντίνου φρονῶν αἱρέσεως· *Euſeb. Eccl. Hiſt.* lib. 6. cap. 18. Eum utrique hæreſi addictum fuiſſe *Suidas* dicit; at veritate, cujus partes in diſputando ſuſceperat *Origenes*, convictus & illuminatus priorem quam inſerat de rebus fidei ſententiam deponit, & Eccleſiaſticam tutiſſimam credendi vivendique regulam amplexatur: Ὃς εἰς γνῶσιν αὐτὸν ἀφικέσθαι παρεσκεύασεν ἀπὸ τῆς Οὐαλεντίνου καὶ Μαρκίωνος αἱρέσεως· *Suidas* in Ὠριγ. Πρὸς τῆς ὑπὸ Ὠριγένους πρεσβευομένης ἀληθείας ἐλεγχθεὶς, καὶ ὡς ἂν ὑπὸ φωτὸς καταυγασθεὶς τὴν διάνοιαν, τῷ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ὀρθοδοξίας προστίθεται λόγῳ· *Euſebius*, ibid. Ὕστερον παρὰ Ὠριγένους διορθωθείς· *Hieron. Catal. Script. Eccl.* in *Ambroſ.* Idque eo forſan tempore, cùm *Origenes* Orthodoxus, *Megethius*, *Marcus*, *Droſerius*, *Valens* & *Marinus* Hæretici, inter ſe, delecto ſermonis judice Philoſopho *Eutropio*, de *Chriſtianæ* Religionis dogmatibus diſputabant: cui quidem colloquio titulum *De recta in Deum fide* affixum invenies. An verò *Origenis* ſit, necne, quoniam *Rivetus* dixit, *Non facile eſt judicare*, alio loco diſcutiemus. Utcunque incertus autor eidem addidit proœmium, rei, quam præ manibus habemus, ſatis appoſitum. *Interdum*, inquit, *Hæretici ad eum diſputatum veniebant; cùmque frequens inſtituta eſſet diſputatio, multos gentiles, quibus ut Idolorum inſanum cultum deteſtarentur perſuaſiſſet, ita comparavit; ut Martyrii coronam ſint adepti: in iis etiam fuit Ambroſius, qui Origenis æmulus factus, & ab eo noſtris decretis inſtitutus, ſe à Valentini Marcioniſque hæreſi ſecrevit & removit.* Generis nobilitatem, quantum ſcio, unicus *Hieronymus* (*Catal. Script. Eccleſiaſt.* in *Ambroſio*,) diſertis verbis enarravit: Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἀνὴρ εὐγενέστατος ὤν. Hic verò atque alii quamplurimi non inepta cùm dignitatis tum opulentiæ argumenta nobis ſuppeditârunt. Τῇ σπουδῇ τούτου, καὶ ἀναλώμασι, καὶ ἐπείξει, πρὸς τούτοις πάμπολλα Ὠριγένης ἐπετέλεσε συντάγματα· *Hieron.* ibid. Ἐτελεύτησε δὲ πρὸ Ὠριγένους· καὶ ἐν τούτῳ παρὰ πολλῶν καταγινώσκεται, ὅτι ὢν πλούσιος ὢν τοῦ οἰκείου φίλου, γέροντος καὶ πένητος, τελευτῶν οὐκ ἐμνήσθη· *Hieron.* ibid. Ἀμβρόσιος, ὅστινα ἀπὸ τῆς πλάνης Μαρκίωνος εἰς τὴν ἀληθινὴν πίστιν ἐπιστρέψαι προείρηται, προετρέψατο Ὠριγένην τὰς θείας ὑπομνηματίσαι γραφὰς, παρεσχηκὼς αὐτῷ ἑπτὰ καὶ πλείους νοταρίους, καὶ τὰς τούτων δαπάνας, καὶ καλλιγράφους τὸν ἴσον ἀριθμόν· καὶ, ὅπερ ἐστὶ μεῖζον ἀνυποίστῳ σπουδῇ ἑκάστοτε ἔργον παρ' αὐτοῦ ἀπαιτῶν· διὸ ἐν μιᾷ ἐπιστολῇ ἐργοδιώκτην αὐτὸν Ὠριγένης καλεῖ. *Hieronymus, Catal. Script. Eccleſiaſt.* in *Hippolyto*. Ἐξ ἐκείνου δὲ καὶ Ὠριγένει τῶν εἰς τὰς θείας γραφὰς ὑπομνημάτων ἐγίνετο ἀρχὴ, Ἀμβροσίου εἰς τὰ μάλιστα παρορμῶντος αὐτὸν, μυρίαις ὅπως οὐ προτροπαῖς, οὐ ταῖς διὰ λόγων καὶ παρακλήσεσιν αὐτὸ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀφθονωτάταις τῶν ἐπιτηδείων χορηγίαις. ταχυγράφοι τε γὰρ αὐτῷ πλείους ἢ ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν παρῆσαν ὑπαγορεύοντι, χρόνοις τεταγμένοις ἀλλήλους ἀμείβοντες· βιβλιογράφοι τε οὐκ ἥττους, ἅμα καὶ κόραις ἐπὶ τὸ καλλιγραφεῖν ἠσκημέναις, ὧν ἁπάντων τὴν δέουσαν τῶν ἐπιτηδείων ἄφθονον περιουσίαν ὁ Ἀμβρόσιος παρεστήσατο. *Euſeb. Hiſt. Eccleſ.* lib. 6. cap. 22.

De hujus rei veritate diſſentit *Photius*, temmate 121. loquens de *Hippolyto*. Λέγεται δὲ καὶ οὗτος προσομιλεῖν τῷ λαῷ κατὰ μίμησιν Ὠριγένους, ᾧ καὶ συνήθης μάλιστα καὶ ἐραστὴς τῶν λόγων ὑπῆρχεν· ὡς καὶ προτρέψασθαι αὐτὸν τὴν θείαν ὑπομνηματίσαι γραφὴν, ἑπτὰ καταστήσας αὐτῷ καὶ ὑπογραφέας ὀξεῖς ταχυγράφους, καὶ ἑτέρους τοσούτους γράφοντας εἰς κάλλος, ὧν ἦν καὶ τὰς δαπάνας αὐτὸς χορηγῶν· καὶ ταύτῃ ὑπηρετούμενος αὐτῷ, ἀπαιτεῖν αὐτὸν ἀπαραιτήτως τὸ ἔργον· ἐξ οὗ καὶ ἐργοδιώκτην ἐν μιᾷ τῶν ἐπιστολῶν παρὰ Ὠριγένους κληθῆναι. Credibile eſt vel *Photium*, vel eos, ex quorum autoritate hæc refert, in hunc errorem prolapſus fuiſſe ex malè intellecto *Hieronymi* loco in *Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum* in *Hippolyto*. Si legas, nullus dubito, quin mecum conſenties.

Ejuſdem etiam munificentiæ cum multis aliis *Suidas* in *Origene*, & *Nicephorus Calliſtus* (lib. 5. cap. 14.) meminerunt. Quantum verò profecerit in bonis literis, quámque feliciter doctrina ſecularis & *Chriſtiana* in eo-

dem habitavit, *Hieronymus* & *Origenes* nos docuerunt. Is enim de illius ſcriptis, ut docto non indignis, judicium tulit. Οὐκ ἄκομψος ἐν τῇ εὐφυΐᾳ ἐγένετο, καθὰ αἱ πρὸς Ὠριγένην τούτου δηλοῦσιν ἐπιστολαί· *Hieronymus* in *Catal. Script. Eccleſ.* in *Ambroſio*. *Origenes* etiam, eximiæ eruditionis viro confiſus, ei veniam conceſſit, ut quod ſcripſerat, prout viſum eſt, emendaret: etenim in extremo epiſtolæ, quam de *Suſanna* miſerat ad *Africanum*, hæc habet; *Salutat te, qui dictandæ epiſtolæ fuit adjutor, & toti interfuit, quæ voluit corrigens, dominus meus & frater ſanctus, Ambroſius.* In alia quoque epiſtola de eodem hæc ſcripſit *Origenes*: unde intelligere poſſis eum omnium doctrinarum ſtudioſum fuiſſe. Ὁ ἱερὸς Θεοῦ, καὶ γνησίως ἀνακείμενος Ἀμβρόσιος πολλά σε προσηγόρευσεν, ὅστις νομίζων με φίλοπον εἶναι, καὶ πάνυ διψᾶν τοῦ θείου, ἤλεγξε τῇ ἰδίᾳ φιλοπονίᾳ, καὶ τῷ πρὸς τὰ μαθήματα ἔρωτι. ὅθεν ἐπὶ τοσοῦτόν με παρελήλυθεν, ὥστε κινδυνεύειν ἀπαυδᾶν πρὸς τὰς αὐτοῦ προτάσεις. οὔτε γὰρ δειπνῆσαί ἐστιν ὅτι μὴ ἀντιβαλλόντα, οὔτε δειπνήσαντα ἔξεστι περιπατῆσαι, καὶ διαναπαῦσαι τὸ σωμάτιον· ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς καιροῖς ἐκείνοις φιλολογεῖν, καὶ ἀκριβοῦν τὰ ἀντίγραφα ἀναγκαζόμεθα. οὔτε μὴν ὅλην ἐπὶ θεραπείᾳ τοῦ σώματος τὴν νύκτα ἔξεστιν ἡμῖν κοιμᾶσθαι, ἐπὶ πολὺ τῆς φιλολογίας παρατείνοντα. *Suidas* in Ὠριγ. Singularem viri pietatem prædicti autores memoriæ prodiderunt: hic in præfatione ad *Joannis* Evangelium; *Atqui, Quid hæc omnia ſibi velint? dices in hæc ſcripta incidens, ô Ambroſi, verè homo Dei, & homo in Chriſto, & qui pro virili contendis eſſe ſpiritualis, nec amplius homo:* ille in epiſtola ad *Marcellam*; *Ambroſius, quo chartas, ſumptus, notarios miniſtrante, tam innumerabiles libros verè Adamantius ille Chalcenterus noſter explicavit; in quadam epiſtola, quam ad eundem de Athenis ſcripſerat, refert nunquam ſe cibum Origene præſente ſumpſiſſe, nunquam iniiſſe ſomnum, niſi unus è fratribus literis ſacris perſonaret: hoc diebus egiſſe & noctibus, ut & lectio orationem exciperet, & oratio lectionem. Quid nos, ventris animalia, tale unquam fecimus, quos ſi vel ſecunda hora legentes invenerit, oſcitamus, manu faciem defricantes, continemus ſtomachum, &, quaſi poſt multum laborem, mundialibus rurſum negotiis occupamur.* Sanè eò fidei & conſtantiæ provectus eſt, ut *Chriſtum* confiteri, & pœnas indè ſecuturas pati non formidaret, καὶ θείας ἐξομολογήσεως ἐπίσημος ἐγένετο· *Hieron. Catal. Script. Eccleſ.* in *Ambr.* Τὸν γε μὴν Ῥωμαίων αὐτοκράτορα Ἀλέξανδρον, τρισὶν ἔτεσιν ἐπὶ δέκα τὴν ἀρχὴν διανύσαντα, Μαξιμῖνος Καῖσαρ διαδέχεται. ὃς δὴ κατὰ κότον, τὸν πρὸς τὸν Ἀλεξάνδρου οἶκον, ἐκ πλειόνων πιστῶν συνεστῶτα, διωγμὸν ἐγείρας, τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν ἄρχοντας μόνους, ὡς αἰτίους τῆς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον διδασκαλίας, ἀναιρεῖσθαι προστάττει. τότε καὶ Ὠριγένης τὸν Περὶ μαρτυρίου συντάττει, Ἀμβροσίῳ καὶ Πρωτοκλήτῳ, πρεσβυτέρῳ τῆς ἐν Καισαρείᾳ παροικίας, ἀναθεὶς τὸ σύγγραμμα, ὅτι δὴ ἄμφω περίστασις οὐχ ἡ τυχοῦσα ἐν τῷ διωγμῷ κατειλήφει. ἐν ᾗ καὶ * διαπρέψαι [* διαπρέψαι] κατέχει λόγος ἐν ὁμολογίᾳ τοὺς ἄνδρας. *Euſeb. Hiſt. Eccleſ.* lib. 6. cap. 27.

Reſtat aliud tanti viri encomium; de quo ſi tacerem, ſaxa, quibus Dei templum extruitur, clamarent, ejúſque penetralia, pluſquam Furiarum verbera, aures meas iracundâ voce perſtringerent. Geſtit calamus & feſtinat tam piæ mentis propoſitum ſemel iterúmque literis tradere, & nobiliſſimæ juventuti commendare.

VIXIT AMBROSIUS, IMPERANTE SEVERO, DIVES, STIRPE CLARA PROGNATUS, SANCTUS, DOCTUS, MECÆNAS, IDEMQUE ἘΚΚΛΗΣΙ´ΑΣ ΔΙΑ´ΚΟΝΟΣ. *Hieron. Catal. Script. Eccleſ.* in *Ambr.*

Meâ tamen intererit, quem natura duriorem effinxiſſe videtur, quàm ut alios ſtuperem, vel adularer, etiam nævos ejus detegere, & lapſus dolentiùs deplorare: nam ipſe *Origenes* in epiſtola, quam ſcribit ad *Fabianum*, *Romanæ* urbis Epiſcopum, pœnitentiam agit cur talia ſcripſerit, & cauſes temeritatis in *Ambroſium* refert; quòd ſecretò edita in publicum protulerit. *Hieron.* ad *Pamm.* & *Ocean.* *De err. Orig.* Optarem ſanè, ut quæ *Naſo* de corpore jactat de ingeniis hominum polliceret;

Nullus in egregio corpore nævus erit:

verùm ad utrumque ſua deformitas adhæret & turpitudo; atque animarum propria eſt quorundam nimius amor & admiratio.

Pag. 1. lin. 18. Περὶ τοῦ Κέλσου] Laboris paululum inſumendum ſtatuo, ut quo tempore floruit, quæ ſcripſit, cui etiam Philoſophorum ſectæ ſe *Celſus* adjunxit, patefaciam. Plures ejuſdem nominis, *Trajano* & *Adriano* Imperatoribus, vixiſſe neminem latet, hiſtoriæ vel mediocriter ſtudioſum. *Celſi* Juriſperiti, quémque inter alios Imperator aſſeſſorem habuit, *Spartianus* meminit in *Adriano*. *Cum judicaret*, inquit, *in concilio habuit non amicos ſuos, aut comites ſolùm; ſed Juriſconſultos, & præcipuè Julium Celſum.* Alium

Celſum,

Celſum, Conſularem virum, tunc temporis vixiſſe nobis retulit prædictus Autor; *In adoptionis ſponſionem venit Palma & Celſo, inimicis ſemper ſuis.* Idem ibid. Et alibi, *Quare Palma Terracinæ, Celſus Baiis, Nigrinus Faventiæ, Luſius in itinere, Senatu jubente, invito Adriano, ut ipſe in vita ſua dicit, occiſi ſunt.* Tertii quartique memoriam ab *Origene* accepimus, qui in primo contra *Celſum* nobis aliqualem utriusq; notitiam ſuppeditavit, pag. 8. Δύο δὲ παρειλήφαμεν Κέλσους γεγονέναι Ἐπικουρείους, τὸν μὲν πρότερον κατὰ Νέρωνα, τοῦτον δὲ κατ' Ἀδριανὸν, καὶ κατωτέρω. Huic *Lucianum Epicureæ* ſectæ, ſi quis alius, addictiſſimum *Alexandrum* ſuum, ſive *Pſeudomantem*, dicâſſe (etenim ejus hortatu ſcripſit) Illuſtriſſimus *Baronius* opinatur. Qua de re nemo dubitabit, qui libellum iſtum, aut cautè perlegit, oculiſve inſpicit non conturbatis: cùm in eo *Alexandri Abonotichitæ*, notiſſimi impoſtoris, vitam, ſcelera, deliramenta, & præſtigias *Lucianus* breviter complexus eſt. Quo quidem ſermone *Celſum* maximè delectatum credo; cùm omnes *Epicuræi* iſtiuſmodi nebulonum fraudes & impoſturas riſu ſibilíſque depellere ſoleant & diſſipare. Objicies forſan, Qui fieri hæc poſſunt? cùm *Celſus Marcellinæ* meminit, (lib. 5. pag. 272.) quæ *Gnoſticorum* ſectatrix, nacta graviſſimæ perſecutionis occaſionem ſub *Aniceto*, (id eſt, nî fallor, paulò ante tempora *Antonini Philoſophi*) ad *Romam* ſe contulit, & multos Orthodoxos exterminavit, teſte *Ireneo*, lib. 1. cap. 24. item *Epiphanio*, hæreſi 27. at *Lucianus*, *Trajano* imperante, floruit; λέγεται δὲ γενέσθαι ἐπὶ τοῦ Καίσαρος Τραϊανοῦ, καὶ ἐπέκεινα. Súntque hac in ſententia plurimi Autores minimè contemnendi. Reſpondet Clariſſimus *Voſſius*, (lib. 2. cap. 15. *De Hiſt. Græc.*) *Mihi ſecùs videtur; neque id levi de cauſa: quippe meminit Lucianus Marci Cæſaris ac belli Marcomannici ab eo geſti. Locus eſt in Alexandro, ſeu Pſeudomante.* Διαπέμπεται ἐν Γερμανίᾳ, πολέμου ἀκμάζοντος, ὅτε Θεὸς Μάρκος ἤδη τοῖς Μαρκομάνοις καὶ Κουάδοις συνεπλέκετο. *Vides, ut non tantùm belli meminerit cum Marcomannis & Quadis geſti, ſed Marcum vocet* Θεὸν, *hoc eſt, Divum: quod arguit naturæ ceſſiſſe, ac jam locatum fuiſſe cœlo. Quare extra controverſiam poni debet Lucianum tum Marci Antonini Philoſophi ætate vixiſſe, cùm referat ſermones, quos habuit ipſe cum Alexandro Pſeudomante, tum ſub Commodo, Antonini Philoſophi filio, quandoquidem Marcum appellat Divum.* De *Celſi* ætate idem ſtatuendum judico. Illuſtriſſimus etiam *Baronius*, cùm hunc ipſum *Luciani* locum de bello cum *Marcomannis* & *Quadis* geſto citâſſet, (anno *Chriſti* 171.) infert, *Quòd autem ad Lucianum pertinet, qui hæc ſcripſit, licèt omnes affirmant claruiſſe temporibus Trajani Imperatoris; tamen ex iiſdem ſcriptis liquidò conſtat eum ad hæc uſque tempora perveniſſe, ac etiam eadem ſupergreſſum eſſe.* Rectè quidem, *Baroni*; at minus placet, quod habes ad annum 145. *Porrò horum (id eſt, Ophitarum) originem adeò antiquam fuiſſe, ut Valentino haud poſteriores fuerint, ex eo cognoſci facilè poteſt, quòd Celſus, qui vixit temporibus Adriani (ut idem Origenes teſtatur) haud dubium & Antonini, eorum dogmata callens, contumeliæ causâ, quaſi Chriſtianis omnibus eſſent contraria, eadem Catholicis objicere ſolitus erat:* etenim minimè credibile eſt, aut *Celſum*, aut *Lucianum*, temporibus *Adriani* floruiſſe; quoniam hic belli cum *Marcomannis* ſuſcepti meminit, & prædictum librum *Celſo* dicavit. Inter quæ tempora, viz. *Adriani* Imperium & bellum *Marcomannicum*, annorum circiter quinquaginta ſpatium interjectum puto: cautè igitur *Origenes* appoſuit Καὶ κατωτέρω. Dices verò, Unde conſtat tibi cum hoc *Celſo* familiaritatem iſtam contractam eſſe? Reſpondeo: Primò, Mecum conſentiunt Clariſſimi Viri, *Cæſar Baronius* (in *Annal. Eccl.* ad annum *Chriſti* 132.) & *Gerardus Voſſius*, (libro *De Sectis Philoſophorum.*) Secundò, Patet ex *Origene* & *Luciano* quendam ſic appellatum *Contra Magiam* ſcripſiſſe. Tertiò, Apud utrumque *Epicureus* audit. Quartò, Tempore conveniunt. Atque hactenus de ætate.

Scripta quod attinet, cùm ex æquo impietatem & eruditionem redolere videantur, ſi vituperio laudéque digna judicarem, quis (modò *Lucianum* illi amiciſſimum excipias) ægrè feret? Atque hujus rei teſtimonium præ manibus habemus Ἀληθῆ λόγον, librum in duos tomos diſtinctum, & lectu jucundiſſimum: ſive Philoſophorum & *Chriſtianorum* vetuſtiſsimorum lites cognoſcere cupias; ſeu proprias vires experiri; aut *Origenem* ſtrenuè refutantem tuis laudibus cohoneſtare velis. Præter hunc, quem jam commemoravi, *Celſi* librum, cui titulus eſt Ἀληθὴς λόγος, alium eruditiſſimum *Contra decantatas Magorum artes* conſcripſit: de quo audi *Lucianum* in *Pſeudomante.* Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ περὶ τοῦτο ἐπιτετηδευμένα, ὧν οὐκ ἀναγκαῖον μεμνῆσθαι ἁπάντων, ὡς μὴ ἀπειρόκαλοι εἶναι δοκοίημεν, καὶ μάλιστα σοὶ ἐν οἷς Κατὰ Μάγων συνέγραψας, καλλίστοις τε ἅμα καὶ ὠφελιμωτάτοις συγγράμμασι, καὶ δυναμένοις σωφρονίζειν τοὺς ἐντυγχάνοντας,

ναίας, ἱκανὰ παραδεδωκὼς καὶ πολλῷ τούτων πλείονα. Huic concinit *Origenes* noſter, qui, (*lib*. 1. *pag*. 53.) ſuis plurimùm confiſus conjecturis, librum quendam *Contra Magiam* ſcriptum ei adjudicare non veretur: Ὁρᾷς ὡς διὰ τούτων οἱονεὶ παραδέχεται μαγείαν εἶναι, οὐκ οἶδα εἰ ὁ αὐτὸς ὢν τῷ γράψαντι Κατὰ μαγείας βιβλία πλείονα. Lib. 4. pag. 186. dubitat, an is quoque duorum librorum autor fuerit, quos in *Chriſtianos* conſcriptos dicit: Ὁ δὲ κρίνειν μᾶλλον Πλάτωνος δυνάμενος ὁ Ἐπικούρειος Κέλσος (εἴ γε οὗτός ἐστι καὶ ὁ Κατὰ Χριστιανῶν ἄλλα δύο βιβλία συντάξας) τάχα ἡμῖν φιλονεικῶν, οὐ μὴ ἐρεῖ ἐνθέως, ἐνθέοις ὀνόμασιν. Præter jam dictos pollicitus eſt alium *De bene vivendi præceptis* dare: quem an ipſe confecit, aut confectus periit, planè neſcio. Ad hujus operis finem habes atteſtantem *Origenem*, lib. 8. pag. 428. Ἴσθι μέντοι ἐπαγγειλάμενον τὸν Κέλσον ἄλλο σύνταγμα μετὰ τοῦτο ποιήσειν, ἐν ᾧ διδάξειν ἐπηγγείλατο ὅπη βιωτέον τοὺς βουλομένους αὐτῷ καὶ δυναμένους πείθεσθαι. Cui verò Sectæ adhæſit, certiùs & pleniùs ex *Origene* & *Luciano* intelligimus: quorum ille paſſim ei objicit *Epicuri* dogmata & errores, lib. 1. pag. 8, 10, 16. lib. 2. pag. 97. lib. 3. pag. 131, 141, 159. lib. 4. pag. 200, 213. lib. 5. pag. 232. hic *Pſeudomantem* ideo ſe ſcripſiſſe profitetur; ut ſuam erga *Celſum* gratitudinem teſtatam relinqueret, & *Epicurum* illi chariſſimum vendicaret; Ταῦτα, ὦ φιλότης, ὀλίγα ἐκ πολλῶν δείγματος ἕνεκα γράφειν ἠξίωσα, καὶ σοὶ μὲν χαριζόμενος, ἀνδρὶ ἑταίρῳ καὶ φίλῳ, καὶ ὃν ἐγὼ πάντων μάλιστα θαυμάσας ἔχω, ἐπί τε σοφίᾳ, καὶ τῷ πρὸς ἀλήθειαν ἔρωτι, καὶ τρόπου πρᾳότητι, καὶ ἐπιεικείᾳ, καὶ γαλήνῃ βίου, καὶ δεξιότητι πρὸς τοὺς συνόντας· τὸ πλέον δὲ, ὅπερ καὶ σοὶ ἥδιον, Ἐπικούρῳ τιμωρῶν, ἀνδρὶ ὡς ἀληθῶς ἱερῷ, καὶ θεσπεσίῳ τὴν φύσιν. Etenim *Alexander Epicuro*, & ejus ſectatoribus, adeò infenſus erat; ut ſciſcitanti cuipiam, Quid *Epicurus* apud Inferos ageret, μολυβδίνας, ἔφη, ἔχων πέδας ἐν βορβόρῳ κάθηται· ejus libros in Foro combuſſit; monuit etiam *Ponticos*, *Chriſtianos* & *Epicureos*, λίθοις ἐλαύνειν· & *Amaſtriano* nunquam oraculum reddidit; quòd plurimi *Epicurei* in iſtac civitate habitabant: nec mirum; Τίνι γὰρ ἄλλῳ δικαιότερον προσεπολέμει γόης ἄνθρωπος, καὶ τερατείᾳ φίλος, ἀληθείᾳ δὲ ἔχθιστος, ἢ Ἐπικούρῳ, ἀνδρὶ τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων καθεωρακότι, καὶ μόνῳ τὴν ἐν αὐτοῖς ἀλήθειαν εἰδότι; ὁ μὲν γὰρ ἀμφὶ τὸν Πλάτωνα, καὶ Χρύσιππον, καὶ Πυθαγόραν φίλος, καὶ εἰρήνη βαθεῖα πρὸς ἐκείνους ἦν· ὁ δ' ἄτεγκτος Ἐπίκουρος, (οὕτω γὰρ αὐτὸν ὠνόμαζεν) ἔχθιστος δικαίως· πάντα ταῦτα ἐν γέλωτι καὶ παιδιᾷ τιθέμενος· *Lucian.* ibidem. Ἐν τούτῳ καὶ τὰ πρὸς τὸν ἐπιγεγραμμένον καθ' ἡμῶν Κέλσου τοῦ Ἐπικουρείου Ἀληθῆ λόγον ὀκτὼ τὸν ἀριθμὸν συγγράμματα συντάττει· *Euſeb. Hiſtor. Eccleſ.* lib. 6. cap. 36. Hæc omnia ea de cauſa citavi, ut *Hornium*, qui, poſthabitâ Hiſtoriarum fide, *Celſum* inter *Stoicos* recenſuit, è profundiſſimo, quo tenetur, ſomno excitarem. Nam ità ille (lib. 5. cap. 4. *Hiſt. Philoſ.*) *Origenes verò, qui contra ſacrum illud caput, Celſum Stoicum, ſcripſit, omnes Stoicos accuratè rimatus doctiſſimus Philoſophus fuit.*

Vides, Lector, qualem, & quantum *Chriſtianæ* religionis adverſarium ardor gloriæ, & dæmonum malevolentia, ſuſcitavit, adverſarium ingenio præditum, diſciplinis excultum, inſtructum philoſophiâ, eloquentiâ ornatum, Hiſtoricis verſatiſſimum, & omnigenâ rei literariæ copiâ locupletatum; quibus omnibus acceſſit livor, qui linguam exacuit, & totas ingenii vires veneno infecit, velut efflaentem *Neſſi* cruorem ebibiſſet: verùm Deus, ſuorum providus, *Origenem*, fortiori parem, iſto ſuperiorem, ad pugnam committendam animavit; qui, haſtam vibrare & ſpicula retorquere doctus, ingruentem hoſtem vix uni manu citiùs dejecit, quàm dejecti ſpolia alterâ detraxit & reportavit. Hinc illud *Hieronymi* (Epiſtolâ ad *Magnum, oratorem Romanum*) *Scripſerunt contra nos Celſus, atque Porphyrius: priori Origines; alteri Methodius, Euſebius, & Apollinarius fortiſsimè reſponderunt; quorum Origenes octo ſcripſit libros; Methodius uſque ad decem millia procedit verſuum; Euſebius & Apollinarius viginti quinque & triginta volumina condiderunt. Lege eos, & invenies nos comparatione eorum imperitiſsimos, &, poſt tanti temporis otium, vix, quaſi per ſomnium, quod pueri didicimus recordari.*

Pag. 4. lin. 51. Ἀγάπην Χριστιανῶν] *Athenag. legat. pro Chriſtianis*, pag. 4. Τρία ἐπιφημίζουσιν ἡμῖν ἐγκλήματα, ἀθεότητα, Θυέστεια δεῖπνα, Οἰδιποδείους μίξεις. Quaſi hoc in loco *Origenes* meminit, viz. ſeditionis. *Celſus* omnia notavit, κρύφα Χριστιανοὺς τὰ ἀρέσκοντα ἑαυτοῖς ποιεῖν καὶ διδάσκειν εἰπὼν, pag. 5. Huic verò, & reliquis criminibus, quibus obteri Chriſtiana pietas videbatur, reſpondent Patres: atque

Primam ab infidelibus oblatam criminationem depellunt, *Juſtinus*, *Apologiâ* ſecundâ, & alibi; *Athenagoras*, *legationis pro Chriſtianis* pag. 5. *Tertullianus* ſæpiſſime in Apologetico.

Secundam, *Juſtinus*, *Apologiâ* primâ, pag. 50. Καὶ γὰρ αὐτὸς ἐγὼ, inquit, τοῖς Πλάτωνος χαίρων

χαίρων διδάγματι, διαβαλλομένους ἀκούων Χριστιανοὺς, ὁρῶν δὲ ἀφόβους πρὸς θάνατον, καὶ πάντα τὰ ἄλλα νομιζόμενα φοβερὰ, ἐνενόουν ἀδύνατον εἶναι ἐν κακίᾳ καὶ φιληδονίᾳ ὑπάρχειν αὐτούς. Τίς γὰρ φιλήδονος, καὶ ἀκρατὴς, καὶ ἀνθρωπίνων σαρκῶν βορὰν ἀγαθὸν ἡγούμενος, δύναιτο ἂν θάνατον ἀσπάζεσθαι, ὅπως τῶν αὐτοῦ ἀγαθῶν στερηθῇ· ἀλλ' οὐκ ἐκ παντὸς ζῆν μὲν ἀεὶ τὴν ἐνθάδε βιοτὴν, καὶ λανθάνειν τοὺς ἄρχοντας ἐπειρᾶτο· οὐχ ὅτι γε ἑαυτὸν κατήγγελλε φονευθησόμενον; *Athenag. Legat.* ad finem. *Theoph.* ad *Autolycum*, lib. 3. *Tatian.* orat. *Contra gentes*: Παρ' ἡμῖν οὐκ ἔστιν ἀνθρωποφαγία, ψευδομάρτυρες οἱ ἐπιτηδευόμενοι γεγόνατε. *Tertull. Apol.* cap. 9. *Erubeſcat error veſter Chriſtianis, qui ne animalium quidem ſanguinem in epulis eſculentis habemus; qui propterea quoque ſuffocatis & morticinis abſtinemus, nè quo modo ſanguine contaminemur, vel intra viſcera ſepulto. Denique inter tentamenta Chriſtianorum botulos etiam cruore diſtentos admovetis, certiſsimi ſcilicet illicitum eſſe penès illos, per quod exorbitare eos vultis. Porrò, quale eſt, ut quos ſanguinem pecoris horrere confiditis, humano inhiare credatis? niſi fortè ſuaviorem eum experti.* Idem, cap. 7. *Dicimur ſceleratiſsimi, de ſacramento infanticidii, & pabulo indè, & poſt convivium inceſto; quòd everſores luminum canes, lenones ſcilicet tenebrarum & libidinum impiarum inverecundia procurent. Dicimur tamen ſemper, nec vos quod tam diu dicimur eruere curatis: ergò, aut eruite, ſi creditis, aut nolite credere, qui non eruiſtis. De veſtra vobis diſsimulatione præſcribitur non eſſe, quod nec ipſi audetis eruere.* Et *Minutius Felix* in *Octavio*. *Nobis homicidium nec videre fas, nec audire: tantúmq; ab humano ſanguine cavemus; ut nec edulium pecorum in cibis ſanguinem noverimus.*

Tertiam, *Minutius Felix* itidem. *Et de inceſto convivio fabulam grandem adversùs nos dæmonum coitio mentita eſt; ut gloriam pudicitiæ deformis infamiæ averſione macularet.* Item *Juſtinus*, qui in *Apologia* ſecunda rejicit prædicta flagitia in *Simonis*, *Menandri*, & *Marcionis*, Diſcipulos; eóſque ſuſpicionis cauſam Gentibus dediſſe opinatur: εἰ δὲ καὶ τὰ δύσφημα ἐκεῖνα μυθολογούμενα ἔργα πράττουσι, λυχνίας μὲν ἀνατροπὴν, καὶ τὰς ἀνέδην μίξεις, καὶ ἀνθρωπείων σαρκῶν βορὰς, οὐ γινώσκομεν. ἀλλ' ὅτι μὴ διώκονται, μηδὲ φονεύονται, ὑφ' ὑμῶν, κἂν διὰ τὰ δόγματα, ἐπιστάμεθα. ἔστι δὲ ἡμῖν καὶ σύνταγμα κατὰ πασῶν τῶν γεγενημένων αἱρέσεων συντεταγμένον, ὃ, εἰ βούλεσθε ἐντυχεῖν, δώσομεν. Eundem ſequitur *Euſebius*, lib. 5. cap. 7. *Eccleſ. hiſt.* Vide & *Epiphanium*, hæreſ. 48. ad finem. Verùm, quid ſi *Chriſtianorum* ſervi, nec *Chriſto*, nec dominis fideles, nè mortem & ſupplicia ſubirent, pro carnificum arbitrio plurima effutiebant, qualia *Chriſtiani* minimè perpetrârunt? Id certè ſemel contigiſſe didici ex *Euſebio*; (*Eccleſ. hiſt.* lib. 5. cap. 1.) Συνελαμβάνοντο δὲ καὶ ἐθνικοί τινες οἰκέται τῶν ἡμετέρων· (ἐπεὶ δημοσίᾳ ἐκέλευσεν ὁ ἡγεμὼν ἀναζητεῖσθαι πάντας ἡμᾶς) οἳ καὶ κατ' ἐνέδραν τοῦ Σατανᾶ, φοβηθέντες τὰς βασάνους, ἃς τοὺς ἁγίους ἔβλεπον πάσχοντας, τῶν στρατιωτῶν ἐπὶ τοῦτο παρορμώντων αὐτοὺς, κατεψεύσαντο ἡμῶν Θυέστεια δεῖπνα, καὶ Οἰδιποδείους μίξεις, καὶ ὅσα μήτε λαλεῖν, μήτε νοεῖν θέμις ἡμῖν· ἀλλὰ μηδὲ πιστεύειν, εἴ τι τοιοῦτο πώποτε παρὰ ἀνθρώποις ἐγένετο. τούτων δὲ φημισθέντων, πάντες ἀπεθηριώθησαν εἰς ἡμᾶς, ὥστε καὶ εἴ τινες τὸ πρότερον δι' οἰκειότητα ἐμετρίαζον, τότε μεγάλως ἐχαλέπαινον, καὶ διεπρίοντο καθ' ἡμῶν. At *Chriſtiani* oſcula dederunt: (*Juſtin. Apol.* 2. pag. 97.) imò ſe mutuò *fratres* & *ſorores* appellârunt: (*Tertull. Apolog.* cap. 39. *Athenag. Legat. Clemens, Strom.* 5.) atque exinde forſan calumniandi anſam *Pagani* arripiebant. Miraris? dicam tibi. *Chriſtianos*, ſiqui graviter peccârunt, Eccleſiæ præpoſiti ejicere ſolebant; illi, dolore commoti, veniam efflagitant, & ſe ante genua fratrum, & Sacerdotum pedes volvunt; hinc Phraſes hujuſmodi paſſim apud Eccleſiaſticos autores occurrunt, *Advolvi Presbyteris*, & *Volutando caligas fratrum detergere.* Talis erat veterum *Chriſtianorum* diſciplina; quam tamen *Cæcilius* apud *Minutium*, arreptâ ex hoc corporis geſtu occaſione, ſic calumniatus eſt. *Alii, inquit, eos ferunt ipſius Antiſtitis ac Sacerdotis colere genitalia.* Vide *Rigaltium* ad *Minutii* locum.

Quartam, *Tertull. Apol.* cap. 39. *Hæc coitio Chriſtianorum meritò ſanè illicita, ſi illicitis par; meritò damnanda, ſi quis de ea queritur eo titulo, quo de factionibus querela eſt. In cujus perniciem aliquando convenimus? Hoc ſumus congregati, quod & diſperſi: hoc univerſi, quod & ſinguli; neminem lædentes, neminem contriſtantes. Cùm probi, cùm boni coeunt, cùm pii, cùm caſti congregantur: non eſt factio dicenda, ſed Curia.* Idem, cap. 30. *Illuc ſuſpicientes Chriſtiani, manibus expanſis, quia innocuis, capite nudo, quia non erubeſcimus, denique ſine monitore, quia de pectore oramus, precantes ſumus ſemper pro omnibus Imperatoribus; Vitam illis prolixam, imperium ſecurum, domum tutam, exercitus fortes, Senatum fidelem, populum probum, orbem quietum, quæcunque hominis & Cæſaris vota ſunt.* Item *Juſtinus*, *Apol.* 2. pag. 64.

Pag. 5. lin. 46. Καὶ ἐν τῷ ἴσχειν] *Juſt. Apol.* 1.

 pag.

pag. 45. Καὶ νῦν ἐκ τῶν ὑπ' ὄψιν γινομένων μαθεῖν δύνασθε. δαιμονιολήπτους γὰρ πολλοὺς κατὰ πάντα τὸν κόσμον, καὶ ἐν τῇ ὑμετέρᾳ πόλει, πολλοὶ τῶν ἡμετέρων ἀνθρώπων, τῶν Χριστιανῶν, ἐπορκίζοντες κατὰ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, ὑπὸ τῶν ἄλλων πάντων ἐπορκιστῶν, καὶ ἐπαστῶν, καὶ φαρμακευτῶν μὴ ἰαθέντας, ἰάσαντο, καὶ ἔτι νῦν ἰῶνται, καταργοῦντες καὶ ἐκδιώκοντες τοὺς κατέχοντας τοὺς ἀνθρώπους δαίμονας. Idem *Dialogo* cum *Tryphone*, pag. 247, 302, 311. *Tertullian.* ad *Scapulam*, cap. 2. *Dæmones autem non tantùm reſpuimus; verùm & revincimus, & cottidie traducimus, & de hominibus expellimus: ſicut plurimis notum eſt.* Idem ibidem cap. 4. *Hæc omnia tibi & de officio ſuggeri poſſunt, & ab eiſdem advocatis, qui & ipſi beneficia habent Chriſtianorum, licèt adclament quæ volunt. Nam & cujuſdam Notarius, cùm à Dæmone præcipitaretur, liberatus eſt; & quorundam propinquus & puerulus: & quanti honeſti viri (de vulgaribus enim non dicimus) aut à dæmoniis, aut valetudinibus remediati ſunt? Ipſe etiam Severus, pater Antonini, Chriſtianorum memor fuit: nam & Proculum Chriſtianum, qui Torpacion cognominabatur, evodiæ Procuratorem, qui eum per oleum aliquando curaverat, requiſivit, & in palatio ſuo habuit uſq; ad mortem ejus.* Idem in *Apologetico*, cap. 23. *Sed hactenus verba; jam hinc demonſtratio rei ipſius, quâ oſtendemus unam eſſe utriuſque nominis qualitatem. Edatur hìc aliquis ſub tribunalibus veſtris, quem dæmone agi conſtet: juſſus à quolibet Chriſtiano loqui ſpiritus ille tam ſe dæmonem confitebitur de vero, quàm alibi Deum de falſo. Æquè producatur aliquis ex iis, qui de Deo pati exiſtimantur, qui aris inhalantes numen de nidore concipiunt, qui ructando curantur, qui anhelando præfantur; iſta ipſa virgo cœleſtis, pluviarum pollicitatrix, iſte ipſe Æſculapius medicinarum demonſtrator, aliàs demorituris Scordii & denatii & Aſclepiadoti ſumminiſtrator: niſi ſe dæmones confeſſi fuerint, Chriſtiano mentiri non accedentes, ibidem illius Chriſtiani procaciſſimi ſanguinem fundite. Quid iſto opere manifeſtius? quid hâc probatione fidelius? ſimplicitas veritatis in medio eſt; virtus illi ſua aſſiſtit, nihil ſuſpicari licebit Magiâ aut aliquâ ejuſmodi fallaciâ fieri. Dictis non ſtetis, ſi oculi veſtri & aures permiſerint vobis. Quid autem eniti poteſt adversùs id, quod oſtenditur nudâ ſinceritate?* Vide & eundem capite vigeſimo ſeptimo. Inquit & *Irenæ9*, (lib. 2. cap. 56.) *Tantum abſunt ab eo, ut mortuum excitent, quemadmodum Dominus excitavit & Apoſtoli per orationem, & in fraternitate, ſæpiſſime propter aliquid neceſſarium, eâ, quæ eſt in quoquo loco, Eccleſiâ univerſâ poſtulante per jejunium, & ſupplicationem multam, reverſus eſt ſpiritus mortuo, & donatus eſt homo orationibus Sanctorum.* Idem, libro eodem, cap. 57. *Alii enim Dæmones excludunt firmiſſimè & verè, ut etiam ſæpiſſime credunt ipſi, qui emundati ſunt à nequiſſimis ſpiritibus, & ſint in Eccleſia, alii autem & præſcientiam habent futurorum, & viſiones, & dictiones Propheticas, alii autem laborantes aliquâ infirmitate per manûs impoſitionem curant, & ſanos reſtituunt.* Vide eundem lib. 5. cap. 8. *Arnob.* lib. 1. *Adversùs gentes. Cyprianus* ad *Demetrianum. O ſi audire eos velles, & videre, quando à nobis adjurantur, & torquentur ſpiritalibus flagris, & verborum tormentis de obſeſſis corporibus ejiciuntur, quando ejulantes, & gementes voce humanâ, & poteſtate divinâ flagella & verbera ſentientes, venturum judicium confitentur. Veni, & cognoſce vera eſſe quæ dicimus.* Eundem vide epiſtolâ ſecundâ ad *Donatum*, & epiſtolâ viceſimâ ſextâ ad *Magnum.* Vide & *Origenem* in Evangelium *Joannis*, tom. 26. eundémque *contra Celſum*, pag. 7, 20, 34, 53. 62, 124, 127, 334, 337, 376.

In ſequentibus ſeculis rariorem hujuſmodi miraculorum uſum invenio. Nec mirum: nam

Primò, Hæreſes, quæ tunc temporis graſſabantur, plura & certiora divini Spiritûs argumenta efflagitârunt, nè plebs *Chriſtiana* plus fidei Hæreticorum Magiæ, quàm doctrinæ Orthodoxorum, adhiberet. Idque ſubindicare videtur *Irenæus*, qui, lib. 2. cap. 56. priuſquam virtutes, quæ tunc in Eccleſia viguerunt, deprædicabat, hæc de *Simonis* & *Carpocratis* effutiis præfatus eſt; *Super hæc arguentur qui ſunt à Simone & Carpocrate, & ſiqui alii virtutes operari dicuntur, non in virtute Dei, neque in veritate, neque in beneficiis hominibus facientes ea quæ faciunt, ſed in perniciem & errorem per Magicas eluſiones, & univerſâ fraude plùs lædentes quàm utilitatem præſtantes his, qui credunt iis, in eo quòd ſeducant:* ſequitur; *Nec enim cæcis poſſunt donare viſum,* &c. Item lib. 2. cap. 57. *Sed, ſi aliquid faciunt, per Magicam, quemadmodum diximus, operati, fraudulenter ſeducere nituntur inſenſatos, fructum quidem & utilitatem nullam præſtantes, in quos virtutes perficere ſe dicunt: adducentes autem pueros inveſtes, & oculos deludentes, & phantaſmata oſtendentes ſtatim ceſſantia, & nè quidem ſtillicidio temporis perſeverantia, non Jeſu Domino noſtro, ſed Simone Mago ſimiles oſtenduntur.* Et paucis interjectis infert; *Quapropter & illius nomine,* &c. Quis verò neſcit veteres

iſtos

iſtos Hæreticos impoſtores fuiſſe, & Magiæ peritiſſimos; ſi vel *Epiphanium* inſpexerit, vel *Irenæum*: illum lib. 1. hær. 22. de *Menandro*; hunc autem lib. 1. cap. 21. de eodem: illum itidem lib. 1. hær. 23. de *Saturnilo*; *Irenæum* etiam lib. 1. cap. 23. de eodem. *Utuntur autem*, inquit, *& imaginibus, & incantationibus, & invocationibus, & reliquâ universâ * parergâ.* [* forſan legend. *periergiâ.*] *Marci* præſtigias, & ſeducendi artes, vide apud *Irenæum*, lib. 1. capp. 8, 9. & *Epiphanium*, hæreſi 34. Audi etiam quantum *Carpocratiani*, artes maleficas exercentes, *Chriſtianæ* fidei offecerunt: docebit *Epiphanius* hær. 27. Ἐπέθεντο γὰρ ἑαυτοῖς ἐπίκλην, Χριστιανοὶ, πρὸς τὸ σκανδαλίζεσθαι τὰ ἔθνη δι' αὐτῶν, καὶ ἀποστρέφεσθαι τὴν τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας ὠφέλειαν, καὶ τὸ ἀληθινὸν κήρυγμα διὰ τῆς ἐκείνων ἀθεμιτουργίας, καὶ ἀνεικάστου κακοπραγίας, εἰς τὸ τὰ ἔθνη κατανοοῦντα αὐτῶν τὰ ἐπάλληλα ἔργα τῶν ἀθεμιτουργιῶν, νομίσαντα καὶ τοὺς τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας τοιούτους εἶναι, ἀποστρέφειν, ὡς καὶ προεῖπον, τὴν ἀκοὴν ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ κατ' ἀλήθειαν διδασκαλίας, ἢ καὶ ὁρῶντάς τινας πάντως ὁμοίως βλασφημεῖν. καὶ τούτου ἕνεκα οἱ πλείους τῶν ἐθνῶν, ὅπου δὴ ἂν ἴδωσι πιστοὺς, οὔτε ἐπὶ κοινωνίᾳ ἡμῖν προσφέρονται ληψοδοσίας, ἢ γνώμης, ἢ ἀκοῆς λόγου θείου, οὔτε τὴν ἀκοὴν ἐπιδιδόασιν, ἐπτοημένοι ἀπὸ τῆς τῶν ἀθεμίτων ἀνοσιουργίας. Docet & *Irenæus*, lib. 1. cap. 24.

Secundò, Quamplurimi veracitatem *Chriſti* & Apoſtolorum in dubium vocârunt, eóſque Magicarum artium peritiſſimos crediderunt: quibus refutandis longa miraculorum ſeries perquàm neceſſaria videbatur. *Celſus Chriſtum* ab *Ægyptiis* artem Magicam didiciſſe non ſemel calumniatur. Idem *Judæi*, & *Simon Samaritanus* (pater omnium Hæreticorum & magiſter, *Irenæo* ſi credas, lib. 1. cap. 30.) ſuſpicati ſunt. Pro viribus etiam Hæreſiarchæ & gentilitii cultûs propugnatores aſtruebant. *Si autem & Dominum per phantaſmata hujúſmodi feciſſe dicunt; ad Propheticæ reducentes eos ex ipſis demonſtrabimus*, &c. *Irenæus*, lib. 2. cap. 57. *Quapropter neque paſſum eum, ſed Simonem quendam Cyrenæum angariatum portâſſe crucem ejus pro eo, & hunc ſecundùm ignorantiam & errorem crucifixum transfiguratum ab eo, uti putaretur ipſe eſſe Jeſus, & ipſum autem Jeſum Simonis accepiſſe formam, & ſtantem irriſiſſe eos.* *Iren.* lib. 1. cap. 23. item *Epiphanius* hær. 24. De ceteris religionis *Chriſtianæ* inimicis ex unico *Juliano* conjecturam facias, quem, apud *Cyrillum Alexandrinum* libro ſexto, audi ſuo more *Chriſti* miracula elevantem: Ὁ δὲ Ἰησοῦς, ἀναπείσας τὸ χείριστον τῶν παρ' ὑμῖν, ὀλίγους πρὸς τοῖς τριακοσίοις ἐνιαυτοῖς ὀνομάζεται, ἐργασάμενος παρ' ὃν ἔζη χρόνον ἔργον οὐδὲν ἀκοῆς ἄξιον, εἰ μή τις οἴεται τοὺς κυλλοὺς καὶ τυφλοὺς ἰάσασθαι, καὶ δαιμονῶντας ἐπορκίζειν, ἐν Βηθσαϊδᾷ καὶ ἐν Βηθανίᾳ ταῖς κώμαις, τῶν μεγίστων ἔργων εἶναι. Quid de *Paulo* ſenſerit habes libro tertio; Ἀλλὰ καὶ τὸν πάντας πανταχοῦ τοὺς πώποτε γόητας καὶ ἀπατεῶνας ὑπερβαλλόμενον Παῦλον· item de *Petro*, libro nono; de omnibus, libro decimo; Ὁ δὲ καὶ τοὺς ἀποστόλους ὑμῶν εἰκός ἐστιν, μετὰ τὴν τοῦ διδασκάλου τελευτὴν ἐπιτηδεύσαντας, ὑμῖν τε ἐξαρχῆς παραδοῦναι τοῖς πρώτοις πεπιστευκόσι, τὸ χειρότερον ὑμῖν αὐτοὶ μαγγανεῦσαι, τοῖς δὲ μετ' αὐτοὺς ἐπιδεῖξαι δημοσίᾳ τῆς μαγγανείας ταύτης καὶ βδελυρίας τὰ ἐργαστήρια. *Arnob.* lib. 1. *Adverſùs Gentes*, pag. 15. *Occurſurus forſitan alius eſt cum multis aliis calumnioſis illis & puerilibus vocibus; Magus fuit, Clandeſtinis artibus omnia illa perfecit, Ægyptiorum ex adytis Angelorum potentium nomina & remotas furatus eſt diſciplinas.*

Tertiò, Unde aliquis inſulſiſſimorum nebulonum pervicaciam redargueret, eorum maximè, qui ſe *Chriſto* nunc pares, nunc præſtantiores jactitabant; quàm ex virtutum divinarum demonſtratione, & miraculorum copia? *Iren.* lib. 1. cap. 24. De *Carpocratianis*; *Hos autem*, inquit, *in nullo deminorari à Jeſu. Animas enim ipſorum ex eadem circumlatione devenientes, & ideo ſimiliter contemnentes mundi fabricatores, eâdem dignos habitos eſſe virtute, & rurſus in idem abire. Si quis autem plùs quàm ille contempſerit ea, quæ ſunt hîc, poſſe meliorem quàm illum eſſe.* *Epiphanius*, lib. 1. hær. 27. & *Irenæus* itidem, lib. 2. cap. 57. *Dicentes autem ſe ex eadem circulatione cum Jeſu habere animas & ſimiles illis eſſe, aliquando autem & meliores, ad opera producti, quæ ille ad utilitatem hominum & firmitatem fecit, nihil tale, nec ſimile, neque ſecundum aliquid, in comparationem quod venire poſſet, perficere inveniuntur.*

Quartò, Forſan nonnulli hæc Dei beneficia animo parùm grato receperunt, & ſingulari numinis benignitate abuſi ſunt, vel exigendo mercedem, vel pro libitu denegando opem, vel locupletibus ſolis benefaciendo, vel tantæ virtutis gloriam ſibi vendicando: quibus omnibus Deus commotus invitus retrahit quæ ultrò communicavit. Exempla ſuâ vetuſtate veneranda ſi requiras, lege *Athenæum* lib. 7. cap. 1. *Deipnoſoph.* Si recentiora, vide *Petrum Halloix*, *De Scriptoribus Orientalibus*,

rientalibus, in annotationibus ad vitam *Polycarpi*. Si verò dubites, utrùm Deus hæc SS. Spiritûs dona impiis, ut ego ſuppoſui, & infidelibus impertitus eſt, adi Philologorum Principem, Clariſſ. *Montacutium*, tomo primo partis poſterioris *Originum Eccleſiaſticarum:* qui tibi Eccleſiæ lumina præferet, & offuſas tenebras diſſipabit.

Quintò, Auctâ ſcientiâ ceſſant miracula. Huic concinit tritum illud *Græcorum:* Θαύματα μωρίας. *Ariſt.* lib. 1. *Metaphyſ.* cap. 2. Ἄρχονται μὲν γὰρ, ὥσπερ εἴπομεν, ἀπὸ τοῦ θαυμάζειν πάντες εἰ οὕτως ἔχει. Veritatis initium *Plato* ſtatuit θαυμάσαι τὰ πράγματα, in *Theæteto*. Idem præcipit *Matthias* ἐν παραδόσεσι· Θαύμασον τὰ παρόντα, βαθμὸν τοῦτον πρῶτον τῆς ἐπέκεινα γνώσεως ὑποτιθέμενος. Nec abludit Evangelium ſecundùm *Hebræos*; Ὁ θαυμάσας βασιλεύσει, καὶ ὁ βασιλεύσας ἀναπαυθήσεται. *Clem. Alex. Stromat.* 2. Ea enim documenta, quæ ſapientioribus ſuffecerint, non ità facilè vulgus à propoſito dimoverent; at rarò quenquam invenies ità ſtupidum & obduratum, quin, viſis miraculis, tantæ rei cauſam exquireret, agnoſceret Deum, & inſtar *Neptuni* exclamaret,

Hom. Iliad. ν. v. 99, 100.

Ὢ πόποι, ἦ μέγα θαῦμα τόδ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι,
Δεινὸν, ὃ οὔποτ' ἔγωγε τελευτήσεσθαι ἔφασκον.

Si & prædictis adjicerem, Sextò, Deum his mediis conatum eſſe introductam, prout ejus novitas poſtulavit, religionem ſtabilire; Septimò, Emendare gentes; Octavò, In temporibus diræ immanitatis fideles conſolari; & Nonò, Eorundem ſanitati proſpexiſſe, cùm pauciſſimi fuerint literis ſecularibus eruditi: forſan à vero non aberrarem, utcunque judicent doctiores. *Tertulliani* locum addam è libro *De anima*, cap. 9. *Eſt ſoror apud nos, revelationum chariſmata ſortita, quas in Eccleſia inter Dominica ſolennia per extaſin in ſpiritu patitur, converſatur cum angelis, aliquando etiam cum Domino, & videt & audit ſacramenta, & quorundam corda dignoſcit, & medicinas deſiderantibus ſumit.*

Pag. 5. lin. 53. Ὡς Σωκράτει] Ea intellige pericula, in quæ ſe intulit, ut *Theramenem* à *Critia*, ejúſque militum, furore defenderet (*Diod.* lib. 14.): vel, cùm ſolus ſuffragia contra legem ferri vetuit, quod ex odio contra Duces conflato reliqui omnes *Prytanes* ſummoperè conati ſunt, (*Xenoph.* lib. 1. *Hiſt. Græc.*): vel cùm ſe triginta Tyrannis immorigerum præſtitit, nec *Leontem*, prout juſſerant, ad luendum capitis pœnas *Salamine* eduxit (*Plato*, *Apolog. Socratis*): vel, cùm *Alcibiadem Potidææ* ſaucium ſtrenuè protexit (*Plutarch.* in *Alcibiade*. *Plato* in *Charmide*): vel, cùm *Xenophontem*, equo dilapſum commiſsâ ad *Delium* pugnâ, in humeros ſuſcepit, & multa confecit ſtadia, ut eundem liberaret (*Laert.* in *Socrat.* *Strabo*, lib. 9.): vel, cùm *Anytus*, *Melitus* & *Lycon* fictis criminibus populum concitabant, & innocentis vitam ſuſtulerunt (*Plato* & *Xenoph.* in *Apol.*).

Pag. 5. lin. 54. Ὡς Πυθαγόρᾳ] *Plutarch.* *De Stoicorum repugnantiis*. Τὸ μὲν οὖν τὰ τοιαῦτα συμπτώματα τῶν καλῶν κἀγαθῶν ἀνδρῶν, οἷα ἡ Σωκράτους καταδίκη, καὶ ὁ Πυθαγόρου ζῶντος ἐμπρησμὸς ὑπὸ τῶν Κυλωνείων, καὶ Ζήνωνος ὑπὸ Δημύλου τυράννου, καὶ Ἀντιφῶντος ὑπὸ Διονυσίου, στρεβλουμένων ἀναιρέσεις, ἐπὶ προνοίας παραπέμπειν ἀπεικάζειν, ὅσον εὐχερείας ἐῶ. Meminère *Laertius*, & *Suidas* in *Pythag.* & *Arnobius* lib. 1. *Contra gentes*; *Athenagoras* itidem *Legat. pro Chriſtianis*; item *Plutarchus* libro *De Socratis genio*. *Suidas* verò & *Laertius* referunt, ex autoritate aliorum, eum incolumem exiiſſe domo, priuſquam incenderetur; contigiſſe verò, ut fugiens agrum fabis plenum tranſiret, ubi cùm, religionis ergô, conſtitiſſet, ab inſequentibus comprehenſus eſt & jugulatus. Alii eum factione *Metapontinâ* obiiſſe tradunt: ut *Porphyrius* in *Vita Pythagoræ*. Ilum alii, poſtquam domus, in quam frequenter conveneruntr, deflagraret ex incendio, elapſum referant, ponte ex Diſcipulorum corporibus confecto: cùm vero illis ſe orbatum ſentiret, totus in dolore poſitus necem ſibi conſcivit. *Laertius* ex *Hermippo* refert eum *Agrigentinis* opem tuliſſe: illum verò, reliquis in fugam verſis, in fabarum campo, quem circumiit, trucidatum fuiſſe: (*Laert.* in *Pythag.*) De ejus periculis plura habes apud *Porphyrium* libro *De vita Pythagoræ*, *Suidam*, & *Laertium*: item apud *Jamblichum*, cap. 35, 36.

Pag. 5. lin. 56. Εὐθέως Ἀθηναῖοι] *Laertius* in *Socrate*. Ἀθηναῖοι δ' εὐθὺς μετέγνωσαν, ὥστε κλεῖσαι καὶ παλαίστρας καὶ γυμνάσια. καὶ τοὺς μὲν ἐφυγάδευσαν, Μελήτου δὲ θάνατον κατέγνωσαν, Σωκράτην δὲ χαλκῆς εἰκόνος ἐτίμησαν, ἣν ἔθεσαν ἐν τῷ Πομπείῳ, Λυσίππου ταύτην ἐργασαμένου· Ἄνυτόν τε ἐπιδημήσαντα αὐθημερὸν ἐξεκήρυξαν Ἡρακλεῶται. *Tertull. Apologet.* cap. 14. *Sed propterea damnatus eſt Socrates, quia Deos deſtruebat. Planè olim, id eſt ſemper, veritas odio eſt. Tamen cùm pœnitentiâ ſententiæ Athenienſes criminatores Socratis poſtea afflixerint, & imaginem ejus aream in Templo collocarent, reſciſſa damnatio teſtimonium*

nium Socrati reddidit. Plutarch. libro *De Invidia & Odio.* Καὶ τοὐναντίον αὖ πάλιν αἱ περὶ ἄκρατοι πονηρίαι συνεπιτείνουσι τὸ μῖσος. τοὺς γοῦν Σωκράτη συκοφαντήσαντας, ὡς εἰς ἔσχατον κακίας ἐληλακότας, οὕτως ἐμίσησαν οἱ πολῖται, καὶ ἀπεστράφησαν, ὡς μήτε πῦρ αὔειν, μήτε ἀποκρίνεσθαι πυνθανομένοις, μήτε λουομένοις κοινωνεῖν ὕδατος· ἀλλ' ἀναγκάζειν ἐκχεῖν ἐκεῖνο τοὺς παραχύτας, ὡς μεμιασμένον· ἕως ἀπήγξαντο, μὴ φέροντες τὸ μῖσος. Vide & *Diodorum* lib. 14. Et lege, ſi vacat, ipſum *Socratem* inimicos ſuos de futuris miſeriis admonentem apud *Platonem* in *Apologia Socratis*, pag. 38, 39. Hæc omnia, Deo vindice, perpeſſi ſunt *Athenienſes*, eò quòd *Socrati* Impietatis notam & Atheiſmi inuſſerunt, & virum nullius ſceleris ſibi conſcium morti tradiderunt. Sanè longè aliter ſancti & eruditi viri, delectu magis quàm temeritate ducti, judicârunt; *Juſtinus*, *Apolog.* 2. pag. 55. item in *Paraneſi*, pag. 48. *Arnobius*, lib. 1. *Contra gentes*, pag. 14. *Clemens Alexandrinus*, *Admon. ad gentes* pag. 15. *Numenius* lib. *De Platonis Arcanis* apud *Euſebium*, lib. 13. cap. 5. *Evangelicæ Præparationis. Lactantius*, lib. 5. cap. 15. Nollem igitur te mirari, Lector, aut horrore pluſquam ſolito percelli, ſi & nunc dierum nonnulli, quorum mentibus caligo atque tenebræ offunduntur, & rectior Dei Opt. Max. colendi ratio non ità clarè innoteſcit, velut παροιστροὶ & furiis agitati in modeſtos viros, quos ſuâ cæcitate & pervicaciâ parùm delectatos nôrunt, Scepticiſmum & ἀθεότητα impingunt; cùm vel hinc tibi conſtare poſſit, etiam priſtinis temporibus in more poſitum fuiſſe, literatorum gloriæ invidere, & viros ſummâ integritate & innocentiâ condemnare. *Neque moramur irreligioſos quoſdam, imò & Atheos videri poſſe. Re ipsâ enim Athei non ſunt; ſed, cùm falſa & horrenda Attributa à quibuſdam Deo affingi deprehenderent, nullum potiùs quàm tale numen credere maluerunt: veris honeſtetur Attributis, tantùm aberit ut non credant, quòd ſi nullum hujuſmodi daretur, tale exoptaverint numen.* Illuſtriſſ. Heros *Baro Herbertus* in libro *De veritate.*

Pag. 6. lin. 1. Οὐδ' ἐπὶ Πυθαγόρᾳ] Hujus ſeditionis inter *Pythagoricos* & *Italicos* exortæ meminit *Strabo* lib. 9. & *Polybius* lib. 2. *Hiſt.* Eos verò pœnituiſſe conſtat ex *Jamblicho*, cap. 35. *De vita Pythagoræ*; Ἐπιγινομένων δὲ πολλῶν ἐτῶν, καὶ τῶν περὶ τὸν Δείναρχον ἐν ἑτέρῳ κινδύνῳ τελευτησάντων, ἀποθανόντος καὶ Λιτάγους, ὅσπερ ἦν ἡγεμονικώτατος τῶν στασιασάντων, ἔλεός τις καὶ μετάνοια ἐπέστη, καὶ τοὺς παραλελειμμένους αὐτῶν ἐβουλήθησαν κατάγειν. μεταπεμψάμενοι δὲ πρεσβευτὰς ἐξ Ἀχαΐας δι' ἐκείνων πρὸς τοὺς ἐκπεπτωκότας διελύθησαν, καὶ τοὺς ὅρκους εἰς Δελφοὺς ἀνέθηκαν. ἦσαν δὲ τῶν Πυθαγορείων καὶ περὶ ἑξήκοντα τὸν ἀριθμὸν, οἱ κατελθόντες ἄνευ τῶν πρεσβυτέρων, ἐν οἷς ἐπὶ τὴν ἰατρικὴν τινες κατενεχθέντες, καὶ διαίτῃ τοὺς ἀρρωστοῦντας θεραπεύοντες, ἡγεμόνες κατέστησαν τῆς εἰρημένης μεθόδου. συνέβη δὲ καὶ τοὺς σωθέντας διαφερόντως παρὰ τοῖς πολλοῖς εὐδοκιμοῦντας κατὰ τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ λεγόμενον πρὸς τοὺς παρανομοῦντας. Hæc, ea maximè de cauſa, citavi, ut ſceleratiſſimi nebulones, quorum ſtudium totum in conviciis & literatorum odio collocatur, ſuum reprimant furorem, & lacrymarum vi, quas contriſtatum pectus effundit, ubique terrarum accenſas ad bonarum literarum incendium faces reſtinguant. Perlectis enim, quæ jamjam commemoravi, ſerò pœnitentium inſtantiis, acriùs pungit conſcientiæ ſtimulus, timor numinis mentem percellit, infernalis exagitat, dies noctéſque irrequietas agunt, atque ſuis tandem dolis diffiſi, ut ſibimet faveant, innocentibus parcent, & mutatis conſiliis communem juſtorum patrem atque vindicem placabunt, priuſquam vindicta velut è nube fulgor erumpat, aut lenitatem priſtinam commutet in furorem. Sanè quivis æquiore animo hujuſmodi miſerias pateretur, ſi aut ſui magìs culpâ, quàm aliorum rabie calamitoſus eſſet; aut tanti mali autor doctrinam attulerat iſti parem impietati. Verùm ipſa res loquitur: *Cylo Crotoniates*, (quem ego, propter mores aſperos & licentiam effrænatam, durum hominem, vel potiùs vix hominem, judicarem,) multis opibus congeſtis, ſe *Pythagoræorum* ſodalitio longè digniſſimum exiſtimabat: at *Pythagoras*, explorato hominis ingenio, ſtatim dimiſit; nè pacem, quam coluit, & conſenſum diſcipulorum dominandi libidine divelleret, & ſanctiſſimam diſciplinam ſuis flagitiis contaminaret. Hinc incenſa *Milonis* domus, in quam pietatis & exercitii gratiâ convenerant: hinc diſſipati ſociorum ordines: hinc ſpumas agunt in ore, quibus deturpare ſymbola & obliterare volunt: hinc inſana *Cylonis* avaritia *aurea* ſuffurari *carmina* meditata eſt: hinc clamores, & ejulatus, unde venerandum quinquennalis ſilentii ſacramentum rumpitur; quod nec levi de cauſa ſenex præcepit, nec juventus profitebatur. Miraris? non ignota loquor: geſtit illa ſpumi, quam inteſtinæ diſcordiæ & exortæ tempeſtates ſuſcitârunt, aquis illudere & inſultare. Riſit *Nanus* de putei margine conſpiciens *Hercu-*

lem ad imum præcipitatum; & ſi fortè ſimia *Bucephalum* conſcenſit, calcaribus punget, cohibebit frænis, nunc manu demulcebit, ſtatim verberibus caſtigabit, ſic

Fingit equum tenerâ docilem cervice magiſter.

Perbeatum hominum genus! quibus licitum erit cuticulam ſimul & religionem impenſiùs reliquis curare, congeſtis frui decimis, & neſcire Muſas, jactâque harpagine ſibi rerum omnium emolumenta atq; ipſos homines adhamare, quâ nec ſtipites curſu fluminis devectos attrahere *Caſtellioni* concedebatur. Si nunc dierum vixeris, ô bone *Auguſtine*, forſan verbis paululum mutatis, tuam ſententiam protuleras, *Surgunt indocti & rapiunt* terram; & rapiant.

Pag. 6. lin. 4. Μεγάλη Ἑλλάδι] *Tull.* lib. 4. *Tuſc. Quæſt.* l. 5. *Vel eorum, qui in hac terra fuerunt, MAGNAMque GRÆCIAM, quæ nunc quidem deleta eſt, tum florebat, inſtitutis & præceptis ſuis erudierunt. Tull. De Amicitia.*

Pag. 6. lin. 50. Παρατιθέμενος Ἡρόδοτον] Πέρσας δὲ οἶδα νόμοισι τοιοῖσι χρεωμένους, ἀγάλματα μὲν, καὶ νηοὺς, καὶ βωμοὺς οὐκ ἐν νόμῳ ποιευμένους ἱδρύεσθαι, ἀλλά τε τοῖσι ποιεῦσι μωρίην ἐπιφέρουσι, ὡς μὲν ἐμοὶ δοκέειν, ὅτι οὐκ ἀνθρωποφυέας ἐνόμισαν τοὺς θεοὺς, καθάπερ οἱ Ἕλληνες, &c. De his *Herodotus* in *Clio*: & *Strabo*, lib. 15.

Pag. 6. lin. 52. Ἐν τῇ πολιτείᾳ] Hujus libri ſæpius meminit *Laertius* in *Zenone*. *Plutarchus*, Oratione primâ *De fortuna Alexandri*, à *Zenone* ſcriptum putat ὥσπερ ὄναρ, ἢ εἴδωλον εὐνομίας φιλοσόφου καὶ πολιτείας· aliter apud eundem *Zopyrus*, *Sympoſiacῶn* lib. 3. quæſt. 6. Ὡς ἔγωγε, νὴ τὸν κύνα, καὶ τοῦ Ζήνωνος ἂν ἐβουλόμην, ἔφη, διαμεμαρτυρηκέναι ἐν συμποσίῳ τινὶ καὶ παιδιᾷ μᾶλλον ἢ σπουδῆς τοσαύτης ἐχομένῳ συγγράμματι τῇ πολιτείᾳ κατατετάχθαι. Hoc verò illius decretum memoratur apud *Plutarchum* libro *De Stoicorum repugnantiis*. Et verbis paululum mutatis invenies apud *Theodoretum Serm.* 3. & *Clementem Alexandrinum*, libro *Stromatum* 5. Huic affine eſt illud *Platonis* lib. 12. *De legibus*, pag. 955. Θεοῖσι δὲ ἀναθήματα χρεὼν ἔμμετρα τὸν μέτριον ἄνδρα ἀνατιθέντα δωρεῖσθαι. γῆ μὲν οὖν ἑστία τε οἰκήσεως ἱερὰ πᾶσι πάντων θεῶν, μηδεὶς οὖν δευτέρως ἱερὰ καθιερούτω θεοῖς. χρυσὸς δὲ καὶ ἄργυρος, ἐν ἄλλαις πόλεσιν, ἰδίᾳ τε καὶ ἐν ἱεροῖς ἐστιν ἐπίφθονον κτῆμα. ἐλέφας δὲ ἀπολελοιπότος ψυχὴν σώματος οὐκ εὐαγὲς ἀνάθημα. σίδηρος δὲ καὶ χαλκὸς πολέμων ὄργανα. ξύλου δὲ μονόξυλον ὅ, τι ἂν ἐθέλῃ τις ἀνατιθέτω, καὶ λίθου ὡσαύτως πρὸς τὰ κοινὰ ἱερά. Hunc locum *Clemens Alexandrinus Stromatum* libro quinto ſic tranſcripſit, & *Theodoretus Serm.* 3. Huic etiam *Lactantius* alluſit, ſed parùm candidè, lib. 6. cap. 25. *Ebur, inquit Plato, non caſtum donum Deo. Quid ergò? Picta ſcilicet & texta pretioſa? imò verò non caſtum donum Deo, quicquid corrumpi, quicquid ſurripi poteſt; ſed ſicut hoc vidit, non oportere viventi afferre aliquid, quod ſit ex mortuo corpore, cur illud non vidit, non debere incorporali corporale munus afferre?* Rectiùs, ni fallor, *Theodoretus*, Sermone prædicto, interpretatus eſt; Ὅτι δὲ τὴν Ἀθηναίων δεδιὼς τὸν δῆμον οὐ παντελῶς ἀπηγόρευσε τὴν ἀγαλμάτων τὴν ποίησιν, αὐτόθεν καταμαθεῖν εὐπετές. πρῶτον μὲν γὰρ ἰδίᾳ κατασκευάζειν τινὰ θεῶν εἰκόνας ἐκώλυσεν, ἔπειτα δὲ τὸν χρυσὸν, καὶ τὸν ἄργυρον, ὡς ἐπιφθόνους ὕλας καὶ εἰς ἱεροσυλίαν ἐρεθιζούσας ἐξέβαλε, τὸν ἐλέφαντα δὲ ὡς ἐναγῆ περιηγόρευσεν, τὸν δὲ χαλκὸν καὶ τὸν σίδηρον πολέμῳ προσήκειν ἔφησεν, οὐκ ἀγαλματουργίᾳ θεῶν. ἐκ ξύλων δὲ μόνων καὶ λίθων προσέταξε διαγλύφεσθαι· εἰδὼς, οἶμαι, τὴν ὕλην εὐκαταφρόνητον καὶ ταύτῃ ἱκανὴν τοὺς ὁρῶντας μὴ θεῖα νομίζειν, μηδὲ σέβειν τὰ εὐτελῆ τε καὶ ὤνια. Hanc eruditiſſimi viri conjecturam, ſi mearum partium eſſet, innumeris argumentis, quæ ſedula *Platonis* lectio ſuppeditabit, confirmare poteram; me verò aliàs vocat elegantiſſimum *Xenophanis Colophonii* carmen;

Ἀλλ' οἱ βροτοὶ δοκοῦσι γεννᾶσθαι θεοὺς,
Καὶ ἴσην τ' αἴσθησιν ἔχειν, φωνήν τε δέμας τε.
At mortales homines gigni putant Deos
Senſibus æquales, & voce, & corpore nobis.

Sequitur ex eodem,

Ἀλλ' εἴ τοι χεῖρας εἶχον βόες, ἢ ἐλέφαντες,
Ἢ γράψαι, χείρεσσί τε ἔργα τελεῖν, ἅπερ ἄνδρες,
Ἵπποι μὲν θ' ἵπποισι, βόες δέ τε βουσὶν ὁμοίας
Καί γε θεῶν ἰδέας ἔγραφον, καὶ σώματ' ἐποίουν
Τοιαῦθ' οἷόν περ κ' αὐτοὶ δέμας εἶχον ὁμοῖον.
Si manibus poſſent uti tauri, atque elephantes,
Pingere vel manibus, vel, quæ nos, facta referre,
Jam ſimiles & equis divos bubúsque videres
Cornipedes pinxiſſe, & equos taurósque bicornes,
Haud alio factos, quàm quo ipſi corpore nunc ſunt.

Numa, *Moſem* imitatus, conſimilem tulit legem: uti tradit *Clemens Alexandrinus Strom.* lib. 1. Huic conſentiunt *Dionyſius Halicarnaſſenſis* & *Plutarchus*, qui inductæ legis eandē rationem

nem reddidêre. Vide *Euſebium*, *Præparationis Evangelicæ* lib. 3. cap. 8. ex *Plutarcho*, item lib. 1. cap. 9. Cetera, quæ locum ſpectant, veterum teſtimonia lubens adjeciſſem; ſi eadem à clariſſimo *Grotio* in *Explicatione Decalogi* ſumma cum diligentia in unum collecta non inveniſſem.

Pag. 7. lin. 54. Ἐξωτερικοὶ] *Clemens*, *Strom.* 5. Λέγουσι δὲ καὶ οἱ Ἀριστοτέλους τὰ μὲν ἐσωτερικὰ εἶναι τῶν συγγραμμάτων αὐτῶν· τὰ δὲ κοινά τε καὶ ἐξωτερικά. *A. Gellius*, *Noct. Attic.* lib. 20. cap. 5. Similis ordo diſciplinæ *Pythagoricæ* etenim ex diſcipulis, quos inſtituit: hi ἀκουστικοὶ vel ἀκουσματικοὶ, hi μαθηματικοὶ dicebantur: *A. Gell. Noct. Att.* lib. 1. cap. 9. *Clem. Strom.* 5. *Jambl. De vita Pythag.*

Pag. 7. lin. 56. Πυθαγόρᾳ] *Clemens Alexandrinus*, *Strom.* 2. Καὶ γὰρ ἄτοπον τοὺς μὲν Πυθαγόρου τοῦ Σαμίου ζηλωτὰς τῶν ζητουμένων τὰς ἀποδείξεις παραιτουμένους τὸ, Αὐτὸς ἔφα, πίστιν ἡγεῖσθαι, καὶ ταύτῃ ἀρκεῖσθαι μόνῃ τῇ φωνῇ πρὸς τὴν βεβαίωσιν ὧν ἀκηκόασι· τοὺς δὲ τῆς ἀληθείας φιλοθεάμονας ἀπιστεῖν ἐπιχειροῦντας ἀξιοπίστῳ διδασκάλῳ τῷ μόνῳ Σωτῆρι Θεῷ, βασάνους τῶν λεγομένων ἀπαιτεῖν παρ' αὐτοῦ. *Theodoret. Serm.* 1. *De Fide.* Καὶ γὰρ ὁ Πυθαγόρας ἐκεῖνος ὁ πολυθρύλλητος, ὁ Μνησάρχου μὲν υἱὸς, Φερεκύδου δὲ φοιτητὴς, ὁ τῆς Ἰταλικῆς αἱρέσεως ἡγησάμενος, νόμον ἐτεθήκει τοῖς φοιτηταῖς πενταετῆ χρόνον σιγὴν ἄγειν, καὶ μόνον ἐπέχειν τῷ λόγῳ τὰς ἀκοὰς, ἵνα ἀναμφισβητήτως καὶ ἀμαχήτως δέχωνται τὰ λεγόμενα, πιστεύοντες οὕτως ἔχειν, καὶ μὴ πολυπραγμονοῦντες ὡς ἐνδοιάζοντες. Τῷ τοι καὶ οἱ ἐκεῖνον διαδεξάμενοι, εἴ τις ἐπήτησε τῶν λεγομένων ἀπόδειξιν, Αὐτὸς ἔφα, λέγειν εἰώθεσαν, πάσης ἀποδείξεως ἰσχυροτέραν καὶ εἶναι νομίζοντες, καὶ ἔχειν κελεύοντες τὴν Πυθαγόρου φωνήν. εἰ δὲ ἀπέχρησεν εἰς πίστιν ἐνόμιζον καὶ οἱ λέγοντες καὶ οἱ ἀκούοντες τοῦ Πυθαγόρου εἶναι δόγματα καὶ μαθήματα· τίς οὗτος ἄρα ἠλίθιος, μᾶλλον δὲ ἐμβρόντητος, ὡς τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων διδάσκοντος ἐνδοιάσῃ, καὶ μὴ πιστεύσῃ τοῖς λεγομένοις, καὶ μηδὲ τοσοῦτον ἀπονεῖμαι σέβας τῷ τῶν ὅλων Θεῷ, ὅσον τῷ Πυθαγόρᾳ προσένειμαν οἱ τῆς ἐκείνου διδασκαλίας μετεσχηκότες;

Pag. 7. lin. 56. Ἄλλοι δὲ ἀναπόῤῥήτῳ] *Clemens*, *Strom.* 5. Οὐκ ἀπεικότως ἄρα, καὶ τῶν μυστηρίων τῶν παρ' Ἕλλησιν ἀρχαὶ μὲν τὰ καθάρσια, καθάπερ καὶ τοῖς βαρβάροις τὸ λουτρόν· μετὰ ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ μικρὰ μυστήρια, διδασκαλίας τινὰ ὑπόθεσιν ἔχοντα, καὶ προπαρασκευῆς τῶν μελλόντων. τὰ δὲ μεγάλα περὶ τῶν συμπάντων· οὐ μανθάνειν ἔτι ὑπολείπεται, ἐποπτεύειν δὲ, καὶ περινοεῖν τήν τε φύσιν καὶ τὰ πράγματα. Exempla dat *Epicureos*, pag. 575. uti & *Stoicos Pythagoricóſque* ibidem; *Ægyptios* etiam pag. 566. *Plato* in *Phædone* pag. 67. Μὴ καθαρῷ γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι μὴ οὐ θεμιτὸν ᾖ· vide quæ ſequuntur. Idem in *Theateto*, Ἄθρει δὲ περισκοπῶν, μή τις τῶν ἀμυήτων ἐπακούῃ. εἰσὶ δὲ οὗτοί τε οὐδὲν ἄλλο οἰόμενοι εἶναι, ἢ οὗ ἂν δύνωνται ταῖν χεροῖν λαβέσθαι. *Clem. Alex. Strom.* 5. *Theodoret. Serm.* 1 *De fide.* A *Chryſippo* dictum eſt, Ὁ λέγων τοῖς ἀμυήτοις τὰ μυστήρια ἀσεβεῖ· *Laert.* in *Chryſippo.* Vide *Lyſidis Pythagor.* Epiſtolam ad *Hipparchum*, apud *Theodorum Canterum*, lib. 1. cap. 12. *Variarum lectionum*; & Epiſtolas *Græcas* à *Jacobo Cujacio Latinitate* donatas; & *Laertium* in *Pythag.* *Porphyrium* apud *Euſebium* lib. 4. cap. 8. *Præp. Evang.* *Juſtinum Paræn. adv. Gentes*; *Theodoretum Serm.* 1. *De fide*, per totum. *Sed ipſa myſteria figurarum cuniculis operiuntur, nè vel his ademptis nuda rerum talium ſe natura præbeat, ſed ſummatibus tantùm viris, ſapientiâ interprete veri arcani conſciis; contenti ſint reliqui ad venerationem figuris defendentibus à vilitate ſecretum.* *Macrob.* in *Somn. Scip.* lib. 1. cap. 2.

Pag. 8. lin. 44. Μίθρας]. *Ælius Lampr.* in *Commodo.* *Sacra Mithriaca homicidio vero polluit, cùm illic aliquid ad ſpeciem timoris vel dici vel fingi ſoleat.* In quem locum Clariſſimus *Salmaſius* hæc habet. *Rectè autem dixit aliquid in ſacris Mithriacis ad ſpeciem timoris fingi: non enim omnia ſic fingebantur ad pavorem fictum & ridiculum, ſed quædam etiam fiebant veri timoris & periculi plena; ut erant* Κολάσεις, *quibus tentabantur priùs, qui ſacris illis initiari habebant. De quibus Nonnus in ſecundam Nazianzeni Steleteuticam, cujus verba non erit alienum hìc adponere.* Τὸν Μίθραν νομίζουσι Πέρσαι τὸν ἥλιον εἶναι, καὶ τούτῳ θύουσι πολλὰς θυσίας, καὶ τελοῦνταί τινας εἰς αὐτὸν τελετάς· οὐδεὶς δὲ δύναται τελεσθῆναι τὰς τοῦ Μίθρου τελετὰς, εἰ μὴ διὰ πασῶν κολάσεων παρέλθοι, καὶ δείξοι ἑαυτὸν ἀπαθῆ τινα καὶ ὅσιον. λέγονται δὲ ὀγδοήκοντα εἶναι κολάσεις, αἳ κατὰ βαθμὸν δεῖ τὸν τελεσθησόμενον παρελθεῖν· οἷον πρότερον, διανήξασθαι ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ὕδωρ πολύ· εἶτα εἰς πῦρ ἐμβάλλειν ἑαυτόν· εἶτα ἐν ἐρήμῳ διαιτηθῆναι, καὶ ἀσιτῆσαι, καὶ ἄλλα τινὰ, ἄχρις οὗ, ὡς εἴπομεν, τὰς ὀγδοήκοντα κολάσεις παρέλθοι, καὶ τότε λοιπὸν ἐμύουν αὐτὸν τὰ τελεώτερα, ἐὰν ζήσῃ. *Quæ poſtrema verba indicant raros quoſdam, & paucos admodum, omnia illa* κολάσεων *& tentamentorum genera pervaſiſſe abſque vitæ periculo.* Vide etiam *Caſaubonum* in notis ad *Lampridii* locum, *Suidam* in Μίθρας. Specus, in quo initiari ſolebant, meminit *Juſtinus*, *Dial.* cum *Tryphone*, & *Apolog.*

polog. 2. item *Hieronymus* ad *Latam*; *Tertullianus*, *De Corona militis*, cap. 15. *Porphyrius* non ſemel, libro *De Nympharum antro*; *Firmicus*, *De errore profanæ religionis*. Vide *Luctatium* in Commentariis ad finem primæ *Thebaidos*; clariſſimum *Seldenum*, Syntagm. 1. cap. 6. *De DIs Syris*; *Cerdam* in notis ad *Tertulliani* librum *De corona militis*.

Pag. 8. lin 45. Σαββαδίοις] *Heſychius* & *Suidas* ſcribunt Σαβάζ. item *Clemens* in *Protreptico*; *Ariſtophanes*, & ejus *Scholiaſtes* in *Nubibus*, in *Lyſiſtrata*, & *Veſpis*; *Diodorus* lib. 4. *Euſtathius* in *Dionyſii* περιήγησιν· *Strabo* lib. 1. & *Harpocration*. Apud *Plutarch*. (*Sympoſ*. 4. quæſt. 5.) σάββους invenio: unde forſan Σαββάδιοι· Σάββους γάρ τε νῦν ἔτι πολλοὶ τοὺς Βάκχους καλοῦσι. Apud *Macrobium* legimus *Sebadium* (*Saturnalium* lib. 1. cap. 18.). Meminit & *Arnobius* lib. 5. *Contra gentes*, & *Firmicus*, *De err. prof. relig*. At quâ arte populo terrorem incutere ſolebant, & illudere, ex *Firmici*, *Arnobii*, & *Clementis* libris, quos jam citavi, intelligas. *Sebazium colentes Jovem Anguem, cùm initiantur, per ſinum ducunt*. *Firmicus* loco citato. *Ipſa noviſſima ſacra, & ritus initiationis ipſius, quibus Sebadiis nomen eſt, teſtimonio eſſe poterunt veritati, in quibus aureus coluber in ſinum dimittitur conſecratis, & eximitur rurſus ab inferioribus partibus atq; imis*. *Arnob*. lib. 5. Σαβαζίων γοῦν μυστηρίων σύμβολον τοῖς μυουμένοις ὁ διὰ κόλπου Θεός, δράκων δέ ἐστιν οὗτος, διελκόμενος τοῦ κόλπου τῶν τελουμένων. *Clemens* in *Protreptico*, pag. 17.

Pag. 13. lin. 9. Ἐν ταῖς ἑαυτῶν ἱστορίαις] Vide libros *Flavii Joſephi* contra *Apionem*; in quibus *Manethonis*, & reliquorum, figmenta redarguit. Rectiùs omnibus *Ptolemæus Mendezius* de rebus *Judaicis* in *Annalibus Ægyptiis* ſcripſiſſe videtur. *Tatian*. pag. 171. (*Contra gentes*.

Pag. 13. lin. 17. Ἀσσυρίων ἀρχαιολογίας] *Tatian*. Orat. *Contra Græcos*, pag 71. Βηρωσὸς, ἀνὴρ Βαβυλώνιος, ἱερεὺς τοῦ παρ᾽ αὐτοῖς Βήλου, κατ᾽ Ἀλέξανδρον γεγονὼς, Ἀντιόχῳ τῷ μετ᾽ αὐτὸν τρίτῳ τὴν Χαλδαίων ἱστορίαν ἐν τρισὶ βιβλίοις κατατάξας, καὶ τὰ περὶ τῶν βασιλέων ἐκθέμενος, ἀφηγεῖταί τινος αὐτῶν, ὄνομα Ναβουχοδονόσορ, τοῦ στρατεύσαντος ἐπὶ Φοίνικας καὶ Ἰουδαίους. *Flavius Joſephus* ex *Beroſo* lib. 1. *contra Apionem*. Ἀκούσας δ᾽ ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ναβοπολάσσαρος ... ἀκούσας δὲ μετ᾽ οὐ πολὺ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν Ναβουχοδονόσορος, καταστήσας τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον πράγματα, καὶ τὴν λοιπὴν χώραν, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους Ἰουδαίων τε καὶ Φοινίκων καὶ Σύρων, καὶ τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐθνῶν συντάξας τισὶ τῶν φίλων, μετὰ τῆς δυνάμεως καὶ τῆς λοιπῆς ὠφελείας ἀνακομίζειν εἰς τὴν Βαβυλωνίαν, αὐτὸς ὁρμήσας ὀλιγοστὸς παρεγένετο διὰ τῆς ἐρήμου εἰς Βαβυλῶνα. Vide & *Euſebium*, lib. 9. *Præp. Evang*. cap. 40. & lib. 10. cap. 11. *Scaligerum* etiam in *Appendice* ad *Emendat. temp*.

Pag. 13. lin. 35. Νουμήνιος] Hujus libri meminit *Euſebius*, *Evang. Præp*. lib. 9. cap. 7. & lib. 15. cap. 17. item ſecundi Περὶ τἀγαθοῦ, lib. 11. cap. 9. tertii, lib. 9. cap. 8. ſexti etiam his verbis, Καὶ ἐν τῷ ἕκτῳ περιστέλλει ταῦτα· ibid. lib. 11. cap. 18. & alibi, de librorum numero parùm ſolicitus, cum in τοῖς Περὶ τἀγαθοῦ indiſcriminatim citat, lib. 11. cap. 17, 21. Eundem etiam *Judæos* inter gentes, quæ ſapientiâ claruerunt, recenſuiſſe, & plurima ad ſacræ Scripturæ mentem ſcripſiſſe prædictus *Euſebius* atteſtatur, lib. 9. cap. 7. Καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ Πυθαγορικοῦ φιλοσόφου, τοῦ Νουμηνίου λέγω, ἀπὸ τοῦ πρώτου Περὶ τἀγαθοῦ τάδε παραθήσομαι· "Εἰς δὲ τοῦτο δεήσει "εἰπόντα καὶ σημηνάμενον ταῖς μαρτυρίαις "ταῖς Πλάτωνος ἀναχωρήσασθαι καὶ ξυνδήσασθαι "τοῖς λόγοις τοῦ Πυθαγόρου· ἐπικαλέσασθαι δὲ "τὰ ἔθνη τὰ εὐδοκιμοῦντα, προσφερόμενον "αὐτῶν τὰς τελετὰς καὶ τὰ δόγματα, τάς "τε ἱδρύσεις συντελουμένας Πλάτωνι ὁμολογουμένως, ὁπόσας Βραχμᾶνες, καὶ Ἰουδαῖοι, καὶ "Μάγοι, καὶ Αἰγύπτιοι διέθεντο. Idem, lib. 11. cap. 10. Ταῦτα μὲν ὁ Νουμήνιος, ὁμοῦ τὰ Πλάτωνος, καὶ πολὺ πρότερον τὰ Μωσέως, ἐπὶ τὸ σαφὲς διερμηνεύων. Idem, cap. 18. Ταῦτα ὁ Νουμήνιος· σὺ δ᾽ ἂν εἴης παραθεὶς αὐτοῖς τὰ ἀπὸ τῆς τοῦ Δαυὶδ προφητείας πάλαι παρ᾽ Ἑβραίοις τοῦτον ᾀδόμενα τὸν τρόπον, Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε; Idem, lib. 9. cap. 8. Διὰ δὴ τούτων ὁ Νουμήνιος καὶ τοῖς ὑπὸ Μωσέως ἐπιτελεσθεῖσι παραδόξοις θαύμασι, καὶ αὐτῷ δὲ ὡς θεοφιλεῖ γενομένῳ μαρτυρεῖ. *Porphyr*. in libro *De antro Nympharum*, (pag. 256. edit. *Cantabr. anno* 1655.) Νύμφας δὲ Ναΐδας λέγομεν καὶ τὰς τῶν ὑδάτων προεστώσας δυνάμεις ἰδίως· ἔλεγον δὲ καὶ τὰς εἰς γένεσιν κατιούσας ψυχὰς κοινῶς ἁπάσας. ἡγοῦντο γὰρ προσιζάνειν τῷ ὕδατι τὰς ψυχὰς θεοπνόῳ ὄντι, ὥς φησιν ὁ Νουμήνιος. διὰ τοῦτο λέγων καὶ τὸν προφήτην εἰρηκέναι, ἐμφέρεσθαι ἐπάνω τοῦ ὕδατος Θεοῦ πνεῦμα.

Pag. 13. lin. 40. Λέγεται καὶ Ἕρμιππος] Cùm plures ejuſdem nominis fuiſſe antiqui Scriptores tradidêre: vix ineptum erit de unoquoque paucis diſſerere; ut quis ille fuerit, de quo *Origenes* commemoravit, intelligamus. Antiquiſſimus omnium, ni fallor, erat *Athenienſis*, veteris Comœdiæ poeta, & quadraginta fabularum ſcriptor, uti *Suidas* in Ἕρμιππος. Hujus meminerunt, præter alios, *Ariſtophanes*, *Pollux*, *Stephanus*, *Athenæus*. Εἶθ᾽ Ἕρμιππος αὖθις πεποίηκεν εἰς ὑπέρβολον.

Ariſtoph.

Ariſtoph. in *Nebulis.* Scholiaſtes vult indè ſignificari ejus Ἀρτοπωλίδας, de quibus *Athenæus*, lib. 3. Ἕρμιππος ἐν Δημόταις, *Pollux*, lib. 10. cap. 37. *Athen.* lib. 7. ἐν Στρατιώταις, *Athen.* lib. 10. ἐν Μοίραις, idem lib. 11, & 15. ἐν Θεοῖς, id. lib. 10, & 11. ἐν Ἰάμβοις, lib. 15, & alibi: πεποίηκε δὲ Παρῳδίας καὶ Ἕρμιππος, ὁ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητής· id. lib. 15. ἐν Φορμοφόροις δράματι, id. lib. 15. *Pollux*, lib. 7. cap. 22. ἐν Κέκροψι, *Athen.* lib. 3. Ejuſdem quoque verſus quinque habes apud *Plutarchum* in *Pericle*, & plures apud *Athenæum.* Sed quid plura? Hiſtoricum quærimus, non Poetam. Igitur alius occurrit, cognomento *Smyrnæus*, plurimorum librorum autor: quod neminem latere poteſt, cui contigit *Laertium* vidiſſe & *Athenæum.* *Hermippus* Smyrnæus citatur ἐν τοῖς περὶ Ἱππώνακτος, ab *Athenæo*, lib. 7. ἐν τρίτῳ περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν, lib. 8. ἐν τῷ περὶ Γοργίου, lib. 11. ἐν τῷ περὶ Ἀριστοτέλους πρώτῳ, lib. 13. ἐν τῷ περὶ Ἀριστοτέλους, *Laert.* in *Ariſt.* ἐν τοῖς περὶ τῶν ἑπτὰ σοφῶν, *Athen.* lib. 10. & *Laert.* in *Thal.* qui omiſit ἑπτά· ἐν τῷ περὶ Ἰσοκράτους, *Athen.* lib. 13. ἐν τῷ περὶ Θεοφράστου, *Laert.* in *Xenoph.* ἐν τοῖς βίοις, ab eodem in *Thal.* Scriptorum illius particulas plures allegat idem in *Chilone*, *Anacharſi*, *Pherecyde*, *Euclide*, *Platone*, *Archeſilao*, *Menedemo*, *Theophraſte*, *Demetrio*, *Menippo*, *Democrito*, *Leucippo* & *Epicuro.* Citatur etiam, in primo argumento Orationis *Iſocratis* ad *Philip.* in *Harpocratione*, voce Εὐθίας, & *Hieronymo* in Præfatione ad *Catalogum Scriptorum Eccleſ.* Eundem ſemel citatum invenies apud *Plutarchum* in *Lycurgo*, in *vitis Rhetorum* de *Hyperide*, in *Alex.* ſæpius in *Solone* & *Demoſthene*: ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν διατριψάντων ἐν παιδείᾳ δούλων, apud Suidam in Ἴστρος: Πάτρος δέ τις, οὐ τὴν ἱστορίαν Ἕρμιππος ἀνείληφε, *Plutarch.* in *Demoſth.* ἐν τῷ α᾽ τῶν περὶ Πυθαγόρου βιβλίων, in *Flavio Joſepho* lib. 1. *contra Apionem*; ἐν δευτέρῳ περὶ Πυθαγόρου, apud *Laertium* in *Pythag.* ἐν δευτέρῳ περὶ τῶν νομοθετῶν, in *Porphyrii* lib. 4. περὶ ἀποχῆς. De hoc loquitur *Arnobius* lib. 1. *Adverſus Gentes*; *Age, nunc veniat quis ſuper igneam zonam Magus interiore ab orbe Zoroaſtres, Hermippo ut aſſentiamur autori*: item *Plinius N.H.* lib. 30. cap. 1. *Hermippus de tota illa arte diligentiſſimè ſcripſit, & vicies centum millia verſuum à Zoroaſtre condita, indicibus quoq; voluminum ejus expoſitis, explanavit.* Cui conjecturæ non parùm lucis affert *Laertius*, qui in præfatione *Hermippum* citat ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ μάγων. *Athenæus*, lib. 15. citat *Hermippum Callimachium* ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ Ἀριστοτέλους· quem ego eundem cum *Smyrnæo* judico: partim quia idem ab utroq; titulus præfigitur, partim quia mecum conſentiunt *Geſnerus* in *Bibliotheca*, & Clariſſimus *Voſſius*, lib. 1. *De Hiſtoricis Græcis.* Nec mirum cuiquam videri debet, eum ſic fuiſſe appellatum, cùm illud exinde factum puto, quòd eum bonæ ſpei diſcipulum in deliciis habuit *Callimachus* magiſter, qua etiam de cauſa citatur Ἴστρος ὁ Καλλιμάχειος, ἐν πρώτῳ Πτολεμαΐδος apud *Athenæum*, lib. 11. patriâ enim *Paphius* erat, ut ex *Hermippo* refert *Suidas* in Ἴστρος· ſed Καλλιμάχου δοῦλος καὶ γνώριμος, ideóque in ſui & præceptoris honorem Καλλιμάχειος appellandus. Nec omittendus eſt hujus nominis alius; viz. *Hermippus Berytius*: is floruit imperante *Adriano*, vir eloquentiſſimus, & *Philonis Biblii* Diſcipulus, à quo, licèt ſervili genere prognatus, *Herennio Severo* commendatus eſt, multáque ſcripſit: (*Suidas* in Νικάνωρ, & Ἕρμιππος.) qualia verò fuerint, ſolus, quantum ſcio, *Tertullianus* nobis reliquit, libro *De anima*, cap. 46. *Cetera cum ſuis & originibus & ritibus & relatoribus cum omni deinceps hiſtoria ſomniorum Hermippus Berytenſis quinione voluminum ſatiatiſſime exhibebit.* Hunc eodem capite inter alios enumerat, quos *totam ſeculi literaturam* vocat. Χείρωνα δὲ τὸν Κένταυρον Ἕρμιππός φησιν ὁ Βηρύτιος δικαιοσύνης ἡμᾶς διδάξασθαι. *Theodor. Serm.* 12. *De Virt. Act.* at *Clemens Alexandrinus*, *Strom.* 1. videtur hoc dictum adſcribere autori *Titanomachiæ*. Ἕρμιππος ὁ Βηρύτιος Ῥέγγιαν αὐτὴν καλεῖ· *Steph.* in Ῥαβ. *Clem. Alex. Strom.* 1. Ὁ δὲ Βηρύτιος Ἕρμιππος Χείρωνα τὸν Κένταυρον σοφὸν καλεῖ· & alibi hunc ab eodem citatum me legiſſe puto. Sed quorſum hæc? dicam tibi: Clariſſimus *Voſſius* (lib. 1. cap. 16. *De Hiſt. Græcis*) hunc Περὶ νομοθετῶν librum *Smyrnæo* adjudicavit. *Origenes*, ait, *libro primo Contra Celſum laudat* ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ νομοθετῶν. *Monuit etiam hunc non confundendum eſſe cùm juniore Hermippo, patriâ Berytio, qui Adriani temporibus vixit, ut ſuo loco dicetur.* At lib. 2. cap. 12. *Berytio* attribuit dicens, *Fecit & opus De Legiſlatoribus: citat Origenes contra Celſum*, λέγεται δὲ καὶ Ἕρμιππον, &c. Quid vis *Gerbarde*? nonne ex tui ſententia & veterum autoritate conſtat eos nec patriâ nec ætate convenire? Annon *Smyrnæus* ad tempora *Ptolemæi Euergetis* vixit; *Berytius* verò, cùm *Adrianus* imperabat? Sed quis tibi, tam longi & laborioſi operis autori, hunc minimi momenti errorem non facilè condonabit? atque

illum aut feſtinanti calamo adſcriberet, aut inter memoriæ, non judicii, lapſus, prout candor poſtulat, & humanitas, eum annumeraret? eſt enim hoc μνημονικὸν ἁμάρτημα, ideóque memoriæ eximatur. Atque tandem quid de hujus ſententiæ autore ſtatuendum ſit, perlectâ annotatione noſtrâ, vix poteris ignorare. Etenim *Berytenſi* ut adſcribam, non adduci poſſum, hac ſolùm de cauſa, quid enim plures recenſerem? quoniam is, juxta *Suidam*, *Adriano* imperante, vixit: tamen *Flavius Joſephus*, qui *Veſpaſiano* notus erat, ejus teſtimonii meminit. *Smyrnæo* igitur adjudicandum ſentio, diligentiſſimo, ut ait *Joſephus*, circa omnem hiſtoriam indagatori: cujus verba de *Hermippo*, ut etiam illius de *Pythagora*, lectu digniſſima, ex primo *Contra Apionem*, ut aliquid *Origeni* adſtruam, non pigebit hìc transſcribere. Καὶ τούτων ἐπισημότατός ἐστιν Ἕρμιππος, ἀνὴρ περὶ πᾶσαν ἱστορίαν ἐπιμελής· λέγει τοίνυν ἐν τῷ ά Περὶ Πυθαγόρου βιβλίων, ὅτι Πυθαγόρας, ἑνὸς αὐτοῦ τῶν συνουσιαστῶν τελευτήσαντος, τοὔνομα Καλλιφῶντος, τὸ γένος Κροτωνιάτε, τὴν ἐκείνου ψυχὴν ἔλεγε συνδιατρίβειν αὐτῷ καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν· καὶ ὅτι παρεκελεύετο μὴ διέρχεσθαι τόπον, ἐφ' ὃν ἂν ὄνος ὀκλάσῃ, καὶ τῶν διψίων ὑδάτων ἀπέχεσθαι καὶ πάσης ἀπέχειν βλασφημίας. εἶτα προστίθησι μετὰ ταῦτα καὶ τάδε· Ταῦτα δ' ἔπραττε, καὶ ἔλεγε, καὶ Ἰουδαίων καὶ Θρᾳκῶν δόξας μιμούμενος, καὶ μεταφέρων εἰς ἑαυτόν. λέγεται γὰρ ὡς ἀληθῶς ὁ ἀνὴρ ἐκεῖνος πολλὰ τῶν παρὰ Ἰουδαίοις νομίμων εἰς τὴν αὐτοῦ μετενεγκεῖν φιλοσοφίαν.

Pag. 13. lin. 43. Ἑκαταίου] *Abderitam* intellige. *Fl. Joſeph.* lib. 1. *Contra Apionem.* Ἑκαταῖος ὁ Ἀβδηρίτης, ἀνὴρ φιλόσοφος, ἅμα τε περὶ τὰς πράξεις ἱκανώτατος, Ἀλεξάνδρῳ τῷ βασιλεῖ συνακμάσας, καὶ Πτολεμαίῳ τῷ Λάγου συγγενόμενος, οὐ παρέργως, ἀλλὰ περὶ αὐτῶν Ἰουδαίων συγγέγραφε βιβλίον, ἐξ οὗ βούλομαι κεφαλαιωδῶς ἐπιδραμεῖν ἔνια τῶν εἰρημένων. Quæ vide; item *Euſebium*, pag. 1050. *Præp.* Evang. lib. 9. cap. 4. De eodem *Hecatæo*, ni fallor, *Clemens Alexandrinus* loquitur, quem in ſua hiſtoria de *Abrahamo* & *Ægyptiis* tractâſſe refert, *Strom.* 5. pag. 603. *Flavius Joſephus* ejuſdem libri de *Abrahami* geſtis conſcriptæ meminit, libro primo *Antiq. Judaic.* cap. 8. Ἑκαταῖος δὲ καὶ τοῦ μνησθῆναι πλέον τι πεποίηκεν. At magnus *Scaliger* hos diligentiſſimos omnium antiquitatum indagatores parvi facit, & *Hecatæum* noſtrum inter ὑποβολιμαίων Scriptorum monſtra, quales ſunt *Dares Phrygius*, & *Dictys Cretenſis*, reponit: audi Clariſſimum Virum in Epiſtola 415. ad *Iſaacum Caſaubonum.* *Quid Hecatæus de Judæis, quem ab iiſdem Helleniſtis antiquitùs confictum fuiſſe manifeſtò ex Origene colligitur?* Jam ſanè ingens nobis monſtrum apparuit, *Scaligeri* ſphalma: nec ſpicillis opus eſt, ut videamus. Sic diſputat *Origenes* contra *Celſum*: *Numenius* & *Hermippus Judæos* juſtis laudibus proſecuti ſunt; *Hecatæus* etiam in ſuis de *Judæis* commentariis adeò impensè favet eorundem religioni, ut *Herennius Philo* ei adjudicare dubitabat. Verùm, ut ignarum decuit, de re incerta nil ſtatuit; adjecit enim, *Si genuinum hoc fuerit Hecatæi opus, Judæorum placitis delectatus eſt.* Quis ſyllogiſmorum adeò rudis & imperitus eſt, qui ex hoc loco *Scaligeri* ſententiam confirmatam diceret? Quis ex hoc argumentandi genere prædictam comprobare cenſuram conaretur? Quâ quæſumus arte poteſt quiſquam, licèt magno *Scaligero* major, ex dubiis certa, & manifeſta ex obſcuris colligere? Nonne, his auditis, obſtupeſcerent pueri, qui vel primis labris Dialecticam deguſtârunt? an *Origenis* interfuit ὑποβολιμαίων Scriptorem in gentis *Judaicæ* patrocinium inducere? nonne ea maximè de cauſa *Philonis* de *Hecatæo* judicium allegavit; ut rei veritas firmiùs conſtaret, utpote quam iſtius fluctuans ſententia minùs concuteret, quàm ſtabiliret? Reverà ſi quis vel hunc ipſum *Origenis* locum, aut *Herennii* ſententiam, perpenderet, hanc viri Clariſſimi cenſuram temerariam judicaret. Cùm tibi vacet, *Euſebium* lege, lib. 1. Evang. *Præp.* cap. 9. Ubi *Phœnicum* Theologiam, & fabuloſas de Diis narrationes ambabus ulnis *Philo* amplexatur; rejicit non ſine nauſea *Græcorum* allegorias: intereà Deos φαυλότητος καὶ μοιχείας ἁπάσης κακίας περιβεβλημένους θεολογεῖ (*Euſebius* ibidem) & ſe diffidiis *Græcorum* adductum eſſe, ut *Sancuniathonis* ſcriptis de *Phœnicum* Diis fidem adhiberet, & tres libros de *Græcorum* litibus ſcripſiſſe profitetur: *Judæorum* oblitus *Phœnices* & *Ægyptios* Barbarorum antiquiſſimos vocat. Eorundem dogmati de mundi ortu, ibidem aſſentit. ταύτη μὲν αὐτῶν ἡ κοσμογονία ἄντικρυς ἀθεότητα εἰσάγει· *quod omnem planè divinitatem exterminat.* Si hæc tecum cogitaveris, minimè ſperandum diceres, ut *Judæorum* laudes, & encomia, æquiore animo is tulerit, qui *Phœnicum* nugis tam pertinaciter adhæſerat, atq; omnes rejecerat de *Græcis* Numinibus Allegorias, unde aliqualem ſuæ religioni gratiam conciliabant. *Ab Helleniſtis* verò *antiquitùs confictum fuiſſe dicis.* Mirum, ſi hoc factum fuerit circa tempora *Alexandri*, &

& *Ptolemæi Lagi*. Certè *Clearchus Peripateticus*, & *Stagiritæ* diſcipulus, tunc temporis vixit, & in libro *De ſomno*, *Hecatæi*, ejúſque *De Judæis* libri meminit, atque plurima de eodem recitavit, aſſerens eundem temporibus *Alexandri* vixiſſe, & cum *Ptolemæo* commoratum eſſe. *Fl. Joſeph.* lib. 1. *Contra Apionem.* Unde ſequitur nec inſtitutionem, nec ætatem, ei obfuiſſe, quò minùs rei veritatem exquireret, & pietas vetat eundem frontis adeò perfrictæ hominem reputare, qui ea ſcriberet, quorum falſitatem omnes redarguerent. Ad has anguſtias redactus forſan *Clearchi* librum ſimul confictum eſſe calumniaberis. Quod ſi diceres, tuam detergeres pervicaciam; &, me tacente, tota, quam tueris, cauſa collaberetur. Eâdem ratione rejicias *Abydenum*, *Theophraſtum*, *Beroſum*, *Numenium*, *Eupolemum*, *Alexandrum Polyhiſtora*, *Demetrium*, *Artapanum*, *Theodotum*, *Chærilum*, *Ezekielem*, & multos alios; qui de *Judæis* & plura, & præſtantiora, quàm *Hecatæus*, literis mandârunt: prædictos equidem *Judaicæ* antiquitatis teſtes ab *Helleniſtis* confictos diceres, atque in eoſdem effunderes quicquid tibi libido & bilis ſplendida ſuggeſſit. Si verò hæc Bardi & inepti hominis (ut tuo more loquar) caſtigatio veſtræ diſpliceat majeſtati, Deos, quos inter te etiam repoſui, in prælia ducam. *Nec enim manifeſtè hoc ſatìs indè colligitur, quòd dicatur Herennium Philonem de opere eo dubitâſſe, ut qui ſolùm ſcribat, vel non eſſe Hecatæi opus, vel Judæorum placita probâſſe. Fortaſſe igitur Hecatæus, à Judæis perſuaſus, defecerat à religione Græcorum, ſi non in univerſum, ſaltem hactenus, ut videri poſſit conſtitutus in confinio tenebrarum ac lucis.* Hæc *Voſſius* lib. 1. cap. 10. *De Hiſtor. Græcis. Scimus enim ex Hecatæo Judæos ſub Alexandro & ejus ſucceſſoribus militâſſe. Scaliger* in notis in *fragm. vet. Græc.* pag. 12. *Joſephus ex Hecatæo, &c.* Ibid. *Nam altare hoc deſcriptum ab Hecatæo dirutum fuit à Juda Macchabæo.* Ibid. pag. 24. *Vides quanta fuerit Hieroſolymorum urbs, quam totius Orientis ornamentum verè vocare poterant ſeculo Hecatæi: hoc eſt, initio Seleucidarum.* Ibid. *Fuit enim & alius Hecatæus Mileſius, Herodoto vetuſtior, qui ſcripſit ſub Dario Hydaſpis filio; iſte verò fuit ortu & domo Abderis in Thracia, temporibus Alexandri Magni & Seleuci? Scripſit* Ἰουδαϊκῶν *librum ſingularem, ex quo hoc* ἀποσπασμάτιον *excerptum eſt à Joſepho: quod quidem ideo propoſuimus magis, ut ea, quæ hic ſcripta ſunt, in conſpectu omnium eſſent, quàm quòd ullam obſcuritatem in ſe haberent. Origenes* lib. 1. *in Celſum*; Καὶ Ἑκαταῖος, &c. Vides, Lector, ut *Joſephus* bellum geſſit cum Scaligero.

Pag. 14. lin. 5. Ἐν δυοῖν] *Contra Apionem*, qui quinque libros *De Ægyptiaca hiſtoria* conſcripſerat. *Tatian.* Orat. *Contra gentes*, pag. 172. *Juſtin. Paræn.* pag. 10. *Clem. Strom.* lib. 1.

Pag. 14. lin. 7. Τατιανοῦ] *Euſeb.* lib. 4. *Eccleſ. Hiſt.* cap. 37. Καταλέλοιπε δὲ οὗτος πολύ τι πλῆθος συγγραμμάτων. ὧν μάλιστα παρὰ πολλοῖς μνημονεύεται διαβόητος αὐτοῦ λόγος ὁ πρὸς Ἕλληνας. ἐν ᾧ καὶ τῶν ἀνέκαθεν χρόνων μνημονεύσας, τῶν παρ' Ἕλλησιν εὐδοκίμων ἁπάντων πρεσβύτερον Μωσέα τε, καὶ τοὺς Ἑβραίων προφήτας, ἀπέφηνεν, ὃ δὴ καὶ δοκεῖ τῶν συγγραμμάτων ἁπάντων αὐτοῦ κάλλιστός τε καὶ ὠφελιμώτατος ὑπάρχειν. *Hieron. Catal. Script. Eccleſ.* in Tatiano. *Euſeb.* lib. 4. cap. 37. & lib. 5. cap. 12, *Evang. Præp.*

Pag. 14. lin. 26. Οὔτε νόμοι, οὔτε λόγοι] *Pauſanias in Corinthiacis*, item in *Arcadicis*: Ἐοικότα δὲ πεποιηκέναι τούτοις καὶ Λῖνον φασίν. ἐμοὶ δὲ ἐπιλεγομένῳ παντάπασιν ἐφαίνετο ταῦτά γε εἶναι κίβδηλα· in *Bœoticis*, Ἔπη δὲ οὔτε ὁ Ἀμφιμάρου Λῖνος, οὔτε ὁ τούτου γενόμενος ὕστερον ἐποίησαν, ἢ καὶ ποιηθέντα εἰς τοὺς ἔπειτα οὐκ ἦλθε. At *Plutarchus* ex *Heraclide* refert eum θρήνους πεποιηκέναι, libro *De Muſica*.

Pag. 14. lin. 39. Ὑπὸ Ὀρφέως] *Arnob.* lib. 5. *Adv. Gentes. Calumniari nos improbè ſi quis fortè hominum ſuſpicatur: libros ſumat Threicii vatis, quos antiquitatis memoratis eſſe divinæ; & inveniet nos nihil neque callidè fingere, neque, quod ſint riſui, Deûm quærere atque efficere ſanctitates. Ipſos namque in medio ponemus verſus, quos Calliopes filius ore edidit Græco, & cantando per ſecula generi publicavit humano.*

Sic effata, ſimul veſtem contraxit ab imo,
Objecitque oculis formatas inguinibus res.
Quas cavâ ſuccutiens Baubo manu, (nam puerilis
Olli vultus erat) plaudit, contrectat amicè.
Tum Dea, defigens auguſti luminis orbes,
Triſtitias animi paulùm mollita reponit;
Indè manu poclum ſumit, riſúque ſequenti
Perducit totum Cyceonis læta liquorem.

Lactant. lib. 1. cap. 22. *Diod.* lib. 1. *Bib. Hiſt.* pag. 20, 21, 86. *Euſebius* transſcripſit lib. 2. cap. 1. & lib. 10. cap. 8. *Evang. Præp.* Fragmenta *Orphei Henricus Stephanus* excudit *Anno Chriſti* 1573. *Juſtin De monarch. Dei.* Μαρτυρήσει δέ μοι καὶ Ὀρφεὺς, ὁ παρεισάγων τοὺς τριακοσίους ἑξήκοντα Θεοὺς ἐν τῷ Διαθήκαις ἐπιγραφομένῳ βιβλίῳ, ὁπότε μεταγνοὺς ἐπὶ τοῦτο φαίνεται ἐξ ὧν γράφει·

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστὶ, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι, &c.

Vide eundem in *Parœneſi ad Gentes*, pag. 15. *Clem. Alex. Protrept.* *Cyrill. Alex.* lib. 1. *Contra Julianum.* Et proculdubio pœnitentiam egit, ſi modò illius ſint, quæ circumferuntur carmina. *Euſeb.* lib. 3. cap. 9. lib. 13. cap. 12, & 13. *Evang. Præpar.* *Cyrill. Alex.* lib. 1. *Contra Julianum.* *Clem.* & *Juſtin.* locis citatis. *Theod. Serm.* 2. *De princip.* At nonnulli *Onomacrito Athenienſi*, qui *Piſiſtrateis* Imperantibus floruit, *Orphaica* poemata adſcribunt. *Clem. Strom.* 1. Καὶ μὲν Ὀνομάκριτος ὁ Ἀθηναῖος, οὗ τὰ εἰς Ὀρφέα φερόμενα ποιήματα λέγεται εἶναι, κατὰ τὴν τῶν Πεισιστρατιδῶν ἀρχὴν, περὶ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα, εὑρίσκεται. *Tatian. Orat. contra gentes*, pag. 173. *Suidas* in voce Ὀρφεύς. *Voſſius De Poetis Græcis.* *Scaliger* lib. 1 *Emend. temp.* Eundem vide in *Appendice* ad *Emendationem temporum.* *Pauſan.* in *Att.* οὐδὲ ταῦτα Ὀρφέως ἐμοὶ δοκεῖν ὄντα· & in *Bœoticorum primo* non ſemel laudavit *Orphei* poemata. *Tull.* lib. 1. *De Nat. Deorum.* *Orpheum Poetam docet Ariſtoteles nunquam fuiſſe, & hoc Orphicum carmen Pythagorici ferunt cujuſdam fuiſſe Cecropis.* At nobis non vacat hæc diſcutere: vide *Suidam* in voce Ὀρφεύς & *Lilium Gyraldum* in *vitis Poetarum.*

Pag. 15. lin. 4. Θρασυμάχῳ] Vide *Platonem* lib. 1. *De Republica*, pag. 336.

Pag. 17. lin. 10. Ἐπίκουρος] *Lucretius*, lib. 1.

Omnis enim per ſe divûm natura, neceſſe eſt,
Immortali ævo ſumma cum pace fruatur,
Semota à noſtris rebus, ſejunctáque longè.
Jam privata dolore omni, privata periclis,
Ipſa ſuis pollens opibus, nil indiga noſtri,
Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur irâ.

Tertull. Apologet. cap. 47. *Contra Epicurei otioſum, & inexercitum, &, ut ità dixerim, neminem humanis rebus.* *Lactant. De ira Dei* capp. 8, 9. *Euſeb.* lib. 14. cap. 23, 24, 25, 26, 27. *Theod. Serm.* 6. *De Dei provid.* *Tullius*, lib. 2. *De Divinatione*, & lib. 2. *De natura Deorum.*

Pag. 17. lin. 11. Ἀριστοτέλης] *Tatianus*, *Contra Græcos*, pag. 142. Καὶ Ἀριστοτέλης ἀμαθῶς ὅρον τῇ προνοίᾳ θεὶς, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἐν οἷς ἠρέσκετο περιγράψας λίαν ἀπαιδεύτως. *Euſebius*, lib. 15. cap. 5. Ὁ Ἀριστοτέλης, μέχρι σελήνης στήσας τὸ θεῖον, τὰ λοιπὰ τοῦ κόσμου μέρη περιγράφει τῆς τοῦ Θεοῦ διοικήσεως. Vide quæ profert ex *Attico Platonico*; quem rectiùs *Atticum ſcurram* nominares. *Theod. Serm.* 6. *De Dei provid.* *Cyrill. Alex.* lib. 2. *Contra Julianum.* *Clem. Alex.* in *Protreptico.* Audi verò *Ariſtotelem*, libro *De mundo*, cap. 2. Λέγεται δὲ καὶ ἑτέρως κόσμος ἡ τῶν ὅλων τάξις τε καὶ διακόσμησις, ὑπὸ Θεῶν τε καὶ διὰ Θεῶν φυλαττομένη & libro primo *De Morib.* cap. 8, & 9. Εἰ γάρ τις ἐπιμέλεια τῶν ἀνθρωπίνων ὑπὸ Θεῶν γίνεται, ὥσπερ δοκεῖ, καὶ εἴη ἂν εὔλογον χαίρειν τε αὐτοὺς τῷ ἀρίστῳ καὶ τῷ συγγενεστάτῳ· τοῦτο δὲ ἂν εἴη ὁ νοῦς, καὶ τοὺς ἀγαπῶντας μάλιστα τοῦτο, καὶ τιμῶντας ἀντευποιεῖν, ὡς τῶν φίλων αὐτοῖς ἐπιμελουμένους, καὶ ὀρθῶς δὲ καὶ καλῶς πράττοντας· & lib. 1. cap. 5. *De partibus animalium*; Διὸ δεῖ μὴ δυσχεραίνειν παιδικῶς τὴν περὶ τῶν ἀτιμοτέρων ζῴων ἐπίσκεψιν· ἐν πᾶσι γὰρ τοῖς φυσικοῖς ἔνεστί τι θαυμαστὸν, καὶ, καθάπερ Ἡράκλειτος λέγεται πρὸς τοὺς ξένους εἰπεῖν, τοὺς βουλομένους αὐτῷ ἐντυχεῖν, οἳ ἐπειδὴ προσιόντες εἶδον αὐτὸν θερόμενον πρὸς τῷ ἰπνῷ ἔστησαν· ἐκέλευσε γὰρ αὐτοὺς εἰσιέναι θαρροῦντας, εἶναι γὰρ καὶ ἐνταῦθα Θεούς. Vide *Salomonem Geſnerum*, *Theologiæ Profeſſorem Wittebergenſem*, qui *triginta teſtimonia*, ut vocat, *inſignia ex monumentis Ariſtotelicis de Dei univerſali & ſingulari Providentia* conquiſivit: ſufficiet enim nobis vel leviſſimè attigiſſe.

Pag. 17. lin. 16. Τοῖς Στωικοῖς] *Plutarch.* lib. primo *De placitis Philoſophorum.* *Tullius* lib. 4. *Acad. Quæſt.* *Tertull. Apol.* cap. 47. *Euſeb.* lib. 15. cap. 15. *Præp. Evang.* ex *Ariſtocle.* *Clem.* in *Protrept.* & *Strom.* 1. *Strom.* 5. *Strom.* 7. Varii variè de Philoſophorum dogmatis tradiderunt. *Juſtinus*, *Apol.* 2. pag. 66. Οἱ λεγόμενοι δὲ Στωικοὶ φιλόσοφοι καὶ αὐτὸν τὸν Θεὸν εἰς πῦρ ἀναλύεσθαι δογματίζουσιν, καὶ αὖ πάλιν κατὰ μεταβολὴν τὸν κόσμον γίνεσθαι λέγουσιν. *Plutarch. De Oraculorum defectu*; Τοὺς Στωικοὺς, ἔφη, γινώσκομεν οὐ μόνον κατὰ δαιμόνων, ἣν λέγω, δόξαν ἔχοντας, ἀλλὰ καὶ Θεῶν ὄντων τοσούτων τὸ πλῆθος ἑνὶ χρωμένους ἀϊδίῳ καὶ ἀφθάρτῳ, τοὺς δὲ ἄλλους καὶ γεγονέναι καὶ φθαρήσεσθαι νομίζοντας. Vide Annotationes ad pag. 156, 169, 208. Vide etiam pag. 325.

Pag. 17. lin. 30. Αἰγυπτίων] Credibile eſt *Ægyptios* reliquáſque gentes à *Judæis* circumcidendi ritus mutuatos eſſe. De *Æthiopibus Artapanus* teſtatur, apud *Euſeb.* l. 9. cap. 27. Οὕτω δὲ τοὺς Αἰθίοπας, καίπερ ὄντας πολεμίους, στέρξαι τὸν Μώϋσον, ὥστε καὶ τὴν περιτομὴν τῶν αἰδοίων παρ᾽ ἐκείνου μαθεῖν· οὐ μόνον δὲ τούτους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἱερεῖς ἅπαντας.

Pag. 17. lin. 41. Περὶ τοῦ Ἰακώβ] Vide pag. 19, 20. lib. 4. pag. 183, 184. lib. 5. pag. 261, 262. *Juſtinus* in *Dialogo* cum *Tryphone*; Ἐὰν δὲ κατὰ παντὸς ὀνόματος τῶν παρ᾽ ὑμῖν γεγενημένων ἢ βασιλέων, ἢ δικαίων, ἢ προφη-

φητ,


τῶν, ἢ πατριαρχῶν ἐξορκίζητε ὑμᾶς, οὐχ ὑποταγήσεται οὐδὲν τῶν δαιμόνων. ἀλλ' εἰ ἄρα ἐξορκίζει τις ὑμῶν κατὰ τοῦ Θεοῦ Ἀβραὰμ, καὶ Θεοῦ Ἰσαὰκ, καὶ Θεοῦ Ἰακὼβ, ἴσως ὑποταγήσεται. Hæc nomina ſæpius uſurpata invenio ad morbos corporis averruncandos. *Marcellus, De medicamentis Empiricus* cap. 21. *Cordis dolori, & conco, & præcordiis remedia rationabilia diverſa de experimentis. Ad concum carmen. In lamella* * *ſtagnea* [* lego, *ſtannea*] *ſcribes, & ad collum ſuſpendes hæc,* "*Antè verò etiam cane, corcu nè megito cantorem, utos, utos, utos, præparabo tibi vinum lene, libidinem, diſcede anonnita, In nomine Dei Jacob, in nomine Dei Sabaoth.* *Alex. Trallianus*, lib. 11. Περιφυλακτικὸν ποδάγρας. λαβὼν πέταλον χρυσοῦν, σελήνης ληγούσης, γράφε ἐν αὐτῷ τὰ ὑποκείμενα, καὶ ἐνδύσας εἰς νεῦρα γεράνου, εἶτα ὅμοιον τῷ πετάλῳ σωληνάριον ποιήσας, κατάκλεισον καὶ φόρει περὶ τοὺς ἀστραγάλους. "Μεὺ θρεὺ, μὸρ φὸρ, τεὺξ, ζὰ, ζὼν, θὲ, λοῦ, χρὶ, γὲ, ζὲ, ὤν. ὡς στερεοῦται ὁ ἥλιος ἐν τοῖς ὀνόμασι τούτοις, καὶ ἀνακαινίζεται καθ' ἑκάστην ἡμέραν, οὕτως στερεώσατε τὸ πλάσμα τοῦτο, καθὼς ἦν τὸ πρίν. ἤδη ἤδη, ταχὺ ταχύ. ἰδοὺ, γὰρ λέγω τὸ μέγα ὄνομα, ἐν ᾧ ἀναπαυόμενα στερεοῦνται· "Ἰαζ, ἀζύφ, ζύων, θρέλξ, βαὶν, χωὼκ, στερεώσατε τὸ πλάσμα τοῦτο, καθὼς ἦν τὸ πρώτην, ἤδη ἤδη, ταχὺ ταχύ. Sequitur ſtatim aliud hujus generis amuletum: Ἱερὰν βοτάνην, ἥτις ἐστὶν ὑοσκύαμος, σελήνης οὔσης ἐν ὑδροχόῳ, ἢ ἰχθύσι, περιορύξας τὴν βοτάνην, πρὶν ἢ δῦναι τὸν ἥλιον, μὴ ἁψάμενος τῆς ῥίζης, ὀρύξας αὐτοῖς τοῖς δυσὶ δακτύλοις τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς, τῷ ἀντίχειρι, καὶ τῷ ἰατρικῷ δακτύλῳ, λέγε, "Λέγω σοι, λέγω σοι, ἱερὰ βοτάνη, αὔριον καλῶ σε εἰς τὸν οἶκον τοῦ Φιλιᾶ, ἵνα στήσῃς τὸ ῥεῦμα τῶν ποδῶν καὶ τῶν χειρῶν τοῦδε ἢ τῆσδε· ἀλλ' ὁρκίζω σε τὸ ὄνομα τὸ μέγα Ἰαὼθ, Σαβαὼθ, ὁ Θεὸς ὁ στηρίξας τὴν γῆν, καὶ στήσας τὴν θάλασσαν ῥεόντων ποταμῶν πλεονάζων, ὁ ξηράνας τὴν τοῦ Λὼτ γυναῖκα, καὶ ποιήσας αὐτὴν ἁλατίνην, λάβε τὸ πνεῦμα μητρὸς σου γῆς, καὶ τὴν δύναμιν αὐτῆς· καὶ ξήρανον τὸ ῥεῦμα τῶν ποδῶν καὶ τῶν χειρῶν τοῦδε ἢ τῆσδε. καὶ τῇ αὔριον πρὸ ἀνατολῆς λαβὼν ὀστέον οἱουδήποτε ζώου ἀποθανόντος ὀρύξας αὐτὴν τούτῳ τῷ ὀστέῳ, καὶ λαβὼν τὴν ῥίζαν, λέγε, "Ὁρκίζω σε κατὰ τῶν ἁγίων ὀνομάτων Ἰαὼ, Σαβαὼθ, Ἀδωναῒ, Ἐλωΐ· καὶ λαβὼν αὐτὴν βάλε ἐν τῇ ῥίζᾳ μίαν δράκα ἁλῶν λέγων, "Ὡς οἱ ἅλες οὗτοι οὐκ αὔξονται, μηδὲ τὸ πάθος τοῦδε ἢ τῆσδε. Alios invenio, qui his nominibus uſi ſunt ad piſces in unum congregandos. *Cardan.* lib. 18. *De mirab.* *Aliud ex Conſtantino exemplum referam,* inquit ille: *Si teſtas aut patellas tres, à quibus carnes detraxeris, ſtilo inſcribas his verbis, Jao, Sabaoth, ad admirationem juxta illas congregabuntur.* Alios etiam in ſacris peragendis hujuſmodi nominibus uti ſolitos fuiſſe conſtat ex *Pauſania*, in libro primo *Eliacor.* Ἔστι γὰρ Λυδίοις ἐπίκλησιν Περσικοῖς ἱερὰ ἐν τῇ Ἱερο-Καισαρείᾳ καλουμένῃ πόλει, καὶ ἐν Ὑπαίπαις. ἐν ἑκατέρῳ δὲ τῶν ἱερῶν οἴκημά τε, καὶ ἐν τῷ οἰκήματί ἐστιν ἐπὶ βωμοῦ τέφρα, χρόα δὲ οὐ κατὰ τέφραν ἐστὶν αὐτῇ τὴν ἄλλην· εἰσελθὼν δὲ ἐς τὸ οἴκημα ἀνὴρ μάγος, καὶ ξύλα ἐπιφορήσας αὖα ἐπὶ τὸν βωμὸν, πρῶτα μὲν τιάραν ἐπέθετο ἐπὶ τῇ κεφαλῇ· δεύτερα δὲ ἐπίκλησιν ὅτου δὴ Θεῶν ἐπᾴδει βάρβαρα, καὶ οὐδαμῶς συνετὰ Ἕλλησιν· ἐπᾴδει δὲ ἐπιλεγόμενος ἐκ βιβλίου. ἄνευ δὴ πυρὸς ἀνάγκη πᾶσα ἀφθῆναι τὰ ξύλα, καὶ περιφανῆ φλόγα ἐξ αὐτῶν ἐκλάμψαι. Hoc in loco Βάρβαρα ſignificat *Aſſyria*, vel *Judaica*, vel *Ægyptia*. Vide *Paracelſum* lib. *De occult. Philoſoph. de characterib.* item *fragmentum* libri *Phil. De virtute imaginativa*, cap. 14. Quòd verò *Juſtinus* dicit nomen cujusvis regis *Judaici* invocatum ad expellendos Dæmonas non ſufficere, vix fidem affert: nam *Joſephus* lib. 8. *Antiq. Jud.* cap. 2. ait ſe vidiſſe *Eleazarum* τοὺς ὑπὸ τῶν δαιμονίων λαμβανομένους ἀπολύοντα τούτων. atque hæc effecit admovendo annulum Dæmoniacorum naribus, & *Solomonis* nomen ejúsq; incantamenta recitando; Σαλωμῶνός τε μεμνημένος, καὶ τὰς ἐπῳδὰς, ἃς συνέθηκεν ἐκεῖνος, ἐπιλέγων· quem vide loco citato. Novi quid docti reſpondere ſolent: inter quos *Cunæus* (lib. 1. cap. 12. *De Republica Hebr.*) *Joſephum* putat, *quo die iſthæc ſcripſit, aliquod purgamentum calcaviſſe; adeò infeliciter, & præter morem ſuum locutus aliena eſt.* At ſi eadem ego de *Cunæo* dicerem; ideóne refutarem? Si hæc vera ſint, quid ſibi vult *Origenes*, qui, ut conſtat ex locis citatis, in ipſis vocabulis vim quandam, & virtutem talium effectricem, inhærere dicit? aut ii, qui hujuſmodi effectus Deo adſcribunt, quoniam his nominibus eum potiſſimùm appellari juvat? Quid enim ſignificat ΑΒΡΑCΑΔΑΒΡΑ? (de quo nomine interpretando *Wendelinus* & *Scaliger*, forſan etiam *Salmaſius* & *Kircherus*, fruſtrà laborârunt.) An Deum hoc nomine appellari juvat? Aut hoc chartæ inſcripto vim ſuam exerere oportet? Tamen valet ad curandum morbum *Hemitritæum*, ſi credas *Sereno Samonico*: audi *Baronium* (ad *Annum* 120. num. 13.) *Habes de his egregium exemplum apud*

Q. Serenum Samonicum, antiquum Medicum, & ejuſdem, ut apparet, Baſilidis Sectatorem, qui præcepta Medica carmine ſcripſit Heroico; & ad curandum morbum Hemitritæum his characteribus conficiendum curavit amuletum, ad collum ægrotantis appendendum; continens ΑΒΡΑCΑ, *junctis aliis elementis quidpiam portentoſum ipſo ſonitu reboantibus.*

" *Inſcribes chartæ, quod dicitur* ΑΒΡΑCΑΔΑΒΡΑ,
" *Sæpiùs, & ſubter repetes, ſed detrahe ſummam,*
" *Et magis atque magis deſint elementa figuris,*
" *Singula quæ ſemper rapies, & cetera figes,*
" *Donec in anguſtum redigatur litera conum.*
" *His lino nexis collum redimire memento.*
" *Talia languentis conducent vincula collo,*
" *Lethaléſque abigent (miranda potentia) morbos.*

ΑΒΡΑCΑΔΑΒΡ
ΑΒΡΑCΑΔΑΒ
ΑΒΡΑCΑΔΑ
ΑΒΡΑCΑΔ
ΑΒΡΑCΑ
ΑΒΡΑC
ΑΒΡΑ
ΑΒΡ
ΑΒ
Α

Vide ipſum *Serenum*, & *Conſtantinum* in *notis* ad eundem. Adversùs *Cordis pulſum* valet Καριάγκων, at non intelligo unde iſtud nomen ſibi Dei gratiam conciliaret. *Marcell. De Medic.* Empiricis, cap. 21. *Adversùs cordis pulſum, vel dolorem, mirum remedium, quod in lamella * ſtagnea* [* leg. *ſtannea*] *ſcribes,* " Καριάγκω, χαριάγκων, χαριάγκω, *& phylacterium de ſtyrace ſuffumigabis, & in collum ex licio ſuſpendes : ità proderit, ut ſtupeas.* Adversùs *Cordis dolorem* ſequens carmen, ut vocat, recitare jubet, *Corce, corcedo, ſtagne, paſtores te invenerunt, ſine manibus collegerunt, ſine foco coxerunt, ſine dentibus comederunt, tres virgines in medio mari menſam marmoream poſitam habebant, duæ torquebant, & una retorquebat: quomodo hoc nunquam factum eſt, ſi nunquam ſciat illa Gaioſeia corci dolorem.* At quantum diſcrepant Dei nomina, qualia ſunt, *Adonai, Sabaoth*, &c. à *Corce, corcedo, ſtagne*, & ſimilibus nugis? Tamen utriuſque generis vocabula ſuum eventum habuêre. Idem dici poteſt de amuleto, cujus meminit *Alex. Trallianus*, lib. 9. cap. 19. Λαβὼν δακτύλιον σιδηροῦν ποίησον γλυφῆναι τὸ κρικέλλιον αὐτοῦ ὀκτάγωνον, καὶ οὕτως ἐπίγραφε εἰς ὀκτάγωνον· " Φεῦγε, φεῦγε, ἰοῦ χολή, ἡ κορύδαλος ἐζήτει. τὸ δὲ χαρακτῆρα τὸν ὑποκείμενον γράφε εἰς τὴν κεφαλὴν τοῦ δακτυλίου τούτου.



πολλὴν ἔχει πεῖραν, καὶ ἄτοπον ἐνόμισα μὴ παραδοῦναι τηλικαύτην ἀντιπαθῶς ἔχουσαν πρὸς τὸ πάθος δύναμιν. De talibus incantamentis *Cardanus* nil ſtatuit, neſciens utrùm verba, vel fides, profuerint; lib. 18. *De mirabilibus. Sic mihi contigit, ut aliquando, cùm hæc ſcriberem, præciſo labio ſanguis nullâ arte poſſit cohiberi, tum maximè quia comedebam, ſalem impoſueram, perſtrinxeram; nihil proficiebat : præcantatione uſus ſum illâ, quæ à paſſione Domini ſumpta eſt; & illico, me admirante, ceſſavit, neque loquente, neque comedente, apparuit ſanguis; etſi locus egregiè tum doleret, & vulnus appareret. Miraberis, neſcio ego, an verba, an fides profuerit : verba non dedignabor ſubjicere; hæc ſunt,*

" *Sanguis mane in te, ſicut fecit Chriſtus in ſe,*
" *Sanguis mane in tua vena, ſicut Chriſtus in ſua pœna,*
" *Sanguis mane fixus, ſicut Chriſtus quando fuit crucifixus.*

Grotius verò, & *Hammondus* (in *Annot.* ad *Matthæi* cap. 12.) Deo, non vocabulis, adſcribunt. *Ejuſmodi ergò exorciſmi eventum ſæpe ſuum habuerunt, non quòd vis ulla in ſyllabarum pronuntiatione eſſet ſita; ſed quòd verus Deus illis potiſſimùm nominibus noſci appellarique vellet, atque ideo vim ſuam tum demum exereret, cùm apertiſſimâ locutione conſtaret, ipſum, non aliquem gentilium Deorum, eſſe invocatum.*

Pag. 17. lin. 43. Αἰγυπτίοις.] Periere libri, ex quibus hujus rei notitiam haurire poterimus : huc tamen non ineptè referas quæ habet *Jamblichus*, libro *De myſteriis*, capite 4. *De nominibus divinis. Depone igitur ſuſpiciones à veritate cadentes, quibus ſuſpicaris Ægyptium ibi conferre linguam duntaxat, ubi Ægyptius eſt, vel uſus Ægyptiâ linguâ, quâ tunc invocatus. Potiùs autem exiſtimato, quoniam primi omnium Ægyptii præſentiam participationemque Deorum ſortiti ſunt, ideo Deos invocantem potiſſimùm approbare, quando Ægyptio ritu vocantur. Neque verò dicendum eſt barbara hæc obſcura divinorum nomina eſſe quædam præſtigiatorum faſcinatorúmque machinamenta : quo enim pacto quæ maximè conjuncta ſunt Diis nos quoque conjungunt, & quaſi æquales cum ſuperis vires habent, phantaſtica figmenta erunt, ſine quibus nullum in ſacris opus efficitur. Arnob.* lib. 1. *Adv. gentes.*

gentes. Magus fuit, clandeſtinis artibus omnia illa perfecit, Ægyptiorum ex adytis Angelorum potentium nomina & remotas furatus eſt diſciplinas.

Pag. 18. lin. 16. Μίαν] Puto legendum μητέρα, ut Themis ſit horarum, & Mnemoſyne mater Muſarum.

Τρεῖς δ' οἱ Εὐρυνόμη χάριτας τέκε καλλιπαρήους. Heſiod. in Theogonia.

Pag. 18. lin. 48. Ἀριστοτέλης] Lib. 1. part. 1. cap. 2. De interpr. Ὄνομα μὲν οὖν ἐστι φωνὴ σημαντικὴ κατὰ συνθήκην ἄνευ χρόνου, ἧς μηδὲν μέρος ἐστὶ σημαντικὸν κεχωρισμένον· & paulò pòſt, Τὸ δὲ κατὰ συνθήκην, ὅτι φύσει τῶν ὀνομάτων οὐδέν ἐστιν, ἀλλ' ὅταν γένηται σύμβολον. Arnob. lib. 1. Adv. gentes. Quanquam, ſi verum ſpectes, nullus ſermo eſt integer naturâ, vitioſus ſimiliter nullus: quænam eſt enim ratio naturalis, aut in mundi conſtitutionibus lex ſcripta, ut hic paries dicatur, & hæc ſella, cùm neque ſexus habeant fœmininis generibus maſculiniſque diſcretos, neq; quiſquam docere doctiſſimus me poſſit, ipſum HIC & HÆC quid ſint? aut cur ex his unum ſexum virilem deſignet, fœmininis generibus id quod ſequitur applicet? Humana iſta ſunt placita, & ad uſum ſermonis faciendi non ſanè omnibus neceſſaria: & paulò pòſt, Nonne aliud HÆC UTRIA, aliud dicitis HOS UTRES, COELUS & COELUM; &c. Apud Platonem nomen διδασκαλικόν τί ἐστιν ὄργανον, καὶ διακριτικὸν τῆς οὐσίας, inſtrumentum docendis rebus accommodatum, & quo rerum ipſarum natura diſcriminetur. Plato in Cratylo, pag. 388. Idem in ſequentibus ſupponit quædam primaria: Exſtitiſſe vocabula, quæ rerum naturam indigitabant, reliquorum quibus utimur fontes, verùm antiquitatis ſitu obruta humanum captum longè fugere: (ibid. pag. 421. 25.) Οὐ γὰρ ἔχομεν τούτου βέλτιον εἰς ὅ,τι ἐπανενέγκωμεν περὶ ἀληθείας τῶν πρώτων ὀνομάτων· εἰ μὴ ἄρα δὴ ὥσπερ οἱ τραγῳδοποιοὶ, ἐπειδάν τι ἀπορῶσιν ἐπὶ τὰς μηχανὰς, καταφεύγουσιν Θεοὺς αἴροντες· καὶ ἡμεῖς οὕτως εἰπόντες ἀπαλλαγῶμεν, ὅτι τὰ πρῶτα ὀνόματα οἱ Θεοὶ ἔθησαν, καὶ διὰ ταῦτα ὀρθῶς ἔχει, ἆρα καὶ ἡμῖν κράτιστος οὗτος τῶν λόγων, ἢ ἐκεῖνος· ὅτι παρὰ βαρβάρων τινῶν αὐτὰ παρειλήφαμεν, (εἰσὶ δὲ ἡμῶν ἀρχαιότεροι βάρβαροι) ἢ, ὅτι ὑπὸ παλαιότητος ἀδύνατον αὐτὰ ἐπισκέψασθαι, ὥσπερ καὶ τὰ βαρβαρικά. Et non longè ab iſtius operis fine ſtatuit, μείζω τινὰ δύναμιν εἶναι, ἢ ἀνθρωπίνην, τὴν θεμένην τὰ πρῶτα ὀνόματα τοῖς πράγμασιν· & pag. 438. alicubi ſe nominis imponendi rationem, maximè ſi Deos ſpectat, penitùs neſcire profitetur: Τί οὖν δή; οὐκ οἴει τοῦτο σημαίνειν τι εἶναι γνῶναι, ὅτι ποτὲ ὀρθῶς ἔχει ἐκεῖνον τὸν ποταμὸν Ξάνθον καλεῖν, μᾶλλον ἢ Σκάμανδρον· εἰ δὲ βούλει περὶ τῆς ὄρνιθος, ἣν λέγει, ὅτι

Χαλκίδα κικλήσκουσι Θεοὶ, ἄνδρες δὲ Κύμινδιν.

Φαῦλον ἡγεῖ τὸ μάθημα, ὅσῳ ὀρθότερόν ἐστι καλεῖσθαι Χαλκὶς Κυμίνδιδος τῷ αὐτῷ ὀρνέῳ; ἢ τὴν Βατίειαν, καὶ μυρίνην, καὶ ἄλλα πολλὰ, καὶ τούτου τοῦ ποιητοῦ, καὶ ἄλλων. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως μείζω ἐστὶν, ἢ κατ' ἐμὲ καὶ σε ἐξευρεῖν. (Plat. in Cratylo, pag. 391, 392.) & pag. 400, 401. tandem ſui dubius, eorum, quæ locutus eſt, nihil aſtruit, nec ſermoni ſuo adhæret, licèt aliquali probabilitate fulciatur, pag. 428. 440. ſummæ ſapientiæ Pythagoræ adſcripſit omnibus rebus nomina impoſuiſſe. Tull. lib. 1. Tuſcul. Quæſt. Theodotus epit. ἐκ τῶν προφητ. Nigidius argutiſſimè docuit, (ut ait Gellius) nomina non poſitiva eſſe, ſed naturalia. Vide Gellium, lib. 10. cap. 4. Noct. Att. Origenes putat angelos varios dialectos fabricatos eſſe, & ſingulos ſingulis, quibus imperabant, provinciis diverſam linguam attribuiſſe. Vide Annotationes ad pag. 19. Hos alióſque tales (ut olim Gellius) argutæ delectabiliſque deſidiæ aculeos cùm audiremus, vel lectitaremus, neq; in his ſcrupulis aut emolumentum aliquid ſolidum ad rationem vitæ pertinens, aut finem ullum quærendi videremus, Ennianum Neoptolemum probabamus, qui profectò ita ait,

" Philoſophandum eſt paucis, nam omnino haud placet.

Pag. 18. lin. 50. Οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς] Tull. lib. 1. De nat Deor. In enodandis nominibus, quod miſerandum ſit, laboratis. Saturnus, quia ſe ſaturat annis; Mavors, quia magna vertit; Minerva, quia minuit, aut quia minatur; Venus, quia venit ad omnia; Ceres à gerendo; quàm periculoſa conſuetudo? In multis enim nominibus hærebitis. Quid Vejovi facies? quid Vulcano? Quanquam, quoniam Neptunum à nando appellatum putas, nullum erit nomen, quod non poſſis unâ literâ explicare unde ductum ſit. In quo quidem magis hic mihi natare viſus es, quàm ipſe Neptunus. Magnam moleſtiam ſuſcepit, & minimè neceſſarium primus Zeno, pòſt Cleanthes, deinde Chryſippus, commentitiarum fabularum reddere rationem, vocabulorum, cur quique appellati ſunt, cauſas explicare.

Pag. 18. lin. 53. Ἐπίκουρος] A. Gellius, lib. 5. cap. 15. Democritus, ac deinde Epicurus, ex individuis corporibus vocem conſtare dicunt; eámque, ut ipſis eorum verbis utar, ῥεῦμα λόγων appellant.

Pag. 19. lin. 17. Σαμαρεῖται] Quo loco (inquit Cl. Montacutius) vel addendum παρὰ

Κέλσῳ,

Κελτῶν, *vel legendum non* Σαμαναίων, *ſed* Σαρμανῶν *nam Samanæi erant apud Celtas, Sarmanæ autem & Brachmanes apud Indos.* (*Montacutius* priori parte *Orig. Eccl.*) Eum forſan in errorem induxit *Origenis* locus perperam transſcriptus, legit enim Βραχμανῶν ἢ Σαμαναίων, cùm libri editi habent Βραχμᾶνες ἢ Σαμαναῖοι· vel alius *Clementis Alexandrini* locus malè interpretatus, *Strom.* 1. Φιλοσοφία τοίνυν πολυωφελές τι χρῆμα πάλαι μὲν ἤκμασε παρὰ βαρβάροις κατὰ τὰ ἔθνη διαλάμψασα, ὕστερον δὲ καὶ εἰς Ἕλληνας κατῆλθεν. προέστησαν δὲ αὐτῆς Αἰγυπτίων τε οἱ Προφῆται, καὶ Ἀσσυρίων οἱ Χαλδαῖοι, καὶ Γαλατῶν οἱ Δρυΐδαι, καὶ Σαμαναῖοι Βάκτρων, καὶ Κελτῶν οἱ φιλοσοφήσαντες· *Philoſophia ergò res quadam valde utilis olim quidem floruit apud Barbaros per gentes reſplendens, poſtea autem venit etiam ad Græcos. Ei autem præfuerunt & Ægyptiorum Prophetæ, & Aſſyriorum Chaldæi, & Gallorum Druidæ, & Semanæi Bactrorum, & Celtarum ii qui philoſophati ſunt.* Legit, ni fallor, Καὶ Σαμαναῖοι Βάκτρων καὶ Κελτῶν οἱ φιλοσοφήσαντες· *Gallorum Druidæ, & Samanæi qui apud Bactros & Celtas philoſophati ſunt.* At prior verſio, ſi ſapias, tibi arridebit, cùm maximas difficultates tollit, & ei unâ mente atque voce magni nominis autores conſentiunt. *Porphyrius* lib. 4. *De Abſtin.* (pag. 167. edit. *Cantabr.* 1655.) Ἰνδῶν γὰρ τῆς πολιτείας εἰς πολλὰ νενεμημένης, ἔστι τι γένος παρ᾽ αὐτοῖς τὸ τῶν θεοσόφων· οὓς Γυμνοσοφιστὰς καλεῖν εἰώθασιν Ἕλληνες. τούτων δὲ δύο αἱρέσεις· ὧν τῆς μὲν Βραχμᾶνες προΐστανται, τῆς δὲ Σαμαναῖοι· ἀλλ᾽ οἱ μὲν Βραχμᾶνες ἐκ γένους διαδέχονται, ὥσπερ ἱερατείαν, τὴν τοιαύτην θεοσοφίαν. Σαμαναῖοι δὲ λογάδες εἰσὶν, κἀκ τῶν βουληθέντων θεοσοφεῖν συμπληρούμενοι. ἔχει δὲ τὰ κατ᾽ αὐτοὺς τοῦτον τὸν τρόπον, ὡς Βαρδησάνης, ἀνὴρ Βαβυλώνιος, ἐπὶ τῶν πατέρων ἡμῶν γεγονὼς, καὶ ἐντυχὼν τοῖς περὶ Δαμάδαμιν πεμπομένοις Ἰνδοῖς πρὸς τὸν Καίσαρα ἀνέγραψεν. Prædictum *Porphyrii* locum laudat *Cœlius Rhodiginus*, lib. 13. cap. 25. *Lect. Antiq.* Idem refert *Hieronymus* de *Samanæis* & *Brachmanibus* ex *Bardaſane Babylonio*, libro ſecundo *Adverſùs Jovinianum*: *Cyrill. Alex.* lib. 4. *Contra Julianum*: Καὶ Γαλατῶν οἱ Δρυΐδαι, καὶ ἐκ Βάκτρων τῶν Περσικῶν Σαμαναῖοι καὶ Κελτῶν οὐκ ὀλίγοι.

Pag. 19. lin. 26. Οὕτως εὑρεθήσεται] *Orig.* in *Num. Hom.* 11. *Sed & illud, quod in Geneſi ſcriptum legimus, Deum ad Angelos ſine dubio loquentem dicere, Venite, confundamus linguas eorum, quid aliud putandum eſt, niſi quòd diverſi angeli diverſas in hominibus linguas operati ſunt, ac loquelas? ut, verbi gratiâ, unus aliquis fuerit, qui Babylonicam tunc uni homini impreſſerit linguam, alius, qui alii Ægyptiam, & alius, qui Græcam, & ſic diverſarum gentium ipſi illi fortaſſe principes fuerint, qui & linguarum ac loquelæ videbantur autores. Manſerit autem lingua per Adam primitùs data, ut putamus Hebræa, in ea parte hominum; quæ non pars alicujus angeli vel principis facta eſt, ſed quæ Dei portio permanſit.*

Pag. 20. lin. 8. Μιχαὴλ] *Orig.* in *Joſ.* Hom. 23. *Hinc ergò eſt, quòd diſpenſavit divina ſapientia nomina quædam locorum ſcribi in Scripturis, quæ myſticam quandam interpretationem contineant, per quæ indicetur nobis, quia hæc certis quibusque rationibus, & non caſu, vel fortuitò, fieri diſpenſentur. Sicut enim non eſt putandum, quòd fortuitò acciderat, verbi gratiâ, ut ille Angelus Michael vocaretur, alius autem Gabriel, alius verò Raphael*, vide cetera: & paulò pòſt aſſerit, *Dignè & integrè explanare non ſolùm à me minimo non poſſunt, ſed nec ab ipſis quidem, qui me multò meliores ſunt: neſcio autem, ſi vel ab ipſis ſanctis Apoſtolis plenè & integrè proferuntur: non dixi, quòd non plenè ſciantur, ſed non plenè proferantur.*

Pag. 20. lin. 40. Ὦ Πρώταρχε] *Plato* in *Philebo*, pag. 12. Τὸ δ᾽ ἐμὸν δέος, ὦ Πρώταρχε, ἀεὶ πρὸς τὰ τῶν Θεῶν ὀνόματα οὐκ ἔστι κατ᾽ ἄνθρωπον, ἀλλὰ πέρα τοῦ μεγίστου φόβου.

Pag. 20. lin. 49. Σέβειν Ἀγγέλους] *Petavius* in *Anim.* ad *Epiphanii* hær. 16. *Nunquam non illud ignoramus, à nonnullis Hebræorum Doctoribus cœleſtes orbes animâ intelligentiâque præditos exiſtimari, quam R. Moſis opinionem David Kimchi, in Pſalmum decimum nonum, his verbis explicat. "R. Moſes, inquit, vocem illam* E N A R R A N T, *ſic exponit, ut "ad cœleſtes orbes referat; quoniam hæc illius ac "Philoſophorum opinio eſt, cœleſtes orbes vivere, & "intelligere ac Deum colere, ſummiſque laudibus "afficere. Hinc cœlicolas Judæos ab Imperatoribus,* [*COD. De Judæis & cœlicolis*] *appellari cenſet Baronius loco citato, quòd aſtra cœlúmque colerent: at Scaliger nominis rationem affert aliam; de qua ad ultimam Hæreſin opportuniùs diſſeremus. Ceterùm huc referri poteſt, quod apud Origenem (lib. 1.) Celſus Judæis objiciebat*, Λέγων αὐτοὺς σέβειν Ἀγγέλους, &c. Viri doctiſſimi conjecturam confirmat *Hieronymus* in *Reſp.* ad *Quæſtionem ab Algaſia propoſitam. Converſus autem Deus tradidit eos, ut colerent militiam cœli, ſicut ſcriptum eſt in libro Prophetarum. Militia autem cœli non tantùm Sol appellatur, & Luna, & aſtra rutilantia; ſed & omnis Angelica multitudo, eorúmque exercitus, qui Hebraicè appellatur Sabaoth, id eſt,*

virtutum,

virtutum, ſive exercituum: & paulò pòſt, *Tradidit eos Deus, ut ſervirent militiæ cœli, quæ nunc ab Apoſtolo dicitur Religio Angelorum.* Idem aſtruitur ex libro, cui titulus eſt *Prædicatio Petri*; (quem *Clemens Alexandrinus* laudat in 6. *Strom.*) Μηδὲ κατ' Ἰουδαίους σέβεσθε· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι, μόνοι οἰόμενοι τὸν Θεὸν γινώσκειν, οὐκ ἐπίστανται λατρεύοντες Ἀγγέλους, καὶ Ἀρχαγγέλους, μῆνα, καὶ σελήνην, &c. Mallem ego hunc locum de *Cerinthianis* interpretari, qui, ut plurimùm, *Judæis* favebant; ut conſtat ex *Epiphanio*, (Hær. 28.) *Theodoreto*, (lib. 2. *De Hæret. fab.*) *Auguſtino*, (*De Hæreſib.*) *Euſebio*, (lib. 3. cap. 25. *Eccl. Hiſt.*) imò, ſi credas *Damaſceno*, (lib. *De hæret.*) *Judæi quidam erant, qui circumciſionem extollebant*: atque inter alia, quæ profitebantur, dogmata hoc non erat leviſſimum, datam nimirum ab Angelis legem, & *Judæorum* Deum ex Angelis unum fuiſſe, qui mundum fabricârunt. *Tertull.* cap. 48. *De Præſcript. adv. Hæret. Poſt hunc Cerinthus Hæreticus erupit, ſimilia docens; nam & ipſe mundum inſtitutum eſſe ab illis dicit, Chriſtum ex ſemine Joſeph natum proponit, hominem illum tantummodo ſine divinitate contendens, ipſam quoque legem ab Angelis datam perhibens, Judæorum Deum, non Dominum, ſed Angelum promens.* Vide *Epiphanium*, *Theodoretum*, *Auguſtinum*, *Euſebium*, locis citatis; atque exinde puta *Celſum* calumniandi anſam arripuiſſe: quos enim *Judæi* (id eſt, *Cerinthiani* juxta *Celſum*,) præter Angelos adorarent, cùm ab iiſdem & legem datam, & mundum fabricatum crediderunt?

Pag. 21. lin. 55. Ἀφροδισίων] *Orig.* pag. 365. *Orig.* in cap. 6. ad *Rom.* *Orig.* Hom. 6. in *Num.* *Juſt.* pag. 62. *Apol.* 2. Καὶ πολλοί τινες, καὶ πολλαὶ, ἑξηκοντοῦται, καὶ ἑβδομηκοντοῦται, οἳ ἐκ παίδων ἐμαθητεύθησαν τῷ Χριστῷ, ἄφθοροι διαμένουσι. & pag. 71. Ἀλλ' ἢ τὴν ἀρχὴν οὐκ ἐγαμοῦμεν, εἰ μὴ ἐπὶ παίδων ἀνατροφῇ, ἢ παραιτούμενοι τὸ γήμασθαι, τέλεον ἐνεκρατευόμεθα, καὶ ἤδη τις τῶν ἡμετέρων ὑπὲρ τοῦ πεῖσαι ὑμᾶς, ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμῖν μυστήριον ἡ ἀνέδην μίξις, βιβλίδιον ἀνέδωκεν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Φήλικι ἡγεμονεύοντι, ἀξιῶν ἐπιτρέψαι ἰατρῷ τοὺς διδύμους αὐτοῦ ἀφελεῖν. ἄνευ γὰρ τῆς τοῦ ἡγεμόνος ἐπιτροπῆς τοῦτο πράττειν ἀπειρῆσθαι οἱ ἐκεῖ ἰατροὶ ἔλεγον. καὶ μηδ' ὅλως βουληθέντος Φήλικος ὑπογράψαι, ἐφ' ἑαυτοῦ μείνας ὁ νεανίσκος ἠρκέσθη τῇ ἑαυτοῦ καὶ τῶν ὁμογνωμόνων συνειδήσει. *Athenag. legat. pro Chriſtianis*, pag. 36. Γυναῖκα μὲν ἕκαστος ἡμῶν, ἣν ἠγάγετο κατὰ τοὺς ὑφ' ἡμῶν τεθειμένους νόμους, νομίζων καὶ ταύτην μέχρι τοῦ παιδοποιήσασθαι. ὡς γὰρ ὁ γεωργὸς, καταβάλλων εἰς γῆν τὰ σπέρματα, ἄμητον περιμένει, οὐκ ἐπισπείρων· καὶ ἡμῖν μέτρον ἐπιθυμίας ἡ παιδοποιΐα. εὕροις δ' ἂν πολλοὺς τῶν παρ' ἡμῖν, καὶ ἄνδρας, καὶ γυναῖκας, καταγηράσκοντας ἀγάμους ἐλπίδι τοῦ μᾶλλον συνέσεσθαι τῷ Θεῷ. *Tertull. Apolog.* cap. 9. *De cultu fœminarum.* Item lib. 1. *Ad uxorem. Minutius Felix*, in *Octavio. Lactantius*, lib. 6. cap. 23. *Euſebius*, lib. 1. *Demonſtrat.* cap. 9. *Orig.* Hom 6. in *Num.* *Clem. Alex. Strom.* 3.

Pag. 22. lin. 19. Ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν] *Tertull.* lib. *adv. Judæos*, cap. 7. *In univerſa, inquit, terra exiit ſonus eorum, & uſque ad terminos terræ verba eorum. In quem enim alium univerſæ gentes crediderunt, niſi in Chriſtum, qui jam venit? Cui enim & aliæ gentes crediderunt; Parthi, Medi, Elamitæ; & qui inhabitant Meſopotamiam, Armeniam, Phrygiam, Cappadociam; & incolentes Pontum, & Aſiam, & Pamphiliam, immorantes Ægyptum, & regionem Africæ quæ eſt trans Cyrenen inhabitantes, Romani & incolæ; tunc & in Hieruſalem Judæi, & ceteræ gentes; ut jam Getulorum varietates, & Maurorum multi fines, Hiſpaniarum omnes termini, & Galliarum diverſæ nationes, & Britannorum inacceſſa Romanis loca, Chriſto verò ſubdita, & Sarmatarum, & Dacorum, & Germanorum, & Scytharum, & abditarum multarum gentium, & provinciarum, & inſularum multarum nobis ignotarum, & quæ enumerare minùs poſſumus? In quibus omnibus locis Chriſti nomen, qui jam venit, regnat; utpote ante quem omnium civitatum portæ ſunt apertæ, & cui nullæ ſunt clauſæ. Irenæus*, lib. 1. cap. 3. *Arnobius*, lib. 2. *Adversùs gentes. Orig.* Hom. 4. in *Ezek.* (at ſibi non convenit tractatu 28. in *Matthæum.*) *Chryſoſtom.* Orat. *Quòd Chriſtus eſt Deus.* Fuſiùs agit *Theodoretus*, *Serm.* 9. & alibi: & quis veterum Patrum de hujus rei veritate diſſentit?

Pag. 23. lin. 36. Παρὰ τῷ Πλάτωνι] *Plato*, lib. 1. *De Republ.* pag. 329.

Pag. 25. lin. 1. Ἀνάλογον τοῖς] Eorum, qui ut publico proſint obierunt, non pauca apud veteres exempla, ſi ſcripta vel leviter attigeris, invenies.

Λοιμικά] Cùm *Piræ* incolæ quàm graviſſimâ laborabant peſte, conſulentibus iis oraculum finem incumbentis mali futurum prædixit, ſi quis irato Numini filiam immolaret: quo audito, ſuam *Ambarus*, prout ritus ſacri poſtulârunt ornatam, ſacrificavit. *Eraſmus* in *Chiliad. Æonibus* eâdem calamitate conflictantibus *Apollo*, dictus *Gortynius*, præcepit *Eruenios Deos* virginum ſanguine demulcere: *Metiocha & Menippa*, clara *Orionis*

 proles

proles, pro popularibus ſuis mortem oppetere ultrò delegerunt, térq; invocatis Manibus, loco victimæ ſeſe offerre profeſſæ ſunt, ſciſſóq; jugulo in terram corruebant. Vide *Plutarchum* in *Parallelis*, de *Cyane*, de *Helena*, & *Valeria Luperca*. *Herod. Polymn.* Τοῖσι δὲ ὦν Λακεδαιμονίοισι μῆνις κατέσκηψε Ταλθυβίου Ἀγαμέμνονος κήρυκος. ἐν γὰρ Σπάρτῃ ἐστὶ Ταλθυβίου ἱρόν. εἰσὶ δὲ καὶ ἀπόγονοι Ταλθυβίου Ταλθυβιάδαι καλεόμενοι· τοῖσι αἱ κηρυκηΐαι αἱ ἐκ Σπάρτης πᾶσαι γέρας δέδονται. μετὰ δὲ ταῦτα τοῖσι Σπαρτιήτῃσι καλλιερῆσαι θυομένοισι οὐκ ἐδύνατο. ἀχθομένων δὲ καὶ συμφορῇ χρεωμένων Λακεδαιμονίων, ἁλίης τε πολλάκις συλλεγομένης, καὶ κήρυγμα τοιόνδε ποιευμένων, εἴ τις βούλοιτο Λακεδαιμονίων περὶ τῆς Σπάρτης ἀποθνήσκειν, Σπερθίης τε ὁ Ἀνηείσου, καὶ Βοῦλις ὁ Νικόλεω, ἄνδρες Σπαρτιῆται, φύσει τε γεγονότες εὖ, καὶ χρήμασι ἀνήκοντες, ἐς τὰ πρῶτα, ἐθελονταὶ ὑπέδυσαν ποινὴν τίσαι Ξέρξῃ τῶν Δαρείου κηρύκων τῶν ἐν Σπάρτῃ ἀπολομένων. οὕτως Σπαρτιῆται τούτους ὡς ἀποθανουμένους ἐς Μήδους ἀπέπεμψαν. Quâ verò verborum formulâ *Xerxem* allocuti ſunt, in ſequentibus nos docet *Herodotus*: Ὦ βασιλεῦ Μήδων, ἔπεμψαν ἡμέας Λακεδαιμόνιοι ἀντὶ τῶν ἐν Σπάρτῃ ἀπολομένων κηρύκων ποινὴν ἐκείνων τίσοντας· & pauld pòſt ſequitur, Οὕτω ἡ Ταλθυβίου μῆνις, καὶ ταῦτα ποιησάντων Σπαρτιητέων, ἐπαύσατο τὸ παραυτίκα. Ἀφορίας] Λεωκόριον Ἀθήνησιν ἐκαλεῖτο τὸ τέμενος τῶν Λεὼ θυγατέρων Πραξιθέας, καὶ Θεόπης, καὶ Εὐβούλης. Ταύτας δὲ ὑπὲρ τῆς πόλεως τῆς Ἀθηναίων ἀναιρεθῆναι λόγος ἔχει, ἐπιδόντος αὐτὰς τοῦ Λεὼ εἰς τὸν χρησμὸν τὸν Δελφικόν· ἔλεγε γὰρ μὴ ἂν ἄλλως σωθῆναι τὴν πόλιν, εἰ μὴ ἐκεῖναι σφαγιασθεῖεν. *Ælian. Var. Hiſt.* lib. 12. cap. 28. Λεὼς δῶν τις τὰς ἑαυτοῦ θυγατέρας ἐπιδέδωκε, καὶ ἀπήλλαξε τοῦ λιμοῦ τὴν πόλιν. Suidas in Λεωκόρ. Vide *Pauſaniam* in *Bœotide*. De *Parthenomenis* filio, *Scholiaſtes* in *Ariſtophanem* in *Pluto*, in *Equitibus*, & *Acharnenſibus*.

Δυσπλοΐας] *Diana*, *Agamemnoni* indignata, quòd in *Aulide* Cervam ſibi ſacram fixerat, ventos negat, uſque dum ejus filiam *Iphigeniam* immolando facinus expiaret.

Sanguine placâſtis ventos, & virgine cæſâ,
Cùm primùm Iliacas Danai veniſtis ad oras:
Sanguine quærendi reditus, animâque litandum
Argolicâ. Virg. *Æneid.* 2.

Quàm longa Danais ſemper in portu mora!
Seu petere bellum, petere ſeu patriam volunt.
Senec. *Troad.*

O ſcelera ſemper ſceleribus vincens, domus?
Cruore ventos emimus, bellum nece.
Idem *Agam.*

Aliter habet *Pauſanias* in *Bœot.* rectiùs verò Plutarch. in *Parall.* Ποινῶν καὶ Σικελιωτῶν τὴν τῶν Ῥωμαίων συμμαχίαν ἐπιμαζόντων, Μέτελλος στρατηγὸς μόνῃ τῇ Ἑστίᾳ οὐκ ἔθυσεν· ἡ δὲ πνεῦμα ἀντέπνευσε ταῖς ναυσί. Γάιος δὲ Ἰούλιος μάντις εἶπε λωφῆσαι, ἐὰν προθύσῃ τὴν θυγατέρα. ὁ δὲ ἀναγκασθεὶς Μετέλλιαν τὴν θυγατέρα προῆγεν.

Diagoræ, cognomento *Atheo*, navim aliquando ingreſſo, exorta eſt tempeſtas, quæ timoris plurimum nautis incuſſit; cùmque diu fruſtrà laborarent, hunc tantæ calamitatis cauſam ſuſpicati in mare præcipitâſſent, ſi eorum inſcitiam & impietatem ſuo non cluſerat ingenio: oſtendens enim plurimas in eodem navigationis curſu ventis & fluctibus agitatas, quærit, Nunquid in iis omnibus vehi *Diagoram* crederent? *Lilius Gyrald.* Dial. 9. *Hiſt: Poet.* Hinc illud *Horatii*, lib. 3. *Od.* 2.

Vetabo, qui Cereris ſacrum
Vulgârit arcanæ, ſub iiſdem
Sit trabibus, fragilémque mecum
Solvat Phaſelum.

Ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ] *Decius* Pater ad *Veſerim* bello *Latino* ſe devoveri juſſit, ut *Romani* victoriam reportarent. *Jane, Jupiter, Mars pater, Quirine, Bellona, Lares, Divi Novenſiles, Dii Indigetes, Divi, quorum eſt poteſtas noſtrorum hoſtiúmque, Diique Manes, vos precor, veneror, veniam peto feróque, uti populo Romano Quiritium vim victoriamque proſperetis: hoſtéſque populi Romani Quiritium terrore, formidine, mortéque afficiatis. Sicut verbis nuncupavi, ità pro Repub. Quiritium, exercitu, legionibus, auxiliis, populi Romani Quiritium, legiones, auxiliaque hoſtium, mecum Diis Manibus, Tellurique devoveo. Hæc ità precatus ſe in medios hoſtes immiſit, conſpectus ab utraque acie aliquantò auguſtior humano viſu, ſicut cœlo miſſus piaculum omnis Deorum iræ, qui peſtem à ſuis averſam in hoſtes ferret*, &c. *Liv.* lib. 8. cap. 9. *Decius* Filius, cùm bello *Gallico Romanos* fuſos vidit, ſic Patrem compellavit. *Quid ultrà moror familiare fatum? datum hoc noſtro generi eſt, ut luendis periculis publicis piacula ſimus, jam ego mecum legiones hoſtium mactandas Telluri, ac Diis Manibus, dabo.* Devotus itaque eâdem precatione, eodémque habitu, quo Pater ſe juſſerat devoveri, dixit, *Præ ſe agere ſeſe formidinem & fugam, cædémque ac cruorem, cœleſtium inferorúmque iras, contactúmque funebribus diris ſigna, tela, arma hoſtium, locúmque eundem ſuæ peſtis & Gallorum*

ac Samnitium fore. Hæc in ſe & hoſtes exſecratus in Gallorum aciem ſe intulit, & vix humanæ indè opis videri pugna potuit. *Liv.* lib. 10. cap. 28. De utriſque *Juvenalis*, Satirâ 8.

Plebeiæ Deciorum animæ, plebeia fuerunt
Nomina: pro totis legionibus hi tamen, & pro
Omnibus auxiliis, atque omni pube Latinâ,
Sufficiunt Diis infernis, Terræque parenti.
Pluris enim Decii, quàm qui ſervantur ab illis.

De *Codro Juſtinus*, lib. 2. cap. 6. Idem (lib. 18. cap. 6.) de *Eliſſa*, quæ, poſtquam pyram exſtruxerat, gladio vitam finivit, *velut placatura viri Manes.* De *Ancuro*, *Midæ* filio, *Plutarchus* in *Parallelis*, & de *Curtio* ibidem. *Cæſar*, *De bello Gallico*, lib. 6. *Natio eſt omnis Gallorum admodum dedita religionibus, atque ob eam cauſam, qui ſunt affecti gravioribus morbis, quiq; in prœliis periculiſque verſantur, aut pro victimis homines immolant, aut ſe immolaturos vovent, adminiſtriſque ad ea ſacrificia Druidibus utuntur. Quòd pro vita hominis niſi vita hominis reddatur, non poſſe aliter Deorum immortalium numen placari arbitrentur.* *Juſtin.* lib. 18. cap. 6. de *Carthaginienſibus*: de iiſdem *Curtius*, lib. 4. cap. 3. *Diodorus*, lib. 20. *Plutarchus*, *De Superſt.* *Lactantius*, lib. 2. cap. 21. *Herodotus*, in *Polymn.* de *Ameſt.* Si *Græcorum* καθάρματα, καθάρσια, ἀποτρόπαια, & ἀποπεμπαῖα dicerem, unde apud eoſdem Dii ἀλεξίκακοι, ἀποτρόπαιοι, ἀποπομπαῖοι, λύσιοι & φύξιοι vocabantur; vix pueros docerem. Nimius eſſem, ſi de *Phœnicibus*, *Tyriis*, *Cypriis*, *Ægyptiis*, *Scythis*, *Indis*, *Maſſagetis*, *Tauris*, *Thracibus*, *Germanis*, *Ionibus*, *Maſilienſibus*, *Perſis*, *Lacedæmoniis*, *Athenienſibus*, verba facerem, aut homines in *Creta*, *Sicilia*, *Salamine*, *Britannia*, *Tenedo*, *Rhodo*, *Româque*, immolari ſolitos, adhibitis Geographorum, Hiſtoricorum, & Poetarum teſtimoniis, enarrarem. Neque fieri poteſt, ut explanando *Romanorum Februa*, luſtrationes, expiamenta, vicarios, & devovendi formulas, in quibus Deos *Averruncos*, & *Diſpellentes*, invocabant, legentium animos delectarem: illud potiùs me effecturum arbitror, ſi verba Illuſtriſſ. *Herberti* de ſacris, quæ ad expianda ſcelera gentes excogitabant, recitarem: *Sed Indi Orientales ante omnes hoc in officio peragendo ſeſe ſtrenuos oſtendunt: quodam enim anni tempore inter eos ſolenni ad ſylvas ſeſe conferunt, & acuto ſaxo, vel ſilice, uſi ſanguinem magnâ copiâ, & ferè uſque ad animi deliquium, detrahunt, vociferantes interea in ſanguine illo malorum ſuorum fomites, & cauſas, delituiſſe; quem idcirco in expiationem peccatorum ſuorum ſe profundere teſtantur, indè cum Deo reconciliari ſtudentes.* Quorſum verò narras *Græcorum* fabulas, & truculenta barbarorum ſacrificia? Quid populorum lucem graviori peſte depulſum jactas? Quid agros ſteriles ſuorum dominorum ſanguine irrigatos? Quid maris fremitus, quos mactatorum ſingultus pacatos reddidit, meis auribus ingeris & inculcas? Quaſi aut peſtis febriculam, aut procella ſedaret tempeſtatem. Jam fortior manus extorſit cultrum;

Paſcitur in magna ſylva formoſa juvenca.

Etiam dæmones, ut γωνιαῖον λίθον templo poſitum viderunt, ſuas aras dejecêre? An *Chriſtianæ* fidei myſteria adeò tenebris ſunt involuta, ut neceſſe habeamus Gentium & Paganorum lucem mutuari? Quis, exorto Sole, ut longè diſſita cernat, indiget

— cæcâ caligine noctis?

Verùm, ſi tibi viſum ſit oculis animóque intentis hunc, quem de his dogmatibus habituri ſumus, ſermonem intueri, eam ſaltem utilitatem capies, ut fruſtrà garrientem juvenem irrideas, & fortiter contemnas. Si apud omnes populos, ubique terrarum diſſeminatos, in more poſitum fuit, quos colebant Deos, eos cruore hominum placare, eodémque pœnas avertere, & patrata facinora expiare; ubinam gentium tam perfrictæ frontis hominem invenies, qui *Chriſtum Jeſum*, humani generis piaculum, propulſatorem mali, & ſalutis originem, denegabit? Quodvis enim naturæ dictamen fortiſſimè ligat, totius mentis obſequium poſtulat: nec cujuſvis eſt, niſi unius fortè & alterius, omnium mortalium ſine ulla dubitatione deterrimorum, ejus jugum excutere. Si huic dictamini fidem non adhibebis, omnes alios præ te contemnere videberis, atque tibi ſoli ſcientiam vendicare, qualem nec Deus menti communiter impreſſit, neque per præcones ſuos promulgavit. Videberis etiam Deum Opt. Max. & fraudis & προσωποληψίας inſimulare: quaſi aut te unicum, ſpretis totius mundi incolis, ab errore graviſſimo liberâſſet, aut tui immemor reliquis communem ſui notitiam indidiſſet. Videberis etiam pulcherrimam benevolentiæ divinæ ideam, omnium gentium teſtimoniis illuſtratam, decoratámque, vili æſtimare. Quò verò quiſquam confugeret, ubi conſcientiæ ſtimulus acriter pungat, timor naturalis inceſſat, & irati numinis vindicta inſequatur? niſi ad ſolennes expiandi ritus; quorum uſum, ſive Deum placare, aut reatum amovere volumus, non tenebroſa quævis & ἀμυδρὰ notitia, ſed univerſalis & perſpicua, nec circulator, ſed præcones verbi docuerunt. At nonnulli, his

 auditis

auditis, criſtas erigunt; nec ſine ſtomacho involant in Gentium ſacrificia: quippe quos non fugit quemlibet (ſi modò Deos, quos colebant, iſtiuſmodi victimis placari concedatur) *Chriſtum* ſimul peccatorum λύτρον, atque omnis Dei iræ piaculum, pari ratione admiſſurum. Inter hos acutiſſimus *Crelius* primatum tenet, quem audi in *Reſponſione* ad *Grotii* cap. 10. *Plutarchus, cùm in libro De ſuperſtitione ſacrificia Gentium partim ridicula, partim impia & crudelia, quales humanæ victimæ, graviter reprehendiſſet, ſubjicit.* " *Nullus eſt animi morbus tam multis erroribus ac perturbationibus ſcatens, ac tam inter ſe diſſidentibus & pugnantibus opinionibus refertus, atque ſuperſtitio. Quid verò mirum, ſi Dæmones, quibus, ut alibi monuimus, ſacrificabant Gentes, & qui in iſtis tenebris imperium quodammodo in mundo habebant, effecerunt, ut tum reliqua cultûs divini, tum ſacrificiorum, ratio perverteretur, ac plus rebus iſtis externis tribueretur, quàm Deus vel ante legem, vel ſub lege, iis tribui voluit. Deinde victimæ iſtæ Gentium non à Numine ipſo hominibus ſuppeditari ſolebant, aut ex ejus in homines amore ſingulari proficiſci credebantur; ſed ab hominibus ipſis Numini irato offerri, ad ejus iram placandam, & favorem emerendum, ſolebant. At victima hæc noſtra, de qua agimus, ab ipſo Deo in ſempiternam hominum felicitatem ipſis, nihil tale cogitantibus, fuit ſuppeditata, & ex ingenti ejus erga nos amore profecta, & ſolâ ipſius Chriſti, ut dicam, voluntate peracta fuit.* Lætaris, *Crelli*, quòd *Plutarchus*, *Cybarum*, *Ameſtris*, & *Carthaginienſium* immanitatem tam ſeriò deflet, tam acriter incuſat? Perpende tecum: ſtatis illi temporibus, vel potiùs nullo non tempore, infantes, pueros, & viros jugulabant; cùm nec peſtis ingruit, nec ulla piacula, aut Dii imperabant, aut publica calamitas efflagitavit. Unius etiam & alterius gentis effrenatam licentiam & crudelitatem in culpa ponit, reliquarum victimas in bonum publicum à Deo juſſas non redarguit. Adjicere lubet *Plutarchum* alibi eorum propoſitum laudâſſe, qui, ut communi bono conſulerent, & publicas calamitates propulſarent, ſibi mortem conſciſcere parati erant, aut aliis trucidandos ſeſe obtulêre. Ità enim ille, in *Præcept. Reip. gerend.*

-- ἔνθ' οὐκ ἂν βέλτιον ἴδοις, οὐδὲ καταπλάσσοντα τὸν ἀληθῶς πολιτικὸν, οὐδ' αἰτούμενον ἑτέρους, αὐτὸν δὲ τῶν δεινῶν ἔξω τιθέμενον, ἀλλὰ καὶ πρεσβεύοντα, καὶ πλέοντα, καὶ λέγοντα πρῶτον, οὐ μόνον (πολλοὶ Ἡγεμόνες κτείναντες, ἀπόλεσαν λαὸν Ἀχαιῶν.) ἀλλὰ κἂν τῆς ἁμαρτίας μετάσχῃ τοῖς πολλοῖς, τοὺς κινδύνους ὑπὲρ αὐτῶν ἀναδεχόμενον. καὶ τὸ καλὸν τοῦτο καὶ πρὸς τῷ καλῷ πολλάκις ἑνὸς ἀνδρὸς ἀρετὴ καὶ φρόνημα θαυμαστὸν ἐμποιήσασα τὴν πρὸς πάντας ὀργὴν, καὶ διεσκέδασε τὸ φοβερὸν καὶ πικρὸν τῆς ἀπειλῆς. οἷα καὶ πρὸς Βῆλιν ἔοικε, καὶ Σπέρχιν τοὺς Σπαρτιάτας παθεῖν ὁ Πέρσης. Verùm, quòd ſi *Plutarchus* gentium ſacrificia, aut mitiores expiandi ritus, in crimen vocat, adeſt quod reſpondeam. Quæ omnes laudant unus vituperat, & ipſo ſapientiores ſapiens irridet. *Deinde victimæ iſtæ Gentium, non à Numine*, &c. Bona verba, *Crelli*: annon *Diana Iphigeniam*, Aruſpex (quem Dei miniſtrum credidêre) *Metellam*, *Apollo Gortynius Menippam* & *Metiocham*, *Pythius Cyanes* patrem, oraculum *Ambari* filiam, *Praxitheam*, *Theopen*, *Eubulem*, chara *Leos* pignora, & *Lophri Parthenomenis* filium, mactari & immolari imperârunt? Atque hæc *ex Deorum in homines amore ſingulari proficiſci credebantur*: licèt *Crellius* millies & millies negat. Etenim conſulenti populo hæc, & ſimilia omnium incommodorum remedia, Dii comparârunt: his Gentes, ſuæ ſalutis providæ, & Diis obſequentiores, utebantur: hâc arte peſtes, fames, & tempeſtates prepulsârunt; &, ſi fortè iterum in eaſdem incidant calamitates, Templa adeunt, exorant Sacerdotes, Oracula conſulunt, Deos precibus fatigant, & frangunt; ut quas irata manus inflixerat miſerias, benignior amoveret. Sanè, quantum ex veterum Hiſtoriis intelligi poteſt, nunc cultûs neglectum, nunc cædes & injuſtitiam, atque alia quævis graviſſima peccata omnem Deorum iram provocâſſe ſupponebant; igitur infelix turba hominum, duplici reatûs & calamitatis ſenſu languentium, & remediorum neſcia, quibus Deos placaret, averteret mala, & pacem internam conciliaret, Deos rogat, ut qui tela propter leges violatas jecerint, parcerent illæſis, & ſauciis medelam adhiberent. Hinc Dii, humani generis miſerti, grata populo denuntiant, nunc jubent mactari beſtias, nunc ſceleratos immolari, & aliquando calamitates eâ lege ſe depulſuros dicunt, ſi quis ultrò ſe immolandum offerret, & ſuâ morte reliquorum ſcelera & pœnas expiaret. Denique lubens interrogarem, Cur Dii hæc remedia excogitârunt? cur inventa evulgârunt? cur facto ſacrificio ſedantur mala? niſi Diis placuerat his mediis ſibi homines conciliare. Etenim uniuſcujuſque animum in malum proclivem exempla majorum, licentia etiam, & impunitas ad quævis peccata perpetranda animârunt. Hinc auſi primùm homines ſe fœdâ

libidine

libidine contaminare, inhiare bonis alienis, & in ipſos Deos laſcivire; hinc cædes; hinc vagus concubitus; hinc cœnæ antelucanæ, gradus ebrius, & poſt cœnam vomitus; vitiáque, ut rectè *Cicero*, ſemel incitata in proclive labuntur, ſuſtinerique nullo modo poſſunt. Tandem Dii, ut ſic lapſos ad ſanam mentem revocent, & legum, quas ſanxerunt, autoritatem vindicent, frontem contrahunt, & videntur angi, cùm ſenſu intimo hilareſcunt. Ignaros docent quaſi victimâ propitios reddant, reatum amoveant, calamitates ſedent; unde neminem latere poteſt eoſdem priùs de medela, quàm de vulnere inferendo cogitâſſe. Eorundem etiam erga homines amorem, præter jam dicta, illud evincere videtur, quòd aliquoties Dii de ſuo remiſerunt, & pœnam ſceleribus parem non expoſcebant. Vice *Iphigeniæ Diana* Cervam immolari jubet: *Sperthies* & *Bulis*, ut *Spartiatas* redimerent, ſe mori obtulerant, his verò non occiſis, ira *Talthybii* ceſſavit: nec deſunt innumera hujus generis exempla, quæ quidem, ſi Deos ultrò benevolos fuiſſe minùs probent, Gentes tamen illud ſeriò credidiſſe, & divinæ benignitati adſcripſiſſe, luce clariùs evincunt. De iſtis verò tacere ſtatui, partim, nè lectori nauſeam crearem, partim, nè ſententiam *Crellii*, quam is nè unico argumento aſtruit, fruſtrà multis enervarem.

Pag. 25. lin. 19. Μεγάλου δαίμονος] Id eſt, Βεελζεβούλ· qui apud Gentes vocatur Πλούτων, Σέραπις, Ἑρμῆς. Vide *Euſebium*, lib. 4. cap. 23. *Præp. Evang.* item, lib. 5. cap. 7. & lib. 3. cap. 16. *Theodoretum* Serm. 3. *De Angelis, Diis, & Dæmonibus*, pag. 47. *Lucanum*, lib. 6.

-- Noſtræque Hecates pars ultima, per quam
Manibus & mihi ſunt tacitæ commercia linguæ [illegible] *miratur Erichtho* [illegible] *(quæ*
Has fatis licuiſſe moras, irataque morti
Verberat immotum vivo ſerpente cadaver:
Perque cavas terræ, quas egit carmine, rimas
Manibus illatrat, regnique ſilentia rumpit.
Tiſiphone, vocisque meæ ſecura Megæra,
Non agitis ſævis Erebi per inane flagellis
Infelicem animam? jam vos ego nomine vero
Eliciam, Stygiasque canes in luce ſuperna
Deſtituam: per buſta ſequar, per funera cuſtos,
Expellam tumulis, abigam vos omnibus urnis.
Téque Deis, ad quos alio procedere vultu
Ficta ſoles, Hecate, pallenti tabida formâ,
Oſtendam, faciemque Erebi mutare vetabo.
Eloquar immenſo terræ ſub pondere, quæ te
Contineant, Ennæa, dapes, quo fœdere mæſtum
Regem noctis ames, quæ te contagia paſſam
Noluerit revocare Ceres. Tibi, peſſime mundi
Arbiter, immittam ruptis Titana cavernis,
Et ſubitò feriêre die. Paretis? An ille
Compellandus erit, quo nunquam terra vocato
Non concuſſa tremit, qui Gorgona cernit apertā,
Verberibusque ſuis trepidam caſtigat Erinnyn;
Indeſpecta tenet vobis qui Tartara; cujus
Vos eſtis Superi; Stygias qui pejerat undas?
Protinus aſtrictus caluit cruor, &c.

Vide & *Statium*, lib. 4. *Thebaidos*.

Pag. 25. lin 38. Πανθήρα] *Epiph.* Hær. 78. Κατὰ δὲ τὴν ἀκολουθίαν ἐκ τῆς τῶν Ἰουδαίων παραδόσεως δείκνυται, ὡς οὐχ ἕνεκεν τοῦ ζευχθῆναι αὐτῷ παρεδίδοτο αὐτῷ ἡ παρθένος· ἀλλ' ὅπως διαφυλαχθείη εἰς μαρτύριον τῶν ἐσομένων, ὅτι οὐ νόθος ἡ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας οἰκονομία ἐπιδεδήμηκεν, ἀλλὰ μεμαρτυρημένη ἐν ἀληθείᾳ, ἐκτὸς μὲν σπέρματος ἀνδρὸς ἐν πνεύματι ἁγίῳ οἰκονομηθεῖσα ἐν ἀληθείᾳ. πῶς γὰρ ἠδύνατο ὁ τοσοῦτος γέρων παρθένον ἔχειν γυναῖκα, ὢν ἀπὸ πρώτης γυναικὸς χηρεύσας τοσαῦτα ἔτη. οὗτος μὲν γὰρ ὁ Ἰωσὴφ ἀδελφὸς παραγίνεται τοῦ Κλωπᾶ. ἦν δὲ υἱὸς τοῦ Ἰακὼβ, ἐπίκλην δὲ Πάνθηρ καλουμένου. ἀμφότεροι οὗτοι ἀπὸ τοῦ Πάνθηρος ἐπίκλην γεννῶνται. Ex hoc loco Clariſſimus *Voſſius* ſic argumentatus eſt in *Diſſertatione de gen. Jeſu Chriſti*, cap. 5. *Ac valde eſt credibile ex eo, quòd Jacobus, pater Joſephi, Pantheris haberet cognomentum, idem in Joſephum fuiſſe derivatum; atque hanc eſſe cauſam, cur Jeſus Pantheris ſit dictus filius à Gentilibus & Judæis: è Gentilibus illis Celſus Epicuræus, Luciani Samoſatenſis amicus, fuit; verba de eo Origenis ſunt iſta è primo contra Celſum*, Ἀλλὰ γὰρ ἀπειεῖ, *&c. ubi* τοῦ Πανθήρα *nomen, quod aliis*, τοῦ Πάνθηρος. *Damaſcen.* lib. 4. *De fide Orthod.* cap. 15. *De Genealog. Domini.* Ἐκ τῆς σειρᾶς τοῦ Νάθαν, τοῦ υἱοῦ Δαβὶδ, Λευὶ ἐγέννησε τὸν Μελχὶ, καὶ τὸν Πάνθηρα· ὁ Πάνθηρ ἐγέννησε τὸν Βαρπάνθηρα, οὕτως ἐπικληθέντα. Οὗτος ὁ Βαρπάνθηρ ἐγέννησε τὸν Ἰωακείμ. Ὁ Ἰωακεὶμ ἐγέννησε τὴν ἁγίαν Θεοτόκον. Ἐκ δὲ τῆς σειρᾶς Σολομῶντος, τοῦ υἱοῦ Δαβὶδ, Ματθὰν ἔσχε γυναῖκα, ἐξ ἧς ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ. Τελευτήσαντος δὲ τοῦ Ματθὰν, Μελχὶ ἐκ τῆς φυλῆς τοῦ Νάθαν, ὁ υἱὸς μὲν Λευὶ, ἀδελφὸς δὲ τοῦ Πάνθηρος, ἔγημε τὴν γυναῖκα τοῦ Ματθὰν, μητέρα δὲ τοῦ Ἰακὼβ, καὶ ἐξ αὐτῆς ἐγέννησε τὸν Ἡλεί. Ἐγένοντο οὖν ἀδελφοὶ ὁμομήτριοι Ἰακὼβ καὶ Ἡλεί· ὁ μὲν Ἰακὼβ ἐκ τῆς φυλῆς Σολομῶντος, ὁ δὲ Ἡλεὶ ἐκ φυλῆς Νάθαν. Ἐτελεύτησε δὲ ὁ Ἡλεὶ, ὁ ἐκ τοῦ Νάθαν φυλῆς, ἄπαις· καὶ ἔλαβεν Ἰακὼβ, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ὁ ἐκ τῆς φυλῆς Σολομῶντος, τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἀνέστησε σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, καὶ ἐγέννησε τὸν Ἰωσήφ. Ὁ οὖν Ἰωσὴφ φύσει μὲν ἐστὶν υἱὸς Ἰακὼβ

tatem, candorem, aut veri ſimilitudinem præ ſe tulit, depromſerunt (ſolent enim Hæretici graviſſima nugis, & mendaciis vera, quò meliùs fidem ſuis commentis concilient, immiſcere) ut difficillimæ quæſtioni, de qua plurimi bellè curioſi libros conſcripsêre, ſatisfacerent, & injectos ſcrupulos amoverent. De prædicta calumnia bene convenit cum *Celſo* & *Juliano*, qui, licèt de *Panthere* taceat, crimen objicit; (*Cyrill.* lib. 8. *Contra Julianum*) Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν. ἔστω δὲ καὶ τοῦτο λεγόμενον ὑπὲρ Θεοῦ, καίτοι μηδαμῶς εἰρημένον. οὐ γὰρ ἦν παρθένος ἡ γεγαμημένη, καὶ πρὶν ἀποκυῆσαι συγκατακλιθεῖσα τῷ γήμαντι.

Pag. 26. lin. 14. Λέγω δὲ ταῦτα νῦν κτλ] Et quare non juxta *Origenem*, lib. 2. cap. 9. *De principiis: Obſervantes igitur iſtam ſententiam, quam Apoſtolus de nativitate Eſau & Jacob exponens dixit, Nunquid injuſtitia eſt apud Deum? abſit: etiam in omnibus creaturis rectum arbitror hanc eandem debere ſententiam cuſtodiri. Quoniam, ſicut ſuperius diximus, juſtitia debet Creatoris in omnibus apparere; quæ, ut mihi videtur, ità demum lucidius oſtendetur, ſi cauſas diverſitatis unusquiſque vel cœleſtium, vel terreſtrium, vel infernorum, in ſemetipſo præcedentes nativitatem corpoream habere dicatur.* Et lib. 4. cap. 2. *De princip. Unusquiſque ergò deſcendentium in terram pro meritis, vel loco ſuo, quem inhabitaverat, diſpenſatur in hoc mundo in diverſis locis, vel gentibus, vel converſationibus, vel infirmitatibus naſci, vel à religioſis, aut certè minùs piis, parentibus generari; ità ut aliquando contingat Iſraelitam in Scythas deſcendere, & Ægyptium pauperem deduci ad Judæam.* Vide *tom.* 19. in *Joan.* cap. 18. com. 22. & *tom.* 16. in *Joan.* Lib. 4. *Contra Celſum*, pag. 171. & lib. 5. pag. 250. & 264. & *Philocal.* cap. 1. pag. 18. & lib. 1. cap 8. *De Principiis.* *Hieron.* ad *Avitum*, *Quid cavendum in libris De principiis?* & eundem vide de libris iiſdem initio *Apologiæ adverſus Ruffinum.* Ex dictis conſtat, quòd *Origenes* rem tenuit, modum verò aut neſcivit, aut diverſimodè explicuit.

Pag. 26. lin. 14. Πυθαγόρων] Vide Annotationes ad lib. 5. pag. 245.

Pag. 26. lin. 15. Πλάτωνα] *Plato*, libro *De anima mundi*, pag. 104. Λέγοιτο δ' ἀναγκαίως καὶ τιμωρίαι ξέναι, ὡς μετενδυομένων τᾶν ψυχᾶν, τῶν μὲν δειλῶν, εἰς γυναικεῖα σκάνεα, ποθ' ὕβριν ἐκδιδόμενα· τῶν δὲ μιαιφόνων, ἐς θηρίων σώματα, ποτὶ κόλασιν· λάγνων δὲ ἐς συῶν, ἢ κάπρων, μορφάς· κούφων δὲ, καὶ μετεώρων, ἐς πτηνῶν ἀεροπόρων· ἀργῶν δὲ καὶ ἀπράκτων, ἀμαθῶν τε καὶ ἀνοήτων, ἐς τὰν ἐνύδρων ἰδέαν. Et in *Phædone*, pag. 70. Παλαιὸς μὲν οὖν ἔστι τις ὁ λόγος οὗτος, οὗ μεμνήμεθα, ὡς εἰσὶν ἐνθένδε ἀφικόμεναι ἐκεῖ, καὶ πάλιν γε δεῦρο ἀφικνοῦνται, καὶ γίγνονται ἐκ τῶν τεθνεώτων, &c. item pag. 81. Τὰ ποῖα δὴ ταῦτα, λέγεις, ὦ Σώκρατες; οἷον τοὺς μὲν γαστριμαργίας τε, καὶ ὕβρεις, καὶ φιλοποσίας μεμελετηκότας, καὶ μὴ διηυλαβημένους, εἰς τὰ τῶν ὄνων γένη, καὶ τῶν τοιούτων θηρίων, εἰκὸς ἐνδύεσθαι, &c. Vide eundem in *Phædro*, pag. 248. in *Timæo*, pag. 42. & *De Republ.* lib. 10. Vide Annotationes ad pag. 245.

Pag. 26. lin. 15. Ἐμπεδοκλέα] *Laert.* in *Empedocl.* Καὶ τὴν ψυχὴν παντοῖα εἴδη ζώων καὶ φυτῶν ἐνδύεσθαι. φησὶ γοῦν

Ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ γενόμην κοῦρός τε, κόρη τε,
Θάμνος τ', οἰωνός τε, καὶ ἐξ ἁλὸς ἔμπυρος ἰχθύς.

Nam (memini) fueram quondam puer, atque puella,
Plantàque, & ignitus piſcis, pernixque volucris.

Pag. 26. lin. 40. Ἐὰν δὲ] Forſan. legend. *Quòd ſi vera eſt Phyſiognomicorum ſcientia, vel Zopyri, vel Loxi, vel cujuslibet, qui de his rebus ſcripſerit, atque mirandum aliquid ſe ſcire profeſſus ſit (viz.) omnia corpora animarum indoli eſſe congrua, ei igitur quæ novo mundo,* &c.

Pag. 26. lin. 41. Ζωπύρῳ] *Euſebius*, lib. 6. cap. 9. *Præp. Evang.* ex *Alex. Aphrod.* *Tull.* lib. 4. *Tuſc. Qu.* & *De fato. Quid? Socratem nonne legimus quemadmodum notârit Zopyrus Phyſiognomon, qui ſe profitebatur hominum mores naturaſque ex corpore, oculis, vultu, fronte, pernoſcere? Stupidum eſſe Socratem dixit, & bardum, quòd jugula concava non haberet; obſtructas eas partes & obturatas eſſe dicebat: addidit etiam, mulieroſum, in quo Alcibiades cachinnum dicitur ſuſtuliſſe:* nec immeritò, qualis enim hic fuerit conjicere licet ex *Platone*, *Alcib.* primo, pag. 122. Σοὶ, δ' ὦ Ἀλκιβιάδη, Περικλῆς ἐπέστησε παιδαγωγὸν τῶν οἰκετῶν τὸν ἀχρειότατον ὑπὸ γήρως, Ζώπυρον τὸν Θρᾷκα· & ex *Plutarcho* in *Lycurgo*.

Pag. 26. lin. 42. Λόξῳ] *Albert.* lib. 1. *De animalibus. Ut autem meliùs ſciantur ea, quæ dicenda ſunt, ponemus ſingulorum membrorum per ſe ſignificationes; ſequentes autores magnos hujuſmodi artis, Ariſtotelem viz. & Avicennam, Conſtantinum, & ipſum, quem commendat Ariſtoteles, Philemonem, Loxum quoque, & Palæmonem declamatorem: qui de Phyſiognomia perfectiùs cæteris tradiderunt.* Item lib. 1. *tract.* 2. cap. 2.

Pag. 26. lin. 42. Πολέμωνος] *Athenienſis* erat,

erat, & librum ſcripſit *De interpretatione ſignorum naturæ.* Eundem *Nicolaus Petreius* Latinitate donavit, & *Gryphius*, (*Anno Dom.* 1552.) *Venetiis* excudit. *Geſn.* in Biblioth.

Pag. 29. lin. 31. Περὶ γυπῶν] *Ambroſ.* lib. 5. *Hexam.* cap. 20. *Diximus de viduitate avium, eámque ab illis primùm exortam eſſe virtutem. Nunc de integritate dicamus, quæ in plurimis quidem ità eſſe aſſeveratur; ut poſſit etiam in vulturibus deprehendi. Negantur enim vultures indulgere concubitui, & conjugali quodam uſu nuptialiſque copulæ ſorte miſceri, atque ità ſine ullo maſculorum concipere ſemine, & ſine conjunctione generare, natóſque ex his in multam ætatem longæ vitæ procedere, ut uſque ad centum annos vitæ eorum ſeries producatur; nec facilè eos anguſti ævi finis excipiat. Quid aiunt, qui ſolent noſtra ridere myſteria, cùm audiunt, quòd virgo generavit: & impoſſibilem innuptæ, cujus pudorem nulla viri conſuetudo temeraſſet, exiſtimant partum? Impoſſibile putatur in Dei Matre, quod in vulturibus poſſibile non negatur? Avis ſine maſculo parit, & nullus refellit; & quia deſponſata viro MARIA peperit, pudoris ejus faciunt quæſtionem. Nonne advertimus, quòd Dominus ex ipſa natura plurima exempla antè præmiſit, quibus ſuſceptæ incarnationis decorem probaret, & adſtrueret veritatem. Tertull.* lib. *adverſus Valent. Baſil. Hexam.* hom. 8. *Ælian.* lib. 2. cap. 46. *De animalibus.* Vide *Horapoll.* lib. 1. cap. 11, 12. *Plutarchum* in *Quæſtion. Romanis*, Autorem Epiſtolæ ad *Hieron. De Cereo Paſchali. Geſn.* lib. 8. *De avib. Aldrovand.* lib. 3. *Ornitholog.* cap. 1. *De vulturibus. Ut verò quid ſentiam hac in re dicam, pleroſque coire certus ſum; & fabuloſa reputo, quæ de conceptu ex vento feruntur.*

Pag. 29. lin. 52. Ἀμφικτιόνης] Pag. 280. Lege Περικτιόνης. *Ælian.* lib. 10. cap. 21. *Variæ Hiſt. Hieron.* lib. 1. *adv. Jovin. Apuleius*, lib. 1. *De dogmat. Platonis. Suidas* in *Plat.* Περικτιόνης ἢ Ποτώνης. *Laertius* in *Plat.* Σπεύσιππος δὲ ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Πλάτωνος περίδειπνον, καὶ Κλέαρχος ἐν τῷ Πλάτωνος ἐγκωμίῳ, καὶ Ἀναξιλίδης ἐν τῷ δευτέρῳ Περὶ φιλοσόφων, φασὶν, Ἀθήνησιν ἦν λόγος ὡραίαν οὖσαν τὴν Περικτιόνην βιάζεσθαι τὸν Ἀρίστωνα, καὶ μὴ τυγχάνειν. παυόμενόν τε τῆς βίας ἰδεῖν τὴν τοῦ Ἀπόλλωνος ὄψιν, ὅθεν καθαρὰν γάμου φυλάξαι ἕως τῆς ἀποκυήσεως. *Apuleius*, *Hieron.* & *Suidas*, ibid. *Plut. Symp.* lib. 8. quæſt. 1. dicit *Ariſtonem* audiviſſe vocem, quæ eidem congreſſum per decem menſes prohibuit. Eundem, ſi vacat, diſquirentem audi. Τοῦ γὰρ θείου ἴδιαι μὲν δόξῃ τῷ φθαρτῷ μάχεσθαι τὸ γινόμενον οὐχ ἧττον ἢ τὸ γινόμενον. μεταβολὴ γάρ τις καὶ αὐτὴ καὶ πάθος· ὥστε καὶ Ἀλέξανδρος ὑπειπεῖν, εἰπὼν μάλιστα θνητὸν καὶ φθαρτὸν ἐπιγινώσκειν ἑαυτὸν ἐν τῷ συγγενέσθαι γυναιξὶ καὶ καθεύδειν· ὡς τὸν μὲν ὕπνον ἐνδόσει γινόμενον ὑπ᾽ ἀσθενείας, γένεσιν δὲ πᾶσαν οἰκείαν πρὸς εἰς ἔπειγεν ἔχουσαν τῷ φθορᾶς οὖσαν. ἀναθαρρῶ δὲ πάλιν αὖ τὸν Πλάτωνος ἀκούων πατέρα, καὶ ποιητὴν τοῦ τε κόσμου, καὶ τῶν ἄλλων γινομένων, τὸν ἀγέννητον, καὶ ἀΐδιον Θεὸν ὀνομάζοντος, οὐ διὰ σπέρματος δὴ που γινόμενον, ἀλλὰ δὲ δυνάμει τοῦ Θεοῦ τῇ ὕλῃ γόνιμον ἀρχὴν, ὑφ᾽ ἧς ἔπαθε καὶ μετέβαλεν, ἐντεκόντος. πλέουσι γάρ τοι καὶ ἀνέμων ἀκούειν δοκοῦσι θήλειαν ὄρνιν, πλὴν ὅτως πάρῃ τόκος. καὶ οὐδὲν οἴομαι δεινὸν, εἰ μὴ πλησιάζων ὁ Θεὸς, ὥσπερ ἄνθρωπος, ἀλλ᾽ ἑτέραις τισὶν ἁφαῖς δι᾽ ἑτέρων καὶ ψαύσεσι τρέπει καὶ ὑποπιμπλησι θειοτέρας γονῆς τὸ θνητόν· καὶ οὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος εἰπεῖν, ἀλλ᾽ Αἰγύπτιοι τόν τε Ἆπιν οὕτως λοχεύεσθαί φασιν ἐπαφῇ τῆς Σελήνης, καὶ ὅλως ἄῤῥενι Θεῷ πρὸς γυναῖκα θνητὴν ἀπολείπουσιν ὁμιλίαν. *L. Vives.* Comment. ad lib. 8. cap. 4. *Auguſt. De Civit. Dei. Fallitur meâ ſententiâ, quiſquis Platonem non aliquandò plùs quàm hominem, aut certè non ex optimis illis & rariſſima hominum nota, fuiſſe putat.*

Pag. 31. lin. 34. Πλάτων] In *Euthydemo*, pag. 11. in *Phæd.* pag. 108. in *Cratylo*, pag. 392, 400, 401, 428, 440. lib. 2. *De Repub.* pag. 378. lib. 6. *De Rep.* pag. 506. 507. lib. 7. *De Rep.* pag. 517. lib. 10. *De Rep.* pag. 611. in *Timæo*, pag. 28, 29, 40. *Epiſt.* 7. pag. 344. Vide *Clem. Alexandr. Strom.* 5. *Theodor. Sermone* 2, & 4. *Cyrill. Contra Julian.* lib. 1.

Pag. 32. lin. 43. Ἐπικούρειοι] *Laert.* in *Epicur.* Μαντικὴν δ᾽ ἅπασαν ἐν ἄλλοις ἀναιρεῖ, ὡς καὶ ἐν τῇ μικρᾷ ἐπιτομῇ. *Tull. De natura Deorum*, lib. 1. *De divinat.* lib. 1. *De nat. Deor.* lib. 2. *Tertull.* lib. *De anima*, cap. 46. *Vana in totum ſomnia Epicurus judicavit, liberans à negotiis divinitatem, & diſſolvens ordinem rerum, & in paſſivitate omnia ſpargens, ut eventui expoſita & fortuita.* Et paulò pòſt, *Quis autem tam extraneus humanitatis, ut non aliquam aliquando viſionem fidelem ſenſerit? Pauca de inſignioribus perſtringens Epicuro pudorem imperabo. Aſtyages Medorum regnator*, &c. Item cap. 50. Vide *Boethium Epicureum* apud *Plutarchum*, (lib. *De Pyth. orac.*) ridentem carmina *Sybillarum*; (pag. 396, 397, 398.) & *Colotem* plurima oraculorum effata elevantem, (libro *Adv. Colot.*) & *Caſtium* apud eundem in *Bruto.* Vide *Euſeb.* lib. 14. cap. 2. *Præp. Evang.*

Pag. 32. lin. 43. Δημοκρίτειος] In plurimis conſentiunt, ut conſtat ex *Cicerone*, *Democritus* & *Epicurus*. An verò hoc in dogmate conveniunt,

conveniunt, non adeò liquet. *Tull.* lib. 1. *De Divin. Plurimiſque locis gravis autor Democritus præſenſionem rerum futurarum comprobaret.* *Plutarch.* lib. 5. *De placitis Philoſoph.* cap. 1. & Περὶ μαντικῆς. Ξενοφάνης καὶ Ἐπίκουρος ἀναιροῦσι τὴν μαντικήν. & cap. 2. Πῶς ὄνειροι γίνονται· Δημόκριτος τοὺς ὀνείρους γίνεσθαι κατὰ τὰς τῶν εἰδώλων παραστάσεις. *Ariſt.* libro *De divinat. per ſomnum*, cap. 2. Τοιονδ' ἂν εἴη μᾶλλον, ἢ, ὥσπερ λέγει Δημόκριτος, εἴδωλα καὶ ἀποῤῥοίας αἰτιώμενος. Ejus ſententiam haud ineptè explicabunt, quæ *Diodorus* refert de ſpectris in *Africa* viſis. Γίνεται δέ τι θαυμάσιον περί τε ταύτην τὴν χώραν, καὶ τὴν χέρσον, καὶ τὴν ἐπέκεινα τῆς Σύρτεως Λιβύην. περὶ γάρ τινας καιροὺς, καὶ μάλιστα κατὰ τὰς νηνεμίας, συστάσεις ὁρῶνται κατὰ τὸν ἀέρα παντοίων ζώων ἰδέας ἐμφαίνουσαι· τούτων δὲ αἱ μὲν ἠρεμοῦσιν, αἱ δὲ κίνησιν λαμβάνουσι, καὶ ποτὲ μὲν ὑποφεύγουσι, ποτὲ δὲ διώκουσι. πᾶσαι δὲ τὸ μέγεθος ἄπλετον ἔχουσαι, θαυμαστὴν κατάπληξιν, καὶ ταραχὴν, παρασκευάζουσι τοῖς ἀπείροις. αἱ γὰρ ἐπιδιώκουσαι τοὺς ἀνθρώπους, ἐπειδὰν καταλάβωνται, περιχέονται τοῖς σώμασι, ψυχραὶ καὶ παλμώδεις, ὥστε τοὺς μὲν ξένους ἀσυνήθεις ὄντας διὰ τὸ δέος ἐκπεπλῆχθαι. *Diod.* lib. 3. *Bibl. Hiſt.* pag. 184. *Mela* de *Mauritania. Kircherus*, libro *De Rheginorum ſpectac.* *Plutarch. De defectu orac.* & *De ſimulachris Epic. Apuleius* in *Apol.* & paſſim *Lucretius*: aſſeruit enim rerum ſimulachra, huc & illuc oberrantia, eâ ſubtilitate & vigore invadere dormientem, & incurrere; ut ejus animum attingant, & percellant, unde poterat de futuris conjectare.

Pag. 32. lin. 44. Περιπατητικός] *Euſeb.* lib. 4. cap. 2. *Præp. Evang.* Omnes Peripatetici τὰ βεβωμένα χρηστήρια, καὶ τὰ παρὰ πᾶσι μεταδιωκόμενα μαντεῖα, οὐδὲν φέρειν ἀληθὲς ἀπήλεγξαν, ἀνωφελῆ τε εἶναι ἀπεφήναντο, &c. Aliter ſentire videtur *Cicero*, lib. 1. *De Divin. Dicæarchus Peripateticus cetera divinationis genera ſuſtulit, ſomniorum & furoris reliquit.* *Plutarch. De placitis Philoſoph.* lib. 5. cap. 1. *Tull.* lib. 2. *De Divin.* *Tertull.* libro *De anima*, cap. 46. *Ariſtoteles majore ſententiam mendacio recitans agnoſcit & verum*: id eſt, interprete *Pamelio*, Quanquam putet majorem partem ſomniorum mendacium eſſe, tamen etiam veram ſubinde in illis agnoſcat. *Ariſt.* lib. *De Divinat. per ſomnum*, cap. 1. Περὶ δὲ τῆς μαντικῆς ἐν τοῖς ὕπνοις γινομένης καὶ λεγομένης συμβαίνειν ἀπὸ τῶν ἐνυπνίων, οὔτε καταφρονῆσαι ῥᾴδιον, οὔτε πεισθῆναι. Conſtat enim quoſdam inſomnia habuiſſe, unde non ſunt aſpernanda: τὸ δὲ μηδεμίαν αἰτίαν εὔλογον ὁρᾷν, καθ' ἣν ἂν γένοιτο τοῦτο, διαπιστεῖν ποιεῖ· τό τε γὰρ Θεὸν εἶναι τὸν πέμποντα, πρὸς τῇ ἄλλῃ ἀναλογίᾳ, καὶ τὸ μὴ τοῖς βελτίστοις καὶ φρονιμωτάτοις, ἀλλὰ τοῖς τυχοῦσι πέμπειν ἄτοπον. ἀφαιρεθείσης δὲ τῆς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ αἰτίας οὐδεμία τῶν ἄλλων εὔλογος εἶναι φαίνεται αἰτία. Vide caput ſecundum: alicubi verò inſomnia Deo adſcripſit. *Tertull.* libro *De anima*, cap. 49. *Si enim & Ariſtoteles Heroem quendam Sardiniæ notat incubatores fani ſui viſionibus privantem: erit & hoc in Dæmonum libidinibus tam auferre ſomnia, quàm inferre; ut Neronis quoque ſeri ſomniatoris, & Thraſymedis inſigne indè proceſſerit: ſed & à Deo deducimus ſomnia. Quid ergò? nec à Deo Atlantes ſomniarent? vel quia nulla jam gens Dei extranea eſt in omnem terram, & in terminos orbis Evangelio coruſcante. Num ergò aut fama mentita eſt Ariſtoteli, aut Dæmonum adhuc ratio eſt: dum nè aliqua natura credatur immunis ſomniorum?*

Pag. 35. lin. 7. Ὕπαρ] *Euſeb.* lib. 6. cap. 5. *Eccleſiaſt. Hiſt.* Ἕβδομος ἐν τούτοις, &c. *Septimus inter illos numeretur Baſilides, qui celebrem illam Potamiænam ad mortem abduxerat, de qua multus adhuc ſermo apud* Provinciales *vulgatur; quæ propter corporis* Puritatem, *ac Virginitatem quam retinebat, plurimùm contra amatores decertavit: contigerat enim illi, cùm maturitas quædam animi, tum corporis venuſtas. Cùm autem innumera pro fide Chriſti toleràſſet, tandem poſt gravia, dictúque horrenda tormenta, unà cum matre Marcella, igne eſt conſummata. Ferunt autem Aquilam judicem acerbiſſimè eam per totum corpus verberàſſe, ac tandem minatum eſſe, velle ſe eam gladiatoribus ad contumeliam corpori ipſius inferendam tradere: illam verò, cùm paululum ſecum ipſa meditaretur, interrogatam quid reſponderet, tale dediſſe reſponſum, per quod ea prolocuta ſit, quæ ipſis gentilibus putantur impia; idcoque è veſtigio, latâ ſententiâ à Baſilide, qui unus ex nominatis in exercitu erat, acceptam, ad mortem eſſe abductam; &, cùm illi multitudo moleſta eſſet, & laſcivis verbis contumeliam inferre conaretur, Baſilidem, repreſſis ac cohibitis conviciatoribus, plurimum erga eam miſericordiæ & humanitatis oſtendiſſe: illam viciſſim viri hujus erga ſe compaſſionem approbàſſe, animóque bono eſſe juſſiſſe; velle enim ſe poſt abitum ſuum ex hac vita miſericordiam ipſi à Domino ſuo impetrare, & haud diu poſt pro beneficiis in ſe collatis reſpondere: & hys dictis, pice ignitâ per varia corporis membra, à ſummis pedibus ad ipſum uſque verticem, ſenſim ac paulatim perfuſâ, mortem forti animo ſuſtinuiſſe. Et tale quidem certamen celeberrima virgo ſuſtinuit. Haud diu verò poſtea Baſilides, cùm*

à commilitibus ob quandam cauſam juramentum poſceretur, affirmavit ſibi prorſus non licere ut juret, eſſe enim ſe Chriſtianum; idque ſe diſertè confiteri. Putabatur initio ludere: ubi verò conſtanter affirmabat, ducitur ad Judicem; &, cùm idem ibi confeſtim eſſet confeſſus, vinculis traditur. Cùm autem fratres in Domino ad ipſum veniſſent, & de cauſa ſubitæ hujus & admirandæ mutationis percontarentur, fertur illis narrâſſe, quomodo Potamiæna, triduò poſt Martyrium, nocte ſibi adſtiterit, coronamque capiti ſuo impoſuerit, ac dixerit, Interpellâſſe ſe pro ipſo Domino, ac petita impetrâſſe, nec diu poſtea futurum, ut aſſumatur. Hiſce dictis, & obſignaculo Domini à fratribus accepto, ſequenti die Martyrium Domini, capite truncatus, ſuſtinuit. Scribunt autem & alios plures Alexandrinos illis temporibus cumulatè ad Chriſti veniſſe doctrinam eò, quòd Potamiæna in ſomnis apparuiſſet, & ad fidem eos vocâſſet. Illuſtriſſ. *Baronius* ad Ann. 205. num. 10. *Ad id autem, quod de Baſilide carnifice ait, per viſum admonito, facto Chriſtiano atque Martyre, alludere videtur Origenes; cùm agens contra Celſum hæc ait, "Irrideat licèt Celſus,* &c. *Cyprian.* Epiſt. 10. *ad Clerum*, &c. *Caſtigare nos itaque divina cenſura nec noctibus deſinit, nec diebus: præter nocturnas enim viſiones, per dies quoque impletur apud nos Spiritu ſancto puerorum innocens ætas, quæ in extaſi videt oculis, & audit, & loquitur ea, quibus nos Dominus monere & inſtruere dignatur: & audietis omnia, quando ad nos reducem me Dominus fecerit, qui, ut ſecederem, juſſit.* Idem, Epiſt. 8. 34. & 54. *ad Cornelium Synodi Africanæ, de pace lapſis danda.* Epiſt. 69. *ad Florentium Pupianum. Tertull. De ſpectaculis*, cap. 26. *De Idololatria*, cap. 15. *De Virginibus velandis*, cap. 17. *De anima*, cap. 9. Viſiones, quas Deus Martyribus obtulit, paſſim apud Scriptores Eccleſiaſticos occurrunt.

Pag. 35. lin. 38. Ἰώσηπος] Lib. 18. cap. 7. *Antiq. Jud.* pag. 626, 627.

Pag. 35. lin. 41. Ἀπιςῶν] *Fl. Joſephus*, lib. 18. cap. 4. pag. 621. Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς σοφὸς ἀνήρ· εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων, τῶν ἡδονῇ τἀληθῆ δεχομένων· καὶ πολλοὺς μὲν Ἰουδαίους, πολλοὺς δέ τε Ἑλληνικοὺς ἐπηγάγετο. ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν· καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου, οὐκ ἐπαύσαντο οἵ γε πρῶτον ἀγαπήσαντες. ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν ζῶν· καὶ θείων προφητῶν ταῦτά τε καὶ ἄλλα μυρία θαυμάσια περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων, εἰς τε νῦν Χριστιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένων οὐκ ἐπέλιπε τὸ φῦλον. *Origenes* in cap. 13. *Matth. In tantum autem in populo refulſit hic Jacobus ob juſtitiam; ut Joſephus, qui viginti libris deſcripſit antiquitatem Judaicam, dum vult cauſam adducere, quare Judæorum populus tam acerba paſſus ſit, ut etiam Templum ſubverteretur, dixerit, Per Dei vindictam hæc illis eveniſſe ob ea, quæ in Jacobum fratrem Jeſu, qui dicebatur Chriſtus, auſi fuerant. Quódque mirum eſt, cùm non probârit hanc ſententiam, Jeſum noſtrum fuiſſe Chriſtum, nihilò ſeciùs Jacobo tam magnificum juſtitiæ teſtimonium præbet. Dicit autem & populum in hac fuiſſe opinione, propter Jacobum eam calamitatem accidiſſe.* Ex his *Origenis* locis *Tanaquillus Faber*, in ejus *Diatriba*, colligit *Fl. Joſephi* teſtimonium de *Jeſu* Domino ſuppoſititium eſſe. *Satin'*, inquit, *apertè, Lector? ſatin' diſertè Origenes? Quid magis* ἀναμφίβολον? *Quid magis* ἀναντίῤῥητον? Bone vir, non ſatis apertè: nam hæc verba, Καὶ μὴ γε ἀπιςῶν τῷ Ἰησοῦ ὡς Χριςῷ, oſtendunt, eundem *Joſephum* quædam de *Jeſu* Domino ſcripſiſſe, *Jeſum* verò omnium terrarum Regem, quémq; Scripturæ *Judaicæ* prædixerant *Meſſiam*, non agnoviſſe: etenim haud aliter *Jeſu* fidem non habuit, niſi prout nonnulli *Jeſum* pro *Chriſto* & *Meſſia* haberi voluerunt. Quæ dixi exinde conſtabilire conabor, quòd *Joſephus* vaticinium de *Meſſia*, cujus adventum tunc temporis *Judæi* exſpectabant, non de *Jeſu Chriſto* interpretatus eſt: ſed ineptiſſimè *Veſpaſiano*, poſtquam *Judæorum* omnia retro ire vidit, accommodavit. Audi eum lib. 3. cap. 14. *De bello Jud.* pag. 854. Ὁ μέντοι Οὐεσπασιανὸς φρουρεῖν αὐτὸν μετὰ πάσης ἀσφαλείας προσέταττεν, ὡς ἀναπέμψων αὐτίκα Νέρωνι. ταῦτα ἀκούσας ὁ Ἰώσηπος, μόνῳ τι διαλεχθῆναι θέλειν ἔλεγεν αὐτῷ. μεταστησαμένου δ' ἐκείνου πλὴν τοῦ παιδὸς Τίτου, καὶ δύο φίλων, τοὺς ἄλλους ἅπαντας· Σὺ μὲν, εἶπεν, Οὐεσπασιανὲ, νομίζεις αἰχμάλωτον αὐτόμολον εἰληφέναι τὸν Ἰώσηπον· ἐγὼ δ' ἄγγελος ἥκω σοι μειζόνων. μὴ γὰρ ὑπὸ Θεοῦ προπεμφθεὶς ᾔδειν τὸν Ἰουδαίων νόμον, καὶ πῶς στρατηγοῖς ἀποθνήσκειν πρέπει; Νέρωνί με πέμπεις; τί γὰρ οἱ μετὰ Νέρωνα μέχρι σοῦ διάδοχοι μενοῦσι; Σὺ Καῖσαρ, Οὐεσπασιανὲ, καὶ αὐτοκράτωρ, σὺ, καὶ παῖς ὁ σὸς οὗτος. δέσμει δέ με νῦν ἀσφαλέστερον, καὶ τήρει σεαυτῷ. δεσπότης μὲν οὐ μόνον ἐμοῦ, σὺ Καῖσαρ, ἀλλὰ καὶ γῆς, καὶ θαλάσσης, καὶ παντὸς ἀνθρώπων γένους· ἐγὼ δ' ἐπὶ τιμωρίαν δέομαι φρουρᾶς μείζονος, εἰ κατασχεδιάζω καὶ Θεοῦ. *Sueton.* in *Veſpaſ.* cap. 5. *Apud Judæam Carmeli Dei oraculum conſulentem ità confirmavere ſortes; ut quicquid cogitaret, volveretque animo, quantumlibet magnum, id eſſe*

proventurum

proventurum pollicerentur. Et unus ex nobilibus captivis Joſephus, cùm conjiceretur in vincula, conſtantiſſimè aſſeveravit fore, ut ab eodem brevì ſolveretur, verùm jam Imperatore. Vide *Euſebium*, lib. 3. cap. 8. *Eccleſ. Hiſt.* atque hinc intelligas quorſum *Origenes* dixit, *Cùm non probavit hanc ſententiam, Jeſum noſtrum fuiſſe Chriſtum.* Sed parco homini. Vide *Hieronymum* in *Catal. Script. Eccleſ.* in *Joſepho*: *Euſebium*, lib. 2. cap. 23. *Eccleſ. Hiſt.* *Suid.* in Ἰώσηπος.

Pag. 35. lin. 49. Ἰακώβου] Pag. 69. *Orig.* in *Matth.* 13. Idem aſtruitur à Divo *Hieronymo*, *Clemente*, & *Suida*, locis citatis. *Clemens* aſſerit τοὺς Ἰουδαίων ἐμφρόνας δοξάζειν ταύτην εἶναι τὴν αἰτίαν· quaſi præter *Joſephum* alii eandem excidii *Hieroſolymitani* rationem reddidiſſent. *Euſeb.* lib. 2. cap. 23. *Eccleſ. Hiſt.* Certè mortem *Jacobi* pluribus diſplicuiſſe ex *Joſepho* novimus: at me graviter hallucinatum dicam, ſi apud eundem prædictum teſtimonium inveniatur. *Fl. Joſephus*, lib. 20. cap. 8. *Antiq. Judaic.* Ἅτε δὴ οὖν τοιοῦτος ὢν ὁ Ἄνανος νομίσας ἔχειν καιρὸν ἐπιτήδειον, διὰ τὸ τεθνάναι μὲν Φῆστον, Ἀλβῖνον δὲ ἔτι κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπάρχειν, καθίζει συνέδριον κριτῶν· καὶ παραγαγὼν εἰς αὐτὸ τὸν ἀδελφὸν τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, Ἰάκωβος ὄνομα αὐτῷ, καί τινας ἑτέρους, ὡς παρανομησάντων κατηγορίαν ποιησάμενος, παρέδωκε λευσθησομένους. ὅσοι δὲ ἐδόκουν ἐπιεικέστατοι τῶν κατὰ τὴν πόλιν εἶναι, καὶ περὶ τοὺς νόμους ἀκριβεῖς, βαρέως ἤνεγκαν ἐπὶ τούτῳ, καὶ πέμπουσιν πρὸς τὸν βασιλέα, κρύφα παρακαλοῦντες αὐτὸν ἐπιστεῖλαι τῷ Ἀνάνῳ, μηκέτι τοιαῦτα πράσσειν· μηδὲ γὰρ τὸ πρῶτον ὀρθῶς αὐτὸν πεποιηκέναι. Forſan librariorum incuriâ periit, quod huic loco ſatis aptè interſeri poterat. Verùm de incertis nil ſtatuo; mallem audire prædictum *Tanaquillum*, qui ſe aliàs dicturum pollicitus eſt, quid ſuper hâc re ſentiendum videatur.

Pag. 35. lin. 54. Τὸ περὶ ἀλμυρὰς] Vide *Voſſium* in *Diſſertatione De genere Jeſu Chriſti*, cap. 6.

Pag. 36. lin. 35. Προσκόπτειν] Leg. προσκόπτειν. Forteàn rectiùs vertas, *Quamvis talequidpiam ſimplicioribus in mentem veniat*, &c.

Pag. 37. lin. 6. Κεφαλίδα] Vide Annotationes in *Philocal.* pag. 28.

Pag. 39. lin. 46. Σπήλαιον] *Euſeb. Evang. Demonſtrationis*, lib. 7. cap. 2. Καὶ εἰς δεῦρο δὲ οἱ τὸν τόπον οἰκοῦντες, ὡς ἐκ πατέρων εἰς αὐτοὺς καταλθούσης παραδόσεως, τοῖς ἐπὶ τὸν τόπον ἱστορίας χάριν ἐς τὴν Βηθλεὲμ ἀφικνουμένοις μαρτυροῦσι, τὸν λόγον πιστούμενοι τὴν ἀλήθειαν, διὰ τῆς τοῦ * ἀγρ̃ [* leg. ἄντρου.] δείξεως· ἐν ᾧ τεκοῦσα ἡ παρθένος κατατέθειται τὸ βρέφος. Idem lib. 3. cap. 40. *De vita Conſtantini*, & cap. 42. *Juſt. Martyr*, Dial. cum *Tryph.* pag. 303. (Hic *Samaritanus* erat, ideóque à finibus *Bethlehemiticis* non longè remotus, atque iſthac de cauſa illius teſtimonium pluris facio.) Γεννηθέντος δὲ τότε τοῦ παιδίου ἐν Βηθλεέμ, ἐπειδὰν Ἰωσὴφ οὐκ εἶχεν ἐν τῇ κώμῃ ἐκείνῃ που καταλῦσαι, ἐν σπηλαίῳ τινὶ σύνεγγυς τῆς κώμης κατέλυσε, καὶ τότε αὐτῶν ὄντων ἐκεῖ ἐτετόκει ἡ Μαρία τὸν Χριστὸν, καὶ ἐν φάτνῃ αὐτὸν ἐτεθείκει. *Epiphan.* (Hær. 20.) *Chriſtum* in ſpelunca circumciſum dicit, γεγεννημένον τε ἐν Βηθλεὲμ, περιτμηθέντα ἐν τῷ σπηλαίῳ. *Hieronymus* *Marcellam*, ut ad rus *Bethlehemiticum* commigraret, & hanc ſpeluncam viſeret, ſæpiſſime hortatus eſt. Eundem audi in Epiſtola decima octava ad *Marcellam*. *Verùm, ut ad villam, & ad Mariæ diverſorium, veniamus: (plùs laudat enim unuſquiſque quod poſſidet:) quo ſermone, quâ voce tibi ſpeluncam Salvatoris exponam? & illud præſepe, in quo infantulus vagiit, ſilentio magis, quàm infirmo ſermone honorandum eſt. Ubi ſunt latæ porticus? ubi aurata laquearia? ubi domus miſerorum pœnis, & damnatorum labore, veſtitæ? ubi inſtar palatii privatorum exſtructæ baſilicæ? ut vile corpuſculum hominis pretioſiùs inambulet, &, quaſi mundo quicquid poſſet eſſe ornatius, tecta ſua magis velint aſpicere, quàm cœlum. Bethleem, ecce, in hoc parvo terræ foramine cœlorum conditor natus eſt; hìc involutus pannis: hìc viſus à paſtoribus: hìc demonſtratus à ſtella: hìc adoratus à Magis: &, puto, ſanctior locus eſt rupe Tarpeiâ, quæ de cœlo ſæpius fulminata oſtendit, quòd Deo diſpliceat. Eſt quidem ibi ſancta Eccleſia, ſunt trophæa Apoſtolorum, & Martyrum, eſt Chriſti vera confeſſio, eſt Apoſtoli ore prædicata fides, & Gentilitate calcatâ in ſublime quotidie erigitur vocabulum Chriſtianum.* Narrat *Beda*, in libello *De locis ſanctis*, cap. 8. quendam Epiſcopum, nomine *Arculphum*, quæ ipſe viderat retuliſſe: viz. *Bethleem, in cujus Orientali angulo quaſi quoddam naturale ſemi antrum eſt; cujus exterior nativitatis Dominicæ fuiſſe dicitur locus, interior Domini præſepe nominatur. Hæc ſpelunca, tota interiùs pretioſo marmore tecta, ſupra ipſum locum, ubi Dominus natus ſpecialiter traditur, ſanctæ Mariæ grandem geſtat Eccleſiam: petra juxta murum cavata primum Dominici corporis lavacrum de muro miſſum ſuſcipiens hactenus ſervat, quæ ſi quâ forte occaſione, vel induſtriâ, fuerit exhauſta, nihilò minùs continuò, dum reſpicit, ſicut ante fuerat, plena redundat.*

Pag. 43. lin. 13. Δύο λέγουσιν] Vide pag. 78. *Juſt.*

Juſt. Dialog. cum *Tryph.* pag. 247, 268, 350. *Iren.* lib. 4. cap. 56. *Tertull. Apolog.* cap. 21. eundem vide *Contra Judæos*, & lib. 3. *Contra Marcionem*.

Pag. 44. lin. 33. Δοσίθε@] Vide *Druſium*, lib. 3. *De tribus Sectis Judæorum*, cap. 4, & 6. *Fuerunt autem plures hoc nomine*, &c. & quatuor recenſet capite quarto. *Doſithei plures fuerunt, ut dictum eſt: ex iis vixerunt poſt Jeſu tempora duo; unus ex Judæis filius fuit R. Jannai, & diſcipulus R. Meir: alter è Samaritis, qui conatus fuit perſuadere civibus ſuis ſe Chriſtum eſſe. Hujus meminit Origenes.* De poſteriore, qui poſt *Chriſtum* vixit, loquitur *Origenes*, pag. 282. *tractat.* 27. in *Matth.* & *Tom.* 14. in *Joan.* *Nec ſanè ignorandum eſt, ut Jeſus ſeipſum eſſe ex Judæis Meſſiam dicebat & demonſtrabat; ſic Doſitheum etiam quendam exſtitiſſe ex Samaritanis, qui ſeipſum diceret Meſſiam Prophetarum: ex quo uſque nunc Doſitheini ſunt, libros Doſithei circumferentes, & fabulas quaſdam enarrantes de eo, perinde quaſi ille non perierit, ſed alicubi in hac vita degeret. Theodoretus*, (lib. 1. *De Hæret. fab.*) loquens de *Simonis* hæreſi, ait, *Ex hac etiam amariſſima radice exorti ſunt Doſitheani.* Vide Annotationes ad *Philocaliam*, pag. 14.

Pag. 44. lin. 47. Σίμων] *Juſtin.* Dial. cum *Tryph.* pag. 349. *Apol.* 2. pag. 69, & 91. *Iren.* lib. 1. cap. 22. *Tertull. Apol.* cap. 13. *Euſeb.* lib. 2. cap. 13, 14. *Theodor.* lib. 1. *De Hæret. fab.* *Damaſc. De Hæreticis. Auguſtin. De Hæret.* *Epiphan.* Hæreſ. 21. De morte ejus vide *Arnobium*, lib. 2. pag. 30. *Clementem, Conſtit. Apoſt.* lib. 6. cap. 9. *Ambroſium, Hexam.* lib. 4. cap. 8. *Cyrillum Hieroſolymitanum, Catechiſ.* 6. *Euſebium*, lib. 2. cap. 14. *Sulpitium*, lib. 2. *Theodoretum*, lib. 1. *De Hæret. fab.* *Iſidorum Peluſiotam*, lib. 1. epiſt. 13. *Anaſtaſium*, quæſt. 23. *Auguſtinum*, tom. 18. *Serm.* 3. *De Petro & Paulo.* Quærunt docti, an illi ſtatua cum hoc titulo erecta erat, SIMONI DEO SANCTO. Aſſerunt *Juſtinus, Irenæus, Tertullianus, Euſebius, Theodoretus*, & alii quamplurimi. *Cerda* in dubio relinquit in *notis* ad *Tertulliani Apologeticum*, cap. 13. *Ciaconius*, in *Opuſc.* ante *Expoſitionem columnæ Trajani*, negat: item *Salmaſius* in *notis* ad *Spartianum*. Verùm æquo Lectori ſatisfactum erit, ſi legat Illuſtriſs. *Baronium* ad Ann. 44. *num.* 55, 56, 57, 58, 59. & Clariſſ. *Hammondum* in Diſſert. 1. cap. 9. *De jure Epiſc. contra Blondellum.* *Multa*, inquit, *ad Ciaconii* (addam ego *Salmaſii*) *conjecturam vellicandam dici poſſunt; ſi iſtis vacaremus.*

Pag. 44. lin. 51. Τριάκοντα] *Theodoretus* (lib. 1. *De Hæret. fab.*) loquens de *Simonis* hæreſi, & aliis iſtius radicis ramuſculis, *Sed ii omnes*, inquit, *cùm impiæ ſectæ parvas quaſdam mutationes excogitâſſent, non diu durârunt; ſed oblivioni omnino traditi ſunt.* *Epiphanius*, Hæreſ. 22. de *Menandro, Simonis* diſcipulo, Ἀπεσβέσθη γὰρ οὗτ@, καὶ ἔληξεν ἡ αὐτοῦ αἵρεσις, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον.

Pag. 45. lin. 34. Χαιρήμον@] Vide *Voſſium*, libro ſecundo, capite primo, *De Hiſtoricis Græcis.*

Pag. 49. lin. 31. Βαρνάβα] *Hieron. Catal. Script. Eccleſ.* in *Barn.* Βαρνάβας Κύπριος, ὁ καὶ Ἰωσὴφ Λευίτης, μετὰ Παύλου τῶν ἐθνῶν Ἀπόστολ@ χειροτονηθεὶς, μίαν πρὸς οἰκοδομὴν τῆς Ἐκκλησίας ἐπιστολὴν συνέταξεν· ἥ τις εἰς τὰς ἀποκρύφους γραφὰς ἀναγινώσκεται. In eadem epiſtola hæc verba occurrunt, *pag.* 16. Ὅτι δὲ τοὺς ἰδίους ἀποστόλους, τοὺς μέλλοντας κηρύσσειν τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ ἐξελέξατο ὄντας ὑπὲρ πᾶσαν ἁμαρτίαν ἀνομωτέρους· ἵνα δείξῃ ὅτι οὐκ ἦλθε καλέσαι δικαίους, ἀλλ' ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. *Hieron.* lib. 3. *adverſùs Pelagian.* *Ignatius, vir Apoſtolicus, & Martyr, ſcribit audacter: "Elegit "Dominus Apoſtolos, qui ſuper homines peccatores erant. Sed, cùm in toto Ignatio nihil hujuſmodi reperire ſit, puto eſſe lapſum memoriæ: & quod Barnabæ tribuendum erat, Ignatio fuiſſe tributum. Menard.* in *notis* ad *Barn.* epiſt.

Pag. 50. lin. 9. Οἰκήματ@ ἐστώς] Lege, ἑστῶσα. Lib. 3. pag. 152. Δεσπότῃ ἐπὶ τέγους αὐτὴν ἱστάναι. *Juſtin. Apolog.* 2. pag. 69. Καὶ Ἑλένην τινὰ, τὴν συμπερινοστήσασαν αὐτῷ κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, πρότερον ἐπὶ τέγους σταθεῖσαν [ἐν Τύρῳ τῆς Φοινίκης] τὴν ὑπ' αὐτοῦ ἔννοιαν πρώτην γενομένην λέγουσι. *Suid.* Εἶτα περαθεὶς πορνοβοσκῷ τινι ἀφείθη ὑπ' αὐτοῦ πρὸς ἑταιρεῖν ἐν Ἀθήναις. in *Heſych. Mileſ. A. Gell.* lib. 2. cap. 8. Unde ſubit mirari, quorſum Joannes Tarinus (in *notis* ad *Origenis Philocaliam*) & ſibi, & aliis, vel leviſſimam emendandi curam denegavit: *Non agnoſco*, inquit, *nec aſteriſco locum do. Nam Phædon Eleenſis* τῶν εὐπατριδῶν συνεάλω τῇ πατρίδι, καὶ ἠναγκάσθη στῆναι ἐπ' οἰκήματ@. Ità quidem *Laertius* ſcribit, & vel pueris notum eſt domos eas, in quibus ſe meretrices proſtituebant, ſenſu *Atticis* peculiari οἰκήματα appellari. *Suidas* interpretatus eſt per Χαμαιτυπεῖα· καὶ τοὺς ἐπὶ τῶν οἰκημάτων ἑστῶσας ἀκωλύτως συνεῖναι διεκελεύετο. *Pollux, Heſychius*, & *Phavorinus*, πορνεῖον expoſuerunt. *Athen.* lib. 3. Διὸ συμβουλεύω σοι, Θέτταλε ποικιλόδιφε, τοῖς ἐπὶ τῶν οἰκημάτων ἀπαντᾶν. Idem alibi: Σὺ δ' ἂν διὰ τὴν τῶν νέων ἀκμὴν ἔτυχον ἐπὶ οἰκημάτων γυναῖκα πειρώμεν@. Sequitur ſtatim ex *Nicandro*,

Candro, qui eundem *Vulgaris Veneris* templum exſtruxiſſe tradit, ἠργυλεύσατο αἱ τῇ ἐπιγείῳ τ̃ οἰκημάτων. At hujuſmodi uſus iſtius vocabuli, cùm *Atticis* peculiaris ſit, qui nomina rebus ſæpe δι' εὐφημισμὸν impoſuerunt, fortaſſe *Origenem* latuit: æquo igitur Lectori abundè, uti ſpero, ſatisfactum erit, cùm de vocabulorum ἐπὶ & ἐπιεικῆ affinitate, (quorum prius in quolibet exemplari, quantum ex aliis intelligere poſſum, reperitur,) de gravioribus Notariorum ſphalmatis, & noſtræ lectionis cum ſyntaxi & mente *Origenis* concinnitate ſecum pauliſper cogitavit; quibus ego rationibus inductus (*Tarinum* verò ſecuturus, ſi in textum irrepſiſſe compertum habueram,) ut vides, legi, & legendum cenſeo.

Pag. 50. lin. 11. Πολέμωνος] *Valerius Maximus*, lib. 6. cap. 9. *Laertius* in *Polemone*. *Lucianus* in *Bis accuſato*.

Pag. 50. lin. 34. Χρύσιππος] Vide lib. 8. *Contra Celſum*, pag. 411. Hujus libri *Galenus* ſæpius meminit in libris, *De Hippocratis & Platonis decretis*: uti lib. 4. Κατὰ δὲ τὰ περὶ τῶν παθῶν ἅπαντα τέτταρα, δι' ὧν ἐπισκέπτεται τὰ λογικὰ περὶ αὐτῶν ζητήματα, καὶ περιέπει τὸ θεραπευτικὸν, ὃ δὴ καὶ ἠθικὸν ἐπιγράφουσί τινες.

Paƒ. 51. lin. 13. Χαλκίδι] *Ammonius* in *vita Ariſt. Ælian.* lib. 3 cap. 36. *Var. Hiſt.* Vide *Athenæum*, lib. 15. cap. 16. & *Laertium* in *Ariſt.*

Annotationes in Librum II. ORIGENIS *contra* CELSUM.

PAg. 56. lin. 33. Πτωχός] *Orig.* lib. 4. *De Princip. Ignat.* ad *Philadelph. Theodoret.* lib. 2. *De Hær. Fab. Euſeb.* lib. 3. cap. 24. *Eccleſ. Hiſt.*

Pag. 56. lin. 34. Ἐβιωναῖοι] Dormitamus aliquando, ut vides: nam χρηματίζειν hoc in loco eſt neutrum, licèt in *Lex. vulg.* ſemper ut minimè neutrum exponatur; quem errorem tum *Budæus*, tum *Stephanus* correxerunt. Vide exempla apud utrumque, & lege. *Ebionæi* dicuntur, quicunque è *Judæis Jeſum* pro *Chriſto* receperunt. Per *Ebionæos* hoc in loco intellige *Nazaræos*: erant enim duplicis generis *Ebionæi*; quod non ſemel monuit *Origenes*, lib. 5. pag. 272. 274. Ex quibus hi *Jeſum* è Virgine natum eſſe agnoverunt, ſúntq; *Nazaræi*, cùm latiori ſenſu illud nomen interpretatur. Vide *Grotium*, *Annot.* in *Matth.* & *Voſſium*, cap. 2. in *Diſſertat. De Gener. Jeſu Chriſti*. *Petavius* in *Animadverſ.* in *Epiph.* Hæreſ. 30. *Verùm Ebionæorum nomen latiùs extendiſſe videri poteſt Origenes; ut Ebionæos illos appellet, qui, cùm alioqui de Chriſti divinitate rectè ſentirent, tum Chriſtianâ religione Judaicas Ceremonias amplectendas crederent, quod quidem Tomo ſecundo ſub initium ſignificare videtur.* Proculdubio hunc locum reſpexit. Illi communi hominum ſorte conceptum & natum arbitrati ſunt. *Ignatius*, ad *Philadelph. Orig.* Homil. 17. in *Luc. Epiph.* Hær. 30. *Euſeb. Eccleſ. Hiſt.* lib. 3. cap. 24. & lib. 5. cap. 8. *Eccl. Hiſt.* *Aug. De Hæreſibus*. *Theodoret.* lib. 2. *De Hæret. fab.* Atque *Ebionæos* ſic diſtinguere accuratiùs me docuit *Euſebius*, lib. 3. cap. 24. Ἐβιωναίους τούτους οἰκείως ἐπεφήμιζον οἱ πρῶτοι, πτωχῶς καὶ ταπεινῶς τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ δοξάζοντας καὶ λέγοντας· λιτὸν μὲν γὰρ αὐτὸν καὶ κοινὸν ἡγοῦντο, κατὰ προκοπὴν ἤθους αὐτὸν μόνον ἄνθρωπον δεδικαιωμένον, ἐξ ἀνδρός τε κοινωνίας καὶ τῆς Μαρίας γεγεννημένον. δεῖν δὲ πάντως αὐτοῖς τῆς νομικῆς θρησκείας, ὡς μὴ ἂν διὰ μόνης τῆς εἰς τὸν Χριστὸν πίστεως, καὶ τοῦ κατ' αὐτὴν βίου σωθησομένοις. ἄλλοι δὲ παρὰ τούτους τῆς αὐτῆς ὄντες προσηγορίας, τὴν μὲν τῶν εἰρημένων ἔκτοπον διεδίδρασκον ἀτοπίαν, ἐκ παρθένου καὶ ἁγίου πνεύματος μὴ ἀρνούμενοι γεγονέναι τὸν Κύριον. οὐ μὴν ἔθ' ὁμοίως καὶ οὗτοι προϋπάρχειν αὐτὸν Θεὸν λόγον ὄντα καὶ σοφίαν ὁμολογοῦντες, τῇ τῶν προτέρων περιετρέποντο δυσσεβείᾳ, μάλιστα ὅτε καὶ τὴν σωματικὴν περὶ τὸν νόμον λατρείαν ὁμοίως ἐκείνοις περιέπειν ἐσπούδαζον. *Theodoret.* lib. 2. *De Hæret. fab. Damaſcen. De Hær.* At primi generis *Ebionæorum*, *Gratio* ſi credas, *Irenæus* non meminit. *Quòd Irenæus verò nullam eorum mentionem faciat in recenſu Hæreſeon, in partem meliorem de illis judicandum eſt.* Cape librum, & lege. *Qui autem dicuntur Ebionæi conſentiunt quidem mundum à Deo factum; ea autem quæ ſunt erga Dominum, non ſimiliter, ut Cerinthus & Carpocrates, opinantur. Iren.* lib. 1. cap. 26. Iſti enim Dominum *Jeſum Joſephi* & *Mariæ* filium opinati ſunt; at *Nazaræi*, ſive primi generis *Ebionæi*, *Chriſtum* è Virgine natum,

natum eſſe juxta fidem Orthodoxam crediderunt. De his agit *Hieronymus*, Epiſtola ad *Auguſtinum*. *Quid dicam de Hebionitis, qui Chriſtianos eſſe ſe ſimulant? Uſque hodie per totas Orientis Synagogas inter Judæos hæreſis eſt; quæ dicitur Minæorum, & à Phariſæis nunc uſque damnata, quos vulgò Nazaræos nuncupant, qui credunt in Chriſtum filium Dei, natum de Virgine Maria; & eum dicunt eſſe, qui ſub Pontio Pilato paſſus eſt, & reſurrexit, in quem & nos credimus: ſed, dum volunt & Judæi eſſe & Chriſtiani, nec Judæi ſunt, nec Chriſtiani.* *Aug. De Hær.* *Theod.* lib. 2. *De Hær. fab.* *Cypr.* Expoſit. *Symb. Apoſt.* *Orig.* in cap. 15. *Matth.* Credo etiam *Ebionæos* διττοὺς apud *Origenem* ideo nuncupari; quòd *Nazaræi* cum *Ebionæis* conſuetudine aliqualem & familiaritatem contraxerunt: audi *Epiphan.* Hær. 30. pag. 126. Ἔνθεν ἀρχὴ τῆς κακῆς αὐτοῦ διδασκαλίας, ὅθεν δῆθεν ϗ οἱ Ναζωραῖοι οἱ ἄτομοι προσδεδήλωνται. συναφθεὶς γὰρ οὗτος ἐκείνοις, ϗ ἐκεῖνοι τούτῳ, ἑκάτερος ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ μοχθηρίας τῷ ἑτέρῳ μετέδωκε. ϗ διαφέρονται μὲν ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον κατά τι, ἐν δὲ τῇ κακονοίᾳ ἀλλήλους ἀπεμάξαντο. & pag. 125. Σαμαρειτῶν μὲν γὰρ ἔχει τὸ βδελυρὸν, Ἰουδαίων δὲ τὸ ὄνομα, Ὀσσαίων δὲ ϗ Ναζωραίων ϗ Νασαραίων τὴν γνώμην, Κηρινθιανῶν τὸ εἶδος, Καρποκρατιανῶν τὴν κακοτροπίαν, ϗ Χριστιανῶν βούλεται ἔχειν τὴν προσηγορίαν.

Pag. 67. lin. 6. Πλάτωνος] *Ælian.* lib. 3. cap. 19. *Var. Hiſt.* & lib. 4. cap. 9. *Laert.* in *Ariſt.* Vide quæ profert *Caſaubonus* in notis ad *Laertium* ex *Ariſtocle*.

Pag. 67. lin. 8. Κατηγορημένα] Ni fallor, in libro primo *De anima*, cap. 2. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἐν τῷ Τιμαίῳ Πλάτων τὴν ψυχὴν ἐκ τῶν στοιχείων ποιεῖ. Credo eum reſpexiſſe *Platonis Timæum*, pag. 41, 42. & 69. Vide *Atticum Plat.* apud *Euſeb. Præp. Evang.* lib. 15. cap. 9.

Pag. 67. lin. 9. Τερατεύματα] *Plut. adverſùs Colotem.* Τάς γε μὴν ἰδέας, περὶ ὧν ἐγκαλεῖ τῷ Πλάτωνι, πανταχοῦ κινῶν ὁ Ἀριστοτέλης, ϗ πᾶσαν ἐπάγων ἀπορίαν αὐταῖς, ἐν τοῖς ἠθικοῖς ὑπομνήμασιν, ἐν τοῖς φυσικοῖς, διὰ τῶν ἐξωτερικῶν διαλόγων φιλονεικότερον ἐνίοις ἔδοξεν, ἢ φιλοσοφώτερον ἐκ τῶν δογμάτων τούτων, ὡς προθέμενος τὴν Πλάτωνος ὑπερειδεῖν φιλοσοφίαν· οὕτω μακρὰν ἦν τοῦ ἀκολουθεῖν. *Ariſt. Analyt. poſt.* lib. 1. cap. 8. 19. & lib. 1. cap. 4. *De moribus*. *Metaphyſ.* lib. 12. cap. 4, 5. Vide *Att. Plat.* apud *Euſeb.* lib. 15. cap. 13.

Pag. 67. lin. 31. Κοινωνία] *Clem. Alex. Strom.* 5. Φασὶ γοῦν Ἵππαρχον τὸν Πυθαγόρειον, αἰτίαν ἔχοντα γράψαι τὰ τοῦ Πυθαγόρου σαφῶς, ἐξελαθῆναι τῆς διατριβῆς, ϗ στήλην ἐπ' αὐτῷ γενέσθαι, οἷα νεκρῷ. Διὸ ϗ ἐν τῇ βαρβάρῳ φιλοσοφίᾳ νεκροὺς καλοῦσι τοὺς ἐκπεσόντας τῶν δογμάτων, ϗ καθυποτάξαντας τὸν νοῦν τοῖς πάθεσι τοῖς ψυχικοῖς. Ad eundem ſic ſcripſit *Lyſis*. *Si igitur mutatus fueris gratulabor; ſin minùs, jamjam mihi obiiſſe videberis.* (*Theodor. Canter.* lib. 1. cap. 12. *Var. Lect.* & *Epiſt. Græcæ à Jac. Cujacio Latinitate donatæ*) *Jamblichus*, in vita *Pythag.* cap. 17. Στήλην δή τινα τῷ τοιούτῳ ϗ μνημεῖον ἐν τῇ διατριβῇ χώσαντες. καθὰ ϗ Περιάλλῳ τῷ Θουρίῳ λέγεται, ϗ Κύλωνι τῷ Συβαριτῶν ἐξάρχῳ, ἀπογνωσθεῖσιν ὑπ' αὐτῶν, ἐξήλαυνον ἐκ τῆς ὁμακοΐας, φορτίσαντες χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου πλήθει.

Pag. 68. lin. 10. Ἐπικουρείους] *Ælian.* lib. 9. cap. 12. *Var. Hiſt.* Ὅτι Ῥωμαῖοι Ἀλκαῖον ϗ Φιλίσκον τοὺς Ἐπικουρείους ἐξέβαλον τῆς πόλεως, ὅτι πολλῶν, ϗ ἀτόπων ἡδονῶν εἰσηγηταὶ τοῖς νέοις ἐγένοντο. ϗ Μεσσήνιοι δὲ ἐξήλασαν τοὺς Ἐπικουρείους.

Pag. 68. lin. 12. Εὐχάς] *Ariſt.* lib. 7. cap. 8. *De Republ.* Πρῶτον μὲν οὖν ὑπάρχειν δεῖ τροφὴν, ἔπειτα τέχνας· (πολλῶν γὰρ ὀργάνων δεῖται τὸ ζῆν.) τρίτον δὲ ὅπλα· τοὺς γὰρ κοινωνοῦντας ἀναγκαῖον ϗ ἐν αὐτοῖς ἔχειν ὅπλα, πρός τε τὴν ἀρχὴν τῶν ἀπειθούντων χάριν, ϗ πρὸς τοὺς ἔξωθεν ἀδικεῖν ἐπιχειροῦντας. ἔτι χρημάτων τινὰ εὐπορίαν, ὅπως ἔχωσι ϗ πρὸς τὰς καθ' αὑτοὺς χρείας, ϗ πρὸς πολεμικάς. πέμπτον δὲ ϗ πρῶτον, τὴν περὶ τὸ θεῖον ἐπιμέλειαν, ἣν καλοῦσιν ἱερατείαν. Idem cap. 9. Λοιπὸν δ' ἐκ τῶν καταριθμηθέντων τὸ τῶν ἱερέων γένος. φανερὰ δὲ ϗ ἡ τούτων τάξις. οὔτε γὰρ γεωργὸν, οὔτε βάναυσον, ἱερέα κατασατέον· ὑπὸ γὰρ τῶν πολιτῶν πρέπει τιμᾶσθαι τοὺς θεούς. ἐπεὶ δὲ διῄρηται τὸ πολιτικὸν εἰς δύο μέρη, τουτέστι τό τε ὁπλιτικὸν, ϗ τὸ βουλευτικόν· πρέπει δὲ τήν τε θεραπείαν ἀποδιδόναι τοῖς θεοῖς, ϗ τὴν ἀνάπαυσιν ἔχειν περὶ αὐτοὺς, τοὺς διὰ τὸν χρόνον ἀπειρηκότας, * τούτους ἂν εἴη τῆς ἱερωσύνης ἀποδοτέον. [* leg. τούτοις ἂν εἴη τὰς ἱερωσύνας ἀπ.] *Ariſt.* lib. 10. cap. 8. *De moribus*. Veriùs dici poteſt de *Pythagoricis*: *Laert.* in *Pythag.* Οὐκ ἐᾷ εὔχεσθαι ὑπὲρ αὑτῶν διὰ τὸ μὴ εἰδέναι τὸ συμφέρον.

Pag. 68. lin. 14. Σαμαρεῦσι] Quondam longâ pace fruebantur; ut conſtat ex *Juſtino*, in *Apolog.* 2. pag. 69. Τοῦτον δ' ἔτι ϗ μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Χριστοῦ εἰς οὐρανὸν προεβάλλοντο οἱ δαίμονες ἀνθρώπους τινὰς λέγοντας ἑαυτοὺς εἶναι θεούς· οἳ οὐ μόνον οὐκ ἐδιώχθησαν ὑφ' ὑμῶν, ἀλλὰ ϗ τιμῶν κατηξιώθησαν. Σίμωνα μέν τινα Σαμαρέα, &c. At poſtea *Cæſaris* opem ad eos compeſcendos imploravit in *Dialogo cum Tryphone*, pag. 349. Καὶ τοῦ-

τῳ

τα εἶπεν, ὅτι οὐδὲν οὐδενὸς φροντίζων ἢ τοῦ τἀληθὲς λέγειν, λέγοιμι, οὐδένα δυσωπεῖσθαι μέλλων, κἂν δέῃ παραυτίκα ὑφ᾽ ὑμῶν μελισθῆναι· οὐδὲ γὰρ ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ ἐμοῦ, λέγω δὲ τῶν Σαμαρέων, τινὸς φροντίδα ποιούμενος, ἐγγράφως Καίσαρι προσομιλῶν, εἶπεν πλανᾶσθαι αὐτοὺς πειθομένους τῷ ἐν τῷ γένει αὐτῶν Μάγῳ Σίμωνι, ὃν Θεὸν ὑπὲρ ἄνω πάσης ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας, καὶ δυνάμεως εἶναι λέγουσι. Neſcio tamen, an eundem *Simonem*, & *Samaritas* ejus Sectatores, *Flavius Joſephus* deſignat, lib. 18. cap. 15. *Antiq. Jud.* Vide *Cod. Juſtinian.* lib. 1. tit. 5. *DE HÆRET. ET MANICÆIS ET SAMARITIS*; *Novell. Juſtinian. DE SAMARITIS*; *Novell. Theod.* tit. 2. *DE JUDÆIS ET SAMARITANIS HÆRETICIS, ET PAGANIS.*

Pag. 68. lin. 15. Συνάγουσι] *Modeſtinus*, lib. 6. *Regularum*, *AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS. Circumcidere filios ſuos Judæis tantùm reſcripto Divi Pii permittitur: in non ejuſdem Religionis qui hoc fecerit, caſtrantis pœna irrogatur. Jul. Paul. recept. ſentent.* lib. 5. tit. 22. *DE SEDITIOSIS. Cives Romani, qui ſe Judaico ritu, vel ſervos ſuos, circumcidi patiuntur, bonis ademptis, in inſulam perpetuò relegantur. Medici capite puniuntur. Judæi, ſi alienæ nationis comparatos ſervos circumciderint, aut deportantur, aut capite puniuntur:* item *Novell.* 146. *Pius* igitur *Judæis* conceſſit, quod *Adrianus* denegaverat; nam *moverunt eâ tempeſtate & Judæi bellum, quòd vetabantur mutilare genitalia*, inquit *Ælius Spartianus* in *Adriano:* niſi fortè hunc *Spartiani* locum *Iſaacus Caſaubonus* rectiùs interpretatus eſt, qui legibus *Domitiani, Nervæ,* & *Adriani,* quibus vetita erat marium eviratio, etiam circumciſioni fibulam impoſitâ fuiſſe opinatur. Verùm quid ſi *Judæis* in animo erat dilapſam Rempublicam ad priſtinam felicitatem reſtituere, & ritus patrios renovare? idq; ſe meliùs effecturos ſperabant, ſi liceret extraneos allicere; quos, circumciſione adhibitâ, fidiſſimos ſuæ religionis propugnatores poſſiderent; atque hujus rei providus Imperator vetuit extraneorum genitalia mutilare? Certè huic conjecturæ quamplurimi favent: ex quibus nonnulli bellum à *Judæis* ſuſceptum credunt, ut Templum conderent; alii ut antiquiſſimam ſuæ Reipublicæ adminiſtrationem redintegrarent: nec recentiorum Imperatorum conſtitutiones repugnant, quæ extraneos circumcidendi veniam ſemel & iterum denegârunt; *Cod. Juſtin.* lib. 1. tit. 9. *DE JUDÆIS.* tit. 10. *NE CHRISTIANUM. Cod. Theod.* lib. 16. tit. 4. *Novell. Leonis*, 55.

Pag. 69. lin. 21. Ἰάσωπος] Vide Annotationes ad paginam triceſimam quintam.

Pag. 69. lin. 36. Φλέγων] Vide *Origenem*, pag. 80, & 96. *Adriani* libertus erat, & *Chronicon* ſcripſit, quod conſtabat ex libris ſedecem, continens res geſtas CCXXIX. *Olympiadum*; quarum ultima deſiit in quartum *Antonini Pii* annum. *Scaliger*, in *Animadverſ. Euſeb.* ad annum MMXLIV. *Voſſius*, lib. 2. cap. 11. *De Hiſtoricis Græcis. Suidas* in Φλέγων. *Salmaſius* in *Spartianum. Photius* Tmemate 97. Ex *Stephano*, in Ταργύνη, conſtat quale fuerit præcipuum ejus *Chronicorum* argumentum; Ἐφ᾽ οἷς πολὺ μάλλον προσαγορεύουσι ὄλεθρον· nam ſub unaquaque *Olympiade* recenſuit omnia, quæ contigêre, prodigia; qua de cauſa reprehenditur à *Photio. Sed non penitùs probare poſſum quod idem reprehendit, anxiam illam curam in Olympiadibus recenſendis, atque iis annotandis, quæ ſingularum tempore contigerunt. Imò verò, utinam totum Chronicon exſtaret: multum enim lucis abſque dubio priſcæ indè Eccleſiæ temporibus accederet; atq; hoc eò juſtius putamus, quòd inter alia induſtriæ teſtimonia etiam Eclipſeos illius meminerit, quæ Dominicæ Paſſionis tempore contigit,* inquit *Voſſius* ibidem. At *Chriſtum* dicit futura præſciviſſe: an quia excidium *Hieroſolymitanum*, aliáſve iſtius generis calamitates prædixit? Cùm iſtius libri ſint deperditi, hoc eſſet divinare. De Solis deliquio, quod tunc temporis evenit, cùm *Judæi Jeſum* cruci ſuffixerunt, ejus teſtimonium exſtat locupletiſſimum in *Euſebii Chronico*, ad Annum MMXL. *Jeſus Chriſtus, ſecundùm Prophetias, quæ de eo fuerant prelocutæ, ad paſſionem venit anno Tiberii XVIII. quo tempore etiam in aliis Ethnicorũ commentariis hæc ad verbum ſcripta reperimus.* "*Solis facta defectio: Bythinia terræ-motu concuſſa, & in urbe Nicæa ædes plurimæ corruerunt. Quæ omnia his congruunt, quæ in paſſione Salvatoris acciderunt. Scribit verò ſuper his & Phlego, qui Olympiadarum egregius ſupputator eſt, in tertio decimo libro ità dicens;* "*Quarto autem anno CCII. Olympiadis magna & excellens inter omnes, quæ ante eam acciderant, defectio Solis facta. Dies horâ ſextâ ità in tenebroſam noctem verſus, ut ſtellæ in cœlo viſæ ſunt, terræq; motus in Bythinia Nicææ urbis multas ædes ſubverteret. Orig.* Tractat. 35. in *Matth. Et Phlegon quidem in Chronicis ſuis ſcripſit, in principatu Tiberii Cæſaris factum; ſed non ſignificavit in Luna plena hoc factum. Tertull. Apolog.* cap. 21. *Eodem momento dies, medium orbem ſignante Sole,*

ſubducta

ſubducta eſt, deliquium utique putaverunt, qui id quoque ſuper Chriſto prædicatum non ſcierunt: & tamen eum mundi caſum relatũ in Archivis veſtris habetis. Archiva vocat Annales & Chronica. Quod enim ait Eclipſim veram quoſdam putâſſe, ſine dubio intelligit & Phlegontem, & Thallum Chronographum. Africanus, Τοῦτο τὸ σκότος ἔκλειψιν ἡλίου Θάλλος ἀποκαλεῖ ἐν τρίτῃ τῶν ἱστοριῶν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἀλόγως· *nam Eclipſim quoque veram Phlegon putavit: inde Tertullianus*, PUTAVERUNT *cùm dicit, non unum Phlegontem, ſed & Thallum ſimul comprehendit. Scalig. Animadverſ. Euſeb.* pag. 171.

Pag. 70. lin. 29. Δοκήσει] *Iren.* lib. 1. cap. 23. *De Saturnilo. Epiph. Hæreſ.* 24. quæ eſt *Baſilidianorum. Ignat. Epiſt.* ad *Trallianos.* Εἰ δὲ ὥσπερ τινὲς ἄθεοι ὄντες, τουτέστιν ἄπιστοι, λέγουσι τῷ δοκεῖν γεγενῆσθαι αὐτὸν ἄνθρωπον, οὐκ ἀληθῶς ἀνειληφέναι σῶμα, καὶ τῷ δοκεῖν τεθνηκέναι, πεπονθέναι οὐ τῷ ὄντι.

Pag. 70. lin. 41. Ἠρὸς] *Plat.* lib. 10. *De Repub.* Ἀλλ᾽ οὐ μέντοι σοί, ἦν δ᾽ ἐγώ, Ἀλκίνου γε ἀπόλογον ἐρῶ, ἀλλ᾽ ἀλκίμου μὲν ἀνδρός, Ἠρὸς τοῦ Ἀρμενίου, τὸ γένος Παμφύλου· ὅς ποτε ἐν πολέμῳ τελευτήσας, ἀναιρεθέντων δεκαταίων τῶν νεκρῶν, ἤδη διεφθαρμένων, ὑγιὴς μὲν ἀνῃρέθη, κομισθεὶς δ᾽ οἴκαδε, μέλλων θάπτεσθαι, δωδεκαταῖος ἐπὶ τῇ πυρᾷ κείμενος ἀνεβίω. ἀναβιοὺς δ᾽ ἔλεγεν ἃ ἐκεῖ ἴδοι. ἔφη δέ, Ἐπειδὴ οὗ ἐκβῆναι τὴν ψυχὴν, πορεύεσθαι μετὰ πολλῶν, καὶ ἀφικνεῖσθαι σφᾶς εἰς τόπον τινὰ δαιμόνιον, ἐν ᾧ τῆς γε γῆς δύο εἶναι χάσματα ἐχομένω ἀλλήλοιν, καὶ τοῦ οὐρανοῦ αὖ ἐν τῷ ἄνω ἄλλα καταντικρύ. δικαστὰς δὲ μεταξὺ τούτων καθῆσθαι· οὓς ἐπειδὴ διαδικάσειαν, τοὺς μὲν δικαίους κελεύειν πορεύεσθαι τὴν εἰς δεξιάν τε καὶ ἄνω διὰ τοῦ οὐρανοῦ, σημεῖα περιάψαντας τῶν δεδικασμένων ἐν τῷ πρόσθεν· τοὺς δὲ ἀδίκους, τὴν εἰς ἀριστεράν τε καὶ κάτω, ἔχοντας καὶ τούτους ἐν τῷ ὄπισθεν σημεῖα πάντων ὧν ἔπραξαν. ἑαυτοῦ δὲ προσελθόντος εἰπεῖν, ὅτι δέοι αὐτὸν ἄγγελον ἀνθρώποις γενέσθαι τῶν ἐκεῖ, καὶ διακελεύοιντό οἱ ἀκούειν τε καὶ θεᾶσθαι πάντα τὰ ἐν τῷ τόπῳ, &c. *Juſt.* in *Paræn.* pag. 25. *Theodor.* Serm. 11. *De Fine & Judicio. Euſeb.* lib. 11. cap. 35. *Præpar.Evangel. Cyrillus Alex.* lib. 8. *contra Julianum. Macrob.* lib. 1. in *Somn. Scipionis. Auguſt. De Civitate Dei*, lib. 22. cap. 28. *Plut.* lib. 9. *Symp.* Quæſt. 5. *Valer. Max.* lib. 5. cap. 8. *Clem. Alex. Strom.* 5. qui eundem *Armenii* filium fuiſſe, & nomine proprio *Zoroaſtrem* vocatum ſcribit. Hunc *Platonis* locum tranſcripſi; ut, cùm primùm oculos in hanc chartam quiſquam injiciat, ei innoteſcat quàm bene hæc *Platonis* ὑποτύπωσις, & *Chriſti* Parabolæ inter ſe conveniunt, *Lucæ* capite decimo ſexto; hìc χάσμα μέγα ἐστήρικται; illìc bini cœli terræque hiatus: (pag. 614.) hìc dives maximos cruciatus ſubit; illìc *Ardiæum* ἄνδρες ἄγριοι καὶ διάπυροι ἰδεῖν, ligatis corporis membris, in terram dejiciunt, ἐκδείραντε, καὶ ἐπ᾽ ἀσπαλάθων γνάμπτοντες. (pag. 616.) hìc *Lazarus* in ſinu *Abrahami* deliciarum loco; illìc nitidæ animæ luce fruuntur, & quieſcunt prato: (pag. 614: 616.) hìc queſtus & clamores; illìc dolor & ejulatus: (pag. 614.) hìc dives parùm levaminis precatus eſt: illìc fruſtra *Aridæus* egredi conatur: (pag. 615.) hìc Prophetarum monita tantæ calamitatis remedia reputantur; illìc alius totus eſt in luctu & ejulatu, quòd Prophetæ juſſis non obtemperavit: (pag. 619.) hìc [*Matth.* cap. 25. com. 33.] oves ad dextram, ad ſiniſtram hirci locum aſſignatum habent; illìc, poſtquam judex de mortuorum animis judicium tulit, jubet τοὺς μὲν δικαίους πορεύεσθαι τὴν εἰς δεξιάν τε καὶ ἄνω, τοὺς δὲ ἀδίκους τὴν εἰς ἀριστεράν τε καὶ κάτω. Sed plura perſequi non licet, nè Cramben bis coctam tibi apponerem: quã te ſatiatum dices, ſi *Juſtinum, Clementem*, & *Theodoretum* labiis primoribus attingas.

Pag. 70. lin. 44. Ἡρακλείδη] *Plinius* lib. 7. *Nat. Hiſt.* cap. 52. *Huc pertinet nobile illud apud Græcos volumen Heraclidis ſeptem diebus fœminæ exanimis ad vitam revocatæ. Laert.* in *Proœmio* in *Emped.* Τήν γοῦν ἄπνουν ὁ * Ἡράκλειδος [* leg. Ἡρακλείδης] φησὶ τοιοῦτόν τι εἶναι ὡς τριάκοντα ἡμέρας συντηρεῖν ἄπνουν καὶ ἄσφυκτον τὸ σῶμα. *Galen.* Περὶ τῶν πεπονθότων τόπων, lib. 6. Ἡ μὲν οὖν περὶ τὴν λελεγμένην διαφορὰν, τὸ κατὰ τὸ Ποντικοῦ Ἡρακλείδου γεγραμμένον βιβλίον, ἀπορίαν ἔχει πολλὴν ὅπως γίγνεται. λέγεται γὰρ ἄπνους τε καὶ ἄσφυκτος· ἐκείνη ἡ ἄνθρωπος γεγονέναι, τῶν νεκρῶν ἐνὶ μόνῳ διηλλάττουσα, τῷ βραχεῖαν ἔχειν θερμότητα, κατὰ τὰ μέσα μέρη τοῦ σώματος. ἐπιγεγράφθαι γοῦν τὸ βιβλίον Ἄπνουν Ἡρακλείδου καὶ ζήτησιν ἔφη γεγονέναι τοῖς παροῦσιν ἰατροῖς, εἰ μήπω τέθνηκεν. Ἡρακλείδης δ᾽ αὖθις ὕστερον γεγονότες ἔνιοι, βουλόμενοι διασώζεσθαί τι τῆς ἀναπνοῆς, εἰ καὶ μὴ φαίνοιτο, κελεύουσι ἐρίου διεξαμένου καταφέρειν πρὸ τῆς ῥινὸς, εἰς διάγνωσιν ἀκριβῆ τοῦ εἰ φέρεταί τι πνεῦμα διὰ τῆς ἀναπνοῆς ἔσω τε καὶ αὖθις ἔξω. τινὲς δὲ κατὰ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ἐπιτιθέναι κελεύουσιν λεκάνιον ὕδατος μεστὸν ἀκριβῶς, ὡς φυλάττεσθαι τὸ ὑγρὸν, εἰ μηδὲν ὅλως σαλεύοιτο τῆς ἀναπνοῆς. εἰ μὲν οὖν ἀπέθνησκον αἱ οὕτως ἔχουσαι πᾶσαι γυναῖκες, ἁπλοῦν ἂν εἴη τὸ ζήτημα· σωζομένων δ᾽ ἐνίων, διπλοῦν γίγνεται τὸ τήν τε διάθεσιν ἡμᾶς ζητοῦντας,

τούτων, ὑφ' ἧς ἀπόλλυται τὸ τῆς ἀναπνοῆς ἔργον, ἔτι τε μᾶλλον ὅπως ἔτι ζῶσιν αἱ μηδ' ὅλως ἀναπνέουσαι. πιστεύεται γὰρ ἀχώριστον εἶναι τοῦ ἀναπνεῖν τὸ ζῆν, τοῦ τε ζῆν τὸ ἀναπνεῖν. ὥστε καὶ τὸν ζῶντα πάντως ἀναπνεῖν, καὶ τὸν ἀναπνέοντα πάντως ζῆν· ἢ τοῦτο χαλεπώτερον, οὐκ ἔστι δ' ὄντως χαλεπώτερον, ἀλλὰ θάτερον φωραθῆναι ῥᾷον. εἴ γε καὶ τὰ φωλεύοντα ζῶα νεκροῖς ὅμοια κατὰ τοὺς φωλεοὺς εἰργόμενα τῆς ἀναπνοῆς οὐδὲν ἀποσώζοντα φαίνεται. τούτου γὰρ ἐγνωσμένου καὶ σαφῶς ἐκείνων ὁρωμένων τῶν ζώων ψυχρῶν, ἀποδεδειγμένου δὲ καὶ τοῦ τὴν μεγίστην χρείαν τῆς ἀναπνοῆς εἶναι συντήρησιν τῆς ἐμφύτου θερμασίας, δι' ἐμψύξεώς τε καὶ ῥιπίσεως γιγνομένην, οὐδὲν ἔτι δύσκολόν ἐστιν ἐπιλογίσασθαι τὴν ὑπολειπομένην αὐτοῖς ὀλίγην θερμασίαν, φυλάττεσθαι διὰ τοῦ τῶν ἀρτηριῶν τε καὶ τῆς καρδίας ἔργου, καλουμένου δ' ὑπό τινων ἰατρῶν διαπνοῆς, ὥσπερ τοῦ διὰ θώρακός τε καὶ πνεύμονος ἀναπνοῆς. ἐγχωρεῖ τοίνυν ἐπὶ τῆς ὑστερικῆς ἀπνοίας, ἐπειδὴ κατέψυκται τὸ πᾶν σῶμα, φαίνεται γὰρ ἐναργῶς τοῦτο, τὴν μὲν διὰ τοῦ στόματος ἀναπνοὴν μηδόλως γίγνεσθαι· τὴν δὲ διὰ τῶν ἀρτηριῶν γίγνεσθαι. δυνατὸν δὲ καὶ γιγνομένην αὐτὴν ἐλαχίστην λανθάνειν τὴν αἴσθησιν. Hinc ſubit mirari; quorſum inter alios, *Grotius*, & *Origenes*, ſummæ eruditionis viri, his & ſimilibus nullius ponderis inſtantiis uſi ſunt; quibus neque reſurrectionis myſterium confirmare, nec Paganos ab iſta, quam conceperant de rebus fidei, ſententia dimovere, nec refellere Hæreticos, nec dubios & vacillantes ſtabilire potuerunt. Vel ipſi, è quorum ſcriptis hæc de παλιμβίοις exempla hauſimus, nunquam de ullo ſpeciali Numinis influxu, aut virtute pluſquam humanâ, quæ nunc famulantem corpori ſpiritum evocaret, nunc exilii pertæſum ſuæ ſedi reſtitueret, ſomniârunt. Audi *Plinium*, lib. 7. *Nat. Hiſt.* cap. 52. *Puerum æſtu, & itinere feſſum, in ſpecu ſeptem & quinquaginta dormiſſe annis, rerum faciem mutationémque mirantem, velut poſtero experrectum die: hinc pari numero dierum ſenio ingruente; ut tamen in ſeptimum & quinquageſimum atque centeſimum vitæ duraret annum. Fœminarum ſexus huic malo videtur maximè opportunus, converſione vulvæ, quæ ſi corrigatur, ſpiritus reſtituitur. Huc pertinet nobile illud*, &c. *Galenus*, loco citato. *Suidas* in ἄπνους. *Heraclides* ἐν τῷ Περὶ νόσων. *Laertius* in *Emped.* Sive igitur ex operatione Magica, ſive ex peritia in conficiendis medicamentis effectum fuerat; ut corpus ἄπνουν καὶ ἄσφυκτον per triginta dierum ſpatium conſervaretur: ex utroque capite ineptiſſimè diſputabis. Fateretur enim quis, cui vel *Medicorum*, vel *Hiſtoricorum*, libros legiſſe contigit, animam aliquoties ex corporis intemperie ad anguſtias coactam ſuas vires intùs revocare; aliquoties vi Magiæ è corpore migrare, ut fraudi Dæmonum inſerviat: at nemo ex communi iſthac morborum & Magorum operatione reſurrectionis myſterium, quod corporis animæque ſeparationem, ſeu vi, ſeu legibus naturæ factam ſupponit, evincere conaretur. Etiam ipſi, qui nobis de hujusmodi deliquiis & inuſitatis animarum incarcerationibus retulerunt, eaſdem, corpore incluſas, arteriis & corde conſtipatas credidêre; atque iſtam fidem incaleſcentia corporis membra ingenerabant: calor enim huc & illuc per poros modicè exſiliens eundem intùs conglobatum eſſe arguebat. Conſenties mecum, ſi percurras *Philoſtratum*, libro quarto, capite decimo ſexto, *De vita Apollonii.* Κἀκεῖνο Ἀπολλωνίου θαῦμα. Κόρη ἐν ὥρᾳ γάμου τεθνάναι ἐδόκει, καὶ ὁ νυμφίος ἠκολούθει τῇ κλίνῃ, βοῶν ὁπόσα ἐπ' ἀτελεῖ γάμῳ· ξυνωλοφύρετο δὲ καὶ ἡ Ῥώμη. καὶ ἐτύγχανεν οἰκίας ἡ κόρη τελούσης ἐς ὑπάτους. παρατυχὼν οὖν ὁ Ἀπολλώνιος τῷ πάθει, "Κατάθεσθε, ἔφη, τὴν κλίνην· "ἐγὼ γὰρ ὑμᾶς τῶν ἐπὶ τῇ κόρῃ δακρύων παύσω. καὶ ἅμα ἤρετο ὅ, τι ὄνομα αὐτῇ εἴη. Οἱ μὲν δὴ πολλοὶ ᾤοντο λόγον ἀγορεύσειν αὐτὸν, οἷοι τῶν λόγων ἐπικήδειοι, καὶ τὰς ὀλοφύρσεις ἐγείροντες· ὁ δὲ οὐδὲν ἀλλ' ἢ προσαψάμενος αὐτῆς, καί τι καὶ ἀφανῶς ἐπειπὼν, ἀφύπνισε τὴν κόρην τοῦ δοκοῦντος θανάτου. καὶ φωνήν τε ἡ παῖς ἀφῆκεν, ἐπανῆλθέ τε ἐς τὴν οἰκίαν τοῦ πατρὸς, ὡς Ἄλκηστις τοῦ Ἡρακλέους ἀναβιωθεῖσα. δωρουμένων δὲ αὐτῷ τῶν ξυγγενῶν τῆς κόρης μυριάδας δεκαπέντε, "Φερνὴν, ἔφη, ἐπι"διδόναι αὐτὰς τῇ παιδί. καὶ εἴτε σπινθῆρα τῆς ψυχῆς εὗρεν ἐν αὐτῇ, ὃς ἐλελήθει τοὺς θεραπεύοντας. λέγεται γὰρ, ὡς ψεκάζοι μὲν ὁ Ζεὺς, ἡ δὲ ἀτμίζοι ἀπὸ τοῦ προσώπου· εἴτ' ἀποσβηκυῖαν τὴν ψυχὴν ἀνέθαλψέ τε, καὶ ἀνέλαβεν· ἄρρητος ἡ κατάληψις τούτου γέγονεν, οὐκ ἐμοὶ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς παρατυχοῦσιν. *Philoſtratus*, ut vides, novæ nuptæ ad vitam reditum potiùs deſcendenti pluviæ, quæ exhauſtas ac penè deperditas caloris vires fovebat & excitavit; quàm iſtius Magiæ adſcribere videtur. Nec ineptè: cùm *Galenus*, in iſthoc, quem allegavi, loco, apud Medicos in more poſitum fuiſſe dicit, fœminarum ventriculis, quæ hoc morbo laborabant, vitreum aquæ plenum imponere; ex cujus motu vel quiete eaſdem aut vivas, aut exanimes dijudicabant. Vide *Euſeb.* in *Hieroclem*, in confutatione libri quarti.

Pag. 70. lin. 46. Πολλοί] *Ariſteas*; (*Herodot.* in *Melp. Plin.* lib. 7. *Nat. Hiſt.* cap. 52. *Plutarch.*

tarch. in *vit. Rom. Suid.* in 'Αεις.) duo, qui eodem die defuncti ſunt; (*Aug. De Civit. Dei*, lib. 22. cap. 28. ex *Labione.*) *Æſopus, Tyndarus, Hercules, Glaucus*; (*Cœl. Rhodigin.* lib. 15. cap. 26. *Lex. Antiq.*) Gabienus, *Cæſaris* Claſſiarius; (*Plin.* ibid.) *Aviola* in rogo; (ibid.) *Lamias*, aliquot dieb⁹ mortuus, in flammis exclamavit; (*Val. Max.* lib. 1. cap. 8.) *Palici*, unà cum matre *Thalia* merſi, vivi reverſi ſunt; (*Macrob. Saturn.* lib. 5.) *Magnâ autoritate, nec minore famâ, cùm occurriſſet ignoto funeri, relato homine ab rogo atque ſervato; nè quis levibus momentis tantam converſionem factam exiſtimet:* *Plin.* lib. 26. *Nat. Hiſt.* cap. 3. de *Aſclepiade*; *Hermotimus Clazomenius*; (*Plin.* lib. 7. *Nat. Hiſt.* cap. 52. *Lucian.* in *Muſcæ encomio*) *Theſpeſius*; (*Plutarch.* libro *De his, qui ſerò à Numine puniuntur.*) *Antyllus*; (idem, libro *De anima*, citato ab *Euſebio*, lib. 11. cap. 36. *Evang. Præp.*) *Ælius Tubero à rogo relatus eſt.* (*Plin.* ibid.) *Varro* trium meminit, qui revixerunt; quorum unus erat ejus materteræ maritus; *cæteri domum pedibus remeârunt*: (*Plin.* ibid.) *Hercules*, interemptus à *Typhone*, odore Coturnicis revixit; poſtquam *Iolaus* ei admoviſſet; (*Athen.* lib. 9. cap. 11.) *Glaucus*, poſtquam Pharmacum ex melle confectum guſtaverat; (*Eraſ. Adag.*) *Thylonem, quem Draco occiderat, herbâ, quam Balin nominant, Xanthus reſtitutum refert; & Juba in Arabia herbâ revocatum ad vitam hominem tradit:* (*Plin.* lib. 25. *Nat. Hiſt.* cap. 2.) *Alceſtin Hercules*, (*Eurip.* in *Alceſt.*) *Orum*, à *Titanibus* interfectum, *Iſis*, (*Diodor. Sic.* lib. 1. *Bibl. Hiſt.*) puellam in ὥρᾳ γάμου defunctam *Apollonius* (*Philoſt.* lib. 4 cap. 16.) *Æſculapius Hippolytum* (*Pauſan.* in *Corinth.*) ad vitam revocârunt. Et alibi me legiſſe memini *Marin* quendam ter aut ſæpius revixiſſe. Vide *Fulgoſum*, lib. 1. cap. 6. & *Phleg. Trallian. De mirabilibus & longævis.*

Pag. 70. lin. 54. 'Οικονομουμένη] Vide Annotationes ad paginam 85.

Pag. 71. lin. 29. Κρίτωνι] *Plato* in *Apolog.* pag. 38.

Pag. 71. lin. 33. Λεωνίδας] *Diodorus Siculus*, lib. 11. *Bibl. Hiſt.*

Pag. 73. lin. 8. 'Αιτίαν] *Orig.* pag. 109. Vide *Philocal.* cap. 23. *Explanat.* cap. 7. epiſt. ad *Rom.* *Juſtin.* Dialog. cum *Tryph.* pag. 370. Ἐι δὲ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ προμηνύει πάντως τινὰς καὶ ἀγγέλους καὶ ἀνθρώπους κολασθήσεσθαι μέλλοντας· διότι προεγίνωσκεν αὐτοὺς ἀμεταβλήτους γινομένους πονηροὺς, προείρηκε ταῦτα. *Clem. Alex. Strom.* 7. Ἑνὸς τοῦ Θεοῦ τῷ βουλήματι, δι' ἑνὸς τοῦ Κυρίου συνάγουσαν τοὺς ἤδη κατατεταγμένους, οὓς προώρισεν ὁ Θεὸς, δικαίους ἐσομένους πρὸ καταβολῆς κόσμου ἐγνωκώς. *Origenes* in *Explanat.* cap. 7. ad *Rom.* *Nam etſi communi intellectu de præſcientia ſentiamus; non propterea erit aliquid, quia id ſcit Deus futurum: ſed, quia futurum eſt, ſcitur à Deo antequam fiat. Nam etſi, verbi gratia, fingimus Deum non prænoſcere aliquid futurum, ſine dubio erit; quòd ità, ut putà Judas proditor factus eſt, & hoc ità futurum Prophetæ prædixerunt: non ergò, quia Prophetæ prædixerunt, idcirco prodidit Judas; ſed quia futurus eſſet proditor, ea, quæ ille ex propoſiti ſui nequitia geſturus erat, prædixerunt Prophetæ: cùm utiq; Judas in poteſtate habuiſſet, ut eſſet ſimilis Petro & Joanni, ſi voluiſſet; ſed elegit pecuniæ cupiditatem magis, quàm Apoſtolici conſortii gloriam; & hanc ejus voluntatem futuram prævidentes Prophetæ librorum tradiderunt monumentis.* Nec aliter de hac controverſia, *Auguſtinum* ſi excipias, omnes Patres tradiderunt.

Pag. 73. lin. 44. Λαΐον] *Eurip. Phœniſ.*

Καλοῦσι δ' Ἰοκάστην με· (τοῦτο γὰρ πατὴρ
Ἔθετο.) γαμεῖ δὲ Λαΐος μ'. ἐπεὶ δ' ἄπαις
Ἦν, χρόνια λέκτρα τἄμ' ἔχων ἐν δώμασιν,
Ἐλθὼν ἐρωτᾷ Φοῖβον· ἐξαιτεῖ θ' ἅμα
Παίδων ἐς οἴκους ἀρσένων κοινωνίαν.
Ὁ δ' εἶπεν· Ὦ Θήβαισιν εὐίπποις Ἄναξ,
Μὴ σπεῖρε, &c. (pater

Vocant verò me Jocaſtem; (hoc enim nomen
Indidit) duxit verò me Laius. Cùm autem
ſine liberis
Eſſet, diu habens connubium meum in domo,
Veniens interrogat Phœbum; & poſcit ſimul
Liberorum in ædibus maſculorum communem
prolem.
Ille reſpondet ei; O Rex equeſtrium Thebanorum,
Nè ſemina, &c.

Pag. 73. lin. 53. 'Αργὸς λόγος] *Tull.* libro *De fato.*

Pag. 74. lin. 49. 'Ιαμβοποιός] Intelligit *Archilochum. Clem. Alex. Strom.* 1. Ναὶ μὴν ἴαμβον μὲν ἐπενόησεν Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος. *Pauſan.* in *Achaicis.* Vide Annotationes ad pag. 125.

Pag. 74. lin. 49. Λυκάμβη] Ejus filiam *Neobulam Archilocho* deſpondiſſet, cujus rei poſtea pœnituit, & alteri collocavit: unde *Quintilianus*; (*Inſtit. Orat.* lib. 10. cap. 1.) *Adeò ut videatur quibuſdam, quod quidem veneni eſt materiæ eſſe, non ingenii vitium.* Horat. Epod. 6.

Cave, cave: namque in malos aſperrimus
Parata tollo cornua;
Qualis Lycambæ ſpretus infido gener.

Oenomaus apud *Euſebium*, lib. 5. cap. 33. *Tull.*

Tull. lib. 3. *De natura Deorum. Lucian.* in *Pſeudoliſta*, non longè ab initio.

Pag. 77. lin. 49. Μαρκίων] Vide *Epiphanium, Hæreſ.* 42. pag. 312. ad finem. *Iren.* lib. 3. cap. 11. *Marcion autem, id, quod eſt ſecundùm Lucam, circumcidens, ex his, quæ adhuc ſervantur penès eum, blaſphemus in ſolum exiſtentem Deum oſtenditur.* Vide *Irenæum*, lib. 1. cap. 23.

Pag. 77. lin. 49. Οὐαλεντῖνε] *Iren.* lib. 1. cap. 1. *Transferunt autem, & transfingunt, & alterum ex altero facientes ſeducunt multos ex iis, quæ aptant ex Dominicis eloquiis malè compoſito phantaſmati*, &c. Vide eundem, lib. 3. cap. 11.

Pag. 77. lin. 50. Λουκιανοῦ] Erat *Marcionis* ſectator. *Epiph. Hæreſ.* 43. Κατὰ πάντα μὲν ὅμως κατὰ τὸν Μαρκίωνα δογματίζει. ibid.

Pag. 78. lin. 31. Δύο ἐπιδημίαις] Vide Annotationes ad pag. 43.

Pag. 80. lin. 45. Φλέγων] Vide Annotationes ad pag. 69.

Pag. 80. lin. 49. Εὐριπίδου] In *Bacch.*

Πεν. Εἱρκταῖσί τ' ἔνδον σῶμα σὸν φυλάξομεν.

Διό. Λύσει μ' ὁ δαίμων αὐτὸς, ὅταν ἐγὼ θέλω.

Pen. Tuúmque corpus intùs in carceribus aſſervabimus.

Bæ. Solvet me Deus ipſe, cùm ego voluero.

Pag. 85. lin. 19. Ταῖς γυμναῖς] *Orig.* in cap. 5. ad *Rom.* 8. *Si verò, ut in nonnullis Exemplaribus habetur, etiam in eos, qui non peccaverunt in ſimilitudinem prævaricationis Adæ, mors iſta (id eſt, quæ in inferno animas detinebat) regnâſſe dicatur: intelligimus & ſanctos quoſque ſub iſta morte, etiamſi non peccandi, at certè moriendi lege decidiſſe; Chriſtum verò idcirco in infernum deſcendiſſe, non ſolùm, ut ipſe non teneretur à morte; ſed ut & eos, qui inibi, non tam prævaricationis, ut diximus, crimine, quàm moriendi conditione abſolveret. Iren.* lib. 4. cap. 45. *Eapropter Dominum in ea, quæ ſunt ſub terra, deſcendiſſe, Evangelizantem & illis adventum ſuum, remiſſum peccatorum exiſtentem his, qui credunt in eum.* & lib. 5. cap. 26. *Nunc autem tribus diebus converſatus eſt, ubi erant mortui; quemadmodum* Prophetia *ait de eo,* Commemoratus *eſt Dominus ſanctorum mortuorum ſuorum, eorum, qui antè dormierunt in terram ſtipulationis, & deſcendit ad eos, extrahere eos & ſalvare eos. Tertull.* libro *De anima*, cap. 55. *Quòd ſi Chriſtus Deus, quia & homo, mortuus ſecundùm Scripturas, & ſepultus ſecundùm eaſdem; hic quoque Legi ſatisfecit, formâ humanæ mortis apud Inferos functus; nec antè aſcendit in ſublimiora cœlorum, quàm deſcendit in inferiora terrarum; ut illic Patriarchas, & Prophetas, compotes ſui faceret: habes & regionem Inferûm ſubterraneam credere, & illos cubito pellere, qui ſatis ſuperbè non putent animas fidelium Inferis dignas. Servi ſupra magiſtrum, aſpernati ſi fortè in Abrahæ ſinu exſpectandæ reſurrectionis ſolatium carpere.* Hoc ſenſu *Athanaſius* obſcuriſſimum *Petri* locum explicuit, in Epiſtola ad *Epictet. Corinth. Epiſc. Contra Hæret.* Eundem vide De *Incarnatione Domini, contra Apollinarium: De ſalutari adventu Jeſu Chriſti, contra eundem*, pag. 500. item pag. 505. *Dialog.* 4. *De Trin.* in *Paſſionem, & Crucem Domini.* Εἶτα ἐκβληθεὶς ὁ ἄθλιος ἀπὸ τοῦ ᾅδου, καθήμενος παρὰ τὰς πύλας, θεωρεῖ ἐξαγομένους πάντας τοὺς πεπεδημένους τῇ τοῦ Σωτῆρος ἀνδρείᾳ, καὶ τοὺς μὲν νεκροὺς ἀναζῶντας, τοὺς δὲ αἰχμαλώτους ἀφιεμένους, καὶ τοὺς μὲν ἁγίους προσαπαντῶντας τοὺς περὶ τὸν Ἀβραάμ τε ἀνακεχυμένους, &c. *Cyrill. Hieroſol. Catech.* 4. *De ſepulchro. Catech.* 11. 14. Κατῆλθε γὰρ εἰς τὸν θάνατον, καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθη δι᾽ αὐτοῦ. ἐξεπλάγη ὁ θάνατος, θεωρήσας καινόν τινα κατελθόντα εἰς ᾅδην δεσμοῖς τοῖς αὐτόθι μὴ κατεχόμενον. Τίνος ἕνεκεν, ὦ πυλωροὶ ᾅδου, τοῦτον ἰδόντες ἐπλήξασθε; τίς ὁ κατέχων ὑμᾶς ἀσυνήθης φόβος; ἔφυγεν ὁ θάνατος, καὶ φυγὴ τὴν δειλίαν ἠλέγχετο· προσέτρεχον οἱ ἅγιοι προφῆται, καὶ Μωϋσῆς ὁ νομοθέτης, καὶ Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαάκ, καὶ Ἰακώβ, Δαβίδ τε, καὶ Σαμουήλ, καὶ Ἡσαΐας, καὶ ὁ Βαπτιστὴς Ἰωάννης, &c. *Greg. Naz.* Orat. 35. *De Theolog.* Orat. 42. in *Paſcha.* Ἂν εἰς ᾅδου κατίῃ· συγκάτελθε. γνῶθι καὶ τὰ ἐκεῖσε τοῦ Χριστοῦ μυστήρια. τίς ἡ οἰκονομία τῆς διπλῆς καταβάσεως, τίς ὁ λόγος, ἁπλῶς σώζει πάντας ἐπιφανείς; ἢ κἀκεῖ τοὺς πιστεύοντας; Invitus prætereo inſignem *Clementis Alexandrini* locum, *Strom.* 6. quem lege, pag. 637, 638, 639, 640, 641. *Greg. Thaumaturg.* in *Theophaniam. Ambroſ. Commentar.* in cap. 4. ad *Epheſ. Cyrill. Alex. Glaphyrorum* 2. *De recta fide*, pag. 19. ibidem *Petri* locum exponit, & pag. 101. vide pag. 177. *Homil.* 1. *De feſtis Paſchalibus. Homil.* 3. 5. 6. 9. 10. 13. 18. 21. 27. 28. *Hom. diverſæ in Feſtum Palmarum. Epiph. Hæreſ.* 46. *Hæreſ.* 66. *Hæreſ.* 69. Eundem vide in oratione *De ſepultura Domini. Damaſcen.* lib. 3. cap. 29. *De fide Orthodoxa. Oecumen.* in *Comment.* ad 1. Epiſt. *Petri*, ad cap. 3, 4.

Pag. 94. lin. 2. Ζάμολξιν] Vide *Herodotum*, lib. 4. & Annotationes ad pag. 144.

Pag. 94. lin. 4. Πυθαγόρου] *Laert.* in *Pythag.* Καὶ ἄλλο τι περὶ Πυθαγόρου φησὶν ὁ Ἕρμιππος. λέγει γὰρ ὡς γενόμενος ἐν Ἰταλίᾳ, κατὰ

γῆς οἰκίσκον ποιῆσαι, καὶ τῇ μητρὶ ἐντείλασθαι τὰ γινόμενα εἰς δέλτον γράφειν σημειουμένην καὶ τὸν χρόνον· ἔπειτα καθιέναι αὐτῷ ἔστ' ἂν ἀνέλθῃ· τοῦτο ποιῆσαι τὴν μητέρα. τὸν δὲ Πυθαγόραν μετὰ χρόνον ἀνελθεῖν ἰσχνὸν καὶ κατεσκελετευμένον· εἰσελθόντα τε εἰς τὴν ἐκκλησίαν φάσκειν ὡς ἀφῖκται ἐξ ᾅδου· καὶ δὴ καὶ ἀνεγίνωσκεν αὐτοῖς τὰ συμβεβηκότα. οἱ δὲ σαινόμενοι τοῖς λεγομένοις ἐδάκρυόν τε καὶ ᾤμωζον, καὶ ἐπίστευον εἶναι τὸν Πυθαγόραν θεῖόν τινα· ὥστε καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῷ παραδοῦναι, ὡς καὶ μαθησομένας τι τῶν αὐτοῦ· τὰς καὶ Πυθαγορικὰς κληθῆναι.

Pag. 94. lin. 4. Ῥαμψίνιτον] *Herodot.* lib. 2. Μετὰ δὲ ταῦτα, ἔλεγον τοῦτον τὸν βασιλέα ζωὸν καταβῆναι κάτω ἐς τὸν οἱ Ἕλληνες ἀΐδην νομίζουσι εἶναι, κἀκεῖθι συγκυβεύειν τῇ Δήμητρι. καὶ τὰ μὲν, νικᾶν αὐτὴν, τὰ δὲ ἑσσοῦσθαι ὑπ' αὐτῆς. καί μιν πάλιν ἀπικέσθαι δῶρον ἔχοντα παρ' αὐτῆς χειρόμακτρον χρύσεον.

Pag. 94. lin. 8. Ὀρφέα] *Diodor.* lib. 4. *Bibl. Hiſt.*

Pag. 94. lin. 8. Πρωτεσίλαον] *Cæcilius* apud *Minutium Felicem* in *Octavio*, pag. 12. *Et tamen tanta ætas abiit; ſecula innumera fluxerunt: quis unus ullus ab Inferis vel Proteſilai ſorte remeavit; horarum ſaltem permiſſo commeatu, vel ut exemplo crederemus?*

Pag. 94. lin. 9. Ἡρακλέα] *Diodor.* lib. 4. *Bibl. Hiſt.*

Pag. 94. lin. 10. Θησέα] *Diodor.* lib. 4. *Bibl. Hiſt.*

Pag. 96. lin. 33. Φλέγοντα] Vide Annotationes ad paginam 69.

Pag. 97. lin. 16. Πλάτων] In *Phædone*, pag. 81. Ἐμβριθὲς δέ γε, ὦ φίλε, τοῦτο οἴεσθαι χρὴ εἶναι, καὶ βαρὺ, καὶ γεῶδες, καὶ ὁρατόν· ὃ δὴ καὶ ἔχουσα ἡ τοιαύτη ψυχὴ βαρύνεταί τε, καὶ ἕλκεται πάλιν εἰς τὸν ὁρατὸν τόπον, φόβῳ τοῦ ἀειδοῦς τε καὶ ᾅδου, ὥσπερ λέγεται, περὶ τὰ μνήματά τε, καὶ τοὺς τάφους καλινδουμένη· περὶ ἃ δὴ καὶ ὤφθη ἄττα ψυχῶν σκιοειδῆ φαντάσματα, οἷα παρέχονται αἱ τοιαῦται ψυχαὶ εἴδωλα, αἱ μὴ καθαρῶς ἀπολυθεῖσαι, ἀλλὰ τοῦ ὁρατοῦ μετέχουσαι· διὸ καὶ ὁρῶνται.

Pag. 97. lin. 21. Αὐγοειδές] *Suidas* in Αὐγοειδής. Ἔφασκε δ' οὖν παρ' ἐκείνου καὶ ἐκεῖνο ἀκηκοέναι ὁ Ἰσίδωρος, ὡς ἔχει τι ἡ ψυχὴ αὐγοειδὲς ὄχημα λεγόμενον, ἀστροειδές τε, καὶ ἀΐδιον. * καὶ τούτῳ μὲν σοι τῷ ἀστροειδεῖ σώματι τῷδε [* leg. καὶ τοῦτο μέν τοι τὸ ἀστροειδὲς ἐν σώματι τῷδε] ἀποκέκλεισται· ἐνίοις μὲν εἴσω τῆς κεφαλῆς, ἐνίοις δὲ εἴσω τοῦ δεξιοῦ ὤμου· ὅπερ οὐδεὶς φαίνεται ἄλλος ἱστορήσας. *Iren.* lib. 2. cap. 62. *Pleniſſimè autem Dominus docuit, non ſolùm perſeverare non de corpore in corpus transgredientes animas; ſed & characterem corporis, in quo etiam adaptantur, cuſtodire eundem, & meminiſſe eas operum quæ egerunt hic, & à quibus ceſſaverunt, in enarratione, quæ ſcribitur de divite & de Lazaro eo, qui refrigerabatur in ſinu Abrahæ; in qua ait divitem cognoſcere Lazarum poſt mortem, & Abraham autem ſimiliter.* Eundem vide lib. eod. cap. 63. *Tertull. De anima*, cap. 9. *Quid nunc? quòd & effigiem animæ damus.* Sequitur ſtatim; *Sed nos corporales quoq; illi inſcribimus lineas, non tantùm ex fiducia corporalitatis per æſtimationem, verùm & ex conſtantia gratiæ per revelationem: nam, quia ſpiritalia chariſmata agnoſcimus, poſt Joannem quoque Prophetiam meruimus conſequi. Eſt hodie ſoror*, &c. Ex viſione, quæ ei oſtenſa eſt, conatur hanc opinionem confirmare. *Poſt transacta ſolennia dimiſsâ plebe, quo uſu ſolet nobis renuntiare quæ viderit (nam & diligentiſſimè digeruntur, ut etiam probentur) Inter cetera, inquit, oſtenſa eſt mihi anima corporaliter, & ſpiritus videbatur; ſed non inanis & vacuæ qualitatis, imò quæ etiam teneri repromitteret, tenera, & lucida, & aerei coloris, & formâ per omnia humanâ. Hæc viſio eſt: Deus teſtis, & Apoſtolus chariſmatum in Eccleſia futurorum idoneus ſponſor: tu, niſi res ipſa de ſingulis perſuaſerit, nè credas.* Et paulò póſt. *Sic & effigiem de ſenſu jam tuo concipe, non aliam animæ humanæ deputandam præter humanam, & quidem ejus corporis, quod unaquæq; circumtulit.* Idem, cap. 22. *Definimus animam, Dei flatu natam, immortalem, corporalem, effigiatam.* Vide *Hieroclem*, in *carm. Pythag.* 67, 68, 69. qui αὐγοειδὲς vocat σῶμα φωτεινὸν, pag. 290. αὐγοειδὲς ὄχημα, pag. 297. τῆς διαυγείας σωματικὸν ὄχημα, pag. 301. ὃ καὶ ψυχῆς λεπτὸν ὄχημα οἱ χρησμοὶ καλοῦσι, pag. 293. *Galen.* in fine libri 7. *De dogmatibus Hippocratis & Platonis.*

Pag. 97. lin. 51. Μέγεθός τε.] *Homer. Iliad.* Ψ'. verſ. 65.

> Ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Πατροκλῆος δειλοῖο,
> Πάντ' αὐτῷ, μέγεθός τε, καὶ ὄμματα κάλ'
> ἐικυῖα,
> Καὶ φωνήν· καὶ τοῖα περὶ χροῒ εἵματα ἕστο·
> Στῆ δ' ἄρ' ὑπὲρ κεφαλῆς, καί μιν πρὸς μῦθον ἔειπεν.
>
> *Supervenit verò anima Patrocli miſeri,*
> *Omnibus ipſi, magnitudinéque, & oculis pulchris ſimilis,*
> *Et voces & tales circa corpus veſtes induta erat.*
> *Adſtitit autem ſupra caput, & ipſum verbo allocuta eſt.*

Pag. 98. lin. 9. Ἐν μεθορίῳ] *Orig.* Homil. 3. in *Luc.* *E contrario ea, quæ ſunt ſuper-*

næ & divinæ, ea cùm in præſenti fuerint, non videntur, niſi ipſa voluerint; & in voluntate eorum eſt videri, vel non videri. Gratia Dei fuit, ut appareret Abraham, vel ceteris Prophetis: non quòd oculus tantùm cordis Abraham in cauſa fuerit, ut cerneret Deum; ſed quòd gratia Dei ultro ſe aſpiciendam præbuerit viro juſto. Hoc autem non ſolùm ſuper Deo Patre intelligas; ſed etiam ſuper Domino Salvatore, & ſuper Spiritu ſancto; &, ut ad minora perveniam, ſuper Cherubim, & Seraphim: fieri enim poteſt, ut & nunc nobis loquentibus aſſiſtat Angelus, & tamen, quia non meremur, eum videre nequeamus. Quamvis enim oculus, ſive corporis, ſive animæ noſtræ, ad contemplandum intendat; niſi ſponte apparuerit Angelus, & ſe videndum præbuerit; & ille, qui verè deſiderat, non videbit. Itaque ubicunque ſcriptum fuerit, Apparuit Deus illi, vel illi, ut & nunc, Apparuit ei Angelus Domini ſtans è dextris Altaris incenſi; ità, ut dixi, intellige. Sive Deus, ſive Angelus Abrahæ, vel Zachariæ, cùm voluerit vel noluerit, aut non videbitur, aut videbitur. Origenis ſententiam Grotius ſic explicat; (in *Annot.* ad cap. 24. com. 31. *Evang. ſecundùm Luc.*) *Diverſa ab his videtur fuiſſe ſententia Origenis, qui in accurata adverſus Celſum diſputatione Chriſti corpus quadraginta illis diebus ait fuiſſe* Ὀφθὲν, ὅτ' ἐβούλετο, καὶ οἷς ἐβούλετο. *Cenſet enim id ipſum ſacratiſſimum corpus fuiſſe eo tempore* ἐν μεθορίῳ, *inter eam, ut ipſe appellat,* παχύτητα, *quam habent corpora caduca, & inter naturas liberas ab hac concretione mortali.* At Origeni Epiphanius indignatur, quaſi *Chriſtum* corpore longè alio ab iſthoc, quod Cruci affixum eſt, indutum reſurrexiſſe crediſiſſet; cùm is ſolummodo corpus (utì ait pag. 99.) μεταμορφούμενον ſupponit, à fæcibus nimirum & mortali craſſitudine repurgatum. *Epiph. Hæreſ.* 64. quæ eſt *Origenianorum:* Καὶ ὁρᾷς, ὅτι αὐτὸ τὸ σῶμα τὸ ψυχικὸν αὐτὸ πνευματικόν· ὡς καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν ἀνέστη ἐκ τῶν νεκρῶν, οὐκ ἄλλο σῶμα ἐγείρας, ἀλλ' αὐτὸ τὸ ὄν· καὶ οὐχ ἕτερον παρὰ τὸ ὄν, αὐτὸ δὲ τὸ ὄν, εἰς λεπτότητα μεταβαλὼν πνευματικὴν, καὶ πνευματικὸν ὅλον συνενώσας· εἰσερχόμενος θυρῶν κεκλεισμένων, ὅπερ οὐκ ἐνδέχεται κατὰ τὰ ἡμέτερα σώματα, ἐνταῦθ' ὑπάρχειν τοῦτο διὰ τὸ παχυμερὲς, καὶ οὔπω εἰς λεπτότητα συνενωθὲν πνευματικήν. τί οὖν ἦν τὸ εἰσελθὸν θυρῶν κεκλεισμένων ἄλλο παρὰ τὸ ἐσταυρωμένον; ἢ αὐτὸ τὸ ἐσταυρωμένον; πάντως που οὐ δυνήσῃ, Ὠρίγενες, μὴ ὁμολογῆσαι αὐτὸ τὸ ἐσταυρωμένον. Vide *Origenis* dogma de corporis reſurrectione à Divo *Hieronymo* expoſitum in Epiſtola ad *Pammachium, adverſùs errores Joannis Hieroſolymitani.*

Pag. 98. lin. 14. Θυρῶν] Erat enim *Chriſto* corpus aereum, ſi *Origeni* credas. *Hieronym.* (Epiſtolâ ad *Pammachium, adverſùs errores Joannis Hieroſolymitani.*) *Dicit ergò Origenes in pluribus locis, & maximè in libro De reſurrectione quarto, & in Expoſitione primi Pſalmi, & in Stromatibus, duplicem errorem verſari in Eccleſia, noſtrorum & Hæreticorum: nos ſimplices & Philo-ſarcas dicere, quòd eadem oſſa & ſanguis & caro, id eſt, vultus, & membra, totiúſque compago corporis reſurgat in noviſſima die.* Sequitur ibidem; *Nec vos, ô ſimplices, reſurrectio Domini decipiat, quòd latus & manus monſtraverit, in litore ſteterit, in itinere cum Cleopha ambulaverit, & carnes & oſſa habere ſe dixerit; illud corpus aliis pollet privilegiis, quod de viri ſemine & carnis voluptate non natum eſt; comedit poſt reſurrectionem ſuam, & bibit, & veſtitus apparuit, tangendum ſe præbuit, ut dubitantibus Apoſtolis fidem faceret reſurrectionis; ſed tamen non diſſimulat naturam aerii corporis & ſpiritualis. Clauſis enim ingreditur oſtiis, & in fractione panis ex oculis evaneſcit.* Hieronym. in fine *Commentariorum* ad *Eſaiam. Miror quoſdam aereum corpus, & paulatim in auras tenues diſſolvendum, poſt reſurrectionem introducere: quia Dominus potentiâ Majeſtatis ſuæ ad Apoſtolos clauſis ingreſſus eſt januis; qui certè & ante reſurrectionem pendulo ſuper mare ambulavit inceſſu.* Vide Epiphanium in *Ancorat. Hæreſ.* 64. *Hær.* 69. *Hær.* 77. Vide & Annotationes ad paginam 98.

Pag. 98. lin. 18. Σίμωνες] Vide paginam 102. & Grotii Annotationes ad caput 24. com. 12. *Evang. ſecundùm Lucam.*

Pag. 99. lin. 13. Οὐχ ὁμοίως] *Orig.* Tractat 35. in *Matth. Dignum eſt quærere quam ob cauſam (cùm palàm docuiſſet Jeſus per ſingulas civitates, & vicos, & Synagogas, prædicans* Evangelii *verbum, ità ut fama ejus exierit in omnem regionem, & ſecundùm faciem manifeſtatus eſt omnibus habitantibus in Judæa,) quaſi non cognoſcentibus effigiem ejus dedit ſignum Judas miſſis à principibus Sacerdotum, dicens, Quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt. Quòd autem & ipſi, qui venerant cum Juda ad comprehendendum eum, frequenter eum vidiſſent, manifeſtatur ex eo, quod ipſe Jeſus dicit ad turbas, Quaſi ad latronem veniſtis cum gladiis & fuſtibus comprehendere me, quotidie vobiſcum ſedebam in Templo docens, & non tenuiſtis me: ſimiliter & Joannes refert eum dixiſſe, Ego palàm locutus ſum huic mundo, ego ſemper docui in Synagoga, & in Templo, ubi omnes Judæi conveniunt. Venit ergò traditio talis ad nos de eo, quoniam non ſolùm duæ formæ in eo fuerunt: una*

quidem, ſecundùm quam omnes eum videbant; altera autem, ſecundùm quam transfiguratus eſt coram diſcipulis ſuis in monte, quando & reſplenduit facies ejus tanquam Sol; ſed etiam unicuique ſecundùm quod fuerat dignus, &, cùm fuiſſet ipſe, quaſi non ipſe omnibus videbatur. Secundùm quod de Manna eſt ſcriptum, quando Deus filiis Iſrael panem miſit de cœlo omnem delectationem habentem, & ad omnem guſtum convenientem, quando deſiderio offerentis obſequens ad quod quis voluerat vertebatur. Et non mihi videtur incredibilis eſſe traditio hæc, ſive corporaliter propter ipſum Jeſum, ut alio, & alio modo videretur hominibus; ſive propter ipſam verbi naturam, quod non ſimiliter cunctis apparet. Si autem hæc ità ſe habet, poſſibile eſt ſolutionem ejus invenire, quod quæritur. Quoniam, etſi frequenter eum viderunt turbæ venientes cum Juda, nihilò minùs opus habebant propter transformationes ejus, qui eum oſtenderet iis, habens notitiam ejus familiarem per multam commorationem cum eo, ut intelligeret transformationes ejus, ſecundùm quas ſolitus apparere ſolebat. Vide lib. 4. pag. 170. lib. 6. pag. 328.

Annotationes in Librum III. ORIGENIS *contra* CELSUM.

PAg. 113. lin. 37. Κλαζομένιον] *Plin.* lib. 7. cap. 52. *Reperimus inter exempla, Hermotini Clazomenii animam, relicto corpore, errare ſolitam, vagámque è longinquo multa annuntiare, quæ niſi à præſenti noſci non poſſint, corpore interim ſemianimi: donec, cremato eo, inimici (qui Cantharidæ vocabantur) remeanti animæ velut vaginam ademerint. Lucian.* in *Muſcæ encomio. Apollon. Dyſcol. Hiſt. Comment.* cap. 3. *Tertull.* lib. *De anima*, cap. 44.

Pag. 113. lin. 38. Κλεομήδην] *Pauſanias* in *Eliac. Poſt.* Τῇ δὲ Ὀλυμπιάδι τῇ πρὸ ταύτης, Κλεομήδην φασὶν Ἀστυπαλαιέα, ὡς Ἴκκῳ πυκτεύοντι ἀνδρὶ Ἐπιδαυρίῳ, τὸν Ἴκκον ἀποκτείνειεν ἐν τῇ μάχῃ, καταγνωσθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν Ἑλλανοδικῶν ἄδικα εἰργάσθαι, καὶ ἀφῃρημένος τὴν νίκην, ἔκφρων ἐγένετο ὑπὸ τῆς λύπης, καὶ ἀνέστρεψε μὲν ἐς Ἀστυπαλαίαν. διδασκαλείῳ δ' ἐπιστὰς ἐνταῦθα ὅσον ἑξήκοντα ἀριθμὸν παίδων ἀνατρέπει τὸν κίονα, ὃς τὸν ὄροφον ἀνεῖχεν· ἐμπεσόντος δὲ τοῦ ὀρόφου τοῖς παισί, καταλιθούμενος ὑπὸ τῶν ἀστῶν, καταφεύγει ἐς Ἀθηνᾶς ἱερόν· ἐσβάντος δὲ ἐς κιβωτὸν κειμένην ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ ἐφελκυσαμένου τὸ ἐπίθημα, κάματον ἐς ἀνωφελὲς οἱ Ἀστυπαλαιεῖς ἔκαμνον, ἀνοίγειν τὴν κιβωτὸν πειρώμενοι· τέλος δὲ τὰ ξύλα τῆς κιβωτοῦ καταρρήξαντες, ὡς οὔτε ζῶντα Κλεομήδην, οὔτε τεθνεῶτα εὕρισκον, ἀποστέλλουσιν ἄνδρας ἐς Δελφοὺς ἐρησομένους ὁποῖα ἐς Κλεομήδην τὰ συμβάντα ἦν. τούτοις χρῆσαι τὴν Πυθίαν φασίν·

Ὕστατος ἡρώων Κλεομήδης Ἀστυπαλαιεύς,
Ὃν θυσίαις τιμᾶθ' ὡς μηκέτι θνητὸν ἐόντα.

Κλεομήδει μὲν οὖν Ἀστυπαλαιεῖς ἀπὸ τούτου τιμὰς ὡς ἥρωι νέμουσι. Vide *Plutarchum* in *Rom.* & *Suidam* in Κλεομήδης.

Pag. 118. lin. 24. Ἐν ἰατρικῇ] Vide librum *Galeni* Περὶ αἱρέσεων τοῖς εἰσαγομένοις, & Περὶ ἀρίστης αἱρέσεως· & cap. 3, & 4. *Introductionis*, ſive *Medici*, *Galeno* adſcriptæ.

Pag. 119. lin. 23. Ὀφιανῶν] Vide lib. 6. pag. 291, 294. lib. 7. pag. 358. *Orig.* Tract. 27. in *Matth. Tertull. De Præſcript. adverſus Hæret.* cap. 47. *Iren.* lib. 1. cap. 35. *Clem. Strom.* 7. *Epiph.* Hæreſ. 37. *Auguſt. De Hæreſ. Theodoret.* lib. 1. *De Hær. Fab. Damaſcen. De* Hæreſ. Vide Annotationes ad paginam 294.

Pag. 119. lin. 13. Καϊανῶν] *Epiph. Hæreſ.* 38. Καϊανοί τινες ὀνομάζονται, ἀπὸ τοῦ Κάϊν εἰληφότες τὴν ἐπωνυμίαν τῆς αἱρέσεως. Et paulò pòſt. Οὗτοί φασι τὸν Κάϊν ἐκ τῆς ἰσχυροτέρας δυνάμεως ὑπάρχειν, καὶ τῆς ἄνωθεν αὐθεντίας· ἀλλὰ καὶ τὸν Ἡσαῦ, καὶ τοὺς ἀμφὶ Κορὲ, καὶ τοὺς Σοδομίτας· τὸν δὲ Ἄβελ ἐκ τῆς ἀσθενεστέρας δυνάμεως ὑπάρχειν. *Clement, Strom.* 7. *Iren.* lib. 1. cap. 35. *Tertull. De* Præſcript. *adverſus* Hæret. cap. 47. *Hieronym. adverſus Vigilantium. Auguſt. De Hæreſ. Theodoret.* lib. 1. *De* Hæret. *fab. Damaſc. De Hæreſ.*

Pag. 120. lin. 8. Στάσεως] *Origenes* videtur reſpicere annum primum & tertium *Gordiani Imper.* ſub quibus exortum eſt bellum *Perſicum*. Etenim *Sapor*, ut cladem ab *Alexandro Severo Perſis* illatam ulciſceretur, ditiones *Romanas* invadit, *Antiochiam* capit, & civibus ſervitutem impoſuit, quos poſtea *Gordianus* in libertatem vindicavit, ut ipſe teſtatur in Epiſtola, quam ſcripſit ad *Meſithium*, ejus ſocerum. *Etiam Perſas, ut breve multa committam, ab Antiochenſium cervicibus, quas jam tenebant Perſico ferro*

ferro gerebant, & reges Perſarum, & leges amovimus. Carras deinde, ceteráſque urbes imperio Romano reddidimus. Jul. Capitol. de *Gordiano.* Huc accedunt Factio *Sabiniana, inita,* ut ait *Capitolinus,* in *Africa* contra *Gordianum* (*Capitol.* ibid.) & Terræ-motus, *eò uſque gravis, imperante Gordiano, ut civitates etiam terræ hiatu cum populis deperirent; ob quæ, ſacrificia per totam urbem, totúmque orbem terrarum ingentia celebrata ſunt.* (Idem ibid.) Item *Miſithei* interitus, *quantum pleríque dicunt, artibus Philippi machinatus.* (ibid.) Adde & *Gordiani* necem; *quem Philippus clamantem ante conſpectum duci juſſit, ac ſpoliari, & occidi.* (ibid.) Vide *Baronium* ad Ann. 233, 234. *Hæc ipſa nímque tempora exiſtimamus ab eodem Origene indicata; cùm agens adverſùs Celſum hæc ait, Denuo calumniatores,* &c.

Pag. 120. lin. 9. Νομίσωσιν] *Orig.* Tractat. 28. in *Matth. Frequenter enim famis cauſâ Chriſtianos culpârunt Gentiles, & quicunque ſapiebant quæ Gentium ſunt. Sed & peſtilentiarum cauſas ad Chriſti Eccleſiam retulerunt. Scimus autem & apud nos Terræ-motum factum in locis quibuſdam, & factas fuiſſe quaſdam ruinas, ità ut qui erant impii extra fidem cauſam Terræ-motûs dicerent Chriſtianos. Propter quod & perſecutiones paſſæ ſunt Eccleſiæ, & incenſæ ſunt. Non ſolùm autem illi, ſed & qui videbantur prudentes, talia in publico dicerent; Quia propter Chriſtianos fiunt graviſſimi Terræ-motus. Tertull. Apol.* cap. 40. *Prætexentes ſanè ad odii defenſionem illam quoque vanitatem, quòd exiſtiment omnis publicæ cladis, omnis popularis incommodi, Chriſtianos eſſe cauſam. Si Tiberis aſcendit in mœnia, ſi Nilus non aſcendit in arva, ſi cœlum ſtetit, ſi terra movit, ſi fames, ſi lues: ſtatim CHRISTIANOS AD LEONEM. Tantos ad unum?* &c. Vide cap. 2. ibid. & librum ad *Scapulam,* cap. 3. *Cyprianum* ad *Demetrianum, Firmilianum* ad *Cypr.* Epiſt. 75. apud *Cypr. Auguſtinum,* lib. 2. cap. 2. *De Civit. Dei.* Edictum *Maximini* apud *Euſebium,* lib. 9. cap. 6. *Eccleſiaſt. Hiſt.* locupletiùs de hac calumnia agit *Arnobius* lib. 1. *Contra gentes,* quem vide.

Pag. 123. lin. 50. Μαιγέλας] Μαινόλης. *Heſych.* Παράκοπος ἔνθεος. *Clem. Alex.* in *Protrept.* pag. 9. Διόνυσον Μαινόλην ὀργιάζουσι Βάκχοι.

Pag. 125. lin. 7. Κλεομήδην] Vide Annotationes ad paginam 113.

Pag. 125. lin. 12. Ἀρχίλοχον] *Clem. Alex. Strom.* 1. Ἔτι δὲ Ἱππώνακτι καὶ Ἀρχιλόχῳ αἰσχρῶς ἐπιτρέπουσι γράφειν. *Athen.* lib. 3. cap. 34. Κριτίας γὰρ, ὁ Ἱπποκράτους τοῦ ῥήτορος μαθητὴς, ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Πρὸς Ἀριστοτέλην, λέγει, ὅτι εὕροι τις ἂν ὑπὸ τῶν ἄλλων ποιητῶν, ἢ καὶ σοφιστῶν, ἓν ἢ δύο γ' οὖν πονηρῶς εἰρημένα, διὰ παρὰ μὲν Ἀρχιλόχῳ τὸ, Πάντ' ἄνδρ' ἀποσκολύπτειν. *Eſt enim* ἀποσκολύπτειν, inquit *Caſaubonus, illi Neronis ſimile, quod refert Suetonius.* “ *Ex nonnullis, inquit, comperi* “ *perſuaſiſſimum habuiſſe eum, neminem homi-* “ *nem Judicum, aut ullâ corporis parte purum* “ *eſſe.* Καὶ γὰρ Δίφιλος ὁ κωμῳδοποιὸς πεποίηκεν ἐν Σαπφοῖ δράματι Σαπφοῦς ἐραστὰς Ἀρχίλοχον καὶ Ἱππώνακτα. *Athen.* lib. 13. cap. 8. *Plutarch. De Audit.* μέμψαιτο δ' ἄν τις Ἀρχιλόχου μὲν τὴν ὑπόθεσιν. Vide *Suidam* in Ἀρχίλ. & *Euſebium,* lib. 5. cap. 32, 33. Ex *Varrone* & *Plutarcho* conſtat eundem *Lacedæmone* expulſum fuiſſe, non tantùm quia virulentus & inverecundus erat, ut viſum eſt *Voſſio;* (libro *De Poet. Græc.*) ſed quòd fugere potiùs, quàm fortiter dimicare, in iſthoc quod ſcripſit carmine, militibus perſuaſit. Ἀρχίλοχον τὸν ποιητὴν ἐν Λακεδαίμονι γενόμενον αὐτῆς ὥρας ἐδίωξαν, διότι ἐπέγνωσαν αὐτὸν πεποιηκότα, ὡς κρεῖττόν ἐστιν ἀποβαλεῖν τὰ ὅπλα, ἢ ἀποθανεῖν.

Ἀσπίδι μὲν Σαΐων τις ἀγάλλεται, ἣν παρὰ θάμνῳ
Ἔντος ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων.
. . . . ἀσπὶς ἐκείνη
Ἐῤῥέτω· ἐξ αὖθις κτήσομαι οὐ κακίω. *Plutarch.* in *Lacon. Inſtit.*

Pag. 125. lin. 17. Εὐσεβῆ] *Suid.* in Ἀρχίλ. Ὁ Πύθιος ἠλέει τεθνεῶτα. καὶ ταῦτα ἐν τῷ πολέμῳ, ἔνθα δήπου ξυνὸς Ἐνυάλιος. *Plutarch.* libro *De his, qui ſerò à Numine puniuntur.* Ὁ γὰρ ἀποκτείνας ἐν τῇ μάχῃ τὸν Ἀρχίλοχον ἐκαλεῖτο Καλλώνδης, (ὡς ἔοικεν) ἦν δ' αὐτῷ Κόραξ ἐπωνύμιον. Ἐκβληθεὶς δὲ τὸ πρῶτον ὑπὸ τῆς Πυθίας, ὡς ἱερὸν ἄνδρα τῶν Μουσῶν ἀνῃρηκὼς, εἶτα χρησάμενός τισι λιταῖς καὶ προστροπαῖς, μετὰ δικαιολογίας ἐκελεύσθη, πορευθεὶς ἐπὶ τὴν τοῦ Τέττιγος οἴκησιν, ἱλάσασθαι τὴν τοῦ Ἀρχιλόχου ψυχήν. *Plin.* lib. 7. cap. 29. *Oenomaus* apud *Euſebium,* lib. 5 cap. 33. *Evang. Præpar.*

Ἀθάνατός σου παῖς, καὶ ἀοίδιμος, ὦ Τελεσίκλεις,
Ἔσσετ' ἐν ἀνθρώποις.
ὁ δὲ παῖς ἦν Ἀρχίλοχος.

Pag. 125. lin. 46. Ἡροδότου] *Herodot.* in *Melp.* pag. 260.

Pag. 129. lin. 13. Ἐκκλησίας βουλευταί] Id eſt, Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi. Vide *Clementem Conſtitut.* lib. 2. cap. 49, 50, 51, 52, 53, 54, 55, 56, 57. *Judicia veſtra fiant in ſecunda Sabbatorum, ut, ſiqua controverſia ex*

ſeſſio-

ſententia veſtra oriatur, uſque ad Sabbatum libera ſit vobis facultas, quâ poſſitis illam controverſiam componere, & pacem conciliare inter eos qui litigant. Adſint autem judicio Diaconi, & Presbyteri, integrè judicaturi, veluti Dei Homines, cum juſtitia. Cùm utraque perſona venerit, prout lex jubet; ambo qui litigant ſtatuantur in medio tribunali, iisque auditis, ſanctè judicium pronuntiate, ſtudentes ante ſententiam Epiſcopi eos reconciliare; nè exeat ſupra terram judicium in peccatorem, prout in tribunali conſortem participémque cauſæ habet Chriſtum Dei filium. Vide *Auguſtinum De operibus Monachorum.*

Pag. 129. lin. 36. Ἀβάριδι] *Herodot.* in *Melp.* pag. 267. *Lil. Gyraldus*, lib. 3. *De Poet. Suid.* in Ἄβαρις. *Apollon. Dyſcol.* cap. 4. *Hiſt. Comment.*

Pag. 132. lin. 38. Ἀντινόου] *Æl. Spart.* in *Adriano. Antinoum ſuum, dum per Nilum navigat, perdidit; quem muliebriter flevit: de quo varia fama eſt; aliis eum devotum pro Adriano aſſerentibus; aliis, quod & forma ejus oſtentat & nimia voluptas Adriani; & Græci quidem, volente Adriano, eum conſecraverunt, oracula per eum dari aſſerentes; quæ Adrianus ipſe compoſuiſſe jactatur.* Innumeri ſcriptores hujus Catamyti meminerunt. Verùm, ut tempus compendifacias, lege *Scaligerum* in *Animadverſionibus* in *Euſebium, & Salmaſium*, & *Cauſabonum*, in *notis* in *Æl. Spartianum.*

Pag. 132. lin. 50. Ἔπεστι] *De Prophetis porrò Antinoi locus eſt elegans Origenis adverſùs Celſum, quem jam produxerunt docti viri; ſed minus integrum: eum ità lego*, Ἔπεστι δὲ ὑπὸ τοῦ ἐκεῖ ἱδρυμένου δαίμονος ἀπατώμενοι, καὶ ὑπὸ ἀσθενοῦς συνειδότος ἐλεγχόμενοι οἴονται] ποινὴν θεήλατον ἀπὸ τοῦ Ἀντινόου παθεῖν. *Salmaſ.* in *notis* ad *Æl. Spart.* Ità quidem legis, *Salmaſi*, & rectiſſimé: ſed te priùs ità legerat *Joſephus Scaliger* in *Animadverſ. Euſeb.* ad Annum MM. CXLV.

Pag. 133. lin. 28. Τὰς θυσίας] *Orig. Contra Celſum*, lib. 7. pag. 334. Δηλοῖ δὲ τὸ πιστεύειν τοὺς αὐτοὺς τυγχάνειν, καὶ τὸ ταῖς ἀπὸ τῶν θυσιῶν ἀναθυμιάσεσι, καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν αἱμάτων καὶ ὁλοκαυτωμάτων ἀποφοραῖς, τρεφόμενα αὐτῶν τὰ σώματα φιληδονούντων. *Orig.* in *Proœm.* lib. 1. *De Princip. In hoc libello incorporeum Dæmonium dixit, pro eo, quòd ipſe ille quicunque eſt habitus, vel circumſcriptio Dæmonici corporis, non eſt ſimilis huic noſtro craſſiori, vel viſibili corpori; ſed ſecundùm ſenſum ejus, qui compoſuit illam Scripturam intelligendum eſt, quod dixit: id eſt, non eſſe tale corpus, quale habent Dæmones, quod eſt naturaliter ſubtile, & velut aura tenue, & propter hoc vel imputatur à multis, vel dicitur incorporeum: ſed habere ſe corpus ſolidum, vel palpabile.* Ex *Origenis* & aliorum ſententia Dæmones ſunt corporei: quo conceſſo, etiam illud inter ἔνδοξα habebitur, Dæmones nidoribus inhiare.

Pag. 133. lin. 31. Ἄλλης φύσεως] Hoc in loco per φύσιν intellige *diſpoſitionem* & *ingenium*: aliter quî ſibi *Origenes* convenict? *Tom.* 23. in *Joan. Sed in hæc, inquit Heracleon, hi, ad quos eſt ſermo, ex ſubſtantia Diaboli erant. Perinde quaſi Diaboli ſubſtantia diverſa ſit ab eſſentia ſanctorum Angelorum, rationis compote. Ac mihi ſimile quiddam in hoc paſſus fuiſſe videtur, atque ille, qui diverſam eſſentiam dicit eſſe oculi ſani & oculi perperam videntis; & alteram eſſe eſſentiam auditûs vitiati, alteram auditûs ſani. Ut enim in his non eſſentia divina; ſed cauſa quædam contigit, ut auditus oculúsq; vitiarentur: ſic cujuſcunque naturâ apti ad aſſequendam rationem eſſentia aſſecutiva eadem eſt; ſive rationem admittat, ſive eam renuat.*

Pag. 141. lin. 3. Μετὰ γάμον] *Can. Apoſt.* cap. 17. Ὁ δυσὶ γάμοις συμπλακεὶς μετὰ τὸ βάπτισμα, ἢ παλλακὴν κτησάμενος, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ. *Ambroſ.* Epiſt. 82. *Ad Vercellenſem Eccleſiam*, &c. *Ideo Apoſtolus legem poſuit, dicens, "Si quis ſine "crimine eſt, unius uxoris vir. Ergò, quia ſine crimine eſt unius uxoris vir, teneatur ad legem Sacerdotii ſuſcipiendi; qui autem iteraverit conjugium, culpam quidem non habet coinquinati, ſed prærogativâ exuitur Sacerdotis. Diximus quid legis eſt; dicamus etiam, quid rationis: ſed priùs cognoſcamus non ſolùm hoc Apoſtolum de Epiſcopo & Presbytero ſtatuiſſe; ſed etiam Patres in concilio Niceni tractatus addidiſſe, neque Clericum quenquam debere eſſe, qui ſecunda conjugia ſortitus ſit. Quomodo enim poteſt conſolari viduam, honorare, cohortari ad cuſtodiendam viduitatem, ſervandam marito fidem, quam ipſe priori conjugio non reſervaverit? Aut, quid intereſſet inter Populum & Sacerdotem, ſi iiſdem aſtringeretur legibus? Debet præponderare vita Sacerdotis, ſicut præponderat gratia. Tertull.* lib. 1. cap. 7. *Ad uxorem. Quantum fidei detrahant, quantum obſtrepant ſanctitati nuptiæ ſecundæ, diſciplina Eccleſiæ, & præſcriptio Apoſtoli declarat: cùm Digamos non ſinit præſidere.* Idem in *Exhortat. ad caſtitatem*, cap. 7. *Indè igitur apud nos pleniùs atque ſtrictiùs præſcribitur, unius matrimonii eſſe oportere, quos adlegi liceat in ordinem Sacerdotalem; uſque adeò quoſdam memini Digamos loco dejectos.* Vide librum *De Monogamia*, cap. 11, & 12. *Baſil.* (*prim.* Epiſt. *Canon. ad Amphilochium.*)

um.) Τὺς διγάμυς παντελῶς ὁ κανὼν τῆς ὑπηρεσίας ἀπέκλεισε. Hieronym. *(De Monogamia ad Gerontiam.) Simúlque conſidera, quòd vidua non eligatur; niſi unius viri uxor. Et nos putabamus Sacerdotum hoc tantum eſſe privilegium; ut non admittatur ad Altare, niſi qui unam habuerit uxorem. Non ſolùm enim ab officio Sacerdotii Digamus excluditur, ſed & ab eleemoſyna Eccleſiæ.* Et paulò póſt; *Non enim eligitur, ſi Digamus fuerit.* Hieronym. *(pro libris adverſùs Jovinianum, Apolog. ad Pammachium.) Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, aut Virgines eliguntur, aut vidui; aut certè poſt Sacerdotium in æternum pudici.* Vide librum primum *Adverſùs Jovinianum*, Epiſtolam *Ad Furiam*, & Epiſtolam *Ad Riparium adversùs Vigilantium. Baſil.* Epiſt. 198. *ad Peragorium Presbyterum. Epiph. Hæreſ.* 48. quæ eſt *Cataphrygaſtarum*, pag. 410. *Hæreſ.* 59. quæ eſt *Catharorum*, pag. 496. Idem refert *Joſephum comitem* ſe Bigamum mentitum eſſe, nè *Ariani*, quod iſtis maximè in votis erat, eum Epiſcopum ordinarent. Et credibile eſt Orthodoxos in nulla laudis parte, aut obſervantia Canonum, Hæreticis ceſſuros. Vide *Epiphanium, Hær.* 30. pag. 129.

Pag. 142. lin. 15. Κυνικῶν] Vide *Laertium* in *Diog.* Idem refert de *Menedemo Cynico*: quòd, ἐρινύος ἀναλαβὼν σχῆμα, περιῄει λέγων ἐπίσκοπος ἀφῖχθαι ἐξ ᾅδυ τῶν ἁμαρτανομένων, ὅπως πάλιν κατιὼν ταῦτα ἀπαγγέλλοι τοῖς ἐκεῖ δαίμοσιν.

Pag. 142. lin. 30. Χειστιανοί] Hæc articulatim diſtinctéque dicta ſunt ab *Origene*: at pleniùs intelliges; ſi legas *Juſtinum* in fine *Apologiæ* ſecundæ, & *Tertullianum*, cap. 39. *Apolog.*

Pag. 142. lin. 48. Ἀκολασταινόντων] *Tertull.* lib. 2. *Ad uxorem*, cap. 3. *Hæc cùm ità ſint, fideles Gentilium matrimonia ſubeuntes ſtupri reos eſſe conſtat, & arcendos ab omni communicatione fraternitatis, ex literis Apoſtoli dicentis,* " *Cum ejuſmodi nec cibum ſumendum.* Idem in libro *De pudicitia*, cap. 4. *Ideo penès nos occultæ quoque conjunctiones, id eſt, non priùs apud Eccleſiam profeſſæ, juxta mœchiam & fornicationem judicari periclitantur. Nec indè conſertæ obtentu matrimonii crimen illudant. Reliquas autem libidinum furias impias & in corpora & in ſexus, ultra jura naturæ, non modò limine, verùm omni Eccleſiæ tecto ſubmovemus; quia non ſunt delicta, ſed monſtra.* Idem, in *Apolog.* cap. 39. *Cyprian.* Epiſt. 38. *Ad Caldonium, Herculanum, de Feliciſſimo abſtinendo. Ut* * *abſtentum ſe à nobis ſciat; quando ad fraudes ejus & rapinas, quas dilucidâ veritate cognovimus, adulterii etiam crimen accedit.* Idem Epiſt. 62. *Ad Pomponium De Virginibus. Et idcirco conſultè & cum vigore feciſti, frater chariſſime, abſtinendo Diaconum, qui cum virgine ſæpe manſit: ſed & ceteros, qui cum virginibus dormire conſueverunt. Quòd ſi pœnitentiam hujus illiciti concubitûs ſui egerint, & à ſe invicem receſſerint: inſpiciantur interim virgines ab obſtetricibus diligenter; &, ſi virgines inventæ fuerint, acceptâ communicatione ad Eccleſiam admittantur. Hâc tamen interminatione, ut, ſi ad eoſdem maſculos poſtmodum reverſæ fuerint; aut ſi cum iiſdem in una domo, & ſub eodem tecto, ſimul habitaverint, graviore cenſurâ ejiciantur, nec in Eccleſiam poſtmodum facilè recipiantur. Si autem de eis aliqua corrupta fuerit deprehenſa, agat pœnitentiam plenam: quia quæ hoc crimen admiſit, non mariti, ſed Chriſti, adultera eſt; & ideo, æſtimato juſto tempore, poſtea, exomologeſi factâ, ad Eccleſiam redeat,* &c.

* id eſt, *excommunicatum.* Phraſis *Cypriano* peculiaris.

Pag. 142. lin. 52. Κενοτάφια] Vide Annotationes ad paginam 69.

Pag. 143. lin. 4. Εἰς ὑδεμίαν ἀρχὴν] *Cypr.* Epiſt. 64. *Ad Epictetum*, agens de *Fortunatiano*, Epiſcopo *Aſſuritano*, quem dicit *poſt gravem lapſum ruinæ ſuæ pro integro nunc agere velle, & Epiſcopatum ſibi vindicare cœpiſſe:* & paulò póſt; *Audet ſibi adhuc Sacerdotium, quod prodidit, vindicare; quaſi poſt aras Diaboli accedere ad Altare Dei fas ſit.* Idque conatus eſt, ſpreto *Cornelii Papæ* interdicto, quo vetitum erat Epiſcopos lapſos ulteriùs frui Epiſcopatu. *Unde & ipſam veniſſe perſpicimus & credimus de Dei exploratione cenſuram, nè apud Altare conſiſtere & contrectare ulteriùs perſeverarent pudorem inceſti, fidem perfidi, religionem profani, divina terreni, ſancta ſacrilegi.* Vide Epiſtolam 67. *Ad Stephanum de Martiano*; & Epiſtolam 52. *Ad Antonianum*, ubi obiter agens de *Trophimo* hæc habet; *Tractatu ergò illìc cum collegis plurimis habito, ſuſceptus eſt Trophimus; pro quo ſatisfaciebat fratrum reditus, & reſtituta multorum ſalus: ſic tamen admiſſus eſt Trophimus; ut Laicus communicet, non, ſecundùm quod ad te malignorum literæ pertulerunt, quaſi locum Sacerdotis uſurpet.* Idem Epiſtolâ 68. reſcripſit ad *Clerum* & *Plebes Hiſpaniarum* de *Baſilide* & *Martiale* Epiſcopis: quorum hic ſe Gentilium turpia convivia frequentâſſe, & *Chriſtum* apud *Procuratorem Ducenarium* negaviſſe conteſtatus eſt; ille in Deum ſe Blaſphemum & Idololatriæ libello contaminatum agnovit, *Deum deprecans, & ſatìs gratulans, ſi ſibi vel Laico communi-*

care contingeret. Fruſtrà tales, inquit *Cyprianus, Epiſcopatum ſibi uſurpare conantur: cùm manifeſtum ſit ejuſmodi homines nec Eccleſiæ Chriſti poſſe præeſſe, nec Deo ſacrificia offerre debere; maximè, cùm jampridem nobiſcum, & cum omnibus omnino Epiſcopis in toto mundo conſtitutis, etiam Cornelius collega noſter, Sacerdos pacificus, ac juſtus, & Martyrio quoque dignatione Domini honoratus, decreverit “ ejuſmodi “ homines ad pœnitentiam quidem agendam poſſe “ admitti; ab ordinatione autem Cleri atque Sa- “ cerdotali honore prohiberi.*

Pag. 144. lin. 28. Ζάμολξιν] *Herodot.* in *Melp.* pag. 290. *Suid.* in Ζάμ. Λέγουσι δέ τινες, ὡς ὁ Ζάμολξις ἐδούλευσε Πυθαγόρᾳ Μνησάρχου Σαμίῳ, καὶ ἐλευθερωθεὶς ταῦτα ἐσοφίζετο· ἀλλὰ πολὺ πρότερος δοκεῖ ὁ Ζάμολξις Πυθαγόρου γενέσθαι. Aliter *Strabo*, (lib. 7. & 16.) *Laertius*, (in *Pythag.*) *Clemens*, (*Strom.* 4.) & alii quamplurimi; quorum teſtimonia allegare non eſt neceſſe.

Pag. 144. lin. 28. Περσαῖον] Θρεπτὸς Ζήνωνος τοῦ φιλοσόφου. *Suid.* in Περσαῖος. *Et Zenonis Stoici ſervus, qui Perſæus vocatus eſt. A. Gellius*, lib. 2. cap. 18. *Laert.* in *Zenon.*

Pag. 144. lin. 29. Ἐπίκτητον] *De Epicteto autem Philoſopho nobili, quòd is quoque ſervus fuit, recentior eſt memoria, quàm ut ſcribi quaſi obliteratum debuerit. A. Gell.* ibid. Δοῦλος δὲ Ἐπαφροδίτου τῶν σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως Νέρωνος. *Suid.* in Ἐπίκτ.

Pag. 149. lin. 24. Ἀναγκαῖον] Vide Annotationes ad paginam 191.

Pag. 150. lin. 14. Ἁμαρτίας φύσιν] Vide Annotationes ad paginam 191.

Pag. 151. lin. 30. Πεφυγμένον] Vide Annotationes ad paginam 191.

Pag. 151. lin. 39. Μουσώνιον] Vel *Babylonium* intellige, vel *Tyrrhenum*; qui, *Nerone* imperante, floruerunt. *Philoſtrat.* lib. 4. cap. 12. Νέρων οὐ ξυνεχώρει φιλοσοφεῖν, ἀλλὰ περίεργον αὐτῷ χρῆμα οἱ φιλοσοφοῦντες ἐφαίνοντο, καὶ μαντικὴν συσκιάζοντες· καὶ ἤχθη ποτὲ ὁ τρίβων ἐς δικαστήριον, ὡς μαντικῆς σχῆμα· ἐῶ τοὺς ἄλλους, ἀλλὰ Μουσώνιος, ὁ Βαβυλώνιος ἀνήρ, Ἀπολλωνίου μὲν δεύτερος, ἐδέθη ἐπὶ σοφίᾳ· καὶ ἐκεῖ μὲν ὢν ἐκινδύνευσεν· ἀπέθανε δ' ἂν τὸ ἐπὶ τῷ δήσαντι, εἰ μὴ σφόδρα ἔρρωτο. & cap. 16. Ἐτύγχανε δὲ περὶ τὸν χρόνον τοῦτον καὶ Μουσώνιος, κατειλημμένος ἐν τοῖς δεσμωτηρίοις τοῦ Νέρωνος, ὅν φασι τελεώτατα ἀνθρώπων φιλοσοφῆσαι. *Juſt. Apolog.* 1. pag. 46. Καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν Στωϊκῶν δὲ δογμάτων, ἐπειδὴ κἂν τὸν ἠθικὸν λόγον κόσμιοι γεγόνασιν, ὡς καὶ ἔν τισιν οἱ ποιηταὶ διὰ τὸ ἔμφυτον παντὶ γένει ἀνθρώπων σπέρμα τοῦ λόγου, μεμισῆσθαι καὶ πεφονεῦσθαι οἴδαμεν. Ἡράκλειτον μὲν ὡς προέφημεν, καὶ Μουσώνιον δὲ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς, καὶ ἄλλους οἴδαμεν. *Philoſtrat.* lib. 7. cap. 8. Καὶ μὴν καὶ Μουσώνιον τὸν Τυρρηνὸν, πολλὰ τῇ ἀρχῇ ἐναντιωθέντα τῇ νήσῳ ξυνέσχεν, ἣ ὄνομα Γύαρα. *Lucian. De morte Peregrini. Muſonii* Epiſtolæ ad *Apollonium Tyaneum* exſtant apud *Philoſtratum*, lib. 4. cap. 16. In dubio ſum, an *Babylonium*, vel *Tyrrhenum*, *Origenes* ſignat. Item *A. Gellius*, lib. 16. cap. 1. & *Stobæus*, *Serm.* 38. *De Exitio*, & alibi. At, ſi interroges, iſtos ſermones potiùs *Tyrrheno* adſcriberem. *Xiphilin.* è *Dion.* lib. 62. Ὁ δὲ δὴ Σενέκας, καὶ ὁ Ῥοῦφος ὁ ἔπαρχος, ἄλλοι τέ τινες τῶν ἐπιφανῶν, ἐπεβούλευσαν τῷ Νέρωνι. & paulò poſt; Ῥοῦφος μέντοι Μουσώνιος ὁ φιλόσοφος ἐπὶ τούτῳ ἐφυγαδεύθη. De hoc agit *Suidas* in Μουσώνιος, qui eundem vocat *Tyrrhenum*, ex urbe *Volſinienſi*. Verùm non intelligo, quî fieri poteſt, ut *Muſonio Tyrrheno Julianus* ὁ παραβάτης Epiſtolam mitteret, de qua *Suidas* loco citato. Faciliùs induci poſſum, ut credam iſtam Epiſtolam ad *Muſonium Pamphylium* fuiſſe ſcriptam; qui, imperante *Joviniano*, floruit: uti docuit *Suidas* ibidem, item in Μαξιμος. Ab his alius eſt, cujus meminit *Tacitus*, lib. 3. *Hiſt.* cap. 15. & lib. 4. cap. 4. & 17. Etenim, ut rectè obſervavit *Scaliger*, (in *Animadverſ. Euſeb.* ad *Ann.* MM. XCVI.) *non ſolus fuit in exilium.* De eodem agit *Xiphilinus* è *Dion.* lib. 66. Καὶ πάντας αὐτίκα τοὺς φιλοσόφους ὁ Οὐεσπασιανὸς πλὴν τοῦ Μουσωνίου ἐκ τῆς Ῥώμης ἐξέβαλε. *Utrùm Muſonius ſit iſte, viderint ſtudioſi:* inquit *Scaliger*. Videbunt, ſi *Tacitum* & *Xiphilinum* inſpiciant locis citatis.

Pag. 152. lin. 7. Φαίδωνος] Vide Annotationes ad paginam 50.

Pag. 152. lin. 22. Πολέμωνα] Vide Annotationes ad paginam 50.

Pag. 156. lin. 37. Ἐπικούρου] Vide Annotationes ad paginam 17.

Pag. 156. lin. 45. Ἀπὸ τοῦ Περιπάτου] Vide Annotationes ad paginam 17.

Pag. 156. lin 53. Στωϊκῶν] Vide Annotationes ad lib. 1. pag. 17. lib. 4. pag. 169, & 208. *Plutarch.* in libro *De Stoicorum repugnantiis.* Οὐδεὶς οὖν ἔστι τῶν πάντων ὁ Χρύσιππος κατ' Ἀντίπατρον. ἐστὶν γὰρ οἴεται πλὴν τοῦ πυρὸς ἄφθαρτον εἶναι τῶν Θεῶν· ἀλλὰ πάντας ὁμαλῶς καὶ γεγονότας, καὶ φθαρησομένους. ταῦτα δὲ πανταχοῦ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὑπ' αὐτοῦ λέγεται. παραθήσομαι δὲ λέξιν ἐκ τοῦ τρίτου Περὶ Θεῶν καθ' ἕτερον λόγον. “ Οἱ μὲν γὰρ γενητοί εἰσι καὶ φθαρτοί· οἱ δὲ ἀγέννητοι. Vide ibidem, pag. 1052.

Pag. 157. lin. 53. Καὶ τί λέγω] Hunc

vertas ad modum; *At quid vino madere hos dico? potiùs inſaniunt feſtinantes ad templa, atque ſtatuas, vel bruta, quaſi Dii eſſent, adorantes.*

Pag. 159. lin. 15. Πάντως] Omittitur νοούντων.

Pag. 159. lin. 30. Πυθαγόρου] *Laert.* in *Pythag.* Τὸν δὲ Ἑρμῆν ταμίαν εἶναι τῶν ψυχῶν. καὶ διὰ τοῦτο Πομπαῖα λέγεσθαι, καὶ Πυλαῖον, καὶ Χθόνιον· ἐπειδήπερ οὗτος εἰσπέμπει ἀπὸ τῶν σωμάτων τὰς ψυχάς, ἀπό τε γῆς, καὶ ἐκ θαλάττης, καὶ ἄγεσθαι μὲν τὰς καθαρὰς ἐπὶ τὸν ὕψιστον· τὰς δὲ ἀκαθάρτους μήτε ἐκείναις πελάζειν, μήτε ἀλλήλαις, δεῖσθαι δ' ἐν ἀῤῥήκτοις δεσμοῖς ὑπὸ Ἐριννύων.

Pag. 159. lin. 30. Πλάτων] In *Phædro*, pag. 247. Πολλαὶ μὲν οὖν καὶ μακάριαι θέαι τε, καὶ διέξοδοι ἐντὸς οὐρανοῦ· ἃς θεῶν γένος εὐδαιμόνων ἐπιστρέφεται, πράττων ἕκαστος αὐτῶν τὸ αὑτοῦ. ἕπεται δὲ ὁ ἀεὶ θέλων τε, καὶ δυνάμενος· φθόνος γὰρ ἔξω θείου χοροῦ ἵσταται. ὅταν δὲ δὴ πρὸς δαῖτά τε καὶ ἐπὶ θοίνην ἴωσιν, ἄκραν ἐπὶ τὴν οὐράνιον ἀψῖδα πορεύονται πρὸς ἄναντες ἤδη· τὰ μὲν θεῶν ὀχήματα ἰσοῤῥόπως εὐήνια ὄντα ῥᾳδίως πορεύεται· τὰ δὲ ἄλλα πορεύονται μόγις. βρίθει γὰρ ὁ τῆς κακῆς ἵππος μετέχων ἐπὶ γῆν ῥέπων τε καὶ βαρύνων, ᾗ μὴ καλῶς ἦν τεθραμμένος ὑπὸ τῶν ἡνιόχων· ἔνθα δὴ πόνος τε καὶ ἀγὼν ἔσχατος ψυχῇ πρόκειται. αἱ μὲν γὰρ ἀθάνατοι καλούμεναι, ἡνίκα ἂν πρὸς ἄκρῳ γένωνται, ἔξω πορευθεῖσαι, ἔστησαν ἐπὶ τῷ τοῦ οὐρανοῦ νώτῳ. ἱστάσας δὲ αὐτὰς περιάγει ἡ περιφορά· αἱ δὲ θεωροῦσι τὰ ἔξω τοῦ οὐρανοῦ. τὸν δὲ ὑπερουράνιον τόπον οὔτε τις ὕμνησέ πω τῶν τῇδε ποιητὴς, οὔτε ποθ' ὑμνήσει κατ' ἀξίαν. Et pag. 250. Κάλλος δὲ τότε ἦν ἰδεῖν λαμπρὸν, ὅτε σὺν εὐδαίμονι χορῷ μακαρίαν ὄψιν τε καὶ θέαν ἑπόμενοι, μετὰ μὲν Διὸς ἡμεῖς, ἄλλοι δὲ μετ' ἄλλου θεῶν, εἶδόν τε καὶ ἐτελοῦντο τελετῶν, ἣν θέμις λέγειν μακαριωτάτην· ἣν ὠργιάζομεν ὁλόκληροι μὲν αὐτοὶ ὄντες, καὶ ἀπαθεῖς κακῶν, ὅσα ἡμᾶς ἐν ὑστέρῳ χρόνῳ ὑπέμενεν· ὁλόκληρα δὲ καὶ ἁπλᾶ καὶ ἀτρεμῆ καὶ εὐδαίμονα φάσματα μυούμενοί τε, καὶ ἐποπτεύοντες ἐν αὐγῇ καθαρᾷ, καθαροὶ ὄντες καὶ ἀσήμαντοι τούτου, ὃ νῦν δὴ σῶμα περιφέροντες ὀνομάζομεν, ὀστρέου τρόπον δεδεσμευμένοι.

Pag. 159. lin. 38. Περὶ τοῦ θύραθεν νοῦ] *Ariſtot.* lib. 2. cap. 3. *De Generat. Animalium.* Ἑπομένως δὲ δηλονότι καὶ περὶ τῆς αἰσθητικῆς λεκτέον ψυχῆς, καὶ περὶ τῆς νοητικῆς. πάσας γὰρ ἀναγκαῖον δυνάμει πρότερον ἔχειν, ἢ ἐνεργείᾳ. ἀναγκαῖον δὲ ἤτοι μὴ οὔσας πρότερον ἐγγίνεσθαι πάσας, ἢ πάσας προϋπαρχούσας, ἢ τὰς μὲν, τὰς δὲ μή· καὶ ἐγγίνεσθαι ἢ ἐν τῇ ὕλῃ μὴ εἰσελθούσας ἐν τῷ τοῦ ἄῤῥενος σπέρματι· ἢ ἐνταῦθα μὲν ἐκεῖθεν ἐλθούσας. ἐν δὲ τῷ ἄῤῥενι ἢ θύραθεν ἐγγινομένας ἁπάσας, ἢ μηδεμίαν· ἢ τὰς μὲν, τὰς δὲ μή. ὅτι μὲν τοίνυν οὐχ οἷόν τε πάσας προϋπάρχειν, φανερόν ἐστιν ἐκ τῶν τοιούτων. ὅσων γάρ ἐστιν ἀρχῶν ἡ ἐνέργεια σωματικὴ, δῆλον ὅτι ταύτας ἄνευ σώματος ἀδύνατον ὑπάρχειν· οἷον βαδίζειν ἄνευ ποδῶν· ὥστε καὶ θύραθεν εἰσιέναι ἀδύνατον. οὔτε γὰρ αὐτὰς καθ' ἑαυτὰς εἰσιέναι οἷόν τε ἀχωρίστους οὔσας, οὔτ' ἐν σώματι εἰσιέναι· τὸ γὰρ σπέρμα περίττωμα μεταβαλλούσης τῆς τροφῆς [ἐστι]. λείπεται δὲ τὸν νοῦν μόνον θύραθεν ἐπεισιέναι, καὶ θεῖον εἶναι μόνον· οὐδὲ γὰρ αὐτοῦ τῇ ἐνεργείᾳ κοινωνεῖ σωματικὴ ἐνέργεια.

Annotationes in Librum IV. *ORIGENIS contra* CELSUM.

PAg. 167. lin. 15. Ἀχρήστου] Vide lib. 4. pag. 168, 169, 209. lib. 5. pag. 240, 241, 242, 251. lib. 6. pag. 324. lib. 8. pag. 409, 425, 426. *Orig.* Tractat. 33. in *Matth.* *Iſte autem, qui unum acceperat talentum, & abſconderat ipſum in terra, non ſolùm, quaſi malus & piger, arguitur: ſed, quaſi inutilis, mittitur in tenebras exteriores; ubi nulla illuminatio eſt, forſitan nec corporalis: nec eſt reſpectio Dei illic; ſed, quaſi indigni ſpeculatione Dei, qui talia peccaverunt, condemnantur in his, quæ exteriores tenebræ appellantur: forſitan donec intellexerint, ut convertantur, & digni efficiantur exire ab iis; forſitan & propter aliam cauſam, quam nos ignoramus,* &c. *Greg. Nyſſ.* cap. 8. *Orat. Catechet.* Ἐπεὶ δὴ χρεία τῆς κακείνης [ψυχῆς] τὰς ἐμφυείσας ἐξ ἀμβλιῶν κηλῖδας, διά τινος ἰατρείας, ἐξαιρεθῆναι· τούτου ἕνεκεν, ἐν μὲν τῇ παρούσῃ ζωῇ, τὸ τῆς ἀρετῆς φάρμακον εἰς θεραπείαν τῶν τοιούτων προσετέθη τραυμάτων. εἰ δὲ ἀθεράπευτος μένοι, ἐν τῷ μετὰ ταῦτα βίῳ ταμιεύεται ἡ θεραπεία. ἀλλ' ὥσ-

περ εἰσί τινες κατὰ τὸ σῶμα τῶν παθημάτων διαφοραὶ, ὧν αἱ μὲν ῥᾷον, αἱ δὲ δυσκολώτερον τὴν θεραπείαν προσίενται, ἐφ' ὧν καὶ τομαὶ, καὶ καυτήρια, καὶ πικραὶ φαρμακοποσίαι, πρὸς τὴν ἀναίρεσιν τοῦ ἐνσκήψαντος πάθους τῷ σώματι παραλαμβάνονται· τοιοῦτόν τι καὶ ἡ μετὰ ταῦτα κρίσις εἰς θεραπείαν τῶν τῆς ψυχῆς ἀρρωστημάτων καθεπαγγέλλεται· ὃ τοῖς μὲν χαυνοτέροις ἀπειλὴ, καὶ σκυθρωπῶν ἐστιν ἐπανάστασις, ὡς ἂν φόβῳ τῆς τῶν ἀλγεινῶν ἀντιδόσεως πρὸς τὴν φυγὴν τῆς κακίας σωφρονισθείημεν· τοῖς δὲ συνετωτέροις ἰατρεία καὶ θεραπεία παρὰ τοῦ Θεοῦ, τὸ ἴδιον πλάσμα πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐπανάγοντος χάριν, εἶναι πιστεύεται. Vide quæ nos allegavimus ex eodem *Nyſſeno* in Annotationibus ad paginam 168. Ut omnium pœnas *Origenes*, ità quorundam *Juſtinus* deſituras dicit, in *Dialogo* cum *Tryphone*, pag. 223. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἀποθνήσκειν φημὶ πάσας τὰς ψυχὰς ἐγώ· ἕρμαιον γὰρ ἦν ὡς ἀληθῶς τοῖς κακοῖς. Ἀλλὰ τί; τὰς δὲ ἀδίκους καὶ πονηρὰς ἐν χείρονι, τὸν τῆς κρίσεως ἐκδεχομένας χρόνον τότε. οὕτως αἱ μὲν, ἄξιαι τοῦ Θεοῦ φανεῖσαι, οὐκ ἀποθνήσκουσιν ἔτι· αἱ δὲ, κολάζονται ἔστ' ἂν αὐτὰς καὶ εἶναι καὶ κολάζεσθαι ὁ Θεὸς θέλῃ. Quid *Theophilus Antiochenus*, & *Tatianus*, quid *Arnobius*, & *Irenæus*, de hac re ſenſerint; judicent peritiores. *Theoph. Antioch.* lib. 2. ad *Autolycum*, pag. 96. Τῷ αὐτῷ τρόπῳ γέγονεν καὶ τὰ περὶ τὸν ἄνθρωπον κύριον ὄντα ἁμαρτῆσαι, καὶ τὰ δοῦλα συνήμαρτεν· ὁπόταν οὖν πάλιν ὁ ἄνθρωπος ἀναδράμῃ εἰς τὸ κατὰ φύσιν μηκέτι κακοποιῶν, κἀκεῖνα ἀποκατασταθήσεται εἰς τὴν ἀρχῆθεν ἡμερότητα. Vide pag. 101. 103. ibid. *Tatian.* Orat. *contra Græcos*, pag. 152. Οὐκ ἔστιν ἀθάνατος, ἄνδρες Ἕλληνες, ἡ ψυχὴ καθ' ἑαυτὴν, θνητὴ δέ· ἀλλὰ δύναται ἡ αὐτὴ καὶ μὴ ἀποθνήσκειν. Θνήσκει μὲν γὰρ, καὶ λύεται μετὰ τοῦ σώματος, μὴ γινώσκουσα τὴν ἀλήθειαν· ἀνίσταται δὲ εἰς ὕστερον ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ κόσμου σὺν τῷ σώματι, θάνατον διὰ τιμωρίας ἐν ἀθανασίᾳ λαμβάνουσα. Vide pag. 150, 151, 152, 153. ibid. *Iren.* lib. 2. cap. 64. *Quemadmodum enim cœlum, quod eſt ſuper nos firmamentum, & Sol, & Luna, & reliquæ ſtellæ, & omnia ornamenta ipſorum, cùm antè non eſſent, facta ſunt, & multa tempora perſeverant ſecundùm voluntatem Dei: ſic & de animabus, & de ſpiritibus, & omnino de omnibus his, quæ facta ſunt, cogitans quis minimè peccavit; quando omnia, quæ facta ſunt, initium quidem facturæ ſuæ habeant, perſeverant autem quoad uſque ea Deus & eſſe & perſeverare voluerit. Teſtatur pro his ſententiis etiam Propheticus ſpiritus dicens,* " *Quoniam ipſe dixit, & facta ſunt; ipſe mandavit, & creata ſunt: ſtatuit ea in ſeculum ſeculi.* Et iterum de ſalvando homine ſic ait, " *Vitam petiit à te, et tribuiſti ei longitudinem* " *dierum in ſeculum ſeculi: tanquam Patre omnium donante, et in ſeculum ſeculi perſeverantiam his qui ſalvi fiunt. Non enim ex nobis, neq; ex noſtra natura, vita eſt; ſed ſecundùm gratiam Dei datur: et ideo, qui ſervaverit datum vitæ, et gratias egerit ei qui præſtitit, accipiet & in ſeculum ſeculi longitudinem dierum; qui autem abjecerit eam, et ingratus extiterit factori ob hoc, quòd factus eſt, & non cognoverit eum qui præſtat, ipſe ſe privat in ſeculum ſeculi perſeverantiâ.* Et paulò pòſt hæc habet. *Deo itaque & vitam & perpetuam perſeverantiam donante, capit & animas, primùm non exiſtentes, dehinc perſeverare, cùm eas Deus & eſſe & ſubſiſtere voluerit.* Idem, lib. 5. cap. 4. *Arnob.* lib. 2. pag. 31. *Audetis ridere nos, cùm Gehennas dicimus, & inextinguibiles quoſdā ignes, in quos animas dejici ab earum hoſtibus inimicisque cognovimus? Quid Plato idem veſter in eo volumine, quod De animæ immortalitate compoſuit? non Acherontem, non Stygem, non Cocytum fluvios, & Pyriphlegetontem nominat; in quibus animas aſſeveras volvi, mergi, exuri? & homo prudentiæ non parvæ, & examinis judiciiq; perpenſi, rem inenodabilem ſuſcipit; ut, cùm animas dicat immortales, perpetuas, & corporali ſoliditate privatas, puniri eas dicat tamen, & doloribus afficiat ſenſuum. Quis autem hominum non vidit quod ſit immortale, quod ſimplex, nullum poſſe dolorem admittere? quod autem ſentiat dolorem, immortalitatem habere non poſſe? Nec tamen ejus autoritas plurimùm à veritate declinat. Quamvis enim vir lenis, & benevolæ voluntatis, inhumanum eſſe crediderit, capitali animas ſententiâ condemnari: non eſt tamen abſonè ſuſpicatus jaci eas in flumina torrentia flammarum globis, & cœnoſis voraginibus tetra. Jaciuntur enim, & ad nihilum redactæ interitionis perpetuæ fruſtratione vaneſcunt. Sunt enim mediæ qualitatis (ſicut Chriſto autore compertum eſt) & interire quæ poſſint, Deum ſi ignoraverint vitæ; & ab exilio liberari, ſi ad ejus ſe minas atq; indulgentias applicârint. Et ut quod ignotum eſt pateat, hæc eſt hominis mors vera, hæc nihil reſiduum faciens: nam illa, quæ ſub oculis cernitur, animarum eſt à corporibus disjugatio; non finis abolitionis extremus: hæc, inquam, eſt hominis mors vera; cùm animæ, neſcientes Deum, per longiſſimi temporis cruciatum conſumentur igni fero, in quem illas jaciunt quidam crudeliter feri, & ante Chriſtum incogniti, & ab ſolo ſciente detecti.* Vide pag. 40, 47. ibid. & Annotationes ad paginam 168. & paginam 419.

Pag. 168. lin. 11. Καιὰς] *Orig.* Homil-

mil. 24. in *Luc. Sed quomodo Joannes juxta Jordanem fluvium venientes ad Baptiſmum præſtolabatur, et alios abigebat, dicens,* “*Generatio* “*viperarum,& reliqua;porrò eos,qui confitebantur vitia atque peccata, ſuſcipiebat: ſic ſtabit in igneo flumine Dominus Jeſus juxta flammeam Romphæam; ut quemcunque poſt exitum vitæ hujus, qui ad Paradiſum tranſire deſiderat, & purgatione indiget, hoc eum amne baptizet, & ad cupita tranſmittat: eum verò, qui non habet ſignum priorum Baptiſmatum, lavacro igneo non baptizet. Oportet enim priùs aliquem baptizari aquâ & ſpiritu; ut, cùm ad igneum fluvium venerit, oſtendat ſe & aquæ & ſpiritûs lavacra ſervâſſe, & tunc mereatur etiam ignis accipere Baptiſmum in Chriſto Jeſu.* Idem, Homil. 6. in *Exod. Veniendum eſt ergò omnibus ad ignem, veniendum eſt ad conflatorium: ſedet enim Dominus, & conflat, & purgat filios Juda. Sed & illuc cùm ventum, ſi quis multa opera bona, & parùm aliquid iniquitatis attulerit, illud parùm tanquam plumbum igni reſolvitur, ac purgatur, & totum remanet aurum purum; & ſi quis plus illuc plumbi detulerit, plus exuritur, ut ampliùs decoquatur, ut etſi parùm aliquid ſit auri, purgatum tamen reſideat. Quòd ſi aliquis illuc totus plumbeus venerit; fiat de illo hoc quod ſcriptum eſt,* “*Demergetur in profundum, tanquam plumbum* “*in aqua validiſſima. Sed longum eſt, ſi per ordinem velimus exponere; ſufficiat pauca perſtringere.* Et Homil. 3. in *Pſal.* 36. *Si verò in hac vita contemnimus commonentis nos divinæ Scripturæ verba, & curari vel emendari ejus correptionibus nolumus; certum eſt, quia manet nos ignis ille, qui præparatus eſt peccatoribus, & veniemus ad illum ignem, in quo uniuscujusq; opus quale ſit ignis probabit: & (ut ego arbitror) omnes nos venire neceſſe eſt ad illum ignem; etiamſi Paulus ſit aliquis vel Petrus, venit tamen ad illum ignem. Sed illi tales audiunt;* “*Etiam-* “*ſi per ignem tranſeas, flamma non aduret te. Si verò aliquis ſimilis mei peccator ſit, veniet quidem ad ignem illum ſicut Petrus et Paulus: ſed non ſic tranſiet ſicut Petrus et Paulus.* Vide eundem in *Homil.*8.in *Exod. Homil.*8.in *Levit. Homil.* 25. in *Num. Homil.* 27. ibid. *Homil.* 12.in *Hierem.* & lib.8.*Explanat.*in Epiſtolam ad *Romanos.* Vide & lib. 4. pag. 206. *Contra Celſum*, & lib. 5. pag.240, 241,242. & lib.6. pag.292,324,325. *Clemens*, *Strom.*4. pag.536. Ἴσασιν μέν τοι, τοὺς μετὰ τὸ λουτρὸν τοῖς ἁμαρτήμασι περιπεσόντας, τούτους εἶναι τοὺς παιδευομένους. τὰ μὲν γὰρ προενεργηθέντα ἀφείθη, τὰ δὲ ἐπιγενόμενα ἐκκαθαίρεται. Et *Strom.* 5. pag. 549. Καὶ μέν τοι καὶ δίκη καταλήψεται ψευδῶν τέκτονας καὶ μάρτυρας, ὁ Ἐφέσιός φησιν. οἶδεν γὰρ καὶ οὗτος, ἐκ τῆς βαρβάρου φιλοσοφίας μαθὼν, τὴν διὰ πυρὸς κάθαρσιν τῶν κακῶς βεβιωκότων. *Tertull. De anima*,cap.35. & cap. 58. *Velis ac nolis, et ſupplicia jam illic et refrigeria; habes pauperem et divitem: et quia diſtuli neſcio quid ad hanc partem, jam opportunè in clauſulam reddam. Cur enim non putes animam et puniri, et foveri in Inferis interim ſub exſpectatione utriusque judicii in quadam uſurpatione & candida ejus?* &c. In fine capitis hæc habet, *In ſumma, cùm carcerem illum, quod Evangelium demonſtrat, Inferos intelligimus, & noviſſimum quadrantem modicum quoque delictum, morâ reſurrectionis illic luendum, interpretamur; nemo dubitabit animam aliquid penſare penès Inferos, ſalvâ reſurrectionis plenitudine per carnem quoque. Cyprian.* Epiſt. 52. *Ad Antonianum*, lib. 3. *Teſtimon. ad Quirinum*; cap. 57. *Greg. Nyſſ. Orat. Catech.* cap. 8.& cap. 35. Dialog. *De anima & reſurrectione*, pag. 654. Εἴτε ἐκ τῆς μετὰ ταῦτα καθάρσεως ἐλευθέρα γένοιτο ἡμῶν ἡ ψυχὴ τῆς πρὸς τὰ ἄλογα τῶν παθῶν συμφυΐας, οὐδὲν πρὸς τὴν τοῦ καλοῦ θεωρίαν ἐμποδισθήσεται. & pag. 661. Εἰ γὰρ ἐν πᾶσι τοῖς οὖσιν ὁ Θεὸς ἔσται, ἡ κακία δηλαδὴ ἐν τοῖς οὖσιν οὐκ ἔσται. εἰ γάρ τις ὑπόθοιτο κἀκείνην εἶναι; πῶς σωθήσεται τὸ ἐν πᾶσι τὸν Θεὸν εἶναι; ἡ γὰρ ὑπεξαίρεσις ἐκείνης ἐλλιπῆ τὴν περὶ πάντων ποιεῖ τὴν περίληψιν. & pag. 686. Σκοπὸς δὲ αὐτοῦ εἷς, τὸ τελειωθέντος ἤδη διὰ τῶν καθ' ἕκαστον ἀνθρώπων παντὸς τοῦ τῆς φύσεως ἡμῶν πληρώματος, τῶν μὲν εὐθὺς ἤδη κατὰ τὸν βίον τοῦτον ἀπὸ κακίας κεκαθαρμένων, τῶν δὲ μετὰ ταῦτα διὰ τοῦ πυρὸς τοῖς καθήκουσι χρόνοις ἰατρευθέντων, τῶν δὲ ἐπίσης καὶ τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ κακοῦ τὴν πεῖραν παρὰ τὸν τῆδε βίον ἀγνοησάντων, πᾶσι προθεῖναι τὴν μετουσίαν τῶν ἐν αὐτῷ ἀγαθῶν· ἅ φησιν ἡ γραφὴ μήτε ὀφθαλμὸν ἰδεῖν, μήτε ἀκοὴν δέξασθαι, μήτε λογισμοῖς ἐφικτὸν γενέσθαι. τοῦτο δὲ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶ, κατά γε τὸν ἐμὸν λόγον, ἢ τὸ ἐν αὐτῷ τῷ Θεῷ γενέσθαι. Vide ibid. pag. 654, 657, 658, 659, 660, 691,692. Vide ejuſdem *Gregorii* librum *De iis, qui præmaturè abripiuntur*: & orationem *De mortuis*, pag. 1066, 1067, 1068. *Hieronymum* in fine *Commentariorum* ad *Eſaiam*: & in *Amos* cap. 4. *Ambroſium* in *Luc.* cap. 12. & in *Pſal.* 118. *Lactantium*, lib. 7. cap. 21. *Auguſtinum*, lib. 20. cap. 25. “Ecce, venit, dicit “Dominus omnipotens, & quis ſuſtinebit di- “em introitûs ejus? aut quis ferre poterit ut “aſpiciat eum? quia ipſe ingreditur quaſi ignis “conflatorii, & quaſi herba lavantium, & “ſedebit conflans, & emundans ſicut aurum, &c. *Ex his, inquit, quæ dicta ſunt, videtur evidentiùs apparere, in illo judicio quaſdam quo-*

quandam purgatorias pœnas futuras. Vide Annotationes ad paginam 167. paginam 419. & paginam 425.

Pag. 169. lin. 44. Ἐπικέρι Θεοί] *Velleius* apud *Cicer.* lib. 1. *De nat. Deorum. Sed ad hanc confirmandam opinionem inquirit animus & formam, & vitam, & actionem mentis, atq; agitationem in Deo. Ac de forma quidem partim natura nos admonet, partim ratio docet. Nam à natura habemus omnes omnium Gentium ſpeciem nullam aliam, niſi humanam Deorum; quæ enim alia forma occurrit unquam aut vigilanti cuiquam, aut dormienti?* Et paulò póſt; *Quòd ſi omnium animantium formam vincit hominum figura: Deus autem animans eſt; ea figura profectò eſt, quæ pulcherrima ſit omnium. Quoniamque Deos beatiſſimos eſſe conſtat; beatus autem eſſe ſine virtute nemo poteſt, nec virtus ſine ratione conſtare, nec ratio uſquam ineſſe, niſi in hominis figura; hominis eſſe ſpecie Deos confitendum eſt. Nec tamen ea ſpecies corpus eſt; ſed quaſi corpus: nec habet ſanguinem; ſed quaſi ſanguinem.*

Pag. 169. lin. 48. Στωικῶν Θεὸς] *Plutarch.* lib. 1. cap. 7. *De Placitis Philoſophorum.* Οἱ Στωικοὶ κοινότερον Θεὸν ἀποφαίνονται, πῦρ τεχνικὸν ὁδῷ βαδίζον, ἐπὶ γενέσει κόσμου ἐμπεριειληφότα πάντας τοὺς σπερματικοὺς λόγους· καθ' οὓς ἕκαστα καθ' εἱμαρμένην γίνεται. καὶ πνεῦμα μὲν διῆκον δι' ὅλου τοῦ κόσμου, τὰς δὲ προσηγορίας μεταλαμβάνον δι' ὅλης τῆς ὕλης, δι' ἧς κεχώρηκε παραλλάξει· Θεὸν δὲ καὶ τὸν κόσμον, καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ τὴν γῆν, τὸν δὲ ἀνωτάτω πάντων νοῦν, ἐν αἰθέρι. Vide Annotationes ad paginam 17. paginam 156. & paginam 208.

Pag. 170. lin. 31. Διάφορα] Vide Annotationes ad paginam 99.

Pag. 171. lin. 18. Πλάτων] Vide Annotationes ad paginam 26. & paginam 245.

Pag. 173. lin. 30. Πλάτων πε.] *Plat.* in *Timæo*, pag. 22. Vide lib. 3. *De Leg.* pag. 676, 677, 678, & deinceps.

Pag. 174. lin. 44. Τεσσαράκοντα] *Clem. Strom.* 1. Οὕτω πληροῦνται τὰ τριάκοντα ἔτη, ἕως οὗ ἔπαθεν· ἀφ' οὗ δὲ ἔπαθεν, ἕως τῆς καταστροφῆς Ἱερουσαλὴμ, γίνονται ἔτη μβ', μῆνες γ'. *Qui locus Clementis* (inquit *Scaliger* in *Animadv. Euſeb. ad Annum* MM.LXXXVI.) *non uni Euſebio, ſed & Origeni impoſuit; cujus hæc verba ſunt, ex quarto libro in Celſum,* Τεσσαράκοντα, &c. *Aliter recitat ex Phlegonte;* (*Tractatu* 29. in *Matth.*) *Si autem oportet & de Temporibus aliquid dicere, dicimus, quoniam in Chronicis Phlegontis cujuſdam dicitur; (ſi tamen debemus & hunc quaſi vera dicentem de Templo ſuſcipere,) quoniam circa quadrageſimum annum à quinto decimo anno Tiberii Cæſaris facta eſt deſtructio Jeruſalem, & Templi, quod fuit in ea. Certè à decimo quinto anno Tiberii ad excidium Templi ſunt anni ſolidi quadraginta & unus cum aliquot diebus; non quadraginta, ut Phlegon; neque quadraginta duo, ut Clemens.* Vide *Scaligerum* ibidem, & *Petavium*, lib. 11. cap. 17. *De doctrina Temporum.*

Pag. 174. lin. 56. Ἀποκατασταθήσεται] *Origenem* ſequitur *Chryſoſtomus*, Orat. 3. *Adverſus Judæos*, quem ſic argumentantem audi. Οὕτω καὶ νῦν ποιεῖν δεῖ τοὺς Ἰουδαίους, καὶ παράγειν ἡμῖν προφήτην εἰς μέσον, τὸν λέγοντα, ὅτι ἀναστήσεται πάντως ἡ πόλις· ὅτι γὰρ, εἰ καὶ τέλος ἔμελλεν ἕξειν ὑμῖν ἡ παροῦσα αἰχμαλωσία, πᾶσα ἀνάγκη ἦν τοὺς προφήτας ταῦτα προαναφωνεῖν, παντί που δῆλόν ἐστι, τοῦτο καὶ ὁπουοῦν εἰς τὰ προφητικὰ παρακύψαντι βιβλία. καὶ γὰρ ἔθος παρὰ Ἰουδαίοις παλαιὸν, τὸ τὰ μέλλοντα αὐτοὺς καταλαμβάνειν κακὰ καὶ ἀγαθὰ προαγορεύειν τοὺς προφήτας ἄνωθεν. Et paulò póſt; Καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, καὶ πάντα αὐτοῖς προανεφώνει τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι ὁ Θεὸς, οὐκ ἐντεῦθεν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων τῶν συμβάντων αὐτοῖς, κακῶν τε καὶ ἀγαθῶν, ποιήσομαι τὴν ἀπόδειξιν. τρεῖς γοῦν δουλείας ὑπέμειναν χαλεπωτάτας οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ οὐδεμίαν χωρὶς προῤῥήσεως αὐτοῖς ἐπήγαγεν· ἀλλὰ πάσας αὐτοῖς προλεχθῆναι παρεσκεύασεν ὁ Θεὸς, καὶ τόπον, καὶ χρόνον, καὶ πρόσωπον, καὶ εἶδος κακώσεως, καὶ τὴν ἐπάνοδον, καὶ τὰ ἄλλα πάντα μετὰ ἀκριβείας προλέγων, &c. Proximo loco *Flavii Joſephi* teſtimonio utitur: quod invenies in fine libri decimi *Antiquitatum Judaicarum:* Ἐπειδὴ γὰρ εὗρον ἐκεῖνα, ἀκούσατε τί φησι μετὰ ταῦτα· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον Δανιὴλ περὶ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀνέγραψε, καὶ ὅτι ὑπ' αὐτῶν αἱρεθήσεται τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ ναὸς ἐρημωθήσεται· σὺ δέ μοι σκόπει, ὡς εἰ καὶ Ἰουδαῖος ἦν ὁ ἀνὴρ ὁ ταῦτα γράψας, ἀλλ' ὅμως οὐκ ἠνέσχετο τὴν ὑμετέραν ζηλῶσαι φιλονεικίαν· εἰπὼν γὰρ ὅτι αἱρεθήσεται τὰ Ἱεροσόλυμα, οὐκ ἐτόλμησε προσθεῖναι καὶ εἰπεῖν, ὅτι ἀναστήσεται πάλιν, οὐδὲ χρόνον γράψαι διωρισμένον. Sequitur ſtatim; Ἀλλ' ὅτι μὲν ἐρημωθήσεται τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ ναὸς, ἔγραψεν· ὅτι δὲ στήσεταί που τὰ τῆς ἐρημώσεως, οὐκ ἔτι προσέθηκεν· ἐπεὶ μηδὲ τὴν προφητείαν εἶδε τοῦτο προσθεῖσαν. *At Joſephus,* (inquit Clariſſimus *Grotius,*) *ſicut nihil certi populo ſuo auſus eſt polliceri; ità ſpem omnem non abjecit: ut vel ex hoc loco apparet, ubi, ſcelera civitatis & pœnam eis debitam deplorans, ità eam alloquitur,* Δυνάσαιο δ' ἂν γενέσθαι πάλιν ἀμείνων, εἴ γέ ποτε τὸν πορθήσαντα Θεὸν ἐξιλάσῃ. Aliud argumentum deſumitur ab

eventu:

eventu: Καὶ ὅτι οὐ ψευδῆ τὰ εἰρημένα, φέρε καὶ τὴν ἀπὸ τῶν πραγμάτων αὐτῶν παράσχωμεν μαρτυρίαν· εἰ μὲν γὰρ μὴ ἐπεχείρησαν οἰκοδομῆσαι τὸν ναὸν, εἶχον ἂν λέγειν, ὅτι εἴ γε ἠβουλήθημεν ἐπιχειρῆσαι, καὶ τῆς οἰκοδομῆς ἅψασθαι, πάντως ἂν ἰσχύσαμεν καὶ ἠνύσαμεν· νυνὶ δὲ αὐτοὺς δείκνυμι, ὅτι οὐχ' ἅπαξ, οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ καὶ τρὶς ἐπιχειρήσαντας καὶ ῥαγέντας, καθάπερ ἐν τοῖς Ὀλυμπιακοῖς ἀγῶσιν. ὥστε ἀναμφισβήτητον εἶναι τῆς ἐκκλησίας τὸν στέφανον. Vide reliqua, lectu digniſſima, quibus omnibus evincere conatur, *Judæos* nunquam in patriam reſtituendos. Aliter ſentit *Juſtinus*, in *Dialogo* cum *Tryphone*, pag. 306. Εἰπὲ δέ μοι ἀληθῶς, inquit *Trypho*, ὑμεῖς ἀνοικοδομηθῆναι τὸν τόπον Ἱερουσαλὴμ τοῦτον ὁμολογεῖτε, καὶ συναχθήσεσθαι τὸν λαὸν ὑμῶν, καὶ εὐφρανθῆναι σὺν τῷ Χριστῷ ἅμα τοῖς πατριάρχαις, καὶ τοῖς προφήταις, καὶ τοῖς ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου γένους, ἢ καὶ τῶν προσηλύτων γενομένων, πρὶν ἐλθεῖν ὑμῶν τὸν Χριστὸν προσδοκᾶτε· ἢ, ἵνα δόξῃς περικρατεῖν ἡμῶν ἐν ταῖς ζητήσεσι, πρὸς τὸ ταῦτα ὁμολογεῖν ἐχώρησας; Cui reſpondit *Juſtinus*: Οὐχ οὕτω τάλας ἐγὼ, ὦ Τρύφων, ὡς ἕτερα λέγειν, παρ' ἃ φρονῶ. ὡμολόγησα οὖν σοι καὶ πρότερον, ὅτι ἐγὼ μὲν καὶ ἄλλοι πολλοὶ ταῦτα φρονοῦμεν, ὡς καὶ πάντως ἐπίστασθε, τοῦτο γενησόμενον· πολλοὺς δ' αὖ, καὶ τῶν τῆς καθαρᾶς καὶ εὐσεβοῦς ὄντων Χριστιανῶν γνώμης, τοῦτο μὴ γνωρίζειν ἐσήμανά σοι. τοὺς γὰρ λεγομένους μὲν Χριστιανοὺς, ὄντας δὲ ἀθέους καὶ ἀσεβεῖς αἱρεσιώτας, ὅτι κατὰ πάντα βλάσφημα καὶ ἄθεα καὶ ἀνόητα διδάσκουσιν, ἐδήλωσά σοι. ὅτι δ' οὐκ ἐφ' ὑμῶν μόνων τοῦτο λέγειν με ἐπίστασθε, τῶν γεγενημένων ἡμῖν λόγων ἁπάντων, ὡς δύναμίς μου, σύνταξιν ποιήσομαι· ἐν οἷς καὶ τοῦτο ὁμολογοῦντά με, ὃ καὶ πρὸς ὑμᾶς ὁμολογῶ, ἐγγράψω. οὐ γὰρ ἀνθρώποις διδάγμασιν αἱροῦμαι ἀκολουθεῖν· ἀλλὰ Θεῷ, καὶ τοῖς παρ' ἐκείνου διδάγμασιν. Vide ibid. pag. 245. 249. 259. & *Apolog.* 2. pag. 87. Præter *Juſtinum* alii magni nominis autores hanc opinionem tuebantur, quorum catalogum apud *Hieronymum* invenies in *Proœmio* ad librum 18. *Commentariorum* in *Eſaiam. Nec ignoro quanta inter homines ſententiarum diverſitas ſit: non dico de myſterio Trinitatis, cujus recta confeſſio eſt ignoratio ſcientiæ; ſed de aliis Eccleſiaſticis dogmatibus, de reſurrectione ſcilicet, & de animarum, & humanæ carnis ſtatu, de repromiſſionibus futurorum, quo modo debeant accipi, & qua ratione intelligenda ſit Apocalypſis Joannis: quam ſi juxta literam accipimus, Judaizandum eſt; ſi ſpiritualiter, ut ſcripta eſt, diſſerimus, multorum veterum videbimur opinionibus contraire: Latinorum, Tertulliani, Victorini, Lactantii; Græcorum, ut cæteros prætermittam, Irenæi tantùm Lugdunenſis Epiſcopi faciam mentionem, adverſùm quem vir eloquentiſſimus Dionyſius, Alexandrinæ Eccleſiæ Pontifex, elegantem ſcribit librum, irridens mille annorum fabulam, & auream atque gemmatam in terris Hieruſalem, inſtaurationem Templi, hoſtiarum ſanguinem, otium Sabbati, circumciſionis injuriam, nuptias, partus, liberorum educationem, epularum delicias, & cunctarum Gentium ſervitutem, rurſúſque bella, exercitus, ac triumphos, & ſuperatorum neces, mortémque centenarii peccatoris: cui duobus voluminibus reſpondet Apollinarius, quem non ſolùm ſuæ ſectæ homines, ſed & noſtrorum in hac parte duntaxat, plurima ſequitur multitudo. Ut præſagâ mente jam cernam, quantorum in me rabies concitanda ſit.* Eundem vide in *Comment.* ad *Ezech.* cap. 36. & in *Catalogo Script. Eccleſiaſt.* in *Papia. Iren.* lib. 5. cap. 22, &c. *Tertull.* libro *De reſurrectione Carnis*, cap. 25. & lib. 3. *Contra Marcionem*, cap. 24. *De reſtitutione verò Judææ, quam & ipſi Judæi, ità ut deſcribitur, ſperant, locorum & regionum nominibus inducti, quomodo Allegorica interpretatio in Chriſtum & in Eccleſiam, & habitum & fructum ejus ſpiritaliter competat, & longum eſt perſequi, & in alio opere digeſtum, quod inſcribimus* DE SPE FIDELIUM, *& in præſenti vel eò otioſum, quia non de terrena, ſed de cœleſti promiſſione ſit quæſtio. Nam & confitemur in terra nobis regnum repromiſſum, ſed ante cœlum, ſed alio ſtatu, utpote poſt reſurrectionem in mille annos, in civitate divini operis Jeruſalem cœlo delata; quam & Apoſtolus matrem noſtram ſurſum deſignat, &* πολίτευμα *noſtrum, id eſt, municipatum, in cœlis eſſe pronuntians, alicui utique cœleſti civitati eum deputat.* *Hanc & Ezechiel novit, & Apoſtolus Joannes vidit. Lactant.* lib. 7. cap. 24. *Auguſt.* lib. 20. cap. 29. *De civitate Dei. Per hunc Eliam, magnum mirabilémque Prophetam, expoſitâ ſibi lege, ultimo tempore ante judicium Judæos in Chriſtum verum, (id eſt, in Chriſtum noſtrum) eſſe credituros celeberrimum eſt in ſermonibus cordibuſque fidelium.*

Pag. 176. lin. 30. Δημοσθένης] Forſan intelligit fugam turpiſſimam ad *Chæroneam*; (*Plutarch.* in *vitis decem Rhet.* & in *Demoſth.*) vel reditum ad *Athenas* præ formidine *Alexandri*, ad quem Legationibus fungebatur; (Ibid.) vel avaritiam ejus, cùm è populo unus exclamavit, *Demoſthenem non Synanchen, ſed Argyranchen pati*; (*A. Gell.* lib. 1. cap 9. *Plutarch.* ibid.) Ἔλαβε καὶ παρὰ Ἐφιάλτου χρυσίον ἐκ τῶν δημαγωγῶν· ὃς πρεσβεύσας πρὸς βασιλέα χρήματα φέρων ἧκε λάθρα, ὅπως

ὅπως διατείνας τοῖς δημαγωγοῖς τὸν πρὸς Φίλιππον ἐξεγράφη πόλεμον· καὶ ἰδίᾳ αὐτὸν δωροδοκῆσαι παρὰ βασιλέως φασὶ δαρεικοὺς τριακοσίους· (*Plutarch.* in *vitis decem Rhetorum*, & in *Demoſth.*) vel luxum & infamem munditiem; (*A. Gell.* lib. 1. cap. 5.) φασὶ δέ τινες καὶ ἀσώτως αὐτὸν βιῶναι, γυναικείαις τε ἐσθῆσι χρώμενον, καὶ κωμάζοντα ἑκάστοτε. *Plutarch.* in *vitis decem Rhet.*

Pag. 176. lin. 32. Ἀντιφῶν] Vixit temporibus *Socratis*, ut conſtat ex *Plutarcho* in *vitis decem Rhetorum*, *Xenophone Memorabilium* libro primo, *Platone* in *Menex.* *Philoſtrato*, libro primo *De Sophiſtis*, *Athenæo*, lib. 12. cap. 3.

Pag. 176. lin. 34. Περὶ ἀληθείας] Prædictus *Antiphon* ſcripſit ſexaginta orationes, ὧν κατεψευσμένας φησὶν Καικίλιος εἶναι τὰς εἰκοσιπέντε. *Plutarch. De vitis decem Rhet.* Earundem aliquot hodie exſtant ab *Aldo* excuſæ. Scripſit librum Περὶ τῶν ἐν ἀρετῇ πρωτευσάντων, (*Laert.* in *Pythag.*) & alium Περὶ Ἡροδότου, (*Plutarch.* ibid.) item Πρὸς Ἐρασίστρατον Περὶ τῶν ἰδεῶν· item Περὶ τῆς ἀγγελίας· item Κατ' Ἱπποκράτους τοῦ ἰατροῦ στρατηγοῦ· item Πρὸς Δημοσθένην· ibid. *Philoſtratus*, (lib. 1. *De Vit. Soph.*) laudat ejus orationem Ὑπὲρ τῆς ὁμονοίας. *Athenæus* eum laudat in τῷ πολιτικῷ· (lib. 10. cap. 6.) ἐν τῷ Κατ' Ἀλκιβιάδου· (lib. 12. cap. 3.) ἐν τῷ Περὶ γεωργικῶν· (lib. 14. cap. 17.) item in libro Περὶ ταῶν· (lib. 9. cap. 12.) *Niſi fortè Georgicorum, & de Pavonibus libri alius autor fuerit, quod facilè crediderim*, inquit *Geſnerus* in *Bibl.* At non ità facilè credideris; ſi *Athenæum* legeras, libro 9. cap. 12. Ἀντιφῶντι δὲ τῷ ῥήτορι λόγος μέν γέγραπται, ἔχων ἐπίγραμμα, Περὶ ταῶν. Rectiùs forſan alteri *Plexippum* attribuas, cujus Tragœdiæ meminit *Athenæus*, (lib. 15. cap. 4.) loquens de *Hephæſtione*, qui ſibi aliorum opera adſcripſit: Καὶ περὶ τοῦ παρὰ Ἀντιφῶντι τῷ τραγῳδοποιῷ Πληξίππου, καὶ πλεῖστα ὅσα καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ Ἀντιφῶντος εἰπόντος, σφετερισάμενος καὶ ταῦτα, ἐπέγραψέ τι βιβλίον Περὶ τοῦ παρὰ Ξενοφῶντι ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν Ἀντιφῶντος· Quaſi is, cujus *Xenophon* meminit, *Memorabilium* libro primo, alius erat ab *Antiphonte Tragico*. Verùm *Antiphon* Rhetor ſcripſit Tragœdias: Λέγεται δὲ τραγῳδίας συνθεῖναι, καὶ ἰδίᾳ, καὶ σὺν Διονυσίῳ τῷ τυράννῳ· ἔτι δὲ ὢν πρὸς τῇ ποιήσει τέχνην ἀλυπίας συνεστήσατο. Unde nonnunquam *Poeta* appellatur: uti apud *Ariſtotelem*, (lib. 2. cap. 6. *Rhet.*) Ὅθεν καὶ Ἀντιφῶν, ὁ ποιητὴς, μέλλων ἀποτυμπανίζεσθαι ὑπὸ Διονυσίου, εἶπεν, ἰδὼν τοὺς συναποθνήσκειν μέλλοντας ἐγκαλυπτομένους ὡς ᾔεσαν διὰ τῶν πυλῶν, Τί ἐγκαλύπτεσθε; ἔφη· ἢ μὴ αὔριόν τις ὑμᾶς ἴδῃ τούτων; Ejuſdem *Antiphontis* meminerunt, *Clemens*, (*Strom.* 1.) *Tullius*, (*in Bruto*) *Suidas*, (in Ἀντιφ.) *Quintilianus*, (*Inſtitut. Orat.* lib. 12. cap. 10.) *Plato*, (in *Menexemo*) *Stobæus*. Eidem *Glauci Rhegini De Poetis* liber à quibusdam adſcribitur; *Plutarch.* in *Vitis decem Rhet.* At nullibi, quantum ſcio, occurrit Περὶ ἀληθείας liber, quo in opere, ſi credas *Origeni*, providentiam elevavit. Certè fragmenta & particulæ, quas *Stobæus* paſſim allegat, quæque exſtant orationes, eum illati criminis non arguunt: prædicti etiam autores de Atheiſmo tacent; at perfidiæ & crudelitatis inſimulant. *Plutarch.* in *Demoſth.* Ἤλεγξεν ὑπισχνούμενον Φιλίππῳ τὰ νεώρια ἐμπρήσειν. *Philoſtrat.* lib. 1. *De vitis Sophiſtarum.* Κακὸς δ' ἂν εἰκότως κατέλυσε τὴν δημοκρατίαν, ἐδούλωσε τὸν Ἀθηναίων δῆμον.

Pag. 177. lin. 47. Παρὰ τὸ καθῆκον] *Tull.* Orat. pro *M. Cœlio*. *Verùm, ſi quis eſt, qui etiam meretriciis amoribus interdictum juventuti putet, eſt ille quidem valde ſeverus; negare non poſſum: ſed abhorret non modò ab hujus ſeculi licentia, verùm etiam à Majorum conſuetudine atque conceſſis. Quando enim hoc non factum eſt? quando reprehenſum? quando non permiſſum? quando denique fuit, ut quod licet non liceret? Hic ego jam rem definiam: mulierem nullam nominabo; tantùm in medio relinquam. Siqua non nupta mulier domum ſuam patefecerit omnium cupiditati, palàmque ſeſe in meretricia vita collocàrit, virorum alieniſſimorum conviviis uti inſtituerit, ſi hoc in urbe, ſi in hortis, ſi in Baiarum illa celebritate faciat: ſi denique ità ſeſe gerat: non inceſſu ſolùm, ſed ornatu atque comitatu: non flagrantiâ oculorum, non libertate ſermonis; ſed etiam complexu, oſculatione, aquis, navigatione, conviviis: ut non ſolùm meretrix, ſed etiam procax videatur: cum hac ſi quis adoleſcens fortè fuerit, utrùm hic tibi, L. Herenni, adulter, an amator; expugnare pudicitiam, an explere libidinem voluiſſe videatur?*

Pag. 180. lin. 5. Αὐτὴ ἀρετὴ] *Tull.* lib. 1. *De Legibus. Jam verò virtus eadem in homine ac Deo eſt, neque ullo alio in Genio præterea. Eſt autem virtus nihil aliud, quàm in ſe perfecta, & ad ſummum perducta natura. Eſt igitur homini cum Deo ſimilitudo. Clem. Strom.* 7. Οὐ γὰρ, καθάπερ οἱ Στωϊκοὶ, ἀθέως πάνυ τὴν αὐτὴν ἀρετὴν ἀνθρώπου λέγομεν καὶ Θεοῦ. *Theodoret.* Serm. 11. *De Fine & Judicio.* Ἐκεῖνο δὲ γε αὐτῶν κομιδῇ πλανερὸν ἀνθρώπου γὰρ [τε] Θεοῦ τὴν αὐτὴν ἔλεγον ἀρετήν.

Pag. 180. lin. 38. Ἕλλωες] Euripides in *Phœniſſ.*

Νυκτός τ' ἀφεγγὲς βλέφαρον, ἡλίου τε φῶς,
Ἴσον βαδίζειν τὸν ἐνιαύσιον κύκλον.
Κοὐδέτερον αὐτοῖν φθόνον ἔχει νικώμενον.
Εἶθ' ἥλιος μὲν, νύξ τε δουλεύει βροτοῖς.
Σὺ δ' οὐκ ἀνέξῃ δωμάτων ἔχων ἴσον,
Καὶ τῷδ' ἀπονεῖμαι; &c:

Obſcurámq; palpebram noctis, & lumen Solis,
Ut æqualiter circuirent annuum circulum,
constituit.
Et neutrum horum duorum victum invidet
alteri.
Atque ità Sol & Nox ſerviunt hominibus.
Tu autem non ſuſtinebis habere æquam partem
Regni,
Et huic tribuere ſuam partem?

Pag. 181. lin. 50. Κτίσεως] Vide Annotationes ad paginam 133.

Pag. 183. lin. 52. Σαφές] *Grotius* in *Annotationibus* ad *Matth. Ejus, quod Origenes hìc dicit, veſtigium me deprehendere memini in Luctatio, Papinii interprete.* Credo *Grotium* reſpexiſſe ejus *Commentarios* ad librum quartum *Thebaidos. Juxta picturam illam veterem, in qua hæc tormenta deſcripta ſunt, & aſcenſio ad Deum; dicit Deum Dæmogorgona ſummum, cujus nomen ſcire non licet. Infiniti autem Philoſophorum, Magorum, Perſæ etiam confirmant, reverà eſſe præter hos Deos cognitos, qui coluntur in Templis, alium Principem, & maximè Deum ceterorum Numinum ordinatorum, de cujus genere ſint ſoli Sol atque Luna; ceteri verò, qui circumferuntur, aſtra nominantur, quæ ejus clareſcunt ſpiritu, maximis in hoc autoribus Pythagorâ & Platone & ipſo Tagete convenientibus. Sed dirè ſentiunt, qui eum intereſſe nefandis artibus, actibúſque Magicis, arbitrantur. In verſu ergò Poeta ſic dixit, Illum, quaſi nomen ſciret, ſic repetunt, ut prodiret. Sed hoc magìs ad terrorem dixit, illum, ut putaretur ſcire. Si ergò ſcire nefas eſt, diſci à Vate non potuit; licèt magìs frigidas habeant quas putent Dei nomine continere. Sed hoc Dei vocabulum à nullo ſciri hominum poteſt. Sed quid veritas habeat, percipe. Hujúſne Dei nomen ſciri poteſt, qui nutu tantùm regit, & continet cuncta, cujus arbitrio deſerviunt; cujùs nec æſtimari poteſt mundus, nec finibus claudi? Sed cùm Magi vellent virtutis ejus, ut putabant, ſeſe comprehendere ſingulas appellationes, quas per naturarum poteſtates abuſivo modo deſignârunt, & quaſi plurimorum Numinum nobilitate Deum appellare conati ſunt; quaſi ab effectu cujuſque rei ductis vocabulis, ſicut Orpheus fecit, & Moyſes Dei ſummus Antiſtes, & Eſaias, & his ſimiles. Etruſci confirmant Nympham, quæ dum non nupta fuerit, prædicâſſe, maximi Dei nomen exaudire hominem per naturæ fragilitatem pollutionémque fas non eſſe; quod ut documentis aſſereret, in conſpectu ceterorum ad aurem tauri Dei nomen nominâſſe; quem illicò ut dementiâ correptum, & nimio turbine coactum exanimâſſe. Sunt qui, ſe licèt ſecretò ſcire dicunt, falſum ſciunt; quoniam res ineffabilis comprehendi non poteſt.*

Pag. 183. lin. 7. Οὐκ] Ità vertas, *Qui minùs perceperunt malè navatam adversùs Chriſtum per Dæmones operam.*

Pag. 183. lin. 55. Ὀνόματα] Vide Annotationes ad paginam 17.

Pag. 186. lin. 35. Πλάτων] Libro ſecundo, *De Repub.* pag. 379. Οὐκ ἄρα (ἦν δ' ἐγὼ) ἀποδεκτέον οὔτε Ὁμήρου, οὔτ' ἄλλου ποιητοῦ ταύτην τὴν ἁμαρτίαν περὶ τοὺς Θεοὺς ἀνοήτως ἁμαρτάνοντος, &c. & lib. 3. pag. 389. Οὐκοῦν Ὁμήρου οὐδὲ τὰ τοιαῦτα ἀποδεξόμεθα περὶ Θεῶν,

Ἄσβεστος δ' ἄρ' ἐνῶρτο γέλως μακάρεσσι
Θεοῖσιν,
Ὡς ἴδον Ἥφαιστον διὰ δώματα ποιπνύοντα.

Vide lib. 10. pag. 605. *Theodoret.* Serm. 2. *De Principio.* Τί γὰρ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως ἥδιον; τί δὲ τῆς εὐεπείας ἐκείνης γλυκύτερον; ἀλλ' ὅμως τοῦτον, τῶν φιλοσόφων ὁ ἄρισος (ἐπίγνωτε δὲ δήπου τὸν Ἀρίστωνος, ὡς ἡγοῦμαι) μύρῳ γοῦν ἀλείψας, καθάπερ αἱ γυναῖκες τὰς χελιδόνας, ἐκ τῆς ὑπ' αὐτοῦ ξυντεθείσης ἀπέπεμψε πόλεως, ἀκολασίας καλέσας καὶ δυσσεβείας διδάσκαλον. βλασφημοῦν γάρ φησιν, ἐκπαιδεύει τοὺς νέους, καὶ πονηρὰς αὐτοῖς περὶ τῶν Θεῶν ἐντίθησι δόξας, καὶ ἁπαλοῖς ἔτι οὖσι μαθήματα πονηρὰ καὶ διεφθαρμένα ἐνίησι.

Pag. 186. lin. 37. Ἐνθέους] *Plat.* Ἴωνι, pag. 533. Πάντες γὰρ οἵτε τῶν ἐπῶν ποιηταὶ οἱ ἀγαθοὶ, οὐκ ἐκ τέχνης, ἀλλ' ἔνθεοι ὄντες, καὶ κατεχόμενοι, πάντα ταῦτα τὰ καλὰ λέγουσι ποιήματα. Vide paginam 534. & librum tertium *De Legibus*, pag. 682.

Pag. 186. lin. 41. Δύο βιβλία] Vide Annotationes ad paginam primam.

Pag. 190. lin. 24. Πλάτωνι μῦθον] Vide *Euſebium*, lib. 12. cap. 11. *Præp. Evang.* & *Plotinum*, lib. 6. *Ennead.* 3. cap. 6.

Pag. 191. lin. 1. Ὁ Ἀδὰμ] Vide paginam 149. lin. 24. pag. 150. lin. 14. pag. 151. lin. 30. pag. 350. lin. 50. pag. 351. lin. 7. pag. 366. lin. 29. *Orig. Tractat.* 9. in *Matth. Et forſitan quidem ſecundùm hanc nativitatem nemo eſt mundus à ſorde, etſi unius diei ſit vita ejus, propter nativitatis noſtræ carnalis myſterium; ſecundùm quod ait David ex perſonâ omnium naſcentium ex carne & ſanguine,* "Quoniam in iniquitatibus conceptus ſum, "&

" & in delictis concepit me mater mea. Idem in *Homil.* 14. in *Luc.* *Parvuli baptizantur in remiſſionem peccatorum. Quorum peccatorum? vel, Quo tempore peccaverunt? aut, Quomodo poteſt ulla lavacri in parvulis ratio ſubſiſtere; niſi juxta illum ſenſum, de quo paulò antè diximus,* " Nullus mundus à ſorde, nec ſi unius " diei quidem fuerit vita ejus ſuper terram? *Et quia per Baptiſmi ſacramentum nativitatis ſordes deponuntur, propterea baptizantur & parvuli.* Et *Homil.* 8. in *Levit.* *Sed & ille ipſe, qui naſcitur, ſive virilis, ſive fœminei ſexûs ſit, pronuntiat de eo Scriptura, quia non ſit mundus à ſorde, etiamſi unius diei ſit vita ejus. Et, ut ſcias eſſe in hoc grande neſcio quid, & tale, quod nulli ſanctorum ex ſententia venerit, nemo ex omnibus ſanctis invenitur diem feſtum, vel convivium magnum, egiſſe in die Natalis ſui; nemo invenitur habuiſſe lætitiam in die Natalis filii, vel filiæ ſuæ.* Et paulò póſt. *Quòd ſi placet audire quid etiam alii Sancti de iſta nativitate ſenſerint, audi Davidem dicentem;* " In " iniquitatibus, *inquit,* conceptus ſum, & in " peccatis peperit me mater mea; *oſtendens quòd quæcunque anima in carne naſcitur iniquitatis & peccati ſorde polluitur: & propterea dictum eſt illud, quod jam ſuperiùs memoravimus,* " Quia nemo mundus à ſorde, nec ſi unius " diei ſit vita ejus. Vide *Homil.* 12. in *Levit.* *Juſt. Expoſ. fidei.* Ἐπειδὴ γὰρ ἁμαρτὼν ὁ Ἀδὰμ θανάτῳ τὸ γένος ὑπέβαλε, καὶ τὴν φύσιν ὅλην ὑπεύθυνον τῷ χρέει πεποίηκε. Et in *Dialogo* cum *Tryphone*, pag. 315. Καὶ οὐχ ὡς ἐνδεᾶ αὐτὸν τοῦ βαπτισθῆναι, ἢ τοῦ ἐπελθόντος ἐν εἴδει περιστερᾶς πνεύματος, οἴδαμεν αὐτὸν ἐληλυθέναι ἐπὶ τὸν ποταμόν. ὥσπερ οὐδὲ τὸ γεννηθῆναι αὐτὸν καὶ σταυρωθῆναι, ὡς ἐνδεὴς τούτων, ὑπέμεινεν, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ γένους τοῦ τῶν ἀνθρώπων, ὃ ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ὑπὸ θάνατον καὶ πλάνην τὴν τοῦ ὄφεως ἐπεπτώκει, παρὰ τὴν ἰδίαν αἰτίαν ἑκάστου αὐτῶν πονηρευσαμένου. *Iren.* lib. 5. cap. 14. *Per quæ manifeſtè ipſum oſtendit Deum: quem in primo quidem Adam offendimus, non facientes ejus præceptum; in ſecundo autem Adam reconciliati ſumus, obedientes uſque ad mortem facti.* Vide lib. 3. cap. 20. non longè ab initio: lib. 4. cap. 5. & lib. 5. cap. 14, 16, 17. & alibi. *Tertull.* libro *De habitu muliebri*, cap. 1. *ut non magis in ſordibus ageret & ſqualorem potiùs affectaret, ipſam ſe circumferens Evam lugentem & pœnitentem, quò pleniùs id, quod de Eva trahit, (ignominiam dico primi delicti, & invidiam perditionis humanæ) omnis ſatisfactionis habitu expiaret. In doloribus & anxietatibus paries mulier, & ad virum tuum converſio tua, & ille dominabitur tui: & Evam te eſſe neſcis? Vivit ſententia Dei ſuper ſexum iſtum in hoc ſeculo, vivat & reatus neceſſe eſt. Tu es Diaboli janua, tu es arboris illius reſignatrix,* &c. Et libro *De Anima*, cap. 40. *Ità omnis anima eò uſque in Adam cenſetur: donec in Chriſto recenſeatur:* vide locum; & librum *De Teſtimonio Animæ*, cap. 3. & *De Pœnitentia*, cap. 2. uti & lib. 2. *Adverſus Marcionem*, cap. 11. *Clem. Alex. Strom.* 3. pag. 453. pag. 468, 469. Οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου, Ἰὼβ φησιν, οὐδ' εἰ μία ἡμέρα ἡ ζωὴ αὐτοῦ. λεγέτωσαν ἡμῖν, ποῦ ἐπόρνευσεν τὸ γεννηθὲν παιδίον; ἢ πῶς ὑπὸ τὴν τοῦ Ἀδὰμ ὑποπέπτωκεν ἀρὰν τὸ μηδὲν ἐνεργῆσαν; ὑπολείπεται δὲ αὐτοῖς, ὡς ἔοικεν, ἀκολούθως λέγειν τὴν γένεσιν εἶναι κακήν· οὐ τὴν τοῦ σώματος μόνην, ἀλλὰ καὶ τὴν τῆς ψυχῆς· δι' ἣν καὶ τὸ σῶμα. καὶ ὅταν ὁ Δαβὶδ εἴπῃ, Ἐν ἁμαρτίαις συνελήφθην, καὶ ἐν ἀνομίαις ἐκίσσησέ με ἡ μήτηρ μου· λέγει μὲν προφητικῶς μητέρα τὴν Εὔαν. ἀλλὰ ζώντων Εὔα μήτηρ ἐγένετο· καὶ εἰ ἐν ἁμαρτίαις συνελήφθη, ἀλλ' οὐκ αὐτὸς ἐν ἁμαρτίᾳ, οὐδὲ μὴν ἁμαρτία αὐτός. Hunc verò & alios, quos jam citavimus, locos quiſque, prout ſibi viſum eſt, detorquere ſolet. Similia, nè dicam locupletiora, teſtimonia apud alios Patres, tum *Græcos*, tum *Latinos*, occurrunt; quæ brevitatis gratiâ prætermimus, de iſtis alibi fuſiùs dicturi. Vide Annotationes ad paginam 365.

Pag. 191. lin. 17. Πτεροῤῥυήσας] Lege πτεροῤῥυήσασα. Fateor, non ſemel occurrit apud *Platonem* πτεροῤῥυεῖν, uti pag. 251, 255. & φύσαι τὰ πτερά, pag. 251. at locus, ad quem *Origenes* reſpexit, me ſic emendare monuit, pag. 246. Ἡ ψυχὴ πᾶσα παντὸς ἐπιμελεῖται τοῦ ἀψύχου· πάντα δὲ οὐρανὸν περιπολεῖ, ἄλλοτε ἐν ἄλλοις εἴδεσι γιγνομένη. τελέα μὲν οὖν οὖσα καὶ ἐπτερωμένη μετεωροπολεῖ τε, καὶ ἅπαντα τὸν κόσμον διοικεῖ· ἡ δὲ πτεροῤῥυήσασα φέρεται, ἕως ἂν στερεοῦ τινος ἀντιλάβηται· οὗ κατοικισθεῖσα, σῶμα γήϊνον λαβοῦσα, αὐτὸ αὑτὸ δοκοῦν κινεῖν διὰ τὴν ἐκείνης δύναμιν, ζῷον τὸ ξύμπαν ἐκλήθη, ψυχὴ καὶ σῶμα παγέν, θνητόν τ' ἔσχεν ἐπωνυμίαν. & pag. 248. Ὅταν δὲ ἀδυνατήσασα ἐπισπέσθαι μὴ ἴδῃ, καί τινι συντυχίᾳ χρησαμένη, λήθης τε καὶ κακίας πλησθεῖσα βαρυνθῇ, βαρυνθεῖσα δὲ πτεροῤῥυήσῃ τε, καὶ ἐπὶ τὴν γῆν πέσῃ, &c.

Pag. 191. lin. 37. Πάντ' ἔγωγε] Vide *Origenem, Homiliâ* ſecundâ in *Geneſin.*

Pag. 193. lin. 21. Ἀπέλασι] Forſan *Origenes* iſtos puteos vidit, cùm in *Palæſtinam* peregrinatus eſt, ubi Presbyterii honore dignatus: *Niceph.* lib. 5. cap. 18. *Eccleſ. Hiſt.* Triginta *tomos* in *Eſaiam*, in *Ezechielem* viginti

Pag. 191. lin. 27.–30. [illegible] ἐκλαμβάνομεν [illegible]

ginti quinque, & *commentarios* in *Cantica Canticorum*, alióſque libros compoſuit: *Niceph.* cap. 19. *Euſeb.* lib. 6. cap. 19.

Pag. 194. lin. 27. Τῶν Στωικῶν] *Clem. Alex. Strom.* 2. Ἔτι κατὰ μὲν τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς ἀδιάφορον ὅ τε γάμος, ἥ τε παιδοτροφία. *Theodoret.* Serm. 12. *De virtute activa.* Οἱ δὲ τῆς ποικίλης, μέσην τινὰ ὁδὸν ὥδευσαν· τοῖς γὰρ ἀδιαφόροις τὸν γάμον καὶ τὴν παιδοποιΐαν ξυνέζευξαν.

Pag. 195. lin. 12. Βελλεροφόντην] *Juvenal.* Satyr. 10.

Sed caſto quid forma nocet? quid profuit olim
Hippolyto grave propoſitum? quid Bellerophonti?
Erubuit nempe hæc ceu faſtidita repulſa:
Nec Sthenobæa minùs, quàm Creſſa excanduit, & ſe
Concuſſère ambæ.

Pag. 196. lin. 15. Λίθον] *Apollodorus,* lib. 1. *De Origine Deorum.* Ῥέα δὲ, λίθον σπαργανώσασα, δέδωκε Κρόνῳ καταπιεῖν, ὡς τὸν γεγεννημένον παῖδα.

Pag. 196. lin. 22. Χρύσιππον] *Theophil. Antioch.* lib. 3. *ad Autolycum*, pag. 118. Τήν τε Ἥραν ἰδίαν ἀδελφὴν αὐτῶν μὴ μόνον τὸ διὰ γάμου, ἀλλὰ καὶ διὰ στόματος ἀνάγνου ἀρρητοποιεῖν. *Laert.* in *Chryſippo:* Εἰσὶ δὲ οἱ καταρέχουσι τοῦ Χρυσίππου, ὡς πολλὰ αἰσχρῶς καὶ ἀρρήτως ἀναγεγραφότος. ἐν μὲν γὰρ τῷ Περὶ τῶν ἀρχαίων φυσιολόγων συγγράμματι αἰσχρῶς τὰ περὶ τὴν Ἥραν καὶ τὸν Δία ἀναπλάττει, λέγων κατὰ τοὺς ἑξακοσίους στίχους, ἃ μηδεὶς ἠτυχηκὼς μολύνειν τὸ στόμα εἴποι ἄν· αἰσχροτάτην γάρ (φασι) ταύτην ἀναπλάττει ἱστορίαν, εἰ καὶ ἐπαινεῖ ὡς φυσικὴν, χαμαιτύπαις μᾶλλον πρέπουσαν, ἢ Θεοῖς.

Pag. 196. lin. 39. Ἐν Φιλήβῳ] Vide Annotationes ad paginam 20.

Pag. 198. lin. 26. Ἐκβάλλει] Vide Annotationes ad paginam 186.

Pag. 198. lin. 37. Ἀριστοβούλου] *Euſeb. Chron.* MDCCCXLI. *Ariſtobulus, natione Judæus, Peripateticus Philoſophus cognoſcitur, qui ad Philometorem Ptolemæum explanationum in Moyſen commentarios ſcripſit. Hieron. Catal. Eccleſ. Script.* in *Clem. Alex.* Οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ Ἰουδαίους, Ἀριστόβουλόν τινα, καὶ Δημήτριον, καὶ Εὐπόλεμον ἀναφέρει, ἔτι κατὰ τῶν ἐθνῶν συγγεγραμμένους καθ' ὁμοιότητα Ἰωσήπου, ἀρχαιογονίας Μωϋσέως καὶ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ ἔθνους. *Cyrill.* lib. 4. *adverſùs Julian.* Bis eundem laudat *Clem. Alex. Strom.* 1. pag. 305. 342. *Mira verò ἀντιλογία ejuſdem Scriptoris Stromate quinto;* inquit *Scaliger,* in *Animadverſ. Euſeb.* ad Annum MDCCCXLI. Verba *Clementis* ſic ſe habent. Ἀριστοβούλῳ δὲ τῷ κατὰ Πτολεμαῖον γεγονότι τὸν Φιλάδελφον, οὗ μέμνηται ὁ συντεταγμένος τὴν τῶν Μακκαβαϊκῶν ἐπιτομὴν, βιβλία γεγόνεται ἱκανὰ, δι' ὧν ἀποδείκνυσι τὴν Περιπατητικὴν φιλοσοφίαν ἔκ τε τοῦ κατὰ Μωσέα νόμου, καὶ τῶν ἄλλων ἠρτῆσθαι προφητῶν. *Ubi,* inquit, *duo errores: prior, quòd pro Philometore Philadelphum ponit;* (rectè quidem, *Scaliger,* teſte ipſo *Ariſtobulo* apud *Euſebium,* lib. 13. cap. 12. Ἡ δ' ὅλη ἑρμηνεία τῶν διὰ τοῦ νόμου πάντων, ἐπὶ τοῦ προσαγορευθέντος Φιλαδέλφου βασιλέως, σοῦ δὲ προγόνου. Idem obſervat Clariſſimus *Grotius* in *Annotationibus* ad *Maccab.* 2.) *alter, quòd Ariſtobulum hunc eundem facit cum eo, cujus mentio, poſterioris Maccabæorum capite primo commate decimo: cujus culpæ aſſinis etiam Euſebius libro octavo in fine capitis octavi.* Verùm dubito, an *Clemens* & *Euſebius* culpæ tam affines ſint, quàm ipſe *Scaliger* ſuſpicionis. Verba ſic ſe habent, (*Maccab.* 2. cap. 1. com. 10.) Ἔτους ἑκατοστοῦ ὀγδοηκοστοῦ καὶ ὀγδόου οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ ἡ γερουσία, καὶ Ἰούδας Ἀριστοβούλῳ, διδασκάλῳ Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως, ὄντι δὲ ἀπὸ τοῦ τῶν χριστῶν ἱερέων γένους, καὶ τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ Ἰουδαίοις, χαίρειν καὶ ὑγιαίνειν. Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως· id eſt, *Lathyri Ptolemæi, Euergetis filii* juxta *Junium.* Rectiùs *Grotius* in *Annotationibus* ad *Maccab.* 2. cap. 1. com. 10. *Phyſconis dicti, prioris hoc nomine, qui Euſebio etiam Euergetes alterius Euergetæ ſucceſſor, coævus Antiochis Grypho & Cyziceno.* Neque hactenus quicquam inveni, quod ab iſthac interpretatione me dimoveat. Vide ejus allegorias apud *Euſebium,* lib. 7. cap. 14. lib. 8. cap. 10. & lib. 13. cap. 12. *Evang. Præp.*

Pag. 198. lin. 44. Νουμηνίου] Vide Annotationes ad paginam 13.

Pag. 199. lin. 1. Ἰαννοῦ] Latiore ſenſu intelligendus eſt *Origenes,* quaſi per Scripturas non tantùm libros *Canonicos,* ſed ſcripta *Apocrypha* ſignificari voluit. *Orig.* Tractat. 35. in *Matth. Si autem hæc dicens aliquis exiſtimat ſe offendere, videat nè alicubi in ſecretis Hieremiæ hoc prophetatur: ſciens quoniam & Apoſtolus Scripturas quaſdam ſecretorum profert; ſicut dicit alicubi, quod "Oculus non vidit, nec auris audivit: in nullo enim regulari libro hoc poſitum invenitur; niſi in ſecretis Heliæ Prophetæ. Item quod ait, "Sicut Jamnes & Mambres reſtiterunt "Moyſi, non invenitur in publicis Scripturis, ſed in libro ſecreto, qui ſuprà ſcribitur JAMNES ET MAMBRES LIBER: unde auſi ſunt quidam Epiſtolam ad Timotheum repellere, quaſi habentem in ſe textum alicujus ſecreti; ſed non*

potuerunt.

potuerunt. Ambroſ. Comment. in *Timoth.* Epiſt. 2. cap. 3. *Exemplum hoc de Apocryphis eſt. Jannes enim & Mambres fratres erant Magi, & venefici Ægyptiorum, qui arte Magiæ ſuæ virtuti Dei, quæ per Moyſen agebatur, æmulatione commentitiâ reſiſtere ſe putabant: ſed cùm Moyſi virtus in operibus creſceret, humiles facti confeſſi ſunt cum dolore vulnerum Deum in Moyſi operatum.* Locus *Numenii*, ad quem nos *Origenes* remittit, apud *Euſebium* invenies, lib. 9. cap. 8. *Præp. Evang.* Καὶ ἐν τῇ τρίτῃ δὲ βίβλῳ, Μωσέως ὁ αὐτὸς τάδε λέγων μνημονεύει· Τὰ δ' ἑξῆς Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς Αἰγύπτιοι ἱερογραμματεῖς, ἄνδρες οὐδενὸς ἥττους μαγεῦσαι κριθέντες εἶναι, ἐπὶ Ἰουδαίων ἐξελαυνομένων ἐξ Αἰγύπτου. Μουσαίῳ γοῦν, τῷ Ἰουδαίων ἐξηγησαμένῳ, ἀνδρὶ γενομένῳ Θεῷ εὔξασθαι δυνατωτάτῳ, οἱ παραστῆναι ἀξιωθέντες ὑπὸ τοῦ πλήθους τοῦ τῶν Αἰγυπτίων, οὗτοι ἦσαν· τῶν τε συμφορῶν, ἃς ὁ Μουσαῖος ἐπῆγε τῇ Αἰγύπτῳ, τὰς νεανικωτάτας αὐτῶν ἐπιλύεσθαι ὤφθησαν δυνατοί. Eorundem *Artapanus* meminit in libro *De Judæis*; nomina verò non expreſſit: *Euſeb.* lib. 9. cap. 27. An ex his, & ſimilibus libris *Apocryphis*, *Apuleius*, aut ex ſacra pagina, atque iſthac quam habuit cum *Chriſtianis* conſuetudine, horum notitiam aſſecutus eſt, planè neſcio: certè *Auguſtinus* de eodem in jus vocato ſic loquitur; (lib. 8. cap. 19. *De Civitate Dei.*) *Poſtremò ipſe Apuleius nunquid apud Judices Chriſtianos de Magicis artibus accuſatus eſt?* *Apuleius* in *Apolog.* *Si quamlibet modicum emolumentum probaveritis; ego ille ſim Charinondas, vel Damigeron, vel is Moſes, vel Jannes, vel Apollonius, vel ipſe Dardanus, vel quicunq; alius poſt Zoroaſtrem & Hoſtanem inter Magos celebratus eſt.* Verùm hæc levia ſunt, nec memoratu digna. Solus *Macarius* monumentum vidit, quod Magi conſtruxerant; hortum ingreſſus eſt, multum auri illìc depoſitum invenit, ſeptuaginta Dæmones horrore perculſit, puteum vidit, cadum æneum, & ferream catenam: quæ, proh dolor! tempus ità conſumpſerat; ut nos ex iſta narratione, & *Macarium* è puteo haurire veritatem, ex æquo impoſſibile videatur. Hinc ſubit mirari, quî contigiſſe poterat, ut viri doctiſſimi his & ſimilibus Monachorum fabulis, quæ partim fictæ ſunt apertè, partim effutitæ temerè, fidem adhiberent. Sanè *Judæi*, æquiores hâc in cauſa judices, eos aquis obrutos fuiſſe retulêre. At fidem longè aliam Doctores iſti imperitioribus ingenerârunt, dum fruſtulatim hanc fabulam tam affabrè concinnatam transſcripſêre. Quòd ſi totam recitavero, iſti, quos hactenus ſtupor tenuit, & admiratio, riderent reſtrictis labris, & pulmones agitarent. *Pallad. Hiſt. Lauſ.* cap. 20. *De Macario Alex.* Ἐπιθυμήσας ποτὲ οὗτος ὁ αὐτὸς, ὡς αὐτὸς ἡμῖν διηγήσατο, εἰς τὸ κηποτάφιον εἰσελθεῖν τοῦ Ἰαννῆ καὶ Ἰαμβρῆ, τῶν μάγων τῶν ἐπὶ τοῦ Φαραὼ, χάριν ἱστορίας, ἢ καὶ συντυχίας τῶν ἐκεῖσε δαιμόνων. ἐλέγετο γὰρ παμπόλλους καὶ χαλεποὺς ἀποκεκληρῶσθαι παρ' αὐτῶν ἐκείνων τῷ τόπῳ ἐκείνῳ δαίμονας, δι' ὑπερβολὴν τῆς ἀπίμυ τέχνης αὐτῶν. τοῦτο δὲ τὸ κηποτάφιον γέγονε παρ' αὐτοῦ τοῦ Ἰαννοῦ καὶ Ἰαμβροῦ τῶν ἀδελφῶν, δι' ὑπερβολὴν τῆς μαγικῆς τέχνης τῇ ἀρετῇ ἰσχυόντων κατ' ἐκεῖνο καιροῦ παρὰ τῷ Φαραώ. ὡς οὖν πολλὴν κεκτημένοι τὴν δυναστείαν τὴν ἐν Αἰγύπτῳ, ἐν τῷ τῆς ζωῆς αὐτῶν χρόνῳ ἐκ τετραπέδων λίθων ἔκτισαν τὸ ἔργον ἐκεῖνο, ἐν αὐτῷ μνῆμα πεποιηκότες, καὶ χρυσὸν πολὺν ἀποθέμενοι. ἐφύτευσαν δὲ καὶ δένδρα παντοῖα, καὶ φρέαρ ὕδατος μέγιστον ὤρυξαν· ὑπόνοτιος γάρ ἐστιν ὁ τόπος. ταῦτα δὲ πάντα ἐποίησαν, ἐλπίζοντες μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἐκεῖσε ἄφιξιν ἐν τούτῳ τῷ παραδείσῳ τρυφᾷν. τέλος οὖν, ἀγνοῶν τὴν ὁδὸν ἄγουσαν ἐπὶ τοῦτον τὸν τόπον ὁ τοῦ Χριστοῦ δοῦλος Μακάριος, στοχασμῷ μόνον ἠκολούθει τοῖς ἄστροις, καθάπερ οἱ ναυτικοὶ διαβαίνοντες τὰ πελάγη· οὕτως οὗτος ὁ ἅγιος τὴν ἔρημον πᾶσαν διώδευσεν, καὶ λαβὼν δέμα καλάμων, ἔπηξε κατὰ μίλιον ἓν χάριν σημείου, ἵνα εὕρῃ δι' αὐτῶν ὑποστρέψαι. διοδεύσας οὖν ἐκείνην τὴν ἔρημον πᾶσαν ἐν ὅλαις ἡμερῶν ἐννέα, καὶ γενόμενος πλησίον τοῦ κήπου ἐκείνου, ἐπικαταλαβούσης τῆς νυκτὸς μικρὸν ἐκαθεύδησεν. ὁ οὖν ἄγειος δαίμων, ὁ ἀεὶ τοῖς ἀθληταῖς τοῦ Χριστοῦ ἀντιπράττων, συναγαγὼν ὅλους τοὺς καλάμους ἐκείνους τοῦ Μακαρίου καθεύδοντος, ὡς ἀπὸ σημείου ἑνὸς τοῦ κηποταφίου πρὸς τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ τεθεικὼς ἀπηλλάγη. ἀναστὰς οὖν εὗρε τοὺς καλάμους συνδεδεμένους, οὓς αὐτὸς χάριν σημείου κατέπηξεν. τάχα δὲ καὶ τοῦτο τοῦ Θεοῦ συγχωρήσαντος εἰς μείζονα τούτου γυμνασίαν, ἵνα μὴ καλάμοις ἐπελπίζῃ ὁδηγοῦσι τοῦτον, ἀλλὰ τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ τοῦ διὰ στύλου νεφέλης ὁδηγήσαντος τὸν Ἰσραὴλ τεσσαράκοντα ἔτη ἐν τῇ φοβερᾷ ἐρήμῳ ἐκείνῃ. ἔλεγεν δὲ ὁ ἅγιος, ὅτι ἐγγίσαντός μου μόνως τῷ κηποταφίῳ, ἀπ' αὐτοῦ ἐξῆλθον εἰς συνάντησίν μου ἑβδομήκοντα δαίμονες ποικίλοι τῷ σχήματι· οἱ μὲν βοῶντες, οἱ δὲ πηδῶντες, οἱ δὲ μετὰ μεγάλου βρυγμοῦ τρίζοντες κατ' ἐμοῦ τοὺς ὀδόντας· ἕτεροι δὲ ὡς κόρακες πτερυσσόμενοι ἐτόλμων κατὰ τῆς ὄψεώς μου λέγοντες, Τί θέλεις, Μακάριε, &c. Et paulò pòſt. Εἰσελθὼν οὖν, φησὶν, ἐθεασάμην τὰ πάντα, ἐν οἷς εὗρον καὶ κάδον χαλκοῦν ἁλύσει σιδηρᾷ κρεμάμενον κατὰ τοῦ φρέατος λοιπὸν τῷ χρόνῳ ἀναλωθέντα. Vides, ut *Macarium* juvat

——qui-

---equitare in arundine longa: cùm nullo negotio à marito quodam, cujus meminit *Palladius* capite decimo nono, impetrare poterat, ut ejus uxorem, quam præſtigiis transformatam in equam, & in lecto cubantem vidit, unà cum capiſtro ei accommodaret.

Pag. 199. lin. 13. Ἰάσων] *Hieronymus* hujus libri meminit, & unius erroris arguit. Etenim in *Quæſtionibus in Geneſin* hæc habet. *In Principio fecit Deus cœlum & terram. Pleriaue exiſtimant, ſicut in altercatione quoque Jaſonis & Papiſci ſcriptum eſt, & Tertullianus in libro contra* Praxean *diſputat, nec non Hilarius in Expoſitione cujusdam Pſalmi affirmat, in Hebræo haberi, " In Filio fecit Deus cœlum & terram. Quod falſum eſſe ipſius rei veritas comprobat.* Ex quo loco patet, hunc librum tunc temporis exſtitiſſe. Hic *Jaſon Hebræus* erat, & *Chriſtianus. Theſſalonicenſis fuiſſe dicitur, cujus Rom.* 16. *& Act.* 17. *fit mentio, quémque Dorotheus Tyrius in Synopſi poſtea fuiſſe ſcribit Troadis primum Epiſcopum.* Pamel. in *Annot.* ad librum *De Jud. incred.* inter opera *Cypriani*: & *Sixtus Senenſis*, in *Bibl.* Lubens interrogarem, à quibus *Theſſalonicenſis* dicitur? ſi vel unicum è Scriptoribus antiquis teſtimonium producere valeant, me graviſſimè hallucinari fatebor. *Papiſcus Judæus*, & patriâ *Alexandrinus* erat, qui iſthâc *altercatione*, ut vocat *Hieronymus*, *monitione ac leni increpatione*, ut *Celſus*, (in libro *De Jud. incred.* in calce operum *Cypriani*) id eſt, concertatione, *mollitus & victus in Jeſum Chriſtum Filium Dei credidit, &, ut ſignaculum ſumeret deprecatus, Jaſonem poſtulavit.* Quis hic *Celſus*, quiſque *Vigilius Epiſcopus* fuit, cui prædictum librum dicavit, fateor me penitùs neſcire, & divinare nolo. Eruditus erat *Vigilius*, teſte *Celſo*: *Cujus laboris probationem tibi, chariſſime, qui utriusque linguæ inſtructione fundatus es, impensâ petitione committo.* Librum ſi legas, *Celſum* invenies eidem Martyrium prædicentem, ſuíque ut meminerit in cœlis poſitus enixè exorantem. In fine operis adjecit; *In mente jam habe puerum tuum Celſum, ſanctiſſime. Hinc patet*, inquit *Pamelius*, *autorem hujus tranſlationis, non Cyprianum, ſed Celſum quendam.* Credo hunc librum *Latinè* redditum fuiſſe, priùs quàm *Origenes* ſuos Tomos in *Celſum Epicureum* elaboravit; aut *Celſum* hujus libri autorem *Origenis* opera non legiſſe: aliter ſatis accommodè *Celſi Epicurei* maledicentiam increpâſſet, atque ejus calumnias ac maledicta, quibus hunc librum commaculavit, in ſua præfatione abſterſiſſet. Audi prædictum *Celſum* in libro *De Jud. incred.* ad *Vigil. Epiſc. Nam, ut duri cordis tunc & impiæ plebis ad Domini metum, ipſo Domino Evangelizante, converſas mentes ſileam; ut Apoſtolorum ejus prædicatione multiplicatum in toto orbe & reverſum credentium populum conticeſcam: illud præclarum atque memorabile glorioſúmque Jaſonis Hebræi Chriſtiani, & Papiſci Alexandrini Judæi diſceptationis occurrit. Judaici cordis obſtinatam duritiam, Hebræi monitione ac leni increpatione mollitam, victricem in Papiſci corde, Jaſonis de Spiritûs ſancti infuſione doctrinam. Quâ Papiſcus ad intellectum veritatis admiſſus, & ad timorem Domini, ipſo Domino miſerante, formatus, & in Jeſum Chriſtum Filium Dei credidit, &, ut ſignaculum ſumeret deprecatus, Jaſonem poſtulavit. Probat hoc ſcriptura concertationis ipſorum, quæ collidentium inter ſe Papiſci adverſantis veritati, & Jaſonis aſſerentis & vindicantis diſpoſitionem & plenitudinem Chriſti, Græci ſermonis opere ſignata eſt: ad cujus tranſlationem ad intellectum Latinum, animante Dei ope, & fidei viventis firmitate, ſervato verborum proprietate, intrepidus acceſſi; & his, qui ab intellectu Græcæ docilitatis alieni ſunt, interpretatâ integrâ ſignificatione verborum, & intellectûs omnis ac veritatis manifeſtatione patefactâ, Romani ſermonis ratione diſcuſſâ, diſſerui. Cujus laboris probationem tibi, chariſſime, qui utriusque Linguæ inſtructione fundatus es; impensâ petitione committo; ut qui ſancti Spiritûs veneratione verecundus es, collatâ utriusq; operis lectione, audaciam verecundæ temeritatis explores, & examine judicii tui, quæ minus à nobis, vel impropriè fortè, digeſta ſunt, autoritate Spiritûs ſancti, qui in pectus tuum inundatione gratiæ cœleſtis influxit, comprobes & emendes.* Certiora proferat, qui poteſt.

Pag. 200. lin. 21. Ἀπὸ τοῦ Τιμαίου] *Plat.* in *Timæo*, pag. 41. Ἐπεὶ οὖν πάντες, ὅσοι τε περιπολοῦσι φανερῶς, καὶ ὅσοι φαίνονται, καθ᾽ ὅσον ἂν ἐθέλωσι Θεοὶ, γένεσιν ἔσχον· λέγει πρὸς αὐτοὺς ὁ τόδε τὸ πᾶν γεννήσας τάδε. Θεοὶ Θεῶν, &c. Et paulò póſt. Νῦν οὖν ὃ λέγω πρὸς ὑμᾶς ἐνδεικνύμενος, μάθετε. θνητὰ ἔτι γένη λοιπὰ τρία ἀγέννητα. τούτων οὖν μὴ γενομένων, οὐρανὸς ἀτελὴς ἔσται· τὰ γὰρ ἅπαντα ἐν αὐτῷ γένη ζώων οὐχ ἕξει· δεῖ δὲ, εἰ μέλλει τέλειος ἱκανῶς εἶναι. δι᾽ ἐμοῦ δὲ ταῦτα γενόμενα, καὶ βίου μετασχόντα, Θεοῖς ἰσάζοιτ᾽ ἄν· ἵν᾽ οὖν θνητά τε ᾖ, τό τε πᾶν ὄντως ἅπαν ᾖ, τρέπεσθε κατὰ φύσιν ὑμεῖς ἐπὶ τὴν τῶν ζώων δημιουργίαν, μιμούμενοι τὴν ἐμὴν δύναμιν περὶ τὴν ὑμῶν γένεσιν. Et pag. 69. Καὶ τῶν μὲν θείων αὐτὸς γίνεται δημιουργὸς, τῶν δὲ θνητῶν τὴν γένεσιν τοῖς ἑαυτοῦ γεννήμασι δημιουργεῖν προσέταξεν· οἱ δὲ μιμούμενοι, παρα-

λαβόντες ἀρχὴν ψυχῆς ἀθάνατον, τὸ μετὰ τοῦτο θνητὸν σῶμα αὐτῇ περιετόρνευσαν, ὄχημά τε ἅπαν τὸ σῶμα ἔδοσαν· ἄλλο τε εἶδος ἐν αὐτῷ ψυχῆς προσῳκοδόμουν τὸ θνητόν, δεινὰ καὶ ἀναγκαῖα ἐν αὐτῷ παθήματα ἔχον. πρῶτον μὲν ἡδονήν, μέγιστον κακοῦ δέλεαρ, &c.

Pag. 200. lin. 36. Ζηλωτὸς] *Tull.* lib. 1. *De officiis. Sed quoniam (ut præclarè ſcriptum eſt à Platone) non nobis ſolùm nati ſumus, ortúsq; noſtri partem patria vindicat, partem parentes, partem amici: atque (ut placet Stoicis) quæ in terris gignuntur ad uſum hominum omnia creari, homines autem hominum causâ eſſe generatos; ut ipſi inter ſe aliis alii prodeſſe poſſint: in hac naturam debemus ducem ſequi.* Vide eundem libro ſecundo *De Natura Deorum*, *Senecam*, lib. 2. cap. 23. *De Beneficiis*, & *Lactantium*, cap. 13. *De ira Dei*.

Pag. 202. lin. 21. Κρατῆρος] Vide paginam 204. *Plat.* in *Timæo*, pag. 41. Καὶ καθ' ὅσον μὲν αὐτῶν ἀθανάτοις ὁμώνυμον εἶναι προσήκει, θεῖον λεγόμενον, ἡγεμονοῦν τ' ἐν αὐτοῖς τῶν ἀεὶ δίκῃ καὶ ὑμῖν ἐθελόντων ἕπεσθαι, σπείρας καὶ ὑπαρξάμενος ἐγὼ παραδώσω. τὸ δὲ λοιπὸν ὑμεῖς, ἀθανάτῳ θνητὸν προσυφαίνοντες, ἀπεργάζεσθε ζῷα, καὶ γεννᾶτε, τροφήν τε διδόντες αὐξάνετε, καὶ φθίνοντα πάλιν δέχεσθε. ταῦτ' εἶπε· καὶ πάλιν ἐπὶ τὸν πρότερον κρατῆρα, ἐν ᾧ τὴν τοῦ παντὸς ψυχὴν κεραννὺς ἔμισγε, τὰ τῶν πρόσθεν ὑπόλοιπα κατεχεῖτο μίσγων, τρόπον μέν τινα τὸν αὐτόν, ἀκήρατα δ' οὐκέτι κατὰ ταυτὰ ὡσαύτως, ἀλλὰ δεύτερα, καὶ τρίτα. Et paulò pòſt. Δέοι δὲ σπαρείσας αὐτὰς εἰς τὰ προσήκοντα ἑκάσταις ἕκαστα ὄργανα χρόνων φῦναι ζῷον τὸ θεοσεβέστατον. διπλῆς δὲ οὔσης τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, τὸ κρεῖττον εἴη γένος τοιοῦτον, ὃ καὶ ἔπειτα κεκλήσοιτο ἀνήρ.

Pag. 203. lin. 8. Οὐκ οἶδα.] Scis multa, *Origenes*: at plura credis. De corpore quid dubitas? Novum mundum futurum ſperas: etenim *Methodius*, *Tyri* Epiſcopus, ſcripſit librum *De reſurrectione* contra *Origenem*, in quo loquentes introducit *ſeipſum*, & *Auxentium*; *Proclum* etiam & *Aglaophontem*, qui pro *Origene* verba faciunt. *Epiph. Hæreſ.* 64. num. 40. & num. 38. *Theophilum* alloquitur: *Quod tamen appellativum puto eſſe, non proprium*, inquit *Petavius* in *Animadverſionibus* ad *Epiphanii Hæreſ.* 64. num. 17. *Verùm ſi Procli eſt ea diſputatio, quæ à Num. 17. ad hunc uſque pertexitur; non video quemadmodum Origenis cauſam defendat, cùm ejus dogma validiſſimè refellat, & reſurrectionem corporum affirmat: ſed neque Methodii conſequens refutatio ad antecedentem Procli ſermonem pertinet; & Aglaophontis orationem convincit, quæ nulla hìc exſtat. His igitur hærco, atque aut tranſpoſita, aut omiſſa pleraque iſthic fuiſſe, veriſimile eſt; quæ, ſi Methodii liber exſtaret, diſcerni emendarique poſſent. Petav.* ibid. vide ejuſdem *Animadverſiones* ad num. 12. & 17. Utcunque in iſthac *Procli* diſputatione hæc verba occurrunt; quæ mihi viſa ſunt *Origenis* ſententiæ plurimùm favere. Vide *Hæreſ.* 64. quæ eſt *Origenianorum*, pag. 555. Οὔτε γὰρ εἰς κενόν, ἔφη, εἰς μάτην πρὸς ἀπώλειαν ἔκτισε κατὰ τοὺς φρενοῦντας μάταια, τὸ πᾶν ὁ Θεός, ἀλλ' εἰς τὸ εἶναί τι, καὶ οἰκεῖσθαι, καὶ διαμένειν. διὸ ἀνάγκη δὴ καὶ τὴν γῆν αὖθις, καὶ τὸν οὐρανὸν μετὰ τὴν ἐκφλόγωσιν ἔσεσθαι πάντων καὶ τὸν βρασμόν, &c. Sequitur ſtatim; Παραχθήσεται μὲν γὰρ ἡ κτίσις, ὡσὰν τεθνηξομένη κατὰ τὴν ἐκπύρωσιν, ἵνα ἀνακαινισθῇ, οὐ μὴν ἀπολεῖσθαι προσδοκητέον· ὅπως οἱ ἀνακαινοποιηθέντες ἐν ἀνακαινοποιηθέντι κόσμῳ, ἄγευστοι λύπης, κατοικήσωμεν. ᾗ κατὰ τὸ λεχθέν, "Ἐξαποστελεῖς "τὸ πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, (ἐν ἑκατοστῷ τρίτῳ Ψαλμῷ) "καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσ-"ωπον τῆς γῆς· τοῦ περιέχοντος τῆς συγκρασίας ἐπιτροπεύσαντος λοιπὸν τοῦ Θεοῦ. ἐσομένης γὰρ καὶ μετὰ τοῦτον τὸν αἰῶνα γῆς, ἀνάγκη πᾶσα ἔσεσθαι καὶ τοὺς οἰκήσοντας. Audi ipſum *Origenem*, libro tertio capite quinto, *De Principiis. Nos verò conſequenter reſpondebimus, obſervantes regulam pietatis, & dicentes, quoniam non tunc primùm, cùm viſibilem iſtum mundum fecit Deus, cœperit operari; ſed ſicut poſt corruptionem hujus erit alius mundus, ità &, antè quàm hic eſſet, fuiſſe alios credimus; quod utrumque divinæ Scripturæ autoritate firmabitur. Nam, quòd erit poſt hunc alius mundus, Eſaias docet, dicens,* "Erit cœlum novum, & terra nova; "quæ ego faciam permanere in conſpectu "meo, dicit Dominus, &c. Vide libri ſecundi caput tertium *De Principiis*.

Pag. 203. lin. 12. Ὄφις] *Plin.* lib. 10. cap. 66. *Anguem ex medulla hominis ſpinæ gigni accepimus à multis.* Ovid. (*Metamorph.* lib. 15. fab. 4.)

Sunt, qui, cùm clauſo putrefacta eſt ſpina ſepulchro,
Mutari credant humanas angue medullas.

Pag. 203. lin. 14.] Μέλισσα] *Plin.* lib. 11. cap. 20. *In totum verò amiſſas reparari ventribus bubulis recentibus cum fimo obrutis: Virgilius, juvencorum corpore exanimato; ſicut equorum, veſpas atque crabrones; ſicut aſinorum, ſcarabæos; mutante naturâ ex aliis quædam in alia. Epigram.* lib. 3. *Suid.* in Βούπαις.

Αἰεί τε βούπαισι ἐφιζάζοιτο μελίσσαις
Τύμβος ὑμηττείῳ λειβόμενος μέλιτι.

Idem in Ἵπποι.

Ἵπποι

Ἵπποι μὲν σφηκῶν γένεσις, ταῦροι δὲ μελιττῶν.

Idem in Κάνθαρος. Κάνθαρος· παρὰ τὸν κάνθωνα, τουτέστι, τὸν ὄνον· καὶ παρὰ τὸν ὀρὸν, τουτέστι, τὸ σπέρμα. φασὶ γὰρ ὅτι ὁ κάνθαρος οὕτω τίκτεται· ἐπὰν εὕρῃ ὄνου κόπρον, στρογγύλην, ποιεῖ κυλίων τοῖς ποσὶ, καὶ τῷ κυλίειν ἀποσπερμαίνει· καὶ ἐκ τούτου ὁ κάνθαρος τὸ ζῶον γίνεται.

Pag. 205. lin. 30. Θεαιτήτῳ] *Plato* in *Theæteto*, pag. 176. Ἀλλ' οὔτ' ἀπολέσθαι τὰ κακὰ δυνατὸν, ὦ Θεόδωρε (ὑπεναντίον γάρ τι τῷ ἀγαθῷ αἰεὶ εἶναι ἀνάγκη) οὔτ' ἐν Θεοῖς αὐτὰ ἱδρύσθαι· τὴν δὲ θνητὴν φύσιν, καὶ τόνδε τὸν τόπον περιπολεῖ ἐξ ἀνάγκης.

Pag. 205. lin. 38. Τιμαίῳ] *Plato* in *Timæo*, pag. 22. Ὅταν δ' αὖ οἱ Θεοὶ τὴν γῆν ὕδασι καθαίροντες κατακλύζωσιν, &c.

Pag. 206. lin. 14. Εἰσαγωγῇ] *Athenæus* hujus libri meminit libro quarto, capite decimo quinto. Χρύσιππος δὲ ἐν τῇ εἰσαγωγῇ τῇ εἰς τὴν περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν πραγματείαν· & libro undecimo capite tertio.

Pag. 206. lin 24. Ἀρρητοποιοὺς] Si *Gelenius* hunc locum ad mentem *Origenis* interpretatus eſt, aut quoſdam è veteribus non legit; aut lectos in memoria non retinuit; atque ſibimetipſi contradixit: nam paginâ centeſimâ nonageſimâ ſextâ ex *Chryſippo Solenſi* hujusmodi libidinis inſtantiam profert. Vide Annotationes ad eandem paginam. Neque deſunt apud veteres exempla. Meminit *Ariſtophanes* in *Veſpis*, & in *Ranis*: vide *Scholiaſten* in utrumque locum. *Theopompus Comicus*, *Platonis* æqualis, citatus in *Ulyſſe* ab eodem *Scholiaſte*. Item *Strattis Comicus*, *Ariſtophanis* coætaneus, ut patet ex *Plutarcho* in *Iſocrate*, in *Troilo* & *Pytaſo*. *Cicero* Orat. *Pro domo ſua ad Pontifices. Sex Clodio, ſocio tui ſanguinis, qui ſuâ linguâ etiam ſororem tuam à te abalienavit*: & alibi; *Quære hoc ex Clodio, ſcriptore legum tuarum. Jube adeſſe, latitat omnino; ſed ſi requiri juſſeris, invenient hominem apud ſororem tuam, capite demiſſo.* Φοινικίζειν etiam & Λεσβιάζειν nimis nota ſunt apud veteres vocabula. Si per Ἀρρητοποιοὺς *Veneris* ſolitariæ conſcios, quales *Lydi* fuêre, intelligit, cum Philoſophorum mores & dogmata refellens. *Athenæus*, lib. 4. cap. 15. de *Diogene*. De eodem *Galenus*, lib. 6. Περὶ τῶν πεπονθότων τόπων. *Plutarch.* libro *De Stoicorum repugnantiis*. Hinc Λυδὸς ἐν μεσημβρίᾳ apud *Suidam*, *Heſychium*, & *Eraſmum* in *Adagiis*. Sui etiam non minùs oblitus eſt; ſi *Tribades* ſubindicare voluit, cùm *Sappho* vixerit *Olympiade* 44. teſte *Euſebio*: cujus ſodales erant *Atthis*, *Teliſippa*, *Megara*, (*Suid.* in Σαπφώ) *Cydno* & *Amythone*; ut ipſa teſtatur in Epiſtola ad *Phaonem*. Atque his omnibus, prout ejus libidinis methodus & menſura poſtulavit, utebatur. Errat etiam; ſi iſthoc vocabulo obſcœnorum ſchematum autores ſignificavit. Etenim *Helenæ* ancilla *Aſtyanaſſa* πρώτη τὰς ἐν τῇ συνουσίᾳ κατακλίσεις εὗρεν· *Suid.* in Ἀστυάνασσα. Eam *Elephantine* Poetria imitata eſt: (ibid.) item *Philænis*, cui adſcribitur Περὶ ἀφροδισίων ἀκόλαστον σύγγραμμα· *Athen.* lib. 8. cap. 3. A *Clemente Alexandrino*, ejus præceptore, hoc didiciſſe poterat, in cujus προτρεπτικῷ hæc verba occurrunt: Ἤδη δὲ ἀναφανδὸν τῆς ἀκολασίας ὅλης τὰ σχήματα ἀνάγραπτα πανδημεὶ θεώμενοι, οὐκ αἰσχύνεσθε; φυλάττετε δὲ ἔτι μᾶλλον ἀνακείμενα, ὥσπερ ἀμέλει τῶν Θεῶν ὑμῶν τὰς εἰκόνας, στήλας ἀναισχυντίας καθιερώσαντες οἴκοι, ἐπ' ἴσης ἐγγραφόμενοι τὰ Φιλαινίδος σχήματα, ὡς τὰ Ἡρακλέους ἀθλήματα. Audi *Suidam* in Δωδεκαμήχανον de *Cyrene*: Κυρήνη γάρ τις ἐπίσημος γέγονεν ἑταίρα, Δωδεκαμήχανος ἐπικαλουμένη διὰ τὸ τοσαῦτα σχήματα ἐν τῇ συνουσίᾳ ποιεῖν. Vide *Ariſtophanem* in *Ranis*, & ejus *Scholiaſten*. Nec deerant exempla mulierum, quæ cum Dæmonibus conſuetudinem habuerunt. *Olympias* apud *Plutarchum* in *Alex.* Apud *Chaldæos* mulier, quam ſibi Deus deligit, ſecum in ſacello, ubi lectus ponitur, noctu recumbit. Idem ſactitatum eſt in *Patara*, *Lyciæ* civitate, & *Thebani Jovis* fano. *Herodot.* lib. 1. pag. 83. Cum brutis plurimi rem habuerunt: *Paſiphae*, (*Diodor.* lib. 4.) mulier *Mendeſia*, (*Herodot.* lib. 2. pag. 121.) *Fulvius* Stellus, (*Plutarch.* in *Parall.*) *Ariſtonymus* Epheſius, (*Plutarch.* ibid.) *Semyramis* (*Plin.* lib. 8. cap. 42.). Cum mortuis alii: *Periander*, (*Suid.* in Περίανδρος,) *Ægyptii*, (*Herod.* lib. 2.). Nonnulli cum ſtatuis, quorum nomina ignota ſunt: at de eis vide *Plinium*, lib. 36. cap. 5. & *Athenæum*, lib. 13. cap. 8. Inter hos *Pygmalion* apud *Ovidium*; (*Metam.* lib. 10. fab. 8.)

-- *Simulachra ſuæ petit ille puellæ*, &c.

Quid igitur? an *Origenes* rudis, & veteris Hiſtoriæ imperitus, ſeu potiùs de monſtroſa Hæreticorum libidine, aut de nefanda *Romanorum Imperatorum* ſpurcitie intelligendus eſt? *Suetonius* hæc habet de *Tiberio*, cap. 42. *Seſtio Gallo, libidinoſo ac prodigo ſeni, olim ab Auguſto ignominiâ notato, & à ſe ante paucos dies apud Senatum increpito, cœnam eâ lege condixit; nè quid ex conſuetudine immutaret, aut demeret: utque nudis puellis miniſtrantibus cœnaretur.* & cap. 44. *Majore adhuc & turpi-*

ore

ore inſamiâ flagravit; vix ut referri, audirive, nè dum credi, ſas ſit. Quaſi pueros primæ teneritudinis, quos piſciculos vocabat, inſtitueret; ut natanti ſibi inter femina verſarentur, ac luderent, linguâ morſúque ſenſim appetentes: atq; etiam quaſi infantes firmiores, nec dum tamen lacte depulſos, inguini ceu papillæ admoveret: pronior ſanè ad id genus libidinis & naturâ, & ætate. Et cap. 43. *Seceſſu verò Capreenſi etiam ſellariam excogitavit, ſedem arcanarum libidinum; in quam undique conquiſiti puellarum & exoletorum greges, monſtroſique concubitûs repertores, quos Spintrias appellavit, triplici ſerie connexi invicem inceſtarent ſe coram ipſo; ut adſpectu deficientes libidines excitaret. Cubicula pluriſariàm diſpoſita* [leg. *diſpoſitis*] *tabellis ac ſigillis laſciviſſimarum picturarum & figurarum adornavit.* Forſan *ſpeculata* erant hæc *Tiberii cubicula:* uti ipſe *Suetonius* in *Vita Horatii* appellat; dum inquit, *Speculato cubiculo ſcorta dicitur habuiſſe diſpoſita; ut, quocunque reſpexiſſet, ibi ei imago coitûs referretur.* Credo utrumque *Cratinum Athenienſem* imitatum eſſe, qui cubiculum ſpeculis undique ornavit; ut ſe coeuntem ſpectaret. *Lil. Gyrald.* Dialog. 6. *Hiſt. Poet.* Nec mirum, ſi hic laſciviendi modus, quo ex veteribus unicum *Cratinum* delectatum ſcimus, *Origenem* fugit. Suet. de *Nerone*, cap. 29. *Suam quidem pudicitiam uſque adeò proſtituit; ut, contaminatis penè omnibus membris, noviſſimè quaſi genus luxûs excogitaret: quatenus feræ pelle contectus emitteretur è cavea, virorumque ac fœminarum ad ſtipitem deligatorum inguina invaderet; &, cùm affatim deſæviſſet, conficeretur à Doryphoro liberto: cui etiam, ſicut ipſi Sporus, ità ipſe denupſit; voces quoque & ejulatus vim patientium virginum imitatus.* Idem de *Domitiano*, cap. 22. *Erátque fama, quaſi concubinas ipſe divelleret, nataréique inter vulgatiſſimas meretrices. Lampridius* de *Heliogabalo*, quo imperante Romam venit *Origenes: Quis enim ferre poſſet principem per cuncta cava corporis libidinem recipientem: cùm nè belluam quidem talem quiſquam ferat. Romæ denique nihil egit aliud, niſi ut emiſſarios haberet, qui ei bene vaſatos perquirerent, eóſq; ad aulam perducerent; ut eorũ conditionibus frui poſſit. Agebat prætereà domi fabulam Paridis, ipſe Veneris perſonam ſubiens ità, ut ſubitò veſtes ad pedes defluerent, nudúſq; unâ manu ad mammam, alterâ pudendis adhibitâ, ingeniculàret, poſterioribus eminentibus in ſubactorem rejectis & appoſitis.* Et paulò pòſt. *Hieroclem verò ſic amavit, ut eidem inguina oſcularetur: quod dictu etiam verecundum eſt.* Vide plura apud prædictum *Lampridium* in *Heliogabalo. Epiph. Hær.* 21. quæ eſt *Gnoſticorum*, pag. 86. Μετὰ γὰρ τὸ μιγῆναι πάθει πορνείας, προσεπιτούτοις ἀνατείνοντες τὴν ἑαυτῶν βλασφημίαν εἰς οὐρανὸν, δέχεται μὲν τὸ γύναιον ϗ ὁ ἀνὴρ τὴν ῥύσιν τὴν ἀπὸ τοῦ ἄῤῥενος εἰς ἰδίας αὐτῶν χεῖρας, ϗ ἵστανται εἰς οὐρανὸν ἀνανεύσαντες, ἐπὶ χεῖρας δὲ ἔχοντες τὴν ἀκαθαρσίαν. ϗ εὔχονται δῆθεν, οἱ μὲν Στρατιωτικοὶ καλούμενοι ϗ Γνωστικοὶ, τῷ πατρὶ, φασὶ, τῶν ὅλων, προσφέροντες αὐτὸ τὸ ἐπὶ τῶν χειρῶν ϗ λέγουσιν, “Ἀναφέρομέν σοι τοῦτο τὸ δῶρον “τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ. ϗ οὕτως αὐτὸ ἐσθίουσι, μεταλαμβάνοντες τὴν ἑαυτῶν ἀκαθαρσίαν. καί φασι, “Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ· ϗ τοῦτό “ἐστι τὸ Πάσχα. διὸ πάσχει τὰ ἡμέτερα σώματα, “ϗ ἀναγκάζεται ὁμολογεῖν τὸ πάθος τοῦ “Χριστοῦ. ὡσαύτως δὲ ϗ τὸ ἀπὸ τῆς γυναικὸς, ὅταν γένηται αὐτὴν ἐν ἀφέδρῳ ἐν ῥύσει τοῦ αἵματος, τὸ καταμήνιον συναχθὲν αὐτῆς αἷμα τῆς ἀκαθαρσίας ὡσαύτως λαβόντες κοινῇ ἐσθίουσι· ϗ “τοῦτο, φασὶν, ἐστὶ τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ. Epiph. ibid. pag. 90. Καὶ οἱ μὲν αὐτῶν Φιβιωνῖται καλούμενοι ἀναφέρουσι τὰς αἰσχρὰς αὐτῶν θυσίας τῆς πορνείας, τὰς ὑφ᾽ ἡμῶν ἐνταῦθεν προειρημένας, ὀνόμασι τριακοσίοις ἑξηκονταπέντε, ὅις αὐτοὶ ἔπλασαν ἀρχόντων δῆθεν, ἐμπαίζοντες τοῖς γυναικαρίοις, ϗ λέγοντες· “Μίγηθι μετ᾽ “ἐμοῦ, ἵνα σε ἀνενέγκω πρὸς τὸν ἄρχοντα. καθ᾽ ἑκάστην δὲ μίξιν ὀνομάζουσιν ἑνὸς ὄνομά τινος βάρβαρον τῶν παρ᾽ αὐτοῖς πεπλασμένων, ϗ δῆθεν εὔχονται λέγοντες· “Προσφέρομεν “σοι τῷ δεῖνι, ἵνα προσενέγκῃς τῷ δεῖνι. τῇ δ᾽ ἄλλῃ πάλιν μίξει ἄλλῳ (ὑποτιθέν) ὡσαύτως προσφέρειν, ἵνα ϗ αὐτὸς τῷ ἄλλῳ. ϗ ἕως ἂν ἔλθῃ, μᾶλλον δὲ κατέλθῃ, τριακοσίας ἑξηκονταπέντε πλάσεις τῆς λαγνείας, καθ᾽ ἑκάστην ὄνομά τι ἐπικαλεῖται τὸ τοιοῦτο ἐργαζόμενος. ϗ ἄρχεται πάλιν κατιέναι διὰ τῶν αὐτῶν, τὰ αὐτὰ αἰσχρὰ ἐπιτελῶν, ϗ ἐμπαίζων ταῖς ἠπατημέναις. ὅταν δὲ οὖν εἰς τοσοῦτον ἀριθμοῦ ὄγκον ἐλάσῃ ἑπτακοσίων τριάκοντα πλάσεων· (λέγω δὴ μίξεων αἰσχρῶν, ϗ ὀνομάτων τῶν παρ᾽ αὐτοῖς πεπλασμένων·) τότε λοιπὸν τολμᾷ ὁ τοιοῦτος, ϗ λέγει, “Ἐγώ εἰμι ὁ “Χριστὸς· ἐπειδὴ ἄνωθεν καταβέβηκα διὰ “τῶν ὀνομάτων τῶν τξε ἀρχόντων. Eundem vide paginâ 87. pag. 93. & pag. 105. *Hæreſ.* 27. de *Carpocratianis*; qui iſtiuſmodi facinora perpetrârunt, ut omnia experiri poterant: admodum cauti, nè, quovis opere prætermiſſo, iterum in corpus, ut id perficeret, anima deturbaretur. *Iren.* lib. 1. cap. 23. de *Saturnino: Habere autem & reliquarum operationum uſum indifferentem & univerſæ libidinis.* Idem lib. 1. cap. 35. loquens de *Carpocrate: Et hoc eſſe ſcientiam perfectam ſine tremore in tales abire operationes, quas nè nominare quidem*

quidem fas eſt. Atque an iſti fuerint vel Imperatores *Romani*; vel Hæretici, quos *Origenes* Ἀῤῥητοποιὲς vocat, judicent peritiores. Utcunque ſic interpretarer; *Eorum tamen, qui nefanda perpetrârunt, non meminêre.*

Pag. 208. lin. 17. Σωκράτη] Τὸν γὰρ Ζήνωνα διὰ τῆς ἐκπυρώσεως ἀποφαινόμενον ἀνίστασθαι πάλιν τοὺς αὐτοὺς ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς· λέγω δὲ Ἄνυτον καὶ Μέλιτον ἐπὶ τῷ κατηγορεῖν, Βύσιριν δὲ ἐπὶ τῷ ξενοκτονεῖν, καὶ Ἡρακλέα πάλιν ἐπὶ τῷ ἀθλεῖν παραιτητέον. *Tatian.* Orat. *Contra Græcos*, pag. 143.

Pag. 208. lin. 44. Στωϊκῶν] *Clem. Alex.* in *Protrept.* pag. 44. Οὐδὲ μὴν τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς παρελεύσομαι διὰ πάσης ὕλης, καὶ διὰ τῆς ἀτιμοτάτης, τὸ θεῖον διήκειν λέγοντας. Idem *Strom.* 1. pag. 295. *Plutarch.* lib. 1. cap. 6. *De Placitis Philoſoph.* Ὁρίζονται δὲ τὴν τοῦ θεοῦ οὐσίαν οἱ Στωϊκοὶ οὕτω· πνεῦμα νοερὸν καὶ πυρῶδες, οὐκ ἔχον μὲν μορφὴν, μεταβάλλον δὲ εἰς ἃ βούλεται, καὶ συνεξομοιούμενον πᾶσιν.

Pag. 209. lin. 25. Τῷ παντὶ] Vide Annotationes ad paginam 167.

Pag. 209. lin. 25. Ἀφανισμὸν] Vide Annotationes ad paginam 425.

Pag. 212. lin. 49. Ἀπὸ τῆς Στοᾶς] Vide Annotationes ad paginam 200.

Pag. 212. lin. 56. Χωρίῳ] Forſan legendum, χωρίον (videlicet ἔχει) συſκλιζομένων.

Pag. 214. lin. 47. Εὐεπίφθονον] Vide Annotationes ad paginam 180.

Pag. 215. lin. 2. Ἀναξαγόρυ] *Suid.* in Εὐριπ. Διήκουσε δὲ καὶ Ἀναξαγόρου τοῦ Κλαζομενίου.

Pag. 217. lin. 53. Πολέμυς] Vide Annotationes ad paginam 428.

Pag. 218. lin. 19. Ὅπως] Periit, neſcio quomodo, verſionis emendatio. *ut illarum cunctatio, curam hominum in victu providendo, rationi formicarum ſubjiciat: & quòd illi contra hyemem ſe muniunt, id deprimat, quaſi nihil habeat ſupra formicarum, in iis quas exiſtimat rebus, providentiam.*

Pag. 219. lin. 2. Πλατωνίζειν] Nuſquam invenio apud *Platonem* animas aliis alias ortu & origine præſtantiores: nec ſcio, an ullibi dixit brutorum animas perituras, aut in corpora humana migraturas; licèt de humanis paſſim aſſeruit, eas in brutorum corpora detrudendas. Quoniam verò è ſecretioribus *Pythagoræ* & *Ægyptiorum* diſciplinis hanc opinionem mutuatus eſt, facilè induci poſſum, ut credam Platonem idem de brutorum animabus ſtatuiſſe. *Lactant.* lib. 7. cap. 23. *Pythagoras*, apud *Ovidium*, (lib. 15. *Metamorph.* fab. 3.)

Omnia mutantur: nihil interit; errat, & illinc
Huc venit, hinc illuc, & quoslibet occupat artus
Spiritus: éque feris humana in corpora tranſit,
Inque feras noſter, nec tempore deperit ullo.

In eodem etiam cratere omnem animam miſceri, temperaríque tradit. Vide Annotationes ad paginam 26. pag. 200. pag. 202. pag. 245. Vide etiam *Platonem* in *Epinom.* pag. 980, 981. & in *Timæo*, pag. 90, & 91.

Pag. 223. lin. 53. Ἐφυλάξατο] Vide quæ refert *Joſephus* ex *Hecatæo* de *Moſolamo*, libro primo *Contra Apionem*; vel, ut *Euſebius* (lib. 9. cap. 4. *Evang. Præp.*) habet, *Moſomamo.*

Pag. 228. lin. 37. Ὅρκυς ἐλεφάντων] *Plin.* lib. 8. cap. 1. *Alienæ quoque religionis intellectu creduntur maria tranſituri non antè naves conſcendere, quàm invitati rectoris jure-jurando de reditu.*

Annotationes in Librum V. ORIGENIS *contra* CELSUM.

PAg. 233. lin. 14. Προσάγοντας] *Orig.* in *Job. Nam ſicut ad Cornelium dictum de bonis*, "*Orationes tuæ, & eleemoſynæ tuæ,* "*aſcenderunt in memoria in conſpectu Dei: ſic & dictum eſt Diabolo de malis,* "*Malignitates tuæ,* "*atque iniquitates, aſcenderunt in memoriam in* "*conſpectu Dei. Quomodo aſcenderunt? à ſanctis Angelis oblatæ. Sicut nempe offerunt ſancti Angeli memoriam juſtorum, atq; juſtificationes eorum ante Deum, ſic ſimiliter deferunt iidem Angeli memoriam malitiæ, atque nequitiæ, Diaboli,* &c.

Pag. 233. lin. 33. Ἀγγέλυς] *Orig.* Homil. 1. in *Ezech. Omnia Angelis plena ſunt. Veni Angele, ſuſcipe ſermone converſum ab errore priſtino, à doctrina Dæmoniorum, ab iniquitate in altum loquente; & ſuſcipiens eum, quaſi Medicus bonus, confove, atque inſtitue. Parvulus eſt, hodie naſcitur; ſenex repuераſcens. Et ſuſcipe,*

tribuens ei Baptiſmum ſecundæ regenerationis. Et advoca tibi alios ſocios miniſterii tui; ut cuncti pariter eos, qui aliquando decepti ſunt, erudiatis ad fidem. Sic Angelum ſui cuſtodem invocavit. Vide paginam 386. & Annotationes ad eandem.

Pag. 233. lin. 45. Πάντα πεπλήρω] *Orig. Homil.* 35. in *Luc.* “Legimus, ſi tamen cui placet hujusmodi Scripturam recipere, juſtitiæ & iniquitatis Angelos ſuper Abrahæ ſalute & interitu diſceptantes, dum utræque turmæ ſuo eum volunt cœtui vindicare. Quòd ſi cui diſplicet, tranſeat ad volumen, quod titulo Paſtoris ſcribitur, & inveniet cunctis hominibus duos adeſſe Angelos: malum, qui ad perverſa exhortatur; & bonum, qui ad optima quæque perſuadet. Scribitur alibi, quòd aſſiſtunt homini ſive in bonam, ſive in malam partem duplices Angeli. *Et paulò poſt.* Quam ob cauſam Angeli pro bonis ſoliciti ſunt, ſcientes, quòd ſi nos bene gubernaverint, & ad ſalutem uſque perduxerint, habeant etiam ipſi fiduciam videndi faciem Patris. Quomodo enim ſi per curam eorum, & induſtriam, ſalus hominibus comparatur, faciem Patris ſemper attendunt: ſic, ſi per negligentiam eorum homo corruerit, etiam ſui periculi rem eſſe non neſciunt, *&c.* *Et* Homil. 20. *in* Num. Si enim mercedem ſperet Angelus, (verbi gratiâ) qui me conſignatum accepit à Deo, pro iis quæ bene geſſi: certum eſt, quia & culpari ſperabit pro iis, quæ à me non bene geſta ſunt: & ideo oſtentari dicuntur contra Solem; proculdubio, ut appareat, utrùm pro mea inobedientia, an per illius negligentiam peccata commiſſa ſunt, per quæ Beelphegor, ſive cuilibet alii Idolo, pro qualitate ſcilicet peccandi, conſecrarer. Quòd ſi princeps meus (Angelum dico, qui mihi eſt conſignatus) non defuit; ſed commonuit de bonis, & locutus eſt in corde meo, in eo duntaxat, in quo conſcientia revocabat à peccato; ſed ego, contemptis ejus monitis, & ſpreto conſcientiæ retinaculo, præceps in peccata prorui: duplicabitur mihi pœna, vel pro contemptu monitoris, vel pro facinore commiſſi. Vide *Homil.* 12 in *Luc. Homil.* 22, & 23 in *Num. Homil.* 23. in *Joſh.* Vide etiam paginam 269.

Pag. 234. lin. 8. Ὑπὸ] *Gelenius* legit ἐπί. *Chriſtoph. Perſona* ὑπὸ retinuit: & ſic interpretatus eſt; *Nec eam dixerim probitatem, quæ de Diis, ſive Dæmonibus, ſive ſimulacris, ſive beſtiis ipſis ſtatuitur; ſed qualem definiunt, qui ea, quæ Dei ſunt, nôrunt, cùm de vera divinitate & beatitudine diſſerunt.*

Pag. 234. lin. 18. Ἀγγέλους οἴδαμεν] Vide Annotationes ad paginam 29.

Pag. 235. lin. 16. Στωϊκοὶ] *Plut.* lib. 1. cap. 7. *De Placitis Philoſoph.* Θεὸν δὲ, καὶ τὸν κόσμον, καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ τὴν γῆν, τὸν δ' ἀνωτάτω πάντων νοῦν, ἐν αἰθέρι. Vide quæ profert ex *Chryſippo* in libro *De Stoicorum repugnantiis. Laert.* in *Zen. Lactant.* lib. 7. cap. 3.

Pag. 235. lin. 17. Ἀπὸ Πλάτωνος] *Plat. De anima Mundi*, pag. 94. Δημιουργὸς ὢν ἀρίστω γέννημα ποιεῖν, τοῦτον ἐποίει Θεὸν γεννατὸν, οὔποκα φθαρησόμενον ὑπ' ἄλλω αἰτίω ἔξω τῶ αὐτὸν συντεταγμένω Θεῶ, εἴποκα διεγνώκει αὐτὸν διαλύειν. ἀλλ' οὐ γὰρ τἀγαθῶ ἐστιν ὁρμᾶν ἐπὶ φθορὰν γεννάματος καλλίστω· διαμένει ἄρα, τοιόσδε ὤν, ἄφθαρτος καὶ ἀνώλεθρος καὶ μακάριος· κράτιστος δ' ἐστὶ γεννατῶν, ἐπεὶ ὑπὸ τῶ κρατίστω αἰτίω ἐγένετο. *Plat.* in *Timæo*, pag. 40. cùm multa dixerat de Creatione mundi, adjungit: Ἀλλὰ ταῦτά τε ἱκανῶς ἡμῖν ταύτῃ, καὶ τὰ περὶ Θεῶν ὁρατῶν καὶ γεννητῶν εἰρημένα φύσεως, ἐχέτω τέλος.

Pag. 235. lin. 18. Τρίτον] *Plotin.* lib. 5. *Enneados* 3. Ἢ εἰσὶ καὶ ἐνταῦθα Θεοὶ, καὶ ὁ κόσμος Θεὸς, ὥσπερ συνήθως λέγειν, τρίτος, καὶ εἰ μέχρι σελήνης ἕκαστος Θεός.

Pag. 237. lin. 56. Διὰ τὸ νοητὸν] *Orig.* lib. 1. cap. 7. *De Principiis. Stellæ verò cùm tanto ordine, ac tantâ ratione moveantur; ut in nulla prorſus curſus earum aliquando viſus ſit impeditus: quomodo non eſt ultra omnem ſtoliditatem tantum ordinem tantámque diſciplinæ rationis obſervantiam dicere ab irrationabilibus exigi vel expleri?* &c. Verùm in *Proœmio* libri primi *De Principiis* videtur aliter ſentire. *De Sole autem, & Luna, & ſtellis: utrùm animantia ſint, an exanima, manifeſtè non traditur.* Vide etiam *Pamphyli Martyris Apologet.* pro *Origene.* Huic dogmati favent cum multis aliis *Bodinus*, (in *Theatro naturæ.*) *Ricius*, (*De anima cœli.*) *Pythagoras*, (*Laert.* in *Pythag.*) *Tullius*, (in *Timæo.* lib. 2. *De natura Deorum.*) *Stoici* apud *Tullium*, (lib. 4 *Acad. Quæſt.*) Plato, (in *Epinom.* pag 982.) *Lucilius Stoicus* apud *Ciceronem*, (lib. 2. de *Nat. Deorum.*) *Plato*, (lib. 10. *De Legibus*, in *Timæo*, pag. 36.) Vide *Ariſtotelem*, lib. 2. cap. 2. *De cœlo.* Eandem opinionem ei *Plutarchus* adſcribit, lib. 2. cap. 3. *De Placitis Philoſophorum.* Contrarium ſtatuunt, *Cyrillus Alex.* lib. 2. *contra Julianum*, *Lactantius*, lib. 2. cap. 5. *Hieronymus* ad *Avitum*, *Quid cavendum ſit in libris* Περὶ ἀρχῶν. *Solem quoque, & Lunam, & aſtra cetera eſſe animantia.*

Pag. 238. lin. 27. Μύδρον διάπυρον] Καὶ μείζω τῆς Πελοποννήσου. *Laert.* in *Anax.* *Plutarch. De Superſt.* *Suid.* in ἄναξ.

Pag. 238. lin. 34. Εὔχεσθαι] Nec mirandum, ſi precantur aſtra; cùm ex *Origenis* ſententia fruuntur vitâ, & ratione pollent. Vide Annotationes ad paginam 237, 239. Vide etiam paginam 261. & paginam 422.

Pag. 239. lin. 51. Περὶ ὧν] *Orig.* Homil. 4. in *Ezech.* " *Omnis quippe creatura congemiſcit, & condolet. Si omnis creatura congemiſcit, & condolet: eſt autem creaturarum pars terra, & cœlum, & cetera quæque, quæ ſub cœlo ſunt, & quæ ſuper cœlos; & liberabitur omnis creatura à ſervitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei: qui ſcit & de terra, an ſecundùm naturam ſuam in aliquo peccato teneatur obnoxia. Si enim animal eſt, ſi rationabilis eſt, ſi indiget auditione ſermonis Prophetici dicentis,* " *Attende cœlum.* Vide quæ ſequuntur. *Hieronymus* in Epiſtola *Ad Pammachium adverſùs errores Joannis Hieroſolymitani*, loquens de *Origene*, ait, *In libris enim* Περὶ ἀρχῶν, *& Angelos, & Thronos, & Dominationes, Poteſtates, & Rectores mundi & tenebrarum, & omne nomen quod nominatur, non ſolùm in præſenti ſeculo, ſed in futuro, dicit animas eſſe eorum corporum; quæ vel deſiderio, vel miniſterio ſuſceperint. Solem quoque, ipſam & Lunam, & omnium aſtrorum chorum, eſſe animas rationabilium quondam, & incorporalium creaturarum; quæ nunc vanitati ſubjectæ, ignitis videlicet corporibus, quæ nos imperiti & rudes luminaria mundi appellamus, liberabuntur à ſervitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei.* " *Unde omnis creatura* " *congemiſcit, & parturit.* Idem *Ad Avitum, Quid cavendum in libris* Περὶ ἀρχῶν. *Et ex his ſublimiora mundi loca Sol, & Luna, & Stellæ, quæ ab Apoſtolo creatura dicitur, acceperunt: quæ creatura vanitati ſubjecta eſt, eò quòd craſſis circundata corporibus, & aſpectui pateat, & tamen non ſponte ſubjecta eſt vanitati, ſed propter voluntatem ejus, qui eam ſubjecit in ſpe.*

Pag. 240. lin. 56. Πῦρ καθάρσιον] Vide Annotationes ad paginam 168.

Pag. 242. lin. 10. Ἐπί τινι τέλει] Vide Annotationes ad paginam 167.

Pag. 244. lin. 48. Οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς] *Lactant.* lib. 7. cap. 23. *Meliùs Chryſippus, quem Cicero ait fulcire porticum Stoicorũ, qui in libris, quos De providentia ſcripſit, cùm de innovatione Mundi loqueretur, hæc intulit:* Τούτου δὲ οὕτως ἔχοντος, δῆλον ὡς οὐδὲν ἀδύνατον καὶ ἡμᾶς, μετὰ τὸ τελευτῆσαι, πάλιν, περιόδων τινῶν εἰλημμένων χρόνου, εἰς ὃ νῦν ἐσμὲν ἀποκαταστῆναι σχῆμα. *Tull,* lib. 2. *De Nat. Deorum.* *Sunt autem ſtellæ naturâ flammeæ, quocirca terræ, maris, aquarum vaporibus aluntur iis, qui à Sole ex agris tepefactis, & ex aquis, excitantur; quibus altæ renovatæque ſtellæ, atque omnis æther, refundunt eadem, & rurſum trahunt in idem; nihil ut ferè intereat, aut admodum paululum, quod aſtrorum ignis, & ætheris flamma conſumat. Ex quo eventurum noſtri putant id, de quo Panætium addubitare dicebant; ut ad extremum omnis mundus igneſceret, cùm, humore conſumpto, neque terra ali poſſet, neque remearet aer, cujus ortus, aquâ omni exhauſtâ, eſſe non poſſet; ità relinqui nihil præter ignem: à quo rurſum animante, ac Deo, renovatio mundi fieret, atque idem ornatus oriretur.* Et libro tertio *De Nat. Deorum.* *Clem.* Strom. 5. pag. 549. loquens de *Heraclito Epheſio.* Οἶδεν γὰρ καὶ οὗτος, ἐκ τῆς βαρβάρου φιλοσοφίας μαθὼν, τὴν διὰ πυρὸς κάθαρσιν τῶν κακῶς βεβιωκότων, ἣν ὕστερον ἐκπύρωσιν ἐκάλεσαν οἱ Στωϊκοί· καθ' ὃν καὶ τὸν ἰδίως ποιὸν ἀναστήσεσθαι δογματίζουσι. τοῦτ' ἐκεῖνο, τὴν ἀνάστασιν, περιέποντες. Vide quæ refert de eodem pag. 599. *Plutarch.* lib. 1. cap. 3. *De Placitis Philoſ.* *Tatian. contra Græcos*, pag. 143, & 145. *Juſtin. Apolog.* 1. pag. 45. *Apolog.* 2. pag. 66. *Minutius* in *Octavio*, pag. 39, 40. *Euſeb.* lib. 15. cap. 19. *Præp. Evang.* ex *Numenio, de iterato univerſi ortu ex ſententia Stoicorum.* Ἐπὶ τοσοῦτο δὲ προελθὼν ὁ κοινὸς λόγος, καὶ κοινὴ φύσις μείζων καὶ πλείων γενομένη, τέλος ἀναξηράνασα πάντα, καὶ εἰς ἑαυτὴν ἀναλαβοῦσα, ἐν τῇ πάσῃ οὐσίᾳ γίνεται ἐπανελθοῦσα εἰς τὸν πρῶτον ῥηθέντα λόγον, καὶ εἰς τὴν ἀνάστασιν ἐκείνην τὴν ποιοῦσαν ἐνιαυτὸν τὸν μέγιστον, καθ' ὃν ἀπ' αὐτῆς μόνης εἰς αὐτὴν πάλιν γίνεται ἡ ἀποκατάστασις. ἐπανελθοῦσα δὲ διὰ τάξιν, ἀφ' οἵας διακοσμεῖν ὡσαύτως ἤρξατο, κατὰ λόγον πάλιν τὴν αὐτὴν διεξαγωγὴν ποιεῖται, τῶν τοιούτων περιόδων ἐξ ἀϊδίου γινομένων ἀκαταπαύστως. Vide quæ *Euſebius* habet lib. 15. cap. 15. Ex *Arii Didymi Epitome.*

Pag. 244. lin. 56. Σωκράτην] Vide Annotationes ad paginam 208.

Pag. 245. lin. 29. Πυθαγόρου] *Lactant.* lib. 7. cap. 23. *De reſurrectione animæ, ejúsque rei teſtimonia. Quæ de anaſtaſi Philoſophi quoqꝫ dicere aliquid conati ſunt, tam corruptè, quàm Poetæ. Nam Pythagoras tranſire animas in nova corpora diſputavit; ſed ineptè, quòd ex hominibus in pecudes, & ex pecudibus in homines, & ſeipſum ex Euphorbo eſſe reparatum.* *Minutius* in *Octavio*, pag. 40. *Sic etiam conditionem renaſcendi ſapientium clariores; Pythagoras primus, & præcipuus Plato, corruptâ & dimidiatâ fide tradiderunt: nam corporibus diſſolutis ſolas animas*

P. 244 lin. 39, -42. (quoniam nefas est ſeculare sententiam illorum virorum (ſc. philoſophorum Graecorum) defendi ab iis qui nihil praeter Christianam doctrinam profiteantur. ſarcastice dictum [illegible] in hoc sensu [illegible] in hoc tractatu. ideo nihil amplius de ſuo profert Or. [illegible] sensus sententia p. 300 l. 25.

mas volunt & perpetuò manere, & in alia nova corpora ſæpius commeare. Addunt iſti & illa ad detorquendam veritatem, in pecudes, aves, belluas, hominum animas redire. *Hieronym.* in *Apolog. adverſus Ruffinum. Audi quid apud Græcos Pythagoras primus invenerit, immortales eſſe animas, & de aliis corporibus tranſire in alia. Quod quidem & Virgilius, in ſexto Æneidos volumine, ſequens loquitur;*

" *Has omnes, ubi mille rotam volvêre per*
" *annos,*
" *Lethæum ad fluvium Deus evocat agmine*
" *magno:*
" *Scilicet immemores ſupera ut convexa reviſant,*
" *Rurſus & incipiant in corpora velle reverti.*

Se primùm fuiſſe Euphorbum, ſecundò Callidem, *tertiò Hermotimum, quartò Pyrrhum, ad extremum Pythagoram: & poſt temporum certos circulos ea, quæ fuerant, rurſum fieri, nihilque in mundo videre novum.* *Ovid. Metamorph.* lib. 15. fab. 3, & 4. *Tertull. Apologet.* cap. 48. & *De anima*, cap. 24. *Theodoret.* Serm. 11. *De Fine & Judicio. Tatian. contra Græcos. Juſt. Quæſt. ad Græcos. Lactant.* lib. 3. cap. 18. *Arnob.* lib. 2. *Diodor.* lib. 5. *Bibl. Hiſt. A. Gellius*, lib. 4. cap. 11. *Tull. Tuſculan. Quæſt.* lib. 1. *Philoſtrat.* lib. 3. cap. 6. Idem in *Heroicis*, *De Euphorbo*, *Laertius* in *Pythag.*

Pag. 245. lin. 30. Πλάτωνος] *Clem. Strom.* 5. pag. 549. Ὁ δὲ Πλάτων τὴν γῆν χρόνοις τισὶ διὰ πυρὸς καθαίρεσθαι καὶ ὕδατος. Huc etiam detorquet illud *Platonis* in *Timæo*, pag. 22. Πολλαὶ καὶ κατὰ πολλὰ φθοραὶ γεγόνασιν ἀνθρώπων, καὶ ἔσονται πυρὶ μὲν καὶ ὕδατι μέγισται, μυρίοις δὲ ἄλλοις ἕτεραι βραχύτεραι. τὸ γὰρ οὖν καὶ παρ' ὑμῖν λεγόμενον, ὥς ποτε Φαέθων Ἡλίου παῖς, τὸ τοῦ πατρὸς ἅρμα ζεύξας, διὰ τὸ μὴ δυνατὸς εἶναι κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς ὁδὸν ἐλαύνειν, τά τ' ἐπὶ γῆς ξυνέκαυσε, καὶ αὐτὸς κεραυνωθεὶς διεφθάρη· τοῦτο μύθου μὲν σχῆμα ἔχον λέγεται, τὸ δ' ἀληθές ἐστι τῶν περὶ γῆν καὶ κατ' οὐρανὸν ἰόντων παράλλαξις, καὶ διὰ μακρῶν χρόνων γιγνομένη τῶν ἐπὶ γῆς πυρὶ πολλῷ φθορά. Et *Minutius* in *Octavio*, pag. 39. Forſan rectiùs ad præſens inſtitutum retuliſſe poterat, quæ ſequuntur, pag. 42. in *Timæo*. Χιλιοστῷ δὲ ἔτει ἀμφότεραι, ἀφικνούμεναι ἐπὶ κλήρωσιν καὶ αἵρεσιν τοῦ δευτέρου βίου, αἱροῦνται ὃν ἂν ἐθέλῃ βίον ἑκάστη· ἔνθα καὶ εἰς θηρίου βίον ἀνθρωπίνη ψυχὴ ἀφικνεῖται· μὴ παυόμενος δὲ ἐν τούτοις ἔτι κακίας τρόπον, ὃν κακύνοιτο κατὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς τοῦ τρόπου γενέσεως, εἴς τινα τοιαύτην ἀεὶ μεταβαλεῖ θηρίου φύσιν, ἀλλάττων τε οὐ πρότερον πόνων λήξει, πρὶν τῇ ταυτοῦ καὶ ὁμοίου περιόδῳ τῇ ἐν αὐτῷ ξυνεπισπώμενος τὸν πολὺν ὄχλον, καὶ ὕστερον προσφύντα ἐκ πυρὸς καὶ ὕδατος, καὶ ἀέρος, καὶ γῆς, θορυβώδη καὶ ἄλογον ὄντα λόγῳ κρατήσας, εἰς τὸ τῆς πρώτης καὶ ἀρίστης ἀφίκοιτο εἶδος ἕξεως· quæque narrat in ſine libri decimi *De Republica*: inque libro *De anima Mundi*; Ἅπαντα δὲ ταῦτα ἐν δευτέρᾳ περιόδῳ ἁ Νέμεσις συνδιέκρινε· & in *Phædro*, pag. 248. Θεσμός τε Ἀδραστείας ὅδε, ἥτις ἂν ψυχὴ Θεῷ ξυνοπαδὸς γενομένη, κατίδῃ τι τῶν ἀληθῶν μέχρι τε τῆς ἑτέρας περιόδου εἶναι ἀπήμονα. & paulò póſt; Ἐν δὴ τούτοις ἅπασιν ὃς μὲν ἂν δικαίως διάγῃ, ἀμείνονος μοίρας μεταλαμβάνει· ὃς δ' ἂν ἀδίκως, χείρονος. εἰς μὲν γὰρ τὸ αὐτὸ ὅθεν ἥκει ἡ ψυχὴ ἑκάστη, οὐκ ἀφικνεῖται ἐτῶν μυρίων (οὐ γὰρ πτεροῦται πρὸ τοσούτου χρόνου) πλὴν ἡ τοῦ φιλοσοφήσαντος ἀδόλως, ἢ παιδεραστήσαντος μετὰ φιλοσοφίας· αὗται δὲ τρίτῃ περιόδῳ τῇ χιλιετεῖ, ἐὰν ἕλωνται τρὶς ἐφεξῆς τὸν βίον τοῦτον, οὕτω πτερωθεῖσαι τρισχιλιοστῷ ἔτει ἀπέρχονται. Et infrá; Τῷ δὲ χιλιοστῷ ἀμφότεραι, ἀφικνούμεναι ἐπὶ κλήρωσίν τε καὶ αἵρεσιν τοῦ δευτέρου βίου, αἱροῦνται ὃν ἂν ἐθέλῃ ἑκάστη.

Pag. 245. lin. 39. Σωκράτους] Vide Annotationes ad paginam 208.

Pag. 245. lin. 43. Αἰγυπτίων] *Diodor.* lib. 1. *Bibl. Hiſt.* Πυθαγόραν τε τὰ κατὰ τὸν ἱερὸν λόγον, καὶ τὰ κατὰ γεωμετρίαν θεωρήματα, καὶ τὰ περὶ τοὺς ἀριθμοὺς, ἔτι δὲ τὴν εἰς πᾶν ζῷον τῆς ψυχῆς μεταβολὴν μαθεῖν παρ' Αἰγυπτίων.

Pag. 248. lin. 54. Περσῶν] Locus elegans apud *Philonem*, libro *De ſpecialibus legibus*. Μητέρας γὰρ οἱ ἐν τέλει Περσῶν τὰς αὐτῶν ἄγονται, καὶ τοὺς φύντας ἐκ τούτων εὐγενεστάτους νομίζουσι, καὶ βασιλείας τῆς μεγίστης, ὡς λόγος, ἀξιοῦσιν, οὗ τί ἂν γένοιτο δυσσεβέστερον ἀνοσιούργημα, πατρὸς εὐνὴν τετελευτηκότος, ἣν ἄψαυστον, ὡς ἱεράν, ἐχρῆν φυλάττεσθαι, καταισχύνειν· γῆρας δὲ καὶ μητρὸς αἰδῶ μὴ λαμβάνειν τὸν αὐτὸν τῆς αὐτῆς υἱὸν καὶ ἄνδρα γενέσθαι, καὶ πάλιν τὴν αὐτὴν ἑνὸς μητέρα καὶ γυναῖκα, καὶ τοὺς ἀμφοῖν παῖδας, τοὺς μὲν πατρὸς ἀδελφοὺς, υἱωνοὺς δὲ τῆς μητρός· καὶ τὴν μὲν ᾧ ἔτεκε μητέρα τε, καὶ μάμμην· τὸν δὲ ὃν ἐγέννησεν, ἐν ταυτῷ πατέρα τε, καὶ ὁμομήτριον ἀδελφόν.

Pag. 249. lin. 25. Τὰ πάτρια] *Xenoph.* lib. 4. *Memorabil.* Ὁρᾷς γὰρ ὅτι ὁ ἐν Δελφοῖς Θεὸς ὅταν τις αὐτὸν ἐπερωτᾷ, πῶς ἂν τοῖς θεοῖς χαρίζοιτο; ἀποκρίνεται, Νόμῳ πόλεως. *Herodot.* lib. 2. pag. 133. Ταῦτα μὲν παρὰ τὰ συμπάντα ποιεῦσι· πατρίοισι δὲ χρεώμενοι νόμοισι, ἄλλον οὐδένα ἐπικτέωνται.

Pag. 250. lin. 51. Ὁ περὶ ψυχῶν] Vide Annotationes ad paginam 26.

Pag.

Pag. 251. lin. 34. Ἕως πόσου] Vide Annotationes ad paginam 167.

Pag. 253. lin. 46. Πολεμεῖν] Vide Annotationes ad paginam 427.

Pag. 254. lin. 5. Ἡροδότῳ] *Herodot.* lib. 2. pag. 108.

Pag. 254. lin. 37. Ἡρόδοτος] *Herodot.* lib. 3. pag. 200.

Pag. 255. lin. 33. Οὔπω λέγω] *Minutius*, in *Octavio*, pag. 34. *Iidem Ægyptii cum pleriſque vobiſcum non magìs Iſidem, quàm ceparum acrimonias metuunt: nec Serapidem magìs, quàm ſtrepitus per pudenda corporis expreſſos contremiſcunt.*

Pag. 257. lin. 54. Περὶ τοῦ Σαράπιδος] *Tacit.* lib. 4. *Hiſt.* “ Per eos menſes, quibus Veſpaſianus Alexandriæ ſtatos æſtivis flatibus dies, & certa maris, opperiebatur, multa miracula evenêre: quîs cœleſtis favor, & quædam in Veſpaſianum inclinatio Numinum, oſtenderetur. Ex plebe Alexandrina quidam, oculorum tabe notus, genua ejus advolvitur, remedium cœcitatis expoſcens gemitu, monitu Sarapidis Dei, quem dedita ſuperſtitionibus gens ante alios colit: precabatúrque Principem, ut genas, & oculorum orbes, dignaretur reſpergere oris excremento. Alius manu æger, eodem Deo autore, ut pede ac veſtigio Cæſaris calcaretur, orabat. Veſpaſianus primò irridere, aſpernari; atque illis inſtantibus, modò famam vanitatis metuere, modò obſecratione ipſorum, & vocibus adulantium, in ſpem induci: poſtremò æſtimari à Medicis jubet, an talis cœcitas ac debilitas ope humanâ ſuperabiles forent. Medici variè diſſerere: huic non exeſam vim luminis, & redituram, ſi pellerentur obſtantia; illi elapſos in pravum artus, ſi ſalubris vis adhibeatur, poſſe integrari: id fortaſſe cordi Diis, & divino miniſterio Principem electum. Denique patrati remedii gloriam penès Cæſarem, irriti ludibrium penès miſeros fore. Igitur Veſpaſianus cuncta fortunæ ſuæ patere ratus; nec quidquam ultrà incredibile, læto ipſe vultu, erectâ, quæ aſtabat, multitudine, juſſa exſequitur. Statim converſa ad uſum manus, ac cœco reluxit dies. Utrumque, qui interfuêre, nunc quoque memorant, poſtquam nullum mendacio pretium. Altior indè Veſpaſiano cupido adeundi ſacram ſedem, ut ſuper rebus Imperii conſuleret. Arceri templo cunctos jubet: atque ingreſſus, intentúſque Numini, reſpexit ponè tergum è primoribus Ægyptiorum, nomine Baſiliden; quem procul Alexandriâ plurium dierum itinere, & ægro corpore detineri haud ignorabat. Percontatur Sacerdotes, num illo die Baſilides Templum iniſſet? percontatur obvios, num in urbe viſus ſit? Denique miſſis equitibus explorat, illo temporis momento octoginta millibus paſſuum abfuiſſe. Tunc divinam ſpeciem, & vim reſponſi ex nomine Baſilidis interpretatus eſt. Origo Dei nondum noſtris autoribus celebrata: Ægyptiorum Antiſtites ſic memorant. Ptolemæo Regi, qui Macedonum primus Ægypti opes firmavit, cùm Alexandriæ recèns conditæ mœnia, Templáque, & religiones adderet, oblatum per quietem decore eximio, & majore quàm humanâ ſpecie, juvenem, qui moneret, ut, fidiſſimis amicorum in Pontum miſſis, effigiem ſuam acciret: lætum id regno, magnámque & inclytam ſedem fore, quæ excepiſſet. Simul viſum eundem juvenem in cœlum igne plurimo attolli. Ptolemæus, omine & miraculo excitus, Sacerdotibus Ægyptiorum, quibus mos talia intelligere, nocturnos viſus aperit. Atque, illis Ponti & externorum parùm gnaris, Timotheum Athenienſem è gente Eumolpidarum, quem ut Antiſtitem cærimoniarum Eleuſi exciverat, quænam illa ſuperſtitio, quod numen, interrogat. Timotheus, quæſitis qui in Pontum meâſſent, cognoſcit urbem illîc Sinopen, nec procul Templum vetere inter accolas famâ Jovis Ditis. Namq; & muliebrem effigiem aſſiſtere, quam plerique Proſerpinam vocent. Sed Ptolemæus, ut ſunt ingenia Regum, pronus ad formidinem, ubi ſecuritas rediit, voluptatum quàm Religionum appetens, negligere paulatim, aliáſque ad curas animum vertere: donec eadem ſpecies, terribilior jam & inſtantior, exitium ipſi, regnóque denuntiaret, ni juſſa patrarentur. Tum legatos & dona Scydrothemidi Regi (is tunc Sinopenſibus imperitabat) expediri jubet, præcipítque navigaturis, ut Pythium Apollinem adeant. Illis mare ſecundum: ſors oraculi haud ambigua: irent, ſimulacrúmq; patris ſui reveherent, ſororis relinquerent. Ut Sinopen venêre, munera, preces, mandata Regis ſui Scydrothemidi allegant. Qui diverſus animi, modò numen paveſcere, modò minis adverſantis populi terreri, ſæpe donis promiſſíſque Legatorum flectebatur. Atque interim triennio exacto, Ptolemæus non ſtudium, non preces, omittere. Dignitatem Legatorum, numerum navium, auri pondus augebat. Tum minax

" ſacies Scydrothemidi offertur, nè deſtinata Deo ultrà moraretur. Cunctantem varia pernicies, morbique, & manifeſta cœleſtium ira, graviórque indies, fatigabat. " Advocatâ concione, juſſa numinis, ſuos Ptolemæique viſus, ingruentia mala " exponit. Vulgus adverſari Regem, invidere Ægypto, ſibi metuere, Templúmque " circumſidere. Major hinc fama tradidit " Deum ipſum appulſas litori navis ſponte " conſcendiſſe: mirum indè dictu, tertio " die, tantum maris emenſi, Alexandriam appelluntur. Templum pro magnitudine urbis extructum: loco, cui nomen Rhacotis: fuerat illic ſacellum Sarapidi atque " Iſidi antiquitùs ſacratum. Hæc de origine " & advectu Dei celeberrima. Nec ſum " ignarus eſſe quoſdam, qui Seleuciâ, urbe Syriæ, accitum regnante Ptolemæo, quem " tertia ætas tulit: alii autorem eundem Ptolemæum: ſedem, ex qua tranſierit, Memphim perhibent, inclytam olim, & veteris " Ægypti columen. Deum ipſum multi Æſculapium, quòd medeatur ægris corporibus: quidam Oſirim, antiquiſſimum illis " gentibus numen: plerique Jovem; ut rerum omnium potentem: plurimi Ditem " patrem, inſignibus, quæ in ipſo manifeſta, " aut per ambages conjectant. *Clem.* in *Protrept.* Καὶ τί περὶ ταῦτα διατρίβω, ἐξὸν αὐτὸν τὸν μεγαλοδαίμονα ὑμῖν ἐπιδεῖξαι, ὅστις ἦν· ὃν δὴ κατ' ἐξοχὴν πρὸς πάντων σεβασμοῦ κατηξιωμένον ἀκούομεν. τοῦτον ἀχειροποίητον εἰπεῖν τετολμήκασι, τὸν Αἰγύπτιον Σάραπιν· οἱ μὲν γὰρ αὐτὸν ἱστοροῦσι χαριστήριον ὑπὸ Σινωπέων Πτολεμαίῳ τῷ Φιλαδέλφῳ τῷ Αἰγυπτίων πεμφθῆναι βασιλεῖ· ὃς λιμῷ τρυχομένους αὐτοὺς, ἀπ' Αἰγύπτου μεταπεμψάμενος σῖτον ὁ Πτολεμαῖος, ἀνεκτήσατο· εἶναι δὲ τὸ ξόανον τοῦτο ἄγαλμα Πλούτωνος· ὃς, δεξάμενος τὸν ἀνδριάντα, καθίδρυσεν ἐπὶ τῆς ἄκρας, ἣν νῦν Ῥακῶτιν καλοῦσιν· ἔνθα καὶ τὸ ἱερὸν τετίμηται τοῦ Σαράπιδος. Et paulò póſt. Ἄλλοι δέ φασι Ποντικὸν εἶναι βρέτας τὸν Σάραπιν, μετῆχθαι δὲ εἰς Ἀλεξάνδρειαν, μετὰ τιμῆς πανηγυρικῆς. Ἰσίδωρος μόνος, παρὰ Σελευκέων τῶν πρὸς Ἀντιόχειαν, τὸ ἄγαλμα μεταχθῆναι λέγει ἐν σιτοδείᾳ καὶ αὐτῶν γενομένων, καὶ ὑπὸ Πτολεμαίου διατραφέντων. *Plutarch.* libro *de Iſide & Oſiride.* Πτολεμαῖος δὲ ὁ Σωτὴρ ὄναρ εἶδε τὸν ἐν Σινώπῃ τοῦ Πλούτωνος κολοσσὸν, οὐκ ἐπιστάμενος, οὐδ' ἑωρακὼς πρότερον οἷος ἦν τὴν μορφὴν, κελεύοντα κομίσαι τὴν ταχίστην αὐτὸν εἰς Ἀλεξάνδρειαν· ἀγνοοῦντι δ' αὐτῷ καὶ ἀποροῦντι ποῦ καθίδρυται, καὶ διηγουμένῳ τοῖς φίλοις τὴν ὄψιν, εὑρέθη πολυπλάνης ἄνθρωπος, ὄνομα Σωσίβιος, ἐν Σινώπῃ φάμενος ἑωρακέναι τοιοῦτον κολοσσὸν, οἷον ὁ βασιλεὺς ἰδεῖν ἔδοξεν. ἔπεμψεν οὖν Σωτέλη καὶ Διονύσιον, οἳ χρόνῳ πολλῷ καὶ μόλις, οὐκ ἄνευ μέντοι θείας προνοίας, ἤγαγον ἐκκλέψαντες. ἐπεὶ δὲ κομισθεὶς ὤφθη, συμβαλόντες οἱ περὶ Τιμόθεον τὸν ἐξηγητὴν καὶ Μανέθωνα τὸν Σεβεννύτην, Πλούτωνος ὂν ἄγαλμα τῷ Κερβέρῳ τεκμαιρόμενοι καὶ τῷ δράκοντι, πείθουσι τὸν Πτολεμαῖον, ὡς ἑτέρου θεῶν οὐδενὸς, ἀλλὰ Σαράπιδός ἐστιν. οὐ γὰρ ἐκεῖθεν οὕτως ὀνομαζόμενος ἧκεν, ἀλλ' εἰς Ἀλεξάνδρειαν κομισθεὶς τὸ παρ' Αἰγυπτίοις ὄνομα τοῦ Πλούτωνος ἐκτήσατο τὸν Σάραπιν. Eundem vide in fine libri *De ſolertia animalium*, *Pauſaniam* in *Atticis*, pag. 31. *Euſebium*, *Chron.* MDCCXXX. *Euſtathium*, in *Dionyſii* περιήγησιν, pag. 37. Nonne πολλὰ καὶ διάφορα ἱστορεῖ?

Pag. 259. lin. 16. Ἡρόδοτος] *Herodot.* lib. 1. pag. 62.

Pag. 259. lin. 21. Ἀμμοῦν] *Herodot.* lib. 2. pag. 119. Ἀμμοῦν γὰρ Αἰγύπτιοι καλέουσι τὸν Δία.

Pag. 259. lin. 22. Παπαῖον] *Herodot.* lib. 4. pag. 275.

Pag. 259. lin. 24. Αἰγύπτιοι] Vide Annotationes ad paginam 17.

Pag. 260. lin. 48. Πλάτων] *Plutarch.* Orat. 1. *De fort. Alex.* Πλάτων μὲν γὰρ μίαν γράψας πολιτείαν οὐδένα πέπεικεν αὐτῇ χρῆσθαι διὰ τὸ αὐστηρόν. *Theodoret.* Serm. 5. *De Natura hominis*: Τίνες κατὰ τοὺς Πλάτωνος πολιτεύονται νόμους; τίνες τὴν ὑπ' ἐκείνου ξυγγραφεῖσαν πολιτείαν ἠσπάσαντο; *Laert.* in *Plat.* Δεύτερον πρὸς νεώτερον ἧκε Διονύσιον, αἰτῶν γῆν καὶ ἀνθρώπους τοὺς κατὰ τὴν πολιτείαν αὐτοῦ ζησομένους· ὁ δὲ καίπερ ὑποσχόμενος οὐκ ἐποίησε. *Lactant.* lib. 3. cap. 21, 22. Cùm vacat, lege *Athenæum*, *Platoni* infenſiſſimum, lib. 11. cap. 15. Rectiùs *Clemens*, *Strom.* 4. Ἴσμεν δὲ καὶ τὴν Πλάτωνος πόλιν παράδειγμα ἐν οὐρανῷ κειμένην.

Pag. 261. lin 34. Ἀριστοτέλης] Vide Annotationes ad paginam 18.

Pag. 262. lin. 3. Ἰακώβ] Vide Annotationes ad paginam 17.

Pag. 262. lin. 8. Ἐὰν δὲ λέγῃ] *Iambl.* libro *De Myſteriis*, cap. *De Nominibus divinis*. *Neque enim prorſus eandem mentem ſervant nomina in aliam linguam interpretata; ſed ſunt gentibus ſingulis propria quædam, quæ gentibus aliis per vocem ſignificare non poſſint. Accedit ad hæc, quòd ſi ſignificationum proprietates per aliam linguam interpretari poſſimus, non tamen eandem conſervant permutata potentiam.* *Niceph. Greg.* in *Schol.* ad *Syneſii* librum *de Inſomniis*. Περὶ δὲ τῶν ὀνομάτων, ἅ φασιν (*Chaldæos* intelligite: quorum ſcriptis hæc ſe collegiſſe dicit)

παρ-

παραγγέλλουσι λέγοντες, ὀνόματα βάρβαρα μήποτ' ἀλλάξῃς· εἰσὶ γὰρ ὀνόματα παρ' ἑκάστοις θεόσδοτα, δύναμιν ἐν τελεταῖς ἄῤῥητον ἔχοντα, ὥσπερ τὸ Σαβαὼθ, τὸ Ἀδωναὶ, τὸ Χερουβὶμ, καὶ τὸ Σεραφὶμ, τὸ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ ὅσα τοιαῦτα· ἅ φησιν, ἐὰν εἰς τὴν Ἑλληνικὴν μεταβῇς διάλεκτον, ἀφανίζεις τὴν αὐτῶν δύναμιν, καὶ ἐνέργειαν, ὡς καὶ Ὠριγένει δοκεῖ τῷ σοφῷ. φησὶ δὲ Ἀσκληπιὸς, ὁ τοῦ Τρισμεγίστου Ἑρμοῦ μαθητὴς, ἐν τῷ πρὸς τὸν Αἰγύπτιον βασιλέα λόγῳ, ὅτι ὅσον δυνατόν ἐστι σοι, βασιλεῦ, τὸν ὑφ' ἡμῶν παραδεδομένον σοι λόγον διατήρησον, ἵνα μήτε εἰς Ἕλληνας ἔλθῃ τοιαῦτα μυστήρια, μήτε ἡ τῶν Ἑλλήνων ὑπερήφανος φράσις καὶ καλλωπισμένη ἐξίτηλον ποιήσῃ τὸ σεμνὸν, καὶ στιβαρὸν, καὶ τὴν ἐνεργητικὴν τῶν ὀνομάτων φράσιν· οἱ γὰρ τοιοῦτοι λόγοι τῇ πατρῴᾳ διαλέκτῳ ἑρμηνευόμενοι ἔχουσι σαφῆ τὸν τῶν λόγων νοῦν. καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ τῆς φωνῆς ποιὸν, καὶ ἡ τῶν Αἰγυπτίων ὀνομάτων δύναμις, ἐν αὑτῷ τὴν τῶν λεγομένων ἐνέργειαν ἔχουσι· διαφερόμενοι δὲ ἀσαφεῖς τε γίνονται καὶ ἀνενέργητοι.

Pag. 262. lin. 40. Πᾶσαν] *Jo. Selden.* Syntagm. 2. *De Diis Syris. Piè fateor Origenes, qui non vult Deum verum Jovem vocari, id eſt,* Ζῆνα, *ob fabularum de eo ſpurcitiem. Videas ejus librum quintum adverſus Celſum.*

Pag. 263. lin. 15. Ἐπίκουρος] *Plutarch.* lib. 4. cap. 4. *De Placitis Philoſoph.* Ἐπίκουρος διμερῆ τὴν ψυχὴν, τὸ μὲν λογικὸν ἔχουσαν ἐν τῷ θώρακι καθιδρυμένον· τὸ δὲ ἄλογον καθ' ὅλην τὴν σύγκρισιν τοῦ σώματος διεσπαρμένον.

Pag. 263. lin. 16. Ἀπὸ τῆς Στοᾶς] *Tertull.* cap. 14. *De Anima. Dividitur autem in partes nunc in duas à Platone; nunc in tres à Zenone; nunc in quinque, & in ſex, à Panætio; in ſeptem à Sorano; etiam in octo penès Chryſippum; etiam in novem penès Apollophanem; ſed & in decem apud quoſdam Stoicorum; & in duas ampliùs apud Poſſidonium, qui à duobus exorſus titulis, principali, quod aiunt* ἡγεμονικὸν, *& à rationali, quod aiunt* λογικὸν, *in duodecim exinde proſecuit.* Plutarch. lib. 4. cap. 4. *De Placitis Philoſ.*

Pag. 263. lin. 16. Τειμερές] *Plato,* lib. 4. *De Repub.* pag. 436. pag. 439. lib. 9. *De Repub.* pag. 580, 581. in *Phædro,* pag. 246. *Plutarch.* in *quæſt. Plat. Clem. Strom.* 5. pag. 572. *Theodoret.* Serm. 5. *De natura hominis. Philo,* libro *De Agricultura. Tertull.* cap. 16. *De Anima.*

Pag. 263. lin. 17. Ἀπὸ Πλάτωνος] Vide *Plat.* lib. 4. *De Repub.* pag. 440, 441, 442, 443.

[Pag. 263. lin. 10. Ἐπικούρου] *Tull. Tuſculan. Quæſt.* lib. 5. *Totúmque hoc de voluptate ſic ille* (id eſt *Epicurus*) *præcepit; ut voluptatem ipſam per ſe, quia voluptas ſit, ſemper optandam expetendámque putet: eádémque ratione dolorem ob id ipſum, quia dolor ſit, ſemper eſſe fugiendum. Itaque hâc uſurum compenſatione ſapientem; ut voluptatem fugiat, ſi ea majorem dolorem effectura ſit; & dolorem ſuſcipiat majorem efficientem voluptatem.*

Pag. 263. lin. 22. Ἀπὸ τῆς Στοᾶς] *Seneca,* libro *De Vita beata,* cap. 9. *Itaque erras, cùm interrogas, Quid ſit illud, propter quod virtutem petam? Quæris enim aliquid ſupra ſummum. Interrogas, Quid petam extra virtutem? ipſam: nihil enim habet melius; ipſa pretium ſui eſt. Tull.* lib. 5. *De finibus. Quia cùm à Zenone, inquam, hoc magnificè tanquam ex Oraculo editur, " Virtus ad beatè vivendum ſeipsâ " contenta eſt.*

Pag. 263. lin. 23. Ἀπὸ Πλάτωνος] Vide *Platonem* in *Timæo,* pag. 69, 70. *Tull. Tuſculan. Quæſt.* lib. 1. *Ejus doctor Plato triplicem finxit animam; cujus principatum, id eſt rationem, in capite, ſicut in arce, poſuit; & duas partes ſeparare voluit, iram, & cupiditatem; quas locis diſcluſit: iram in pectore, cupiditatem ſubter præcordia locavit.*

Pag. 264. lin. 40. Καί τις φίλον] Verſus *Empedoclis* apud *Plutarchum* in libro *De Superſtitione.* Τί δὲ Καρχηδονίοις οὐκ ἐλυσιτέλει Κριτίαν λαβοῦσιν ἢ Διαγόραν νομοθέτην ἀπ' ἀρχῆς, μήτε τινὰ Θεῶν, μήτε δαιμόνων νομίζειν; ἢ τοιαῦτα θύειν, οἷα τῷ Κρόνῳ ἔθυον· οὐχ ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς φησι, τῶν τὰ ζῶα θυόντων καθαπτόμενος,

Μορφὴν δ' ἀλλάξαντα πατὴρ φίλον υἱὸν ἀείρας
Σφάζει ἐπευχόμενος μέγα νήπιος.

Ἀλλ' εἰδότες, καὶ γινώσκοντες, αὐτοὶ τὰ αὐτῶν τέκνα καθιέρευον. Omiſsâ itaque interrogatione lege;

-- Atque aliquis ſua pignora chara
Mactabit demens ſacris operatus ad Aras.

Sextus Empiricus, lib. 8. *adverſus Mathematicos.* Ἔνθεν καὶ παρῄνουν οὗτοι οἱ φιλόσοφοι, (viz. *Pythagoræi*) ἀπέχεσθαι τῶν ἐμψύχων, καὶ ἀσεβεῖν ἔφασκον τοὺς ἀνθρώπους,

Βωμὸν ἐρεύθοντας μακάρων θερμοῖσι φόνοισι.

Καὶ Ἐμπεδοκλῆς πού φησιν,

Οὐ παύσεσθε φόνοιο δυσηχέος; οὐκ ἐσορᾶτε
Ἀλλήλους δάπτοντες ἀκηδείῃσι νόοιο;

Καὶ

Μορφὴν δ' ἀλλάξαντα πατὴρ φίλον υἱὸν ἀείρας
Σφάζει ἐπευχόμενος μέγα νήπιος· οἱ δὲ πορεῦνται

Λισσόμενοι

Λισσόμενοι θύοντες, ὁ δ' ἀνήκουστος ὁμοκλέων,
Σφάξας, ἐν μεγάροισι κακὴν ἀλεγύνατο
δαῖτα.
Ὡς δ' αὔτως πατέρ' υἱὸς ἑλὼν, καὶ μητέρα
παῖδες
Θυμὸν ἀπορραίσαντε φίλας κατὰ σάρκας ἔδουσι.

Pag. 265. lin. 6. Παδεῖν] *Fl. Joſeph.* lib. 11. cap. 8. *Antiquit. Judaic.*

Pag. 265. lin. 9. Δαρεῖν] *Fl. Joſeph.* lib. 11. cap. 8. *Antiquit. Judaic.*

Pag. 265. lin. 9. Ἀρχαιρέσια] *Fl. Joſeph.* lib. 11. cap. 8. *Antiquit. Judaic.*

Pag. 267. lin. 19. Κρείττονι] Dogma *Marcioniſtarum. Iren.* lib. 1. cap. 29. *De Marcione. Jeſum autem, qui eſt à Deo Patre, ſuper mundi fabricatorem Deum, venientem in Judæam, temporibus* **Pontii** *Pilati præſidis, qui fuit procurator Tiberii Cæſaris, in hominis forma manifeſtatur his, qui in Judæa erant, diſſolventem Prophetas, & legem, & omnia opera ejus Dei, qui mundum fecit, quem & Coſmo-cratorem dicit.* *Tertull.* lib. 1. *Adversùs Marcionem*, cap. 14. *At cùm & animalia irrides minutiora, quæ maximus artifex de induſtria ingenii aut viribus ampliavit, ſic magnitudinem in mediocritate probari docens; quemadmodum virtutem in infirmitate ſecundùm Apoſtolum: imitare, ſi potes, apis ædificia, formicæ ſtabula, araneæ retia, Bombycis ſtamina; ſuſtine, ſi potes, illas ipſas lectuli & tegetis tuæ beſtias, cantharidis venena, muſcæ ſpicula, culicis & tubam & lanceam. Qualia erunt majora; cùm tam modicis aut juvaris, aut læderis: ut nec in modicis deſpicias creatorem? Poſtremò te tibi circumfer: intùs ac foris conſidera hominem. Placebit tibi vel hoc opus Dei noſtri, quos tuus Dominus ille Deus melior adamavit; propter quem in hæc paupertina elementa de tertio cœlo deſcendere laboravit; cujus causâ in hac cellula Creatoris etiam crucifixus eſt. Sed ille quidem uſque nunc nec aquam reprobavit Creatoris, quâ ſuos abluit; nec oleum, quo ſuos ungit; nec mellis & lactis ſocietatem, quâ ſuos infantat; nec panem, quo ipſum corpus ſuum repræſentat: etiam in Sacramentis propriis egens mendicitatibus creatis. At tu, ſuper Magiſtrum diſcipulus, & ſervus ſuper Dominum, ſublimiùs illo ſapis, deſtruens quæ ille deſiderat. Juſtin. Apolog.* 2. pag. 70. Μαρκίωνα δέ τινα Ποντικὸν, ὃς καὶ νῦν ἔτι ἐστὶ διδάσκων τοὺς πειθομένους, ἄλλον τινὰ νομίζειν μείζονα τοῦ δημιουργοῦ Θεὸν, ὃς κατὰ πᾶν γένος ἀνθρώπων, διὰ τῆς τῶν δαιμόνων συλλήψεως πολλοὺς πεποίηκε βλασφημίας λέγειν, καὶ ἀρνεῖσθαι τὸν ποιητὴν τοῦδε τοῦ παντὸς Θεόν· ἄλλον δέ τινα, ὡς ὄντα μείζονα, τὰ μείζονα παρὰ τοῦτον ὁμολογεῖν πεποιηκέναι. Theodoret. lib. 1. *De Hær. fab.* in *Marcione. Hæc Marcion adversùs Creatorem furioſè debacchatus eſt, atque adeò his etiam multò graviora: majores enim blaſphemias ſilentio præterii. Novi autem quendam eorum ſenem nonagenarium, qui manè ſurgens ſputi ſui excremento faciem ſuam lavabat, & cauſam rogatus dixit, Se nolle opus habere Creatore, nec aquam, quæ eſt ex illius operibus, accipere. Cùm autem præſentes dixiſſent, Quomodo ergò comedis? quomodo bibis? & veſtiris, & dormis, & quæ conſtituta ſunt myſteria peragis? dixit ſe neceſſitate adductum hoc facere.* Vide *Tertulliani* quinque libros *contra Marcionem*: & *Epiphanium*, in *Hær.* 42. quæ eſt *Marcioniſtarum.*

Pag. 267. lin. 24. Ἀπέλλης] In quibuſdam à *Marcione* diſſentit, teſte *Epiphanio, Hæreſ.* 44. in hoc verò dogmate forſan conveniunt. Idem, *Hæreſ.* 42. quæ eſt *Marcioniſtarum.* Οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ τὸν Νόμον ἀποβάλλει, καὶ πάντας Προφήτας λέγων ἐκ τοῦ Ἄρχοντος, τοῦ τὸν κόσμον πεποιηκότος, τοὺς πάντας πεπροφητευκέναι. Χριστὸν δὲ λέγει ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ ἀοράτου καὶ ἀκατονομάστου πατρὸς καταβεβηκέναι ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ψυχῶν, καὶ ἐπὶ ἐλέγχῳ τοῦ Θεοῦ τῶν Ἰουδαίων, καὶ Νόμου, καὶ Προφητῶν.

Pag. 267. lin. 45. Ἐνὼχ βιβλία] At iſtius libri autoritatem *Tertullianus* acriter defendit, in libro *De habitu muliebri*, cap. 3. *Scio Scripturam Enoch, quæ hunc ordinem Angelis dedit, non recipi à quibuſdam; quia nec in Armarium Judaicum admittitur. Opinor, non putaverunt illam ante cataclyſmum editam, poſt eum caſum orbis, omnium rerum abolitorem, ſalvam eſſe potuiſſe. Si iſta ratio eſt, recordentur pronepotem ipſius* **Enoch** *fuiſſe ſuperſtitem cataclyſmi, Noe, qui utique domeſtico nomine & hereditariâ traditione audierat, & meminerat de proavi ſui penès Deum gratia, & de omnibus prædicatis ejus: cùm Enoch filio ſuo Matuſalæ nihil aliud mandaverit, quàm ut notitiam eorum poſteris ſuis traderet. Igitur ſine dubio potuit Noe in prædicationis delegatione ſucceſſiſſe: vel quia & alias non tacuiſſet, tam de Dei conſervatoris ſui diſpoſitione, quàm de ipſa domùs ſuæ gloria. Hoc ſi non tam expedita haberet, illud quoque aſſertionem Scripturæ illius tueretur: proinde potuit aboleſactam eam violentiâ cataclyſmi in Spiritu rurſus reformare: quemadmodum & Hieroſolymis Babyloniâ expugnatione deletis, omne inſtrumentum Judaicæ literaturæ per Eſdram conſtat reſtauratam. Sed cùm Enoch eâdem Scripturâ etiam de Domino prædicârit, à nobis quidem nihil omnino rejiciendum eſt, quod pertinet ad nos. Et legimus omnem Scripturam ædificati-*

oni

oni habilem divinitùs inſpirari: à Judæis poſtea jam videri propterea rejectam, ſicut & cetera ferè, quæ Chriſtum ſonant. Nec utique mirum hoc, ſi Scripturas aliquas non receperunt, de eo locutas, quem & ipſum coràm loquentem non erant recepturi. Eò accedit, quòd Enoch apud Judam Apoſtolum teſtimonium poſſidet. Vide eundem *Tertullianum*, in libro *De cultu fœminarum*, cap. 10. & in libro *De Idololatria*, cap. 4. & 15. & *Apologet.* cap. 22. E quanti hunc librum antiquiſſimi *Patres* æſtimârunt, exinde conjicias, quòd *Juſtinus*, *Athenagoras*, *Irenæus*, *Lactantius*, *Clem. Alexandrinus*, *Cyprianus*, *Tertullianus*, atque alii tum *Philoſophi*, tum *Theologi Chriſtiani*, ex ejus lectione dogma de Angelis, qui corporibus aſſumptis cum filiabus hominum coïere, didicerunt. *Apud literas ſanctas ordine cognoſcitur*; inquit *Tertullianus*, *Apolog.* cap. 22. id eſt, per Prophetiam *Enoch*. Contradicunt *Auguſtinus* & *Hieronymus*: ille in libro 15. cap. 23. & lib. 18. cap. 38. *De Civitate Dei*; hic in *Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum*, in *Juda*, Ἰούδας ἀδελφὸς Ἰακώβου ἐλαχίστην, ἥ τις ἐκ τῶν ἑπτὰ καθολικῶν ἐστιν, ἐπιστολὴν καταλέλοιπεν. καὶ ἐπειδὴ ἀπὸ τῆς βίβλου Ἐνώχ, τοῦ ἀποκρύφου τυγχανούσης, παραλαμβάνεται ἐν αὐτῇ μαρτυρίας, παρὰ πολλῶν ἐκβάλλεται· ἀλλ' ὅμως τῇ ἀρχαιότητι, καὶ τῇ τῆς χρήσεως αὐθεντίᾳ, ἠξιώθη ταῖς θείαις γραφαῖς συγκαταριθμεῖσθαι. At *Origenes* non penitus rejecit; ut conſtat ex hoc loco, & *Tomo* 8. in *Joan.* & lib. 4. *De Principiis*, & *Homil.* 28. in *Num.* nec *Theodotus*, *Epitom.* ἐκ τῶν προφ.

Pag. 267. lin. 55. Περὶ ψυχῶν] *Philo* in libro *De Gigantibus* prædictum verſiculum ſic exponit. Οὓς ἄλλοι φιλόσοφοι δαίμονας, ἀγγέλους Μωσῆς εἴωθεν ὀνομάζειν· ψυχαὶ δ' εἰσὶ κατὰ τὸν ἀέρα πετόμεναι. καὶ μηδεὶς ὑπολάβῃ μῦθον εἶναι τὸ εἰρημένον· ἀνάγκη γὰρ ὅλον δι' ὅλων τὸν κόσμον ἐψυχῶσθαι. *Fl. Joſeph.* lib. 1. cap. 4. *Antiqu. Judaic.* Πολλοὶ γὰρ ἄγγελοι Θεοῦ γυναιξὶ συμμιγέντες ὑβριστὰς ἐγέννησαν παῖδας, καὶ παντὸς ὑπερόπτας καλοῦ, διὰ τὴν ἐπὶ τῇ δυνάμει πεποίθησιν· ὅμοια τοῖς ὑπὸ γιγάντων τετολμῆσθαι λεγομένοις ὑφ' Ἑλλήνων καὶ οὗτοι δρᾶσαι παραδίδονται. Idem ſentiunt *Juſtinus*, *Apolog.* 2. pag. 44. *Athenagoras*, *Legat. pro Chriſtianis*, pag. 27. *Lactantius*, lib. 2. cap. 15. *Clemens Alexandrinus*, *Pædagog.* lib. 3. in fine capitis ſecundi, & *Strom.* 5. pag. 550. & *Strom.* 3. pag. 450. *Tertullianus*, *Apolog.* cap. 22. & *De Idololatria*, cap. 9. item *De cultu fœminarum*, cap. 10. *De habitu muliebri*, cap. 2. & *De velandis virginibus*, cap. 7. in libro etiam 5. cap. 18. *contra Marcionem*. *Irenæus*, lib. 4. cap. 70. Autor libri *De ſingularitate Clericorum*, quem nonnulli *Origeni* adſcribunt. *Cyprianus*, *De diſciplina & habitu virginum*.

Pag. 268. lin. 14. Θερμὰς πηγὰς] *Iren.* lib. 1. cap. 1. "Quis enim non eroget omnia, quæ "ſunt ejus, ut diſcat, quoniam à lacrymis "Enthymeſeos, quæ ex paſſione Æonis, maria, & fontes, & flumina, & univerſa humida materia generationem acceperunt? "De riſu autem ejus lumen, de pavore autem "& inconſtabilitate corporalia mundi elementa. Volo autem aliquid & ego conferre fructificationi eorum. Quoniam enim "video dulces quidem quaſdam aquas, & fontes, & flumina, & imbres, & alia; quæ autem ſunt in mari, ſalſas, adinvenio non omnia à lacrymis ejus emiſſa, quoniam lacrymæ ſalſæ ſunt qualitate. Manifeſtum eſt "igitur, quoniam ſalſæ aquæ hæ ſunt à lacrymis. Opinor autem eam in agonia, & in "inſtantia grandi conſtitutam & ſudâſſe. "Unde etiam ſecundùm argumentationem "ipſorum ſuſpicari oportet, fontes, & flumina, & ſi quæ ſunt aliæ aquæ dulces generationem habuiſſe à ſudoribus ejus. Non eſt "enim ſuadibile, cùm ſint unius qualitatis "lacrymæ, alteras quidem ſalſas, alteras dulces aquas ex eis exiſſe. Hoc autem magis "ſuadibile, alteras quidem eſſe à lacrymis, "alteras verò à ſudoribus. Quoniam autem "& calidæ, & auſteræ quædam ſunt aquæ in "mundo; intelligere debemus quid faciens, "& ex quo membro emiſit has. Apti ſunt enim "hujuſmodi fructus argumento ipſorum. *Tertull. adverſus Valentinianos*, cap. 15. *Audiſti mœrorem & timorem. Ex his initiata ſunt cetera. Nam ex lacrymis ejus univerſa aquarum natura manavit. Hic æſtimandum, quem exitum duxerit, quantis lacrymarum generibus inundaret. Habuit & ſalſas, habuit & amaras, & dulces, & frigidas guttas, & bituminoſas, & ferruginantes, & ſulphurantes, utique & venenatas; ut & Nonacris indè ſudaverit, quæ Alexandrum occidit, et Lynceſtarum indè defluxerit, quæ ebrios efficit, et Salmacis indè ſe ſolverit, quæ maſculos molles facit. Cœleſtes imbres pipiavit Achamoth: et nos in ciſternis etiam alienos luctus et lacrymas ſervare curamus.*

Pag. 268. lin. 55. Περὶ ψυχῆς] *Plutarchi* liber *De anima* periit, iſtius verò fragmenta exſtant apud *Euſebium*, lib. 11. cap. 36. *Evang. Præp.* Vide *A. Gell.* lib. 1. cap. 3. lib. 15 cap. 10.

Pag. 269. lin. 1. Νουμηνίῳ] *Euſebius*, in libro 14. *Evang. Præp.* multa allegat ex pri-

mo Numenii libro, Περὶ τῆς τῶν Ἀκαδημαϊκῶν πρὸς Πλάτωνα διαστάσεως, cap. 4. ibid. Nonnulla ex libro Περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀποῤῥήτων, lib. 13. cap. 5. quædam etiam ex libris Περὶ τἀγαθοῦ. Vide Annotationes ad paginam 13. Neſcio tamen, an ulli autores iſtorum librorum, quos *De animæ immortalitate* ſcripſit, meminerunt.

Pag. 269. lin. 30. Ἀγγέλων] Vide Annotationes ad paginam 233.

Pag. 271. lin. 40. Ἰατρικὴν] Vide Annot. ad pag. 118.

Pag. 271. lin. 41. Τὸν αὐτὸν] Vide Annot. ad pag. 267.

Pag. 271. lin. 50. Τρίτον γένος] Vide *Epiphanium, Hæreſ.* 31. num. 7. pag. 172. & num. 20. pag. 188. *Tertull. Adverſùs Valentinianos*, cap. 29. & *Irenæum*, lib. 1. cap. 1.

Pag. 271. lin. 57. Γνωστικοὶ] Vide *Epiphanium, Hæreſ.* 26. & *Irenæum*, lib. 1. cap. 34. *Clem. Alexandrinus* in eorum mores & inſolentiam paſſim invehitur. *Aug. De Hær. Gnoſtici propter excellentiam ſcientiæ ſic ſe appellatos eſſe, vel appellari debuiſſe, gloriantur, cùm ſint ſuperioribus omnibus vaniores, atque turpiores.*

Pag. 272. lin. 10. Διττοὶ] *Grotius* in *Annot.* ad *Matth. Et Origenes, cùm duplices facit Ebionæos, in diſputatione contra Celſum*, Ἤτοι ἐκ παρθένου, &c. *Ebionæorum nomine laxiùs abutens ſub priore illa nota Nazaræos, ut credibile eſt, deſcribat. Voſſius* in *Diſſertat. De Genere Jeſu Chriſti*, cap. 2. Vide Annotationes ad paginam 56. & paginam 274.

Pag. 272. lin. 15. Σιβυλλιστὰς] *Uſi ſunt crebrò Sancti Patres, ad convincendos errores Gentilium, Sibyllarum oraculis. Quamobrem Gentiles ipſi, ut autor eſt Origenes, Chriſtianos Sibylliſtas nominabant. Baron.* in *Apparat.* ad *Annal.* num. 19. Eſt autor quidem, at non adeò luculentus. Iſtam verò interpretationem confirmare poſſumus ex *Juſtini Apologia* ſecunda, pag. 82. Κατ' ἐνέργειαν δὲ τῶν φαύλων δαιμόνων, θάνατος ὡρίσθη κατὰ τῶν τὰς Ὑστάσπου ἢ Σιβύλλης, ἢ τῶν προφητῶν βίβλους ἀναγινωσκόντων, ὅπως διὰ τοῦ φόβου ἀποστρέψωσιν ἐντυγχάνοντας τοὺς ἀνθρώπους τῶν καλῶν γνῶσιν λαβεῖν, αὐτοῖς δὲ δουλεύοντας κατέχωσιν· ὅπερ εἰς τέλος οὐκ ἴσχυσαν πρᾶξαι. ἀφόβως μὲν γὰρ οὐ μόνον ἐντυγχάνομεν αὐταῖς, ἀλλὰ καὶ ὑμῖν, ὡς ὁρᾶτε, εἰς ἐπίσκεψιν φέρομεν, ἐπιστάμενοι πᾶσιν εὐάρεστα φανήσεσθαι· κἂν ὀλίγους δὲ πείσωμεν, τὰ μέγιστα κερδήσαντες ἐσόμεθα. Ex hoc loco intelligas, quanti Patres *Sibyllinos* libros æſtimabant; qui, ſprètis Imperatorum legibus, quæ legenti pœnam capitalem intentârunt, ἀφόβως, ut ait *Juſtinus*, coram ſuis & *Gentilibus* recitârunt. Eundem audi in fine *Parænesis Ad Græcos*, pag. 36. Πλὴν ἀλλ' ἐπειδήπερ, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, οὐκ ἐν ποιητικοῖς μέτροις τὰ τῆς ἀληθοῦς θεοσεβείας πράγματα, οὐδὲ ἐν τῇ παρ' ὑμῖν εὐδοκιμούσῃ παιδεύσει, ἀφέμενοι λοιπὸν τῆς τῶν μέτρων, καὶ λόγων, ἀκριβείας, τοῖς ὑπ' αὐτῆς εἰρημένοις ἀφιλονείκως προσέχοντες, γνῶτε πόσων ὑμῖν ἀγαθῶν αἰτία ἔσται τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἄφιξιν σαφῶς καὶ φανερῶς προαγορεύουσα. Audi etiam, quæ *Clemens Alexandrinus* ex *Pauli* concionibus *Ad populum* habitis profert, *Strom.* 6. pag. 636. ut rectè conjicere videtur Illuſtriſs. *Cardinalis*, "*Quarum nonnulla verba in audientium aures ſic eſſe illapſa putandum eſt, ut nunquam ea deleret oblivio*; Ἐπεὶ δὴ, καθάπερ Ἰουδαίους σώζεσθαι ἐβούλετο ὁ Θεὸς, τοὺς προφήτας διδοὺς, οὕτως καὶ Ἑλλήνων τοὺς δοκιμωτάτους, οἰκείους αὐτῶν τῇ διαλέκτῳ προφήτας ἀναστήσας, ὡς οἷοί τε ἦσαν δέχεσθαι τὴν παρὰ Θεοῦ εὐεργεσίαν, τῶν χυδαίων ἀνθρώπων διέκρινεν· δηλώσει πρὸς τῷ Πέτρου κηρύγματι ὁ Ἀπόστολος λέγων Παῦλος· Λάβετε καὶ τὰς Ἑλληνικὰς βίβλους· ἐπίγνωτε Σίβυλλαν, ὡς δηλοῖ ἕνα Θεὸν καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι· καὶ τὸν Ὑστάσπην λαβόντες, ἀνάγνωτε· καὶ εὑρήσετε πολλῷ τηλαυγέστερον καὶ σαφέστερον γεγραμμένον τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ καθὼς παρατάξουσι τῷ Χριστῷ πολλοὶ βασιλεῖς, μισοῦντες αὐτὸν, καὶ τοὺς φοροῦντας τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ τοὺς πιστοὺς αὐτοῦ, καὶ τὴν ὑπομονὴν, καὶ τὴν παρουσίαν αὐτοῦ. Vide *Juſtinum* in *Parænesi*, pag. 16, 17. 34, 35. & in *Apolog.* 2. pag. 66. *Theophilum*, ad *Autolycum*, lib. 2. pag. 112, 113, 114. *Clementem Alexandrinum, Strom.* 1. 5, & alibi; *Lactantium*, apud quem *Sibyllarum* carmina totam penè faciunt paginam. Si vacat, lege Illuſtriſs. *Baronium* in *Apparatu* ad *Annal.* num. 20. *Caſaubonum, Exercit.* 11. ad *Apparatum*; *Salmaſium*, in *Notis* ad *Vopiſcum*: *Lanſſelium* in *Diſpunct. Calumniarum Caſauboni*, cap. 6. & ſtatim ſenties, quantum juvat altercari.

Pag. 272. lin. 21. Ἑλένην] *Irenæus*, lib. 1. cap. 10. legit *Selenen. Auguſt. De Hær. Clem.* lib. 2. *Recog. Sed hic non multò pòſt incidit in amorem mulieris illius, quam Selenen, id eſt Lunam, vocant.* Verùm *Juſtinus, Apolog.* 2. pag. 69. *Epiphanius, Hær.* 21. *Hieronymus*, in Epiſtola *Ad Cteſiphontem adverſus Pelagianos. Theodoretus*, lib. 1. *De Hær. fab.* in *Simone*; *Euſebius*, lib. 2. cap. 12, & 13. *Eccl. Hiſt.* & *Damaſcenus*, libro *De Hæreſibus*, *Helenam* retinuerunt: & rectiſſimè quidem, ut mihi videtur, cùm *Simon Magus* finxerat eam fuiſſe & *in illa Helena, propter quam*

Trojanum contractum eſt bellum. Iren. lib. 1. cap. 20. *O Helenam, inter Poetas & Hæreticos laborantem! tunc adulterio, nunc ſtupro infamem; niſi quòd de Troja glorioſiùs irruitur, quàm de lupanari: mille navibus de Troja, nec mille denariis forſitan de lupanari. Tertull.* libro *De anima*, cap. 34. *Nam & Simon Samarites in Actis Apoſtolorum redemtor Spiritûs Sancti, poſtea quàm damnatus ab ipſo cum pecunia ſua, interitum fruſtrà flevit, converſus ad veritatis expugnationem, quaſi pro ſolatio ultionis, fultus etiam artis ſuæ viribus, ad præſtigias virtutis alicujus Helenam quandam Tyriam, de loco libidinis publicè eâdem pecuniâ, redemit, dignam ſibi mercedem pro Spiritu ſancto: & ſe quidem fingit ſummum Patrem, illam verò injectionem ſuam primam, quâ injecerat Angelos & Archangelos condere: hujus eam propoſiti compotem exiliiſſe de Patre, & in inferiora deſultâſſe; atque illic, prævento Patris propoſito, Angelicas poteſtates genuiſſe, ignaras Patris artificis mundi hujus: ab his perinde animo retentam, nè digreſſa ea alterius genimina viderentur. Et ideirco omni contumeliæ addictam, ut nuſquam diſcedere depreciatam liberet, humanæ quoque formæ ſuccidiſſe, velut vinculis carnis coercendam, ità multis ævis per alios ac alios habitus fœmininos volutatam, etiam illam Helenam fuiſſe exitioſiſſimam Priamo, & Steſichori poſtea oculis, quem & excæcâſſet ob convitium carminis, dehinc reluminâſſet ob ſatisfactionem laudis. Proinde migrantem eam de corporibus in corpora, poſtremâ dedecoratione ſub titulo proſtitiſſe Helenam viliorem. Hanc igitur eſſe ovem perditam, ad quam deſcenderit Pater ſummus, Simon ſcilicet, & primùm recuperatâ eâ & revectâ neſcio humeris, an feminibus, exinde ad hominum reſpexerit ſalutem, quaſi per vindictam liberandorum ex illis Angelicis poteſtatibus, quibus fallendis & ipſe configuratus æquè hominibus & hominem ementitus, in Judæa quidem Filium, in Samaria verò Patrem geſſerit. Tertull.* ibid. *Auguſt. De Hæreſibus. Imaginéſque & ſuam & ejuſdem meretricis diſcipulis ſuis præbebat adorandas, quas & Romæ tanquam deorum ſimulachra autoritate publicâ conſtituerat.* Vide *Clementem Papam, Juſtinum, Irenæum, Euſebium, Epiphanium, & Theodoretum*, locis citatis.

Pag. 272. lin. 21. Ἕλενον] Credo hìc jocatum eſſe *Celſum*, quaſi *Helena*, quam *Simon Magus* circumduxit, & Vates antiquiſſimus *Helenus*, & nomine & arte conveniebant. *Arnob.* lib. 1. pag. 22. *Tull.* lib. 2. *De Nat. Deorum. Iſidor. Peluſ.* lib. 11. Epiſt. 228. *Pauſan.* in *Atticis*.

Pag. 272. lin. 25. Σίμωνα] Vide Annotationes ad paginam 44.

Pag. 272. lin. 37. Μαρκελλίνας] *Iren.* lib. 1. cap. 24. *De Carpocrate. Unde & Marcellina, quæ Romam ſub Aniceto venit, cùm eſſet hujus doctrinæ, multos exterminavit.* Vide *Epiphanium, Hær.* 27. quæ eſt *Carpocratianorum*, pag. 107. *Auguſtinum*, libro *De Hær.* & *Damaſcenum, De Hær.* Erant & alii ſic dicti à *Marcello Ancyrano, Celſo* ignoti, cùm ad *Epiphanii* tempora ipſum vixiſſe conſtat. *Epiphan. Hæreſ.* 72.

Pag. 272. lin. 37. Ἁρποκρατιανὰς] Quid, ſi legas Καρποκρατιανάς? quorum Hæreſi forſan locupletior muliercula, cui nomen *Salome*, (quo nihil uſitatius) ſe adjunxit. *Hieronym.* Epiſt. *Ad Cteſiphontem, adverſùs Pelagianos. Simon Magus Hæreſim condidit, Helenæ meretricis adjutus auxilio. Nicolaus Antiochenus, omnium immunditiarum repertor, choros duxit fœmineos. Marcion Romam præmiſit mulierem, quæ decipiendo ſibi animos præpararet. Apelles Philomenen ſuarum comitem habuit doctrinarum. Montanus, immundi ſpiritûs prædicator, multas Eccleſias per Priſcam & Maximillam, nobiles & opulentas fœminas, primùm auro corrupit, deinde Hæreſi polluit. Dimittam vetera, ad viciniora transſcendam. Arius, ut orbem deciperet, ſororem Principis antè decepit. Donatus per Africam, ut infelices quoſque fœtentibus pollueret aquis, Lucillæ opibus adjutus eſt. In Hiſpania Agape Elpidium, mulier virum, cæcum cæca duxit in foveam, ſucceſſorémque ſui Priſcillianum habuit, Zoroaſtris Magi ſtudioſiſſimum, & ex Mago Epiſcopum: cui juncta Galla, non gente, ſed nomine, Germanam huc illùcque currentem alterius & vicinæ Hæreſeos reliquit hæredem.* Si hæc conjectura tibi diſpliceat, ſcias velim, quòd in *Evangelio* ſecundùm *Ægyptios*, cujus meminit *Origenes, Homil.* 1. in *Luc.* & *Epiphanius, Hær.* 62. quæ eſt *Sabellianorum*, muliercula quædam, cui nomen *Salome*, invenitur. Ex iſthoc *Evangelio Julius Caſſianus*, (τὰ παραπλήσια τῷ Τατιανῷ κατὰ τοῦτο δογματίζων· ut ait *Clemens, Strom.* 3. pag. 465.) in libro, quem Περὶ ἐγκρατείας ἢ Περὶ εὐνουχίας conſcripſerat, dicta quædam *Chriſti* cum *Salome* habita allegavit. Audi *Clementem, Strom.* 3. pag. 465. Διὰ τοῦτό τοι Κασσιανός φησι, πυνθανομένης τῆς Σαλώμης, πότε γνωσθήσεται τὰ περὶ ὧν ἤρετο, ἔφη ὁ Κύριος, Ὅταν τὸ τῆς αἰσχύνης ἔνδυμα πατήσητε, καὶ ὅταν γένηται τὰ δύο ἕν, καὶ τὸ ἄρρεν μετὰ τῆς θηλείας, οὔτε ἄρρεν οὔτε θῆλυ. Conſtat etiam ex prædicto *Clementis Stromateo, Encratitas* eodem uſos fuiſſe Evangelio, ut dogma de continentia ſtabilirent: pag. 452. Οἱ δὲ ἀντιτασσόμενοι τῇ κτί-

σει τῷ Θεῷ διὰ τῆς εὐφήμου ἐγκρατείας, κἀκεῖνα λέγουσι τὰ πρὸς Σαλώμην εἰρημένα, ὧν πρότερον ἐμνήσθημεν. φέρεται δὲ, οἶμαι, ἐν τῷ κατ' Αἰγυπτίους εὐαγγελίῳ· φασὶ γὰρ, ὅτι αὐτὸς εἶπεν ὁ Σωτὴρ, "Ἦλθον καταλῦσαι τὰ ἔρ-"γα τῆς θηλείας. θηλείας μὲν, τῆς ἐπιθυμίας· ἔργα δὲ, γένεσιν καὶ φθοράν. Vide *Theodot.* E*pitom.* in fine operum *Clementis*, pag. 799. Penitus fateor diſſimiles erant *Encratitæ* & *Carpocratiani*, & dogmata amplexi ſunt è diametro contraria: attamen contingere poterat; ut è *Carpocratianis* nonnulli, quæ in iſthoc *Evangelio* eorum opinioni ullatenus favere viſa ſunt, allegarent. Quòd ſi *Celſus* uſquam legeret, ei anſam præberet aſſerendi, *Carpocratianos* à *Salome* oriundos.

Pag. 272. lin. 38. Μαριάμμης] Credo quoſdam Hæreticos Prophetas & Propheticides ſibi finxiſſe, & iiſdem nomina pro ſuo arbitrio impoſuiſſe. De *Baſilide* teſtem habemus *Agrippam Caſtorem*, Scriptorem ſui temporis celeberrimum, apud *Euſebium*, lib. 4. cap. 7. *Eccleſ. Hiſt.* & *Hieronymum*, in *Catalogo Script. Eccleſ.* in *Agrippa*. Confecit ille κατὰ Βασιλείδου ἔλεγχον, in quo iſtius Hæretici viginti quatuor Commentarios, quos in Evangelium ſcripſerat, refellit: præſtigias quoq; & ſeducendi artes denudavit. Ἐκφαίνων γοῦν τὰ ἀπόρρητά φησιν αὐτὸν εἰς μὲν τὸ εὐαγγέλιον τέσσαρα πρὸς τοῖς εἴκοσι συντάξαι βιβλία· προφήτας δὲ ἑαυτῷ ὀνομάσαι Βαρκαββᾶν, καὶ Βαρκώφ, καὶ ἄλλους ἀνυπάρκτους τινὰς ἑαυτῷ συστησάμενον, βαρβάρους τε αὐτοῖς εἰς κατάπληξιν τῶν τὰ τοιαῦτα τεθηπότων ἐπιφημίσαι προσηγορίας. *Euſeb.* ibid. *Hieronymus* legit Βαρκαββᾶν τε Μαρκώβ. *Epiphanius*, *Hæreſ.* 26. Βαρκαββᾶν. Alibi ſcriptum inveni *Barthoban* & *Barchobeth*; & fortaſſe *Mariamne* & *Martha* erant ejuſdem originis vocabula, & uſui non diſſimili inſerviebant. Et quid, ſi harum veſtigiis *Marthana* & *Marthus*, ſorores ex ſtirpe *Elxai* oriundæ, factâ aliquali nominum mutatione, inſiſtebant? *Epiph. Hær.* 19. quæ eſt *Oſſenorum*; Ἕως μὲν γὰρ Κωνσταντίου, ἐκ τοῦ γένους αὐτοῦ, Μαρθοῦς τις καὶ Μαρθάνα, δύο ἀδελφαὶ ἐν τῇ αὐτῶν χώρᾳ ἀντὶ Θεῶν προσεκυνοῦντο, ὅτι δῆθεν ἐκ τοῦ σπέρματος τοῦ προειρημένου Ἠλξαὶ ὑπῆρχον. τέθνηκε δὲ ἡ Μαρθοῦς πρὸ ὀλίγου τοῦ χρόνου, Μαρθάνα δὲ εἰς ἔτι δεῦρο ὑπῆρχεν· ὧν καὶ τὰ πτύσματα καὶ τὰ ἄλλα τοῦ σώματος ῥύπη ἀπεφέροντο οἱ πεπλανημένοι Αἱρετικοὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ δῆθεν πρὸς ἀλεξητήριον νοσημάτων.

Pag. 272. lin. 45. Μαρκιωνιστῶν] *Juſt. Apolog.* 2. pag. 70. 92. *Tertull. De Præſcript. adverſus Hæreticos*, cap. 30. 51. Idem ſcripſit quinq; libros contra *Marcionem*. *Orig. De recta in unum Deum fide contra Marcioniſtas*, quos paſſim in ſuis operibus perſtringit. *Clem. Strom.* 3, 4, 7. & alibi. *Euſeb* lib. 4. cap. 11. 24. *Epiph. Hæreſ.* 42. *Theodoret.* lib. 1. *De Hæreſ.* ſub. *Auguſt. De Hær. Damaſcen. De Hær.* Eorundem reliqui *Patres* meminerunt, & dogmata refutârunt.

Pag. 272. lin. 56. Ἐν τοῖς περὶ τέρπων] Vide Annotationes ad paginam 132.

Pag. 273. lin. 36. Καυτήρια] *Iren.* lib. 1. cap. 24. de *Carpocratianis*. *Alii vero ex ipſis ſignant, cauteriantes ſuos diſcipulos in poſterioribus partibus exſtantiæ dextræ auris.* *Epiph. Hæreſ.* 27. de iiſdem, pag. 106. Σφραγῖδα δὲ ἐν καυτῆρι, ἢ διὰ ἐπιτηδεύσεως ξυρίου, ἢ ῥαφίδος ἐπιτιθέασιν οὗτοι οἱ ἀπὸ Καρποκρᾶ ἐπὶ τὸν δεξιὸν λοβὸν τοῦ ὠτὸς τοῖς ὑπ' αὐτῶν ἀπατωμένοις.

Pag. 273. lin. 38. Αἰνίγματα] Hæc & ſuperiora, quæ *Celſus* de *Carpocratianis* dixerat, confusè & minùs diſtinctè, quàm res ipſa poſtulavit, exprimi videntur; etenim *Carpocratiani* non ἀκοῆς καυτήρια appellati ſunt, ſed ferro candente, novaculâ, aut alio inſtrumento huic rei magis idoneo, in Diſcipulorum aures, quos in ſuum ſodalitium receperunt, notam aliqualem aut characterem imprimere ſolebant. Nec deerant alii Hæretici, qui ſymbolis uſi ſunt, qui occultè & obſcurè, id eſt, δι' αἰνιγμάτων, quæ ſibimet finxerunt, ineptos animi conceptus ſignificabant; ſic ovem perditam [*Luc.* xv.] decantatæ *Helenæ* ſymbolum myſticè & αἰνιγματωδῶς conſtituebant. *Epiph. Hær.* 21. pag. 58. *Iren.* lib. 1. cap. 20. *Et hanc eſſe ovem perditam.* *Tertull. De anima*, cap. 34. Vide Annotationes ad paginam 272. *Iren.* lib. 1. cap. 13. *Generationem itaque Æonum, & errorem ovis, & adinventionem adunantis in unum, myſtice audent annuntiare hi, qui in numeros omnia deduxerunt.* Mulier iſta, cujus ſanguis duodecim annis profluxerat, [*Matth.* ix. 20.] duodecimi *Æonis* paſſionem ſignare crediderunt. *Iren.* lib. 1. cap. 1. *Hanc autem paſſionem, quæ circa duodecimum Æonem facta eſt, ſignificari dicunt per Apoſtaſiam Judæ, qui duodecimus erat Apoſtolorum, & quoniam duodecimo menſe paſſus eſt; uno enim anno volunt eum poſt Baptiſmum prædicâſſe. Adhuc etiam in ea, quæ profluvium ſanguinis patiebatur, manifeſtiſſime hoc ſignificari: duodecim enim annis paſſam eam per Domini adventum eſſe ſanatam, cùm tetigiſſet fimbriam veſtimenti ejus; & propter hoc dixiſſe Salvatorem, "Quis me tetigit? docentem Diſcipulos quod factum eſt inter Æonas myſterium,*

&

& curationem paſſi Æonis. Errabundam ovem vagationes *Achamoth* extra *Pleroma* denotare credunt. *Iren.* ibid. *Et quoniam erravit Achamoth extra Pleroma, & formata eſt à Chriſto, & quæſita eſt à Salvatore, manifeſtare eum dicunt in eo, quod dixit, Semetipſum veniſſe ad eam, quæ erráſſet, ovem. Ovem enim errantem matrem ſuam referunt dici, ex qua eam, quæ ſit hìc, volunt eſſe ſeminatam Eccleſiam.* Mulierem, quæ domum verrit, & drachmam invenit, ſuperioris *Sophiæ* ſymbolum haberi volunt. *Iren.* ibid. *Mulierem autem illam, quæ mundat domum & invenit drachmam, ſuperiorem Sophiam narrant dici: quæ cùm perdidiſſet intentionem ſuam, pòſt deinde mundatis omnibus per Salvatoris adventum in eam; quoniam & hoc reſtituitur ſecundùm eos intra Pleroma.* Plura vide apud *Irenæum*, lib. 1. cap. 1. cap. 13. cap. 15. & alibi. *Græcè* invenies apud *Epiphanium*, *Hær.* 31. de *Valentinianis*, & *Hær.* 34. quæ eſt *Marcoſiorum.* Certiora de *Ænigmatis* adhuc non habemus.

Pag. 273. lin. 44. Ἀποκυνοκεφαλώσας] Lege ἀποσυοκεφαλώσας. *Hom. Odyſſ.* x. v. 235.

-- ἀνέμισγε δὲ σίτῳ
Φάρμακα λύγρ', ἵνα πάγχυ λαθοίατο πατρίδος αἴης.
Αὐτὰρ ἐπεὶ δῶκέν τε καὶ ἔκπιον, αὐτίκ' ἔπειτα
Ῥάβδῳ πεπληγυῖα κατὰ συφεοῖσιν ἐέργνυ.
Οἱ δὲ συῶν μὲν ἔχον κεφαλὰς, φωνήν τε, δέμας τε,
Καὶ τρίχας·
-- *Commiſcuit autem pani*
Venena nocentia, ut prorſus obliviſcerentur patriæ terræ.
Ceterùm, poſtquam porrexitque, & ebiberunt, ſtatim deinde
Virgulâ percutiens intra haras concluſit.
Illi ſuum habebant capita, vocéſque, corporáque,
Et ſetas.

Pag. 274. lin. 10. Ἐβιωναῖοι] Vide Annotationes ad libri ſecundi paginam 56. & libri quinti paginam 272. *Iren.* lib. 1. cap. 26. *Solo autem eo, quod eſt ſecundùm Matthæum, Evangelio utuntur, & Apoſtolum Paulum recuſant, Apoſtatam eum legis dicentes. Theodoret.* lib. 2. *De Hær. fab. Epiph. Hær.* 30. pag. 140. Ταρσέα μὲν αὐτὸν, ὡς αὐτὸς ὁμολογεῖ, καὶ οὐκ ἀρνεῖται, λέγοντες. ἐξ Ἑλλήνων δὲ αὐτὸν ὑποτίθενται, λαβόντες τὴν πρόφασιν ἐκ τοῦ τόπου διὰ τὸ φιλάληθες ὑπ' αὐτοῦ ῥηθὲν, "Ὅτι Ταρσεύς εἰμι, οὐκ ἀσήμου πόλεως πολίτης. εἶτα φάσκουσιν αὐτὸν εἶναι Ἕλληνα, καὶ Ἑλληνίδος μητρὸς καὶ Ἕλληνος πατρὸς παῖδα· ἀναβεβηκέναι δὲ εἰς Ἱερόσολυμα, καὶ χρόνον ἐκεῖ μεμενηκέναι, ἐπιτεθυμηκέναι δὲ θυγατέρα τοῦ ἱερέως πρὸς γάμον ἀγαγέσθαι, καὶ τούτου ἕνεκα προσήλυτον γενέσθαι καὶ περιτμηθῆναι. εἶτα μὴ λαβόντα τὴν κόρην ὠργίσθαι, καὶ κατὰ περιτομῆς γεγραφέναι, καὶ κατὰ Σαββάτου, καὶ νομοθεσίας.

Pag. 274. lin. 11. Ἐγκρατηταί] Ejuſdem farinæ erant *Severiani* & *Tatiani.* Etenim ex his conflati ſunt *Encratitæ. Hieronym. Catal. Script. Eccleſ.* in *Tatiano. Euſeb.* lib. 4. cap. 27. *Eccleſ. Hiſt.* Μικρὸν δὲ ὕστερον Σευῆρός τις ὄνομα, κρατύνας τὴν προδεδηλωμένην αἵρεσιν, αἴτιος τοῖς ἐξ αὐτῆς ὡρμημένοις τῆς ἀπ' αὐτοῦ παρηγμένης Σευηριανῶν προσηγορίας γέγονε. χρῶνται μὲν δὴ οὗτοι νόμῳ καὶ προφήταις, καὶ εὐαγγελίοις, ἰδίως ἑρμηνεύοντες τῶν ἱερῶν τὰ νοήματα γραφῶν. βλασφημοῦντες δὲ Παῦλον τὸν ἀπόστολον, ἀθετοῦσιν αὐτοῦ τὰς ἐπιστολὰς, μηδὲ τὰς Πράξεις τῶν Ἀποστόλων καταδεχόμενοι. ὁ μέν τοι γε πρότερος αὐτῶν ἀρχηγὸς ὁ Τατιανός. *Theodoret.* lib. 1. *De Hæret. fab. Severus ſuſceptâ eorum* (id eſt, *Encratitarum*) *doctrinâ eos, qui ab ipſo decepti fuerant, à ſuo cognomine appellavit: hinc nonnulli Encratitas Severianos appellant. Hi divini Pauli Epiſtolas & Actuum hiſtoriam rejiciunt. Epiph. Hæreſ.* 47. pag. 400. Οὐ γὰρ κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν λέγουσιν, ἀλλὰ ἄλλως παρὰ τὸ τῆς ἀληθείας κήρυγμα. κέχρηνται δὲ γραφαῖς πρωτοτύπως ταῖς λεγομέναις Ἀνδρέου καὶ Ἰωάννου Πράξεσι, καὶ Θωμᾶ, καὶ Ἀποκρύφοις τισὶ, καὶ οἷς βούλονται λόγοις τῆς παλαιᾶς Διαθήκης.

Annotationes in Librum VI. ORIGENIS contra CELSUM.

PAg. 276. lin. 32. Ἔν τινι τῶν] *Plato Epiſt.* 7. *Ad Dionis propinquos, & familiares;* Τοσόνδε γε μὴν περὶ πάντων ἔχω φράζειν τῶν γεγραφότων καὶ γραψόντων, ὅσοι φασὶν εἰδέναι περὶ ὧν ἐγὼ σπουδάζω, εἴτ' ἐμοῦ ἀκηκοότες, εἴτ' ἄλλων, εἴθ' ὡς εὑρόντες αὐτοὶ, τούτους οὐκ ἔστι, κατά γε τὴν ἐμὴν δόξαν, περὶ τοῦ πράγματος ἐπαΐειν οὐδέν· οὔκουν ἐμόν

μόν γε περὶ αὐτῶν ἔστι σύγγραμμα, οὐδὲ μήποτε γένηται. ῥητὸν γὰρ οὐδαμῶς ἐστιν ὡς ἄλλα μαθήματα· ἀλλ' ἐκ πολλῆς, &c. Hæc ille, ut *Dionyſii* faſtum & inſolentiam compeſceret; qui, Philoſophiæ & Scientiarum rudis, de rebus abſtruſiſſimis libellum conſcripſit, déque maximis myſteriis multa temere effutiit. *Plato*, ibid.

Pag. 277. lin. 5. Ῥητὸν οὐδαμῶς] *Plato*, ibid.

Pag. 277. lin. 18. Ἀλεκτρυόνα] *Plat.* in *Phædro*, pag. 188. Καὶ ἐκκεκαλυμμένος (ἐνεκεκάλυπτο γὰρ) εἶπεν, ὃ δὴ τελευταῖον ἐφθέγξατο· Ὦ Κρίτων, ἔφη, τῷ Ἀσκληπιῷ ὀφείλομεν ἀλεκτρυόνα· ἀλλὰ ἀπόδοτε, καὶ μὴ ἀμελήσητε. *Tertull. Apolog.* cap. 46. *Socratis vox eſt, Si Dæmonium permittat. Idem & cùm aliquid de veritate ſapiebat Deos negans, Æſculapio tamen Gallinaceum proſecari jam in fine jubebat. Credo ob honorem patris ejus; quia Socratem Apollo ſapientiſſimum omnium cecinit.* Et libro *De anima*, cap. 1. *Lactant.* lib. 3. cap. 20. "Illud "verò nonne ſummæ vanitatis, quòd ante "mortem familiares ſuos rogavit, ut Æſcu-"lapio gallum, quem voverat, pro ſe ſacra-"rent? Timuit videlicet, nè apud Rhada-"manthum * recuperatorem [* receptorem] "voti reus fieret ab Æſculapio. Dementiſſi-"mum hominem putarem, ſi morbo afflictus "periſſet: cùm verò hoc ſanus fecerit, eſt ipſe "inſanus, qui cum putet eſſe ſapientem. *At ego, O Lactanti, non te quidem dementem dixerim; cùm & prudenter & doctè ſcripſeris non parùm multa: ſed Socratem, ut temporibus illis bene cordatum hominem contenderim; cujus vita, ut Chriſtianæ ſanctitatis imago quædam, laudatur à ſcientiſſimis. Te verò Platonis ſenſum haudquaquam aſſecutum id argumento eſt, quòd quæ obvelatis traduntur figuris, nec niſi Allegoricis enarrationibus unquam intelligenda, ipſe ut ſimpliciter dicta accepiſti; oblitus (ut videtur) ſententiæ illius, Nunquam futurum Platonicum, qui Allegoricè Platonem non putet intelligendum:* inquit *Cælius Rhodiginus*, lib. 16. cap. 12. *Lect. Antiq.* Hæc morituri *Socratis* verba *Cælius Rhodiginus* loco citato, *Theodoretus* etiam, & *Mirandula*, magìs candidè interpretati ſunt. Hic in Oratione *De hominis dignitate. Poſtremò ut gallum nutriamus, nos admonebit; id eſt, ut divinam animæ noſtræ partem divinarum rerum cognitione, quaſi ſolido cibo, & cœleſti Ambroſiâ paſcamus. Hic eſt gallus, cujus aſpectum leo, (id eſt, omnis terrena poteſtas,) formidat, & reveretur: hic ille gallus, cui datam eſſe intelligentiam apud Job legimus: hoc gallo canente, aberrans homo reſipiſcit: hic gallus in matutino crepuſculo, cùm matutinis aſtris Deum laudamus, quotidie commodulatur: hunc gallum moriens Socrates, cùm divinitatem animi ſui divinitati majoris mundi copulaturum ſe ſperaret, Æſculapio (id eſt, animarum Medico,) jam extra omne morbi diſcrimen poſitus, debere ſe dixit.* Ille in ſermone ſeptimo *Ad Græcos De ſacrificiis.* Ἐγὼ δὲ οἶμαι, καὶ Σωκράτην, τὸν σαφέστατον, τὸν ἀλεκτρυόνα θῦσαι κελεῦσαι ἵνα τὴν κατ' αὐτοῦ γεγενημένην διελέγξῃ γραφήν. ἐγράψαντο γὰρ αὐτὸν Ἄνυτός τε καὶ Μέλητος, ὡς εἶναι θεοὺς οὐ νομίζοντα· ἐπειδὴ γὰρ ἀπεδίδου τὸ θεῖον ἠπίστατο, σαφῶς ἐν ἑτέροις διείλεκται. αὐτοῦ γὰρ δὴ καὶ ταῦτα· εἴπερ δὴ ἄρα ὁ Πλάτων τὰ ἐκείνου ξυνέγραψε δόγματα· Οὐ γὰρ χρείας ἕνεκεν ὁ Θεὸς ἐποίησε τὸν κόσμον, ἵνα τιμάς τε πρὸς ἀνθρώπων, καὶ παρὰ Θεῶν ἄλλων, καὶ δαιμόνων καρποῖτο, οἷον προσόδου τινὰ ἀπὸ τῆς γενέσεως ἀρνύμενος· παρὰ μὲν ἡμῶν, καπνούς· παρὰ δὲ Θεῶν καὶ δαιμόνων, οἰκείας λειτουργίας.

Pag. 278. lin. 43. Ἀπὸ τῆς Πλάτωνος] *Plat.* Epiſt. 7. *Ad Dionis propinquos & familiares*, pag. 341.

Pag. 278. lin. 56. Κερδώδη] Vide Annotationes ad *Philocaliam*, pag. 28.

Pag. 280. lin. 18. Ἀμφικτιόνη] Lege Περικτιόνη. Vide Annotationes ad paginam 29.

Pag. 280. lin. 20. Πλεῖστα ὅσα] Urſam *Dauniam* fruſtulis pavit, & cicuravit; (*Porphyr. De vita Pythagoræ. Jamblich.* cap. 13.) bovi *Tarentino*, qui fabas virides comedit, in aurem inſuſurravit: quo facto, eas in poſterum nunquam attigit; (*ibid.*) aquilam in ludis *Olympicis* ex aere deduxit, *& cum aquila colloquens ſubinde viſebatur*; (*Ammian. Marcel.* lib. 22.) in *Sybari* & *Tyrrhenia* ſerpentem, quosvis perimentem, manu prehendit, & depellit; (*Jamblich.* cap. 28.) piſcatoribus adſtans numerum piſcium, quos extraxerunt, prædixit; (*Porphyr.* ibid.) *Neſſus* fluvius ei dixit, Χαῖρε, Πυθαγόρα· (*Jamblich.* & *Porphyr.* ibid. *Cyrill. Alex.* lib. 3. *contra Julian.*) peſtilentias depulit, ventos ſedavit, terræ-motus prædixit; (*Jamblich.* ibid.) Μυρία, inquit *Porphyrius*, δ' ἕτερα θαυμαστότερα καὶ θειότερα περὶ τ' ἀνδρὸς ὁμαλῶς καὶ συμφώνως εἴρηται· quæ vide apud eundem *Porphyrium* in *Vita Pythagoræ*, & *Jamblichum*, capite 28.

Pag. 280. lin. 24. Ἐλεφάντινον] Χρύσεον apud alios. *Jamblich.* cap. 18. & cap. 28. Ὅτι τὸν μηρὸν χρύσεον ἐπέδειξεν Ἀβάρι τῷ Ὑπερβορέῳ εἰκάσαντι αὐτὸν Ἀπόλλω εἶναι τὸν Ὑπερβορέοις, οὗπερ ἦν ἱερεὺς ὁ Ἄβαρις· βεβαιοῦν ὡς τοῦτο ἀληθὲς ὑπολαμβάνει, καὶ οὐ διαψεύδοιτο, καὶ πάνυ τεθρύλληται. *Porphyr.* in *Vita*

Vita Pythag. pag. 192, 193. *Ammian. Marcell.* lib. 22.

Pag. 280. lin. 26. Ἐυφορβ☉] *Porphyr.* in *Vita Pythag.* Τὰ γὰρ ἱστορέμενα περὶ τῆς ἐν Μυκήναις ἀνακειμένης σὺν Τρωϊκοῖς λαφύροις τῇ Ἀργείᾳ Ἥρᾳ Εὐφόρβε τῇ Φρυγὸς τέτε ἀσπίδ☉ παρίεμεν ὡς πάνυ δημώδη. *Jamblich.* cap. 14. *Tertull. De anima*, cap. 24. *Cyrill.* lib. 3. *contra Julian. Ovid.* lib. 15. *Metamorph.* fab. 3.

Ipſe ego, nam memini, Trojani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram; cui pectore quondam
Haſit in adverſo gravis haſta minoris Atridæ,
Cognovi clypeum, &c.

Pag. 280. lin. 26. Ἐν μιᾷ] *Porphyr.* in *Vita Pythag.* Ὅσῳ ὑπετείνατο καὶ Πυθαγόραν πρὸς ταῖν θέραι πότε, ἡνίκα ἐν Μεταποντίῳ, καὶ ἐν Ταυρομενίῳ, τοῖς ἑκατέρωθι ἑταίροις ὡμίλησε τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. *Jamblich.* cap. 28.

Pag. 280. lin. 30. Κύκνον] *Pauſan.* in *Att.* pag. 58. Ἀκαδημίας δὲ ἐ πόρρω Πλάτων☉ μνῆμά ἐστιν, ᾧ προεσήμαινε δὲ ἔτω. Σωκράτης τῇ προτεραίᾳ νυκτὶ, ᾗ Πλάτων ἔμελλεν ἔσεσθαι μαθητὴς, ἐσπτῆναί οἱ κύκνον εἰς τὸν κόλπον, εἶδεν ὄνειρον. *Suid.* in Πλάτων. *Laert.* in *Pythag. Tertull. De anima*, cap. 46. *Apuleius*, lib. 1. *De Philoſoph.* Hac forſan de cauſa *Socrates* dixit: ὁμόδελον ἑαυτὸν ποιεῖσθαι τῶν κύκνων. *Plutarch. De ſolertia Animal.*

Pag. 280. lin. 30. Τρίτον] Alicubi forſan occurrit: me verò uſpiam legiſſe non memini. Credo *Platonem* per tertium oculum ſuam πολυμάθειαν, & ſcientiam, quâ ceteris anteibat, denotare voluiſſe: non aliter quàm *Pythagorei* per τρίτον ἄλλο eximiam ſui Magiſtri pietatem, & naturam planè divinam ſignificabant. *Jamblich.* cap. 20. *De vita Pythag.* Ὡς δὲ τύπον ὁμολογεμένων, καὶ ἀδυνάτε ὄντος περὶ ἄνθρωπον ἵνα ταῦτα συμβῆναι, ἤδη διέντων σαφῶς εἶναι, ὅτι ὡς περὶ κρείττον☉ ἀποδέχεσθαι χρὴ τὰ παρ' ἐκείνε λεχθέντα, καὶ ἐχὶ ἀνθρώπε, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀπορέμενον τῦτο σημαίνειν. Ἔστι γὰρ παρ' αὐτοῖς λεγόμενον, ὅτι

Ἄνθρωπ☉ δίπες ἐστὶ, καὶ ὄρνις, καὶ τρίτον ἄλλο.

Τὸ γὰρ τρίτον Πυθαγόρας ἐστί.

Pag. 280. lin. 35. Δαιμόνιον] *Tertull. De anima*, cap. 1. *Sanè Socrates faciliùs diverſo ſpiritu agebatur: ſiquidem aiunt dæmonium illi à puero adhæſiſſe, peſſimum reverâ pædagogum; etſi poſt Deos, & cum Deis dæmonia deputantur penès Poetas & Philoſophos*, & cap. 39. ibid. *Apologet.* cap. 22. *Cyprian. De Idol. vanit. Auguſt.* lib. 8. cap. 14. *De Civit. Dei. Lactant.* lib. 2. cap. 15. *Plat.* in *Apolog.* Τέτε δὲ αἴτιόν ἐστιν, ὃ ὑμεῖς ἐμῦ πολλάκις ἀκηκόατε πολλαχοῦ λέγοντ☉, ὅτι μοι θεῖόν τι καὶ δαιμόνιον γίγνεται φωνή· ὃ δὴ καὶ ἐν τῇ γραφῇ ἐπικωμωδῶν Μέλιτ☉ ἐγράψατο.

Pag. 280. lin. 43. Ἐπιστολῇ] *Ad Hermeam, Eraſtum, & Coriſcum*, pag. 323.

Pag. 280. lin. 44. Πλάτων☉] Epiſt. 7. *Ad Dionis propinquos & familiares.*

Pag. 281. lin. 42. Θεοὶ Θεῶν] *Plat.* in *Timæo*, pag. 41.

Pag. 282. lin. 39. Σίμων] Vide Annotationes ad paginam 44.

Pag. 282. lin. 40. Δοσίθε☉] Vide Annotationes ad paginam 44. item ad *Philocaliam*, pag. 14.

Pag. 282. lin. 43. Σιμωνιανοί] Vide Annotationes ad paginam 44.

Pag. 282. lin. 48. Εἰδωλολατρείαν] *Iren.* lib. 1. cap. 20. *De Simone. Prophetas autem à mundi fabricatoribus Angelis inſpiratos dixiſſe Prophetias: quapropter nec ulteriùs curarent eos hi, qui in eum & in Selenen ejus ſpem habeant, & ut liberos agere quæ velint: ſecundùm enim ipſius gratiam ſalvari homines; ſed non ſecundùm operas juſtas: nec enim eſſe naturaliter operationes juſtas, ſed ex accidentia.* Eundem vide cap. 23. *De Saturnino*; lib. 1. cap. 1. *De Valentinianis*; pag. 21. lib. 1. cap. 27. de *Nicolaitis*. Vide etiam *Tertulliani Scorpiacon*, & Clariſſ. *Hammondum* in *Diſſertat.* 1. cap. 3. *De jure Epiſcopatûs adversùs Blondellum.*

Pag. 282. lin. 55. Τεσσάκοντα] Vide Annotationes ad paginam 44.

Pag. 283. lin. 29. Ἐγὼ γὰρ] *Plato* in *Apolog.* pag. 20.

Pag. 283. lin. 35. Ἐπιστολῆς] Epiſt. 6. pag. 322.

Pag. 285. lin. 15. Πλάτων☉] *Plat* lib. 4. *De Legibus*, pag. 715.

Pag. 286. lin. 13. Γεγραφαί] *Matth.* cap. 13. com. 25. *Marc.* 6. com. 2, & 3. Clariſſ. *Grot.* in *Annot.* ad *Marcum. Cauſa admirationis, ut collatio Lucæ & Joannis nos docet, hæc erat, quòd Jeſus, nullo humano magiſterio inſtitutus, ſumma cum perſpicuitate Prophetarum verba explicaret.*

Pag. 286. lin. 25. Ἀγαθόν] *Plato*, lib. 5. *De Legibus*, pag. 743.

Pag. 287. lin. 4. Φιλόσοφοι] Objicere ſolent *Siculas dapes*, (*Tertull. Apolog.* cap. 46.) Superbiam & ambitionem, (ἔσχατον γὰρ τῆς δόξης χιτῶνα ἐν τῷ θανάτῳ αὐτῷ ἀποδυόμεθα' *Athen.* lib. 11. cap. 15.) Malevolentiam & invidiam, (*ibid.*) vitia quævis, & libidinem omnifariam. *Tertull. De anima*, cap. 54. *Ut Stoici ſuas ſolas, id eſt, ſapientum, animas, in ſupernis manſionibus collocant. Plato quidem* non

non temere Philoſophorum animabus hoc præſtat: ſed eorum, qui Philoſophiam ſcilicet exornaverint amore puerorum. Plat. in *Sympoſ.* in *Phædro*, pag. 249. Audi quàm mirificè meretricem amavit, quantúmque formam ejus, & pulchritudinem admiratus eſt: *Athen.* lib. 13. cap. 2.

Ἀρχεάνασσαν ἔχω, τὴν ἐκ Κολοφῶνος ἑταίραν,
Ἧς καὶ ἐπὶ ῥυτίδων πικρὸς ἔπεστιν ἔρως.
Ἆ δειλοὶ νεότητος ἀπαντήσαντες ἐκείνης
Πρωτοπόρου, δι' ὅσης ἤλθετε πυρκαϊῆς.

Pag. 287. lin. 53. Πλάτωνος] *Plato*, Epiſt. 2. *Ad Dionyſium*, pag. 312.

Pag. 288. lin. 44. Τινες] *Fl. Joſeph.* lib. 2. *Contra Apionem.* Μάλιστα δὲ Πλάτων μεμίμηται τὸν ἡμέτερον νομοθέτην, κἂν τῷ μηδὲν οὕτω παίδευμα προστάττειν τοῖς πολίταις, ὡς τὸ πάντας ἀκριβῶς τοὺς νόμους ἐκμανθάνειν, καὶ μὴν καὶ περὶ τοῦ μὴ δεῖν, ὡς ἔτυχεν, ἐπιμίγνυσθαί τινας ἔξωθεν, ἀλλ' εἶναι καθαρὸν τὸ πολίτευμα τῶν ἐμμενόντων τοῖς νόμοις προὐνόησεν. *Clem. Strom.* 1. pag. 342. Ἀριστόβουλος δὲ ἐν τῷ πρώτῳ τῷ πρὸς τὸν Φιλομήτορα, κατὰ λέξιν γράφει· "Κατηκολούθηκε δὲ καὶ ὁ Πλάτων "τῇ καθ' ἡμᾶς νομοθεσίᾳ· "καὶ φανερός ἐστι "περιεργασάμενος ἕκαστα τῶν ἐν αὐτῇ λεγομένων. Ibid. pag. 302, 303. 315. 342. *Strom.* 5. pag. 560. & alibi. *Juſt. Paræn.* pag. 21. 28, 29, 30, 31. *Apolog.* 2. pag. 81. 92, 93. *Euſeb.* lib. 8. cap. 6. lib. 11. cap. 6. 9, 10, 12. lib. 12. cap. 11, 12, 13, 14, 15, 16, &c.

Pag. 288. lin. 46. Ὑπερουράνιον] *Plato* in *Phædro*, pag. 247.

Pag. 288. lin. 49. Ἀχρώματος] *Plato*, ibidem.

Pag. 289. lin. 34. Περιφορᾶς] Carpit *Platonem* in *Phædro*, pag. 247. Αἱ μὲν γὰρ ἀθάνατοι καλούμεναι, ἡνίκ' ἂν πρὸς ἄκρῳ γένωνται, ἔξω πορευθεῖσαι ἔστησαν ἐπὶ τῷ τοῦ οὐρανοῦ νώτῳ· στάσας δὲ αὐτὰς περιάγει ἡ περιφορά· αἱ δὲ θεωροῦσι τὰ ἔξω τοῦ οὐρανοῦ.

Pag. 289. lin. 46. Εἰς γῆν] *Plato* in *Timæo*, pag. 41. Ξυστήσας δὲ τὸ πᾶν διεῖλε ψυχὰς ἰσαρίθμους τοῖς ἄστροις, ἔνειμέ θ' ἑκάστην πρὸς ἕκαστον, καὶ ἐμβιβάσας ὡς εἰς ὄχημα, τὴν τοῦ παντὸς φύσιν ἔδειξε, νόμους τε τοὺς εἱμαρμένους εἶπεν αὐταῖς· ὅτι γένεσις πρώτη μὲν ἔσοιτο τεταγμένη μία πᾶσιν, ἵνα μή τις ἐλαττοῖτο ὑπ' αὐτοῦ. Et pag. 42. ibid. Διαθεσμοθετήσας δὲ πάντα αὐτοῖς ταῦτα· ἵνα τῆς ἔπειτα εἴη κακίας ἑκάστων ἀναίτιος, ἔσπειρε τοὺς μὲν εἰς Ἥλιον, τοὺς δ' εἰς Σελήνην, τοὺς δ' εἰς τὰ ἄλλα ὅσα ὄργανα χρόνου. *Plat. De anima Mundi*, pag. 99. Ὧν τὰς ψυχὰς ἐπιρρύτως ἐνάγαγε, τὰς μὲν ἀπὸ Σελάνας, τὰς δ' ἀπὸ Ἁλίω, τὰς δὲ ἀπὸ τῶν ἄλλων τῶν πλαζομένων ἐν τᾷ τῶ ἑτέρω μοίρᾳ.

Pag. 289. lin. 47. Ἀπὸ γῆς] *Plato* in *Timæo*, pag. 42. Ὧν εἰ μὲν κρατήσειαν, ἐν δίκῃ βιώσοιντο, κρατηθέντες δὲ, ἀδικίᾳ. καὶ ὁ μὲν εὖ τὸν προσήκοντα βίου χρόνον, πάλιν εἰς τὴν τοῦ συννόμου πορευθεὶς οἴκησιν ἄστρου, βίον εὐδαίμονα ἕξοι· σφαλεὶς δὲ τούτων εἰς γυναικὸς φύσιν ἐν τῇ δευτέρᾳ γενέσει μεταβάλλοι· χιλιοστῷ δὲ ἔτει ἀμφότεραι, ἀφικνούμεναι ἐπὶ κλήρωσιν καὶ αἵρεσιν τοῦ δευτέρου βίου, αἱροῦνται ὃν ἂν ἐθέλῃ βίον ἑκάστη.

Pag. 289. lin. 54. Μείζονα] Id eſt, deſcenſum, & reditum animarum. Vide Annotationes ad paginam 26.

Pag. 289. lin. 56. Βιβλίον] *Philo De Somniis.* Κλῖμαξ τοίνυν ἐν μὲν τῷ λεγομένῳ κόσμῳ λέγεται συμβολικῶς ὁ ἀήρ, οὗ βάσις μέν ἐστι γῆ, κεφαλὴ δὲ οὐρανός· ἀπὸ γὰρ τῆς σεληνιακῆς σφαίρας, ἣν ἐσχάτην μὲν τῶν κατ' οὐρανὸν κύκλων, πρώτην δὲ τῶν πρὸς ἡμᾶς ἀναγράφουσιν οἱ φροντισταὶ τῶν μετεώρων, ἄχρι τῆς ἐσχάτης, ὁ ἀὴρ πάντη ταθεὶς ἔφθασεν. οὗτος δέ ἐστι ψυχῶν ἀσωμάτων οἶκος, &c.

Pag. 290. lin. 5. Μίθρα] *Porphyr. De Antro Nympharum*, pag. 263. edit. *Cantabr.* Τοῦ δὴ ἄντρου εἰκόνα καὶ σύμβολον φησὶ τοῦ κόσμου φέροντος Νουμήνιος, καὶ ὁ τούτου ἑταῖρος Κρόνιος. δύο εἶναι ἐν οὐρανῷ ἄκρα· ὧν οὔτε νοτιώτερόν ἐστι τοῦ χειμερινοῦ τροπικοῦ, οὔτε βορειότερον τοῦ θερινοῦ. ἔστι δ' ὁ μὲν θερινὸς, κατὰ καρκίνον· ὁ δὲ χειμερινὸς, κατ' αἰγόκερων, &c. Et pag. 264. Δύο οὖν ταύτας ἔθεντο πύλας καρκίνον καὶ αἰγόκερων οἱ θεολόγοι, Πλάτων δὲ δύο στόμια ἔφη. τούτων δὲ καρκίνον μὲν εἶναι, δι' οὗ κατίασιν αἱ ψυχαί· αἰγόκερων δὲ, δι' οὗ ἀνίασιν, &c. Et pag. 268. Δύο δὲ στόμια Πλάτων φησί· δι' οὗ μὲν ἀναβαινόντων εἰς οὐρανόν· δι' οὗ δὲ κατιόντων εἰς γῆν· καὶ τῶν θεολόγων πύλας ψυχῶν ἥλιον τιθέντων καὶ σελήνην· καὶ διὰ μὲν ἡλίου ἀνιέναι, διὰ δὲ σελήνης κατιέναι. Vide ibidem, pag. 261, 262, 263, 264, 265, 266, 267, 268, 269. Et Annotationes ad paginam 8.

Pag. 291. lin. 45. Ὀφιανῶν] Vide Annotationes ad paginam 119. & pag. 294.

Pag. 291. lin. 46. Διάγραμμα] Utinam exſtaret! multum enim lucis proculdubio antiquiſſimorum *Patrum* libris, priſcæ Eccleſiæ temporibus, & quibusdam ſacræ Scripturæ locis accederet. Hoc diagrammate deperdito, fruſtrà fortaſſe in *Baſilidianorum* ἔκτυπα, & figmenta *Valentianorum* explicando, laboravimus; utcunque conati ſumus, pro facultate noſtra, difficiliora, quæ occurrebant loca, quæque tenebris ſunt obvoluta, explicare. Quòd ſi Hæreticorum ſomnia, & dubia *Origeniana*, minùs planè & apertè, quàm res ipſa deſiderabat, interpretata putes, en tibi

laudis

laudis materiam! exerce ſtylum, certiora profer, & gratias, quas tanti honoris invidus vix ultrò dederit, extorquebis. Nobis illud *Scaligeri* hactenus placuit, & placebit: *Denique, nihil tam frequens eſt, quàm hæc* ἔκτυπα *in gemmis incluſa videre etiam vetuſtiſſima. Ea nemo intelligit, niſi qui facienda curavit, & fruſtrà illis interpretandis opera datur. Quot enim veriſimilia dici poſſunt; quorum nullum mentem eorum aperuerit? Veteres Hæretici, præſertim Valentiniani, & Marcoſiani, multa ejuſmodi reliquerunt; quæ hodie in Antiquariorum loculis aſſervantur, cum eorum Deo* Α Β Ρ Α Ξ Α Σ. *Unum adhuc puto me habere. Joſeph. Scaliger,* Epiſt. 119. *Ad Iſacium Caſaubonum.*

Pag. 292. lin. 2. Τόπους] Viz. *Romam*, (*Euſeb.* lib. 6. cap. 13. *Eccleſiaſt. Hiſt.*) *Arabiam, Ægyptum, & Palæſtinam.* (lib. 6. cap. 19. ibid.) Vide Annotationes ad paginam 193.

Pag. 292. lin. 8. Λεβιαθὰν] Hic *Leviathan*, & *Beemon*, quantum ſcio, non occurrunt apud *Tertullianum*, *Irenæum*, *Epiphanium*, alióſve autores; qui de Hæreſibus ſcripſerunt. Credo *Ophianos* his nominibus Diabolum denotâſſe, atque, ut fabula eſſet fabuloſior, *Valentinianorum* Hæreſi, quos in plurimis ſecuti ſunt, de ſuo iſthæc vocabula adjeciſſe. In *Rhenani* ſchemate, quod præfixum eſt ante *Tertulliani* librum *Adverſus Valentinianos*, in editione *Pameliana*, ſingulæ *Æonum* poteſtates, & Genealogiæ, eo ordine ponuntur, quo *Valentinus* eas collocavit, & Diabolus penè ad infimam iſtius partem ſuam ſedem habet: quod noſtræ aliquatenus favet conjecturæ; ait enim *Origenes*, Εὕρομεν δ' ἐν αὐτῷ καὶ τὸν Βεεμὼν ὀνομαζόμενον, ὡσπερεὶ τεταγμένον μετὰ τὸν κατωτάτω κύκλον. *Irenæus*, lib. 1. cap. 1. *De Valentinianis*, & *Tertullianus* in libro adverſus eoſdem, cap. 22. Diaboli meminerunt. *Tolerabilior*, inquit, *infamia eſt apud illos in Diabolum, vel quia origo ſordidior capit. Ex nequitia enim mœroris illius deputatur, ex qua Angelorum, & Dæmonum, & omnium ſpiritalium malitiæ genituras notant. Et tamen Diabolum quoque opus Demiurgi affirmant, & Mundi-tenentem appellant, & ſuperiorum magis gnarum defendunt, ut ſpiritalem naturâ, quàm Demiurgum ut animalem. Meretur ab illis prælationem, cui omnes Hæreſes procurantur.* Græca *Irenæi* ſic ſe habent apud *Epiphanium, Hær.* 31. pag. 187. Ἐκ δὲ τῆς λοιπῆς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας διδάσκουσι γεγονέναι· ὅθεν τὸν Διάβολον τὴν γένεσιν ἐσχηκέναι, ὃν καὶ κοσμοκράτορα καλοῦσι, καὶ τὰ δαιμόνια, καὶ τοὺς Ἀγγέλους, καὶ πᾶσαν τὴν πνευματικὴν τῆς πονηρίας ὑπόστασιν.

Pag. 292. lin. 28. Γέενναν] Non conſtat ex Hæreſium Scriptoribus vel *Ophitas*, aut *Valentinianos*, de *Gehenna*, vel *Tartaro*, cogitâſſe. Audi tamen quid *Valentiniani* de triplici hominum genere ſomniârunt. *Iren.* lib. 1. cap. 1. *Hominum autem tria genera dicunt, Spiritalem, Pſychicum, Choicum: quemadmodum fuit Cain, Abel, Seth: ut oſtendant & ex his tres naturas, jam non ſecundum unumquemque, ſed ſecundùm genus. Et Choicum quidem in corruptelam abire: Animalem verò, ſi meliora elegerit, in loco medietatis refrigeraturum; ſi verò pejora, tranſire & ipſum ad ſimilia. Spiritalia verò inſeminat Achamoth ex illo tempore uſque nunc, propter quod & animæ erudientur quidem hic: & ſemina enutrita, quia puſilla emittantur, poſt deinde perfectionem dignè habita ſponſas reddi Salvatoris. Angelis reſpondent animabus eorum ex neceſſitate in medietate cum Demiurgo, refrigeraturis in æternum. Tertull.* libro *adverſus Valentinianos*, cap. 32. *Humana verò gens in hos exitus ibit, Choicæ & materialis notæ in totum interitum: quia omnis caro fœnum. Et anima mortalis apud illos, niſi quæ ſalutem fide invenerit. Juſtorum animæ, id eſt, noſtræ, ad Demiurgum in medietatis receptacula tranſmittentur.* Quorſum igitur iſti Hæretici de *Gehenna*, *Tartaro*, & pœnis infernalibus, cogitarent; cùm bonorum animas in locum medietatis recipi, malorum verò in totum interitum abire crediderunt?

Pag. 292. lin. 45. Κάθαρσιν] Vide Annotationes ad paginam 168.

Pag. 292. lin. 55. Οὔτε πᾶσιν] *Orig.* in fine libri octavi *Explanationum* in Epiſtolam ad *Romanos*. *Qui verò verbi Dei & doctrinæ Evangelicæ purificationes ſpreverit, triſtibus & pœnalibus purificationibus ſemetipſum reſervat; ut ignis Gehennæ in cruciatibus purget, quem nec Apoſtolica doctrina, nec Evangelicus ſermo purgavit, ſecundùm illud quod ſcriptum eſt:* "Et "*purificabo te igne ad purificationem. Verùm hæc ipſa purgatio, quæ per pœnam ignis adhibetur, quantis temporibus, quantiſve ſeculis, de peccatoribus exigat cruciatus, ſolus ſcire poteſt ille, cui* Pater omne judicium tradidit; *quia ità diligit creaturam ſuam, ut pro ipſa evacuaverit ſemetipſum de Dei forma, & ſervi formam ſuſceperit, humilians ſemetipſum ad mortem, volens omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Veruntamen meminiſſe ſemper debemus, quòd præſentem locum Apoſtolus quaſi myſterium habere voluit; quò ſcilicet hujuſmodi ſenſus fideles quique & perfecti intra ſemetipſos velut myſterium Dei ſilentio tegant, nec paſſim imperfectis & minùs capacibus proferant.* "*Myſterium* "*Regis* (*ait Scriptura*) *celare bonum eſt.*

Vide Annotationes ad paginam 168.

Pag. 293. lin. 54. Καλαθύσαντες] Vide Annotationes ad paginam 4.

Pag. 294. lin. 22. Ὀφιανοί] *Epiph. Hæreſ.* 37. Οἱ Ὀφῖται μὲν γὰρ, ὡς προεῖπον, τὰς προφάσεις εἰλήφασιν ἀπὸ τῆς τοῦ Νικολάου, καὶ Γνωστικῶν, καὶ τῶν πρὸ τούτων αἱρέσεων. Ὀφῖται δὲ καλοῦνται, δι' ὃν δοξάζουσιν ὄφιν. *Auguſt. De Hær. Clem. Strom.* 7. Αἱ δὲ, ἀπὸ ὑποθέσεων, καὶ ὧν τετιμήκασιν, ὡς Καϊνισταί τε, καὶ οἱ Ὀφιανοὶ προσαγορευόμενοι. *Tertull. De Præſcript. adverſùs Hæreticos*, cap. 47. *Acceſſerunt his Hæretici etiam illi, qui Ophitæ nuncupantur. Nam ſerpentem magnificant in tantum, ut illum etiam ipſi Chriſto præferant. Ipſe enim, inquiunt, ſcientiæ nobis boni & mali originem dedit. Hujus animadvertens potentiam & majeſtatem Moyſes, inquiunt, æreum poſuit ſerpentem; & quicunque ipſum aſpexerunt, ſanitatem conſecuti ſunt. Ipſe, aiunt præterea, Chriſtus in Evangelio ſuo imitatur ſerpentis ipſius ſacram poteſtatem, dicendo; "Et ſicut Moyſes exaltavit ſerpentem "in deſerto, itâ exaltari oportuit filium hominis. Ipſum introducunt ad benedicenda Euchariſtica ſua.* Damaſcen. *De Hæreſ. Ophitæ anguem venerantur, cùmque Chriſtum eſſe exiſtimant; aſſervant etiam verum ſerpentem in ſpecu. Epiph. Hæreſ.* 37. quæ eſt *Ophitarum*. Ἔχουσι γὰρ φύσει ὄφιν τρέφοντες ἐν κίστῃ τινὶ, ὃν πρὸς τὴν ὥραν τῶν αὐτῶν μυστηρίων τοῦ φωλεοῦ προεκφέροντες, καὶ στιβάζοντες ἐπὶ τραπέζης ἄρτους, προσκαλοῦνται τὸν ὄφιν· ἀνοιχθέντος δὲ τοῦ φωλεοῦ, πρόεισι. καὶ οὕτως ἀνελθὼν κατὰ τὴν αὐτοῦ φρόνησιν ὁ ὄφις, καὶ πανουργίαν ἤδη γινώσκων τὴν αὐτῶν μωρίαν, ἄνεισιν ἐπὶ τὴν τράπεζαν, καὶ ἐνειλεῖται τοῖς ἄρτοις· καὶ ταύτην φασὶν εἶναι τελείαν θυσίαν. ὅθεν καὶ, ὡς ἀπό τινος ἀκήκοα, οὐ μόνον κλῶσι τοὺς ἄρτους, ἐν οἷς ὁ αὐτοῖς ὄφις εἰλήθη, καὶ ἐπιδιδόασι τοῖς λαμβάνουσιν· ἀλλὰ καὶ ἕκαστος ἀσπάζεται τὸν ὄφιν ἐκ στόματος, ἤτοι γοητείᾳ τινὶ ἐπᾳσθέντος τοῦ ὄφεως εἰς ἡμερότητα, ἢ ἐξ ἑτέρας ἐνεργείας διαβόλου πρὸς ἀπάτην τούτων ὑποκοριζομένου τοῦ ζώου. προσκυνοῦσι δὲ τὸν τοιοῦτον· καὶ εὐχαριστίαν ταύτην ἀπονομίζουσι, τὴν δι' αὐτοῦ ἐνειληθέντος γεγενημένην. *Theodoret.* lib. 1. *De Hær. fab.* in *Ophitis. Quidam autem ex ipſis dicunt Chriſtum, in ſerpentis ſpeciem transmutatum, virginis uterum ſubiiſſe, & itâ miſeri intelligunt dictum Apoſtoli; "Qui, cùm in forma Dei eſſet, non "rapinam,*&c.

Pag. 294. lin. 43. Εὐφράτην] *Euphraten* hujus Hæreſis autorem fuiſſe ſolus *Origenes* tradit. An ab eo alius ſit, cujus meminit *Theodoretus*, lib. 1. *De Hær. fab.* in *Peratis*, viderint ſtudioſi. *Ademes autem*, inquit, *Charyſtius, & Peraticus Euphrates, à quo Peratæ vocati ſunt, qui in ea ſententia fuerunt, dicunt unum*, &c. Certè *Peratarum*, vel *Peraticorum*, Hæreſin antiquiſſimam fuiſſe teſtatur *Clemens*, *Strom.* 7. Τῶν δ' αἱρέσεων αἱ μὲν ἀπὸ ὀνόματος προσαγορεύονται, ὡς ἡ ἀπὸ Οὐαλεντίνου, καὶ Μαρκίωνος, καὶ Βασιλείδου, κἂν τὴν Ματθίου αὐχῶσι προσάγεσθαι δόξαν· μία γὰρ ἡ πάντων γέγονε τῶν Ἀποστόλων ὥσπερ διδασκαλία, οὕτως δὲ καὶ ἡ παράδοσις· αἱ δὲ ἀπὸ τόπου, ὡς οἱ Περατικοί· αἱ δὲ ἀπὸ ἔθνους, ὡς ἡ τῶν Φρυγῶν.

Pag. 295. lin. 25. Ἑπτὰ ἀρχόντων] Credo *Ophianos* hoc figmentum ab antiquiſſimis Hæreticis, viz. *Gnoſticis, Saturnilo, Baſilide*, & *Valentino* mutuatos eſſe. Audi *Epiphanium*, *Hæreſ.* 26. quæ eſt *Gnoſticorum*, pag. 91. Τὰ δὲ τῶν μειζόνων κατ' αὐτοὺς Ἀρχόντων ὀνόματα ταῦτα εἶναι λέγουσι, πολλοὺς λέγοντες· ἐν μὲν τῷ πρώτῳ οὐρανῷ εἶναι τὸν Ἰαὼ ἄρχοντα, καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ φασὶν εἶναι τὸν Σακλᾶν ἄρχοντα τῆς πορνείας, ἐν δὲ τῷ τρίτῳ τὸν Σὴθ ἄρχοντα, ἐν δὲ τῷ τετάρτῳ εἶναί φασι τὸν Δαδέ· τέταρτον γὰρ ὑποτίθενται οὐρανὸν, καὶ τρίτον· πέμπτον δὲ ἄλλον οὐρανὸν, ἐν ᾧ φασιν εἶναι τὸν Ἐλωαῖον τὸν καὶ Ἀδωναῖον· ἐν δὲ τῷ ἕκτῳ φασὶν εἶναι οἱ μὲν τὸν Ἰαλδαβαὼθ, οἱ δὲ τὸν Ἠλιλαῖον· ἄλλον δὲ ἕβδομον οὐρανὸν ὑποτίθενται, ἐν ᾧ λέγουσιν εἶναι τὸν Σαβαώθ· ἄλλοι δὲ λέγουσιν οὔ, ἀλλ' ὁ Ἰαλδαβαὼθ ἐστὶν ἐν τῷ ἑβδόμῳ· ἐν δὲ τῷ ὀγδόῳ οὐρανῷ τὴν Βαρβηλὼ καλουμένην. Prædictis *Principibus* alios adjunxère, totidémq; cœlos, donec ad trecenteſimum ſexageſimum quintum pervenerunt. *Epiph. Hæreſ.* 24. *Theodoret.* lib. 1. *De Hær. fab.* in *Baſilide. Quin etiam, Angelorum nomina effingentes, hos quidem dixerunt primum habere cœlum, illos verò ſecundum; & itâ deinceps usque ad trecenteſimum ſexageſimum quintum.* Septem iſtos *Principes majores Irenæus* aliter recenſuit, lib. 1. cap. 34. *Eum enim, qui à matre primus ſit, Ialdabaoth vocari; cum autem, qui ſit ab eo, Iao; & qui ab eo, Sabaoth magnum; quartum autem Adonæum; & quintum Eloæum; & ſextum Oræum; ſeptimum autem, & noviſſimum omnium, Eloæum.* Alia ab utrisque eſt ea ſeptem *Principum*, vel Angelorum, enumeratio, quæ invenitur inter *Gemmas Baſilidianas*, Tabulâ quartâ, in *Jo. Chifletii Abraxa Proteo.*

ΜΙΧΑΗΛ
ΓΑΒΡΙΗΛ
ΟΥΡΙΗΛ
ΡΑΦΑΗΛ
ΑΝΑΝΑΗΛ
ΠΡΟΣΟΡΑΙΗΛ
ΥΑΒΣΩΗ

Epiph. Hær. 23. quæ eſt *Saturnilianorum*. Ἔτι

δὲ εἶναι πατέρα ἄγνωστον, τὸν αὐτόν τε πεποιηκέναι δυνάμεις, καὶ ἀρχὰς, καὶ ἐξουσίας· τοὺς δὲ Ἀγγέλους διεστάναι τῆς ἄνω δυνάμεως, ἑπτὰ δέ τινας τὸν κόσμον πεποιηκέναι, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ· τὸν κόσμον δὲ κατὰ μεριτείαν ἑκάστῳ Ἀγγέλῳ κεκληρῶσθαι. Tertull. adverſùs Valentinianos, cap. 20. Cùm ipſam cœlorum ſeptemplicem ſcenam ſolio deſuper ſuo finit: unde & Sabbatum dictum, ab Hebdomade ſedis ſuæ. Iren. lib. 1. cap. 1. Septem quoque cœlos feciſſe, ſuper quos Demiurgum eſſe dicunt, & propter hoc Hebdomadam vocant eum. Et infrà; Septem autem cœlos, quos intellectuales eſſe dicunt; Angelos autem eos tradunt, & Demiurgum, & ipſum Angelum, &c. Iren. lib. 1. cap. 23. De Saturnino. Nomina quoque quædam affingentes, quaſi Angelorum annuntiant, hos quidem eſſe in primo cœlo, hos autem in ſecundo: & deinceps nituntur CCCLXV. ementitorum cœlorum & nomina, & principia, & Angelos, & virtutes exponere. Theodoret. lib. 1. De Hær. fab. in Saturnino. Idem, in Ophitis. Illum autem appellant filium Prunici. Is autem rurſus alium filium produxit, & uſque ad Septenarium numerum proceſſiſſe productiones, ab unoquoque autem eorum unum cœlum fuiſſe fabricatum, & unumquemque proprium habitâſſe.

Pag. 295. lin. 36. Μιχαὴλ] Theodoret. lib. 1. De Hær. fab. in Ophitis. Dicunt autem alios cum primo ſeditionem agitâſſe, qui horum quidē erat avus, illorum verò abavus, aliorum tritavus; cum verò animi anxium, in materiæ fæcem cogitationem defixiſſe, & genuiſſe ex ipſa filium Ophiomorphon; ſive ſerpenti-formem: deinde gloriantem Ophiomorphi patrem dixiſſe, "Ego Deus, & Pater, & nullus me ſuperior; matrem autem ægrè tuliſſe & acclamâſſe, "Nè "mentire, eſt enim te ſuperior Pater omnium, primus homo, filius hominis. Hæc autem verba cùm audiiſſet ſerpentis pater, inquit, "Agite fa-"ciamus Hominem ad imaginem noſtram. Quin etiam multa alia adjiciunt, quæ & impietate plena ſunt, & nihil habent jucunditatis. Ophiomorphum autem illum vocant Michaelem & Samaëlem. Forſan legi debet Samuel. Iren. lib. 1. cap. 34. Sanctam autem Hebdomadam ſeptem ſtellas, quas dicunt Planetas, eſſe volunt, & projectibilem ſerpentem duo habere nomina, Michael & Samuel, dicunt.

Pag. 295. lin. 39. Συειὴλ] Forſan legi debet, Ουειὴλ. Sic ſcriptum invenio in Gemmis Baſilidianis, Tabulâ quartâ; ubi inter ſeptem Angelos tertiam ſedem occupat.

Pag 295. lin. 42. Ῥαφαὴλ] Vide Prædicti Chifletii Abraxam Proteum, Tabulâ quartâ.

Pag. 295. lin. 44. Γαβειὴλ] Vide ibidem Tabulæ quartæ Gemmam decimam quintam, & Tabulæ viceſimæ primæ Gemmam octuageſimam ſeptimam.

Pag. 295. lin. 47. Θαυθαβαὼθ] Neſcio, an Hæreſium ſcriptores hujus Thauthabaoth, Erathaoth, Thaphaoth, Onoelis, & Thartharaoth, uſquam meminerunt. Hujus generis vocabula innumera invenies apud Epiphanium, Hær. 31. quæ eſt Valentinianorum, pag. 165. 171.

Pag. 296. lin. 20. Ὀγδοὰς] Tertull. De Præſcript. adverſùs Hæreticos, cap. 33. De qua prima Ogdoade Æonum exinde decem alii, & duodecim reliqui Æones, miris nominibus oriuntur in meram fabulam triginta Æonum. Vide cap. 49. ibidem. Tertull. libro Adverſùs Valent. cap. 7. Habes Ogdoadem, tetradem duplicem, ex conjugationibus maſculorum & fœminarum, cellas, ut ità dixerim, primordialium Æonum; fraterna connubia Valentinianorum Deorum: ſenſus omnes ſanctitatis & Majeſtatis hæreticæ: neſcio criminum an numinum turbam, certè fontem reliquæ fœcunditatis. Erat Ogdoas mater Achamoth; (Iren. lib. 1. cap. 1.) quæ ſervavit numerum primogenitæ & primariæ pleromatis Ogdoadis. Vide Tertull. Adverſùs Valent. cap. 20. Epiph. Hær. 31. Iren. lib. 1. cap. 1. & 5. lib. 2. cap. 15. Theodoret. lib. 1. De Hær. fab. in Valentino.

Pag. 296. lin. 30. Φαίνοντα] Tull. lib. 2. De Natura Deorum. Nam ea, quæ Saturni ſtella dicitur, Φαίνωνque à Græcis nominatur, quæ à terra abeſt plurimùm, triginta ferè annis curſum ſuum conficit. In quo curſu multa mirabiliter efficiens, tum antecedendo, tum retardando, tum veſpertinis temporibus deliteſcendo, tum matutinis rurſum ſe aperiendo, nihil immutat ſempiternis ſeculorum ætatibus; quin eadem iiſdem temporibus efficiat. Ariſtot. De Mundo, cap. 2. Plutarch. lib. 2. cap. 15. De Placitis Philoſophorum. Philo in libro, Quis rerum Divinarum hæres ſit.

Pag. 296. lin. 31. Ἰαλδαβαὼθ] Ex majoribus Principibus hic primus eſt apud Irenæum, lib. 1. cap. 34. ſeptimus apud Epiphanium, Hær. 26. Tertull. De præſcript. adverſùs Hæreticos, cap. 47. Dicunt enim de illo ſummo primario Æone complures alios Æones exſtitiſſe inferiores; omnibus tamen iſtis Æonem anteſtare, cujus ſit nomen Ialdabaoth, &c. Epiph. Hær. 25. de Nicolaitis. Ἕτεροι δὲ τῶν προειρημένων (id eſt, Gnoſticorum) Ἰαλδαβαὼθ δοξάζουσι, φάσκοντες αὐτὸν εἶναι πρῶτον υἱὸν, ὡς ἔφην, τῆς Βαρβηλώ. καὶ διὰ τοῦτό φασι δεῖν ἄγειν αὐτῷ τιμὴν, ὅτι πολλὰ ἀπεκάλυψεν. ὅθεν καὶ βιβλία τινὰ ἐξ ὀνόματος τοῦ Ἰαλδαβαὼθ πεποίηνται)

ἐκπτύοντες, καὶ ὀνομασίας μυρίας βαρβαρικὰς, ἀρχόντων, φασὶ, καὶ ἐξουσιῶν καθ' ἕκαστον οὐρανὸν ἐναντιουμένων τῇ τῶν ἀνθρώπων ψυχῇ. Vide *Epiphanium*, ibidem, pag. 77. & *Hær.* 26. pag. 91. & *Hær.* 45. pag. 383. *Irenæum* etiam, lib. 1. cap. 34.

Pag. 296. lin. 32 Ἰαῶ] Supremum orbem occupat apud *Epiphanium, Hær.* 26. apud *Irenæum* ſecundum: *Iren.* lib. 1. cap. 34. *Tertull. Adverſùs Valent.* cap. 14. *Tamen tentavit, & fortaſſe apprehendiſſet, ſi non idem Horos, qui matri ejus tam proſperè venerat, nunc tam importunè filiæ occurriſſet, ut etiam inclamârit in eam Iao, quaſi porrò Quirites, aut Fidem Cæſaris; indè invenitur Jao in Scripturis. Iren.* lib. 1. cap. 1. *Et ſic Horon coercentem eam, nè adverſarius irrueret, dixiſſe Iaioth, unde & Iaioth nomen factum dicunt. Theodoret.* lib. 1. *De Hær. fab.* in *Valentino.*

Pag. 296. lin. 36. Ὑπήνην] Sic legi, neſcio tamen an emendavi. *Epiphanius* quæ ſequuntur vocabula deprompſit ex libro *Valentiniano*: Βάλλεσθαι δὲ ὑμᾶς γινώσκειν, Ἀμψίυ, Αὐγὰν, Βυκουὰ, Θαρδεοῦ, Οὐβουκοὰ, Θαρδεσδεῖν, Μερεξὰ, Ἀτὴρ, Βαρβά.

Pag. 295. lin. 37. Κατήγυσας] *Iren.* lib. 1. cap. 18. *De Marco & ejus ſectatoribus. Alii autem adducunt ad aquam, & baptizantes ità dicunt, "In nomine ignoti Patris omnium, in "veritate matris omnium, & in nomine deſcen- "dentis Jeſu ad unitionem, & redemptionem, & "communionem virtutum. Alii autem & Hebraica nomina ſuperfantur, ut ſtupori ſint, vel perterreant eos, qui ſacrantur; ſic "Baſyma cacabaſa eanaa, irraumiſta dyarbada, cacotaba ſobor camelanthi. Horum autē interpretatio eſt talis, Hoc quod eſt ſuper omnem virtutem invoco, quod vocatur lumen & ſpiritus, & vita; quoniam in corpore renaſci. Alii autem rurſus redemptionem profantur ſic, "Nomen, quod abſconditum eſt ab univerſa dei- "tate & dominatione & veritate, quod induit "Jeſus Nazarenus in Zonis luminis, Chriſtus Do- "minus viventis per Spiritum ſanctum in redem- "ptionem Angelicam: Nomen, quod eſt reſtau- "rationis, meſſ anfar magno in ſeenchaldia mo- "ſomeda eaacha faronepſeha Jeſu Nazarene. Et horum interpretatio eſt talis, Chriſti non divido ſpiritum, cor, & ſupercæleſtem virtutem, miſericordem, fruar nomine tuo Salvator veritatis. Et hæc quidem profantur ipſi, qui ſacrant; qui autem ſacratur, reſpondet, "Confirmatus ſum, "& redemptus ſum, & redimo animam meam "ab Æone hoc, & omnibus, quæ ſunt ab eo, "in nomine Iao, qui redimit animam ejus "in redemptionem in Chriſto vivente. Dehinc ſuperfantur, qui adſtant, "Pax omnibus, "in quibus hoc nomen requieſcit.*

Pag. 296. lin. 39. Σαβαώθ] E ſeptem *Principibus* tertius eſt, juxta *Irenæum*, at ſecundùm *Epiphanium* ſeptimus. Vide Annotationes ad paginam 295. *Theodoret.* lib. 1. *De hær. fab.* in *Aſcodrytis. Ex his autem nonnulli, qui dicuntur Archontici, confictis quibuſdam libellis, eos vocant Revelationes Prophetarum. Unum autem appellârunt Enſymphonia, in quo ſeptem cœlos conſcripſerunt: unumquemque autem ipſorum habere unum Principem, matrem autem quandam Photinam eſſe ſupremam. Anathematizant autem lavacrum, & myſteriorum communionem, ut quæ fiat in nomine Sabaoth. Dicunt enim eum in ſeptimo cœlo Tyrannidem exercere. Principum autem nutrimentum dicunt eſſe animas, & ſine eo non poſſe illos vivere. Diabolum verò eſſe filium Sabaoth; eſſe autem Sabaoth Deum Judæorum: filium autem, cùm malus ſit, non honorare ipſum; ſed ei in omnibus adverſari. Epiph. Hær.* 26. quæ eſt *Gnoſticorum.* Φασὶ δὲ τὸν Σαβαὼθ οἱ μὲν ὄνου μορφὴν ἔχειν· οἱ δὲ χοίρου. διόπερ ἐνετείλατο, φασὶ, τοῖς Ἰουδαίοις, χοῖρον μὴ ἐσθίειν· & paulò póſt; Ἔχειν δὲ καὶ τρίχας, ὡς γυναικὸς, ὃ αὐτὸν λέγουσιν οἱ τάλανες, νομίζοντες τὸ ὄνομα τὸ Σαβαὼθ ἄρχοντά τινα εἶναι. Vide *Epiphanium*, ibidem, pag. 91, 92. & *Hæreſ.* 25. pag. 73. item *Hær.* 40. quæ eſt *Archonticorum*, pag. 292, 293. 295.

Pag. 296. lin. 46. Ἀσταφαιὸν] *Princeps* ſeptimus. *Iren.* lib. 1. cap. 34. Vide Annotationes ad paginam 295.

Pag. 296. lin. 52. Αἰλωαιὸν] Hunc *Principem Irenæus* & *Epiphanius* in orbe quinto collocant. *Iren.* lib. 1. cap. 34. *Epiph. Hær.* 26.

Pag. 297. lib. 1. Ὡρεινὸν] *Horos* occurrit apud *Tertullianum*, cap. 49. *De præſcript. adverſùs Haret.* & libro *adverſùs Valent.* cap. 14. apud *Irenæum*, lib. 1. cap. 1. pag. 9. *Horon verò hunc, & Stauron, & Lytroten, & Carpiſten, & Horothetea, & Metagogea vocant.* Vide ibidem, pag. 13. 15. *Epiph. Hær.* 31. pag. 167. *Terminum* invenies apud *Theodoretum*, lib. 1. *De fab. Hær.* in *Valentino*: at *Orei* ſolus, quantum ſcio, *Irenæus* meminit, lib. 1. cap. 34. atque illic inter *Principes* ſexto ordine recenſetur.

Pag. 297. lin. 27. Μαγείας] Alii ex lingua *Hebræa*, vel *Syriaca* deducunt. Vide *Nicolaum Gallaſium* in *Annot.* ad *Iren.* lib. 1. cap. 34. *Petavium* in *Animadverſ.* ad *Epiph. Hær.* 25. *Theodoretum* lib. 1. *De Hær. fab.* in *Marco. Admiſcent autem etiam nomina Hebraica, terrentes eos, qui initiantur, quorum meminiſſe duxi ſupervacaneum.* Idem in *Barbelitis*, & in *Ophitis. Iren.* lib. 1. cap. 18. *Epiph.*

Hær.

Hær. 25. Diſſentit *Salmaſius*, libro *De Annis Climactericis*, pag. 575. *Earum, quaſi Hebraicæ eſſent, non melius ſucceſſit interpretatio viris doctis, quàm Æonum Valentini appellationes ex eodem Hebraico per vim arceſſitæ, omnia enim illa vocabula merè Ægyptiaca ſunt, ut alibi monſtrabimus.*

Pag. 297. lin. 29. Ἰαωῖα] *Grotius* in *Annot.* ad cap. 22. *Evang.* ſecundùm *Matth.* *Neq; dubito, quin quod apud Originem eſt τὸν Ἰαωῖα παρ' Ἑβραίοις ὀνομαζόμενον, legendum eſt, Ἰάω ἢ Ἰα, ut duo ſint nomina* יהוה & יה. *Neq; aliter quàm JAO nomen hoc legendum Hieronymus arbitratur. Clemens Alexandrinus.* Ἰαοῦ, *niſi in Scriptura, mendum eſt.* Alii aliter enunciant, alicubi ſcriptum inveni Ἰαῦ. Apud *Samaritanos* eſt Ἰαβέ. *Theodoret. Quæſt.* 15. in *Exod. Epiph. Hær.* 40. pag. 296. *Phot. Epiſt.* 162. Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. Τοῦτο δὲ, παρὰ μὲν Ἑβραίοις λέγεται Ἀιά· παρὰ δὲ Σαμαρείταις Ἰαβέ. Γράφεται δὲ καὶ γράμμασι τούτοις· ἰώθ. ἄλφ. οὐαύ. ἦθ. δι' ὧν δηλοῦται τὸ ἄναρχόν τι καὶ ἀτελεύτητον τοῦ Θεοῦ. *Diodor.* lib. 2. *Bibl. Hiſt. Macrob.* lib. 1. cap. 18. *Saturnal.* & alii, legunt Ἰάω. *Philo* ex *Sanchuniathone*, Ἰευώ, apud *Euſebium*, lib. 10. cap. 9. *Evang. Præp.*

Pag. 297. lin. 44. Λέοντας] Vide *Gemmas Baſilidianas.*

Pag. 297. lin. 42. Δράκοντας] *Epiph. Hær.* 26. pag. 91. Εἶναι δὲ δρακοντοειδῆ τὸν Ἄρχοντα τὸν κατέχοντα τὸν κόσμον τοῦτον, καὶ καταπίνοντα μετὰ τὰς ψυχὰς τὰς μὴ ἐν γνώσει ὑπαρχούσας, καὶ διὰ τῆς κέρκου πάλιν ἐπιστρέφοντα εἰς τὸν κόσμον κἀντεῦθεν εἰς χοίρους καὶ εἰς ἄλλα ζῶα, καὶ πάλιν διὰ τῶν αὐτῶν ἀναφερομένας.

Pag. 298. lin. 2. Κύκλους] Vide prædictum *Rhenani* ſchema apud *Tertullianum.*

Pag. 298. lin. 48. Προύνικον] *Petav.* in *Animadverſ.* ad *Epiph. Hær.* 31. *Origenes in Celſum Tomo VI.* Προύνικον δέ τινα, &c. *Sed unam quandam ac ſingularem* Προύνικον *à Valentinianis appellatam non puto, cùm* Προυνίκους *Æones omnes nuncupaverit hoc quidem in libro.* Rectè quidem, *Petavi*, ut conſtat ex libro *Valentiniano*, cujus fragmentum exſtat apud *Epiphanium*, *Hær.* 31. At Hæreſium Scriptores unius Προυνίκου, quæ ceteris præcellere videtur, ſæpius meminerunt. *Epiphanius*, *Hær.* 37. Φάσκουσι γὰρ ἀπὸ τοῦ ἄνω Αἰῶνος προβεβλῆσθαι Αἰῶνας, καὶ κατώτερον γεγενῆσθαι * ὁ [* forte legend. τὸν] Ἰαλδαβαώθ. τοῦτον δὲ προβεβλῆσθαι Αἰῶνας, καὶ κατώτερον γεγεννῆσθαι ὁ Ἰαλδαβαώθ. τοῦτον δὲ προβεβλῆσθαι κατ' ἀδράνειαν καὶ ἄγνοιαν τῆς ἰδίας μητρὸς, τουτέστι τῆς ἄνω Προυνίκου, &c. Et pauló póſt; Πρὸς ἐπιβουλὴν δὲ καὶ τοῦ Ἰαλδαβαὼθ ἡ ἄνω μήτηρ ἡ καλουμένη Προύνικος. Vide ibidem, pag. 272. *Irenæum*, lib. 1. cap. 33, 34. pag. 86. 88, 89. *Epiphanium*, *Hær.* 25. pag. 78. & *Petavii Animadverſiones* ad eandem *Hæreſin.*

Pag. 298. lin. 50. Σύμβολον] *Iren.* lib. 1. cap. 1. pag. 13. *Epiph. Hær.* 31. pag. 206, 207. Vide Annotationes ad paginam 273. lin. 38.

Pag. 299. lin. 50. Οὐδαμοῦ] *Grot.* in *Annot.* ad *Matth.* cap. 13. com. 55. *Aut memoria feſellit Origenem, aut Marci exemplaria* [cap. 6. v. 3.] *eo tempore aliam habuerunt Scripturam: disertè enim dicit,* Οὐδαμοῦ, &c. Quid vis, *Origenes*? Nonne eum, qui juga facit & aratra, Fabrum appellamus? Audi *Juſtinum* in *Dialogo* cum *Tryphone*, pag. 316. Καὶ ἐλθόντος τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην, καὶ νομιζομένου Ἰωσὴφ τοῦ τέκτονος υἱοῦ ὑπάρχειν, καὶ ἀειδοῦς, ὡς αἱ γραφαὶ ἐκήρυσσον, φαινομένου, καὶ τέκτονος νομιζομένου, (ταῦτα γὰρ τὰ τεκτονικὰ ἔργα εἰργάζετο ἐν ἀνθρώποις ὤν, ἄροτρα καὶ ζυγά· διὰ τούτων καὶ τὰ τῆς δικαιοσύνης σύμβολα διδάσκων, καὶ ἐνεργῆ βίον). Nobis etiam vetuſtiſſimæ picturæ *Joſephum* exhibent unà cum *Jeſu* tabulas ligneas, & inſtrumenta huic arti propria tractantem. In ore omnium aut Faber, aut Fabri-lignarii filius audit. *Bedam* ſolummodo & *Hilarium* juvat ſeorſim ire, qui artem Ferrariam eundem exercuiſſe volunt: hic *Can.* in *Matth.* 13. *Planè hic Fabri erat filius, ferrum igne vincentis, omnem ſeculi virtutem judicio decoquentis, maſſámque formantis in omne opus utilitatis humanæ*; ille libro in *Evang.* ſecundùm *Marcum*, cap. 2. *Nam etſi humana non ſunt comparanda divinis, typus tamen integer eſt; quia Pater Chriſti igni operatur & Spiritu: unde & de ipſo tanquam de Fabri filio præcurſor ſuus ait; " Ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto & igne; quia vaſa iræ ſui ſpiritûs igne molliendo in miſericordiæ vaſa commutat.*

Pag. 301. lin. 20. Ἡροδότου] *Herodot.* lib. 4. pag. 275.

Pag. 301. lin. 42. Ἐν τοῖς περὶ] Vide pag. 17. 183. 184. 261, 262.

Pag. 302. lin. 9. Ἐσθίοντας] Vide Annotationes ad paginam 4.

Pag. 302. lin. 43. Μοιραγένει] At ejus libris fidem adhibendam negat *Philoſtratus*, lib. 1. cap. 3. *De Vita Apollonii.* Οὐ γὰρ Μοιραγένει γε προσεκτέον, βιβλία μὲν ξυνθέντι ἐς Ἀπολλώνιον τέτταρα, πολλὰ δὲ τῶν περὶ τὸν ἄνδρα ἀγνοήσαντι. In dubio ſum, an eundem ſignat libro quinto, capite ſexto, cùm *Damis*, & *Maximus Ægienſis*, teſte *Philoſtrato*, de *Apollonii* geſtis Commentarios ſcripſerunt. Καὶ ἐλθὼν τὰ τοῦ Μαντείου, θεῖα ὄντα καὶ θαυμαπόνηρα, ὡς μὲν δηκοίην θεραπευθῆναι πρὸς τὸ

ἀμελῶς

ἀπειλῶ; αὐτὸ εἰπόντα. *Maraginis* meminit *Tzetzes*, *Chil.* 11. *Hiſt.* 60. *Plutarch.* lib. 4. *Sympoſ.* cap. 5.

Pag. 302. lin. 48. Περὶ Εὐφράτε] Forſan hac in re *Maragines* lapſus eſt. *Philoſtrat.* lib. 5. cap. 10. Οὐκ ἐγὼ εἶπε, (viz. *Apollonius*) Θεὸς δὲ, τὴν ἰσότητα μεσότητα ὀρισάμενος. ἀγαθοὶ δὲ τούτων ξύμβουλοι καὶ οἵδε τε ἄνδρες, τὸν Δίωνα δείξας, καὶ τὸν Εὐφράτην, μήπω αὐτῷ ἐς διαφορὰν ἥκοντα. Quæ verba indicant *Dionem* & *Euphratem* in familiaritatem quidem *Apollonii* veniſſe. Eam verò nec eâ fide, nec officiis tantis, coluiſſe; ut de *Euphrate* dici poterat ἁλῶναι ὑπὸ τῆς ἐν Ἀπολλωνίῳ μαγείας οὐκ ἀγεννεῖς τινας φιλοσόφους. *Philoſtratus*, ni fallor, libro quinto capite nono, primùm meminit familiaritatis inter eos contractæ; ubi admodum pauca refert de amicitia & amore mutuo: at in ſequentibus frequentiùs narrat tum obſcuras, tum apertas, quas gerebant ſimultates; lib. 5. cap. 11. & 14. lib. 6. cap. 4, & 7. lib. 7. cap. 4, 7. & 15. lib. 8. cap. 2, & 3. pag. 383. 393. 406. *Euſeb. Contra Hieroclem in confutatione libri quinti & ſexti.*

Pag. 303. lin. 1. Ἄγγελοι] *Orig.* Tractat. 5. in *Matth.* “Item requires, puſillorum iſtorum Angeli, qui præſunt eis, quando incipiunt curam eorum habere; utrùm ex quo per lavacrum regenerationis geniti ſunt in Chriſto, quaſi tunc naſcentes infantes, & ultrà non ſubjecti cuidam adverſariæ poteſtati; an ex tempore nativitatis eorum carnalis, ſecundùm præſcientiam Dei, & præordinationem ipſius, “*Quos præſcivit & prædeſtinavit, ut ſint conformes gloriæ Chriſti.* Vides, quoniam qui cautè utrumque diſcuſſerit, illius eſt affirmare, utrum eorum ſit verum, & ad teſtimonium proferre Scripturam uni ex duobus conſentientem. In utraque enim parte multus quidem ſermo fieri poteſt, tamen ex multo parùm aliquid profeſſamus. Qui enim volunt, mox ut quis fuerit natus eorum, qui præcogniti ſunt à Deo, accipere Angelum præpoſitum ſibi, utuntur Apoſtoli voce dicentis; “*Qui me ſegregavit ab utero matris meæ, ut revelaret filium ſuum in me*: quaſi ex eo neceſſarium habet Angelum ſe regentem, quoniam ſegregatus eſt ſecundùm præſcientiam Dei. Item in Epiſtola Judæ ſcriptum eſt ità; “*In Deo Patre dilectis, & in Jeſu Chriſto conſervatis, & vocatis*: à quo conſervatis? niſi ab Angelis, quibus traditi fuerant, ut conſerventur, & eruantur ab omni malo, qui præcogniti & prærordinati habebantur? Item proferet & illud, quod in Pſalmis eſt dictum; *De ventre matris meæ tu es meus protector*: ut ſit protector præcognitorum Deus, per Angelos ob hoc ipſum miniſterium deputatos. Sic & illud accipiet, “*Suſcepiſti me de utero matris meæ*: item; “*Ad te projectus ſum ex utero*; & alia mille hujuſmodi habentia ſenſum. Qui autem vult ex eo hominibus dari Angelum adjutorem, ex quo per lavacrum regenerationis facti ſunt tunc nati infantes in Chriſto, dicet, non eſſe credibile, inſenſatis, & incredulis, & errantibus, & ſervientibus deſideriis variis, & immundis, in malitia & invidia degentibus, odibilibus & odientibus invicem, fornicariis & adulteris, interdum autem & & maſculorum concubitoribus, latronibus, & ebrioſis, atque rapacibus, præeſſe Angelum ſanctum; ut maculetur in hujuſmodi actibus hominis, cui datus eſt cuſtos. Sed eſt homo quidem in tempore infidelitatis ſuæ, & peccatorum ſuorum ex infidelitate naſcentium, ſub Angelis Satanæ, & ſpiritibus malignis, & immundis dæmoniis: cùm autem ſuſceperit fidem, tunc Chriſtus, qui eſt redemptor, qui pretio ſui ſanguinis eum redimit à malignis Dominis credentem in Deum, tradit eum Angelo ſancto, & propter munditiem ſemper videnti faciem Patris. *Clem. Strom.* 5. pag. 592. Τῶν μικρῶν δὲ, κατὰ τὴν γραφὴν, καὶ ἐλαχίστων τοὺς ἀγγέλους τοὺς ὁρῶντας τὸν Θεὸν, ἀλλὰ δὲ καὶ τὴν εἰς ἡμᾶς δι' ἀγγέλων τῶν ἐφεστώτων ἐκάστου ἐπισκοπὴν ἐμφαίνειν, οὐκ ὀκνεῖ (viz. *Plato*) γράφειν. Ἐπειδὴ πάσας τὰς ψυχὰς τοὺς βίους ᾑρῆσθαι, ὥσπερ ἔλαχον, ἐν τάξει, προσιέναι πρὸς τὴν Λάχεσιν· ἐκείνην δὲ ἑκάστῳ, ὃν εἵλετο δαίμονα, τοῦτον φύλακα συμπέμπειν τοῦ βίου, καὶ ἀποπληρωτὴν τῶν αἱρεθέντων. τάχα δὲ καὶ τῷ Σωκράτει τὸ δαιμόνιον τοιοῦτό τι ᾐνίξατο. *Hieronym.* Comment. in *Matth.* cap. 18. *Quia Angeli eorum in cœlis vident ſemper faciem Patris. Magna dignitas animarum, ut unaquæque habeat ab ortu nativitatis in cuſtodiam ſui Angelum deſignatum. Unde legimus in Apocalypſi Joannis:* “*Angelo Epheſi, Thyatiræ, & Angelo Philadelphiæ, & Angelo quatuor reliquarum Eccleſiarum ſcribe hæc. Apoſtolus quoque præcipit velari capita in Eccleſiis fœminarum propter Angelos. Baſil.* in *Regulis brevioribus, Interrog.* 306. Καὶ τοὺς ἀγγέλους παρατηρητὰς ἑκάστου κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Κυρίου, “Ὁρᾶτε μὴ καταφρονήσητε, &c. Vide ejuſdem *Baſilii* librum tertium *Contra Eunomium*: & *Homil.* in *Pſal.* 48. *Enarrat.* in cap. 8. *Eſaiæ*. *Orig. Homil.* 35. in *Luc. Homil.* 8. in *Geneſin*, lib. 8. *Contra Celſum*, pag. 400. & Annotationes ad eandem.

Pag.

Pag. 303. lin. 30. Ἡράκλειτον] *Laert.* in *Heraclito.* Τῶν δὲ ἐναντίων τὸ μὲν ἐπὶ τὴν γένεσιν ἄγον, καλεῖσθαι πόλεμον καὶ ἔριν· τὸ δ' ἐπὶ τὴν ἐκπύρωσιν, ὁμολογίαν καὶ εἰρήνην.

Pag. 303. lin. 33. Φερεκύδην] Forſan hæc *Celſus* deprompſit è libris *De Theologia.* Ἔστι δὲ Θεολογία ἐν βιβλίοις δέκα, ἔχουσα Θεῶν γένεσιν καὶ διαδοχάς· *Suid.* in Φερεκύδης. In iſtis libris plurima erant Αἰνιγματωδῶς εἰρημένα, ut ait *Clemens*, *Strom.* 5. pag. 571. Καὶ μυρία ἐπὶ μυρίοις εὕροιμεν ἂν ὑπό τε φιλοσόφων, ὑπό τε ποιητῶν, αἰνιγματωδῶς εἰρημένα· ὅπου γε καὶ ὅλα βιβλία ἐπικεκρυμμένην τὴν τοῦ συγγραφέως βούλησιν ἐπιδείκνυται· ὡς καὶ τὸ Ἡρακλείτου περὶ φύσεως· ὃς καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο σκοτεινὸς προσηγόρευται· ὅμοια τούτῳ τῷ βιβλίῳ καὶ ἡ Φερεκύδους Θεολογία τοῦ Συρίου. *Iſidorus*, *Baſilidis* diſcipulus, in primo libro *Commentariorum* ad *Prophetam Parchor*, Allegoriçam *Pherecydis Theologiam* è *Chami* Prophetia deſumi opinatur. *Clem. Strom.* 6. pag. 640. Πάντα ὅσα Φερεκύδης ἀλληγορήσας ἐθεολογήσεν, λαβὼν ἀπὸ τῆς τοῦ Χὰμ προφητείας τὴν ὑπόθεσιν. *Philo* ex *Sanchuniathone*, apud *Euſebium*, lib. 1. cap. 10. *Præp. Evang.* Παρὰ Φοινίκων δὲ καὶ Φερεκύδης λαβὼν τὰς ἀφορμὰς ἐθεολόγησε περὶ τοῦ παρ' αὐτῷ λεγομένου Ὀφιονέως Θεοῦ, καὶ τῶν Ὀφιονιδῶν, περὶ ὧν αὖθις λέξομεν. *Marſilius Ficinus* in *Comment.* ad *Plat. Apolog. Socratis. Lil. Gyrald.* in *Syntagm.* 15. *De Hiſt. Deorum. Cæl. Rhodigin.* lib. 2. cap. 7. *Lect. Antiqu. Nos in literis antiquioribus à Pherecyde traditum obſervavimus Dæmonas olim cœlo lapſos, quod noſtra continet doctrina, Ophioneúmque nuncupatum, hoc eſt Dæmonicum ſerpentem, qui anteſignanus fuerit agminis ab divinæ mentis placito deficientis.*

Pag. 303. lin. 39. Εἰς τὸν Ὠγηνὸν] Id eſt, *in Oceanum. Heſych.* Ὠγήν, ὠκεανός. *Suid.* Ὤγυγος ἀρχαῖος Θεός, ὅθεν Ὠγύγιον, καὶ Ὠγύγιοι, ἀρχαῖοι. Inter Deos verò *Oceanus* eſt antiquiſſimus, teſte *Homero*, *Iliad.* ξ'. qui eundem vocat Θεῶν γένεσιν. *Empedoclis* carmina de lapſis & fugatis Dæmonibus, quæ *Plutarchus* laudat in libro *De vitando Ære alieno*, huic interpretationi favent; ubi Πόντονδε διώκει indicat eoſdem Dæmonas ad *Oceani*, vel maris, ima fuiſſe deturbatos. Ἀποφυγὴ δὲ ἐκ ἔστιν ἐπὶ τὰς νομὰς ἐκείνας καὶ τοὺς λειμῶνας, ἀλλὰ πλάζονται, καθάπερ οἱ θεήλατοι καὶ οὐρανοπετεῖς ἐκεῖνοι τοῦ Ἐμπεδοκλέους δαίμονες·

Αἰθέριον μὲν γάρ σφε μένος πόντονδε διώκει.
Πόντος δὲ χθονὸς οὖδας ἀνέπτυσε· γαῖα δ' ἐς αὐγὰς (ναις.
Ἠελίου ἀκάμαντος, ὃ δ' αἰθέρος ἔμβαλε δί-

Pag. 304. lin. 31. Πέπλον] *Suid.* in Πέπλος. Πέπλον δὲ τοῦτο ἐκάλουν διὰ τὸ ἐρεοῦν αὐτὸν εἶναι· ἐνεγέγραπτο δὲ ἐν αὐτῷ ὁ Ἐγκέλαδος, ὃν ἀνεῖλεν ἡ Ἀθηνᾶ. ἦν δὲ τῶν γιγάντων εἷς.

Pag. 305. lin. 33. Πρεσβευσάντων] Vide Annotationes ad paginam 191.

Pag. 306. lin. 13. Πεπρεσβευκότας] Vide Annotationes ad paginam 191.

Pag. 308. lin. 42. Ἐν τοῖς ἀνωτέρω] Pag. 280, 281.

Pag. 309. lin. 11. Οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς] *Seneca*, Epiſt. 74. *Quanti æſtimamus hoc otium, quod inter Deos agitur, quod Deos facit? ità dico, Lucili: & te in cœlum compendiariò voco. Solebat Sextius dicere, Jovem plus non poſſe, quàm bonum virum. Plura Jupiter habet, quæ præſtet hominibus: ſed inter duos bonos non eſt melior, qui locupletior: non magis quàm inter duos, quibus par ſcientia regendi gubernaculum eſt, meliorem dixeris, cui majus ſpecioſiúsq; navigium eſt: Jupiter quo antecedit virum bonum? diutiùs bonus eſt. Sapiens nihilo ſe minoris æſtimat, quòd virtutes ejus ſpatio breviore clauduntur. Quemadmodum ex duobus ſapientibus qui ſenior deceſſit non eſt beatior eo, cujus intra pauciores annos terminata virtus eſt: ſic Deus non vincit ſapientem felicitate, etiamſi vincit ætate. Non eſt virtus major, quæ longior. Jupiter omnia habet: ſed nempe aliis tradidit habenda. Ad ipſum hic unus uſus pertinet, quòd utendi etiam omnibus cauſa eſt. Sapiens tam æquo animo omnia apud alios videt contemnitque, quàm Jupiter: & hoc ſe magis ſuſpicit, quòd Jupiter uti illis non poteſt, ſapiens non vult. Credamus itaque Sextio monſtranti pulcherrimum iter, & clamanti, Hâc itur ad aſtra,* &c. Idem Epiſtolâ 54. *Omnes mortales multos antecedes, non multò te Dii antecedent. Quid inter te & illos interim futurum ſit, quæris? Diutiùs erunt. At mehercule magni artificis eſt clauſiſſe totum in exiguo. Tantum ſapienti ſua, quantum Deo omnis ætas patet. Eſt aliquid, quo ſapiens antecedat Deum: ille naturæ beneficio non timet; ſuo ſapiens. Ecce res magna, habere imbecillitatem hominis, ſecuritatem Dei.*

Pag. 312. lin. 18. Πρὸς Μαρκίωνα] Vide Annotationes ad paginam 267.

Pag. 312. lin. 56. Ἐκ παρακολουθήσεως] Vide paginam 314, & 377. *Chryſippus* apud *A. Gellium*, lib. 6. cap. 1. *Exiſtimat non fuiſſe hoc principale naturæ conſilium, ut faceret homines morbis obnoxios: nunquam enim hoc convenisse naturæ autori, parentique rerum omnium bonarum. Sed, cùm multa, inquit, atque magna gigneret, pareretque, aptiſſima & utiliſſima: alia quoque ſimul agnata ſunt incommoda iis ipſis, quæ faciebat*

faciebat cohærentia; eaq; non per naturam, ſed per ſequelas quaſdam neceſſarias facta dicit, quòd ipſe appellat κατὰ παρακολούθησιν. *Sicut, inquit, cùm corpora hominum natura fingeret, ratio ſubtilior & utilitas ipſa operis poſtulavit, ut tenuiſſimis minutiſque oſſiculis caput compingeret; ſed hanc utilitatem rei majoris alia quædam incommoditas extrinſecùs conſecuta eſt ut fieret caput tenuiter munitum, & ictibus offenſionibusque parvis fragile: proinde morbi quoque & ægritudines partæ ſunt, dum ſalus paritur. Sic Hercle, inquit, dum virtus hominibus per conſilium naturæ gignitur, vitia ibidem per affinitatem contrariam nata ſunt.*

Pag. 316. lin. 19. Ὅπως δ' οἱ] *Plato* in *Timæo*, pag. 22.

Pag. 324. lin. 12. Οὐσίαν ἀμύρτιας] Vide Annotationes ad paginam 168.

Pag. 324. lin. 49. Στωϊκῶν] Vide Annotationes ad paginas 156. 169. & 208.

Pag. 325. lin. 2. Τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς] Vide Annotationes ad paginas 17. 156. 169, & 208.

Pag. 325. lin. 17. Οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς] Vide Annotationes ad paginam 244.

Pag. 325. lin. 37. Ἀναλῦσαι] Vide Annotationes ad paginam 168.

Pag. 326. lin. 4. Στωϊκόν] Vide Annotationes ad paginas 69, & 208.

Pag. 326. lin. 50. Μαρκίωνα] Vide Annotationes ad paginam 267.

Pag. 327. lin. 21. Δυσειδής] Vide *Nicolai Rigaltii* Tractatum *De Pulchritudine corporis D. N. Jeſu Chriſti*, in fine *Obſervationum* ad *Cypriani* opera.

Pag. 328. lin. 40. Διαφόρως] Vide Annotationes ad paginam 99.

Annotationes in Librum VII. ORIGENIS *contra* CELSUM.

PAg. 333 lin. 12. Ἀριστοτέλους] Vide *Euſeb.* lib. 4. cap. 2. & 3. *Præp. Evang.* & Annot. ad pag. 32.

Pag. 333. lin. 16. Ἐπιχάρμῳ] Vide *Euſeb.* ibid. & Annot. ad pag. 32.

Pag. 334. lin. 21. Ὀρχήστραν] Vide Annot. ad pag. 5.

Pag. 334. lin. 42. Σκιοειδῶν] Vide Annot. ad pag. 97.

Pag. 334. lin. 55. Σώματα] Vide Annot. ad pag. 133.

Pag. 335. lin. 25. Σοφώτατον] *Plato Apolog.* pag 20. Τῆς γὰρ ἐμῆς, εἰ δή τίς ἐστι σοφία καὶ οἵα, μάρτυρα ὑμῖν παρέξομαι τὸν Θεὸν τὸν ἐν Δελφοῖς. Χαιρεφῶντα γὰρ ἴστε δήπου. οὗτος ἐμός ἑταῖρος ἦν ἐκ νέου, καὶ ὑμῶν τῷ πλήθει ἑταῖρός τε, καὶ ξυνέφυγε τὴν φυγὴν ταύτην, καὶ μεθ' ὑμῶν κατῆλθε· καὶ ἴστε δὴ οἷος ἦν Χαιρεφῶν, ὡς σφοδρὸς ἐφ' ὅ,τι ὁρμήσειε· καὶ δή ποτε καὶ εἰς Δελφοὺς ἐλθὼν, ἐτόλμησε τοῦτο μαντεύσασθαι· καὶ ὅπερ λέγω μὴ θορυβεῖτε ὦ ἄνδρες· ἤρετο γὰρ δὴ εἴ τις ἐμοῦ εἴη σοφώτερος. ἀνεῖλεν οὖν ἡ Πυθία μηδένα σοφώτερον εἶναι.

Pag. 335. lin. 29. Σοφός] *Suidas* in Σοφός.

Σοφὸς Σοφοκλῆς· σοφώτερος δ' Εὐριπίδης·
Ἀνδρῶν δὲ πάντων Σωκράτης σοφώτατος.

Apud *Ariſtoph. Scholiaſt.* in *Nubibus* legitur Σωκράτης σοφώτατος, quem vide pag. 131.

Pag. 335. lin. 2. Θυσίαις] Vide Annot. ad pag. 133.

Pag. 336. lin. 5. Δυσχειμέρου] *Hom. Iliad.* β'. v. 257. & *Iliad.* π'. v. 233.

Ζεῦ, ἄνα Δωδωναῖε, Πελασγικὲ, τηλόθι ναίων,
Δωδώνης μεδέων δυσχειμέρου· ἀμφὶ δὲ Σελλοὶ
Σοὶ ναίουσ' ὑποφῆται, ἀνιπτόποδες, χαμαιεῦναι.

Jupiter, Rex Dodonæe, Pelaſgice, longè-habitans,
Dodonæ præſidens, frigoribus expoſitæ; circum autem Selli
Tui habitant Vates, illoti pedibus, humi-dormientes. Vide *Schol.* & *Euſtathium.*

Pag. 337. lin. 44. Ἐγὼ ὁ Θεός εἰμι] Talis erat *Simon Magus. Iren.* lib. 1. cap. 20. *Hic igitur à multis quaſi Deus glorificatus eſt, & docuit ſemetipſum eſſe, qui inter Judæos quidem quaſi Filius adparuerit, in Samaria autem quaſi Pater deſcenderit, & in reliquis verò gentibus, quaſi Spiritus ſanctus adventaverit. Eſſe autem ſe ſublimiſſimam virtutem (hoc eſt, eum, qui ſit ſuper omnia Pater) & ſuſtinere vocari ſe quodcunque eum vocant homines.* Talis *Doſitheus. Orig.* lib. 1. *contra Celſum*, pag. 44. & *Tom.* 14. in *Joan. Sic Doſitheum etiam quendam exſtitiſſe ex Samaritanis, qui ſeipſum diceret Meſſiam Prophetarum.* Talis & *Menander. Euſeb.* lib. 3. cap. 23. *Eccleſ. Hiſt. Tertull. De Præſcriptione adverſùs Hæreticos. Poſt hunc*

Menander

Menander, Diſcipulus ipſius, ſimiliter Magus eadem dicens, quæ Simon ipſe, quicquid ſe Simon dixerat, hoc ſe Menander eſſe dicebat, negans habere poſſe quenquam ſalutem, niſi in nomine ſuo baptizatus fuiſſet.

Pag. 341. lin. 30. Διὰ δύο προφητικῶν] En tibi, Lector, præclara hujus loci emendatio; quam luce digniſſimam incomparabilis ſenex, *Joannes Dallæus*, *Pariſienſis*, ſingulari quâ ſolet humanitate ductus & bonarum literarum ſtudio, miſit ad doctiſſimum & ei amiciſſimum virum *Thomam Smith, S.T.B.* in *Coll. Chriſti*, *Cantabrigienſem*, 22. *Aprilis* anno MDCLVIII; qui de eadem nobiſcum communicavit, & excudendam dedit.

Clariſſimo & Doctiſſimo Viro, CLAUDIO SARRAVIO, Henricus Valeſius *S. D.*

“HEri cùm apud me eſſes, (Clariſſime juxtà ac Doctiſſime *Sarravi*,) conjecturam tibi meam de quodam *Origenis* mendoſiſſimo loco aperire memini: cujus emendationem, prolato in medium codice, cùm tibi indicaviſſem; eam tu ſtatim, pro tua humanitate, ad verecundiam mihi viſus es comprobare. Sed quoniam argumenta ac teſtimonia, quibus hæc emendatio nititur, non erant tunc ad manum, & locus ille *Origenis* uberiorem enarrationem deſiderat, idcirco pluribus ad te ſcribere ſtatui, ut ille *Origenis* locus, valde intricatus ac difficilis, explicatione meâ clarior fiat; nec ullus de emendatione noſtra dubitandi locus cuiquam relinquatur.

“Reſpondet igitur *Origenes* in eo loco (hoc eſt, in libro ſeptimo *Contra Celſum*, pag. 341) argumento cuidam non infirmo; quo uſus erat *Celſus*, ad convellendam fidem & credulitatem *Chriſtianorum* de *Jeſu Chriſto*: quæ hoc præcipuè fundamento inniti videbatur, Quòd Prophetæ multò antè de ipſo prædixerant quæcunque poſtea evenerunt.

“Quid verò, aiebat *Celſus*, ſi Prophetæ prædixerint ſummum omnium Deum ſerviturum eſſe, aut ægrotaturum, aut etiam moriturum: num idcirco neceſſe erit, illum & ſervire, & ægrotare, & mori; ut mortuus Deus eſſe credatur? Sed profectò, inquit, nec Prophetæ hæc unquam prædixerunt: ſunt enim impia, & à ratione prorſus aliena. Proinde, non quid Prophetæ prædixerint, quid minimè prædixerint, diſquirendum eſt; ſed utrùm id, quod prædixerunt, Majeſtati divinæ conveniat. Nam ſi id indecorum ac turpe eſt; tametſi omnes homines, furore correpti, id prædixerint, fidem nunquam merebitur.

“Reſpondet *Origenes*, in hac *Celſi* argumentatione deprehendi duo connexa, quorum conſequentia ſibi invicem oppoſita ſint ac repugnantia hoc modo: Si, inquit, veri Prophetæ ſummi Dei prædixerint illum eſſe ſerviturum ac moriturum, neceſſariò hæc fient, quandoquidem veri ſunt Prophetæ Dei. Ruſus, ſi iidem Prophetæ iſta de Deo pronuntiaverint; non evenient, quippe cùm ſint naturæ divinæ contraria. Hæc ſunt duo connexa, quorum conſequentia ſibi invicem repugnant; evenient ſcilicet, & non evenient. Quotieſcunque autem, ait *Origenes*, in duobus connexis idem eſt antecedens, ſed conſequentia ſibi invicem repugnant; tunc antecedens, quod commune eſt in duobus connexis refelli ſolet argumentatione illâ, quam *Stoici* διὰ δύο τροπικῶν vocant. In vulgatis quidem *Origenis* exemplaribus hodie legitur Τῷ καλουμένῳ διὰ δύο προφητικῶν θεωρήματι· ego verò non dubito, quin legendum ſit, ut dixi, τροπικῶν. Sic enim *Sextus Empiricus* in libro ſecundo *Pyrrhoniarum Hypotyp.* initio id genus argumentationis appellat; Ὥσπερ γὰρ ὁ μὴ εἰδὼς τί ἐστιν τὸ καθ' ὃ προαιρούμενος, ἢ τὸ διὰ δύο τροπικῶν θεώρημα οὐδὲ εἰπεῖν τι δύναται περὶ αὐτοῦ. Et *Galenus* in libro ſecundo *De Dogmatibus Hippocratis & Platonis*, pag. 254. in fine: Νυνὶ δὲ, inquit, πῶς μὲν οἱ διὰ δύο τροπικῶν τριῶν (dele τριῶν) ἀναλύονται συλλογισμοὶ, καὶ πῶς οἱ ἀδιαφόρως περαίνοντες, ἢ τινὲς ἄλλοι τοιοῦτοι τῷ πρώτῳ καὶ δευτέρῳ θέματι προσχρώμενοι, πολλοῖς ἔστι συντυχεῖν ἀκριβῶς ἠσκημένοις, ὥσπερ ἀμέλει καὶ ἐπ' ἄλλοις ὅσοις διὰ τοῦ τρίτου θέματος ἢ τετάρτου συλλογισμοὺς ἀναλύειν. καὶ τούτων τοὺς πλείστους ἔνεστιν ἑτέρως ἀναλύειν συντομώτερον, ὡς Ἀντίπατρος ἔγραψεν. Et hæc quidem de nomine ſyllogiſmi. Ceterùm cur ità vocatus ſit, difficile eſt dicere, ac multò magìs quâ ratione conficeretur. Τροπικὸν quidem idem eſt ac propoſitio, ſive λῆμμα, quemadmodum docet *Sextus Empiricus, adverſùs Mathematicos*, pag. 300, & 301. Quædam tamen ſubjungit ibidem *Origenes*, ex quibus (licèt obſcurè) perſpici poteſt quænam fuerit ratio ac methodus argumentationis illius *Stoicorum*. Poſtquàm enim dixit, quoties in duobus “con-

dele τ. vid. not. pag. 97. l. 30

“connexis unum idémque eſt antecedens,
“ſed conſequentia duo ſibi invicem re-
“pugnantia, tunc antecedens illud ſubverti ſo-
“lere per ſyllogiſmum διὰ δύο τροπικῶν;
“ſubjicit id concludi in hunc modum; Si
“primum eſt & ſecundum, ſi primum non eſt
“ſecundum, non eſt ergò primum. Vel po-
“tiùs, ſi eſt A. eſt B. ſi eſt A. non eſt B.
“Ergò non eſt A. Exemplum autem in re-
“bus ipſis hoc afferebant *Stoici* duorum con-
“nexorum, in quibus commune eſſet antece-
“dens, conſequentia autem planè repugnan-
“tia; Si ſcis te mortuum eſſe, mortuus es: ſi
“ſcis te mortuum eſſe, non es mortuus: ex
“quibus ſequitur hæc concluſio, Ergò non
“ſcis te mortuum eſſe. Sic autem probabant
“duas illas propoſitiones connexas: primam
“quidem hoc modo; Si ſcis te mortuum eſſe,
“eſt planè id, quod ſcis; id autem quod ſcis,
“eſt te mortuum eſſe, Ergò mortuus es, ſi ſcis
“te mortuum eſſe. Alterum verò connexum
“ità probabant: ſi ſcis te mortuum eſſe, ſcis
“ac ſentis aliquid, nempe quòd ſis mortuus;
“atqui mortuus nihil ſcit, nec ſentit; igitur
“ſi ſcis te mortuum eſſe, non es mortuus. Ex
“quibus ſequitur manifeſtè iſta concluſio,
“Non ergò ſcis te mortuum eſſe. Hæc *O-
“rigenes*, pag. 341. *Græcè* dicit, quæ nos pe-
“nè ad verbum *Latinè* tranſtulimus. Nam
“interpres *Latinus*, vir alioqui doctiſſimus,
“ſenſum hujus loci minimè eſt aſſecutus, tum
“ob difficultatem rerum, tum præcipuè ob
“defectum corruptionémq; verborum. Nam
“ubi legitur in quarto verſu, Ἐι οὐ τὸ πρῶτον,
“οὐ τὸ δεύτερον· ſcribendum erat Ἐι τὸ
“πρῶτον, vel potiùs εἰ τὸ A, οὐ τὸ B. Et in
“ſequenti verſu malim legere τύπον quàm
“τρόπον. In ſexto autem verſu deeſt inte-
“grum comma, connexum videlicet unum:
“Scribe itaque; Ἐι ἐπίστασαι ὅτι τέθνηκας, τέ-
“θνηκας· εἰ ἐπίστασαι ὅτι τέθνηκας, οὐ τέθνηκας,
“&c. In verſu nono ſcribe; Ἐι ἐπίστασαι ὅτι
“τέθνηκας, ἐπίστασαι ὅτι τέθνηκας· ἐπεὶ γὰρ ὁ τε-
“θνηκὼς οὐδὲν ἐπίσταται, &c. Ex his apparet cur
“hæc argumentatio dicta ſit Διὰ δύο τροπι-
“κῶν. Fiebat enim per duo connexa, ut vi-
“des, ſeu δύο τροπικὰ, quæ probanda erant,
“ut concluſio ſequeretur. Quanquam veriſ-
“ſimum eſt id, quod ait *Galenus* in eo loco,
“quem ſuperiùs adduxi, aliâ viâ ac methodo
“poſſe concludi, idque longè breviùs ac faci-
“liùs, quàm illâ à *Stoicis* traditâ argumen-
“tatione, quæ multas habebat difficultates
“ambagéſque verborum. Quod quidem etiam
“*Antipater Stoicus* agnoverat, teſte *Galeno*.
“Licet enim argumentari hoc modo; Si ſcis
“te mortuum eſſe, ſequitur manifeſta contra-
“dictio, nempe te mortuum eſſe, & mortuum
“non eſſe; atqui hoc fieri non poteſt. Er-
“gò nec illud, ex quo hoc ſequitur.

“Ceterùm hæc *Origenis* reſponſio ſubtilior
“mihi videtur eſſe, quàm verior. Neque
“enim *Celſus* ità argumentabatur, ut vult
“*Origenes*; neque in ejus diſputatione duo
“illa connexa deprehenduntur: ſed hoc aie-
“bat *Celſus*, ut ex ejus verbis ab *Origene* pro-
“latis liquidò apparet, Non eſſe attenden-
“dum, an Prophetæ aliquid de Deo præ-
“dixerint, an non: ſed illud præcipue in-
“quiri oportere, utrùm honeſta, & pia, &
“quæ conveniant Majeſtati divinæ ab iis
“pronuntiata ſint: ſin minùs, eorum præ-
“dictiones nihilò pluris eſſe faciendas, quàm
“furioſorum hominum ſermones. Quæ qui-
“dem argumentatio validiſſima eſt ad con-
“vellendam fidem *Chriſtianorum* de *Chriſto*,
“quæ vaticiniis Prophetarum præcipue ni-
“tebatur. Hoc igitur probare debebat *Ori-
“genes*, & omnes ingenii nervos eò intende-
“re; ut demonſtraret quæcunque à Prophetis
“noſtris de *Chriſto* eſſent pronuntiata pia eſſe,
“ac honeſta, nec à ratione, nec à Majeſtate
“divina abhorrere.

“Hæc ſunt, doctiſſime *Sarravi*, quæ ad
“*Origeniani* loci explicationem jampridem
“annotaveram: quæ ſi tuo ſuffragio com-
“probaveris, equidem aliorum judicium non
“vehementer formidabo. Tantùm hæc ad-
“dam inſtar Corollarii, *Celſum* hunc (ad-
“versùs quem hos Commentarios ſcripſit *O-
“rigenes*) familiarem fuiſſe *Luciani Samoſa-
“tenſis*, cui *Lucianus* librum ſuum, qui *A-
“lexander* aut Ψευδόμαντις inſcribitur, nun-
“cupavit; in quo libro cum à modeſtia &
“tranquillitate animi, & morum ſuavitate
“commendat, & admirari ſe dicit incredi-
“bilem hominis ſapientiam ſtudiúmque ve-
“ritatis, Εὐφυΐᾳ σοφίᾳ καὶ τῷ πρὸς ἀλήθειαν
“ἔρωτι. Quibus verbis indicare videtur li-
“brum illum *Celſi*, cui reſpondet *Origenes*, qui
“Ἀληθὴς λόγος erat inſcriptus. Sed & ho-
“minem *Epicureum* fuiſſe teſtis eſt ibidem
“*Lucianus*: quod confirmat etiam *Origenes*.
“Ex teſtimonio autem *Luciani* colligere eſt
“*Celſum* circa tempora Divi *Marci* floruiſſe.
“Vale, Vir Clariſſime, *Lutetiæ Pariſiorum*, 5.
“Idûs *Novembris*, Anno *Chriſti*, MDCXLV.

Sarravii illam, quâ doctiſſimo *Valeſio* reſpondet, emendationiſque præclaræ gratias refert, repræſentandam tibi, Lector, duximus ex Epiſtolis ejuſdem *Arauſioni* Anno MDCLIV. editis. Extat inter illas pag. 184. Cl. Sar.

Cl. Sat. Henrico Valeſio. Lutetiam.

P*Lurimùm debere me tibi agnoſco, & libentiſſimè profiteor, ſuaviſſime* Valeſi, *pro illa tua Epiſtola, quam mihi reddidit amiciſſimus & doctiſſimus* Menagius *noſter. Scilicet praclaram, & cuivis non obviam, ſuper* Origenis *difficillimo loco obſervationem non contentus indicâſſe, eam etiam novis teſtimoniis firmare, & illuſtrare voluiſti. Atqui tanti certè fuit apud me autoritas tua, ut vel ſolitaria ſeſe ſtatim mihi probaverit. Non ingrata fuit tamen illa tua ſollicitudo, qui ex aliorum præſtantiſſimorum Magiſtrorum ſcitis eximiam & quantivis pretii emendationem voluiſti in aperta luce collocare. Pauci, ſanè omnino pauci, ità veteres legunt, & in eos requirunt, ut ſenſus adeò reconditos ex illis eruant. O beatas illas horas! quas nudiuſtertius tecum, & cum tam naturâ, quàm ſublimi doctrinâ, verè germano tuo* Hadriano, *præſentibus quoque* Menagio & Heinſio juniore, *tranſigere mihi contigit. Has quoties mente revolvo, ſumma votorum meorum eſt, ut*

" Proveniant multi ſic mihi ſæpe dies.

Chryſippi varia argumentandi genera *Laertius* enumerat in *Zenone*, quæ non pigebit hìc transſcribere, cùm nullus dubito, quin lucis aliquantulum afferent, atque pleniorem hujus loci intelligentiam curioſo iſtiuſmodi ſubtilitatum indagatori ſuppeditabunt. Παρὰ δὲ τῷ Χρυσίππῳ πέντε, δι' ὧν πᾶς λόγος πλέκεται· οἵτινες λαμβάνονται ἐπὶ τῶν ἀναποδεικτικῶν, καὶ ἐπὶ τῶν συλλογισμῶν, καὶ ἐπὶ τῶν τροπικῶν. πρῶτος δέ ἐστιν ἀναπόδεικτος, ἐν ᾧ πᾶς λόγος συντάσσεται ἐκ συνημμένου καὶ τοῦ ἡγουμένου, ἀφ' οὗ ἄρχεταί τι συνημμένον, καὶ τὸ λῆγον ἐπιφέρει· οἷον, ΕΙ τὸ α', τὸ β'. ἀλλὰ μὴν τὸ α'. τὸ ἄρα β'. δεύτερος δ' ἐστὶν ἀναπόδεικτος, ὁ διὰ συνημμένου καὶ τοῦ ἀντικειμένου, τοῦ λήγοντος τὸ ἀντικείμενον, τοῦ ἡγουμένου ἔχων συμπέρασμα· οἷον, ΕΙ ἡμέρα ἐστὶ, φῶς ἐστιν, ἀλλὰ μὴν νύξ ἐστιν· οὐκ ἄρα ἡμέρα ἐστίν· ἡ γὰρ πρόσληψις γίνεται ἐκ τοῦ ἀντικειμένου τῷ λήγοντι, καὶ ἡ ἐπιφορὰ ἐκ τοῦ ἀντικειμένου τῷ ἡγουμένῳ. τρίτος δ' ἐστὶν ἀναπόδεικτος, ὁ δι' ἀποφατικῆς συμπλοκῆς, καὶ ἑνὸς τῶν ἐν τῇ συμπλοκῇ ἐπιφέρων τὸ ἀντικείμενον τοῦ λοιποῦ· οἷον, ΟΥχὶ τέθνηκε Πλάτων, καὶ ζῇ Πλάτων· ἀλλὰ μὴν τέθνηκε Πλάτων, οὐκ ἄρα ζῇ Πλάτων. Τέταρτος δέ ἐστιν ἀναπόδεικτος, ὁ διὰ διεζευγμένου καὶ ἑνὸς τῶν ἐν τῷ διεζευγμένῳ τὸ ἀντικείμενον τοῦ λοιποῦ ἔχων συμπέρασμα· οἷον, Ἤτοι τὸ πρῶτον ἢ τὸ δεύτερον· ἀλλὰ μὴν τὸ πρῶτον, οὐκ ἄρα τὸ δεύτερον, &c. *Laertius* hoc in loco τῶν τροπικῶν meminit, & in *Catalogo* librorum, quos *Chryſippus* confecit, nonnullos invenies, quorum tituli præ ſe ferunt *Chryſippeam* in hujus generis theorematis excogitandis ſubtilitatem. Exempli gratiâ, Περὶ τῶν τροπικῶν ἀμφιβολιῶν. α'. Περὶ συνημμένης τροπικῆς ἀμφιβολίας. β'. *Laert.* in *Chryſipp.* Σύγκρισις τῶν τροπικῶν ἀξιωμάτων. α'. ibid. τροπικὰ ζητήματα πρὸς Ζήνωνα καὶ φιλομαθῆ. α'. Λογικοῦ τόπου πρὸς τοὺς λόγους καὶ τοὺς τρόπους συντάξεις. Πρώτη τέχνη λόγων καὶ τρόπων, πρὸς Διοσκουρίδην. Περὶ τρόπων συστάσεως. Πρὸς τὸ περὶ τρόπων Φίλωνος πρὸς Τιμόστρατον. Εἰς τὰ περὶ λόγων καὶ περὶ τρόπων. α'. ibid. Connexa etiam in ſuis commentariis fuſiùs tractavit, Συνημμένων πιθανῶν πρὸς Διοσκουρίδην. δ'. &c. Huc ſpectat tortuola *Chryſippi* argumentatio apud *Ciceronem*, lib. 4. *Academ. Quæſt. Quomodo igitur hoc concluſum eſſe judicas, ſi dicis nunc lucere, & verum dicis; lucet. Dicis autem lucere, & verum dicis; lucet igitur. Probatis certè genus, & rectiſſimè concluſum dicitis. Itaque in docendo eum primum concludendi modum traditis. Aut quicquid igitur eodem modo concluditur probabitis, aut ars iſta nulla eſt. Vide ergò hanc concluſionem probaturúſne ſis. Si dicis te mentiri, verúmque dicis: mentiris. Dicis autem te mentiri, verúmq; dicis: mentiris igitur. Qui potes hanc non probare, cùm probaveris ejuſdem generis ſuperiorem? Hæc Chryſippea ſunt, nec ab ipſo quidem diſſoluta.* Deprecabor, ut meam mihi loquacitatem doctiſſimus *Valeſius* condonet, ſi de *Galeni* teſtimonio Lectorem obiter admonebo, vocabulum τριῶν vix temerè & feſtinante calamo delendum eſſe, cùm apud *Laertium Chryſippi* liber occurrat, qui inſcriptus eſt Περὶ τοῦ διὰ τριῶν, πάλιν πρὸς Γοργιππίδην. α'. *Laert.* in *Chryſipp.*

Pag. 349. lin. 11. Στραδιώδης] Vide Annotationes ad paginam 417.

Pag. 350. lin. 17. Πλάτων] *Plato*, in *Phæd.* pag. 109.

Pag. 350. lin. 51. Ἐν τῷ Ἀδάμ] Vide Annotationes ad paginam 191.

Pag. 351. lin. 7. Τῶν ἐν αὐτῷ] Vide Annotationes ad paginam 191.

Pag. 352. lin. 19. Ἐν τῷ Φαίδωνι] *Plato*, in *Phæd.* pag. 109. Ubi inter αἰθέρα, & καὶ εἰ ἡ φύσις, hæc verba interjecta habes; ἐπεὶ εἴ τις αὐτοῦ ἐπ' ἄκρα ἔλθοι, ἢ πτηνὸς γενόμενος ἀνάπταιτο, κατιδεῖν ἀνακύψαντα, ὥσπερ ἐνθάδε οἱ ἐκ τῆς θαλάττης ἰχθύες ἀνακύπτοντες ὁρῶσι τὰ ἐνθάδε, οὕτως ἄν τινα καὶ τὰ ἐκεῖ κατιδεῖν.

Pag. 356. lin. 19. Ἀριστοφάνης] *Ariſtoph.* in *Acharn.* pag. 391, &c.

Pag. 356. lin. 31. Στωϊκοῖς] *Tull.* lib. 1. *Acad. Quæſt. Sed inter ſcientiam & inſcientiam, comprehenſionem illam, quam dixi, collocabat, eámque neq; in rectis, neque in pravis numerabat, ſed ſoli credendum eſſe dicebat. E quo ſenſibus*

etiam fidem tribuebat, quòd, ut ſuprà dixi, comprehenſio, facta ſenſibus, & vera eſſe illi, & fidelis videbatur: non quòd omnia quæ eſſent in re comprehenderet; ſed quia nihil, quod cadere in eam poſſet, relinqueret, quódq; natura quaſi normam ſcientiæ & principium ſui dediſſet, unde poſtea notiones rerum in animis imprimerentur è quibus non principia ſolùm, ſed latiores quædam ad rationem inveniendam viæ reperiuntur, & lib. 4. *Acad. Quæſt. Dicunt enim Stoici ſenſus ipſos aſſenſus eſſe, quos, quoniam appetitio conſequatur, actionem ſequi; illi autem omnia, ſi viſa tollantur.*

Pag. 358. lin. 38. Ὀκταυοί] Vide Annotationes ad paginam 119. 294.

Pag. 358. lin. 39. Τοῖς ἀνωτέρω] pag. 293.

Pag. 358. lin. 41. Εἴδωλα] Si per *Idola* ſpectra intelligis, vide Annotationes ad paginam quintam: at, ſi mavis de imaginibus, & ſimulacris interpretari; adi gemmarum inſcriptiones, quarum plurimæ Magicis operationibus inſerviebant: audi etiam quæ *Irenæus* refert de *Simone* & *Helena*, lib. 1. cap. 20. *Imaginem quoque Simonis habent factam ad figuram Jovis, & Selenæ in figuram Minervæ; & has adorant.* Et *De Carpocratianis*, cap. 24. *Gnoſticos ſe autem vocant, etiam imagines quaſdam quidem depictas, quaſdam autem & de reliqua materia fabricatas habent, dicentes formam Chriſti factam à Pilato illo in tempore, quo fuit Jeſus cum hominibus, & has coronant, & proponunt eas cum imaginibus mundi Philoſophorum; videlicet cum imagine Pythagoræ, & Platonis, & Ariſtotelis, & reliquorum, & reliquam obſervationem circa eas ſimiliter ut Gentes faciunt.* Vide *Epiphanium, Hær.* 21. pag. 58. *Hær.* 27. pag. 108. *Irenæum*, lib. 2. cap. 6, 7. 19, 20, 21. 33. 37. lib. 4. cap. 35.

Pag. 358. lin. 43. Τῶν ϑυρωρῶν] *Iren.* lib. 1. cap. 23. *Trecentum autem ſexaginta quinq; cælorum locales poſitiones diſtribuunt, ſimiliter ut Mathematici. Illorum enim Theoremata accipientes, in ſuum characterem doctrinæ tranſtulerunt: eſſe autem Principem illorum* Ἀβράξας, *& propter hoc CCCLXV numerum habere in ſe.* Iſtis trecentum ſexaginta quinque localibus cœlorum poſitionibus totidem *Principes*, vel Angeli, præſidebant; quos hoc in loco *Origenes Janitores* vocat; ut tibi conſtare poteſt ex jam laudato *Irenæi* capite, & Annotatione noſtrâ ad paginam 295. Per quorum portas, impetratâ primùm votis, quæ conceperunt, ab unoquoq; *Principe* admiſſione, cultores miſeri eorum Principatûs ingrediuntur. Vide *Origenem, Contra Celſum*, libro ſexto pag. 296.

Pag. 359. lin. 6. Δαιμόνια] Vide *Origenem, Contra Celſum*, lib. 6. pag. 296. & Annotationes ad eandem.

Pag. 359. lin. 7. Λέοντα] Vide Annotationes ad paginam 297.

Pag. 359. lin. 13. Ἕως θανάτου] Vide Annotationes ad paginam 282.

Pag. 360. lin. 13. Ἀπὸ τοῦ Τιμαίου] *Plato*, in *Timæo*, pag. 28.

Pag. 365. lin. 6. Πᾶσαν συνουσίαν] Vide Annotationes ad paginam 21.

Pag. 365. lin. 8. Ἱεροφάντης] *Hieronym.* Epiſt. *Ad Gerontiam, de Monogamia,* & in fine libri primi *Adverſus Jovinianum. Hierophantas quoque Athenienſium uſque hodie cicutæ ſorbitione caſtrari, & poſtquam in Pontificatum fuerint electi, viros eſſe deſinere.*

Pag. 365. lin. 19. Ἐξαφιθῶνται] Vide *Hieronymum*, lib. 1. *Adverſus Jovinianum.*

Pag. 365. lin. 56. Περὶ τῶν ἄρτι] *Galen.* lib. 5. *De Hippocratis & Platonis decretis*, pag. 390. Τριῶν οὖν τούτων ἡμῖν οἰκειώσεων ὑπαρχουσῶν φύσει καθ' ἕκαστον τῶν μορίων τῆς ψυχῆς εἶδος· πρὸς μὲν τὴν ἡδονὴν διὰ τὸ ἐπιθυμητικόν, πρὸς δὲ τὴν νίκην διὰ τὸ θυμοειδές, πρὸς δὲ τὸ καλὸν διὰ τὸ λογιστικόν. Ἐπίκουρος μὲν τὴν τοῦ χείρονος μορίου τῆς ψυχῆς οἰκείωσιν ἐθεάσατο μόνην, ὁ δὲ Χρύσιππος τὴν τοῦ βελτίστου φάμενος ἡμᾶς οἰκειοῦσθαι πρὸς μόνον τὸ καλόν, ὅπερ εἶναι δηλονότι καὶ ἀγαθόν. ἁπάσας δὲ τὰς τρεῖς οἰκειώσεις θεάσασθαι μόνοις τοῖς παλαιοῖς ὑπῆρξε φιλοσόφοις. ἐάσας οὖν τὰς δύο, ὁ Χρύσιππος εἰκότως ἀπορεῖ περὶ τῆς κατὰ τὴν κακίαν γενέσεως, οὔτ' αἰτίαν ἔχων εἰπεῖν αὐτῆς, οὔτε τρόπους τῆς συστάσεως, οὔθ' ὅπως ἁμαρτάνει τὰ παιδία δυνάμενος ἐξευρεῖν· ἅπερ εὐλόγως οἶμαι πάντα καὶ ὁ Ποσειδώνιος αὐτοῦ καταμέμφεται καὶ ἐλέγχει. εἰ γὰρ δὴ πρὸς τὸ καλὸν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ᾠκείωται τὰ παιδία, τὴν κακίαν οὐκ ἔνδοθεν, οὐδ' ἐξ ἑαυτῶν, ἀλλ' ἔξωθεν μόνον ἐχρῆν αὐτοῖς ἐγγίνεσθαι. ἀλλὰ μὴν ὁρᾶταί γε κἂν χρηστοῖς ἔθεσιν ἐντρέφηται, καὶ προσηκόντως παιδεύηται, πάντως ἐξαμαρτάνοντά τι, καὶ τοῦτ' αὐτὸ καὶ Χρύσιππος ὁμολογεῖ· καίτοι γ' ἐνῆν αὐτῷ ὑπεριδόντι τῶν ἐναργῶς φαινομένων αὐτὸ μόνον ὁμολογῆσαι, τὸ ταῖς ἰδίαις ὑποθέσεσιν ἀκόλουθον. εἰ καλῶς ἀχθείη τὰ παιδία, πάντως αὐτὰ φάσκοντι πρὸς ἄνδρας γενήσεσθαι σοφοὺς χρόνου προϊόντος, ἀλλ' οὐκ ἐτόλμησε τοῦτό γε καταψεύσασθαι τῶν φαινομένων· ἀλλὰ κἂν ὑπὸ φιλοσόφῳ τρέφηται μόνῳ, καὶ μηδὲν μήτε θεάσηται, μήτ' ἀκούσῃ πώποτε παράδειγμα κακίας, ὅμως οὐκ ἐξ ἀνάγκης αὐτὰ φιλοσοφήσειν· διττὴν γὰρ εἶναι τῆς διαστροφῆς τὴν αἰτίαν· ἑτέραν μὲν ἐκ κατηχήσεως τῶν πολλῶν ἀνθρώπων ἐγγιγνομένην, ἑτέραν δὲ ἐξ αὐτῆς τῶν πραγμάτων τῆς φύσεως. ἐγὼ δὲ ὑπὲρ ἑκατέρας αὐτῶν ἀπορῶ, καὶ πρώτης γε τῆς ἐκ τῶν πέλας γιγνομένης· καὶ γὰρ διὰ τί θεασάμενά τε καὶ ἀκούσαντα

παράδειγμα

παράδειγμα κακίας, ἐχὶ μισεῖ τῦτο ἢ φεύγει, τὸ μυρίαν οἰκείωσιν ἔχειν πρὸς αὐτὸ, θαυμάζειν ἐπέρχεταί μοι ἢ πολὺ δὴ μᾶλλον, ἐπειδὰν μήτε θεασάμενα, μήτ' ἀκέσαντα πρὸς αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἐξαπατηθῶ. Τίς γὰρ ἀνάγκη τοῦ πάντας ὑπὸ μιᾶς τῆς ἡδονῆς, ὡς ἀγαθῶ, διελεγξεῶς, μυρίαν οἰκείωσιν ἔχοντας πρὸς αὐτὴν, ἀποστρέφεσθαι ἢ ἢ φεύγειν τὸν πόνον, εἰ γὰρ μὴ ἢ πρὸς τῦτον ὑπεναντίωται φύσει.

Pag. 366. lin. 19. Τίς οἶδεν] Sequitur apud *Suidam*; Τὸ πνεῖν ἢ ζῆν καὶ τὸ κατθανεῖν κάτθανειν. *Stobæus*, Serm. 117. Ex *Euripide*.

Τίς δ' οἶδεν εἰ ζῆν τοῦθ', ὃ κέκληται θανεῖν,
Τὸ ζῆν δὲ θνήσκειν ἐστί· πλὴν ὅμως βροτῶν
Νοσοῦσιν οἱ βλέποντες, οἱ δ' ὀλωλότες
Οὐδὲν νοσοῦσιν, ἐδὲ κέκτηνται κακά.

Pag. 366. lin. 29. Ὁ Ἀδὰμ] Vide Annotationes ad paginam 191.

Pag. 368. lin. 10. Σίβυλλαν] Vide Annotationes ad paginam 272.

Pag. 368. lin. 26. Ἡρακλέα δαίμονα] *Lactant.* lib. 1. cap. 21 *Apud Lindum, quod eſt oppidum Rhodi, Herculis ſacra ſunt, quorum à ceteris longè diverſus eſt ritus: ſiquidem non εὐφημία (ut Græci appellant) ſed maledictis, & execratione celebrantur; eáque pro violatis habent, ſi quando inter ſolennes ritus vel impudenti alicui exciderit bonum verbum. Cujus rei hæc ratio redditur, ſi tamen ulla eſſe in rebus vaniſſimis poteſt; Hercules, cùm eò delatus eſſet, famémque pateretur, aratorem quendam conſpexit operantem: ab eóque petere cœpit, ut ſibi unum bovem venderet: enimverò ille negavit fieri poſſe, quia ſpes ſua omnis colendæ terræ duobus illis jumentis niteretur. Hercules, ſolitâ violentiâ uſus, quia unum accipere non potuit, utrumque ſuſtulit; at ille infelix, cùm boves ſuos mactari videret, injuriam ſuam maledictis ultus eſt: quod homini eleganti & urbano gratiſſimum fuit. Nam dum comitibus ſuis epulas apparat, dumque alteros boves devorat, illum ſibi amariſſime convitiantem cum riſu & cachinnis audiebat: ſed poſtquam Herculi divinos honores ob admirationem virtutis deferri placuit, à civibus ei ara poſita eſt, quam de facto Βούζυγον, id eſt Boum jugum, nominavit: ad quam duo juncti boves immolarentur; ſicut illi quos abſtulerat aratori: eumque ipſum ſibi conſtituit Sacerdotem, ac præcepit ut iiſdem maledictis ſemper in celebrandis ſacrificiis uteretur: quod negaret ſe unquam epulatum eſſe jucundius. Philoſtrat.* lib. 2. *Iconum* in *Theodamante*, à quo *Hercules* unà cum ſociis boves abripuit: Ὅθεν βοῦς μὲν ἀρότης Ἡρακλεῖ θύεται. κατάρχονται δὲ ἐπαρώμενοι, ὅσα, οἶμαι, ὁ γεωργὸς τότε. Χαίρει δὲ ὁ Ἡρακλῆς, ἢ Λινδίοις δίδωσι καταρωμένοις τἀγαθά.

Pag. 368. lin. 38. Πολιτείας] Vide Annotationes ad paginam 186.

Pag. 368. lin. 39. Ὀρφεύς] Vide Annotationes ad paginam 14.

Pag. 368. lin 47. Ἐπίκτητον] *Cæſarius* in *Dialog.* 4. Ἐπίκτητε δὲ τὸ σκέλος ὑπὸ τοῦ μοχθηροῦ δεσπότε πηρωθὲν πολλοῖς τῶν φιλοσόφων σιωπῆς ἐν τοῖς κινδύνοις γέγονε παιδευτήριον. δεσπότης γὰρ τῦ διαπύζοντος ἀπεδείχθη φιλοσοφήσας.

Pag. 369. lin. 16. Οὐκ ἦν] Verte, *Non potuit igitur ille, qui patientiâ fretus ad flagra obticuit, & præ manſuetudine omnes illuſiones toleravit, ex timiditate degeneri illa verba proferre*, &c.

Pag. 370. lin. 44. Πλάτωνι] *Plato*, in *Crit.* pag. 49.

Pag. 373. lin. 21. Ἡρόδοτος] Vide Annotationes ad paginam 6.

Pag. 373. lin. 27. Ἡράκλειτος] *Clem.* in *Protrept. Orig. Contra Celſum*, lib. 1. pag. 6.

Pag. 375. lin. 45. Περιπατεῖσθαι] Vide *Euſebium*, lib. 4. *Præp. Evang.* in fine capitis ſecundi; & Annatationes ad pag. 32.

Pag. 376. lin. 42. Ἀνθρωπίνων ψυχῶν] Vide Annotationes ad paginam 5.

Pag. 378. lin. 34. Κατὰ τόπυς] *Orig.* lib. 3. Περὶ ἀρχῶν, cap. 3. *De Triplici ſapientia. Igitur in Scripturis ſanctis invenimus Principes eſſe per ſingulas Gentes; ſicut in Daniele legimus, Principem eſſe quendam Regni Perſarum, & alium principem Regni Græcorum: quos non homines eſſe, ſed virtutes quaſdam, evidenter ex conſequentia ipſius lectionis oſtenditur. Sed & in Ezechiele Propheta Princeps Tyri virtus eſſe quedam ſpiritalis manifeſtiſſime deſignatur. Ii ergò, & hujuſmodi, id eſt habentes ſinguli ſapientias ſuas, & aſtruentes dogmata ſua, variaſque ſententias, ut viderunt Dominum & Salvatorem noſtrum pollicentem, & prædicantem ſe ob hoc veniſſe in hunc mundum, ut deſtrueret omnia illa, quæcunque eſſent falſi nominis dogmata, quæ obtegerentur intrinſecus, continuo ei inſidiati ſunt*, &c. Idem *Homil.* in *Num.* 11. & *Prolog.* in *Cant. Canticorum.* & *Contra Celſum*, lib. 5. pag. 251. lib. 8. pag. 399. 401. *Athenag. Legat. pro Chriſtianis*, pag. 27. *Tatian. Orat. Contra Græcos.* pag. 147. 151. *Clem.* in *Protrept.* pag. 26. *Proclus*, lib. 1. in *Tim.* Οὕτως ἦν τε περὶ τόπυς κλῆρος ἐστὶ Θεῶ τινος, καί ἐστιν ὅτε ἢ ἄλλο γίνεται κλῆρος, διά τινος ἀφίδρυμα ἐπιτήδειον αὐτὸν ποιῆσαι, ὃ ἢ διὰ τινα τελετῶν ὑπ' ἀνθρώπων καλεῖσθαι. Vide Annotationes ad paginam 19.

 Anno-

Annotationes in Librum VIII. ORIGENIS contra CELSUM.

PAg. 382. lin. 16. Τῷ δὲ ἕπεται] *Plato in Phædro*, pag. 246. Ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεὺς, πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων, πρῶτος πορεύεται διακοσμῶν πάντα, καὶ ἐπιμελούμενος· τῷ δ' ἕπεται στρατιὰ Θεῶν τε καὶ δαιμόνων, κατὰ ἕνδεκα μέρη κεκοσμημένη. μένει γὰρ Ἑστία ἐν Θεῶν οἴκῳ μόνη· τῶν δὲ ἄλλων ὅσοι ἐν τῷ τῶν δώδεκα ἀριθμῷ τεταγμένοι Θεοὶ ἄρχοντες, ἡγοῦνται κατὰ τάξιν, ἣν ἕκαστος ἐτάχθη.

Pag. 382. lin. 19. Μετὰ μὲν Διὸς] *Plato in Phædro*, pag. 250. Κάλλος δὲ τότε ἦν ἰδεῖν λαμπρὸν, ὅτε σὺν εὐδαίμονι χορῷ μακαρίαν ὄψιν τε καὶ θέαν ἑπόμενοι μετὰ μὲν Διὸς ἡμεῖς, ἄλλοι δὲ μετ' ἄλλου Θεῶν, εἶδόν τε καὶ ἐτελοῦντο τελετῶν, ἣν θέμις λέγειν μακαριωτάτην.

Pag. 383. lin. 12. Ἰβηρῶν] *Herodot. Polym.* pag. 484. & 485.

Pag. 383. lin. 38. Οἷς τις] Forſan legendum, εἴ τις, &c.

Pag. 383. lin. 54. Σωκράτει] *Plato, Apol.* p. 30

Pag. 384. lin. 34.] Ἀντινόῳ] Vide Annotationes ad paginam 132.

Pag. 385. lin. 23. Εἰ γραμμικαῖς] Redde, *Si demonſtrationibus Mathematicis.*

Pag. 386. lin. 31. Ἐκκαθήσαντες] *Grot. in Explicat. Decalogi. Non poteſt idem dici de Angelis, qui & intelligere preces poſſunt & beneficia ex animi quadam libertate præſtare. Hos ergò qui honore proſequitur aliquo, qui etiam aliquid eorum beneficio ſe ſperat poſſe conſequi, non peccat in hanc legem; ſed is demum, qui eis ea tribuit, quæ ſummo Deo ſunt propria. Nam Vox Dei in hoc præcepto in ſummitatis ſenſu ſumenda eſt. Exempla rem illuſtrabunt. Non peccârunt, qui Angelos, quoties ipſis conſpicui apparuêre, venerati ſunt procumbendo; ut Joſue* 5. 14. *quippe cùm &* Prophetis *idem honos exhibitus ſit ſine peccato, ut ei qui putabatur Samuel* 1. *Sam.* 28. 15. *Eliæ*, II *Regum* 1. 13. *Daniel.* 11. 46. *qui manus & libamina vetat, reverentiæ ſignum non vetat, ut ibi notatum à Joſepho Jachiade. Nam quòd Apocalypſi Angelus eum honorem à ſe amovet; non inde venit, quòd in eo eſſet quid illiciti, ſed Apoſtolum ſibi æquat Angelus, quòd ambo Chriſti jam Angelorum capitis miniſtri eſſent. (Vide locum Coloſſ.* 1. 16. 18.) *Et Apoſtolica legatio ad hominum ſalutem comparata nullâ parte Angelicâ eſſet inferior. Non ſolent autem collegæ inter ſe iſta ſubmiſſionis ſigna uſurpare. Origenes* 8. *adverſùs Celſum concedit* θεραπεύεσθαι, *veneratione honorari poſſe Angelos; ſi modò repurgetur ejus vocis ſignificatio. Neq; peccaturum putem, ſi quis Angeli ſibi apparentis commendationem apud Deum imploret; quò Maimonides trahit ea, quæ apud Jobum leguntur* 33. 23. *quicum conſentit, quòd Philo ſæpe* ἀγγέλους μεσίτας, *Angelos mediatores vocat.*

Pag. 387. lin. 26. Μὴ ὁμολογοῦντας] *Marcioniſtas* intelligit. Vide paginam 312. & Annotationes ad paginam 267.

Pag. 387. lin. 53. Οὐρανίῳ διαλόγῳ] Vide paginam 312. & Annotationes ad paginam 267.

Pag. 392. lin. 30. Ἑορτή] *Thucyd.* lib. 1. p. 46.

Pag. 396. lin. 56. Πνικτά] *Can. Apoſt.* cap. 62. Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ φάγῃ κρέα ἐν αἵματι ψυχῆς αὐτοῦ, ἢ θηριάλωτον, ἢ θνησιμαῖον, καθαιρείσθω. τοῦτο γὰρ ὁ νόμος ἀπεῖπεν· εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω. *Clemens, Pædagog.* lib. 3. cap. 3. Οὐδὲ γὰρ θίγειν αἷμα τοῖς ἀνθρώποις θέμις, ὅτι τὸ σῶμα ἐστὶν ἀλλ' ἡ σὰρξ ὅτι αἵματι γεγεωργημένη· μετέσχηκε τοῦ λόγου τὸ αἷμα τὸ ἀνθρώπινον, καὶ τῆς χάριτος κοινωνεῖ τῷ πνεύματι. κἂν ἀδικήσῃ τις αὐτοὺς, οὐ λήσεται. Dictum eſt à *Byblide Martyre*, apud *Euſeb.* lib. 5. cap. 1. *Eccl. Hiſt.* Πῶς ἂν παιδία φάγοιεν οἱ τοιοῦτοι, οἷς μηδὲ ἀλόγων ζώων αἷμα φαγεῖν ἐξόν. *Tertull. Apolog.* cap. 9. *Erubeſcat error veſter Chriſtianis, qui nè animalium quidem ſanguinem in epulis eſculentis habemus, qui propterea quoq; ſuffocatis & morticinis abſtinemus; nè quo modo ſanguine contaminemur, vel intra viſcera ſepulto. Min. Felix*, in *Octavio. Tantùmque ab humano ſanguine cavemus, ut nec edulium pecorum ſanguinem in cibis noverimus.*

Pag. 397. lin. 10. Σίξτου] *Xyſti Philoſophi, aliàs Sexti, Pythagorici Enchiridion, ſententiæ piæ & Chriſtianæ impreſſæ Baſileæ à Beato Rhenano, recognitæ ad antiquum exemplar, quod apud Divam Fidem Seleſtadii habetur:* inquit *Geſnerus* in *Bibliothec.* Laudat *Hieronymus* in fine libri *Adverſùs Jovinianum. Unde & Xyſtus in Sententiis, Adulter eſt, inquit, in ſuam uxorem amator ardentior.* Idem in *Epiſtola*, quam contra *Pelagium*, ad *Cteſiphontem* ſcripſerat, *Ruſini* impoſturam detegit, qui *Xyſti Pythagorici Enchiridion Latinum* fecit, & eidem *Sixti Papæ*

nomen

nomen præfixit, ut majorem gratiam & autoritatem libro conciliaret. *Illam autem temeritatem* (inquit *Hieronymus*) *imò inſaniam ejus, quis digno poſſit explicare ſermone, quòd librum Xyſti Pythagorei, hominis abſque Chriſto atque Ethnici, immutato nomine, Sixti Martyris & Romanæ Eccleſiæ Epiſcopi prænotavit. In quo juxta dogma Pythagoricorum, qui hominem exæquant Deo, & de ejus dicunt eſſe ſubſtantia, multa de perfectione dicuntur, ut qui volumen Philoſophi neſciunt, ſub Martyris nomine bibant de aureo calice Babylonis. Denique in ipſo volumine nulla Prophetarum, nulla Patriarcharum, nulla Apoſtolorum, nulla Chriſti fit mentio; ut Epiſcopum & Martyrem ſine Chriſti fide fuiſſe contendat. Unde & vos plurima contra Eccleſiam uſurpatis teſtimonia.* Eundem vide in cap. 18. in *Ezech.* & in cap. 22. in *Hierem.*

Pag. 397. lin. 40. Ἐν τοῖς ἀνωτέρω] Vide paginas 202, 203. 245, 246, 247.

Pag. 397. lin. 49. Κνῖσσαν] Verte, *Quàm ſi quis victimarum exta, ut vulgò vocantur, edat.*

Pag. 398. lin. 9. Ἀοράτων] Orig. Homil. 23. in *Joſh. Ego autem, quantum ad opinionem meam ſpectat, puto audenter dicendum etiam de iis virtutibus, quæ mundi hujus miniſteria ſuſceperunt, quòd non fortuitò vel caſu illa virtus terræ arborum germinationibus præſit, illa fontium ac fluminum ſufficiat ac ſufficienter exhibeat, alia imbrium, alia ventorum, alia marinis, alia autem terreſtribus animalibus, vel ſingulis quibusque è terra gignentibus præſit & eſſe in his ſingulis Sacramenta ineffabilia divinæ diſpenſationis; ut ordine ſuo cuncta & competenti per unumquamque virtutem dirimantur officio.* Vide *Homil.* 8. in *Hierem.*

Pag. 399. lin. 43. Τοὺς τόπους] Vide Annotationes ad paginam 378.

Pag. 400. lin. 25. Ἐνδαίμων] *Menander* apud *Clem. Alexandrinum, Strom.* 5. pag 610.

Ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται
Εὐθὺς γενομένῳ, μυσταγωγὸς τοῦ βίου
Ἀγαθός· κακὸν γὰρ δαίμον' οὐ νομιστέον
Εἶναι, βίον βλάπτοντα χρηστόν. *Plutarch. De animi tranquillitate.*

Οὐ γὰρ (ὡς ὁ Μένανδρός φησιν)
Ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαραστατεῖ
Εὐθὺς γενομένῳ, μυσταγωγὸς τοῦ βίου
Ἀγαθός, ---

ἀλλὰ μᾶλλον (ὡς Ἐμπεδοκλῆς) διτταί τινες ἕκαστον ἡμῶν γενόμενον παραλαμβάνουσι καὶ κατάρχονται μοῖραι καὶ δαίμονες. Ἔνθ' ἦσαν Χθονίη τε, &c, *Plato in Phæd.* pag. 107. Λέγεται δὲ οὕτως, ὡς ἄρα τελευτήσαντα ἕκαστον ὁ ἑκάστου δαίμων ὅσπερ ζῶντα εἰλήχει, οὗτος ἄγειν ἐπιχειρεῖ εἰς δή τινα τόπον, οἷ δεῖ τοὺς ξυλλεγέντας διαδικασαμένους εἰς ᾅδου πορεύεσθαι· & pag. 108. Βίᾳ καὶ μόλις ὑπὸ τοῦ προστεταγμένου δαίμονος οἴχεται ἀγομένη, &c. & pag. 113. Τούτων δὲ οὕτω πεφυκότων, ἐπειδὰν ἀφίκωνται οἱ τετελευτηκότες εἰς τὸν τόπον, οἷ ὁ δαίμων ἕκαστον κομίζει. *Plat.* lib. 10. *de Republica*, pag. 617. Ἀνάγκης θυγατρὸς κόρης Λαχέσεως λόγος. ψυχαὶ ἐφήμεροι, ἀρχὴ ἄλλης περιόδου θνητοῦ γένους θανατηφόρου· οὐχ ὑμᾶς δαίμων λήξεται, ἀλλ' ὑμεῖς δαίμονα αἱρήσεσθε. πρῶτος δ' ὁ λαχὼν, πρῶτος αἱρείσθω βίον, ᾧ συνέσται ἐξ ἀνάγκης. ἀρετὴ δὲ ἀδέσποτον, ἣν τιμῶν καὶ ἀτιμάζων, πλέον καὶ ἔλαττον αὐτῆς ἕκαστος ἕξει αἰτία ἑλομένου· Θεὸς ἀναίτιος. & pag. 620. Ἐπειδὴ δ' οὖν πάσας τὰς ψυχὰς τοὺς βίους ᾑρῆσθαι, ὥσπερ ἔλαχον, ἐν τάξει προσιέναι πρὸς τὴν Λάχεσιν. ἐκείνην δ' ἑκάστῳ ὃν εἵλετο δαίμονα, τοῦτον φύλακα ξυμπέμπειν τοῦ βίου, καὶ ἀποπληρωτὴν τῶν αἱρεθέντων. *Plat.* in *Phædro*, pag. 252. *Iſidorus, Baſilidis* diſcipulus, in *primo Commentariorum ad Prophetam Parchor*, hæc refert de *Ariſtotele*. Φασὶ δὲ οἱ Ἀθηναῖοι μεμηνῦσθαί τινα Σωκράτει, παρεπομένου δαίμονος αὐτῷ· καὶ Ἀριστοτέλης δαίμοσι κεχρῆσθαι πάντας ἀνθρώπους λέγει, συνομαρτοῦσιν αὐτοῖς παρὰ τὸν χρόνον τῆς ἐνσωματώσεως· προφητικὸν τοῦτο μάθημα λαβὼν, καὶ καταθέμενος εἰς τὰ ἑαυτοῦ βιβλία· μὴ ὁμολογήσας, ὅθεν ὑφείλετο τὸν λόγον τοῦτον. *Clem. Strom.* 6. pag. 641. *Plotin.* lib. 4. *Ennead.* 3. Τίς οὖν δαίμων, ὁ καὶ ἐνταῦθα; τίς δὲ Θεὸς ἢ ὁ ἐνταῦθα; τὸ γὰρ ἐνεργῆσαν, τοῦτο ἕκαστον ἄγει, ἅτε καὶ ἐντεῦθεν ἡγούμενον. ἆρ' οὖν τοῦτό ἐστιν ὁ δαίμων, ὅσπερ ζῶντα εἰλήχει, ἢ οὔ; ἀλλὰ τὸ πρὸ αὐτοῦ. τοῦτο γὰρ ἐπίστασιν ἀργοῦν ἐνεργεῖ δὲ, τὸ μετ' αὐτό. καὶ [ἐστιν] εἰ μὲν, τὸ ἐνεργοῦν, ἢ αἰσθητικὸν, καὶ ὁ δαίμων τὸ λογικόν· εἰ δὲ κατὰ τὸ λογικὸν, ζῶμεν μὲν ὁ δαίμων τὸ ὑπὲρ τοῦτο ἐφεστὼς ἀργὸς, συγχωρῶν τῷ ἐργαζομένῳ. ὀρθῶς οὖν λέγεται ἡμᾶς αἱρήσεσθαι· τὸν γὰρ [illegible] κατὰ τὴν ζωὴν αἱρούμεθα, &c. uſque ad finem libri. *Proclus* lib. 1. in *Tim.* Καὶ γὰρ πᾶσα ψυχὴ πάντως ἔχει Θεὸν ἔφορον. Idem *De Anima & Dæmone. Et quemadmodum Deos duces, ſic & Dæmonas curatores Pater ille, fabérque mundi, traditur Animis præfeciſſe, quapropter Socrates curatorem ſui appellat præfectum ſibi Dæmonem, atque Deum. Iamblich. de Myſteriis*, cap. *De ſuo cuique Dæmone. Seneca*, Epiſt. CXI. *Ammian. Marcel.* lib. 21. Conſentiunt *Patres. Origenes.* lib. 3 cap. 2. *De Principiis. Quòd verò etiam per Angelos vel bonos, vel malos aliqua humanis cordibus ſuggeruntur, vel qui Tobiam Angelus comitatur, vel Prophetæ ſermo dicentis, "Et reſpondet Angelus, qui loquebatur in me: ſed & de Paſtoribus*

bus liber hæc eadem declarat, dicens, Quòd bini Angeli ſingulos quoſque hominum comitentur: & ſi quando bonæ cogitationes cor noſtrum aſcenderint, à bono Angelo ſuggeri dicit: ſi verò contrariæ, mali Angeli dicit eſſe inſtinctum. Eadem quoque *Barnabas in Epiſtola ſua declarat, cùm duas vias eſſe dicit, unam lucis, alteram tenebrarum, quibus & præeſſe certos quoſque Angelos dicit. Viæ quidem Lucis Angelos Dei, tenebrarum autem viæ, Angelos Satanæ.* Vide *Homil.* 13. & 35. in *Luc. Baſil. Homil.* in *Pſal.* 33: Παντὶ πιστεύοντι εἰς τὸν κύριον ἄγγελος παρεδρεύει, ἐὰν μή ποτε αὐτὸν ἡμεῖς ἐκ τῶν πονηρῶν ἔργων ἀποδιώξωμεν· ὡς γὰρ τὰς μελίσσας καπνὸς φυγαδεύει, καὶ τὰς περιστερὰς δυσωδία ἐξελαύνει· οὕτω καὶ τὸν φύλακα τῆς ζωῆς ἡμῶν ἄγγελον ἡ πολύδακρυς καὶ δυσώδης ἀφίστησιν ἁμαρτία. *Tertull. De anima*, cap. 37. *Greg. Nyſſ.* in *Myſtica interpretatione vitæ Moyſis. Hilarius*, in *Pſal.* 133. *Baſil.* in *Enarrat.* ad cap. 5. *Eſaiæ.* Autor *Quæſt. & Reſp. ad orthodoxos* apud *Juſtinum, Quæſt.* 30. *Lactant.* lib. 1. cap. 15.

Pag. 400. lin. 29. Ἄγγελοι] Vide Annotationes ad paginam 303.

Pag. 401. lin. 12. Ἀπολοίμην] *Plutarch. De ira cohibenda.*

Pag. 401. Τῷ τοῦ τέκνου] Vide Annotationes ad paginam 378.

Pag. 402. lin. 17. Λοιποί] Forſan legendum Λέγιοι.

Pag. 403. lin. 31. Ὀψὲ] Alibi verſus hic Proverbialis legitur integer.

Ὀψὲ Θεῶν ἀλέουσι μύλοι, ἀλέουσι δὲ λεπτά. *Plutarch. De ſera Numinis vindicta.* Ὥστε οὐχ ὁρῶ τί χρήσιμον ἔνεστι τοῖς ὀψὲ δὴ τούτοις ἀλεῖν λεγομένοις μύλοις τῶν Θεῶν, καὶ ποιοῦσι τὴν δίκην ἀμαυρὰν καὶ τὸν φόβον ἐξίτηλον τῆς κακίας.

Pag. 403. lin. 32. Ἐς παίδων] *Hom. Il.* Υ'. v. 308. Καὶ παῖδες παίδων, τοί κεν μετόπισθε γένωνται.

Pag. 406. lin. 48. Ἀνώμοτος] *Eurip.* in *Hipp.* Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.

Pag. 407. lin. 30. Δημοκρίτου] Vide Annotationes ad paginam 32.

Pag. 407. lin. 31. Ἐπικούρου] Vide Annotationes ad paginam 32.

Pag. 407. lin. 31. Ἀριστοτέλους] *Suid.* in Δωδωναῖον χαλκεῖον. Δήμων γάρ φησιν ὅτι τὸ τοῦ Διὸς μαντεῖον ἐν Δωδώνῃ, λέβησιν ἐν κύκλῳ περιείληπται· τούτους δὲ ψαύειν ἀλλήλοις· καὶ κρουσθέντος τοῦ ἑνός, ἠχεῖν ἐκ διαδοχῆς πάντας· ὡς διὰ πολλοῦ χρόνου γίνεσθαι τῆς ἠχῆς τὴν περίοδον. Ἀριστοτέλης δέ, ὡς πλάσμα διελέγχων, δύο φησὶ στύλους εἶναι· καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ ἑτέρου λέβητα· ἐπὶ θατέρου δέ, παῖδα κρατοῦντα μάστιγα. ἧς τοὺς ἱμάντας χαλκοῦς ὄντας σειομένους ὑπ' ἀνέμου τοῦ λέβητι προσκρούειν· τὸν δὲ τυπτόμενον ἠχεῖν. Vide Annotationes ad paginam 32.

Pag. 408. lin. 11. Μακκαβαϊκοῖς] Vide *Grotium* lib. 2. cap. 20. §. 9. *De jure belli & pacis.*

Pag. 409. lin. 7. Ἔπειμι] Vide Annotationes ad paginam 167.

Pag 410. lin. 5. Οἱ τὰ Ζήνωνος] Vide Annotationes ad paginam 17. pag. 156. pag. 169.

Pag. 411. lin. 5. Χρύσιππος] Vide Annotationes ad paginam 50.

Pag. 412. lin. 22. Ἐμπεδοκλῆς] *Ejus ſunt hi verſus,* inquit *David Heſchelius* in *Notis* ad *Origenis* octo libros contra *Celſum.*

Ἔστιν ἀνάγκης χρῆμα Θεῶν ψήφισμα παλαιόν
Εὖτέ τις ἀμπλακίῃσι φόνῳ φίλα γυῖα μιήνῃ,
Δαίμονες οἵτε * μακραίωνος λελόγχασι
βίοιο * μακραίωνες λελόγχαν
Τρίς μιν μυρίας ὥρας ἀπὸ μακάρων ἀλάλησθαι·
Τὴν καὶ ἐγὼ νῦν εἰμὶ φυγὰς θεόθεν καὶ ἀλήτης.

Pag. 413. lin. 16. Καταληπτικῆς] *Tull.* lib. 2. & 4. *Academ. Quæſt. At ſcire negabat quenquam rem ullam, niſi ſapientem; & hoc quidem Zeno geſtu conficiebat. Nam cùm extenſis digitis adverſam manum oſtenderat, viſum, inquiebat, hujuſmodi eſt. Deinde cùm paululum digitos conſtrinxerat, aſſenſus hujuſmodi. Tum cùm planè compreſſerat, pugnúmque fecerat: comprehenſionem illam eſſe dicebat. Qua ex ſimilitudine etiam nomen ei rei, quod antè non fuerat,* κατάληψιν *impoſuit. Cum autem lævam manum admoverat, & illum pugnum arctè vehementerque compreſſerat, ſcientiam talem eſſe dicebat: cujus compotem niſi ſapientem, eſſe neminem.*

Pag. 416. lin. 12. Εὐχαριστία] Vide *Juſtinum, Apolog.* 2. pag. 97, 98.

Pag. 416. lin. 30. Αἰγύπτιοι] *Salmaſius* in fine libri *De annis climactericis. Climacterici verò dies ſunt, in quibus pericula ex morbis, aut ex caſibus, qui extrinſecùs eveniunt, vitæ noſtræ intentantur, quibúſque in diſcrimen & metum interitûs adducitur, ac penè ſubvertitur. Et Climacteres illos ſive pericula, quæ annis, vel diebus climactericis, vel etiam horis indè appellatis, accidunt, à Decanis fieri crediderunt, ut dictum eſt, & per ipſos Decanos omnia vitia, valetudinéſque colligebant antiquiſſimi Ægyptii, ut ex Firmico ſuprà docuimus.* [Vide ibidem pag. 610, 611, 612, 613.] *triginta ſex numero hi fuere. In totidem partes corpus humanum diſtribuerunt,*

buerunt, & ſingulis Decanis ſingulas attribuerunt, earúmque partium morbos, quarum & proprii fuêre Climacteres. Inſignis de ea re locus Celſi apud Origenem contra ipſum in hæc verba, lib. VIII. Ὅτι μὲν ἐν τοῖς δὲ, &c. De Decanis eum loqui ipſe numerus indicat, & quòd Θεοὺς αἰθερίους Deos æthери affixos nominat. Sed illud magis, quod ſequitur de eorum nominibus Ægyptiacis: Καὶ τῶν δαιμόνων, &c. Hæc eſſe nomina Decanorum ex eorum, quæ ſuperiùs expoſuimus, Catalogo patet. Sed nonnulla hìc corrupta ſunt, aut aliter appellata, quàm apud eos Mathematicos, ex quibus ea deprompſi. Χνοῦμις Decanus ibi eſt tertius Cancri, & Χαρχνοῦμις primus Leonis, qui hìc perperàm Χναχνοῦμις vocatur. Σικὰτ ibi dicitur, qui apud Origenem Σικάτ. In vulgatis Firmici ASICATH legitur, quod videtur confirmare ſcripturam libri Origenis. Pro Κιὰτ Σμὰτ ſcribitur apud Hephæſtionem, qui primus eſt Decanus Capricorni. Ἐρὼ Celſi Ἐρὼ eſt Hephæſtionis, & ſecundus Tauri Decanus. Ἐρεβιὼ nullus eſt in noſtro Catalogo, ſed pro eo vel Πηβιὼ, vel Ῥηκὼ, qui eſt primus Decanus Sagittarii. Pro Βιὼ eſt Ἀβιὼ in noſtro, primus Decanus Piſcium, qui Ῥαμανὼρ dicitur apud Origenẽ, eſſe puto qui Ῥομβόμαρε Hephæſtioni vocatur. Ῥεϊανὼρ etiam corruptũ liquet pro Χόνταχρε aut οὐαρε, aut pro Σρὼ Ἰσρώ. Sed hæc non tanti. Hoc tantũ hìc voluimus de Decanis ibi locutum eſſe Celſum, quibus ſingulæ partes corporis attributæ, tanquam Diis præſidibus, earúmque partium morbi tanquam Climacteres morbiferos facientibus, aut depellentibus potiùs.

Pag. 417. lin. 32. Ἄλλων λογικῶν] Vide Annotationes ad paginam 419.

Pag. 419. lin. 32. Παύλος λεγικοῦ] Orig. lib. 1. cap. 6. De Principiis. Ex his ſanè, qui in illo initio permanſerunt, quod futuro fini ſimile eſſe deſcripſimus, quidã ex ipſis, vel ordinatione ac diſpenſatione mundi, ordinem Angelicum ſortiuntur, alii Virtutum, alii Principatuum, alii Poteſtatum, quò in eos videlicet exerceant poteſtatem, qui habere ſuper caput indigent poteſtatem, alii Thronorum ordinem, id eſt judicandi, vel regendi eos, qui hoc indigent, habentes officium; alii Dominationum, ſine dubio ſuper ſervos: quæ omnia eis pro merito, & profectibus ſuis, quibus in Dei participationem immutationémque profecerant, æquo juſtóque judicio divina contulit providentia. Hi verò, qui de ſtatu primæ beatitudinis moti quidem ſunt, non tamen irremediabiliter moti, illis, quos ſuprà deſcripſimus, ſanctis beatiſque ordinibus ſubjecti ſunt ad regendum: quorum adjutorio uſi, & inſtitutionibus ac diſciplinis ſalutaribus reformati, redire ac reſtitui ad ſtatum beatitudinis poſſunt, &c. Greg. Nyſſ. De Anima & reſurrectione, pag. 644. Πεπίστευται γὰρ ἔκ τε τῆς κοινῆς ὑπολήψεως, καὶ ἐκ τῆς τῶν γραφῶν παραδόσεως, εἶναί τινα φύσιν ἔξω τῶν πάντων σωματικῶν ὑπεναντίως πρὸς τὸ καλὸν διακειμένην, καὶ βλαπτικὴν τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς, ἑκουσίως τῆς κρείττονος ὑπολήψεως ἀπορρυεῖσαν, καὶ τῇ ἀποστάσει τοῦ καλοῦ τὸ ἐκ τοῦ ἐναντίου νοούμενον ἐν αὐτῇ ὑποστήσασαν. ἣν τινά φασι καταχθονίοις ἐναριθμεῖν τὸν ἀπόστολον, τοῦτο ἐν ἐκείνῳ τῷ λόγῳ σημαίνοντα, ὅτι τῆς κακίας ποτὲ τοῖς μακροῖς τῶν αἰώνων περιόδοις ἀφανισθείσης, οὐδὲν ἔξω τοῦ ἀγαθοῦ καταλειφθήσεται. ἀλλὰ καὶ παρ' ἐκείνων ὁμοφώνως ἡ ὁμολογία τῆς τοῦ Χριστοῦ κυριότητος ἔσται. Nonnulla huc ducentia legere eſt apud Hieronymum in Comment. ad Pſal. 23. Tollite portas, Principes, veſtras. Vox Angelorum bonorum ad Angelos malos, quorum Princeps Diabolus eſt. Et apud Ambroſium in Comment. ad cap. 3. Epiſt. ad Epheſ. "Ut nota ſint Principibus & Poteſta-"tibus in cœleſtibus per Eccleſiam multiformis "ſapientia Dei.] Tantum de hoc bene ſenſit Deus, ut non ſolùm gentibus hunc magiſtrum daret, verùm etiam, ut per eum veritas Chriſti innoteſcat Spiritibus in cœleſtibus, qui ſunt Principes & Poteſtates. Poteſtates ideo, quia potentiores ſunt inter cæteros ſpiritus; principes autem, eò quòd principentur poteſtatibus, ut agnoſcentes per Eccleſiam, quæ multifariè ad vitam attracta eſt, in Chriſto unius Dei manere myſterium, deſinant ab errore. Id enim agitur, ut prædicatio Eccleſiaſtica etiam his proficiat, & deſerant aſſenſum Tyrannidis Diaboli, quâ ſe adverſùs Dei unius fidem impiâ præſumptione armavit. Qui ſenſus in Pſalmo XXIII. præſcriptus eſt, ubi Deus univerſitatis Dominus demonſtratur, dicente Dei Spiritu per David: "Domini eſt terra, &c. Dicitur ergò his principibus, qui in errore ſunt in cœleſtibus, ſive miniſtris ejus in terris, ut auferant portas Principis ſui, id eſt, Diaboli, de mentibus ſuis, per quas multorum deorum aſſerendorum error intravit. Unum, ut vides, remedium, viz. bonorum Angelorum diſciplinam, ut ſaluti Dæmonum ſubveniat, Origenes excogitavit. En aliud hunc in modum ab Hieronymo deſcriptum in Epiſt. ad Avitum, Quid cavendum in libris περὶ ἀρχῶν. Ad extremum intulit (quod & cogitâſſe ſacrilegum eſt) pro ſalute Dæmonum Chriſtum etiam in aere & in ſupernis locis eſſe paſſurum, & licèt ille non dixerit, tamen quod conſequens ſit, intelligitur; ſicut pro hominibus homo factus eſt, ut homines liberaret; ſic & pro ſalute Dæmonum, Deum futurum quod ſunt hi, ad quos venturus eſt liberandos. Quod ne forſitan de noſtro ſenſu putemur aſſerere, ipſius verba ponenda ſunt: "Sicut enim per umbram Evangelii umbram Legis implevit; ſic quia omnis

lex exemplum & umbra eſt ceremoniarum cæleſtium, diligentiùs requirendum, utrùm rectè intelligamus legem quoque cæleſtem, & ceremonias ſuperni cultûs plenitudinem non habere: ſed indigere Evangelii veritate, quod in Joannis Apocalypſi Evangelium legimus ſempiternum, ad comparationem videlicet hujus noſtri Evangelii, quod temporale eſt, & in tranſituro mundo ac ſeculo prædicatum: quod quidem etiamſi uſque ad paſſionem Domini Salvatoris inquirere voluerimus, quanquam audax & temerarium ſit in cœlo ejus quærere paſſionem: tamen ſi ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus ſunt, & non erubeſcimus crucem Domini confiteri propter deſtructionem eorum, quæ ſuâ paſſione deſtruxit: cur timeamus etiam in ſupernis locis in conſummatione ſeculorum aliquid ſimile ſuſpicari, ut omnium locorum Gentes illius paſſione ſalventur? Eundem vide in Epiſt. *ad Pammachium adverſùs errores Joannis Hieroſolymitani*, in *Comment.* ad *Jonam*, cap. 3. *Comment.* in *Proverb.* cap. 2. & *Comm.* in *Eſaiæ*, cap. 66. *Auguſt.* lib. 21. cap. 17. *De Civit. Dei*, & lib. *de Hæreſibus* ad *Quodvultdeum.*

Pag. 421 lin 7. Πρὸς Ῥωμαίους] Vide *Origenem*, lib. 9. *Explanat.* in cap. 13. ad *Rom.*

Pag. 421. lin. 19. Τύχην] *Euſeb.* lib. 4. cap. 15. Ἀνηρώτα ὁ ἀνθύπατος, εἰ αὐτὸς εἴη Πολύκαρπος· καὶ ὁμολογήσαντος, ἔπειθεν ἀρνεῖσθαι, λέγων, Αἰδέσθητί σου τὴν ἡλικίαν, καὶ ἕτερα τούτοις ἀκόλουθα, ἃ συνήθες αὐτοῖς ἐστι λέγειν· ὄμοσον τὴν Καίσαρος τύχην, μετανόησον· εἶπον αἶρε τοὺς ἀθέους. ὁ δὲ Πολύκαρπος ἐμβριθεῖ τῷ προσώπῳ εἰς πάντα τὸν ὄχλον τὸν ἐν τῷ σταδίῳ ἐμβλέψας, ἐπισείσας αὐτοῖς τὴν χεῖρα, στενάξας τε καὶ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπεν, Αἶρε τοὺς ἀθέους. ἐγκειμένου δὲ τοῦ ἡγεμόνος, καὶ λέγοντος, Ὄμοσον, καὶ ἀπολύσω σε, λοιδόρησον τὸν Χριστόν· ἔφη ὁ Πολύκαρπος· Ὀγδοήκοντα καὶ ἓξ ἔτη δουλεύω αὐτῷ καὶ οὐδέν με ἠδίκησε, καὶ πῶς δύναμαι βλασφημῆσαι τὸν βασιλέα μου τὸν σώσαντά με. ἐπιμενόντων δὲ πάλιν αὐτῷ καὶ λεγόντων, Ὄμοσον τὴν Καίσαρος τύχην, ὁ Πολύκαρπος, Εἰ κενοδοξεῖς, φησὶν, ἵνα ὀμόσω τὴν Καίσαρος τύχην, ὡς λέγεις προσποιούμενος ἀγνοεῖν ὅς τις εἰμι, μετὰ παρρησίας ἄκουε, Χριστιανός εἰμι. Τὴν τύχην jurare, & per *Genios Cæſarū* idem valet. *Tertull. Apolog.* cap. 32. *Sed & juramus, ſicut non per Genios Cæſarum, ità per ſalutem eorum, quæ eſt auguſtior omnibus Geniis.* Et cap. 35. *Atq; adeò omnes illi ſub ipſa uſque impietatis eruptione & ſacra faciebant pro ſalute Imperatoris, & Genium ejus dejerabant.*

Pag. 422. lin. 33. Ὡς καὶ ἥλιος] Vide Annotationes ad paginam 238.

Pag. 423 lin. 42. Τοῦ λόγου] Vide paginam 425. & Annotationes ad paginas 67. 168. 419.

Pag. 425. lin. 38. Ἀπὸ τῆς Στοᾶς] Vide Annotationes ad paginam 244.

Pag. 425. lin. 41. Φάσμα ὅλης] Vide Annotationes ad paginam 167, 168, 419.

Pag. 425. lin. 56. Μηδαμῆ, μηδαμῶς] *Orig.* lib. 3. cap. 1. *De Principiis. Poſſibile namque eſt, ut vas hoc, quod ex prioribus cauſis in hoc mundo ad honorem factum eſt, ſi negligentiùs egerit, pro converſationis ſuæ meritis in alio ſeculo efficiatur vas ad contumeliam: & quod vas ad contumeliam à Creatore formatum eſt, ut emundaverit ſe, atque ab omnibus ſordibus vitiisq; purgaverit, illo novo ſeculo poſſit effici vas ad honorem ſanctificatum, & utile ad omne opus bonum paratum*, &c. ad finem capitis. In fine libri quinti *Explanationum* in *Epiſt.* ad *Rom.* hanc ſententiam convellit. *Unde miror quoſdam contra hanc evidentiſſimam Pauli ſententiam velle aſſerere, quòd in futuris iterum ſeculis vel eadem, vel ſimilia, pati neceſſe ſit Chriſtum; ut liberari poſſint etiam hi, quos in præſenti vita diſpenſationis ejus medicina ſanare non potuit. Aiunt enim: Numquid poteſt ſeculum eſſe aliquod in futuro, ubi neque boni aliquid, neque mali agatur; ſed ſtupeant res, & maneant profunda ſilentia? Abſurdum hoc videri aſſerunt. Debimus ergò agi aliquid, & ubi agatur aliquid, neceſſe eſt (aiunt) ut aliquid rectè, aliquid etiam minùs rectè agatur, & in ipſo actu aliqui proficiant; & meliores fiant, alii deteriores. Libertas enim arbitrii ſemper naturæ rationabili permanebit, & ſicut poſſibile, &c. Hæc ergò, & his ſimilia, proponentes eaſdem in futuris ſeculis etiam diſpenſationes à Chriſto repetendas eſſe arbitrantur. Sed ad hæc nos breviter, prout poſſumus, reſpondebimus: manere quidem naturæ rationabili ſemper liberum arbitrium non negamus, ſed tantam eſſe vim Crucis Chriſti, & mortis hujus, quam in ſeculorum fine ſuſcipit, aſſerimus, ut ad ſanitatem & remedium non ſolùm præſentis & futuri, ſed etiam præteritorum ſeculorum, & non ſolùm humano huic noſtro ordini, ſed etiam cæleſtibus virtutibus ordinibuſq; ſufficiat*, &c. Attamen probabile eſt *Origenem* pœnarum & præmiorum viciſſitudines credidiſſe: tum quia mundum denuò habitandum aſſeruit; (Vide Annotationes ad paginam 203.) tum quia bellum cœleſte, quod fortitudines adverſariæ, contra Dei populum ſuſciperent, excogitavit. *Hieronymus* ejus opinionem hunc in modum deſcribit, in Epiſtola ad *Avitum*, *Quid cavendum in libris* Περὶ ἀρχῶν. *Nec hâc diſputatione contentus, dicit in fine omnium rerum, quando ad cæleſtem Hieruſalem reverſuri ſumus, adverſariarum fortitudinum contra populum Dei bella conſurgere: ne ſit eorum otioſa virtus, ſed* exer-

exerceantur ad prælia; & habeant materiam roboris, quam ut conſequi non poſſint, niſi fortes primùm adverſariis inſtiterint: quos ratione & ordine & ſolertiâ repugnandi, in libro Numerorum legimus eſſe ſuperatos. Et in Comm. ad Ezech. c. 19. *Scio me in hoc loco multiplicem legiſſe explanationem, & tantis obſcuritatibus impeditam; ut non tam aperuerit, quàm involverit lectionem: dum univerſa, quæ ſcripta ſunt, refert ad contrarias fortitudines, & in cœleſti Hieruſalem Leones & bella deſcribit, quo alter eorum captus ſit, & rurſum in locum ejus alius conſtitutus, multáque ponit teſtimonia.* Et in Comment. ad cap. 38. *Alii verò terrenum ſenſum relinquentes, & Judaicas atque aniles fabulas, quæ noxia ſunt, & acquieſcentes ſibi detrahunt in profundum, nimium ad alta conſcendunt: & multò pejores fingunt nænias: ut in cœleſti Hieruſalem Diaboli, & omnis exercitûs ejus bella deſcribat: & ſub τοπολογίαις Gentium ſingularum interpretantur ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus.* Eundem vide in *Comment.* ad *Hierem.* cap. 27. cap. 29. & *Orig.* lib. 4. *Contra Celſum*, pag. 209.

Pag. 246. lin. 3. Παντελῶς ἀναιρέσεως] Vide Annotationes ad paginas 167, 168. 419.

Pag. 426. lin. 45. Τοῖς ἔτι ἐν σώματι] Vide Annotationes ad paginas 167, 168, 419.

Pag. 427. lin. 33. Οὐ συστρατευόμεθα] *Tertull. Apolog.* cap. 37. *Externi ſumus & veſtra omnia implevimus, urbes, inſulas, caſtella, municipia, conciliabula, caſtra ipſa, tribus, decurias, Palatium, Senatum, forum: ſola vobis relinquimus templa,* & cap. 42. *Navigamus & nos vobiſcum, & militamus, & ruſticamur, & mercamur, proinde miſcemus artes, opera noſtra publicamus uſui veſtro.* Et *De corona militis*, cap. 1. *Ad Scapulam*, cap. 4. *Marcus quoq; Aurelius in Germanica expeditione, Chriſtianorum militum orationibus ad Deum factis, imbres in ſiti illa impetravit.* Eundem vide in *Apolog.* cap. 5. *Euſeb. Chron.* & lib. 5. cap. 5. *Eccleſ. Hiſt.* & *Marci Imp.* Epiſtolam apud *Juſtinum*, in fine *Apolog.* ſecundæ. At in libris de *Idololatria*, cap. 19. *De Corona militis*, cap. 11. hæſitat, diſputat, & ei tandem ſententiæ videtur plurimùm favere, quæ militiæ adverſatur. Lectu digniſſima ſunt, quæ incomparabilis vir *Hugo Grotius* de hac quæſtione diſſeruit, lib. 1. cap. 2. ſect. 9. *De jure belli & pacis*: ubi graviſſimum de *Tertulliani* & *Origenis* levitate judicium facit. *Solent autem,* (inquit) *ab iis, qui bella impugnant, adferri dicta quædam veterum Chriſtianorum, ad quæ tria dicenda habeo. Primum eſt ex iis dictis nihil amplius colligi, quàm privatam quorundam ſententiam, non publicam Eccleſiarum: adde, quòd fermè quorum ea dicta ſunt, amant ab aliis ſeorſim ire, & docere quiddam magnificentius; quales ſunt Origenes & Tertullianus, qui nec ſibi ſatìs conſtant: nam idem Origenes apes ait à Deo documentum datas* πρὸς τὸ δικαίως καὶ τεταγμένως πολέμους εἴποτε δέοι γίγνεσθαι ἐν ἀνθρώποις· [*Orig. Contra Celſum*, lib. 4. pag. 217.] *ut bella juſta atque ordinata inter homines gerantur, ſi quando id jubeat neceſſitas: & idem ille Tertullianus, qui alibi ſupplicia capitalia minùs probare videtur, dixit, Bonum eſſe, cùm puniuntur nocentes, nemo negat; & de militia hæſitat. Nam libro de Idololatria, Quæritur, inquit, an fideles ad militiam converti poſſint, & an militia ad fidem admitti.* Vide *Origenem Contra Celſum*, pag. 217. 253. 349.

Pag. 428. lin. 43. Κέλσον] Vide Annotationes ad paginam 1.

Annotationes in ORIGENIS PHILOCALIAM.

PAg. 6. lin. 42. Οἵ τε ἀπὸ] *Marcioniſtæ.* Vide Annotationes ad lib. 5. *Contra Celſum*, pag. 267.

Pag. 9. lin 4. Ἑρμᾶν] *Orig.* lib. 10. *Explanationum* in Epiſt. ad *Rom.* cap. 16. Com. 14. “ *Salutate Aſyncritum, Phlegontem, Her-* “ *men, Patroban, Herman, & qui cum eis ſunt* “ *fratres. De iſtis ſimplex eſt ſalutatio; nec aliquid eis inſigne laudis adjungitur: puto tamen, quòd Hermas iſte ſit ſcriptor libelli illius, qui Paſtor appellatur, quæ Scriptura valdè mihi utilis videtur, &, ut puto, divinitùs inſpirata. Quòd verò nihil eis laudis adſcripſit: illa, opinor, eſt cauſa, quia videtur, ſicut Scriptura illa declarat, poſt multa peccata ad pœnitentiam fuiſſe *converſus; & ideo nec opprobrium ei aliquod adſcripſit: didicerat enim Scripturam non improperare homini convertenti ſe à peccato: neque laudi aliquid tribuit; quia adhuc poſitus erat ſub Angelo pœnitentiæ, à quo tempore opportuno Chriſto rurſus deberet offerri.* * *conſtituſum.* *Hieronym.* in *Catal. Script. Eccleſ.* in *Herma.* Ἑρμᾶς, ᾧ ὁ ἀπόστολος πρὸς Ῥωμαίους γράφων μέμνηται, “ Ἀσπάσασθε Ἀσύγ- “ κριτον, Φλέγοντα, Ἑρμᾶν, Πατρόβαν, Ἑρμῆν· λέγει) αὐθέντης γεγονὼς βιβλίου, συγγραφέντος Ποιμήν· ὃ παρ᾽ ἐν τισιν ἀναπληκαῖς ἐκκλησίαις, δημοσίᾳ ἀναγινώσκεται). καὶ ἀληθῶς χρήσιμος ὁ λόγος, ἀφ᾽ οὗ πολλοὶ τῶν παλαιῶν συγγρα-

φέων ὑπέκλεψαν μαρτυρίας, ἀλλὰ παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις ἄγραφος εἶναι δοκεῖ. Vide *Origenem Homil.* 8. in *Num. Homil.* 13. in *Ezech. Homil.* 35. in *Luc.* lib. 1. *De Principiis*, cap. 3. *De Spiritu ſancto*, lib. 3. cap. 2. *De contrariis poteſtatibus. Clementem*, *Strom.* 1. pag. 311. 356. *Strom.* 2. pag. 360. 384. *Strom.* 4. pag. 503 *Strom.* 6. pag. 638. *Athanaſium*, *De Incarnatione Chriſti. Apolog.* 2. *pro decretis Synodi Nicænæ. Euſeb.* lib. 3. cap. 3. lib. 5. cap. 8. *Eccleſ. Hiſt. Tertullianum* libro *De oratione*, cap. 12. & *De pudicitia*, cap. 10. *Ruffini Symbolum*, in fine operum *Cypriani*, & librum ipſum, quem *Joannes Schottus Argentorati* excudit, *Anno* 1522. Verùm de hujus libri autoritate aliàs pluribus diſputabimus; ubi de veterum teſtimoniis & ſententiis ſingulis accuratiùs diſſeremus.

Pag. 13. lin. 51. Εἰ δὲ καὶ ἀδύνατα] *Voſſ.* lib. 3. cap. 99. " *De progreſſu Idololatriæ.* " Gryphes verò ſunt, ſi intelligantur Chryſaeti, aliúdve genus Aquilæ: ut Levitici xi. " 13. ubi Moſes inter aves immundas primo " refert loco Aquilam, Gryphen, Haliæetum, " Milvum ac Vulturem. Sanè ipſe ordo Mo- " ſaicus oſtendit eſſe Aquilæ genus differens " ab Aquila vulgari, & Haliæeto. Sed Ori- " genes intellexit poetarum Gryphen: nam " libro IV. Περὶ ἀρχῶν varias recenſens le- " ges, quæ non ſecundùm literam, ſed Alle- " goricè, ac ſpiritualiter intelligi debeant; in- " ter cetera ſcribit, Ruffino interprete, Si enim " de impoſſibilibus, &c. Non ità ſcripſiſſet, " ſi ſtatuiſſet Hebræum פֶּרֶס *peres*, eſſe A- " quilæ genus; non autem avem fabuloſam; " quæ ut verè foret, nihil erat, cur ejus eſu " interdiceret Moſes, &c.

Pag. 14. lin. 14. Δεισιδαίμων] Vide *Baronium* in *Apparatu*, num. 13. *Caſaubonum*, *Exercitat.* 1. ad *App.* & *Syneſii* Epiſtolam quartam ad *Euoptium*.

Pag. 14. lin. 48. Εἰ δυνατὸν] At fieri nequit, ſi credas *Hieronymo*, in *Comment.* ad *Eſaiæ* cap. 52. *Neque enim poteſtatis noſtræ eſt præputium adducere poſt circumciſionẽ, juxta eos, qui in Macchabæorum libro dicuntur, ſibi feciſſe præputia; quod de naſcentibus filiis, & non de patribus dicitur.* Aliter ſentit *Epiphanius*, dicítque in more poſitum fuiſſe apud *Judæos* & *Samaritanos* τὴν αἰδοίων περιτομὴν ἐπικαλύπτειν, ut *Joſephus* exprimit. Eoſdémque artificium illud ab *Eſau* repertum eſſe memorare. *Epiph.* libro *De Menſuris & Ponderibus*. Ἐν τοῖς τοῦ Σεβήρου χρόνοις Συμμαχός τις Σαμαρείτης τῶν παρ' αὐτοῖς σοφῶν μὴ *** ὑπὸ τοῦ οἰκείου ἔθνους, νοσήσας φιλαρχίαν, καὶ ἀγανακτήσας κατὰ τῆς ἰδίας φυλῆς, προ--- *** προσέρχεται Ἰουδαίοις, καὶ προσηλυτεύει καὶ περιτέμνεται δευτέραν περιτομήν. καὶ μὴ θαύμαζε περὶ τούτου, ὦ ἀκροατά· γίνεται γάρ. ὅσοι γὰρ ἀπὸ Ἰουδαίων Σαμαρείταις προσέρχονται, ἀντιπεριτέμνονται· ὡσαύτως καὶ οἱ ἀπὸ Σαμαρειτῶν πρὸς Ἰουδαίους ἐρχόμενοι. τὸ δὲ ἐπὶ τούτων χαλεπώτερον, ὅτι καὶ ἀπὸ περιτομῆς ἀκρόβυστοι γίνονται, τέχνῃ τινὶ ἰατρικῇ διὰ τοῦ καλουμένου σπαθιστῆρος τὸ τοῦ μέλους ὑποδέρματιον ὑποσπαθισθέντες, ἀκροβυστίαν αὖθις αὐτὴν ἀναπληροῦσιν. Vide *Cornelium Celſum*, lib. 7 cap. 25.

Pag. 17. lin. 32. Ἐβιωναῖοι] Vide Annotationes ad lib. 2. *Contra Celſum*, pag. 56. lib. 5. pag. 272. 274.

Pag. 18. lin. 35. Τάχα δὲ] Vide Annotationes ad lib. 1. *Contra Celſum*, pag. 26.

Pag. 21. lin. 5. Οἱ ἀπὸ τῶν] *Marcioniſtæ.* Vide Annotationes ad lib. 5. *Contra Celſum*, pag. 267.

Pag. 22. lin. 39. Ἀπὸ τοῦ Ἑβραίου] *Origenes* ſæpius cum *Judæorum* ſapientibus ſermones habuit. lib. 1. *Contra Celſum*, pag. 34. 42, 43. lib. 2. pag. 79. *Philocal.* pag. 103.

Pag. 24. lin. 6. Κήρυκας] *Marcioniſtæ.* Vide Annotationes ad lib. 5. *Contra Celſum*, pag. 267.

Pag. 26. lin. 8. Ἐργοδιωκτῶν] Signat *Ambroſium*. Vide Annotationes ad lib. 1. *Contra Celſum*, pag. 1.

Pag. 28. lin. 17. Κεφαλίδα] Tum hoc in loco, tum paginâ 37. libri primi, & paginâ 278. libri ſexti *Origenis Contra Celſum*, reddi debet, *volumen.* Κεφαλὶς βιβλίου ὅπερ τινὲς εἰλημά φασιν. ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ. *Suid.* in Κεφαλίς. *Nam chartæ Hebræorum non in paginas diſtingui; ſed in orbiculum convolvi ſolebant, ut videre eſt, Hierem.* cap 36. com. 27. inquit *Grotius* in *Annotat.* ad Epiſtolam ad *Hebræos*, cap. 10 v. 7. unde chartam ſic convolutam à rotunda capitis forma Κεφαλίδα nominârunt. Vide *Grotium*, loco jam citato, & *Nicolaum Fullerum*, lib. 2. cap. 10. *Miſcell. Sacr.*

Pag. 29. lin. 30. Μαρκίων] *Epiph. Hæreſ.* 42 quæ eſt *Marcioniſtarum*. Ἐλεύσομαι δὲ εἰς τὰ ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμένα, μᾶλλον δὲ ἐῤῥαδιουργημένα. οὗτος γὰρ ἔχει Εὐαγγέλιον μόνον τὸ κατὰ Λουκᾶν. & pauló póſt. Μόνῳ δὲ κέχρηται τούτῳ τῷ χαρακτῆρι τῷ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγελίῳ.

Pag. 30. lin. 12. Αὐτὸς γοῦν] Erat *Ambroſius*, quando *Marcioniſta*. Vide Annotationes ad lib. 1. *Contra Celſum*, pag. 1.

Pag. 34. lin. 9. Τῶν τιμιῶν] Vide Annotationes ad *Philocaliam*, pag. 9.

Pag.

Pag. 38. lin. 46. Τὴν δὲ παλαιὰν] *Marcioniſtæ.* Vide Annotationes ad lib. 5. *Contra Celſum*, pag. 267.

Pag. 40. lin. 8. Αἱ ἐπῳδαί] Vide Annotationes ad lib. 1. *Contra Celſum*, pag. 17.

Pag. 41. lin. 26. Γρηγόριος] *Hieronym. Catal. Script. Eccleſ.* in *Theodoro.* Θεόδωρος, ὃς ὕστερον ἐκλήθη Γρηγόριος, Νεοκαισαρείας ἐπίσκοπος, νέος κομιδῇ, διὰ τὴν παίδευσιν Ἑλληνικῶν τε καὶ Ῥωμαικῶν γραμμάτων, ἀπὸ τῆς Καππαδοκίας εἰς Βηρυτὸν, κἀκεῖθεν εἰς Καισαρείαν τῆς Παλαιστίνης διέβη, ἅμα Ἀθηνοδώρῳ ἀδελφῷ· ὧν τινων τὴν ἐξαίρετον εὐφυΐαν ἑωρακὼς Ὠριγένης, τούτους εἰς φιλοσοφίαν προετρέψατο, καὶ κατὰ μέρος εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ πίστιν εἰσάγων, ζηλωτὰς ἰδίους κατέστησεν. πέντε τρίνω παρ' αὐτοῦ παιδευθέντι ἔτη, πρὸς τὴν μητέρα ἀποπέμπονται, ἀφ' ὧν ὁ Θεόδωρος ἀποδημῶν, πανηγυρικὸν εὐχαριστίας τῷ Ὠριγένει ἔγραψε· καὶ συγκαλεσάμενος πάντας πολὺ ἐπιχαρεῖς, αὐτοῦ τε τοῦ Ὠριγένους παρόντος, τοῦτον ἀνέγνω τὸν λόγον, ὅς τις ἄχρι τοῦ παρόντος ὑπάρχει. Iſte *Panegyricus* & *Gregorii* omnia quæ exſtant opera prodîerunt, anno, 1604. Clariſſ. *Voſſio* interprete & Scholiaſte. Vide *Euſebium*, lib. 6. cap. 30. *Eccl. Hiſt. Greg. Nyſſenum*, in vita *Gregorii Thaumaturgi*: *Socratem*, lib. 4. cap. 22. *Eccl. Hiſt.*

Pag. 45. lin. 14. Ὀπαδέντες] *Marcioniſtæ.* Vide Annotationes ad lib. 5. *Contra Celſum*, pag. 267

Pag. 47. Εἰς τὸ ὄρος] Vide lib. 2. *Contra Celſum*, pag. 97.

Pag. 47. lin. 26. Μεταμόρφωσιν] Vide Annotationes ad lib. 2. *Contra Celſum*, pag. 99.

Pag. 65. lin. 33. Αἰτίαι πρεσβυτέρας] *Orig. Tom.* 5. *in Joann. Probabile enim eſt his à Jo. ob verè dictis, & ob hoc ſcriptis, etiam illud, in utero ſupplantavit fratrem ſuum, prudenter factum fuiſſe. Inſpice verò, num celeberrima quæſtio de Jacob, & Eſau, ſolutionem habeat, quando quidem nondum natis pueris, cùm neque boni quidpiam feciſſent, neque mali, ut ſecundùm electionem propoſitum Dei maneret, non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt illi: "Major ſerviet minori, ſicut ſcriptum eſt, Jacob dilexi, Eſau verò odio habui. Quid igitur dicemus? num injuſtitia eſt apud Deum? abſit. Non recurrentibus ergò nobis ad opera hanc vitam præcedentia, quomodo verum erit, injuſtitiam non eſſe apud Deum, ſi major minori ſerviat, odio habitus, antequam digna vel ſervitute, vel odio faciat?* Vide Annotationes ad lib. 1. *Contra Celſum*, pag. 26.

Pag. 73. lin. 23. Περὶ τοῦ Ἰούδα] Vide Annotationes ad lib. 2. *Contra Celſum*, pag. 73.

Pag. 76. lin. 52. Τοῦ Ἰωσὴφ] *Orig. Tom.* 5. *in Joann. Quòd ſi quis admittat precationem Joſeph inſcriptam in his libris, qui apud Hebræos dicuntur Apocryphi, mox hoc dogma etiam apertè dictum indè ſumpturus eſt: perinde quaſi, qui à principio eximium aliquid præ hominibus habuerunt, longè meliores cæteris animabus, cùm Angeli eſſent, ad humanam deſcenderint naturam. Inquit ergò Jacob, Ego qui ad vos loquor, Jacob ſum, & Iſrael Angelus Dei ſum ego, & ſpiritus primarius, & Abraham, & Iſaac, ante omne opus creati fuerunt. Ego autem Jacob, vocatus ab hominibus Jacob: nomen verò meum Iſrael; qui vocor Iſrael à Deo: vir videns Deum, quoniam ego primo-genitus omnis animantis à Deo animati. Et ſubjungit, Cùm verò ego veniſſem à Meſopotamia Syriæ, exivit Uriel Angelus Dei, & dicit ſe deſcendiſſe ad terram, & habitâſſe inter homines, & quòd vocatus fuiſſet nomine Jacob, æmulatúſque eſt, & pugnavit mecum, & luctatus eſt, mihi dicens: ſuum nomen primas habere ſupra nomen meum, & ante omnem Angelum. Inter rogavique eum de nomine ſuo, & quotus eſſet inter filios Dei. Nonne tu es Uriel octavus à me, & ego Iſrael Archangelus, potentia Domini, & Princeps tribunus Militum, inter filios Dei? Nonne ego Iſrael in perſonam Dei miniſter primus? & invocavi nomine inextinguibili Deum meum?*

Pag. 77. lin. 55. Ἀστεροσκοπικὴν] *Vigerus* in *notis* ad *Euſebium*, lib. 6. cap. 11. *Præp. Evang. Manifeſta trajectio eſt. Legendum ergò;* οὐκ ἔτι δὲ τὴν ἀστεροσκοπικὴν καὶ τὴν γενεθλιαλογίαν. *Hîc enim eadem eſt* ἀστεροσκοπικὴ, & γενεθλιαλογική.

Pag. 79. lin. 18. Περιεργαζόμενον] Legitur apud *Euſebium*, lib. 6. cap. 11. *Præp. Evang.* Ἧπερ νομιζόμενον ἀποτελεστικόν· & Doctiſſimus *Vigerus* hunc in modum *Latinè* reddidit; *Qui autem res ipſas experientiâ ipſe ſuâ probaverit, agnoſcet ille profectò, id hominum genus in ſuis illis, quas aut voce aut ſcripto concipiunt, præſenſionibus, longè ſæpiùs aberrare, quàm, quod ſibi fingunt, verum attingere.*

